1
1
298
BIBLIOTECA NAZIONALE
CENTRALE - FIRENZE

1.1.298

# R. P. F. IOANNIS
# DE LA HAYE
# ARBOR VITÆ
## CONCIONATORVM
## IN GENESIM.

Hic liber est Conventus S. Augustini Florentię
Fratrum Erem: Discalceatorum eiusd. Ordinis
Quem dedit Ill.mus et Ecc.mus D.D. Marchio Gabriel
Ricchardius, Orator Ser.mi Magni
Ducis Etrurię

1. 1. 298

# COMMENTARII
Litterales & Conceptuales
# IN GENESIM,
*SIVE*
# ARBOR VITÆ
## CONCIONATORVM
CVIVS RADIX LIBER GENESEOS.

*Cuius truncus, expoſitio eius litteralis; rami cum foliis, omnimoda verſionum varietas; flores, earum concordia; fructus innumeri penè animi conceptus, ſexcentorum ferè Patrum auctoritate confirmati, & concatenati.*

Plantata in Paradiſo Seraphicæ Religionis Minorum à R.P.F. IOANNE DE LA HAYE, Pariſino, quondam primario Theologiæ Profeſſore, nunc autem Chriſtianiſſimi Regis & Reginæ Eccleſiaſte ordinario, necnon Terræ Sanctæ, & Religioſiſſimæ Prouinciæ Franciæ Pariſienſis Commiſſario Generali.

*Cum quadruplici Indice, I. Conceptuum. II. Sacræ Scripturæ. III. Concionum, IV. Patrum.*

Tertia Editio auctior & emendatior.

*Prima Pars Prioris Tomi.*




PARISIIS,
Apud viduam N. BVON, viâ Iacobæâ, ſub ſigno S. Claudij.

M. DC. LI.

*CVM PRIVILEGIO REGIS.*

# REVERENDISSIMO
## ET OMNI VIRTVTVM ET SCIENTIARVM GENERE ORNATISSIMO PATRI
## AC
# FR. IOANNI BAPTISTÆ A CAMPANEA,
*TOTIVS RELIGIONIS SERAPHICÆ Minorum Miniſtro Generali digniſſimo.*

ARBOR vitę noſtris & conſita laboribus, & ſtudiis exculta, marceſcat penitus in hac rerum luce, REVERENDISSIME PATER, niſi deliteſcere ipſi ſub tuæ dignitatis vmbra tuæque rore ſapientiæ concedatur irrigari. Idcirco vnum te petit, in te ambitum defigit vno. Atque vt ferunt natas propter quendam fluuium palmas, inaudito naturę miraculo, ad alteram tranſuectas aliquando ripam, vt cognatis inibi arboribus adhęrerent: ſic omnino planta hęc noſtra vt te quęrat, vtque ſub tui nominis conquieſcat patrocinio, natale ſolum vertere geſtit auidiùs. Quanquam ea in ipſo familię tuæ ſinu & nata eſt & adoleuit ſubinde, donec tandem fauente Numine in plenam grandeſcat perfectámque magnitudinem. Quis igitur eandem tibi aut hoſpitem eſſe, aut non prorſus addictam iure dicat?

Huc accedit quòd cùm & ratio meæ erga te obſeruantiæ, ſingularis tuarum virtutum admiratio, & mea me deuotio tuum fecerint; numerari tuis in bonis nihil poſſit ęquius, quàm quod à mea qualicunque induſtria eſt operáque profectum. In hoc opere conſilium mihi eſt, cùm latentes Scripturæ ſenſus exprimere, tum aperire latiſſimum ſanctioris Eloquentiæ campum Oratoribus ſacris. Potuítne quidquam à me fieri magis, aut conſentaneum argumento, aut rationi congruum, quàm ſi diuinarum litterarum interpretationem grauiſſimo Doctori, ſacrarúmque concionum fontes, Concionatori eloquentiſſimo deuouerem?

Verùm vt hæ lucubrationes meæ conſecrari poſſent alteri, quàm tibi, ídque à me rationes allatæ non expoſcerent; ab eo tamen con-

ſilio nullatenus abhorrerem. Quis enim de nobis contempletur hoc rempore dignirarem ruam, nec obſeruet eam religioſiùs? quis in faſtigium illud, ad quod non ſorte magis, quàm virrute nuper euectus es, defigat oculos, nec lætetur vberiùs, teſteſque læritiæ voces liberiùs non emittat? Mihi quidem hæc ſuſpicienti ſilentium adſurgere viderur ad crimen.

Quamobrem inter effuſas noſtrorum hominum gratulariones, quæ ex vniuerſi Orbis parribus ad re, grandis cuiuſdam examinis in modum conuolanr, ego tibi & hoc munere ſtaruo & hac voce gratulandum. Verùm ribíne poriùs, an Ordini noſtro? Num delecti virturem, an deligentium, prædicabo coniunctam cum ſingulari felicitare prudentiam? Quod tam iuſta omnium animorum conſenſione, tam conſono cunctarum partium calculo, adeo numeris omnibus abſolutum caput Seraphicæ familiæ præficiendum putarint. Eſt enim hæc omnium ſapienrum oraculo confirmata veritas, in eo qui curam gerit animarum, duo hæc poriſſimùm ineſſe oporrere, pietatem, ac doctrinam, pietatem vt feruear ipſe; vt inſtruar cæteros, doctrinam. Pietas enim ſine doctrina inutilem gregi credito; doctrina verò ſine pierate grauem facit paſtorem.

An verò deſiderari in te aliquod poſſit ex iis virtutum ornamentis? Ac primùm eximiæ in Deum pietatis tuæ magnitudinem quæ vis orationis aſſequetur? nam ſi cui admirandæ huius virtutis ſumma in eo videtur eſſe poſita, vt os, vultus, oculi, inceſſus, habitus, corpus denique totum & exteræ hominis actiones ad auſterioris cuiuſdam ſeueritatis normam componantur, vt plus ſeruiatur hallucinanrium opinioni mortalium, quàm perſpicaci & omnia rimanti diuinæ Maieſtatis oculo; is enimverò & fallitur & fallit, is initium tentar virtutis culmine poſthabito; is in vmbra, non in corpore, in medio, non in fine, in cortice, non in radice, parum ſedulus æſtimator rerum demoratur. Nec interea grande magni Pauli oraculum

*Ad 1. Theſſ. 4.* capit, *Hec eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra.*

In hoc igitur ſita germana ſanctitas eſt, ſi ſtamus egregij Doctoris verbo, vt idem velimus quod Deus vult, vt amemus quod amplectitur, vt quod fugit, auerſemur. Adeò vt quemadmodum res createę natiuam eò ſortiuntur perfectionem, quòd diuinæ menti congruant, ira prorſus homines apicem moralis perfectionis quæ pietas eſt, tum demum aſſequantur, cùm æternæ ſeſe adtemperant voluntati.

Quæ cùm ita ſint, ecquis eſt de religone tua dubitandi locus? vt omittam ea quę de foris prodeunt, quæ in te pellucent vel maximè pietatis argumenta, quo mentis ſtudio, qua virium contentione ſupremi Regis placira & indagaſti pius inquiſitor, & ſubditus obtemperans toto virę curriculo perpetraſti? ſcimus nautas, cùm inter tumidos ęſtuantis Oceani fluctus luctantur incerti, defixis intueri cœlum oculis, virtute magnetis duce, vt tempeſtatum valeant

ſuperâte diſcrimina, & ſtationem tuti portus periculi victores intrare, ita planè tu ſoluto è mundi littore nauigio, religionis ac virtutis mare ingreſſus, in crucis arbore mentis vela tendis, virtutum funibus, ſapientiæ remis, gubernaculis diſciplinæ munis inceſſum, & ſubductus terris ſpecularis cœlum, numen contemplaris, eius voluntati adhæres totus, vt ea comite, ea duce, inter liquidos calles latentis vicæ inoffenſum tramitem tenere poſſis.

Hoc te animo eſſe teſtes ſunt res à te cum ſanctimonia geſtæ, teſtes mihi oculi, teſtis fama. Sed præterea teſtis eſt Hiſpania, quæ id in te conſilij & vidit & admirata eſt. Teſtis cum Romana Neapolitana Ciuitas, cuius voce, ſi vna voce tota loqueretur, idem confirmari poſſet. Italia denique & Gallia teſtis eſt vniuerſa, cui huiuſmodi vitæ tuæ inſtitutum plus habere viſum eſt admirationis, quàm imitationis.

Verùm pietas cui non eſt comes adiuncta eruditio, vt ſit homini priuato ſatis, non eſt tamen in dignitate conſtituto. Quid enim periculi eſt vbi Paſtor paſtum non inuenit, vbi viam ignorat dux itineris, vbi Vicarius neſcit Domini voluntatem? Eſt enim vt ſacratiſſima, ſic ſecretiſſima res voluntas Dei & occultum omnino conſilium, inquit Diuus Bernardus. Vtilis proinde, adeóque neceſſaria viro qui cæteris præſit, doctrina eſt. *De Colloquio Simonis & Iesu.*

At quod genus ſcientiæ eſſe poteſt in quo non ſis mirum in modum verſatus? Nihil hîc dico de humanioribus litteris, quibus ita imbutus à puero es, vt illæ tibi non labore partæ, ſed à natura ipſa inditæ videantur. Commemorare hîc poſſem vniuerſas Philoſophiæ partes, quas nemo te vnquam vel obiuit celeriùs, vel ſibi perfectiùs comparauit; verum iſtud, quod ſua non caret laude, volens lubens prætereo. Ad altiora tuus ſeſe animus euexit. Ad altiora quoque, aſſequi te vt poſſit, ſi tamen poſſit, mea neceſſe eſt aſſurgat oratio.

Occurrunt in primis ſacræ litteræ, illi ſempiternæ Maieſtatis venerandi Codices, illa inconcuſſa æterno ſpiritu auctore monimenta. Num verò tu libros eiuſmodi diurna verſaſti, ac nocturna manu? His in paginis Deus Opt. Max. qui eſt lux vera, infinita ſapientia, Theſaurus abſconditus, & latens arcanum, lucem ſparſit, prodidit ſapientiam, effudit theſauros, arcana propalauit. At quàm potenti mentis acie hanc lucem intueris? quàm pleno ſinu diuam hanc hauris ſapientiam? quà patenti cordis gremio iſtos excipis theſauros? quàm dextro ingenij acumine iſtiuſmodi diſpicis arcana? Sic tanta luce ſplendidus, tanta fretus ſapientia, tantis ditatus theſauris, tantis demum arcanis inſtructus ignorantiam fugas, errorem expellis, doctrinæ copiam tyronibus, cumulum verò magiſtris ſubminiſtras.

Theologiæ verò quam ſcholaſticam vocant, quis peritior vſquam reperi poteſt? quis ſubtilior in argumentatione, quis in reprehenſione firmior? ſiue rationum expendenda ſunt momenta, ſiue difficultatum nodi ſoluendi, ſiue euoluendæ rerum obſcurarum latebræ, ſiue

præmiſſarum aſſerenda veritas, ſiue clauſularum bonitas eſt adſtruenda, miram in hoc vniuerſo negotio, ſine negotio præ te fers induſtriam mentis, ingeniique vbertatem. Quoties te publicis in ſcholis docentem florentes Academiæ feſto plauſu ſolemnique ſunt acclamatione proſecutæ? Quoties te priuatis in exercitationibus, & colloquiis ſumma cum laude diſſerentem doctiſſimi quique ſuſpexerunt?

Neque verò tua hæc ſcientia, vt ferè fit, inter anguſtos domeſticorum parietum & ſcholarum cancellos continet ſeſe: at depoſitâ rudi Mineruâ, adſcitâque liberaliori fronte reddita ſerenior in anguſtiſſimorum Templorum ſuggeſtis mirabili pompa eluceſcit: hic velut in ampliſſimo rerum magnificentiſſimarum Theatro, quicquid habet ſacra Eloquentia ſiue momenti ad docendum, ſiue ad arguendum virtutis, ſiue leporis ad delectandum, ſiue ponderis ad perſuadendum, artificio præſtas exhibéſque ſingulari. Hîc tanquam in patentiſſimo totius orbi loco Regis Regum præconem agis, eius mandata ſignificas mortalibus, atque Edicta populis denuncias, reis ſpe veniæ, iuſtis pollicitatione præmij blandiſſimè allectis.

Vtinam diuina illa, quâ polles, hoc loco mihi ſuppeteret dicendi facultas, licerétque ſeruato iuſtæ Epiſtolæ modo inchoatam ea de re producere fuſiùs orationem! Enumerarem linguæ tuæ gladio monſtra ſcelerum cateruatim iugulata, Commemorarem verbo tuo proſtratas hęreſes, domitos rebelles animos, iacentes erectos, plebem edoctam, victos Magnates, vrbes refectas, recreatas nationes. Recenſerem tuæ vocis operâ paſſim erecta virtutibus trophęa, & victorias inſignes vbique de vitiis reportatas.

Sed hęc omnia, quæ plena ſunt admirationis, vt exequi ſola, ſic & ſola exprimere tua poteſt Eloquentia. Mihi quidem ſilere de his, quàm loqui ſatius eſt. Admiratorem quippe tantarum rerum eſſe, quàm Buccinatorem facilius. Siſto igitur gradum & meę temeritatis, & moderationis tuę conſcius, REVERENDISSIME PATER. Vnum tamen liberè profitebor, tantę cum ſint in te omnis generis virtutes, nec nos aliud caput Ordinis noſtri, nec alium me laboris mei patronum optare debuiſſe: petámque à te enixiùs vt id muneris facili vultu excipias, quod tibi non iure magis eſt, quàm propria ſpontę conſecratum. VALE.

*Reuerendiſſimæ P. V.*

Humillimus & obedientiſſimus
ſeruus, & ſubditus

FR. IOANNES DE LA HAYE.

# STVDIOSO SACRARVM
## LITERARVM CONCIONATORI,
### NECNON BENEVOLO LECTORI,
Salutem.

C*VM Verbi diuini præcones non paucos, pluries, pluribus, & magnis audierim, qui prophanas potius conciones, quàm ſacras ad populum habere viderentur, ſæcularia in eis tractantes Ethnicorum dictis illuſtrata, necnon Gentilium dictis confirmata, in quibus nec vllus ſacræ paginæ textus audiebatur, omniſque ſanctorum Patrum ſilebat auctoritas: neſcio an ignorantia?* plurimi enim (*inquit noſter doctiſſ. Lyranus*) vani Prædicatores non reputant intantum vt ſine ſtudio ſacræ Scripturæ præſumptuosè ſe ingerant ad prædicandum, *neſcio an ex contemptu?* ſunt, enim (*teſte D. Hier.*) quidam qui quidquid dixerint, hoc legem Dei putant, nec ſcire dignantur, quid Prophetæ, quid Apoſtoli ſenſerint, *neſcio an vt auditoribus adulentur? qui potius ſenſibilibus, & verbis eruditis, quàm reconditis delectantur myſteriis, contra quos inuehere videtur Apoſtol. dicens:* Sermo meus, & prædicatio mea non eſt in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, *quæ exponens D. Haym. ait*, non culto ſermone prædicaui vobis Chriſtum, vt vos deciperem, *ſed quos audierim, & qui poſt eos futuri, qui ſiue ex negligentia, ſiue ex contemptu, ſiue ex adulatione, miſſa faciunt Dei eloquia, ſolùm humana tractantes, nullumque impendere laborem ſanctorum Patrum lectioni ſatagunt non ſolum arguendi, ſed perſuadendi, verùm etiam ſubleuandi ſunt; arguendi quidem, quia, vt verè S. Clemens Rom. ait*, abſtine te ab omnium Gentilium libris; quid enim cum externis libris, vel legibus, vel falſis prophetiis, quæ quidem leues à fide abducunt? nam quid tibi deeſt in lege Dei, vt ad illas gentium fabulas confugias? num hiſtorica percurrere cupis? habes Reges, ſi Sophiſtica, & Poëtica? habes Prophetas, & Iob, & Prouerbiorum auctorem, in quibus accuratam rationem inuenies, quoniam Domini Dei qui ſolus ſapiens eſt, voces ſunt: ſi rerum origines noſſe deſideras? habes Geneſim: quòd ſi cantilenas cupis, habes Pſalmos: ſi leges & præcepta? glorioſam Dei legem: ab omnibus igitur externis, & Diabolicis libris vehementer te contine, *in quibus verbis notanda eſt diſtinctio librorum externorum & Diabolicorum, quorum omnium ſub prohibitione comprehendit non ſolùm lectionem, ſed & virtualiter reprehendit Concionatores, qui eis tanquam domeſticis, & non externis vtuntur.*

*Nicol de Lyra. in Iob, c.11. v. 6. D. Hier. ad Paulin. 1. Cor. 2. D. Hay. Epiſcop. Halberſtatenſis in hanc Ep. Pauli. S. Clem. Ro. lib. 1. conſt. Ap. c. 7.*

*Perſuadendi equidem etiam vt prophanorum auctorum prætermiſſa lectione, ad ſacram ſe conferant, quia (vt optimè D. Auguſt.)* quantum minor eſt auri, & argenti veſtiſque copia quæ de Ægypto ſecum ille populus abſtulit, in comparatione diuitiarum quas poſtea Hieroſolymæ conſequutus eſt, quæ maximè in Salomone oſtendũtur, tanta ſit cuncta ſcientia collecta de libris Gentilium, ſi diuinarum Scripturarum ſcientiæ comparetur, nam quidquid homo extra didicerit, ſi noxium eſt, ibi damnatur, ſi vtile eſt, ibi inuenitur, & cùm ibi quiſque inuenerit omnia, quæ alibi vtiliter didicit, multo abundãtius ibi inueniet, ea quæ nuſquam omnino alibi, ſed in illarum tantummodò ſcripturarũ mirabili altitudine & mirabili humilitate dicuntur; *ſi igitur in diuinis literis non ſolũ collecta fulgent, quæ in prophanis diſperſa iacent, ſed multo plura quæ nuſquã alibi parent, ſplendeſcunt, cur his contemptis, imò ludibrio habitis, ad illas non confugimus?* & ſi ſolum præ manibus libros Moiſis haberemus, *inquit D. Theod.* cur nõ his omnibus relictis (*nempe prophanis*) ad Moiſem oceanum Theologiæ tranſimus, à quo, vt poëticè dicã, fluuij omnes & maria omnia deriuantur? illinc enim & Anaxagoras, & Pythagoras, Platoque poſt eos, parua quædã veritatis lumina, quædamque initia deſumpſerunt; Socrates quoque qui Archelao Anaxagoræque cõuixit, ab eis didicit quæcũque de Deo aliiſque ipſe tradi-

*D. Aug. lib. 2. de doct. Ch. c. 42. D. Theo. lib. 2. de Prouid.*

dit, Moiſes verò nequaquam ſequutus hominũ rationes, ſicut illi fecerunt, ſed clariſſima Dei voce perdoctus Theologiam nobis conſcripſit, *Quid clarius dici poteſt vt verbi diuini Concionatores perſuadeantur ſacræ paginæ lectionem amplecti? Non ſolum autem perſuadendi, ſed & ſubleuandi in amplectendo huiuſmodi ſtudio, vt ſacras & non ſæculares ad populum habeant conciones, quod quamuis hæc prouincia vires meas excedit, Dei tamen fretus auxilio conſequar: methodum enim facilem, quã nec negligere, nec contemnere, cui nec detrahere, niſi lumine rationis deſtituti poterunt, proponam, nullus enim ab eis fermè labor impendetur in aſſequendo hoc inenarrabili theſauro, & maxima cum animi facilitate, necnon iucunditate, conſequentur non ſolum ſacræ Scripturæ intelligentiam, ſed & ſanctorum Patrum varios ſenſus, & multiplices. A Geneſeos igitur libro ducens exordium hunc ordinem mihi ſeruandum propoſui, omnibus etiam ſtudioſis perfacilem, primò quotquot diuerſa videntur verſiones, tam ex Septuaginta, quàm ex Chaldæo Paraphraſte, necnon ex Hebraizantibus collectæ ſubiicientur, cum earum concordia: deinde ſenſum literalem, & hiſtoricum exponam omnium literarum baſim, & fundamentum, vt aiebat D. Hieronym. Epiſt. 27. ſatago omni qua poſſum diligentia, verum, germanum, ſolidum,* petitum (*vt cum Hier. vbi ſupra dicam*) non

D. Hier. epiſt. 27.

à meipſo, id eſt, à præſumptione peſſimo præceptore: ſed ab illuſtribus Eccleſiæ viris, *qui etſi plurimi ſint, qui in hunc deſudauerunt librum, perdoctis eum commentariis illuſtrantes, nullus tamen hoc ſtylo à nemine fortè ante hæc tempora excogitato, condecorauit: nam ſenſu hiſtorico omni qua poſſum breuitate, & facilitate enucleata, plures animi conceptus, & fœtus eximios, tam ſenſui literali: quàm myſtico conformes, non ſolùm ex quolibet huius libri Geneſeos capite, ſed ex quolibet verſu, nec non multoties ex qualibet eiuſdem verſus particula, non ſolùm vulgaris lectionis, ſed & aliarum verſionum colligo, & profero; conceptus autem ſenſui non ſolùm maximè quadrant, vt ex medullis illius excerpi videantur, vt tandem erumpant quaſi ex ſe, non autem extrahantur, & cogantur, nam (vt egregiè Iunilius inquit)* ſi

Iunil. li. 2. de par. diuinæ legis, cap. 5.

voluerimus prouerbialem ſpeciem, ſeu allegoriam ſic recipere, vt narrationis veritas infirmetur, locum damus inimicis, prout voluerint libros interpretandi: *ſed etiam Patrum fermè ſexcentorum auctoritate (immenſo ſanè cum labore) confirmantur, & illuſtrantur, qui vt tibi ſint vtiles, & iucundi in concionibus præparandis, ordinem alphabeticum ſubiiciam, verbi gratia, ſi de Dei amore ſermonem inſtituere deſideras, omnes animi conceptus qui Dei, amorem ſpectant in titulo, qui inſcribitur* Amor Dei *reperies, ſicque breuiſſimè concionem perficies, nec timeas tibi deeſſe poſſe materiam, primus enim hic tomus plurima millia conceptuum continet, qui non communes cenſendi ſunt ingenij enim acumine pollent, nec inutiles, ad mores enim benè inſtituendos maximè conducunt, nec indocti, medullam enim tum ſacræ Paginæ, tum ſanctorum Patrum continent, nec iniucundi; fœcunditatem enim ſpiritus, & animi delectationem ſapiunt.*

*Arboris vitæ Concionatorum commentariis meis nomen indidi, & meritò, ſi enim in Paradiſo terreſtri inter alia ligna, vnum erat cuius fructus hanc vim haberent, vt vitam producerent, vt ab hoc vitæ lignum appellatum fuerit, noſtri commentarij vitæ ligni effectum ſortientur, quo immortalitatis quodam modo participes Verbi diuini præcones reddentur, nam ſi conſtat ſcientiam ſanam vniuerſim vitæ nomen iure mereri, nemo ibit inficias id iuſtius, diuinam (qualis eſt ſacrarum Literarum expoſitio, & illarum cognitio) lignum vitæ merito dici poſſe, à quo vitæ immortalitatem, qui ex eius fructu veſcitur, accipit per hoc enim maximè prophanæ eloquentiæ verba à diuinis eloquiis diſtant, quòd hæc vitæ fructum afferunt, illa auferunt potius, aut certè ſentiri vitalem eorum ſuauitatem non ſinunt. Rectè S. Paſch.* in Dei, *inquit,* verbis non humana ſapientia, ſed ſpiritus & vita lucet, & ideò ipſa verba iure, verba vitæ dicuntur, quia non hic flos eloquentiæ redolet ſæcularis; ſed fructus vitæ, *porrò diuinas literas lignum vitæ eſſe quod dignè comedentibus immortalitatem afferant, apertè cenſuit Petrus Damaſc. opuſc. 6. cap. 7.* lignum, *inquit,* vitæ, ipſa bonorum omnium mater eſt ipſa ſapientia, de qua Salomon ait, lignum vitæ eſt his qui apprehendunt eam, *ſed non minus eleganter Thalaſius ſic ad mentem noſtram ſcribit* Ξύλον ζωῆς γνῶσις ἐστι Θεοῦ ἧς μετέχων ὁ καθαρὸς ἀθάνατος διαμένει, *id eſt,* lignum vitæ eſt ſcientia Dei cuius purus particeps permanet immortalis, *pende illud* καθαρὸς *puris enim vitam tribuit, & immortalitatem, impuris non item, mortis enim, ac mortalitatis antidotum eſt.*

Paſcha. Prot. in l. 5. Mat.

Pet. Damaſ. opu. 6. c. 7.

Thalaſ. cen. 4. n. 56.

*Arboris vitæ fructus vitam quaſi immortalem conferebant: ſed excellentiori modo qui ex hac arbore noſtra accedentes puro mentis palato comedunt, perennem vitam adipiſcentur, mortis euadent laqueos. Optimè S. Ambr. ſer 35.* Ipſa eſt, *inquit;* refectio quæ ſaginat animam, quæ impinguat viſcera, cùm de diuinis Scripturis cibũ eloquii perennis accipimus, ipſa eſt eſca, quæ vitam æternam tribuit, & inſidias à nobis Diabolicæ tentationis excludit.

S. Amb. ſerm. 35.

*Arbor illa terreſtris vitæ robur, & ſalutem conferebat, ſed longè ſublimiùs deguſtatus diui-*

# Ad Lectorem.

Lectionis cibus pro vitro[?] ſacratum, ait S. Iſid. Peluſ. lib. 2. epiſt. 73. Scripturarum lectionem ſalutis viaticum eſſe exiſtima, vt quæ eorum qui eam ſtudioſè, ac diligenter induunt, probitatis amorem ac virile robur præclaris & illuſtribus exemplis paſcit; nec cito perituram ſalutem afferunt huius ligni fructus, ſed immortalem & æternam, teſte Caſſiodoro dicente lib. de Diuin. lect. cap. 16. verbum (nempe lectionis diuinæ) non inanitet cadens conferens æternam ſalutem. Caſſiod.

Fructus arboris vitæ puri, non fucati, quàm puriores fructus arboris myſticæ ligni vitæ, quod egregie perſuadet Auguſt. Ep. 1. Hortor vt valeo, vt literarum vero, certoque Sanctorum Auguſt. ſtudio curam non pigeat impendere, ſincera enim & ſolida res eſt, nec fucatis eloquiis epiſt. 1. ambit animum, nec vllo linguæ tectorio inane aliquid ac pendulum crepitat; multum mouet non verborum, ſed rerum auidum, nihil igitur fucatum, nihil non purum, terrenum nihil habet, nihil lutulentum: inhient alij fructibus humanarum ſcientiarum quæ fæcibus ſint admixtæ, nos ſinceras haſce cupimus quæ non ſolum fæcibus carent, ſed labecularum etiam fæces auferunt ab anima, quæ ijs delibuta eſt.

Fructus arboris vitæ, vires integras homini reparabat, humorem naturalem primigenium eo meliorem ſuggerebat, & quaſi languidum recreabat, qui huius arboris myſticæ fructus legerit (vt par eſt) non ſolùm ad ſanctitatem vocabitur, ſed etiam ducetur, ita vt in virum alterum mutetur: ſic accipio illa Dauidis verba Pſal. 18. lex Domini immaculata conuertens Pſal. 18. animas; quid hic animas conuertere? plures à via perditionis ad viam vitæ reuocare: rectè opinantur vires enim ea recreantur & reparantur, ex conſuetudine enim, inquit Agellius Agellius. inem. Pſ. l. ſacratum literarum magis confirmatur, recreatur, reficitúrque animus cùm laboribus fatigatur, curarum calore æſtuat, aut dolore frangitur.

Mitto alias ligni vitæ proprietates & effectus, cum notum ſit noſtræ arbori conuenire quæ longè ſuperat terreſtrem, radix enim ſalutaris noſtri, ipſemet liber Geneſeos, truncus viuificus, expoſitio eiuſdem libri litteralis, folia verè aurea; diuerſarum lectionum varietas, flores omnem odorem ſpirantes, ſcilicet accurata earum concordia, diuini fructus, ſuauiſſimi, dapiferi, omne mel in dulcedine ſuperantes, ſunt innumeri pæne animi conceptus, ſed ſicut arboris fructus non eundem præ ſe ferunt ſaporem, ſed pomum verbi gratia eiuſdem arboris iucundius & ſuauius alio; ſic etiam fructus noſtri ligni myſtici, non eodem guſtu & ſapore gaudent: cùm enim pluribus & non eiuſd. in eruditionis Concionatoribus, ſed alijs maioris, alijs minoris proficere debeat, hinc eſt quod non eiuſdem ſaporis fructus ferre potuit, ſicque ab vnoquoque colligentur ſecundùm gradum ſcientiæ & capacitatis.

Hanc arboris plantationem inquies non improbo, ſed miror in nouo opere nouum ſcriptionis modum, à nullo hucuſque fuiſſe vſitatum; quid tum? nouitas vtilitati non præiudicat, eam auget, operis pulchritudinem ac venuſtatem non inficit, ſed perficit, ardentiùs & auidiùs leges, quod nouo ſtilo exhibetur, & melius concoques quod maiore auiditatis calore exceperis: legendi nouum forſan nouum ſcribendi genus adimet, nouos ſenſus dedi, nouos conceptus edidi, opus nouâ prorſus methodo formatum exhibeo, vias nullius antè veſtigio temeratas calcaui, non ideo arguendus, imò collaudandus, lectores enim ferè conqueruntur iterata commentaria in lucem quotidie prodire, nihil nouum afferri: ecce noua cudimus, vtinam vtilia ſicut & iucunda, non cenſuræ ſe exponit, qui nullius veſtigia premit, dummodo ad omnium vtilitatem, nouo aditu patefacto, nouum legendi, vel ſcribendi genus aduehat.

In locis pluribus explicandis, necnon in varijs ſenſibus eruendis, in conceptibus formandis, in pluribus & diuerſis verſionibus proponendis, in earum concordia componenda, noua & à nullo hucuſque excogitata ratione vſi fuimus; ipſi mihi in hac re præiui, neminem ſecutus, ne damna, dummodo ad veritatem quam quæris & amas tutò te ducat, non erit amplius noua, ſi ſequuntur alij: in lucem noua producens, veteri non neglexi, nec aliter debui, vnde nouitas antiquorum Patrum aliorúmque Scriptorum dictis & ſententiis veluti fundamentis deſtituta citò collaberetur, & ſic noſtrum opus, facilè rueret, veterum auctorum probatiſſimorum, ſed noſtrorum ſententiis ſtabiliui, ſuum cuique tribuo quod ſuum eſt, auctorum nomina enim laude produco, & omnium ferè ſanctorum Patrum monumenta volui, ſacrorum interpretum veterum & recentiorum expoſitiones attentè legi, vt ex eorum auctoritate citata, vberes ſapidique fructus in legentis vtilitatem ac voluptatem prodocerentur, tibi laborauimus, ab omni te labore ferè ſurripuimus, labori non pepercimus, tu parce tui cauſa laboranti.

Ne ſpecioſe quæras in his noſtris lucubrationibus, nec elaborata, ſed vſu neceſſaria, prodeſſe tantum vt ſcriptor, non vt Rhetor delectare volui, non potui cultius, non potui elegantius ſcribere, ſed quamuis potuiſſem, cui rei? animo hæc ſcribemus, non auribus, ſtilus ſimplex nec politus, ſed nec omnino elegans paucis multa complector, rerum enim potius cura fuit quàm verborum, ita tamen ſtuduimus breuitati, vt nullum damnum fieret intelligentiæ.

# Ad Lectorem.

*Explicandi ratio quam teneo, magis loco ac tempori conuenit: nunc enim lector ieiunos circa litteram commentarios faſtidit, & ad uberes laciniosasque myſtagogias auditor excitatur: mediam inſiſto viam, vt & meo muneri multorumque deſiderijs ſatisfaciam, nam & litteræ explicandæ quantâ poſſum diligentiâ incumbo, vt interpretis partes expleam, & non aridos in formandis moribus conceptus ſuggero, ne legentium vota, ſtudiaque defraudem eorum qui conciones ex ſacrarum litterarum locupletiſſimis theſauris, & ſanctorum Patrum amœniſſimis viridarijs volunt exornari.*

*Porrò antequam finem imponam, ſunt aliqua quæ multum intereſt te ſcire, & multum me monere, nempe in tot aliquando Patrum ſententijs varijs, quas in medium adduco, meam me non ferre ſententiam, vt quæ maiori probabilitate gaudeat, ſit compertum: hoc enim iudicio eruditiori diſcutiendum relinquo; licet enim pluries in concludendis conceptibus, his vocibus vtar reſpondeo, dico aſſero, & his ſimilibus, eas ſecundum mentem patris cuius auctoritatem in medium adduco, intellige. Licet enim probabilis ſit, contrariam tamen in expoſitione litterali vbi mens mea nota eſt, aliquando ſuſtineo; ne ergo mihimetipſi aduerſari videar, & vtramque ſimul contrariam amplecti ſententiam, vel plures quæ inter ſe diſſident, hoc à te maximè obſeruandum propoſui.*

*Auctores quos in confirmationem conceptuum adduco, non ſunt eiuſdem vitæ & nominis, ideo cùm in nomen alicuius non tibi ſatis cogniti incideris, quæſo vt indicem noſtrum auctorum conſulas, in quo breuiter cuius ſit eruditionis & nominis aperio, nec non ſi, quouſque emendetur, prohibitus ſit, non enim decorum è ſuggeſtu auctores proferre in confirmationem alicuius veritatis, de quorum eruditione & bono nomine dubitamus: licet enim omnes qui in noſtris citantur commentarijs ſint auctores Catholici (demptis perpaucis Rabbinis) aliqui tamen eorum continent verba dubia à me nullo modo citata, quæ legentium animos à recto ſenſu ad opiniones non tenendas diuellere poſſent, vel in errores inducere, ideo te monitum volui, ne ſine diſcuſſione eos amplectaris, cenſuram enim eorum, ab Eccleſia Catholica, cui me & omnia ſubijcio, factam, niſi emendentur maximo cum honore & reuerentia ſuſcipio.*

*Si inter legendum in alicuius Rabbini (quod rariſſimè contingit) interpretationem incideris, ne reijcias: perſpexi enim in illis, inter nugamenta quibus eorum ſcatent libri, aliquid inueniri, quod lucem afferre poteſt difficilioribus locis Scripturæ aperiendis: at ſunt hoſtes iurati Rabbini? ſint, nunquid vitio fuit alicui, hoſtes etiam iuratiſſimos telis ab ipſis acceptis inuadere? ſuis miſeri à nobis iugulantur gladijs, & eorum quibus fœde deturpantur conuicti pœnas luunt obſtinatæ impietatis.*

*Si plures tibi videantur propoſitiones ambiguæ quarum veritas non tibi ſit ſatis aperta, ſed dubia, vt cùm fidem, verbi gratia, nimium extollimus, quæſo conſule conceptuum indicem; in eo reperies omnem remotam ambiguitatem, & velamen ſublatum: conſpicies enim ſermonem eſſe de fide viua & formata. Idem iudicium de alijs propoſitionibus dubijs tibi ferre licebit.*

*Mitto huius libri vtilitatem; ſi enim ſola textus expoſitio litteralis ab omnibus admittitur, hîc breuem, in qua tamen nihil omittitur, reperies: ſi varietatem verſionum deſideras, vndequaque magno cum labore conquiſitas vno intuitu conſpicere potes, & quod difficillimum eſt, dilucidè & ſuccinctè quæ diſcordes inter ſe videntur, in concordiam redigo: ſi catenæ tanti æſtimantur, & ab omnibus deſiderantur, vt catena Lippoman. in Geneſim, hæc omnibus alijs præferenda: longè enim plures ſenſus reconditos habet, & in numero Patrum omnes alias excedit, Lippomanus qui maximè laborauit in accumulandis Patribus ſolum ſexaginta & vnum coaceruauit, ego ad ſexcentorum numerum accedo, imò forte ſupergredior.*

*Accipe igitur, ſtudioſe Concionator, plenis manibus, vt aiunt, immenſam ſacræ Scripturæ ſegetem, maximo cum labore à ſanctis Patribus tibi diſpoſitam, & pluribus vigilijs à me elaboratam, vt diuini verbi auditores illius copia, fœcunditate, amœnitate, recrees, inſtruas, & conſoleris: quidquid autem per imprudentiam, per ignorantiam, vel per humanæ mentis imbecillitatem, offenderim, vt cum primum aliorum monitu aduerterim, promptè ac libenter emendari deſidero: interim ſanctæ Romanæ Eccleſiæ omni cum animi demiſſione ſubijcio.*

*VALE in Domino.*

# INDEX COPIOSISSIMVS CONCEPTVVM,

## AD INSTAR LOCORVM COMMVNIVM, ORDINE litterario digeſtus, eâ ſerie quod primus numerus paginam, ſecundus conceptum indicet: ſi autem fuerint plures numeri, tertius v. g. paginæ, quartus autem erit conceptus.


*Abſconditum.*

OPERA noſtra abſcondenda aſpectui hominum, fol. 109. c. 433. fol. 61. c. 342
Virtutis opus quo præſtantius, eo magis debet occultari, fol. 196. c. 214
A peccato inſeparabilis eſt publicatio, abſcondi non poteſt, fol. 281. c. 239
Abſcondere ſe à Deo noſtra perditio eſt, fol. 289 c. 285
Peccator ſe abſcondens poſtquam deliquit, in via ſalutis eſt, fol. 289. c. 288
Peccator quia abſconditum habet vitium, non vult confiteri, fol. 290. c. 205
Abſcondere ſe nituntur peccatores, fol. 289. c. 284
Peccata aliorum Deus vult celari, fol. 681. c. 213. fol. 378. c. 667
Non poteſt abſcondi peccatum quia diuulgatur antequam ſit, fol. 367. c. 7
Nihil Deo abſconditum, fol. 983. c. 365. fol. 400. c. 235
Peccatum abſconditum ab ipſiſmet creaturis inanimatis reuelatur, fol. 416. c. 354
Ipſemet peccator abſconditum non poteſt tegere peccatum, fol. 455. c. 606
Opera in abſcondito facta agnoſcit Deus vt remuneret, fol. 958. c. 200
Aliorum peccata etiam publica omnibus non ſunt aperienda, fol. 537. c. 315
Qui aliorum peccata non celat ſed detegit, totius legis eſt tranſgreſſor, fol 677. c. 194
Spiritus Dei eſt non hominis, qui de ſuo aliorum defectus velit tegere, fol. 680. c. 209
Qui aliorum peccata detegit, maledictione dignus cenſetur, fol. 683. c. 226
Sua vult crimina celari peccator, fol. 762. c. 166
Abſconditi eſſe debemus ab oculis huius mundi, fol. 869. c. 222
Qui ſpirituales ſunt, debent hominum conſpectum fugere, fol. 913. c. 68
Crimina proximorum difficilè detegenda ſunt, fol. 971. c. 282

*Abſentia Dei à nobis.*

Abſentia Dei, noſtra inanitas & ſterilitas eſt, fol. 21. c. 112
In abſentia verbi diuini omnia ſunt in tenebris, fol. 28. c. 149
Malum eſt à Deo abeſſe, fol. 225. c. 381
Abſentia Dei quaſi amentes nos efficit, fol. 283. c. 248
Abſentia Dei ex noſtris peccatis, fol. 283. c. 249
A quo abeſt Deus, non eſt in ſuo loco, fol. 291. c. 300
Nihil abſentia Dei intolerabilius, fol. 430. c. 454
Non prius à nobis fit Deus abſens quàm eum per peccatum deſeruimus, fol. 501. c. 74
Cum Deus à nobis recedit, omnis à nobis abeſt fœlicitas, fol. 1003. c. 480

*Abſentia noſtra à Deo.*

Qui à Chriſto diſcedunt, veritates illius digerere non poſſunt, f. 707. c. 12
A Chriſto diſcedit qui peccare intendit, ibid. c. 14
Abſentes Deo ſumus per illius diſſimilitudinem, fol. 133. c. 682

*Abſtinentia.*

Abſtinentiæ occaſio datur, fol. 220. c. 349
Ex abſtinentia vita diuturna, 476. c. 64
In abſtinentia ſuauis quilibet cibus, 560. c. 446
Abſtinentia nimia, pernicioſa, ibid.

*Abundantia.*

Abundantia & dignitas nos ad lapſum inducunt, fol. 266. c. 135
Abundantia bonorum contemptum Dei ingerit, 299. c. 353
Magna virtus, in maxima rerum concupiſcibilium abundantia ſe continere, 494. c. 30
Nimia bonorum abundantia ruinæ noſtræ occaſio, fol. 980. c. 346
Abundantia temporalium virtuti officit, fol. 431. c. 462

*Abuſus.*

Qui donis non beoe vtitur eis priuetur, fol. 728.c. 94.f.212.c.298
Impij iniuſte boois abutuntur, fol. 648. c.20.f.524. c. 503.f.220.c.351
Dei miſericordia abutimur, 303.c.376
Qui magnis abutitur, exigua ſolum ei coocedunrur, 558.c.732
Qui abuſus eſt corporis viribus, eis deſtitutus, f.428. c.391
Dei donis abutimur ad eius contemptum, fol.512.c. 140
Cum abutimur Dei donis, doler ea oobis dediſſe, fol. 526.c.167
Qui tempore abutuntur eo priuantur, fol.577.c.88
Qui honore abutitur, eo priuatur, 685.c.244
Gratia in damoum eſt male vtenti, 836. c.12

*Acceptio.*

Acceptor oon eſt perſonarum Deus, fol. 521.c.201. f.896.c.110.
Nullius ſtatus quantumcumque vilis deſpicit hominem ſi pius, 673.c.160

*Accuſatio.*

Accuſatio poteſt fieri erga patrem, 682.c.219
Virilis animi eſt ſeipſum accuſare, fol.892.c.80 f.302.c.372
Pater non accuſet filios in iudicio, 409.c.505
Non debes fratrem accuſare io iudicio, 415. c.348
Ne quid reprehenſibile io nobis ſit noſmetipſos accuſare debemus, 999.c.461
Prior te accuſes vt tibi condooetur, 425. c. 421
Qui nihil alteri criminatur, iudicatur pius, fol.891. c.79
Accuſator & iudex ooo ſimol poſſunt compati, fol. 433.c.472
Potius famæ noſtrorum coofulamus, quàm ioquiramus de eorum accuſatoribus, 680.c.287
Maxima facinora non ſubitò à Deo oſtenduntur, ſed merito ante ſolent fuodari, 937.c.51
Potius oobis quàm aliis culpa tribuenda, fol. 783. c.65
Nos accuſare debemus, 892.c.80

*Actio, Agere.*

Actiones noſtras Spiritus ſanctus præcedat, fol.38. c.198
Cum iudicio & ratiooe ſemper operandum, f. 8.c.36
Cum actioni ſtudes, cito ad cootemplationem reuertere, ne oox peccati tibi ſuccedat, 53.c. 286
Pluribus actiui occupantur, 960.c.164
Actus exterior aliquid addit interiori, 983.c.364

*Aduerſitas*

Aduerſitatem ſequitur proſperitas, fœlicitatem calamitas, fol. 33.c.287
Vitæ noſtræ etiam fœliciſſimæ, adiungitur aliquid infauſtum, fol.77.c.404
Qui infœliciter viuit, mortuus diceodus eſt, f.222. c.161
Per aduerſa virtus probatur, fol. 868. c. 213. fol.406. c. 278
Aduerſitates noſtræ etiam ex oeo proueniuot, fol. 551.c.401
Firmi & conſtaotes debemus eſſe in aduerſitate, fol. 541.c.342
Aduerſa dantur iuſtis, vt à malis præſeruentur, ibid. c.343
Deus aduerſa iuſtum ſuſtinere ſtatuit, vt ad eum clamet affectuoſius, 606. c.8
In aduerſitate ne deficiamus, ibid.
Cum cœperis Deo ſeruire & obſequi, ſtatim ſenties aduerſarios, 382.c.114

*Adulatio.*

Adulator ab aliis creaturis excludendus, f.23. c.110
Adulator fugiendus tanquam maxime oociuus, fol. 109.c.557
Nihil animo blaodiente pernicioſius, 247.c.14
Adulatione mulier maxime capitur, 249. c.24
Adulatio ſimulata ſuauitas, 402.c.249
Adulator plurimum nocet, ibid.
Adulatoribus noo cooſenſiendum, 681.c.217

*Adulterium.*

Qoi alienos Inuaduot thalamos, viperis ſimiles ſunt fol.109.c.556
Impudicum adulterium excedere videtur fratricidium, 455.c.603
Mulier viam ſuam corrumpit cùm pluribus viris iungitur, 534.c.296
Adulterium ſemper grauiſſimum habitum eſt, fol. 760.c.160
Tale crimeo eſt adulterium, vt barbarus etiam illud refugiat, 771.c.117
Committit adulterium qui mulierem alienam concupiſcit, ibid.

*Ætas.*

Senex ætate aliquando adoleſcens moribus, fol. 451. c.579
Senes aliis præſumptiores, ibid.
Viri propter impietatem iuuenes ſolum dicuotur, 682.c.210
Sicut ætate, ſic virtutibus alios præcellere debemus, 783.c.61

*Afflictio.*

Afflictio viam veritatis aperit, 757.c.113
Afflictiooes dantur iuſtis vt virtutes illorum conſolidentur, 594.c.185
Deus eſt cum afflictis, 34.c.183
Ita pretioſæ ſunt afflictiones, vt io cœlum & io gloriam conuertantur, 57.c.303
Afflictiooes alijs proſuot, aliis autem nocêt, 59.c.316
Ex afflictionibus alij emendari, alij obſtinati permanent, 102.c.515
Ex afflictiooe non ſolum bona temporalia, ſed etiam ſpiritualia, 868.c.216
Vexatio dat intellectum, 281.c.235
Afflictio in veri Dei cognitionem oos inducit, ibid. finis Afflictionis gaudium, 494.493
Afflictio fortiter ferenda, quia paterna correctio eſt, fol.323.c.494
Afflictiones virtutum examinationes, 321.c.482
Deus addentem afflicto afflictionem rigoroſe caſtigat, 434.c 479
Afflictiooem afflicto addere ſcelerati eſt homiois, ibid.
Afflictionibus ad Deum reducimur, ibid.
Non ſolum impij, ſed etiam iuſti affliguntur, fol. 757.c.134
Afflictionibus io cœlum conſcendimus, fol. 611.c. 33.866.c.198
Iuſtus io ſuo nomine afflictionem dicit, fol. 462.c. 652
Afflictio oei memores nos reddit, 458.c.623
Calamitates noſtræ oeum afficere triſtitiâ videntur, 316.c.164
Ea ooni immerito prædicatur calamitas quę Saluatorem habuit oeum, 275.c.199
Tempore afflictionis abſtinendum eſt à delitus, fol. 554.c 414.560.c.448
Animalia etiam tempore afflictionis abſtinent à voluptate licita, 635.c.159
Afflictio datur iuſto propter dooum ſuauitatis, fol. 554.c.415

Ex afflictione cognitio ſui oritur, 866. c. 197
Afflictio virtutem declarat, 565. c. 17
Afflictionibus purgatur iuſtus, ibid.
In afflictione grates Deo referendæ, fol. 595. c. 192.
Afflictiones propter Deum toleratæ facillimæ & leuiſſimæ videntur, 578. c. 96
In afflictione ſuos conſolatur Deus, fol. 633. c. 145 642. c. 199
Maximum beneficium eſt afflictio, 577. c. 97
Afflictio bonorum quæ expectamus, flos eſt, ibid.
Afflictio ad noſtram vtilitatem datur, ibid.
Afflictio peccatorum remedium, ſed præcipuè iuſtus, ibid.
Afflictio maxime vtilis, 868. c. 215
Per afflictiones iuſtus magis illuminatur ad cognitionem Dei, 579. c. 101
Per afflictiones iuſtus illuminatur ad cognitionem mundi, ibid.
Afflictionibus non deprimimur ſed erigimur, fol. 566. c. 196
Afflictiones quę iuſtis vtiles, iniuſtis nociuę ſunt propter ſuam malitiam, ibid.
In afflictione Deus propitius ſentitur, fol. 594. c. 184
Afflictiones diſciplinæ ſunt, quibus ad meliorem frugem reducuntur afflicti, 865. c. 193
Ex afflictione incrementum, ibid.
Afflictiones celebres reddunt afflictos, ibid.
Afflictionibus iuſti conſeruantur, ibid.
Afflictis afflictionem addere proprium eſt dæmonum. 892. c. 83
Afflictio qua peccatum tollitur, nomen afflictionis non debet ſortiri, 889. c. 63
In afflictione ipſius Deus auxilium, 875. c. 256
Per afflictionem ad gloriam peruenitur, fol. 873. c. 257
In afflictione purgamur, & illuminamur, ibid. c. 258
Afflictiones patienter ferendæ ſunt, 882. c. 18
Tribulantur iuſti ex occulto Dei iudicio, ibid c. 22
Cum Deus propter afflictiones nobis contrarius eſſe videtur, tum maxime propitius, 764. c. 183
A Deo non affligi grauiſſimum eſt. 579. c. 103
In afflictione non grauiter triſtandum, ibid. c. 104
In afflictione communi abſtinendum eſt à delitiis, fol. 569 c. 42
Non nos affligit Deus, niſi quantum poſſumus tolerare, 606. c. 6
Qui afflictiones non propter Deum ferunt, ſi ab his liberantur maxime lætantur, 617. c. 70
In afflictionibus Dei auxilium petamus, fol. 673. c. 102
Afflictiones in noſtram vtilitatem, ibid.
Afflictio veritatis viam aperit, 737. c. 133
In afflictione ad Deum clamandum, 765. c. 192
Iuſti afflictionum finis fœliciſſimus, fol. 773. c. 1
Non omnis afflictio, ſed quæ propter Deum toleratur, 866. c. 199
Afflictio via ad gloriam, ibid.

*Ambitio.*

Ambitioſus magis dolet fruſtrari intentis quàm de peccatis ſuis, 303. c. 375
Ex ambitione noſtra ruina, 246. c. 121
Quo quis vilior & infirmior, eo aliquando magis ambitioſus, 351. c 683
Ambitioſus deprimitur vſque ad ſimilitudinem belluæ, 349. c. 670

*Arbor vitæ in Geneſ.*

Ambitio iudicium rationis impedit, fol. 343. c. 635
Ambitioſus cupiens eſſe quod non eſt, deſinit eſſe quod eſt, ibid.
Ambitio omnium validiſſima paſſionum, fol. 369. c. 26
Ambitio omnia conculcat, fratremque odit, fol. 383. c. 119
Ambitioſus ſtat potius ex parte diaboli quàm iuſtitiæ, 384. c. 120
Ambitio alia peccata excedere videtur, fol. 442. c. 534
Ambitio laborem hominis deſtruit, ibid.

*Amicitia.*

Amicitiæ lex, eſt vt amici ſecreta cordis inuicem ſibi aperiant, 970. c. 274
Quam peruersè leges amicitiæ ſeruamus, fol. 302. c. 371
Lex amicitiæ eſt æqualitas, 317. c. 458
Ab animalibus inſtruimur ad amicitiam conſeruandam, 635. c. 155
Amici probitate parantur, 812. c. 47
Amicus eaſdem pœnas quas dilectus ſuffert, tolerat, 824. c. 220
Amicitia, vna eſt anima in duobus corporibus, ibid. c. 121
Amicis importuni eſſe non debemus, fol. 844. c. 69
Amicitiæ fundamentum virtus, 975. c. 314

*Amor.*

Amor bene ordinatus & peruerſus diſtinxerunt bonos Angelos à malis, 48. c. 261
Summo amore nos proſequi debemus ad inuicem, fol. 142, c. 724
Amor inordinatus quod turpe eſt efficit pulchrum, fol. 271. c. 173
Amor inordinatus obcœcat mentem, fol. 272. c. 174
Amor nihil diuiſum habet, fol. 275. c. 197
Amor requirit amari, & ideo dolet niſi rependatur amor, 514. c. 151
verus Amor dilectum non patitur alteri admiſceri, ibid.
Amor difficultatis nomen ignorat, 565. c. 15
Amor omnia ſuperat, 592. c. 179
Amor miſeriis non reprimitur, ibid.
Amor eſt omnipotens, ibid.
Amore virtutis iter aſperum miram in ſuauitatem mollitur, 741. c. 36
Amor carnalis omnia dilapidat, vna conſentus amaſia, fol. 291. c. 298

*Amor Dei erga homines.*

Amorem Deus per Moyſem erga nos maximum declarat, fol. 11. c. 56
Ita Deus ſpeciali amore hominem proſequitur, vt ei habitaculum prius præparaſſe videatur quàm ſibi, 8. c. 37
Maximus Amor Dei erga hominem, fol. 38. c. 201
Amor Dei rerum omnium patens, ibid.
Ita hominem diligit vt quod ei vtile eſt bonum iudicat, 44. c. 233
Deus ita hominem diligit, vt ei quietem præparet antequam creetur, 47. c. 253
Ita diligit hominem vt futuro maximi epuli conuiuæ lucernas accendat, 83. c. 427
Deus ita hominum vtilitatem curat, vt eam ſolam ſatagere videatur, 97. c. 496
Deus ita hominem diligit vt cum eo familiariter loquatur, 908. c. 37

Deus ita hominem diligit vt ea quæ ſunt ſuo miniſterio dicata, cum eo creauerit, 119.c.603
Deus Amorem in hominum formatione declarat, fol.129.c.649.
Tantus eſt Dei erga hominem amor, vt dono acceperit ab eo quod nullomodo potuit obtinere angelus, 135.c.689
Deus ita hominem diligit vt cum requieſcit homo in eo requieſcere dicatur, 165.c.32
Magna in hominem Dei beneuolentia, fol. 180. c. 116.
Deus ita diligit hominem vt benefaciendo ei videatur reſpirare, 187.c.163
Amor Dei in hominem, fol.607.c.15.fol.191.c.180
Deus ita hominem diligit, vt eum etiam honoret, 212.c.197
Non poteſt homo à Deo non diligi, *Non intelligat quod eum neceſſario diligat*, 209.c.281
Magnus Dei erga hominem amor, fol.293.c.319.fol. 208.c. 270
Dei in nos exiguum amorem ſuadet diabolus, fol. 256.c. 77
Maximus eſt erga nos Dei amor, fol. 319. c.472
Ita Deus hominum amator, vt plus eum cruciet peccatum noſtrum, quam noſmetipſos, fol.391.c.178
Deus inuictus, amore hominum vincitur, ſol. 398.c. 223
Amor Dei in hominem, 313.c.149
Deus ita diligit hominem, vt ſine eo ſolus eſſe videatur, 514. c. 153
Amor quo Deus hominem proſequitur, cordialis & intimus eſt, 515.c. 158
Quem ſpecialiter Deus diligit, à malis ſeruat, fol. 869. c. 220
Ita Deus diligit hominem, vt quomodolibet poſſit eum ſine dolore ſeruare velit, fol. 917. c. 85
Maximus amor Dei in hominem, ſol. 970. c. 277
Deum propter ſe diligere debemus non immixto timore ſeruili, 924. c. 124
Maior Dei amor videtur erga homines quam Angelos, 515.c.159
Amor Dei non videt delicta, 534. c. 290
Sola vis amoris Deum tenere poteſt, fol. 534. c. 291
Deus amoris ſui erga hominem zeloſus, fol. 566. c. 22
Videtur quod Deus ſpecialiter eſt eorum Deus qui eum diligunt, 835.c.9
Ita Deus hominem diligit vt naturæ ſuæ conſortem faciat, 909.c.42
Tenerè hominem diligit Deus, 972.c.190
Deus ita hominem diligit, vt ab eo quaſi velit captare beneuolentiam, 972.c.192
In Dei amorem ex ſuis beneficiis feramur, ſol. 971. c. 286.

*Amor noſter in Deum.*

Amorem omni conatu quo poſſumus, noſtrum erga Deum debemus declarare, fol. 840. c. 42
Omnia creata ad amorem Dei nos prouocant, fol. 21. c. 114.
Vult Deus à nobis amari vt amor noſter, non illi ſed nobis vtilis ſit, 912 c.64
Egenus amor ſubiicitur, diues eminet, fol. 34. c. 184.
Homo maxime tenetur Deum diligere, fol. 129. c. 651.
Maximo amore debet homo ferri erga Deum, fol. 935. c. 33. 217. c. 389
Quo quis eſt perfectior, eo maiori amore Deum proſequi tenetur, ibid.
Amor Dei cuilibet alteri præferendus, fol. 737. c. 9. 758. c. 148. 242. c. 479
Anima vere fidelis nullo alio amore feratur niſi diuino, 95. c. 486
Amori Dei amicitiam hominum præferimus, fol. 270. c. 164
ad Amorem ſuum nos inducit Deus, 358. c. 730
Omnia vincit amor Dei, 738. c. 10
Ad Deum imus non ambulando ſed amando, fol. 628. c. 251
Amanti Deum omnia facilia, 592. c. 173
Vult amari Deus vt pater, 142. c. 725
Beneficentia Dei in nos profuſa, ad ſuum amorem nos ſollicitat, 669. c. 140
Deus ad amorem ſuum nos allicit, & qua poteſt lenitate, 651. c. 35
Qui Deum diligit, omnia propter ipſum debet velle, 711. c. 18

*Amor carnalis.*

Amor mulieris obliuionem animæ ingerit, fol. 239. c. 465
Amor carnalis Paradiſo nos expulit, 359. c. 736
Nimius amor carnalis præſcinditur, 771. c. 214

*Amor proximi.*

Amor proximi reddit Deo gratum munus, fol. 38. c. 110.

*Angeli.*

Angeli ita ſunt perfecti vt quaſi dii poſſint haberi, fol. 16. c. 82
Angeli ita ſunt nobiles, vt quaſi teſtes ſuæ voluntatis Deus habere voluerit, 16. c. 82
Angeli miniſterio noſtro dicati, 17. c. 84
Angeli verbo Dei proſiliere, ibid.
Magna eſt dignitas naturæ Angelicæ, ibid.
In Angelorum creatione potentia Dei manifeſtatur & ſuæ bonitatis communicatio, ibid.
Angeli non ex aliquo, ſed ex nihilo, ibid.
Angeli modo ineffabili & ſimul prodiere, ibid.
Differentia ſexus in Angelis non reperitur, ibid.
Angelica natura longe corpoream excellit, fol. 34. c. 186
Angeli ſunt noſtri conſolatores, 891. c. 75
Chriſtus à prima ſuæ incarnationis vmbra Angelos nobis reddidit pacatos quos Adam nobis hoſtes reddiderat, 891. c. 77
Angeli pluries conſpectu ſuo recreant iuſtos, fol. 891. c. 86
Ita ſunt nobiles Angeli, vt à Deo primi edocti fuere, 38. c. 200
Examinandum eſt, an Angelus Sathanæ transfiguret ſe in Angelum lucis, 44. c. 236
Angeli peccare non poſſunt, 50. c. 272
Ita ſunt perfecte vniti boni Angeli, vt vnus dici poſſunt, 51. c. 276
boni Angeli confirmari, ne cadere poſſent, ſol. 61. c. 322
Angelus in bono confirmatus nomine cęli dignus, ib
Noſtra in omnibus amamus, non æquè aliena, fol. 236. c. 448.
Angeli prima die creati & à malis ſeparati; fol. 97. c. 495
Angelis imperat Deus ſatagere vt iuſti quorum ſunt cuſtodes in bonis operibus multiplicentur, fol. 114. c. 576
Ita perfecti ſunt Angeli vt ornatus ipſius cæli dicantur, 160. c. 5
Angelus concinnator, 892. c. 87

Angelicæ poteſtates criminum noſtrorum vltrices, 430.c.431
Angeli tantæ dignitatis ſunt, vt ſi filij Dei vocarentur ſicut homines, quaſi eis exhiberetur latria, 491. c.10
ſi Angeli nobis eſſent nociui, iniuria à Deo afficeremur, ibid.
ſi Angeli nobis infenſi eſſent, & non punirentur, iniuſtus Deus videretur, 491.c.12
muneris Angelici eſt nos ad Deum reducere, fol. 891. c.91
Angelus hominum miniſterio deſeruit, fol. 554.c. 441.f.560.c.451
tantæ dignitatis videntur Angeli, vt quaſi ſint diuinæ operationis ſocij, 720.c.91
cum Angeli puniunt, deſcendere videntur, 721.c.110
Angelus cuſtos caſtitatis, 768.c.207
Angelus hominum curator, 893.c.89
Angelus puris caſtiſque mentibus familiarius apparet, ibid.
gloriosior Angelus veniens ad ancillam conſolandi gratiâ quam ſi ad monachum mitteretur alterius rei cauſa, ibid.
non quilibet dignus aſpectu Angeli, 898.c.119
Angelus ſe ſtatim exhibet præſentem vbicumque libuerit, 935.c.36
Angelus hominum medicus, 936.c.38
Michael inter alios Angelus præcipuus. 940.c.66
Angelus cum iudex eſt, à muneribus abſtinet, fol. 948. c.129
Angeli maxime ſunt vrbani, 958.c.193
Angeli iuſtorum maxime ſunt ſolliciti, fol. 959.c. 204
Angeli futura cognoſcentes ex reuelatione, ibid.
Angeli diuerſas propter hominum vtilitates formas induunt. ibid.
eſſe beatorum ſpirituum à Deo dependet, fol. 960. c.109
Angeli vbi incarnatio præfigurabatur nobis ſimiles videntur 964.c.241

*Anima.*

Longe excellentior eſt corpore, fol. 185.c.149. fol. 22. c.116
Anima iuſti in Deo ſolidata, cœlum eſt, fol 62.c. 327
præ aliis Deus æſtimat animam rationalem, fol. 81.c. 422
Animæ vita, Chriſtus, 91.c.468
Animæ iuſtorum in conſpectu Dei immundæ videntur, 95.c.485
non omnis Anima eſt rationalis, 100.c.505
Anima hominis incorporea, 119.c.612
Anima noſtra ex nihilo, ibid.
Animæ rationalis dignitas, 130.c.659
Anima ſpiritui perfecte ſemper non vnita illegitimos nempe vitioſos fœtus producet, 544 c. 739
Anima noſtra in magno pretio habenda, fol. 185.c. 145
ex Animæ noſtræ creatione, docemur nemini iraſci, ibid.
Animæ dignitas, ibid.
Spiritus ſanctus perficit & meliorat animas, fol. 164. c.28
Anima maxima cum diligentia cuſtodienda, ibid.
Anima non eſt in corpore tanquam exiſtens, ſed informans, 185.c.150
Anima perfecta creatur, ibid.
Anima rationalis non corporea, ſed ſpiritualis, fol. 186.c.152
Anima non cibis indiget, tanquam eis vtatur, f. 219. c.300
Anima non ex aliquo facta, 238.c.458
Anima ſeipſam non cognoſcit, 229.c.398
Anima à Chriſto accipit vt ſit noſſea per virtutem, carnea per amorem, 240.c.466
Animæ cibus debet eſſe cœleſtis, 312.c.490
in Anima peccatrice vitiorum catena, 411.c.517
Anima noſtra immortalis eſt, 414.c.342
Animâ bene compoſitâ, corpus bene componitur, 566.c.10.
videtur Anima vna non minus chara Deo quam vniuerſorum hominum, 686.c.148
Anima ſapientis terreſtre cœlum, 846.c.84

*Aſtrologus.*

Dies infœlices & infauſti ab aliquibus obſeruati tidentur, fol. 99.c.403
irrideamus Aſtrologos ſtellas eſſe ſigna hominibus fatalia aſſerentes, 95.c.488
error Aſtrologorum aſſerentium omnes videri ſtellas refellitur, 848.c.101

*Attributio.*

Tribuunt impij omnia ſibi & non Deo, 444.c.544
Quod bonum eſt Deo deputandum malum nobis, 490.c.4
Tribuendum omne bonum Deo, fol. 686.c.247
Tribui vult ſibi Deus bene geſta, 813.c.48
Tribui magna ſibi vult Deus, ibid.

*Auarus.*

Auarus recte aridus & ſterilis vocatur, fol. 69.c.366
Auari finis in baratrum corruere, 108.c.550
Auaritiâ Deo ſumus diſſimiles, 134.c.684
Auarorum cupiditas inſatiabilis comprimitur, fol. 167.c.44
Auarus vbi aurum inuenerit, ibi pedem figit aliorum immemor, 203.c.246
Aurum inſidos reddit, 203.c.247
Aurum iden in tanto pretio habetur, non quia melius, ſed quia rarius, 204.c.250
Auaritia ita homines trahit, vt ab initio dæmon per eam mulierem ſollicitarit, 264.c.113
Auarus omnia contemnit, omnia conculcat, fol. 371. c.36
Auarus immiſericors eſt, 371.c.39
Auarus beatitudinis expers, ibid.
Auarus ſerum miſerior, ibid.
Auarum mœror & iracundia comitatur, ibid.
Auarus eſt qui cupidine ſeruat ſua, 384.c.121
Auarus magis ſua æſtimat quàm Dei obſequium, fol. 377.c.81
Auari excandeſcentis remedium eſt bonorum ſuorum reuerſio, 392.c.187
Auari quies, reſtitutio bonorum ſuorum, fol. 399.c. 228
Auaritia omnia fere ſcelera ſuperat, 402.c.252
Auari virtutis amatores impugnant, 401.c.243
Auaritia inuida, 402.c.344
Auarus inſatiabilis, f. 401.c.245. f. 693.c.4.705. c.6
Auaritia mentem obtenebrat, ibid.c.246
Auarus amiſſionem bonorum magis timet quàm animæ iacturam, 429.c.444
Auarus ſemper famelicus, ibid.
Auaritiæ finis perditio, ibid.
Auarus ſemper meticuloſus & timidus, ibid.
Auarus in ſuperbia terminatur. 443.c.540
Auarus inſatiabilis, ibid.
Auarus difficile conuertitur, 517.c.317
Auarus magis inſatiabilis quàm animalia, fol. 545.c. 359

Auaritia in principibus maxime damnatur, fol. 781 c. 49
Auaritia omnium vitiorum origo, 836. c. 271.

*Aulici.*

Aulici maxime ſunt adulatores, 764. c. 180

*Auxilium.*

Auxilium Deus vt ab eo petamus occaſiones præbet, 216. c. 584
Auxilio Dei nihil eſt quod non indigeat, f.28. c. 246
non eſt neceſſe, vt Deus ſpeciatim ſuccurrat cùm nos id efficere poſſumus, 279.c.213
Deus ſuos publice in neceſſitatibus vult adiuuare, fol. 590.c.166
Auxilium cum deeſt humanum, diuinum adeſt, fol. 416.c.355.fol.560.c.452
Deus implet quod homo exequi non valet, fol. 593. c. 177
homo ſine Auxilio Dei imbecillis, 715.c.61
Deus ſuos adiuuat & comitatur, 750.c.91
Deus ſcutum ad protegendum nos ab aduerſariis, 837.c.19
Dei Auxilium ad bona opera neceſſarium, 174.c.83

B

*Baptiſmus.*

Baptiſmus fideles perfectos & imperfectos ſubſecutiue generat, 109.c.514
aqua ita nobilis, quia Baptiſma figurat, vt ei ineſſe videatur Dei cogitatio, 29.c.153
Spiritus ſancti ſedes aqua, quia Baptiſmum repræſentat, 32.c.173
poſt Chriſtum genitum & Eccleſiam productam per Baptiſma fideles oriuntur, 101.c.513
Deus benedixit iis qui ex aquis proueniunt propter eos qui baptiſmi aquis lauari deberent, fol.113. c. 571
ſimiles ſumus Deo in Baptiſmo, 141.c.722
per Baptiſmum datur regreſſus ad Paradiſum, fol. 206.c.275
aquæ nec maledicuntur etiam poſt peccatum, quia figurabant Baptiſma, 328.c.527
in Baptiſmate requies noſtra, 485.c.120
Baptiſmus ſolius Eccleſiæ regenerat & ſaluat, fol. 544.c.361
qui baptiſantur extra Eccleſiam alio Baptiſmo quam Eccleſiæ pereunt. ibid.
Baptiſmus proprium ſacramentum legis gratiæ, fol. 375.c.83
omnes qui baptiſantur in ſpem futuræ quietis Baptiſantur, 576.c.84
per Baptiſmum homo reformatur. 584.c.124
Baptiſmi figura, etiam maxime vtilis, 597.c. 203
figura Baptiſmi & ſpiritus ſancti gratiæ, 619.c.75
figura Baptiſmi in arcu, 663.c.104

*Bellum.*

Bellum crudelius gerunt homines quàm belluæ, fol. 805.c.13
in Bello iuſto, præda efficitur victoris, 819.c.93
iuſtus non niſi coactus Bellum gerit, 817.c.82
non ſolum pugnantes ſed etiam ſeruantes neceſſaria pugnæ remunerari debent, 833.c.177
multum refert in Bello ad victoriam conſequendam, quod prior hoſtem aggrediaris, ibid.
iuſti ſciunt cum viget neceſſitas, Bellum gerere & exercitum ducere, 815.c.68
in Bellu vigilandum, 817.c.76
Bello iuſto fauet Deus, ibid.
ex Bello occaſio ruinæ, 510.c.140.
Bellum gerendum non ex cupiditate ſed iuſtitia, 832. c.172
ex Bello totius viæ hominum corruptio, 534.c.297
in Bello ſtratagemata licita, 818 c.83
in Bello iuſto occidere poſſumus, 657.c.74
mens impia vt Deo Bellum inferat ſenſus conuocat, 711.c.36
Bellum ciuile maxime vitandum, 723.c.113
iniuſto Bello imperium parare & augere grande latrocinium, 802.c.4
milites in Bello victores ſunt inſolentes regulariter, 810.c.31
In re militari prudentia eſt neceſſaria, 814.c.53

*Benedictio.*

Benedictione Dei omnia ſubſiſtunt, fol.113.c.569
Benedicit Deus perfectionibus, ibid.
Benedictione Dei amor conſeruatur, ibid. c. 572
Deus non benedicit hominibus terrenis, fol. 121.c. 608
Benedictio Dei piſcibus data ac auibus longe eſt in homine abundantior, fol.144.c.733
Benedictio Dei ad paucos non ſe extendit, ibidem c.736
Benedictio opus Dei; fol.166.c.41
Benedictio ſanctis affectibus datur non terrenis, fol. 170.c.73
Benedictio non datur propter peccatum futurum, fol. 330 c.543
Benedictioni Dei proſperitas noſtra tribuenda, fol. 369.c.10
Benedictio Dei efficax, fol.560.c.449
qui Deo Benedicit propter aliquém, impertat ei beneficia, fol.686.c.251
è Dei Benedictione terræ poſſeſſio prouenit, fol. 671. c.153
Benedictio Dei tanta eſt, vt non audeat pater filium etiam peccatorem à Deo benedictum maledicere, fol.683.c.217
Benedictio diuina differt ab humana, fol.744.c.55
Benedictionem humanam remunerat Deus, fol. 745. con. 65
Benedictio parentum maxima, quod poſt ſe filios virtute præditos relinquant, fol.906.c.30

*Beneficium.*

Beneficiis in nos collatis Deus ſuum cultum amplecti nos aſtringit, f.15.c.75
Beneficia alicui non confert Deus ex defectu liberalitatis, ſed creaturæ capacitatis, f.10.c.47
Beneficia confert Deus non ſolum amicis, ſed & impiis, f.20.c.105
Beneficium & talentum à Deo acceptum illud multiplicemus, f.78.c.408
Beneficia Dei ſemper præ oculis habeamus, fol.88. c.415
Beneficia ſemper ſua Deus adauget, f.842.c.94.fol. 112.c.566
Benefici Dei habent ſimilitudinem, f.132.c.670
Beneficia maxima homini confert Deus, fol.136 c. 693
Beneficiis Deus nos cumulat, f 174.c.731
Benefacere paucis non poteſt Deus, f.145.c.742
Benefacere ſi ceſſaret Deus, ceſſaret & eſſe, fol. 162 c.15
ex Beneficiis Dei aliquando mala elicimus, fol.712 c.44
Benefaciendum non magno præmiſſo examine, puniendum autem ſtrictiſſima adhibita diligentia, & maxima conſideratione, f.714.c.52
Beneficia temporalia quæ à Deo ad impios etiam ſolent proficiſci, non valde æſtimanda, fol. 496.c. 47
Beneficia ingratis confert Deus, vt via aliqua ad iuſtum ſupplicium præparetur, f.670.c.245

Deus ſi ſemel benefacit, iam quaſi à conſuetudine ſemper beneficia confert, f.189.c.168
Beneficiis nouis ſemper cumolat Deus, f.142.c.410. 189.c.169
Beneficia ſua etiam impiis Deus largitur, f.202.con. 241
ex Beneficiis Dei homo ita ingratus eſt, vt in impietatem labatur, f.268.c.149
ita leuis eſt homo, vt non poſſit ferre Dei beneficia niſi ſuperbiat, f.571.c.172
Beneficium aliquod temporale confert Deus ſeruis qui ob peccata puniuntur, 348.c.668
Beneficia Dei maxime debemus coæſtimare, f.368. c.17
Beneficia maiora confert vt grauiores culpas vitemus, 650.c.27
Beneficium etiam exiguum pretioſum nobis debet eſſe, f.369.c.18
in Beneficiis largiendis ita Deus liberalis eſt, vt ex iuſtitia videatur conferre, 574.c.419
Beneficia Dei ad maiorem illius reuerentiam nos prouocant, 839.c.40
ita peruerſi ſunt impij vt ex beneficiis Dei mala eliciant, 490.c.7
Beneficia indignis non conferuntur, 482.c.102
Beneficium à Deo conceſſum diuturnum eſt, 964, c.239
ita peruerſi ſunt impij vt Beneficia Dei in malum vſum conuertant, 505.c.103
Beneficia quo maiora recipimus, eo obſequentiores debemus eſſe, 669.c.139
Beneficia magis alliciunt quàm pœnæ, 667.c.121
Beneficia votis æquanda ſunt, cum factis non poſſimus, 699.c.141
in Beneficiis Dei eſt progreſſus, 919. c. 48. 795. c. 135
vult Deus vt Beneficia ſua attente & intime conſideremus, 795.c.140
Beneficium auget qui de illo præſtando monet acceptυrum, 845.c.75.796.c.142
Beneficium collatum ratio eſt aliud accipiendi, fol. 835.c.1.640.c.69
Deus ſi aliquid à nobis exigit, non quia indiget, ſed vt nobis Beneficia conferat, 913.c.66
Beneficia maiora quo quis accepit, ab eo plura exiguntur, 904.c.9
Beneficium cum præſtamus, inuitare debemus accipientem, 939.c.60
Beneficia confert Deus, vt eum amore proſequamur, 941.c.80
Beneficium quod precibus impetratur, ægre præſtitum videtur, 941.c.81
Beneficium quod exhibemus, vilipendere debemus vt admittatur, 942.c.82
Beneficia Dei talia ſunt aliquando, vt ſolum ea admirari debeamus, 922.c.109
Beneficia diuina quantum poſſibile eſt, extollamus, 922.c.115
Beneficij promiſſio gratiſſima, cum non diu differetur eius impletio, 960.c.211

*Benignitas.*

Benignitate vtendum eſt erga aduerſarium, fol. 349. c.672
Benignitas debet eſſe ſeueritate temperata, fol. 522. c.209
Pij frequenter pietas vultu oſtenditur manſuetiſſimo, 680.c.21
Benignitas multa damna eneruat, 784.c.68
Benignos ita Deus diligit, vt animalia benigna ſibi offerri præcipiat, 856.c.140
Benigne & ſuauiter nos allicit Deus, 853.c.130

*Bigamus.*

Duabus ſimul fœminis coniunctus omni dignus eſt ſupplicio, fol.445.c.551
Bigamus Lameth adulterium committit, ex coniugio duarum ſimul vxorum naſcuntur filij peccatorum occaſiones, fol.446.c.554

*Blaſphemia.*

Ita graue eſt delictum vt non debeat nominari, fol. 407.c.284

*Bonitas.*

Bonitas à Deo æſtimatur ſed non antiquitas, fol.44. c.239
Bonitatis moralis ſolum eſt capax perſona, fol.45.c. 245
Bonitatem Deus honorat & æſtimat, 45.c.246
quo maior vtilitas, eo maior bonitas, 122.c.620
Bonitas morũ non ex natura, ſed ex gratia, f.367.c.8
Bonitas impedit malitiam ne longius ſerpat, fol.187. c.127

*Bonum.*

Bona non à nobis ſolum ſed à Deo proueniunt, f.80. c.416
omnia in quantum Bona, opus Dei ſunt, 111.c.565
Bonum eſſe videtur quod in hominum vtilitatem, vel iucunditatem cedit, 122.c.616
Bona Deo videntur quæ homini nocere non poſſunt, 121.c.617
Bonum quod vni communicatur, & non pluribus, bonum minime videtur, 135.c.690
Bona creata bono increato comparata non merentur nomen bonitatis, 155.c.792
Boni & mali nociua eſt coniunctio, 217.c.525
Bonum non agnoſcitur, niſi priùs amiſſum fuerit, 220.c.347
Bonum commune non tollendum vt vitetur malum particulare, 221.c.386
Bona propria apud nos vileſcunt, ad aliena propenſiſſimi, 219.c.464
Bonum non agnoſcitur niſi cùm amiſſum fuerit, fol. 275.c.194
Bono ſuos non priuat Deus niſi ſubſtituens aliud maius, 400 c.236
Bonum omne Deo tribuendum, 686.c.147
Bonum aliquod cum à nobis inuentum fuerit, illud proſequamur, 777.c.14

*Bona ſpiritualia.*

Bona ſpiritualia primùm curare debemus, 18.c.94
Bona cœleſtia ſolum debemus attendere, fol.91. c. 466
ſpiritualia, deinde corporalia, 139.c.702
ad cœleſtia contemplanda prouocamur, 160.c.8
Bona ſpiritualia non faſtidiunt, 200.c.253
qui nihil cum cœleſtibus habet commune, humi ſerpere dicitur, 311.c.426
Bona ſpiritualia prius Deus concedit, deinde temporalia, 646.c.8
non ſolum confert Deus temporalia, ſed & ſpiritualia, 744.c.59
Bonis diuinis qui vult perfrui, terrenum nullum ſapiat, 849.c.103
cœleſtibus tantum incumbunt qui ſpiritu aguntur Dei, 829.c.149

*Bona temporalia.*

Bona temporalia manuductiua ſunt ad bona ſpiritualia, 848.c.99
Bona quæ non à Deo proficiſci videntur, inſtabilia ſunt, 19.c.102
Bona omnia creata ſi Deo comparentur, vanitas, 22. c.115
Bona temporalia ſicut inania tranſeunt, ſicut vana non ſatiant, 26.c.135

ab eorum amore reuocamur, 25.c.131
ſi circa Bona terrena affectus nimiùm ferantur, anima virtutum germina non proferet, 65.c.348
Bonis terrenis indulgentibus non benedixit Deus, 78.c.406
in rebus terrenis nil ſolidum, ſolæ rerum apparentiæ, 109.c.554.
Bona temporalia quæ deliciis plena credimus, periculis ſunt referta, 788 c.89
Bona temporalia animæ nocumentum inferunt, fol. 109.c.555
Deus hominibus terrenis non benedixit, 121.c.608
terreni ſolum terrena cogitant, 827.c.141
amor terrenorum radix malorum omnium, fol. 117. c.591
quot ſunt terrenis vniuerſi in populo, tot Sathanæ inſtrumenta ſunt ad perditionem noſtram moliendam, 138.c.703
terrenis dediti mancipia ſunt, 174.c.82
bona naturæ etiam ſunt Dei beneficia, 173.c.77
bonorum terrenorum nimium amatores, ſunt miſerrimi, 811.c.37
bona temporalia nihil ſunt ad æterna comparata, 192.c.192
bonorum temporalium inquiſitio ex peccato, 279.c. 218
maledicitur terrena diligens, 328.c.531
homo terrenis deditus quid communicare poteſt niſi eundem ſpiritum terrenum, 329.c.559
in mundo quod terrenum eſt, ſpirituali anteponitur, 370.c.27
bona terrena vanitas, 371.c.34
terrena inquirens quamuis viuens, videtur non viuere, ibidem
terrenorum amatores in ſuis muneribus decipiuntur, 378.c.84
bonis temporalibus ſtudentes puluis ſunt, fol. 796. c.144
terrena mens certam à Deo patitur repulſam, 386.c. 143
terreni homines fundamentum in terra faciunt nihil de cœlo cogitantes, ſecus autem iuſti, f. 442. c. 529
bona temporalia anteponimus aliis magis neceſſariis, 788.c.88
impius bona cœleſtia nihili facit, ſi non ei dentur terrena, 427.c.418
bona terreſtria poſſidenti annexus eſt timor & dolor, ibid.
filij huius ſæculi terrena inquirunt de ſpiritualibus non ſolliciti, 446.c.555
bona terreſtria non ex ſe bona ſunt, ſed ad virtutem conducunt, 487.c.126
terrenis ſtudentes non dicuntur homines, fol. 531.c. 271
qui terrenis deditus eorum ſeruus eſt, fol.675.c. 138
bona terreſtria incertiſſima ſunt, 739.c.27
qui ſpeciem rerum elegit, non veritatem, decipitur, 790.c.102
bonum temporale coniunctiſſimos etiam à ſe inuicem ſeparat, 787.c.83
imprudens bona temporalia tanquam talia in dextera collocat, non ſic ſapiens ſed contra, fol.785. c.75
bona temporalia ſi ſolum inſpiciantur ſecundum ſuperficiem aliquid apparent, ſi autem attente, nihil niſi fumus, 786.c.78.851.c.120
qui terrenis bonis accumulandis ſunt intenti, à dæmone inuaduntur, 861.c.175

C

*Caro.*

Concupiſcentiæ carnis cognitio poſt peccatum, fol.278.c.216
ex noſtra Carne niſi ſpinæ & dolores, 316 c.589
Caro noſtra macerandа eſt labore & inedia, fol. 888. c.60
ex multa Carnis noſtræ libertate, motus intolerabilis concupiſcentiæ in nobis deinde conſurgit, fol. 882.c.23

*Cæcitas ſpiritualis.*

vita præſens variis cupiditatibus agitata, oculos mentis Cæcat, ne videnda conſpiciat, 876.c.262
ambitio iudicium rationis impedit, 343.c.635
amor inordinatus obcæcat mentem, 272.c.174
auaritia mentem obtenebrat, 402.c.246
inuidia mentem obcæcat, 385.c.128
ira rationis lumen quaſi extinguit, ibid.132
ſine iudicio rationis eſt impudicitia, 312.c.427
impudicitia mentem obtenebrat, fol.495.c.36.791. c.106
Cæcus eſt peccator, 277.c.204

*Caſtitas.*

ad Caſtitatem conſeruandam remedium adhibendum, 916.c.83
munditia tanquam aues ad ſuperna nos attollit, fol. 114.c.578
Caſtitate Deo ſumus ſimiles, 132.c.669
Caſtitatis amator Deus, 142.c.726
purum ſe omnibus omnium fœditate conſeruat homo, 182.c.133
Caſtitatis virtus non perditur violenter, corrupto corpore, ſed violato propoſito, 771.c.226
Caſtitas vera ex magna virtutum acquiſitione, fol. 187.c.159
Caſtitas illa vera eſt quæ charitatem ſociam habet 198.c.221
idem conceptus confirmatur, ibid.
Caſtitas murus eſt aduerſùs quoſlibet hoſtes, ibid.
Caſtitate ſordes abluuntur, 205.c.255
Caſtitas neceſſaria eſt non ſolum exterior, ſed etiam interior, vt ingreſſus paradiſi reperiatur, fol.364. c.768
Caſti eſtiam in verbis debemus eſſe, 368.c.11
Caſtitatis fructus eſt angelicus, ibid.
Caſtis maximè delectatur Deus, ibid.
Caſtus etiam ſi prouectiſſimæ ætatis dicitur puer propter puritatem, 487.c.124
Caſtus reparator generis humani, ibid.
Caſtitatis maximè amatores veteres, 472.c.51
in Caſtis requieſcit Deus, 498.c.53
in continentia perſeuerare debemus, 634.c.147
Caſtitas maximopere ſeruanda, quia facile amittitur, 494.c.31
Caſtitas acquiſitio triumphorum, 588.c.148
Caſti angeli Dei ſunt, 494 c.32
Caſti feruntur in ſublime, 596.c.201
Caſtitas in reparatore generis humani requiritur, fol.554.c.417
Caſtitas virtutum cuſtos, 588.c.147
Deus nos mundos vult eſſe, 571.c.57
Caſtitate à naufragio liberamur, 588.c.145
Caſtitas expugnatio infamiæ & improbitatis excidium, ibid.
Caſtitas illæſa ſeruatur non pugnans contra impudicitiam, ſed ab ea fugiens, 621.c.92
Caſtitas ideo illæſa ſeruatur impudicitiam fugiens, quia proxima periculo tuta eſſe non poteſt, 621. c.93
Caſtos ita ſeruat Deus, vt eos nolit nec exterius ma

culari, 651.c.134
Caſtitas maxime à piis colitur, 681.c.214
Caſtitatis Deus magnam curam habet, 770.c.225
Caſtitas tam mentis quam corporis non diuiditur, 860.c.166
Continentia in muliere reddit eam viri ſui dominam, 962.c.228

*Charitas.*

In operibus Charitatis humilitatem ſectari debemus, 944.c.96
Charitas aliis omnibus ſupereminet, 54.c.185
Charitatis ordo eſt, vt antequam ad alios mundandos accedas, teipſum priùs mundes, 35.c.190
Charitatis officia exhibendi datur nobis occaſio, fol. 946.c.315
Charitate omnes æquantur, 53.c.288
In operibus Charitatis exhibendis accuſatur negligentia, 949.c.128
Charitas non reſtringenda, 67.c.354
ex Charitate ducimur ad proximi commiſerationem, & ad indigentibus ſubueniendum, fol.75.c.393
Charitatis nimius zelus aliquando non attendit quid loquitur, 990.c.405
Charitate Deo munus acceptum redditur, fol.386.c.536
Charitatem veram habens ſcandala non timet, fol. 543.c.152
qui ſine Charitate eſt, extra perfectam virtutem eſt, 556.c.428
Charitas eſt omnium virtutum mater, ibid.
Charitas non ſolum latitudine, conſtat, ſed longitudine & altitudine, 546.c.370
ſecundum Charitatem latitudo animæ conſideratur, ibid.
Charitas filialis in Deum ſemper pacem profert, fol. 625.c.182
Charitati nihil præponere debemus, 785.c.75
Charitas omnia tolerat, 543.c.355
Charitate Deo vnimur 987.c.387
Charitas non attendit quæ loquitur, ſed ſolum affectum ſuum, ibid.
Charitas proprias aliorum facit calamitates, ibid.
Charitas non quæ ſua ſunt, ſed quæ proximi quærit, 815.c.66
Charitas immemor iniuriæ, ibid.
Charitas vera triumphat de timore, 987.c.190
Charitatis amore nulli ſunt relinquendi, fol. 816.c.69
Id ſingulariter habet ſuum quiſque, quod Charitatis erga proximos opus eſt, 833.c.179
Charitas omnibus ſe exhibet officioſam, nullum exiſtimans abſentem, 854.c.138

*Chriſtianus.*

Chriſtianis malis citius inferri ſolet ſupplicium, quàm iis qui illo non gaudent nomine, fol. 138.c.377
Magna differentia eſt populi Chriſtiani à Iudæo, fol. 847.c.91
populus Chriſtianus ille eſt qui vere ſperat in Deo, 461.c.648
Chriſtiani ceremonias veteres legales obſeruare nullatenus debent, 633.c.146
populus Chriſtianus gaudet iis quæ præparata erant Iudæis, 688.c.259
Bona ſpiritualia populo Chriſtiano promittuntur, Iudæo autem temporalia, 847.c.90
Ad nos à Iudæis gloria tranſit, 876.c.260
Liberalior in Chriſtianos quàm in Iudæos Deus, fol. 915.c.77

*Chriſti diuinitas & dignitas.*

Chriſtus Dominus exprimitur ab initio, 898.c.118
Chriſtus verus Dei filius, 124.c.623
Chriſtus Dominus ſine principio & ſine fine, *hanc propoſitionem intellige de Chriſto Domino ſecundum diuinitatem, principium autem pro initio dierum accipe,* 163.c.23
à Chriſto Domino initium dicendi ſumendum, fol. 2.c.1
propter Chriſtum Dominum omnia condita ſunt, 4.c.17
Chriſtus maxime Deo placet, 520.c.198
Chriſtus cum ſit omne, omnis capi non poteſt, fol. 211.c.291
Chriſtus inquantum Deus vera Dei & ſubſtantialis imo, in quantum homo illius ſimilitudo quam in nobis reparauit, 140.c.712
tantæ maieſtatis eſt Chriſtus Dominus vt quaſi diuinos progenitores eius effecerit Deus, fol. 909.c.41
Chriſtus Dominus verus Dei conſiliarius, fol. 115.c.626
Chriſtus Dñs nihil aſſumit niſi venicos à parte, ibid.
Chriſto Domino figurate ab initio hereditas omnium gentium promittitur, 794.c.130
Chriſtus ſummus Pontifex ab omnibus aliis ſacerdotibus agnoſci debet, 825.c.123
Chriſtus Dominus quamuis duabus naturis conſtans vnus eſt, 859.c.163

*Chriſti Domini generatio.*

Tantæ dignitatis eſt illius generatio, vt ea quæ illam non ſpectant, omittantur, 468.c.38
Generatio Chriſt i Domini non agnoſcitur, fol. 821.c.101
Chriſtus Dominus non ex virili ſemine, fol. 845.c.78
adueniente Chriſti Domini generatione animæ liberatæ ſunt ex captiuitate inferni, 871.c.231
Deus quamuis homo factus in tempore, non mutatur, 940.c.65

*Amor Chriſti Domini in hominem.*

Chriſtus in paſſione ſua intentiſſimum amorem in homines declarat. 164.c.25
Noſtra vtilitas Chriſto Domino eſt gloria, dummodò per illam noſtram ſalutem conciliet, 350.c.679
Chriſtus Dominus noſter ſuit, 283.c.146
Tantus eſt amor Chriſti Domini, vt quia fecerit hominem pro eo mori decernat, 521.c.199
Inter Ieſum & hominem maxima affinitas, 466.c.19
Chriſtus Dominus cauſa Dei erga nos amoris, fol. 973.c.296

*Chriſti Domini Aduentus.*

Aduentu illius ſoluitur peccatum, 449.c.568
Chriſtus venit ad quærendum hominem nudum & eum tegendum, 276.c.200
Meſſias promiſſus ante plurima ſæcula, fol. 745.c.60
ante aduentum Chriſti nondum abſolute perfectio inueniebatur, 780.c.43
Deum è cœlo in terram traxerunt peccatores, 981.c.335

*Chriſti virtus & efficacia.*

Sine Chriſto Domino non eſt via ad cœlum, fol. 840.c.48
à principio Chriſti Domini obedientia ad mortem deſignatur, 5.c.17
à Ieſu Patrem benignum habemus, 21.c.111
Sine Chriſto Domino nihil bonum videtur, fol. 41.c.230

Ieſus eſt vera dies, 51. c. 274
Ita putns Chiſtos vt niſi ex populo maxime purificato voluerit naſci, 916. c. 80
Ita locis amator vt non ſolum ſe mundi lucem afferat, ſed & produxerit ſplendidiſſima mundi lumina, 84. c. 430
Chriſtus non dæmones quantum ad gratiam, ſed ſolum angelos & homines quoad gloriam & gratiam illuminat, 89. c. 459
Chriſtus iuſtos illuminans & peccatores, fol. 90. c. 462
à Chriſto Domino vita animæ recedente perit, 91. c. 468
à Chriſto Domino Eccleſiæ ſanctorumque cœtus ſuæ ſanctitatis lumen accipiunt, ibid.
Chriſtus & Eccleſia mundum illuminant, fol. 96. c. 494
Chriſtus Dominus verus Dei conſiliarius, fol. 125. c. 626
Chriſtus Dominus nos circumiens totos nos facit aureos, 102. c. 144
Chriſtus Dominus eſt nobis lignum vitæ in medio noſtri, 195. c. 208
Chriſti Domini infirmitas noſtra eſt fortitudo, 230. c. 405
Chriſtus Dominus dæmonem aperto marte debellauit, 314. c. 436
Chriſtus efficaciſſimus pro hominum vita reſtituenda, 346. c. 652
Chriſtus aditum paradiſi reſerauit, 364. c. 765
In Chriſto eſt noſtra ſalus & remiſſio peccatorum, 484. c. 108
Chriſtus dedit verè requiem humano generi, ibid.
per Chriſtum in nobis reparatur imago & ſimilitudo Dei, 125. c. 928
Chriſtus omnium gaudium, 924. c. 122
In Chriſto requieſcimus, 171. c. 22
Chriſti Domini virtus, impiorum vnitatem diſſipat, 719. c. 88
Suos ſemper illæſos Chriſtus conſeruat, fol. 764. c. 185
Chriſtus verus eſt pacificus & pacis amator. fol. 812. c. 102
Chriſtus vita omnium, f. 919. c. 97

*Chriſtus redemptor & patiens.*

Chriſtus magis in ſua paſſione Deus videtur quàm in creatione, 528. c. 195
cum Chriſtus Dominus occiditur Eccleſia non minuitur, ſed perfecta tunc temporis redditur, 92. c. 470
Chriſtus Dominus vt creator dedit imaginem ſuam homini, vt redemptor ipſius hominis imaginem habet, 125. c. 625
Chriſtus Dominus quo die formauit hominem, eodem tempore venit ad reformandum, ibidem c. 629
Deus laborem redemptionis indicat ab initio, 132. c. 675
Chriſtus morte ſua reparator vniuerſi, ſicut illius creator fuerat, 153. c. 776
Propter Chriſtum omnia morte ſua reparaturum, cuncta valde bona Deo videntur, fol. 151. c. 773
Redemptio generis humani proprium opus Chriſti, ibid.
Figuratur quod aliquando Chriſtus coram ſuis iudicibus ſedentibus ſtabit iudicandus, 932. c. 9
donec Chriſtus hominem redemiſſet, non eſt viſus homo perfectè Deo bonus, 15. c. 775
Chriſtus requieſcit ſciens ſe hominem redempturum, 163. c. 24
Chriſtus in cruce ſibi hominum rapit affectus, 197. c. 218
Chriſti mors vtramque mortem animæ & corporis reparauit, 212. c. 365
Eadem hora qua homo à paradiſo eiectus eſt, eſt redemptus à Chriſto, 283. c. 247
Chriſtus ad redemptionem noſtram promptiſſimus licet ad pœnam ſit tardus, 285. c. 259
Chriſtus paſſionem ſuam honorantibus benedixit, 687. c. 257
Fuga Chriſti fugæ antiquorum parentum attulit remedium, 289. c. 285
Nullus adeo ferus & brutus qui non ſaporetur in Chriſti paſſione, 569. c. 44
Chriſti paſſi conſortium gignit animos auxiliatores, ſed hominum ſeductores, 302. c. 374
In Chriſti paſſione omnium bonorum theſauri reſerantur, 776. c. 21
Per lanceam Chriſti Domini vulneri inflictam excuſſa eſt alia à Cherub cuſtodiente viam paradiſi, 364. c. 766
Chriſtus magis ſe redemptorem quàm creatorem videtur æſtimare, 379. c. 91
Chriſti ſanguis clamat miſericordiam implorans, fol. 411. c. 326
Chriſti corpus crucifixum in pluribus repræſentatur, 545. c. 367
Præfiguratum Chriſti vulnus oſtium vitæ, fol. 547. c. 372
Chriſtus Dominus in cruce mouet Patrem æternum ad indulgendum generi humano, fol. 664. c. 166
Chriſtus Dominus in cruce hoſtes proſternit, 663. c. 105
Chriſti Domini paſſio verum pactum quo inimicitiæ ſolutæ inter Deum & hominem, fol. 659. c. 82
Chriſtus nudus moriens figuratur in Noe, fol. 676. c. 187
Mors Chriſti Domini ſuauem antea terribilem reddidit mortem, 761. c. 165

*Chriſtus reſurgens & aſcendens.*

Chriſti Domini reſurrectio præfiguratur, fol. 608. c. 24
Verbum Patris aſſumpta humanitate tandem ad paradiſum rediit, 627. c. 123

*De Chriſto Domino varia.*

Chriſti Domini præfiguratur transfiguratio, fol. 932. c. 12
Chriſti paupertas figuratur, 934. c. 13
Chriſtus cum fœnore exoluit quod illi tribuimus, 941. c. 94
Chriſtus omnium requies requieſcit in beatiſſimo Ioſeph, 164. c. 37

*Circunciſio.*

Non ſolum motus naturales circuncidendi, ſed & ratione & doctrinæ acquiſiti, 916. c. 84
in lege gratiæ ab iniquitate nos debemus circuncidere, 917. c. 62

*Cœli.*

Cœli admiratione ſunt digni, 19. c. 100
Quænam ſit cœlorum natura temere non eſt inueſtiganda, ibid.
Cœlum ſemper inſpiciendum, 849. c. 105

*Cognitio Dei.*

Deus cuncta diſpoſuit vt mortalium animos ad ſuã cognitionem adduceret, f. 3. c. 8
Vult Deus ſui ſolius à nobis cognitionem haberi, 307. c. 405
Cognitio Dei ſchola virtutis, 378. c. 85

Cognitio Dei ſchola virtutis, 378.c.85

Cognoſcenti Deum non exigua conferuntur beneficia, 752.c.101

Ad ſui cognitionem via infallibili Deus perducit, 761.c.172

Quanto quis perfecte cognoſcit Deum, tanto magis humiliatur, 799.c.162

Deus vult vt ſuam maieſtatem agnoſcamus, f.852.c.114

*Cognitio propria.*

Cognitio propria neceſſaria in anima peccatrice vt Deum intueatur, 41.c.219

Inducit Deus ad propriam cognitionem, fol.147.c.753

Cognitio propria remedium aduerſus omne peccatum, 180.c.119

Noſtram infirmitatem vult Deus vt agnoſcamus, 220.c.353

Qui ſeipſum agnoſcit diligendus eſt, 236.c.447

Defectus cognitionis propriæ occaſio peccati, 342.c.626

Suauiſſime nos inducit Deus ad culpæ cognitionem, 351.c.686

Prius cognitionem noſtri habeamus quàm aliorum fol.734 c.143

Qui ſe perfectiſſime cognoſcit Deum perfecte cognoſcet, 734.c.144

Cognitio ſui maxime neceſſaria ne extollamur in diuitiis, fol.776.c.17

Charitatis igne accenſus ſe ſolum cinerem cognoſcit, fol.994.c.424

Tanto in nobis cognitio noſtri creſcit, quanto in diuinæ maieſtatis notitia proficimus, 99.c.436

Cognitio propria via ſalutis, 329.c.537

*Cogitatio.*

Carnalis cogitatio coercenda eſt vt ſpiritualis augeatur, fol.27.c.142

Cogitationibus peruerſis dominemur, fol.147.c.754

Cogitationi peruerſæ initio reſiſtendum, fol.399.c.232

Impios ſæpius cogitat de malo quàm iuſtus de bono, fol.508.c.122

Nullus eſt qui cogitationibus malis non agitetur, f.581.c.514

*Compaſſio.*

Noſtris calamitatibus alios ad compaſſionem commouemus, f.452.c.592

Deus maxime noſtris compatitur miſeriis, fol.718.c.75

Deus præbet occaſionem commiſerationis ſuæ ſin alios, 984.c.372

Ita aliorum miſeriæ compati debemus, ac ſi eidem eſſemus obnoxii, 998 c.453

*Concionator.*

Concionator auditoribus ſe attemperet, ſol.18.c.95

Concionator non quæ ſua, ſed quæ ſunt Ieſu Chriſti quærat, 120.c.606

Concionatores præbent alimentum animabus noſtris, 193.c.196

Proprius concionatorum character eſt vnanimi inter ſe conſentione in verbo Dei diſſeminando conſpirare, 365.c.775

Magis eſt intrinſecum concionatori miniſterium quàm propria vita, 415.c.146

Ille cum Deo ambulat qui ſemel cum vitæ ſanctitate verbum Dei pronunciat, 527.c.243

Operibus debet annunciare verbum Dei, fol.540.c.330

Eccleſiam ab erroribus deffendit concionator, ibid.

Mittuntur à Deo concionatores ad amouendos à rebus terrenis mortales, qui ſi noluerint conuerti, ad ipſum mittentem redeant, 618.c.71

Concionator qui verbum Dei ſeminat, pietate fulgeat, 734.c.140

Prædicanda eſt fides coram regibus infidelibus, fol.830.c.155

A concionatore tanquam à Deo verbum audiendum, f.898.c.122

Concionator auditores terreſtres & ſuperbos perterrefaciat, non demulceat, f.648.c.21

Contemptus concionatorum verbi Dei peccatum ad Deum clamans, 979.c 341

Concionator qui ſolum moralia tractat, communem panem offert, qui vero ſecreta Dei & myſteria aperit, ille panes ſelectus præſentat, fol.949.c.133

*Concio.*

Prædicatio non prodeſt niſi Spiritus ſancti adiutorio, 390.c.173

*Concordia.*

Qui maxime ſunt concordes, præcipue fratres vocantur, 701.c.24

Deus concordiam, homines induxere diſcordiam, fol.706.c.4

Concordia legitima potentiſſima eſt ad expugnandum cœlum, 720.c.90

Concordiam impiorum Deus deſtruit. 719.c.87

Concordia impiorum tanta eſt, vt ad eam ſoluendam videatur, non alterius quàm Dei neceſſaria potentia, 710.c.89

Concordes ſunt impij ad male agendum, 710.c.27. 705.c.2

Concordia impiorum, eorum ruina, 723.c.104

Concordia impiorum potens eſt ad malum, 716.c.64

Concordia malorum tanta eſt, vt non ſolum in factis, ſed etiam in cogitationibus ſuis conueniant, ibidem.

Impij ita concordes in malo, vt omnes pro vno cenſeantur 746.c.67

Quia homines ſumus, concordiam mutuam ſeruare debemus, 782.c.55

*Confeſſio.*

ad Confeſſionem noſtri criminis nos inducit Deus, 29 .c.310.305.c.381

Confitens veniam meretur, ibid.

Exules fuimus à paradiſo ob negationem Confeſſionis, 300.c.362

Deus ad Confeſſionem nos inducere ſatagit. 305.c.366

Si nobis imputauerimus peccata noſtra, Deus non imputat, ſed condonat, 301.c.370

Nos inuitat Deus ad Confeſſionem, 299.c.351

Qui non confitetur acriter punitur, ibid. 355

Confeſſarius non deterreat pœnitentem à peccatorum confeſſione, 300.c.358

dira maledictio in eum qui confiteri crimen renuit, fol.328.c.533

Agnoſcens peccatum ſuum, eſt tanquam Deus, 350.c.681

Qui peccatum negat, veniam remouet, non pœnam, 409.c.305

Male affecti animi eſt in Confeſſione non detegere delicta, 409.c.300

Mitius Deus agit cum ſua peccata Confitentibus, 421.c.390

Qui non eſt confeſſus peccatum, grauiter punitur, 419.c.577.433.c.469

Negans delictum amplius accumulat, 439.c.514

Confeſſio intempeſtiua non admittitur ſcilicet in alia vita, 425.c.415

Confeſſio ſine fide non admittitur, ibid

Confeſſio non libera, eſt ſpecies quædam negationis, ibid.

Confeſſio ficta non prodeſt, ibid.

Peccatum ſuum confitens pœnas euadit debitas, fol. 454.c.600

Confitendum peccatum vt miſericordiam conſequamur, 400.c.570

Ad confitendum delicta noſtra inuitamur, ibid.

Confeſſio impios Deo reconciliat, ibid.

Confeſſio ſit aſſidua quanto peccatum eſt grauius, ibid.

Confeſſio ſine excuſatione facienda. ibid.

In Confeſſione omnia ſunt declaranda peccata, ibidem.

Grauiſſima malitia peccatum excuſare in Confeſſione. 451.c.577

In Confeſſione timor humanus expellendus, ibid.

Peccatum pandatur in confeſſione, 653.c.47

Vbi confeſſio deficit, ibi ineuitabile ſupplicium timeri debet, 610.c.35

Peccatum confitens veniam, non reprehenſionem meretur, 894.c.103


*Confuſio.*


Spiritus ſanctus confuſionem abhorret, fol. 33.c. 176

Nihil ita diuinæ maieſtati diſplicet, quàm confundere quæ ab inuicem ſeparari deberent, fol. 47.c. 252


*Conſcientia.*


Bona Conſcientia nullum teſtem veretur, fol. 41.c. 221

Teſtimonium bonæ conſcientiæ ab hominum linguis non pendeat, 75.c. 394

Conſcientiæ ſtimulus nos pungit vt crimen agnoſcamus, 281.c. 236

Qui mala affectus eſt conſcientia, omnia ſuſpecta habet, 284.c. 257

Conſcientia contra nos clamat. 298.c.290

Mala conſcientia latebras quærit, ibid.

Qui conſcientiam conculcat, virtutes excutit, fol. 297.c.343

Mala Conſcientia nihil amplius de Deo ſperat, ibid.

Ad habendam rectam conſcientiam Deus te inuitat, 387.c.198

Conſcientia mala maximo metu nos concutit, ibidem.

Mala conſcientia mœrore nos afficit, fol. 388.c. 150

Conſcientia in corde ſemper accubat, fol. 394.c. 197

Mala conſcientia ſemper moleſta mur, ibid.

Conſcientia quodlibet facinus attentat, niſi timore ſocietur, ibid.

Mala conſcientia pœnarum acerbiſſima, fol. 397.c. 218

Donum Dei conſcientiam agnoſcere, fol. 410.c. 306

Conſcientia nos redarguit, 408.c.294

Qui contra conſcientiam agit, ædificat ad gehennam, 409.c.295

Mala conſcientia perpetuus carnifex, fol. 430.c. 449

Conſcientia iudex & vltrix, 444.c.544

Stimulus conſcientiæ magis timendus quàm ipſa mors, 425.c. 420

Quem torquet conſcientia ſua ſibi ipſi pœna eſt. 451.c.583

Malæ conſcientiæ ſtimulis agitatus à ſe ipſo fugere non poteſt, ibid.

Mala conſcientia mira tribulatio, 452.c.585

Conſcientia in nos inſurgit, 451.c.581

Mala conſcientia omnes timet, ibid.

Conſcientia præſaga maioris mali, fol. 455.c. 608

Conſcientiam à peccatis eruens, veram requiem præbet, 486.c.121.

Vbi conſcientiæ tranquillitas, ibi ſanctificatio, fol. 170.c. 86


*Conſilium.*


Homini maxime debet eſſe conſilium, 126.c. 635

Qui peruerſum conſilium non repellit, miſere cadit & alios inuoluit, 271.c.167

Malis conſiliis acquieſcentes grauiter puniuntur, fol. 307.c.403

Ita grati ſumus peccatum ſuadenti, vt pro morte quam nobis contulit vitam largiamur, fol. 308.c. 411

Mala conſilia cauenda, 327.c.523

Peccatum ſuadens maiori pœna plectitur, fol. 320.c.479

Si quis bene perſuadet, etiam ſi mortuus fuerit viuet, 415.c.345

Qui ſanum conſilium præbet, maiori honore colendus videtur quàm qui illud ſuſcipit, fol. 687.c. 255

Mala conſilia diſſipat Deus, 720.c. 93

Malorum conſilium plurimorum ruina, fol. 722.c. 103

In propriis conſiliis decipimur, 885.c. 39


*Conſolatio.*


Conſolatio diuina impermixta eſt humanæ, fol. 59.c.312

Solatium nulli denegat Deus, 87.c. 452

Homo conſolationem à Deo accipit etiam poſt peccatum commiſſum, 137.c. 697

In omnibus iuſtus conſolationem accipit, fol. 615.c 106

Deus neminem affligit quin eum conſoletur ſi reſipiſcat, 371.c. 37

Amiſſa conſolatione ſpirituali recurrit homo ad temporalem, 368.c.16

Peccator conſolationem humanam quærit immemor diuinæ, 430.c.452

Ex peccato omnis conſolatio adimitur, fol. 427.c. c.430

Reprobi amiſſis bonis cœleſtibus ad conſolationem temporalem ſe conuertunt, fol. 439.c. 507

Deus triſtes conſolatur, 631.c.135

Ceſſatio ab impietate conſolatio eſt, fol. 485.c. 119

Deus ſuos maxime conſolatur, 665.c. 119

In afflictione poſitum conſolatur Deus, fol. 751.c. 99.f.793.c.120

Deus non differt ſuorum conſolationem, fol. 844.c.73

Poſt afflictionem conſolatio, 894.c.97


*Conſuetudo.*


Conſuetudo peccandi difficile poteſt deponi, f. 530.c. 260

Conſuetudo peccandi altera natura eſt, ibid.

Conſuetudo peccandi quaſi lapis ingens timore noſtro ſuperpoſitus, 979.c. 340

Conſuetudo peccandi talis eſt, vt etiam peccata grauiſſima, leuia vel nulla pendat, ibid.


De

*De conſuetudine vide plura in fine litteræ*, C.

*Conſtantia.*

Magna eſt Iuſtorum conſtantia, 613.c.46

*Contemplatio.*

Cum ſtudes actioni, cito ad contemplationem reuertere, ne nox peccati tibi ſuccedat, fol. 53. con. 286

Qui dulcedine rerum cœleſtium vult frui, carnalium deſideriorum fluctibus non agitetur, fol. 117. c. 593

Contemplatio propria æſtimantibus omnia tranſitoria, 934.c.24

Ad Dei contemplationem ex noſtra formatione excitamur, 131.c.656

Homo natus contemplationi. 466.c.23

Contemplationem præcedant bona opera, fol. 478. con. 73.

Quamuis inter contemplatiuos vnus ſit alio perfectior, omnes tamen ſunt perfecti, fol. 572. con. 69

Contemplatio vniatur cum actione, 800.c.168

Contemplatiuis maxime Deus apparet, fol. 795. con. 121

Amor terrenorum & contemptus inferiorum integrant hominem contemplatiuum, 857.c.153

Vita contemplatiua dominatur actiuæ, fol. 889. con. 68

Contemplatio non niſi quietæ mentis eſt, fol. 933. con. 19

*Contemptus.*

Contemnentes terrena, à Deo benedicuntur, fol. 814.c. 117

Ad contemptum terræ ex ſua paruitate commonemur, 85.c.440

Spernentibus terrena Spiritus ſanctus datur, fol. 187. con. 162

Nullus eſt contemnendus, 830.c.156

Parua non ſunt contemnenda, quia parua non ſunt ex quibus maxima proueniunt damna, fol. 248. con. 15

Contemptus diuitiarum, 827.c.138

Diuitiarum contemptus via eſt adducendi infideles ad pietatem, 830 c.157

Omnia terrena debemus ſpernere, vt eis non adhæreamus, 741.c.475

Contemptus diuitiarum, magnum præmium habet, 838 c.35

Magna contemnens, in exiguo punitur, fol. 335. con. 582

Contemptus beneficiorum Dei eit nos indignos efficit, 554.c.419

Qui à Deo ſpernuntur quid aliud incurrent niſi confuſionem? 724.c.115

Mundi contemptus inducitur, 740.c.28

Magnanimus bona terrena contemnit, fol. 786. con. 81

Qui mundum & ea quæ ſunt in mundo relinquit, plurima à Deo beneficia conſequitur & Deum videt, 753.c.115

Qui propter Deum aliqua contemnit, ab eo multiplicata recipit. 772.c.232

*Contritio.*

Contritum maxime cor Deo placet, fol. 640.c. 189

*Conuerſio.*

Peccator flebilis & amarus ob peccata ſi Chriſtum in medio cordis ſui ſuſceperit, fœcundus meritis & ſuauis virtutibus euadet, 80.c. 416

Vt nos conuertat Deus quaſi gratiam noſtram requirit, 391.c.186

Ad conuerſionem nos inuitat Deus, fol. 436.c.490

Deus conuerſionem impiorum maxime exoptat, fol. 535.c. 299.

Maxima peruerſitas eſt exemplo aliorum non conuerti. 532.c.285

Non conuertitur in extremis peccator, ex abominatione omnium virtutum, 537.c.316

In hora mortis difficile conuertitur peccator, ex timore vehementi ipſiuſmet mortis. ibid.

Ille præſtans in omnibus qui mala reiicit, antequam bona ædificet, 646.c.7

In conuerſione primò quod impurum eſt, expellendum, 615.c.53

Qui alios conuertit ad Deum, eos gignere dicitur, 748. c.80

Conuerſionis Deus præbet occaſionem, fol. 750. c. 94

Quo quis plures ad Deum conuertit, maioris erga eum cenſetur amoris, 975.c.312

*Conuiuium.*

Aqua ſufficere deberet in conuiuio, fol. 957. c. 189

Vbi eſt mentis viſio, & perſpicacia, ibi conuiuium Deus poteſt habere, 933.c.20

In conuiuiis ſeria non tractentur, fol. 958. con. 195

*Correctio fraterna.*

Quomodo Correctio fraterna facienda, & quando 395. c. 205

Qui aliena crimina corripit, id faciat vt bono eius qui corripitur, conſulat, 312.c.433

*Corpus.*

Deus hominis animæ non ſolum curam habet, ſed etiam corporis, 149.c.759

Miſerum hominis corpus, 349.c.671

Si corpus arguitur, ex anima prouenit, 501. c.72

*Creaturæ.*

Nil celerius tranſit creatura, 9.c.42

A Creaturis Deum iudicem habemus, fol. 21.c.111

Inter creaturas aliquæ priuatiuæ, 29.c.154

Creatura Dei verba ſunt ampliſſima eius maieſtatem explicantia, ibid.

Creaturæ habent eſſe in Deo vt in principio, vt in ſuo eſſe, vt in ſuo proprio genere, & ad Deum ipſum vt ad finem, 58.c.310

A creaturis ad Deum laudandum maximè inuitamur, 74.c.390

Deus ſui imitatrices vult eſſe creaturas, fol. 79. c. 411

Creaturæ ſunt monumenta quibus homines ad factorem Deum recurrunt, 81.c.420

A Creaturarum pulchritudine ad Deum laudibus extollendum commonemur, 85.c.439

Ex creaturarum productione potentiam Dei, & benignitatem poſſumus admirari. 107.c.545

Creaturæ nos prouocant ad admirandam mundi creationem, ibid.

Omnes creaturæ homini ſunt ſubditæ, 141.c.715

Creaturæ ſi nobis nociuæ ſunt, ex culpa noſtra euenit, 147.c.752

Creaturæ flagellum Dei ad homines puniendos, 154.c.786

A creaturis ad Deum glorificandum incitamur, ibid.

Creaturæ non ſolum in communi, ſed & in particulari Deum ſuum eſſe conditorem palam & coràm omnibus prædicant, 156.c.799

Creaturis debemus vti non frui, 149.c.763

Creaturæ ſuperiores pugnant pro Deo contra impios, 159.c.2

Non ſolum vtitur Deus creaturis ſuperioribus tanquam vltricibus peccatorum hominum ſed etiam inferioribus, 160.c.3
A creaturis Deum agnoſcimus, 232.c.417
Creatura inferior hominem ſequitur in defectu, fol. 336.c.585
A creaturis ad Deum magnificandum incitamur, ibid.
Ipſæ creaturæ in peccatorem inſurgunt, fol. 418. c.570
Ab impio timendæ ſunt creaturæ, 431.c.419
Creatoris iniurias viodicant creaturæ, fol. 597. c. 206
Neſcit creatura ooo ſe conformare Deo pro hominibus extollendis, 363.c.759
Sicut creaturæ contra impios pro Deo militant, ſic iuſtis etiam inſeruiunt, 609.c.19
Creaturæ inſenſibiles Deo obedientiam præſtare nos doceot, 610.c.30
Creaturæ homini inſeruiunt, 644.218
Aliæ creaturæ hominem reuerentur & timent, fol. 648.c.17
Per creaturas ad Deum aſcendimus, 665.c.118
Creaturæ Deom admirabilem reddunt, fol. 596. c.18
A creaturis ad Deom aſcendimus, 738.c.17
Creatura ad peccatores veniens, illos ſecuros non efficit, 983.c.367
Deus ſibi creaturas æquales in aliquo fieri non permittit. 948.c.131

*Creatio.*

Creare nolla creatura potuit etiam vt diſpoſitiua & inſtrumentum, 14.c.71
Ratione creationis erigitur cor noſtrum in Deum maxima fiducia, 10.c.51
Solius Dei creare eſt, 829.c.151

*Crux.*

Crux Domini ab initio deſignatur, 18. c.96
Lignum crucis magis neceſſarium eſt homioibus quàm ipſa luminaria, 73.c.385
Quæ ſub vmbra crucis habentur, peritura non videotur, 186.c.157
In ligno quo periit, homo reparatur, 281.c.234
Crux ab initio peccatorum fuit aſilus, fol. 294. c.321
Crux ſymbolum victoriæ, 543.c.353
Salutiferæ crucis vmbrâ ſaluantur aliqui, fol. 603. c.233
Lignum ſanctiſſimæ crucis cœlitum gloriam antecellit, 74.c.386
Ligno crucis alimentum vitæ, 198.c.219

*Crudelis.*

Crudelis indignus hominum ſocietate, fol. 438. c.504
A crudelitate reuocamur, 653.c.45
Peccator ſine humaoitate, 409.c 298
Crudelis iodignus nomine maſculino, 843.c.64

*Cultus Dei.*

Ille verus vir, qui Deum colit, 462.c.643
Deus ſemper vult coli, 779.c.38
Vero Dei cultori non eſt neceſſe quod omnia ei præcipiantur quæ ad Dei cultum pertinent, fol. 860.c.170

*Cupiditas.*

Maxima eſt hominis habendi & dominandi cupiditas, 697.c.10
Cupiditatem dominandi ſequitur impietas, fol. 696.c.16

*Curioſitas.*

Deus non vult nos eſſe curioſos, 186.c.153
Non ſimos curioſi operum Dei inueſtigatores, fol. 86.c.445
Deus non vult nos curioſos eſſe, 196.c.210
Curioſitatis adimitur occaſio, 205.c.257
Amator curioſitatis diabolus, 257.c.78
Curioſitas maxima pœna, 310.c.412
Nil curioſe inqoirendum, ſed deuote, 481.c.94
Quæ curioſa à Spiritu ſancto noo reuelaotur, fol. 770.c.219
Mulier curioſa eſt, 960.c.208

*Conſuetudo.*

Mala conſuetudo peccandi hominem efficit ad bene operandum grauiſſimum, 530.c.264
Conſuetudo mala io peccatis hominem incatenat, ibid.
Peruerſa conſuetudo indurat corda, ibid.
Conſuetudo peruerſa hominem ad mala promptiorem reddit, ibid.
Ex conſuetudine peccandi peccator in ſceleribus delectatur, ibid.
Conſuetudo peruerſa hominem quaſi inuitum peccare cogit, ibid.
Quod à primis incunabulis bonum ebibiſti, firmiter vſque in finem ſolet durare, 925.c.130
Qui ex conſuetudine delinquit, in vltimam vſque dementiam peruenit, 709.c.25

D

*Deſertum.*

Deſertum ſiue ſolitudo aliquando nocet, fol. 449. c.26
Solus ſecurus videtur, 273.c.579
Solitudo figura perfectionis & gloriæ, fol. 755. c. 123
Amatores ſolitudinis eſſe debemus, 777.c.25
In deſerto Deus videtur, 898.c.121

*Deſiderium.*

Deus ſanctis & piis deſideriis ſatisfacit, fol. 935. coo.31
Cum aliqoid vehementer deſideramus, ſi deficit, exiſtimamus nihil poſſidere, 922.c.111

*Deſperatio.*

A deſperationis occaſione reuocamur, 47.c.257
Cum præſumptione deſperatio fugienda, 221.c.359
Deſperatio præcipitat io infidelitatem, 423.c.402
Deſperatio effectus maledictionis diuinæ, ibid.
Deſperatio ex peccatorum multitudine, ibid.
Deſperatio omnium peccatorum præcipitium, ibid
Deſperare ſolius eſt impij. ibid.
Nunquam deſperandum, 424.c.407
Deſperatus Deo non credit, 440.c.521
Deſperatio ex oimia triſtitia, 424.c.408
Vnica deſperatio magis implacabilem reddit Deum, quàm infinita aliorum peccatorum multitudo, ibid
Deſperans cibus dæmonis delicatiſſimus, ibid.
Qui deſperat, mentitur, ibid.
Deſperans neceſſario condemnatur, ibid.
Deſperatio effectus homicidij 425.c.414

*Detractio.*

Detrahendi occaſiooem adimit Deus, fol. 45.c.247 f.63.c.338
In conualle vitiorum habitant qui aliis detrahunt, 707.c.25

*Deus agens.*

Deus quàm celerrime condidit orbem, fol. 119. c. 609.f.60.c.319
Deus tanta celeritate mundum creauit, vt ſimul fecerit quæ ſimul proferri non poſſunt, fol. 2. con.5.

Deus ex nihilo omnia creauit, fol. 2. con. 7. fol. 9. con. 44.
Deus non ſolum artifex, ſed etiam conditor alias imbecillis iudicaretur, 3.con.10.
Deus terminat omnia, format omnia, ordinat omnia, 3.con.11
Dei opera ſunt perfectiſſima, fol. 3.con.12.fol.716. con. 92
Deus in filio mundum produxit, & ratione identitatis & cauſalitatis cum eo, 4.con.15
Deus libere & non naturaliter & neceſſario mundum produxit, 9.con.43
Deus mundum ſine diminutione potentiæ condidit, 11. con.46
Deus ſola voluntate cœlum terramque condidit, fol. 11.con.55
Deus non ad inſtar imperfecti mathematici mundum condidit, 16.con.80
Dei voluntas ipſa ſibi eſt cauſa, cur corpora cœleſtia & alia omnia condere voluit, ibid.
Deus in ordine creationis mundi cognoſcitur, fol. 20.con.103
Deus mirabili vnione mundum condidit, fol. 20. con.104
Deus non ſolum bonitate, ſed etiam iuſtitia mundum condidit, 13.con.63
Deus non ſolum cuncta creauit, ſed etiam ornauit, fol.24.con. 123
A Deo omnia creata, fol. 24. con.123.fol.63.con. 335. f.30.con.158
Ne Deum in creatione opificem infirmum ſuſpicemur, 24.c.125
Deus per operationis effectum declarat ſuam voluntatem, non per organa corporea, 37.c.153
Deus per verbum omnia condidit, ibid
Deus ſumma cum facilitate cuncta operatur, fol. 47. c. 252.
Deus etiam priuationum naturalium eſt auctor, fol.50.c 270
A Deo nihil fortuitum, 51.c.275
Deus artificialium auctor, 69.c.362
Deus in ſe nihil creauit noxium, 81.c.419
Deus per ſe eximia facit, 107.c.542
Deus omnium creator vult videri, ibid
Deus mirabilis artifex, 140.c.710
Deus nunquam ceſſat operari, 162 c.16
Idem Deus creator ac iudex, 171.c.64
Deus ex ſe ſolo creat, 17 n.c.70
Deus ex ſe omnia perfecta produxit, ibid
Deus prudentiſſime omnia operatur, 184.c.140
Deus vnumquodque ſinit operari ſecundum ſuam naturam, 222.c.366
Alicuius effectus mirabilis Deum cognoſcamus auctorem, 369.c.24
Deus nobiſcum operatur, 360.c.1
Deus non ſolum creator, ſed etiam iudex, fol. 465. c. 14
Quidquid à Deo agitur, vtiliſſimum, fol. 457. c. 615
Deus cum cauſis ſecundis concurrit, fol. 715. c.57. f.718. c.76
Deus etiam eorum quæ imperfecta videntur, eſt auctor, 232.c.419
Deus diuerſomodo quo natura aliquando effectus ſuos producit, 585.c.129
Deus cauſas naturales agere ſinit, 607.c.17

*Deus æternus.*

Deus æternus eſt & omnipotens, 2.c.2
Deus nihil ſibi creatum coæternum habet, fol. 2. c. 6

*Deus benignus.*

Apud Deum latiores videntur fines benignitatis quàm dominij, 15.c.78
Deus maxime beneuolus erga peccatores, fol. 282. c. 244
Deus benigniſſimus erga hominem, fol. 305. c. 390
Deus ita benignus vt peccatorem alloqui non dedignetur, 391.c.181
Mira Dei benignitas in hominem, 498.c.224
Maxima Dei benignitas in puniendo, fol. 436.c. 489
Inſigni benignitate Deus iram præteritam compenſat, 668. c.133

*Deus benefaciens.*

Deus non ſolum vult noſtram vtilitatem, ſed etiam delectationem, 72. c. 378
Deus noſtræ vtilitati conſulit, fol. 71. c. 376. fol.311. c. 425
Quod nobis inutile videtur, in hominum vtilitatem cedere facit Deus, 87.c.450
Deus non ſolum noſtræ vtilitati, ſed etiam voluptati conſulit, 552.c.772
Benefaciendo Deus nunquam deſiſtit, 349. c.673
A Deo non ſolum neceſſaria, ſed etiam delectabilia conceduntur, 195.c.207
Deus pronior ad benefaciendum quàm ad puniendum, 587.c.141
Tunc Deus nobis benefacit, cum vetus Adam in nobis interiit, 608.c.19
amat Deus ſe beneficiorum authorem ſciri. 613.c 43
Deus beneficia beneficiis addit, 658.c.78
Deus vtilitati noſtræ conſulens efficit, vt ſui memoriam habeamos, 825.c.125
Deus non ſolum ſeruat à malis, ſed etiam bona confert, 837.c.23
Deus vt nobis benefaciat de ſe omnipotens ſufficientiſſimus, vt vero puniat quamuis omnipotẽs non tamen ſibi ipſi ſufficientiſſimus videtur, 903. c. 4
Deus per ſeipſum beneficia confert, per alios ſupplicia, 986.c.379
Deus adeſt cum dona largiri debet, cum autem punire tenetur, abeſt, 931.c.4
Beneficium à Deo conceſſum diuturnum eſt, fol. 964.c.239
Diuina manus neſcit non præmittere beneficia, etiam dum iraſcitur, 329.c.536

*Deus bonus.*

Dei dicere & facere bonum eſt, 41.c.226
à Deo nihil niſi bonum. 97.c.498
Maxima Dei bonitas, 129.c.650
Solus Deus ex ſe bonus eſt, 151.c.769
Deus ita bonus vt ex malo pro nobis bona eliciat, 319.c.473
Deus plenus bonitate, 411.c.325
Bonitas Dei etiam erga indignos oſtenditur, f. 643. c. 206
Summa Dei bonitas eſt, periclitantibus prompta proponere effugia, 297.c.346

*Deus clemens.*

Quoties ira Dei fuit declarat, toties eius clementia fuit promiſſa, 669.c.138

*Deus conſeruator.*

A Deo non ſolum eſt initium operis, ſed etiam illius conſeruatio, 162.c.14
Deus non ſolum omnia creauit, ſed etiam ornauit, 24. c. 123
Deus conſeruationis noſtræ maxime ſollicitus, fol. 54. c.294

Quod Deus condidit, ornare non differt, fol. 64. 339
Deus animantibus quæ conſeruationem ſuam ſpectant, adminiſtrat, 100.c.507
Deus non denegat vnicuique neceſſaria ad vitę conſeruationem, ibid.

*Dei cognitio.*

Deus cuncta diſponit vt mortalium animos ad ſuam cognitionem adduceret, 3.c.8
Deus ſolum ſuos nouit perfectè, 365.c.70
Deus cordium inſpector, 607.115
Deus ita omnes conſpicit ac ſi vnum ſolum intueretur, 713.c.48

*Dei dignitas.*

Vt Dei dignitas fulgeat, cœlum præfertur in creatione, 16.c.79
Deus propter ſuam dignitatem ſumma cum reuerentia & amplitudine nominandus, fol. 13.c. 66
Dominus proprie eſt Deus iuſtorum, fol. 686.c. 250
Diuinitati prima & optima reſeruata, fol. 229.c. 402

*Deus docens.*

Deus hominum præceptor, 60.c.321
docet Deus quomodo à malis ſeruari debemus, fol. 541.c.340

*Dei dicere.*

dicere Domini magnæ virtutis eſt, 96.c.490

*Dei Deliciæ.*

Dei deliciæ ſunt eſſe cum filiis hominum, fol. 190. c.172
Ita Deus hominem diligit, vt ſine eo ſolus eſſe videatur, 514.c.153
Deus ita hominum conſortium exoptat vt ſub ſpecie humana eis appareat, vt familiariùs eis colloquatur, 939.c.64
deliciæ Dei eſſe cum iuſtis, 933.c.23

*Deus Dominus.*

Deus nomen aſſumpſit domini ex quo hominem formauit cui poſſet benefacere, 176.c.87
Deus non ſolum hominis, ſed omnium dominus, ibid.
Deus dominus proprie iuſtorum, 686.c.150

*Deus incomprehenſibilis, independens.*

Deus eſt incomprehenſibilis, 14.c.68
Deus à nobis independens, 171.c.67
Deus ſine alio adiutorio operatur, 173.c.79
Deus nobis non indiget, 540.c.329
Deus nec ipſa iuſtitia hominis indiget, 800.c.166
A Deo tam proſpera quàm aduerſa dependent, fol. 867.c.207
Deus ex ſe omnibus ſufficientiſſimus, fol. 902.c.1.

*Deus iuſtus.*

Deus non ſolùm bonitate, ſed etiam iuſtitia mundum condidit, 13.c.63
Deus ſuam iuſtitiam temperat miſericordia, fol. 233.c.245
Deus iuſtiſſimus eſt, 305.c.395
Deus æquiſſimus in iuſtitia diſtributiua, clementiſſimus in punitiua, 457.c.615
Ita iuſtus Deus vt non ipſi dæmones aliud ſentire poſſint, 492.c.13
Iuſtitia Dei hominum iniuſtitia ſignificatur, f.751. c.47
Iuſtitia Dei conſpicitur, 801.c.2
Ita Deus in iuſtitia exercenda æquus, vt prius rationes cur puniat, proponat, 980.c.148
Deus quaſi in oculis ſuis iuſtitiam gerit, fol. 988.c. 398

*Deus immutabilis.*

Ita Deus immutabilis vt ne minimam quidem ſuſpicionem de ſua immutabilitate habere permittat, 572.c.61
Deus res ſuas mutat prout expedit, quamuis ſemper immutabilis maneat, 616.c.166
Immutabilis eſt firmitas diuini promiſſi, 668.c.135
ſolus Deus in promiſſis ſuis immutabilis, 921.c.105
Deus quamuis homo factus in tempore non mutatur, 940.c.65

*Deus Iudex.*

Deus non ſolum creator, ſed etiam iudex, fol. 465.c. 14
Idem Deus iudex & creator omnium, fol.171.c.64

*Deus liberalis.*

Deus non ex defectu liberalitatis ſed creaturæ capacitatis beneficia non confert, 10.c.47
Deus non ſolum amicis, ſed & inimicis beneficia confert, 20.c.105
Deus non ex neceſſitate & indigentia, ſed ex beneficentiæ abundantia operatur, 30.c.558
Ita Deus liberalis vt omnes magnificentiæ ſuæ velit eſſe participes, 83.c.415
Non ſolum in magnis, ſed præcipue in paruis elucet Dei magnificentia, 107.c.541
Deus munificentiſſimus eſt, fol.743.c.48
Deus non poteſt pauca largiri, 193.c.597
Dei erga nos magna liberalitas, 211.c.290
Deus in primum parentem liberaliſſimus, fol. 298 c.349
Deus quaſi ex iuſtitia nobis confert neceſſaria, fol. 562.c.465
Deus noſtrum commodum maxime ſollicitat, fol. 552.c.60
Deus liberaliſſimus eſt, 649.c.21
Dei liberalitas ad omnes ſe extendit, 667.c.119
Dei in nos beneficentia ad ſuum amorem nos ſollicitat, 669.c.140
Deum nihil à nobis adimit, quin liberaliſſimè reſtituat, 741.c.39
Deum maxime liberalem debemus credere, etſi nihil promittentem, 742.c.43
Deus liberaliſſimus in dando, parciſſimus in promittendo, 868.c.2:4
Ita Deus liberalis, vt non opera virtutis iam exhibita, verum etiam exhibenda remuneret, fol. 971.c. 289
Deus in vno plura largitur, 960.c.217

*Deus lux.*

Deus ſemper lux eſt, fol.182.c.243
Deus lux beatiſſima non debuit niſi lucem primùm effundere, 40.c.215

*Deus Medicus.*

Deus optimus medicus, fol. 649.c.24
Deus vt optimus medicus habet prouidentiam, fol. 140.c.755
Deus tanquam optimus medicus viſitat nos infirmos, 282.c.232
Deus medicus eſt benigniſſimus, 408.c.289
Deus tanquam optimus medicus ſpiritualis prouidet de remedio infirmitatibus humanis exhibendo, 573.c.63
Deus optimus medicus, 649.c.20
Deus per ſeipſum vulnera noſtra mitigat, fol. 391. c.185
Deus tanquam optimus medicus ab aliquibus nos præcipit abſtinere, 682.c.38

*Deus miſericors.*

Deus conuenientiori modo apparet ad largiendam miſericordiam, fol.287.c.277

Maxima Dei longanimitas fol.996.c.445

Deus cùm iratus eſt, miſericordiæ recordatur, fol. 346.c.650

eum Deus noſtri recordatur, noſtri etiam miſeretur, 607.c.10

Vbi miſericordia Dei, 626.c.117

Ita Deus miſericors, vt non ſolum vnam velit conferre, ſed plures impendat miſericordias, fol.645. c.2

Deus ſimul miſericors & iuſtus, 6.8.c.167

Magna Dei miſericordia, 667.c.140

In vna miſericordia dupliciter miſericors Deus, 661. c.98

Miſericordia Dei dexteram, iuſtitia autem ſolùm ſiniſtram manum videtur tenere, 941.78

Maior eſt Dei clementia quàm humana malitia, 999.c.460

*Deus omnipotens.*

Dei omnipotentia in opere creationis manifeſtatur, fol. 13.c.67

Deus eſt omnipotens, 37.c.191

Dei maxima potentia, 771.c.231

Deo facillima ſunt quæ nobis difficillima videntur, 570.c.51

Potentia Dei nullo arctatur tempore, fol.140. c.711

Dei potentia effectrix terræ ſtabilitatis, fol.10. c.119

Deo æque omnia facilia, 99.c.503

Nihil tibi impoſſibile videatur, cùm Deus ſit omnipotens, 627.c.122

Summæ & præſtantiſſimæ diuinæ potentiæ exercitium eſt, quod Deus diuinitatis magnalia creaturis pendat, 23.c.120

Dei potentia deſignatur in hoc quod præter naturam rerum aliquid efficit, 665.c.116

Deus fortis & potens, 903.c.2

*Deus patiens.*

Deus maxime longanimis, ſi autem eius patientia abutimur, maximè ſeuerus, 984.c.371

Maxima Dei longanimitas, 713.c.46

Quamuis peccata ſint maxima, longanimitas tamen Dei talis eſt vt per plures annos ad pœnitentiam eos expectet, 978.c.310

Tanta eſt Dei patientia in peccatis noſtris, vt exprimi non poſſit, 978.c.330

*Dei prouidentia.*

Deus etiam rerum infimarum prouidentiam habet, 72.c.378

Deo ineſt prouidentia, 210.c.289

Dei prouidentia admirabilis, 756.c.131

Varia eſt diuinæ prouidentiæ ratio, 83.c.414

Deus animalibus ſecundum ſuam naturam præbet neceſſaria, 101.c.510

Deus maximam hominum curam habet, fol. 148. c.716

Deus ita hominem curat vt ante creationem ſuam neceſſaria ad victum præparet, ibid.

Nihil quantumcunque vile & abiectum à ſua prouidentia excludit Deus, 150.c.765

Dei erga hominem ſingularis prouidentia, fol. 190. c.173

Ab infimis ad diuinam prouidentiam admirandam inuitamur, 210.c.289

Quod Deus aliquando nobis dormire, & noſtra negligere videatur, noſtra culpa eſt, 282.c.243

Deus prudentiſſimus opifex, 231.c.421

Deus maxime prouidus eſt, 593.c.178

Deum noſtri habere prouidentiam agnoſcamus, 360.c.741

Deum non habere prouidentiam exiſtimat impius, 408.c.292

*Arbor vitæ in Geneſ.*

Deus infima etiam curat, 549.c.385

Tanta eſt Deo cura de homine, vt ea quæ ei inutilia ſunt, immunda dicantur, 569.c.45

Dei prouidentia tam in puniendo quàm in remunerando, 586.c.136

Deus ſuorum ſingularem habet prouidentiam, fol. 599.c.209

Deus non deficit in neceſſariis, 175.c.84

Deus maxima cum ratione cuncta diſponit, 549. c.387

Maximam Deus ſuorum curam habet, ne in aliquo lædantur, 593.c.178

Eandem prouidentiam aliorum non habet Deus qualem hominis, 609.c.18

Magnitudo prouidentiæ diuinæ, 606.c.1

Ita Deus noſtri eſt prouidus, vt antequam nati ſimus, quæ neceſſaria ſunt conſulat, 651.c.37

Exiſtimat iuſtus Dei prouidentiam non poſſe deficere in neceſſariis, 662.c.156

Domino quæ futura ſunt, commutamus, fol.756.c.130

Omnia munia Deus erga nos exercet, 756.c.132

Non ſtatim Deus declarat ſuam prouidentiam, 764. c.184

Dei prouidentiæ relinquamus quod viribus noſtris ſeruare non poſſumus, 761.c.173

Dei prouidentia ab omnibus cognoſcitur, fol. 772. c.219

Dei prouidentia magnificanda, 832.176

*Dei perfectio.*

Deus omnes Angelicas perfectiones tranſcendit, fol. 30.c.160

Deus nihil imperfectum relinquit, 159.c.1

Deus ex ſe omnia perfecta producit, 173.c.78

Deus quidquid operatur conuenientiori modo vt ſua perfectio manifeſtetur, operatur, 641.c.192

*Deus protegens.*

Deus ſcutum ad protegendum nos ab aduerſariis, fol.837.c.19

Deus protegens nos etiam coronat, ibid.

Omni tempore nos protegit Deus, ibid.

Deuictis vitiis Deum protectorem habemus, 838.c.28

*Deus puniens.*

Deus cum punire debet, abijcere ſe quodammodo videtur, 937.c.50

Irato Deo nihil reſiſtere poteſt, 602.c.227

Proprium eſt Dei iudicis pœnam finire, 607.c.9

Deus diſſimulat tarditatem ſupplicij grauitate compenſaturus, 666.c.125

Cum Deus peccata punit, quodammodo humiliari videtur, 983.c.161

Deus non punit iniuſte, 683.c.215

Contra impios Deus puniturus iraſcitur, fol.713. c.48

Ita Deus miſericors in punitionibus infligendis, vt moneret eas toleratas à tempore quo eas prædicit futuras, fol.865.c.191

Deus inuitus punit, 980.c.345

*Deus Rex.*

Deus tanquam Rex à nemine dependens omnia condidit, 2.c.3

Deus Rex ab initio declaratur, 207.c.206

*Dei ſapientia, & ſcientia.*

Sapientia diuina incomprehenſibilis, 12.c.58

Deus creauit mundum in ſapientia ſua increata, & per ſapientiam ſuam, 4.c.14

Deus in ſapientia mundum condidit, 14.c.69

Deus mundum conſtruxit tanquam artifex ſummus, vt ſua ſemper cognoſcatur ſapientia, fol. 15.c.64

Quod Deo in æterna ſapientia ſua placuit, hoc in eſſentia conſtitutum non diſplicet, 42.c.224
Deus etiam minutiſſima præuidet, 959.c.201
Dei ſapientia in mundo rerum creandarum elucet, fol.44.c.235
Dei ſcientia inuatiabilis, 42.c.225
Deus cordium ſcrutator, 643.c.205
Qui Deum tanquam non omnia videntem offendunt, grauiſſimo plectuntur ſupplicio, 791.c.113
Si Deus dicit ſeneſcere, non ignorantiæ illius imputandum, ſed quia nondum tempus aduenit aliquid agendi, 982.c.356
Nihil Deo incognitum, 983.c.365

*Deus Saluans.*

Proprium eſt Dei ſub nomine Iehoua ſaluare, 394.c.187
Pro ſalute hominum Deus diuerſas induit formas, ibidem.

*Dei requies.*

Dei requies non laboris defatigatio ſed operum finis, 167.c.17
Deus requieſcit habens cui peccatum condonet, ibidem.
Deus poſt peccatum condonatum immediate requieſcit, ibid.
Deus poſt commiſſum peccatum non requieſcit, ibidem.
Deus requieſcit in homine, 565.c.38
Deus requieſcit cum gloriam largitur, ibid.
Deus hominem ita diligit vt cum requieſcit homo, in eo ipſe requieſcere dicatur, ibid.
Deus tanquam mater nobis vt infantulis requiem procurat, fol.83.c.423

*Deus verus.*

Deus ſumme verax eſt, fol.958.c.198

*Dei vnitas.*

Deus vnicus eſt, 53.c.62
Deus vnus non plures, 56.c.292
Deus præter ſe nullum alium vult haberi, fol.908.c.36.

*De Deo varia.*

Deus humano modo ſe attemperat, 955.c.32
Deus ſe attemperans noſtræ infirmitati docet nos ſuſcipere quod probat, ſuamque immenſitatem & bonitatem celebrare, 63.c.337
Deus noſtræ vtilitati conſulens, 71.c.376
Quod nobis inutile videtur in hominum vtilitatem cedere facit Deus, 87.c.450
Deus à nobis admirandus, 184.c.159
Deus cum exiit à peccatore, eum gyrat vt viam ad eum denuo redeundi inueniat, 285.c.268
Deus varias formas aſſumit ad noſtram vtilitatem, 858.c.29
Deus non dedignatur ſub forma ſenſibili apparere, 287.c.274
Omnia Deo tribuenda, 316.c.588
Deus per ſeipſum nos vult reparare, 355.c.712
Deus non peccata quærit ſed hominem, 575.c.77
Deus à nobis imperceptibilis, 28.c.148
Deus non minus mirabilis in paruis quàm magnis, fol.816.c.582
Magna Deo tribuuntur opera, 724.c.816
Oculorum Dei virtus, 46.c.250
Principium & finis rerum Deo tribuantur, fol.161.c.13
Mauult Deus cenſeri obliuioſus quàm fœdifragus, fol.668.c.137
Tribuuntur Deo nomina ſecundum operationes, 821.c.100
Vult Deus ſibi tribui præclare geſta, 813.c.48
Deus principium & finis, 815.c.122
Deus eodem ſigno iuſtis ſignificatur benignus, impiis ſeuerus, 875.c.253
Deus diſponit ſuauiter ad opera difficilia exequenda, 904.c.10
Si Deus reſpicit, ideo vt benefaciat, 898.c.123
Deus humanæ infirmitati ſe attemperat, fol.982.c.357

*Diabolus.*

Ab initio mundi damnatus diabolus, 47.c.854
Malitia dæmonis ſaluti hominum prodeſt, ibid.
Nunquam pœnitebit diabolus, 50.c.271
Ibi mors vbi diuinitatem diabolus eſſe affirmat, fol.206.c.219
Nihil habet diabolus niſi linguam qua perſuadeat, fol.246.c.1
Occaſionem nos decipiendi expectat diabolus, ibid.
Non conceditur diabolo quod deſiderat ad decipiendum, ibid.
Quos vt ſerpens diabolus callide tentat, vt leo crudeliter deuorat, ibid.
Totus terrenus diabolus, ibid.
Noſtris deliciis vtitur diabolus vt nos decipiat, ibidem.
Sapientia diaboli ſolum eſt huius mundi, fol.247 c.8
Ita vilis eſt diabolus vt tanquam beſtia habeatur, 250.c.30
Ex forma ſerpentis nulla fides adhibenda erat diabolo, ibid.
Inſidiæ diaboli nihil ei proficiunt, 255.c.35
Mendax ab initio diabolus, 252.c.36
Vera falſis immiſcet dæmon vt facilius decipiat, ibidem.
In tentando aſtutiſſimus eſt diabolus, ibid.
Ignorantiam ſimulat diabolus vt nos decipiat, ibid.
Quaſi commiſerans nos decipit diabolus, ibid.
Aſtutia diaboli non vires formidandæ, fol.256.c.73
Iratum Deum nobis ſuadet diabolus vt ab eo recedamus, ibid.
Non nos terret diabolus vt facile decipiat, ibid.
Dei in nos exiguum amorem ſuadet diabolus, ibid.
Amator curioſitatis diabolus, 257.c.78
Simulat ſe noſtrum amicum diabolus, ibid.
Aſtute procedit diabolus ne deprehendatur, 252.c.41
Ad maiora mala quæ poteſt nos inducit diabolus, ibidem.
Suum virus fundit diabolus paulatim vt facilius & latius deinde ſerpat, ibid.
Timidus eſt diabolus, ibid.
Non exprimit diabolus Dei mandatum vt inſinuet ad nos non pertinere, 254.c.55
Ingerit diabolus diſplicentiam mandatorum Dei, ibidem.
Non ſolum voluit eſſe ſimilis Dei diabolus, ſed ſibi ſimilem voluit Deum facere, 262.c.106
Sophiſtis ſimilis diabolus, ibid.
Non ceſſat laceſſere diabolus, vbi ſemel admittitur, ibidem.
Via contraria à Deo progreditur diabolus, ibid.
Quod non poſſidet diabolus, pollicetur vt circumueniat, 265.c.830
Non vnum ſolum ſed plures decipere nititur diabolus, 266.c.133
Sub ſpecie boni ſuas tegit tentationes diabolus, ibid.
Ab inſidiis diaboli maxime cauendum, 266.c.133
Ita Deum odit diabolus, vt eum per ironiam nominet, 263.c.813

Dei magnitudinem deprimit diabolus, ibid.
Plenus deceptione diabolus. ibid.
Induit diabolus diuerſas formas vt variis modis decipiat, ibid.
Ab initio ſibi templa conſecrari deſtinat diabolus, fol.264.c.117
Ita perfidus eſt diabolus vt Deum accuſet inuidiæ, ibidem.
Suadet diabolus diuiduam prouidentiam non agnoſcere, ibid.
Ita aſturus diabolus eſt quod perſuadet plurima peccata, vt ſi in vno non conſequatur quod optat, in alio non fruſtretur, ibid.
Author idololatriæ diabolus, ibid.
Quæ matura promittit diabolus, acerbiſſima ſunt, fol.273.c.185
Multa pollicetur diabolus ſed acquiſitis deſtituit, fo. 276.c.202
Qui primæ voci dæmonis non obturat aures, ſecundam admittit ruens in perditionem, fol.275.c. 193
Alterius fauore vtitur diabolus vt non videatur tentator, ibid.
Non nos cogit diabolus ad male agendum, fol. 303. c. 377
Magnis pœnis torquet diabolus, 306.c.395
In peccato obſtinatus diabolus, ibid.
Hoſtis communis omnium diabolus, ibid.
Maledictus diabolus, tum quia adiuuat, tum quia nocet, ibid.
Ad maiorem pœnam tentat diabolus, fol.308. c. 410
Ad debellandum dæmonem homo fortior muliere, fol.315.c. 443
In dæmonem hominis poteſtas, ibid.
Inſidiæ diaboli nobis à Deo aperiuntur, ibid.
Inſidiari poteſt diabolus, mordere non poteſt niſi volentem, ibid.
Bellum gerit diabolus nobiſcum continuum, ibid.
Maximè nobis inferior diabolus, ibidem.
Nos omnino euertere ſatagit diabolus, 316. c. 449
Odiſſe licet diabolum, ibid.
A dæmone acrius impugnamur in fine vitæ, 317. c. 457
Contraria eueniunt quæ intentat diabolus, fol. 3[illegible]. c. 412
Plures ſunt inſidiæ diaboli, 309. c. 413
Vſque ad finem mundi tentabit diabolus, ibid.
Pœna diaboli ex impiorum condemnatione augetur, ibid.
Graue iugum diaboli, ibid.
Fraudes dæmonis in eius caput recidunt, fol. 322. c.491
Fidens dæmoni dignus irriſione, 351.c.685
Si non offendit diabolus, non ex defectu voluntatis ſed ſcientiæ, 355 c. 711
Non permittit Deus dæmonem promiſſis ſuis inueniri fidelem, 356. c. 715
Non glorietur diabolus nos eſſe eiectos à paradiſo, 363.c.758
Ita inuidus diabolus vt nullis noſtris malis ſatietur, 404.c.267
Sanguiſuga diabolus, ibid.
Miniſterio hominum vtitur diabolus in abominationibus ſuis, 405.c.259
Malum ſuggerere poteſt diabolus, aliquando autem perpetrare non valet, ibid.
Cum non valeat diabolus aliquid contra Deum, illius imaginem deſtruit vt poteſt, ibid.
Cum cupit eſſe victor diabolus, victus efficitur, victorem efficiens aduerſarium ſuum, fol.414.c. c.340
Quos victos tenet diabolus, contemnit aggredi, fol. 510.c.141
Non deeſt dæmoni voluntas peccandi, ſed impotentia, 495. c.38
Puniemur diabolus propter animarum noſtrarum damnationem, 655.c.60
Omnis communicatio cum dæmone prohibetur, 652.c.43
Animas noſtras vult diabolus, alia omnia nobis permittens, 827.c.135
Appetit diabolus præcipue eos qui ſui non ſunt iuris, 828.c.142
Inepto cibo veſcitur diabolus, 309.c.415

*Dignitas.*

Dignitas ſecundum meritum non diſtributa confuſio eſt, 25.c.130
Quamuis in magna conſtituamur dignitate, in eadem qua antea permaneamus humilitate, fol. 57. c.306
Dignitas & abundantia nos ad lapſum inducunt, fol.266.c.135
Qui honores & regias maieſtates exoptant, nihil niſi leuiſſima folia carpunt, 281.c.233
In dignitate conſtituendi prius ſunt examinandi, fol. 85.c.442
Qui alios dignitate priuat, dignitate priuabitur, fol. 319. c. 474
Deus ſuos ad dignitatem & honores non vult erigi, fol.478.c.70
Dignitates & honores ſæpiſſime periculoſi & nocui, ibid.
Qui ad honores euehuntur, humile munus non recuſent, 673 .c. 163
Dignitate prior alium præcedat natiuitate priorem, fol.730.c.126
Deus continuo euehit quem ſemel cœpit exaltare, fol.909.c.46

*Diſcordia.*

Vbi diuiſio ibi tenebræ, 49. c. 226
Ita Deus exoſam habet diſcordiam, vt propter illius figuram optima non approbet, fol. 63 c. 333
Sacrificij acceptationem impedit diuiſio, fol. 394. c.200
Diſcordes inter ſe vitia quæque ſectantur, fol. 707. c.15
Diſcordia maxime inter Chriſtianos vitanda, f. 831. c.161

*Diuitiæ.*

Diuitiarum amor vitæ principatum tenere videtur, f.369.c.23
Deus largitur diuitibus facultates vt eas pauperibus communicent, 65.c 347
Diuitum cupiditates in vnum id eſt in vnam poſſeſſionem congregentur, vt aliis ad habitandum locus relinqueretur, 67.c. 356
Deus diuitibus largitur facultates vt eas pauperibus communicent, 215. c.299
Diuitiæ ſi diſpergantur vtiles, ſi congregentur fœtidæ, 542. c.547
Diuitiæ non obſunt ex ſua natura, 766.c.196
Diuitiæ magis exulcerant aliquando animum quàm lætitia afficiant, 767.c.198
Diuites etiam regnum cœlorum poſſidebunt, fo. 775. c. 16
Ex diuitiis iuſtus ſuperbire non debet, fol. 777. c. 22
Qui nihil aliorum appetit, maxime diues eſt, ibid. c. 23

Difficile eſt diuitem peccatis renuntiare, ibidem. c. 25.
Ita ſumus dementes vt exiſtimemus diuites honoratiores, 775. c. 57
Diuitiæ ſunt onera grauia, ibid.
Diuitiæ à Deo, bono fine conferuntur, ibid.
Diuitiæ fœlicem non efficiunt, ibid.
Diuitiæ tanto melius habentur, quanto minus habentur, ibid.
Diuiti nihil eſt ſatis, 781. c. 46
Qui in diuitiis aliis ſimiles eſſe volunt, eorum virtutes imitentur, ibid.
Diuitiarum paucitas pacem conſeruat, fol. 773. c. 2
Diuitiæ diuiſionis origo, 781. c 48
Diuitiæ timoris origo, 782. c. 50
Diuitiæ animum ſapientis mutare non debent, fol. 800. c. 169
Ex diuitijs aliquando fœdæ voluptates, f. 791. c. 109.
Diuitiæ temporales ſunt mammona iniquitatis, ibidem.
Diuitiæ temporales diuitiæ non ſunt, ibid.
In diuitiis ſæpius reperitur deſolatio quàm conſolatio, 810. c. 36
Diuites conſidera tranſiens, & inuenies nihil eſſe, f. 80. c. 27
Diuitiæ parum durant apud poſſeſſorem, fol. 810. c. 34
Ex diuitiis incommoda, & pericula, ibid.
Diuitiæ facile decipiunt, 818. c. 87
Diuitiis etiam ſi vincula iniicias, euadent, fol. 819. c. 88
Diuitiæ cum labore acquiruntur, & cum dolore amittuntur, ibid.
Diuitiæ fluctibus ſimiles, 817. c. 75
Diuitiæ quaſi vmbra tranſeunt, 816. c. 74
Solus Deus ditare poteſt, 832. c. 162
Contactus diuitiarum etiam eſt periculoſus, fol. 818. c. 145
Diuitiæ diabolicatenæ, ibid.
Diuitiæ ex contemptu non imminuuntur, fol. 837. c. 20
Diues non ſibi ſed pauperibus diues debet eſſe, diuitias enim & facultates pauperibus communicare debet, 931. c. 15

*Doctor ſiue præceptor.*

Qui Deo obedit, alium vt obedientiam Deo præſtet docere poteſt, 7. c. 29
Qui alios tolerantiam laborum ſuſtinere docet, ipſe prior tolerare debet, ibid.
Qui alios æquitatem tenere conſulit, ipſe intra limites iuſtitiæ ſe contineat, ibid.
Qui docet Pontifices, principes, legiſlatores, docet eſſe Pontificem, Regem, Legiſlatorem, fol. tt. c. 54
Doctrina ſignis & prodigiis approbata cenſetur verior, fol. 6. c. 25
Alios docens prius opere quàm verbo inſtruat, fol. 10. c 50
Qui male docet alios, ſit ipſe ſub ſilentio, fol. 325. c. 512

*Doctrina.*

Sana Doctrina non imbutus inanis & vacuus cenſetur, fol. 26. c. 136

*Dolor.*

Dolor corporis animæ ſalutem operatur. fol. 323. c. 496

*Dominus, Dominari.*

Domini domeſticis ſuis cibos & neceſſaria præbeant, 351. c. 778
Virtus dominij cauſa, 325. c. 515
Domini debent eſſe ſeruis ſuis mites, fol. 621. c. 91
Domini famulorum opera examinant, vtrum ſint recta, 714. c. 53
Meritò priuatur mulier dominio, quia cauſa mortis noſtræ, 325. c. 511
Neſciens imperare, aliis debet ſubiici, ibidem. c. 509
Dominium hominum in alios terribile, fol. 647. c. 11
Dominium non eſt in homines ſed in animalia, ibid.
Ita ſuaue eſt homini dominium, vt quodlibet aliud temperet incommodum, ibid.
Ex peccato dominium tyrannicum in alios, 648. c. 19
Cupiditas dominandi maxima eſt in homine, 697. c. 20
Cupiditatem dominandi ſequitur impietas, 696. c. 17
Dominus ſit ſalutis ſeruorum ſollicitus, fol. 976. c. 317
Qui concupiſcentiæ dominatur, vere dominus eſt, 399. c. 229

*Dona.*

Etiam de donis ſolis promiſſis agendæ ſunt gratiæ, 907. c. 35
Quod dat nobis Deus, vult eſſe optimum, fol. 40. c. 210
Dona non continuat Deus eo fine, vt magis æſtimentur, 49. c. 268
Deceptio eſt humana quod homines non à Deo ipſo ſed ab aliis quærant quæ Deus dare poteſt, 90. c. 464
Neſcit Deus ſiſtere in donis exhibendis, ſed ſemper de præſtantiori alio exhibendo cogitat, fol. 136. c. 694
Ea quæ nobis à Deo dantur, omnibus vtilia ſunt, 154. c. 788
Non à Deo ſed à creaturis dona conceſſa fugere debemus, 825. c. 115
Quamuis à nobis aliquid poſtulet Deus, prior tamen ipſe ſua liberalitate ea nobis largitus eſt, 209. c. 283
Liberalis eſt Deus, vt neſciat pauca largiri, 223. c. 367
Noſtris meritis vult Deus vt obtinemus quod decernit concedere, idcirco pluries petendum, 220. c. 312
Quod homo præſtare poteſt, illud eſt corruptibile, 237. c. 418
Dona Dei damnabiliter à creaturis emendicantur, 265. c. 531
Nullum donum quàmuis exiguum æſtimandum eſt vile, 923. c. 112
Sua dona vult Deus vt in magno pretio habeamus, 323. c. 495
Qui donum aliquod negligit, cum ſibi offertur, ab illo deinde conſequendo aliquo modo impeditur, 362. c. 757
Quæ Deo damus, illa honore proſequitur, fol. 383. c. 118
Solom perfecta diuinæ maiſtati ſunt offerenda, fol. 916. c. 78
Dona quæ alij peccatis amiſerunt, nos virtutibus conſequimur, 460. c. 648
Deus ſummopere honorandus qui ea conceſſit, fol. 637. c. 163
Qui donis abutitur, eis aliquando priuatur, fol. 729. c. 94

Deus differt dona largiri, vt virtus noſtra probetur, 743.c.47
Maiori damnatione dignus videtur ille qui à ſummo Deo abundantiora dona accepit, & eis abutitur, 787.c.82
Dona non ab omnibus indifferenter accipienda, fol. 822.c.108
Deus nullo modo arguendus quod indignis hominibus aliqua conferat beneficia, & dignis deneget, 843.c.65

E

*Ebrietas.*

EBrius nihil erubeſcit, ſed omnia inſolenter facit, fol.675.c.176
Ebrietas multo grauior eſt quàm dæmon, fol. 677. c.192
Ebrietatem ſequitur vt ſocia libido, fol. 674. c. 167
Conſortium ebrij vt periculoſiſſimum fugiendum, ibidem.
Ebrietas mentem alienat & brutum hominem efficit, ibidem.
Ebrius ſeruus vini, ibidem.
Ebrius eſt dæmon, ibid.
Vbi regnat ebrietas, ibi nullum omnino ſecretum, ibidem.
Ebrietas ſuggerit inſanias & ſtultitias multas, 675. c.173
Ab ebrietate tanquam corpori & animæ nociua reuocamur, ibid.
Ex ebrietate ſeruitus, 685.c.245
Ebrietas caſus occaſio, 682.c.220
Vere dicendus eſt ebrius qui patrem ſuum irridet, ibidem.
Materia plurimorum peccatorum eſt vinum, 946.c. 113

*Eccleſia.*

Eccleſia vna eſt, 236.c.443
Figuratur quod ic gentium multitudo Eccleſiæ vnitati congregata eſt, 66.c.350
Multitudo gentium quaſi aquæ decliues in vnam congregata eſt Eccleſiam, ibid.
Iiſdem artibus condita eſt Eccleſia à Spiritu ſancto, quibus viua fuerat in prima mundi creatione, ibidem.
Eccleſia denotatur magnis perſecutionibus conculcanda, ſed non tamen abolenda, fol. 69. c, 365
In Eccleſia ſunt fideles ſimplices & alij eruditi, fol. 74.c.392
Plures Eccleſiæ in vna reperiuntur Eccleſia, fol. 70. c.370
Eccleſia quamuis perſecutionibus aliquo modo deficere videatur, nuntamen ipſa deficit, fol. 85. c.436
In Eccleſia non ſolum iuſti, ſed etiam peccatores, 862.c. 181
Eccleſia in abſentia Christi Domini eius vices gerit, & huic mundo eius loco dominatur, fol. 92. c. 474
Eccleſia inter tyrannos lumen ſuum retinet, fol. 92. c.472
Eccleſia à Chriſto Domino lumen ſuum accipit, fol. 91.c.469
Eccleſia longe præferenda ætæ Noemi, fol.608.c. 25
Eccleſia per beatam Virginem requieſcit, fol. 611. c. 35
Eccleſia non minuitur, ſed perfecta redditur cùm Chriſtus occiditur, fol. 92. c. 470
Deus multiplicauit Eccleſiam non ſynagogam, fol. 116. c. 586
Niſi ſis intra Eccleſiam, etiamſi totum poſſideas orbem, non habes dignam habitationem, fol. 192. c. 191
Eccleſia Chriſtiana à nomine Chriſti dicta, fol. 238. c.454
Eccleſia Catholica & virgo & mater eſt, fol. 239. c.461
Eccleſia in contemplatiuis oſſea, in actiuis carnea, 239.c.465
Eccleſia adhærere omnino debet ſuo ſponſo Chriſto, 240.c.467
Eccleſia quamuis tentetur, tentationem ſuperat, fol. 315.c.442
Dominus eſt Deus præcipue eorum qui ſunt in Eccleſia, 357.c.719
Locum ſacrum violans eo priuari debet, 357.c. 739
Maxima locis ſacris reuerentia exhibenda, fol. 370. c.32
Chriſtus Dominus Eccleſiam condidit & leges eius obſeruat, 543. c. 358
Eccleſia dilatata ex remiſſione peccatorum à Chriſto Domino habita, 545. c. 368
Nullus ab Eccleſia excluditur, 559.c.444
Perſecutioni non ſuccumbet, ſed ſuperior euadet Eccleſia, & de hoſtibus ſuis triumphabit, fol. 597.c. 202
Eccleſia tranſactis perſecutionibus in monte gloriæ quieſcit, 611,c.34
Eccleſiæ perſecutores ex ſeipſis deficient, poſtquam ipſam Eccleſiam perſequendo in altum eam eleuauerint, ipſa in ſublimi manente, 613. c. 45
In mediis perſecutionibus pax promittitur Eccleſiæ, 627.c.121
Eccleſia non breuibus eſt includenda limitibus, fol. 639.c.264
Eccleſia per vniuerſum orbem propaganda, fol.688. c.258
Loco ſacro magnus honor eſt deferendus, fol. 755. c.121
Eccleſia Trinitatis fide adaugenda figuratur, f. 704. c. vlt.
Inſtaurans Eccleſiam magno honore afficitur, 739. c.16
Laborandum eſt ſummopere ne ſacra contaminentur, fol.738.c.28

*Educatio.*

Non ſolum filij ſed etiam filiæ à parentibus de lege Dei inſtruendæ, 977.c.329
Ita ſollicitus pater eſſe debet bonæ filiorum educationis, vt non ſit neceſſe eam Deum præcipere, ibidem.
Tanti bonam filiorum educationem æſtimat Deus, vt antequam fiat & parentes ad eam alliciat, iam remuneret, ibid.
Patres bene filios ſuos inſtruere debent, fol. 377. c. 82
Educatio filiorum maxime eſt obſeruanda, fol. 367. c. 9
A principio & in iuuentute bene inſtituendi filij, 457. c.616
Cùm filios bene inſtructos habet pater, tunc perfectus, 526. c.241
Bona filiorum inſtructio maxime eſt vtilis, fol.784. c.62
Omni cura & ſolicitudine filij ſunt bene formandi, fol.881.c.16
Præmiantur in hoc ſæculo parentes non bene filios

educantes, fol.970.c.281
Bona filiorum educatio eximia à Deo meretur, fol. 974.c.304
Præcipua patris obligatio eſt recta filiorum educatio, 975.c.309
Pater non quomodocunque inſtruere debet filios, ſed etiam ſi neceſſe fuerit cum ſeueritate, fol.976. c.316
Poſt præceptum de religione, nullum ita videtur neceſſarium quàm filiorum bona educatio, ibid. c.322

*Eleemoſyna.*

Deus largitur diuitibus facultates vt eas pauperibus communicent, 65.c.147.24.c.127
Pauperibus io hoc mundo croganda eleemoſyna, fo. 201.c.236
Qui paruam eleemoſynam tribuit, multum accipit, 795.c.134
Matronæ etiam nobiliſſimæ propriis manibus ſuis pauperibus quæ neceſſaria ſunt adminiſtrent, fol. 948.c.157
Eleemoſynæ quamuis videaris iacturam facere, tamen non patieris, 958.c.197
Pauperibus & peregrinis manibus propriis facienda eleemoſyna, 945.c.110
Sacrificium Deo litatum eſt eleemoſyna pauperibus erogata, 956.c.183
Stipem mendicis pauperibus erogare miniſterium eſt, ibid.
Eleemoſyna abundanter pauperibus eroganda eſt, 955.c.177
Miſericordia in pauperes maxima eſt diſpoſitio ad ſacroſanctum corpus Chriſti ſumendum, f.952. c.155

*Eucharistia.*

Euchariſtiæ ſacramento pręſens Spiritus ſanctus cœleſtes producit fœtus, 34.c.187
Chriſtus in Euchariſtia omnium deliciarum cumulus, 79.c.413
Qui ab Euchariſtiæ ſacramento abſtinent, damnationis grauiſſimam pœnam incurrunt, f.199.c.228
Chriſtus in Euchariſtia omnia nobis bona concedens oihil ſibi ſumit, 197.c.216
Ad auguſtiſſimum ſacramentum recipiendum caſtitas requiritur, 204 c.254
Ab initio inſinuatur præceptum de comedendo pane Angelorum, 211.c.292
Digne communicans fit coniux Chriſti, fol. 230. c.466
Veſtiemur immortalitate per ſanctiſſimum ſacramentum, 337.c.594
Cum pœnitentia recipere debemus hoc auguſtiſſimum ſacramentum, ibid.
In hoc ſacramento vitam æternam acccipimus, 344. c.638
A ſacramento ſumendo indignus arcendus eſt, 353. c.695
Non præſumat indignus ad ſacramentum auguſtiſſimum accedere, 365.c.772
Qui Chriſtum Dominum indigne accipit, eum videtur interficere, 411.c.322
Infirmitatibus hominum conuenientiſſima eſt medicina ſacramentalis, 497.c.48
Plectitur pœna deicidij qui indigne ad auguſtiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum accedit, fol.657. c.69
Dij efficimur in Eucbariſtiæ ſacramento, fol.6c.25. 39
Sacramentum ſanguinis Chriſti Domini denotatur, 676.c.186
Sacrificium Euchariſticum ex animo quieto procedens Deo gratiſſimum eſt & acceptum, fol.638. con.172
Deus in pane cœleſti arborem vitæ conſtituit, vt ex ea comedentes in æternum viuamus, fol. 354. c.698
Bona terrena aliena ab homine, ſolus panis Euchariſticus eſt illi proprius & conueniens, fol. 336.c. 590
Ad Euchariſtiæ ſacramentum cum labore eſt accedendum, 337.c.592
Euchariſtiæ ſacramentum tepidis calorem inducit, 673.c.164
Ita Deus optimus vt malorum originem in Euchariſtię ſacramento conuertat in fontem omnium bonorum, 673.c.165
Cœleſtis panis carnalia bona ſecum non admittit, 441. c.524
Sacramentum Euchariſtiæ recte & ſaluifere percipitur à victoribus ſuarum cupiditatum, fol. 821. c.103
Qui paſcitur Euchariſtia, bonorum terrenorum affectum exuere debet & vitiorum eſſe victor, 822. c.105
Euchariſtiæ ſacramentum multis ante ſæculis præfiguratum, 821.c.194
Communio ſacratiſſimi Corporis & Sanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti præfiguratur, fol. 823.c. 113
Ad accipiendum Chriſtum maximæ virtutes ſunt neceſſariæ, multo maiores ad illum comedendum, 845.c.81
Tanta virtus in qualiber parte hoſtiæ ac in tota, fol. 946.c.114
Euchariſtia confortat digne recipientem, fol. 945. c.102
Optimum conſilium ad ſumendum corpus Chriſti, obſeruatio legis, & conſiliorum euangelicorum, 956.c.181
Cum meditatione crucis ſumendus eſt Chriſtus, ibidem.
Puritas conſcientiæ requiritur ad corpus Domini ſumendum, ibid.
Maxima mentis tranquillitas requiritur vt ſanctiſſimo corpore Chriſti Domini noſtri reficiamur, ibidem.

*Excuſatio.*

Excuſatio non fuit primi peccati, fol. 250. c. 27
Excuſationes peccatoris ſunt quædam folia quibus pudenda delicta ſua conatur abſcondere, f.278.c. 211
Culpæ excuſatio ortum habet ab hypocriſi, fol. 280. c.231
Excuſatio peccati celat turpitudinem, ſed non aufert, 206.c.316
Etiam à peccato impij ſe excuſant, ne peruerſi videantur, 770.c.210

*Examen.*

Opera noſtra diligenter examinanda ſunt, fol. 155. c.792
Domini famulorum opera examinent, vtrum ſint recta, 714. c. 53

*Exemplum.*

Bonum non ſequens exemplum, indignus eſt redemptione, 48.c.263
Virtutum exemplum à quocunque (ſi aliqua præditus fuerit) etiam infideli non dedignemur accipere, 79. c. 414
Exempla ſanctorum nobis imitanda proponuntur,

ſol. 116. c. 585
Vir exemplum ſuæ virtutis præbere debet vt imitetur, 947.c.110
Plus poteſt malum exemplum quàm verba ſuaſoria, 254. c. 59
Qui alium in vitiis imitatur, aliquando eum in impietate ſuperat, 331. c. 548
Proponitur exemplum nequitiæ ad illam vitandam, 375. c. 65
Exemplum caſtigatorum nos vult habere Deus ne eis ſimiles ſimus, 434. c. 478
Malum exemplum facile iuſtos quoſlibet peruertit 496. c. 43
Maxima eſt peruerſitas aliorum exemplo non conuerti, 533.c.285
Omnes homines non ſufficiunt ad peruertendum aliquem etiam quibuſcumque malis exemplis, ſi ipſe nolit eis conſentire, 525.c.228
Bonum exemplum à veteribus dari ſatagit ipſe Deus, 637.c.162
Exempla aliorum maximè neceſſaria, fol. 675. c. 179
Sanctorum exempla proponuntur vt ea imitemur, 741.c.33
Bonum alicuius exemplum aliquando ad idem efficiendum alios condocit, 785.c.71
Bonum alicuius exemplum aliquando ad eum efficiendum conducit, f. 929.c.145
Qui alios malo viuendi exemplo peruertunt, ſoli fere peccatores cenſentur, 980. c. 347

*Exprobrare.*

Nemini beneficium exprobrandum, fol. 837.c. 25

F

*Fama, Infamia.*

Malam debemus vitare famam, 442. c. 530
Plures famam temporalem ex ſuperbia ambiunt, humiles fugiunt, ibid.
Vt fama iuſtorum ſeruetur, non decet Deum aliquando punire eos temporaliter, 991. c. 412
Non ita conueniens eſt famam quærere quàm iuſtitiam colere, 441. c. 532
Ne ſuperiorum noſtrorum fama lædatur, debemus inuigilare, 991. c. 413
Fama aliquando infamis, 506.c.114
Aliorum dedecus refertur vt illud fugiamus, f. 676. c. 189
Potius famæ noſtrorum conſulamus quàm inquiramus de eorum accuſationibus, 680.c.210
Qui ex malis operibus nomen celebre reddere exiſtimat, infame efficit, 712.c.42
Commune eſt fere omnibus famam ſuam celebrare, 715.c.62
Nihil vtilius bono nomine, 644.c.56
Deus ſuorum famam curat, 740.c.31

*Fatum.*

Non ex fato ſed ex prouidentia Dei omnia fiunt, 873.c. 247
Humanum genus fato non contigit, 672. c. 154

*Feſta.*

Ita Deus feſta celebrari ſatagit vt à principio mundi tempora quibus ſeruentur, dederit, fol.38.c. 456
In feſtis opus bonum poteſt fieri, 165.c.56
Maxima Dei bonitas in feſtorum celebratione elucet, 166.c. 27
Aliquis dies feſtus ſegregandus ad Dei cultum, fol. 169.c.55
Dies feſtus ad memoriam Dei excitandam, ibidem c.56

*Fides.*

Ad credendum exeundum eſt extra ſe, id eſt ſenſus naturalis non eſt attendendus, 846.c. 82
Per fidem ſtellis adæquamur, 847.c.86
Exigua noſtra fides Deum erga nos pauperem reddit, ibid.
Vera fides non patitur quidquam honori diuino detrahi, 851.c. 169
Poſſumus in fide modum credendorum inquirere, non tanquam increduli, ſed vt mentem ſolidemus, 854. c. 153
Fides noſtra ratione non probatur, 847.c.88
Fides rationi euidenti non innititur, 961.c.210
Deum eſſe credere, non autem quid ſit inueſtigare debemus, 15. c. 77
In fide à minoribus ad maiora myſteria progrediendum, 19.c.99
Fides ante viſionem beatificam neceſſaria, fol. 41. c. 218
Fides prima inter alias virtutes, 54.c.291
Fides noſtra non concuſſa manet inter diuerſa doctrinarum genera, 57. c. 304
Anima Dei viſione indigna niſi in fide catholica ſacramenta receperit, 67.c.355
Fides in peccatore mortua, 97.c.497
Diſponit nos Deus ad credendum inaudita, fol. 845. c.80
Ad fidem moueamur per animalia, 112.c. 613
Fides Dei donum eſt, 847.c.89
Fides opus Dei, 209.c. 277
Fidem Deus vult integram manere, 219.c.345
Sollicitì eſſe debemus de aliorum fide, fol. 854.c. 132
Fides mirabilis in primo parente, 239.c. 460
Contra fidem prima tentatio Diaboli, fol. 255. c. 64
Dubium in verbis Dei effectus tentationis, fol. 261. c. 101
Qui citò homini credit, citò cadit, 274.c.192
Fides ſine operibus Deo non placet, fol. 626. c. 116
Fides vniuerſale fundamentum virtutum, fol. 384. c.124
Fides remedium vniuerſale contra peccata & Dæmonis fraudes, ibid.
Qui fidem ſine bono opere poſſidet, ſolum mortuum munus Deo offert, 385.c.209
Fidem noſtram exercet Deus, 845.c.79
Ad conſeruandam fidem mirabilia à Deo perpetrantur, 479.c.78
Fide Deo placemus, ibid.
Fides oppugnata magis elucet, ibid.
Fides in omnibus reperitur neceſſaria, ibid.
Fides proponenda operibus miſericordiæ ſine fide, 480.c.83
Fide tantum poſſumus quantum volumus, ibidem c.84
Fides non timet perniciem, 758.c.141
Fides ſine operibus nulla, 566. c. 24. & 30
In rebus magni momenti maior confirmatio fidei datur, 580. c.108
Fides quæ Deo debetur, omnia in contrarium ſuadentia ſuperat, 561.c.464
Formata fide meremur Dei recordationem, fol. 607. c.16
Fides omnia ſuperat, 816.c.72
Fides patria noſtra eſt, 747.c.70
Fides anchora vitæ noſtræ, 588.c.149
Fide incommoda plurima facile ſuperamus, ibid. c.150

Fides ab omnibus deffenſio, ibid.
Fides de omnibus triumphat, ibid.
Ex fide obedientia, 747.c.71
Io fide nos confirmat Deus, 936.c.43
Deus fidem noſtram exercet, 877.c.266
Voius fides voiuerſum mundum coodemnauit, fol. 591.c.190
Fides Euangelij permanebit in finem, fol. 629. c. 128
Deus fidem noſtram ſtabilit, 658.c.81
Qui minimæ eſt fidei, à Deo beneficium non accipit, 731.c.133
A nobis oon ſolum Deus exigit fidem, ſed vt magis radicetur ſatagit, 741.c.38
Fide armatus difficilia quæque poteſt, 742.c.40
Fides ea quæ ſunt abſentia præſentia reddit, ibid.
Fides debet eſſe ſimplex oon curioſa, ibid.
Fidei formatæ premium viſio Dei, 553.111
Vera fides non eſt otioſa, 783.c.59
Fides non vires naturæ ſed Dei potentiam reſpicere debet, 795.136
Conſtantiſſimam fidem Dei dictis adbibere debemus, 879.c.2
Fidei datur præmium ante eius adimpletiooem, fol. 850.c.103
Ex fide formata iuſtitia & non ex circunciſiooe, ibid.
Non ſemper credere Deo doaum eſt illius ſpeciale, ibid.
Difficilis eſt fides, ibid.
Fide præſtans maximos honores cooſequitur, ibid.
Fides formata certum firmumque bonum, fol. 851. c. 113
Iuſtum eſt Deo fidem adhibere, ibid.
Quantum quis maiori fide formata, credit, tantum mundatur, ibid.
Homini cito credens leuis, Deo autem fidem adhibens incunctanter pius & iuſtus iudicatur, ibid. c. 116
*Ex hoc ne colligas ex ſola fide aliquem iuſtificari; ſolum enim eſt diſpoſitio ad iuſtificationem.*
Qui Deo fere impoſſibilia pollicenti cito credidit, Dei omnipotentiam extollit, ibid.
Fides adiuncta charitate hominem perficit, ibidem c. 118
Fides nunquam ſeneſcere debet, 903.c.6
Ad fidem potius muneribus quàm minis allici debemus, 905.c.23
Fides alimentis quibuſdam eget quibus feruet, fol. 906.c.27
Vult Deus ſibi fidem adhiberi, 912.c.59
Fides fœcundiſſima eſt, 910 918.47
Fides viua myſteriorum Dei cognitionem adipiſcitur, 975.c.299
Figura veritatis proficit ad credendum ipſi veritati, 940.c.71
Fides, anguſtum tuguriolum dignum Deo palatium efficit, 932.c.13
Cum gaudio credendum id quod difficillimum eſt, 922.c.113

*Fiducia.*

Ratiooe creationis erigitur cor ooſtrum maxima fiducia io Deum, 20.c 50
Non debemus alteri citò confidere, 224.c.378
Maximam Deus vult oos de eo habere fiduciam, 904.c.12

*Filij.*

Non eſt dedecus à parentibus infidelibus originem trahere cùm, virtutem colimus, f.812. conceptu 45
Filij patrem referunt, fol.466.c.24
Filius domus paternæ ædificium, 882.c.17
Filius impius in patrem ita abominabilis vt frater eum tanquam fratrem habere dedignetur, fol. 701.c.22
Filij ſumunt exemplum à pareotibus, 225.c.380
Ex multitudiœ filiorum vxor fit ſuperba, fol.325. c.507
Maxima pœna eſt matri filios reprobos parere, fol. 323.c.497
Filius dolor patris dolor matris, ibid.
Spes io matre filios habendi leuiorem præſentem pœnam efficit, 321.c.483
Multum prodeſt filiis quod à ſtrenuis parentibus gignaotur, 739.c.19
Filius magis eſt matris quàm patris, 346.c.648
Filius aliquando diſſimilis patri, 370.c.28
Ita filij æſtimantur vt qui eos noo habueriot, reputentur tanquam oihil, 376.c.72
Ex parentibus peccatoribus filij ſimiles oaſcuotur, 444.c.546
Parentes afficere triſtitia graue delictum, folio. 435. c.484
Irreuerentia parentibus à filiis exbibita punitur, fol. 785.c.93
Præſtans virtute filius maximam parentibus gloriam accumulat, 462.c.640
Filius impius à patre noo agnoſcitur, fol.456.coo. 612
Filio iuſto carens pater, etiam alium habens oullum ſe habere exiſtimat, 457.c.613
Filius ſimilis patri in booitate habet imaginem patris ſui, 469.c.32
Filius Deum timens patri ſuo ſimilis eſſe dicitur, ibid.
Filius qui erga patrem extitit improbus, prius à virtute deuiauerat, 677.c.196
Impietas io patrem ad aliud trabit peccatum, ibid.
Filius in minimis honorem debitum patri lædere timeat, 681.c.215
Filius virtutis amator à patre relictus ſuperſtes glorioſiſſimus eſt ei tumulus, 472.c.53
Non ſemper filius ſimlis eſt patri, 488. c.128
Reuerentia parentibus à filiis exhibita eos ad amorem excitat, 735.c.138
Filij ſimiles regulariter in vitiis parentibus, fol. 490. coo.6
Filius iuſtus magnum eſt parentibus ſolatium, fol. 484.c.110
Filius diſſimilis patri, 493.c.16
Filij ſuſcipiendi eo fine vt Deo inſeruiant, 529.c.256
Non eſt in vxoratis iucunditas ſioe filiis, fol. 836. con.18
Filius patri ſuo impius priuari honore ſuo debet, 529 c.257
Filius irrideos patrem, ebrius eſt, 682.c.222
Filij propter patrem, iocolumes euadunt, 555.c.421
Filius impietate diſſimilis auo eius filius nominari non debet, 271.c.111
Magna impietas in filio patris delictum ootum facere, 675.c.184
Ex filio erga patrem pio Chriſtus Domious naſcitur, 688.c.362
Filius erga patrem ſit pius, 680.c 208
Filius patri honorem deferens remuoeratur, f. 687. c.256
Terror irreuereotiæ erga patrem oobis incutitur, 684.c.237
Filij ooo priuantur bonis ſpiritualibus propter peccata parentum, ibid.

Malitia progenitorum filius non nocebit ſi velint, 698. con 23
Filij iuſti aliquando ex patribus impiis, fol. 730. con. 129
Filiorum multiplicatio aliquando in pœnam laſciuiæ, 894. c. 98
Ita filij obedire parentibus tenentur vt id eis ſignificare non ſit neceſſe, 975. c. 310

*Finis.*

Præclariſſimis initiis ſolent ſimiles reſpondere fines, 192. c. 817

*Fiſcus.*

Hoc rapit fiſcus quod non tollit Chriſtus, fol. 781. con. 47

*Fœlicitas.*

Deus ad cognitionem futuræ fœlicitatis nos prouocat, 294. c. 327
Durius eſt à prima fœlicitate cadere quàm mori, 357. con. 723
Fœlicitas amiſſa maximum infert dolorem, fol. 358. con. 729
Aliena fœlicitas triſtitiâ afficit, 385. c. 231
Fœlicitas quam potuimus habere, acerbiorem reddit calamitatem, 481. c. 96
Maximus cruciatus eſt impiis, cùm fœlices quos perſecuti fuerint, intuentur, 586. c. 139
Grauiſſimum eſt in conſpectu fœlicitatis poſſidendæ torqueri, 585. c. 133
Affligi in conſpectu alienæ fœlicitatis intolerabile, ibid.

*Fortitudo.*

Præſtantis viri eſt, ardua quæque ſibi reſeruare, fol. 789. con. 97
Fortitudo illa vera eſt quâ aduerſa cum ſilentio toleramus, 115. c. 379
Fortitudo omnia ſuperat, 206. c. 260
Homo verè dicitur qui animi fortitudine præſtat, 526. c. 134
Deus fortis eſt vt puniat, liberalis vt beneficia præſtet, 905. c. 22

*Frater.*

Deus maxime ſatagit fratrum animos conciliare, 398. con. 226
Qui fratrem non curat, impius eſt, 409. c. 207
Fratrem non agnoſcens, peior eſt homicida, fol. 412. con. 318
Fratricidium ita grauis offenſa vt creaturæ inanimatæ vindictam petant, 415. c 347
Non debet frater ſuum accuſare fratrem, ibid. con. 348
Fratrem occidere grauiſſimum eſt peccatum, fol. 412. con. 339
Scelus immaniſſimum, fratricidium, f. 417. c. 361
Fratrum inuidia eandem pœnam meretur quam Diabolus, 418. c. 367
Fratricidium grauius peccatum primi parentis tranſgreſſione, ibid.
Fratricidium ita ſcelus immane eſt vt vix credi poſſit, 435. c. 485
Fratricidium omnia continere delicta videtur, fol. 454. c. 602
Fratricidium tale eſt ſcelus vt progenitores omnino confundat, 456. c. 611
Magis timendi ſunt fratres quàm alij, 651. c. 57
Omnes fratres ſumus, 656. c. 66
Fratricidium ita graue delictum vt propter illud ſecundum aliquos diluuium inductum fuerit, ibid.
Frater dignitate prior alium præcedat natiuitate priorem, 730. c. 126
Fratres pro bonis contendere non debent, fol. 749. con. 85
Fratris nomen honorabile, 782. c. 54
Inhonorabile omnino inter fratres iurgium, fol. 784. con. 63
Fratres inter ſe diſcordes non homines ſed beſtiæ ſunt, ibid.

*Fraus.*

Deus efficit vt non decipiamur, 309. c. 418
Fraudes dæmonis in eius caput recincidunt, fol. 422. con. 491
Innocens fraudem non credit, 406. c. 275

*Furtum.*

Exemplo animalium docemur aliena non rapere, fol. 105. con. 523

*Futura.*

De futuris quaſi ſub dubio loquamur, fol. 960. con 207
Angeli futura cognoſcentes ex reuelatione, fol. 939. con. 205.
Domino quæ futura ſunt committamus, fol. 756. con. 129

G

*Gaudium.*

GAudium præcedunt moleſtiæ, 40. c. 211
Gaudium promiſſum præſentes moleſtias dulces efficit, 310. c. 480
Nulla lætitia in præſenti vita, ibid.
Gaudium ex bene actis ex bono, fol. 384. con. 122. fol. 396. con. 211
Poſt triſtitiam gaudium & è contra, 749. c. 86
Maxima eſt animi virtus congaudere gaudentibus, 812. con. 111
Gaudium in triſtitiam deſinit, 8.6. c. 17
Gaudia huius vitæ conſequuntur amara, fol. 971. con. 285
Gaudia non nimis effuſè ſumenda, fol. 922. con. 110
Magna virtus eſt inter gaudia humilitatem non deperdere, 921. c. 104
Nulla lætitia ineſſe hominibus deberet, fol. 964. con. 242

*Gloria.*

Deus ab æterno præparauit ſuis beatitudinem, fol. 7. con. 23
Deus ante noſtram creationem gloriam nobis præparauit, 18. con. 97
Locus gloriæ noſtræ deſtinatus ab initio perfectus, 26. con. 137
Dies perennis æternæ beatitudinis præſignatur, fol. 52. con. 283
Facilis Gloriæ acquiſitio, 56. c. 299
Poſt bona opera lumen gloriæ datur in beatitudine, fol. 84 con. 431
Beatitudo Dei communicari poteſt, non autem minui, 134. c. 683
Ad gloriam ſæpius inuitamur, 143. c. 730
Homo bonus dicendus cum in Paradiſo conſtitutus fuerit, 154. c. 783
Gloria homini præparata, ibid.
Gloria hominis principium habet ſed non finem, 156. con. 697
Gloria æterna eſt, 912. 60
Gloria caret labore, 156. c. 798
Gloria datur ſolis perfectis, 165. con. 33
Gloria ipſius Dei nec principium nec finem habet, ibid.
Poſt bona opera gloria, ibid.
Virtutibus omnibus habitis requie æterna donamur, 166. con. 42

*Arbor vitæ in Geneſ.*

Deus requieſcit cum gloriam largitur, 163. c. 21
Gloria non datur impiis, 569. c. 59
In gloria omnis benedictio, ibid.
In gloria voluptas, 190. c. 174
Gloria non naturæ debita nec generis nobilitati, ibid.
Paradiſus ex virtutibus Chriſti Domini componitur, ibid.
Deus ſolus Paradiſi Dominus, ibid.
Paradiſus non niſi ex virtutibus, 191. c. 178
Recordatio gloriæ nos ab omni ambitione retrahit, ibid.
Gloriæ hominem eſſe capacem oſtendit Deus in ſua formatione, 196. c. 154
Ad gloriam quærendam prouocamur, 201. co. 238
Dulcedo in gloria, 202. c. 240
In Paradiſo ſumus pulchriores quam extra eum, 103. con. 249
Gloria non datur ſine operibus, 210. c. 284
Qui ad gloriam peruenire deſiderat, humilitatem, pœnitentiam & fortitudinem amplectatur, fol. 859. c. 162
Gloriam non omnes capiunt, 210. c. 350
Vera terra promiſſionis eſt gloria, 327. c. 525
Gloriam conſequi poſſumus charitate ſcilicet & tolerantia temporali, 361. c. 744
Quæ impediunt hominem à gloria, ſunt ſolum quædam ſimulachra, ibid.
Gloria non mortuos ſed viuos ſuſcipit, fol. 354. con. 702
Deſiderio feramur in gloriam, ibid.
Virtute fit reditus ad gloriam, ibid.
Gloria tranſacto ſæculo nobis confertur, fol. 482. con. 102
Ad gloriam tendendum propter amorem ipſius Dei. 527. c. 242
Gloria non in hoc ſeculo, ſed in futuro ſeculo expectanda, 621. c. 90
In futura gloria nulla repugnantia carnis cum ſpiritu, 634. c. 149
Gloria poſt gratiæ regenerationem, 723. c. 219
Gloria niſi per labores, non adipiſcenda. 753. c. 114
Fœlix qui ſolius gloriæ deſiderio tenetur, fol. 739. con. 25
Omnia contemnenda ſunt ei qui gloriam deſiderat conſequi, 740. c. 19
Ad gloriam conſequendam tepidi ſumus, fol. 747. con. 73
De hoc mundo ad gloriam aſcendentes diuitiis ſpiritualibus affluunt, 776. con. 20
Quomodo ad gloriam tendere debemus, fol. 777. con. 25
Plura conſiderare debemus vt terræ promiſſionis poſſeſſores ſimus, 796. c. 541
Gloria ſecundum diuerſa merita poſſidebitur, fol. 847. con. 92
Gloriam conſiderans ſuperat omnia, 831. c. 167
Quamuis gloria ſit abundantiſſima, tamen faſtidium non parit, 838. con 30
Opera cum deſiderio efficacia æternæ fœlicitatis illius ſunt meritoria, 901. c. 133
Maximum quod poteſt promitti, eſt gloria, fol. 906. con. 26
Regnum cœlorum vim patitur, 973. c. 100
Spes datur ad Paradiſum redeundi, 361. c. 743

*Gloria humana.*

Qui gloriam humanam ſpernunt, gloria Dei eos ſequitur, 565. c. 12
De beneficiis acceptis non eſt gloriandum, fol. 872. con. 239
Gloria vana non eſt curanda, 522. c. 210
Vana gloria bonis operibus ſe ingerit, 820. c. 97
Opera bona non inficiantur vana gloria, fol. 857. con. 133.
Bonum opus præſumptuoſum vere fugitiuum eſt, 889. con. 67

*Glorificare.*

Qui Deum glorificat, maiorem gratiam accipiet, 686. con. 249

*Gratia.*

Homo ſine gratia Dei quaſi inuiſibilis aſpectu Dei cenſetur, 26. c. 141
Gratia ad cœlum nos euehit, 39. c. 204
Neceſſaria eſt gratia vt purificemur à tenebris peccatorum, ibid.
Sine gratia ſteriles ſumus, 68. c. 359
Animæ ſanctæ ſecundum diſpoſitiones à Deo varie illuminantur, 95. c. 487
Vt in nobis Dei gratia permaneat, opus eſt aſſidua virtutum exercitatione, 179. c. 18
Gratiæ imputanda hominis incorruptio, fol. 591. con. 184.
Gratia per peccatum priuamur, 276. c. 101
A maiori gratia decidens longe culpabilior eſt, fol. 327. con. 526
Gratia deſtitutus morti exponitur violenter, fol. 430. fol. 450
Diuina gratia omnium victores nos efficit, fol. 522. con. 211
Diuina gratia quærenda, ibid.
Primam gratiam gratificantem non ex condigno ſed ſolum ex congruo meremur, 523. c. 213
Sine gratia nihil poſſumus meritorie operari,
Gratia Dei in aduerſis nos roborat,
Trina Spiritus ſancti gratia veræ fideli animæ tribuitur,
Quod ſpecialem Dei gratiam denotat, opus illius dicitur,
Gratiæ natura cedat,
A gratia Dei preuenient bona opera noſtra,
Gratia in damnum eſt male vtenti,
Tunc vita actiua fructum facit cum aſpiranti gratiæ ſatisfacit,
De diuina gratia nullus glorietur,
Gratiæ diuinæ deputandum eſt quod ſtudioſe viuamus,
Melius in nobis operatur gratia quam natura,

*Gratitudo.*

Gratus animus cum ſe imparem in reddendis gratiis agnoſcit id compenſat aliorum miniſterio,
Gratus omnes alias creaturas præcedat,
Grati eſſe debemus Deo tanquam omnium creatori,
Maxime non decet Deo eſſe gratos,
Referendæ gratitudinis rationem inueſtigare peruerſi cordis eſt,
Gratitudo non debet differri,
Simus memores beneficiorum,
Beneficia magis completa maiorem gratitudinem expoſcunt,
Grati eſſe debemus,
Nihil ſit à nobis requirit Deus quàm gratitudinem,
Grati Dei beneficiis debemus eſſe,
Gratitudinis occaſiones præbet Deus,

Gratitudo conſeruat nobis Paradiſum, fol. 210. con. 285
Homo prouocatur ad gratitudinem, ſol. 228. con. 398
Grato concedit plura Deus, 236.c.445
Ad gratitudinem prouocamur, 229.c.404
Memores ſemper beneficiorum debemus eſſe, fol. 369.c.19
Grato plura beneficia largitur Deus, 372.c.42
Gratiæ agendæ etiam non expectato mandato, ibidem.
Naturaliter nobis inditum gratias Deo eſſe referendas, 377.83
Grato plura conceduntur, 406.c.282
Gratitudinis erga Deum admonemur, 466.c.18
Gratitudo mouet Deum ad implenda ſua promiſſa, 796.c.145.
Benefactores vt eis gratias referamus bonum eſt agnoſcere etiam ex nomine, non autem perſecutores & malefactores, 867.c.210
Gratiæ agendæ pro omnibus, 778.c.29
Gratus etiam pro beneficiis recipiendis actiones gratiarum debet referre, ibid.
Gratiarum actio reddenda pro beneficio naturali, 458.c.622
Gratus coram Deo inuenit gratiam, 522.c.108
Gratitudo aliis pereuntibus nos ſaluat, fol.567.c.26
Grato materiam præbet Deus ſuæ gratitudinis declarandæ, 568.c.32
Gratiæ referendæ non ſolum verbis, ſed etiam factis, 799.c.160
Deus non vult moram fieri in gratiarum actione, 568.c.33
Gratitudinem habere inſtruimur, 621.c.87
Nihil vtilius gratitudine, ibid.
Grates rependamus ſaltem verbis, ſi beneficiis non poſſumus, 617.c.64
Maxima gratitudinis retributio, 643.c.207
Illa vera gratitudo eſt quæ redditur ſine iuſſu, fol. 635. c.153
Gratiarum actio liberrima debet eſſe, ibidem con. 154
Naturaliter inſita eſt nobis gratitudo, ſol. 636. con. 155
Gratiarum actio minus placet Deo vbi non omnibus ſimul exhibetur qui beneficia receperunt, ibidem.
Gratitudinem remunerare non differt Deus, f. 640 c.185
Deus non vult gratos eſſe & pro verbis quibus gratias referimus plurima adipiſcimur beneficia, fol. 636.c.158
Si nos gratos vult Deus eſſe, id propter vtilitatem noſtram exoptat, 638.c.168
Beneficia votis æquanda ſunt, cum factis non poſſumus, 669.c.141
Nullum beneficium Dei gratiarum actione fruſtrandum, ibid.
Gratus coram Domino eſt, 696.c.15
Impij etiam aliquando gratiſſimi, quamuis inordinate, ibid.
Gratiarum actiones non ſunt intermittendæ, fol. 754.c.120
Occaſionem gratiarum actiones ampliores reddendi quæramus, 756.c.128
Pro quolibet beneficio gratiarum actiones ſunt agendæ, 799.c.158
In proſperis gratias agentes debitum reddimus, in aduerſis Deum debitorem conſtituimus, ibid. con. 159



*Gula.*

Natura alimenta præbuit non gulæ vitium, ſol.100. con.508.
Gula non patitur præſcripta habere alimenta, fol. 101.c.512
Ipſis brutis irrationabiliores ſumus in appetendis cibis, 149.c.761
Eſus carnium maxime fuiſſet nociuus, ibid.c.162
Vbi cibus, ibi finis mundi, 166.c.40
Mala quæ ex gula ſunt, difficile aut nunquam tolluntur, 221.c.358
Ventri ſuo indulgens non homo ſed bellua, fol.255. con. 66
Nullum vitium propius quam gulæ ſerpentem Diabolum nobis repræſentat, fol.266.c.136
Guloſus anteponit ingluuiem ſuam Dei legibus, 273.c.283
Gula Deum iratum oſtendit, ſicut ieiunium beneuolum, 294.c.322
Deus contra tentationem gulæ tanquam periculoſiſſimum eum caſtigaturus procedit, ibidem, con. 323
Ad gulam inducens in gula punitur, fol.310.c.417
Dediti gulæ ſunt ſerpentes ſuper terram gradientes, ibidem.
Ingluuies proxima libidinoſis cogitationibus, ibid.
Voluptatem pro fine habet gula, 311.c.424
Gula peccatum nefandum, 326.c.515
Ex gula mors & vita inſœliciſſima, 341.c.621
Deus prouidet ne in gulam incidamus, fol. 355. con.707
Ciborum appetitum debemus frœnare, fol. 399. c.231
Qui gulæ frænum impoſuerit, plurima vitia eradicabit, 414.c.477
Gulæ auſert Deus occaſionem, 645.c.30
Ciborum vſus non in ingluuiem conceſſus, fol.650. con. 49
Anteponimus ingluuiem aliquando periculo mortis, ibid.
Gula in edendo omnino nobis cauenda eſt, ibid.
Cibi exceſſus, non vſus damnatus, ibid.
Ex gula luxuries, 761.c.163

## H

*Hæretici.*

HÆretici licet ſibimet maximi videantur, tamen maxime ſunt puſilli, 121.c.609
Hæretici quare ſerpentes, 312.c.429
Hæretici Cainitæ. 407.c.287
Hæretici fratrum ſuorum interſectores, ibid.
Hæretici à Deo alienantur, 440.c.521
Hæretici nihil poſſunt aduerſus ſanctam Eccleſiam, 143.c.354
Hæreticus ab omni populo ſeparatur, fol. 678.con. 196
Hæretici inter ſe diuiſi, 7.0.c.29
Hæretici à via veritatis declinantes delitias quærunt, 788.c.92
In hæreſes & ſchiſmata non diuiduntur vere iuſti, 858.c.157

*Homicidium.*

Homicida homines, Angelos & totam Trinitatem offendit, 407.c.285
Homicidia ex impatientia, 404.c.266
Homicidæ deeſt omnis fructus, 401.c.240
Qui alium occidit, ſeipſum occidit, ibid.
Iuſtum vnum occidens plurimorum eſt reus, fol. 412.c. 327
Fratrem occidere grauiſſimum eſt peccatum, ibid.
Homicidium clamat vindictam, ibid.

Occidens miſerior eſt occiſo, ibid.
Homicidium peccatum horribile, ibid.
Homicida quem amicum viuum habuerat, poſt mortem aduerſarium patitur, 426.c.357
Qui alios occidunt, omnia formidant, fol.438.con. 4 8
Terrenæ poſſeſſionis cauſa homicidium, fol. 442. con. 528
Grauius eſt occidere hominem peccatorem, quàm iuſtum ratione damni illati, 433.c.436
Non licet occidere priuata auctoritate niſi cum moderamine inculpatæ tutelæ, ibid.
Effectus homidij deſperatio, 426.c.414
Ab homicidio reuocamur, 435.c.488
Alium occidens ipſemet vulnus recipit, fol. 455. con. 604
Occidens pœnitentem grauiſſimo dignus ſupplicio, ibid.
Homicidium ita graue peccatum vt indignum ſit nominari. 469.c.37
Non permanebit inultum homicidium. fol. 654. con. 51
Homicida beſtialis homo, ibid.
Prorſus Deo abominabile homicidium, ibid.
Homicida ſpiritualiter necatur, ibid.
Qui hominem occidit, Chriſtum videtur occidere, ibid.
Nos ab homicidio auocat ſimilitudo Dei in homine, 657.c.70
Impedit homicidia Deus, 652.c.40
Alium occidens in nihilum redigetur, fol. 657. con.78

*Hominis dignitas.*

Tanti à Deo æſtimatur humana creatura, vt illa non exiſtente, alia quaſi ab eo non cognoſcantur, fol. 26.c.139
Homo omnia excedere videtur creata, fol. 40. c. 213.
Præcipuè propter hominem ipſa formatio luminarium, 89.c.458
Talis eſt homo vt etiam luminare minus reſpectu Dei videatur, 91.c.467
Homo creatus eſt ad immortalitatem, f 108.c.548
Hominis dignitas ſuper alia, 116.c.587
Hominis dignitas maxima, 117.c.588
Non variæ hominum ſpecies, 122.c.614
Homo ſolus ad imaginem Dei conditus, ibid.
Homo ſuam dignitatem agnoſcat, ne in varia labatur crimina, 116.c.581
In homine Deus honorandus, 128.c.641
Nullus homine ſuperior in terra, ibid.
Homo maximæ eſt Deo curæ, ibid.
Homo maiori in pretio eſſe videtur quàm Angelus, ibid.
Homo Dei requies, ibid.
Homo creatur vt Deum agnoſcat & diligat, ibidem.
Deus ſine præſcriptione temporis honorem & dignitatem hominibus largitur, 134.c.235
Homo liber eſt in ſuis actionibus, fol. 526. con. 631
Homo conditus eſt vt creatorem ſuum admiraretur, ibidem.
Homo omnis boni fructus eſt particeps, ibid.
Homo præcipuarum creaturarum habet dignitatem, ibidem.
Homo omnium creaturarum rex, 127.c.636
Homo quaſi omnium creaturarum ſumma, ibid.
Homo aliquid amplius habere videtur quàm Angelus, ibid.
Homo memor ſit ſuæ perfectionis, 140.713
Homo omnium creaturarum perfectio, fol. 141. 716
Deus homini præcipuè dedit eſcas, animalibus verò propter eum, 148.c.757
Talis eſt homo vt omnia Deo propter eum valde bona videantur, 153.c.780
Omnia hominis gratiâ condita ſunt, ibid.
Tantæ dignitatis eſt homo vt paucis verbis non poſſit exprimi, 160.c.6
In homine Deus requieſcit, 165.c.31
Homo opus Dei eſt per excellentiam, ibid.
Homo vniuerſo orbe ſuperior, 178.c.99
Videtur homo quaſi beatus in ſua formatione, ibid.
Hominem immortalem condidit Deus, ibid.
Tempus natiuitatis hominis diſciplinæ inſtructionem ſignificat, ibidem.
Hominis nomine decoratur etiam caro illius, ibidem.
Homo vel beſtia omnino eſt vel Angelus, ibidem.
Homo omnis creaturæ confinium cenſendus eſt, ibidem.
Homo omnium eſt finis, propter quem omnia, 179. con.107
Hominem condidit Deus omnipotens propter ſeipſum, ibid.
Homo tantæ dignitatis eſt ratione ſuæ libertatis, vt neceſſe ſit ipſum Deum ei ſignificare ſe eſſe dominum ſuum, ibid.
Vnus homo conditur vt ſuperbia diaboli confunderetur, ibidem.
Homo eſt microcoſmos, 177.c.94
Homo de volatilibus cœli, ibid.
In hominis poteſtate cætera omnia condita ſunt, ibidem.
Quo fragilior eſt hominis conditio, eò fœlicior, ibidem.
Maxima & excellentiſſima eſt hominis dignitas, ibidem.
Hominis præſtantia maxima ſuper reliqua, fol.184 con. 142
Homo natus eſt ad cœleſtia, non autem ad terrena, ibidem.
Homo eſt adeo perfectus vt triplici vita gaudeat, ibidem.
Homo quamuis aliis infirmior videatur, tamen potentior eſt eis, 185.c.144
Magna hominis dignitas, 191.183
Hominis liberum arbitrium, 190.c.227
Homo religioſiſſimus eſt, 213.c.303
Talis eſt homo vt ſine eo Deus bonus artifex non videretur, 209.c.280
Homo liber eſt, 221.c.336
Homo natus ad adiutorium alterius, fol. 225. c. 382
Homini natura mulierem excellit, ibid.
Homo dominus omnium aliarum creaturarum, fol. 227. c.390
Homo excedit omnes alias creaturas inferiores, ibidem.
Maxima hominis dignitas, 233.c.425
Suam dignitatem & nobilitatem agnoſcat homo, 229. c.399
Homo liberrimus eſt, 273.c.180
Homo ad debellandum dæmonem fortior muliere, 385.443
Hominis poteſtas in dæmonem, ibidem.
Vult Deus hominem diſtingui aliquo decore à belluis, 349.c.669

Ita hominem æſtimat Deus, vt diu ferre non poſſit humiliationem ſuam & contemptum, quin maiorem honorem deperdito reſtituat, fol. 352. c.689
Hominis libertas, 356.c.714
Homo liberrimus in ſuis actionibus, fol. 398. c. 825
Homo honoratur à Deo habens omnium principatum, 466.c.4
Homo & Deus ſe mutuo demonſtrant, ibid.
Ille verus vir cenſendus qui Deum colit, fol. 461. c. 645
Maior honor homini quam Angelo deferri videtur, 492.c.14
Propter hominem omnia facta fuerunt, fol. 518. c. 185
Ille vere eſt homo qui virtutem colit, 525.c.238
Ille vere eſt homo dicendus qui vitiis omnibus caret, ibid.
Homo vere dicitur qui fortitudine animi præſtat, 526 c.234
Homo præfertur omnibus creaturis inferioribus, 549.c.384
Homo omnium creaturarum rex conſtitutus, 551. c.398.
Homo reſpectu mulieris dies clariſſimus, illa verò nox, 575.c.79
Tantus eſt homo vt creaturæ deleantur dum homini non proficiunt, 584 c.125
Propter hominem aliorum curam habet Deus, fol. 607.c.16
Propter hominem Deus etiam animalibus benefacit, 660.c.89
Homo honoratur ab ipſo ſummo Deo, fol. 661. c.90
Ita homo ſuam æſtimat libertatem, vt maxime pudeat eorum quæ illi non ſubiiciuntur, fol. 679. c. 205
Humanum genus ab æterno non fuit, nec ſato contigit, 672.c.154
In arduis viri ſententia potius quam mulieris expectanda, 900.c.131
Deus & homo ſe mutuò demonſtrant, fol. 464. con. 5

*Hominis indignitas.*

Quod homo præſtare poteſt, illud eſt corruptibile, 237.c.451
Ita demens eſt homo, vt quod Dei proprium eſt nitatur ſurripere, 265.c.129
Homo ab initio in Deum ſuum infidelis. fol. 290. c.294
Ita inciuilis eſt homo vt Deum non honoret, 295. con.330
Immiſericors homo, 301.c.368
Ab initio infidelis homo, 341.c.642
Dæmone ipſo aliquando peior eſt homo, fol. 401. con. 237
Homo multo crudelior & immanior quam beſtiæ, ibidem.
Hominis fragilitas mouet Deum ad ipſi miſerendum, 498.c.51
Quicunque eſt vitiis deditus ille non dicitur homo, ibidem.
Non dicitur homo qui à mulieribus vincitur, 526. con. 233
Homo quandoque eſt ipſis animalibus deterior, fol. 581.c.310
Homo inexcuſabilis eſt cum iis quibus Deum ſibi comparare, poteſt mauult habere[illegible]nonem, fol. 636.c.157

*Arbor vitæ in Geneſ.*

Inconſtans homo, 705.c.5
Homo terra eſt, 705.c.1
Arboribus aliquando inſenſibilior eſt homo, 750. con. 92
A ſeipſo eſt alienus homo ſecundum diuerſas habitudines, 779.c.57
Apperens homo bona ſupra ruinam, proximus ruinæ, 267.c.140

*Honor.*

Honori Dei nobis eſt ſummopere conſulendum. fol.814.c.577
Quo quis maioris dignitatis, eo maiori reuerentia dignus, 945.c.109
Occaſio noſtræ ruinæ eſt honorum apex, fol.147. con. 749
Deus ſine honore nihil omnino derelinquit, fol.168. con. 58
Ab ipſo Deo honore afficitur homo, fol.330.c.546. 661. c. 90. & ibid.
Nos deteriores efficit honor mundanus, fol.357. con.721
Deo non deferre honorem maximum crimen, 409. con. 304
Suos Deus honorat, 607.c.12
Qui dona conceſſit, iis eſt honorandus, fol. 637 con. 163
Qui honore abutitur, eo priuatur, 685.c.244
Maxima ineſt nobis honoris cupiditas, 712.c.41
Suorum ſeruat honorem Deus, 768.c.211
Non ſolum alios honoramus in bonis præponendo eos nobis, ſed in malis nos eis ſubiiciendo, 783. con. 57
Alios honore præuenire ſemper debemus, fol.784. con.66
Honorem deferunt reges iuſto, 820.c.96
Vera fides non patitur quidquam honori diuino detrahi, 851.c.169
Deus ſuos ita honorat vt participes conſiliorum ſuorum efficiat, 866.c.202
Non quilibet honorem poteſt ferre, fol. 885. c. 36
Qui eiuſdem ſunt dignitatis eodem, colantur honore, 940.c.70
Magnus honor & reuerentia maieſtati diuinæ deferri debet, 922.c.108
Homo ita inciuilis vt Deum non honoret, fol.295. con.330

*Hoſpitalitas.*

Hoſpitalitatis fructus Angelorum manifeſtatio, f. 957.c.191
Prouentus hoſpitalitatis maximi & innumeri, 961. c.216
Peregrini & hoſpites non exquiſita conuiuia requirant, 945.c.108
Maxime debemus hoſpitalitatem exercere, f. 594. c. 189
Hoſpitalitas maxima laude eſt extollenda, fol. 822. c. 811
Erga hoſpites eximium vrbanitatis ſpecimen præbeamus, 969.c.270
Singulare tibi beneficium hoſpitum receptio, fol. 940.c.74
Qui hoſpitalis eſt, multo magis recipit quam tribuit, ibidem.
Nulla excuſatio tibi ſubeſt hoſpitio peregrinos non ſuſcipiendi, ibid.
Qui hoſpitalitatem exercet, Deum ipſum recipit, 931.c.5
Tanti æſtimanda hoſpitalitas, vt non per alium, ſed per teipſum exerceas, ibidem.

Magnum iacturam nos feciſſe exiſtimare debemus ſi aliquos culpa noſtra hoſpites non recepimus, ibid.
Hoſpites quicumque admittendi, 938.c.55

*Humilitas*

Humilibus Deus maxima largitur beneficia, fol. 931. c. 11
• Spiritus ſanctus ſuper humiles requieſcit, fol. 32. c. 172
Quamuis in magna conſtituamur dignitate, in eadem qua antea permaneamus humilitate, 57. c. 306
Humilitatem nos docent creaturæ inſenſibiles, fol. 49. c. 164
• Difficillima obtinet humilis, 918.c.141
Deo humilia maxime placent, ſuperba diſplicent, 74. c. 389
Vera humilitas quæ Deo & non hominibus demonſtratur, 949.c.137
Quo quis meritis ſublimior, eo ſit humilior, fol. 75. c. 397
• Seruus Chriſti humilitatem habeat, ſed charitatis igniculis feruentem. 97.c.412
Hic virtutis ordo eſt & perfectionis, vt quo quis cum Deo familiarius agit, eo euadat humilior, 996. c. 442
Noſtræ humilitatis & vilitatis admonemur, fol. 106. c. 538
Humilitas in innocente rarior, 118.c.597
Deprimat ſe homo, ſolum eſt enim vmbra quædam, 132.c.674
Deus vult nos eſſe humiles, 151.c.767
Ad humilitatem ex materiæ noſtræ vilitate inſtruimur, 179.c.813
• Ille vere filius Abrahæ cenſendus, qui non quærit eminentiorem locum quàm eum in quo ſit poſitus. 848.c.102
Eſſe debemus humiles, 180.c.114
Aliarum virtutum fundamentum eſt humilitas, ibid.
Deprimamus nos humilioribus quibus poſſumus verbis, 996.c.141
Noſtræ imperfectionis perpetuam ante oculos cognitionem nos habere voluit Deus, fol. 180. c. 118
• Colloquium ipſius Dei meretur humilitas, fol. 995. c. 439
Semper humilitatem ſectemur, 799.c.162
Ad bona opera cuſtodienda neceſſaria humilitas, 210.c.288
Humilior homo, 227.c.393
Ex humilitate plurima bona nobis eueniunt, f. 925. c.127
In innocente rarior humilitas, 227.c.394
Nihil humili difficile, 994.c.428
Magna debet eſſe peccatoris humilitas, fol. 287. c.278
De humilitate ſectanda ab ipſo Deo inſtruimur, fol. 304.c.384.
Inducit nos quantum poteſt Deus ad humilitatem, 335.c.574
• Super omnes diabolicas artes eſt perfecta humilitas, ibid.
Non ſolum factis, ſed & verbis colenda humilitas, 994.c. 429
Animæ theſaurum conſeruat humilitas ex afflictione, 335.c.576
Maxime impetrant Dei miſericordiam humilitas & perpeſſio malorum, 335.c.577
• Deus humiles exaltat, 924.c.123
Dei amorem ſummopere adauget humilitas, f. 994. c.425
Orationem ſequitur humilitas, ibid.
Erga inferiores humiles etiam nos præſtare debemus, 943.c.90
Magnum eſt fidei noſtræ opus humilitas, ibid.
In operibus charitatis humilitatem ſectemur, fol. 944.c.96
• Magna eſt iuſtorum humilitas, 945.c.104
In viris principibus glorioſiſſima eſt humilitas, ibid.
Humilitas animi magnitudo, 945.c.106
• Iuſtorum maxime propria eſt humilitas, fol. 954. c. 170
Ex humilitate ſoboles, ibid.
Rariſſima vera humilitas, ibid.
Verus humilis locum appetit inferiorem, fol. 955. c. 173
Humilis honorari fugit, ibid.
Iuſtorum excellentiſſima humilitas, ibid.
Humilis eſt non qui ex corde ignauo, ſed magnifico ſe deprimit: ibid.
Vera fortitudo dicenda eſt humilitas, f.996.c.444
• Ex deſcenſu aſcenſus, 927.c.136
Deus ſummopere ſollicitat humilitatem noſtram, 332.c.558
• Magnum eſt præmium humilitatis, f. 146.c.649
Humilitas in principibus habet ex Deo fœcunditatis præmium. 960.c.215
Humilitate ad diuinitatem fit conſcenſus, fol. 352. c. 690
Inducit nos ſummus Deus ad humilitatem, fo.357. c.724
Ita Deo grata eſt humilitas, vt humilis aliquid Deo offerens accipiatur ab eo propter illam, fol. 381. c. 105
Monemur humilitatis noſtræ vt faciliùs miſericordiam peccatorum noſtrorum conſequamur, fol. 497.c.17
Quo quis in cœleſtium rerum contemplatione plus proficit, eo ſeipſum etiam amplius deſpicit, 994. c.430
Virtutum omnium fundamentum eſt humilitas, 467. c. 28
• Humilis timet caſum & ruinam, 467.c.29
In humilitate mandatorum omnium ſumma & caput conſiſtit, ibid.
Alter alterum ex humilitate ſuperiorem exiſtimet 936.c. 44
• Humilitas excelſa, 548.c.380
Humilitas non ſuperbia altiſſimum condit ædificium, 711.c.34
Sicut humilitas vnitatem, ſic ſuperbia confuſionem poſſidet, 722.c.106
Quanto quis perfecte Deum cognoſcit tanto magis humiliatur, 799.c.162
Vera humilitas quando inferioribus nobis cedimus 784.c. 69
• Humili magnæ tribuuntur remunerationes, f. 794. c.133
Debemus humiliari ante maiores noſtros, fol. 814. con.52
De nobis humiliter ſentire ſemper debemus, fol. 842.c.58
Humili Deus morem gerit, 857.c.147
• Ex humilitate altitudo, ibid.
Humilis omnibus ſubiicere ſe debet, f. 858.c.161
Nihil ita conducit ac humiliari, 891.c.78
Sperat magnã fœcunditate qui eſt humilis, f. 894. con.100

Humiles conſequuntur promiſſiones diuinas, 895. c.105
Deus humilia elegit vt ſapientiam mundi contemnat, 913.c.69
Quanto quis plura beneficia accipit, eo humilior debet eſſe, 907.c.31
Humili cætera adiunguntur, 919.c.50
Hæredem Dei facit humilitas, 908.c.19
Ex humilitate infinita pœne bona proueniunt, ibidem.
Vera humilitas cum oblata occaſione ſuperbiendi deprimimur, 919.c.46

*Hypocrita.*

Hypocritæ fugiendi à vere fidelibus vt à ſaxatilibus leptadus, 102.c.518
Ab hypocritis longe eſt Deus, 167.c.47
Ab initio typus hypocritarum repræſentatur, 279. c.220
Ab hypocriſi oritur culpæ excuſatio, f.280.c.231
Munus hypocritarum à Deo non accipitur, fol.385. c.130
Maximum malum hypocriſis, 402.c.251
Quamuis inuocet Deum hypocrita non dicitur inuocare, 462.c.651
Naufragium facient hypocritæ, 541.c.318
Hypocrita aliis ſalutis viam præbet, ipſe autem condemnatur, ibid.
Plures iuſti videntur, ſed potius ſunt hypocritæ, fol. 567.c.28
Hypocrita exteriùs formoſus apparet, intus autem nigerrimus. 802.c.3

I

*Iactantia.*

IActantia à nobis vitanda eſt vt periculoſiſſima, fol.188.c.166

*Idola.*

Idola hominum etiam innocua male habent apud Deum propter arcendos homiles, fol.27. 141

*Idololatria.*

Deus adimit occaſionem incidendi in idololatriam, fol.18.c.92
Ab infidelitate reuocamur, f.15.c.123
Ab infidelitate reuocamur, 73.c.382
Ab infidelitate nos reuocat Deus ſumme bonus, fol. 83.c.426
Deus omnem aufert occaſionem ne in errorem incidamus, 100.c.504
Ab idololatria reuocamur, 96.c.492
Deus omni ratione ſatagit nos ab infidelitate reuocare, 119.c.602
Omnia occaſio Idololatriæ nobis adimitur, fol. 255. c.67
Qui Idololatra eſt tanquam nullus eſſet non nominatur, fol.734.c.141
Deus præbet occaſionem recedendi ab Idololatria, fol.829.c.150

*Ieiunium.*

Ieiunium dæmonem profligat, f.118.c.595
Qui ieiunat imaginem Dei habet, 131.c.663
Ieiunium cibus animæ noſtræ delicatiſſimus eſt, 215. c.304
Sine Ieiunio beatitudo non eſt nec virginitas perfecta, fol. 210.c.332
Ieiunium defenſio firmiſſima aduerſus dæmonem, ibid.
Ieiunium ab initio inducitur tanquam vtiliſſimum, ibid.
Ieiunos nulla ratione poteſt ferre diabolus, fol. 255. c.65
Hominem ieiunantem familiariſſime excipit Deus, gulæ autem deditum cum minis alloquitur, 293. c.314
Ieiunium & ieiunantes pertimeſcit diabolus, 334. c.572
Ieiunij neceſſitas, ibid.
Ieiunium violans peior eſt ipſis pecudibus, fol. 348. c.661
Per ieiunium ad paradiſum fit regreſſus, fol.358. c.731
Ieiunij violatio quædam ſpecies deſperationis eſt, 359.c.740
Salutem amiſſam nobis recuperat ieiunium, fol. 355. c.705
Contemptus ieiunij origo miſeriarum ineffabilium, 363.c.763
Cœlum ieiunantibus ſumma facilitate aperitur, fol. 614.c.49
Per ieiunium omnia ſuperantur & fugantur vitia, ibidem.
Non ſolum ieiunium à cibis, ſed à vitiis cœlum reſerat, ibid.
Ira Dei ieiunio mitigatur, ibid.

*Ignorantia.*

Ignorantia & error ante Chriſti illuminationem, fol. 29.c.157
Maxima eſt infirmorum hominum ignorantia, fol. 78.c.409
Ex ignorantia primus homo non peccauit, fol.228. c.396

*Impatientia.*

Impatientes quaſi à natura noſtra ſumus, fol. 232. c.412
Ex impatientia vt plurimum prouenit noſtra perditio, 274.c.186
Deus impatientiam caſtigat, 322.c.488
Ex impatientia homicidium emanatum eſt, fol.404. c.266

*Impij.*

Impij deteriores & rationis magis expertes quàm beſtiæ, 803.c.5
Impij à ſe inuicem exigunt pœnas delictorum, fol. 804.c.11
Indignus eſt impius cum iuſto connumerari, fol.813. c.114
A Deo non approbantur impij, 48.c.260
Diaboli cibus impius, 311.c.410
Qualis ſit impius, ibid.
Semen diaboli eſt impius, 317.c.463
Coram iuſto nihil omnino eſſe videtur impius. 373. c.48
Plus laborat impius in proprium commodum quàm pius, 375.c.64
A Deo nequaquam agnoſcitur impius, fol. 386. c.144
Plures occaſiones male faciendi inquirunt impij, quàm iuſti bene faciendi, 404.c.263
Impius nec Deum curat, 419.c.509
Lucem ipſam ſuſtinere non poſſunt impij, fol.428. c.419
Impietas infinitum malum non extinguibile, f.429. c.440
Etiamſi ditiſſimus ſit impius, tamen nullibi conſiſtens, ibid.
Contra ſuam ſalutem maxime ingenioſus impius, ibid.
Citò pullulant impij, 441.c.543
Corã Deo impij nequaquã manere poteſt, ibid.
Deus non vult Impiorum memoriam permanere, 444.c.549

Impius non ſolum ſignum Dei iræ, ſed miſericordiæ, 437.c.500
Deus aliquando etiam impiis aliquid reuelat, 770. c.218
De impiorum proſperitate ne moueamur, fol. 464. c.9
Arundo eſt ventis agitata impiorum proſperitas, fol. 465.c.10
Nomen impiorum infame eſt, ibid.
Quaſi à Deo non curantur impij, ibid.
Impietas impeditur, ne noceat aliquo modo, fo. 488. c.130
Frequentius cogitat impius de malo quàm iuſtus de bono, 508.c.122
Delentur impij ne pios impietate ſua inficiant, fol. 566.c.19
Si mali cum bonis ſeruantur, non quia mali, ſed quia boni futuri, 568.c.34
A Deo ignorantur impij, 983.c.366
Impij iuſtis laborantibus requiem habere videntur, 621.c.94
Gaudent impij iuſtorum lapſu etiam leuiſſimo, fol. 678.c.201
Rebus improbis gaudet impius, 679.c.203
Quæ ſibi mala ſunt, inquirit impius, fol.708. c. 17
Opera impiorum quàm citiſſime euaneſcunt, 709. c.21
Ad male agendum maxime concordes ſunt impij, 710.c.27
Mens impia ſenſus conuocat vt Deo bellum inferant, 711.c.36
Impiis ſua exequendi deſideria ingenium non deficit, 712.c.43
Poſteritas impij nihil aliud eſt quàm puluis, fol.695. c. 8
Idem eſt apud impios incipere & perficere malum, 714.c.54
Concordiam impiorum deſtruit Deus omnipotens, 719.c.87
Tanta eſt impiorum concordia, vt ad eam diſſipandam videatur non alterius quàm ipſius Dei neceſſaria potentia, 720.c.89
Sibi inuicem conſentientes impij peiores fiunt, fol. 723.c.111
Succedunt impiis proſpere quæ aggrediuntur, 717. c.68
Memoria impiorum non permanet, ſed cito perit, 725.c.120

*Imago.*

Imago Dei in homine mortali eſt inuiſibilis, fol.130. c.639
Ex imagine Dei ad cognitionem diuinæ Trinitatis deuenimus, ibidem.
Imago Dei per gratiam ſplendet in nobis, ibid.
Imago Dei in homine ad eum nos conuerti excitat, ibidem.
Homo delet imaginem Dei, ſi vultum liniat, fol. 131. c.664
Deo in nobis imaginem ſuam depingenti eadem ſollicitudine vt ei ſimiles efficiamur inuigilare debemus, 135.c 691
Homo imago Dei ſaluatoris, 140.c.714
Hominis corpus non ᵉᵗ ad imaginem Dei, fol. 181 c.127
Ita homo ratione imaginis Dei eſt perfectus, vt nihil ſit neceſſe addere ad declarandam illius perfectionem, 184.c.141
Qui imagines ad deuotionem excitandam efficit, dicitur inuocare nomen Domini, 460.c.639
Qui imaginem Dei ſeruat, Deus nuncupari poteſt, fol.494.c.29

*Impœnitentia.*

Plurima ſeſe offerunt impedimenta agendæ pœnitentiæ, 808.c.24
Dei miſericordiam non meretur impœnitentia, fol. 1003.c.479

*Incarnatio.*

Incarnatio Verbi diuini ab initio declaratur, fol. 5. con. 20
Incarnatio in remedium generis humani ab initio figuratur, fol. 17.c.91
Sine incarnatione caro noſtra incompoſita, fol. 24. c. 129
Verbi diuini incarnatio protracta eſt vt fides noſtra maiorem nanciſceretur ſoliditatem, fol. 53.con. 285
Figura incarnationis Verbi diuini à principio nobis manifeſtatur, 55.c.297
Humana natura arida effecta Adæ peccato, Verbo incarnato terra frugifera redditur, fol. 68. c. 361
Verbi diuini incarnatio ab initio nobis figuratur, fo. 73.c.384
Verbum carnem aſſumit, 125.c.624
Per Dei incarnationem mundus reſtaurandus, 172. con. 71
Deus poſt incarnationem Dominus à ſeruitute nos redimens, ibidem.
Verbi diuini incarnatio ab initio præfiguratur, 177. c. 93
Verbi diuini incarnatio ex noſtro peccato, fol. 222. c. 364
Incarnatio verbi ſtatim ab initio peccati deſignatur in remedium illius, 314.c.435
Ita Verbum incarnationem exoptat, vt ante eam quaſi iam ei delectaretur in forma humana pluries appareret, 930.c.1
Incarnatio finaliter non profutura improbis, f.968. c.723.
Propter incarnationem futuram humanę naturę non maledixit Deus, 316.c.517
De futura incarnatione gaudet Deus, fol. 350.con. 678
Terra quaſi ſitiens videtur exoptare incarnationem 417.c.360
In incarnatione Verbi diuini potiſſimùm miſericordia eluxit, 665.c.113
Incarnatio eſt terra ex qua mel & lac fluxerunt, fol. 751.c.98
Tantum gaudium debet eſſe de incarnatione, vt ad omnes deſcendat fideles, fol.745.c.64
Deſiderium iuſtorum pro Verbi incarnatione, 846. c.83
Incarnatio credentibus eam lux, non credentibus eam clibanus ignis, 875.c.255
Ad incarnationem omnipotentia Dei requiritur, fo. 903.c.5
Profundiſſimum myſterium eſt incarnatio, fo.899. c.127
Incarnatio efficit vt Deus nobiſcum humiliter tractet, 911.c.54
Tota Trinitas incarnationem operatur, fol. 935. c.29
Abraham non meruit incarnationem de condigno, fol.975.c.313
Incarnationem ita ſancti patres exoptarunt, vt præ deſiderio oſculati fuerint terram quam Verbum factum homo calcare pedibus debebat, fol.922. c.112

*Incredulus.*

Qui ſemel incredulus, difficile coouertitur, 578. c.94

Deus noſtræ incredulitati ſuccurrit, fol. 572. con. 62

Difficiliùs verbis Dei credimus quàm dæmonis, fol. 846.c.85

*Inclinatio.*

Deus vnumquodque ſinit operari ſecundum ſuam inclinationem, 222. c.366

Ad quod ioclinamur id diligimus, 174.c.6n

Nitimur in vetitum, 281.c.175.217.c.328

*Infamia.*

Infamia impios etiam maximo afficit mœrore, 386 c.140

Peccatum infamem efficit, 437.c.495

Nihil ignominioſius infamiæ oota, ibid.

Mnsic intolerabilior infamia, ibid.

Nomen impiorum infame eſt, 465.c.11

*Infernus.*

Iofernus tenebris obuolutus, 29.c.156

Deus ita habet damnatorum quaſi exoſa tormenta, vt diem cui locus in quo cruciaotur conditus fuerit, nnn approbauerit, 62.c.331

Peccatores & hæretici io inferno tanquam in loco ſibi debito locabuntur, 67.c.357

Quamuis mors plurimorum improborum æqualis ſit, pnſtea tamen diuerſi ſunt cruciatus, 584. c. 125

Poſt mortem impij nec doloribus moriuotur, 583. c.122

Omoes pœnæ reſpectu inferni blaodimenta quodammodo videntur, 612.c.42

Igne inferoi ſolum cruciabuntur impij, fol.876. c.259

Non conſumet damnatos igois inferni. ibid.

*Infirmitas.*

Cauſa Infirmitatis ſpiritualis amputata ſiſtit infirmitas corporalis, 609.c.27

Infirmitas reuocat à peccatis, 765.c.190

Aliquandn proueniunt à peccatis infirmitates, ibid.

Ægritudines cnrporis dantut pro ſalute animæ, fol. 768.c.208

*Ingratus.*

Qui infœcundus eſt in teddendis gratiis, à creaturis. excluditur, 21.c.109

Ne vt ingrati omnia aſpernemur, 43.c.232

Homo ingratior ipſis creaturis inſenſibilibus, fol.77. c.402

Ne ingrati ſimus commnnemur, fol.161.c.12

Ingratitudinis occaſio nobis adimitur, fol.174.81

Ex ingratitudine ooſtra ruina prouenit, fol.186. c.156

Ingrati Deo ſumus de beneficiis ab eo acceptis, 260 c. 98

Homo ingratiſſimus eſt, fol.268.c.148.

Homo ita ingratus eſt, vt ex beneficiis in impietatem labatur, ibid.

Ingratitudn noſtra eſt occaſio peccati, fol. 269. con. 154

Homo ingratiſſimus eſt erga Deum, fol. 290. c. 291

Iogratus non agnnſcit ſuum peccatum, fol. 293 c.317

Ingratitudinem ooſtram declarat Deus, fol.299. c.352

Primus impius fuit etiam primus ingratus, fol 369. c. 22

Ex ingratitudine prouenit ſterilitas terræ, fol. 422. c. 356

Nos Deo incognitos reddit ingratitudo, f. 464.c.6

Mira eſt hominis erga benefactntem iogratitudo, 488.c.129

Hnmo ingratiſſimus, 506. c.107

Deus vindicat etiam in animalibus ingratitudinem, 616.c.61

Vitium inter omnia alia grauiſſimum eſt ingratitudo, ibid.

Miſericordiam Dei exſiccat ingratitudo, fol.617. c.63

Maxime notatur hominis ingratitudo, fol. 670.c. 144

Deus confert ingratis beneficia, vt via aliqua ad iuſtum ſupplicium præparetur, ibid.

Ex ingratitudine quodlibet aliud peccatum, f. 677. c. 193

Sumus ita iograti vt ex beneficiis Dei mala elliciamus, 712.c.44

Duo debita male ſoluimus, 907. c. 26

*Iniuria.*

Qui iniuriis oos afficit, ille nos honorat, fol.182. c.132

Contumelioſo non eſt referenda iniuria. fol. 391 c.177

Non proprias iniurias vindicantem Deum imitari debemus, 418.c.369

Deus promptior & ſeuerior in vindicandis aliena iniuriis qoàm propriis, 538.c.324

Deus iniuriarum immemor, non autem beneficiorum, 625.c.108

Iniuria illata hnmini iuſto plurimorum pernicies, 819.c.95

*Inimicus.*

Io irrationalibus exempla habemus vitandi inimicitias, fol. 103.c.521

Dei ſimilitudinem habemns benefacientes inimicis, 131.c.668

Ab inimico latenti cauendum, 247.c.13

Multitudo hoſtium non formidatur à Deo, fol.872. c.238

Inimicitiæ ratio diſſimilitndo, 897.c.112

*Inobedientia.*

Ex ioobedientia primus Angelus cedidit, reliquis obedientibus io cœlo permanentibus, fol.48. c.262

Inobediens ab Euchariſtico cibo arceatur, fnl.353. c.696

Deo inobediens meretur ioobedientiam creaturarum irrationalium, 146.c.747

Homo non laudatur quia futurus inobediens præuidetur, 154.c.782

Infœliciſſimus eſt omnium ſtatus inobedieotis, fol. 194.c.103

Maximum omnium malorum eſt inobedientia, fol. 215.c.312

Pœna inobedientiæ mors animæ & corporis, 215. c.310

Deo inobediens corporis ſui inobedientiam meretur, 243.c.484

Inobedientia membrorum ex peccato prouenit, ibidem.

Peccatum inobedientiæ tam execrandæ faciei eſt, vt ad illud ipſemet dæmoo exhorreat, fol. 256. c.70

Diabolus ſuadet inobedientiam, 253.c.50

Inobedientia io principio creationis noſtræ inſculpta, 278.c.225

Ionbediens tanquam nequiſſimus æternis dignus ſuppliciis, ibidem.

Confuſio inobedientiæ in nos redundat, ibidem.

Fructus inobedientiæ eſt ex ditiſſimis efficere pauperrimos, 281.c.238
A Deo abeſt inobediens, 293.c.313
Inobedientia hominis erga creatorem caſtigatur inobedientia impiorum erga eum, fol.315.con.510
Cum quis in re facili non obedit, eius inobedientia deteſtabilior & pœna multo grauior, fol. 341. c. 622
Ex inobedientia mors hominis prouenit, fol.331. c.549
Ita grauis eſt pœna inobedientiæ, vt comprehendat etiam inobedientes, ibid.
Nos à paradiſo expulit inobedientia, f. 358. c.725
Ex inobedientia vſus rei venereæ proceſſit, fol. 367. con. 6
Grauiter punitur inobedientia, 433.c.470
Talis eſt inobedientia vt non poſſit eam ferre Deus, 301.c.78
Ex inobedientia diluuium, 519. c. 288
Inobedientia maiores pœnas meretur quàm diluuij, ibidem.
Radix eſt omnium malorum noſtrorum inobedientia, ibid.
Vitium ſuperbiæ eſt inobedientia, ibid.
Deo inobediens hominum inobedientiam ſentit, 721.c.97

*Innocentia.*

Hominis maxima fœlicitas in ſtatu innocentiæ, fol. 196.c.212
Innocentia dolum non credit, 406.c.275
Innocentia maximi eſt meriti, 581.c.112
Innocentia inter mundi varios fluctus non delectatur, 619.c.78
Innocentiæ cuſtodia in corde ex ore conſiſtit, fol. 620.c.79
Qui vitæ innocentia florent nomina eorum in æterna fœlicitate ſcribuntur, 919.c.95

*Intentio.*

Diſcat homo in luce opera ſua inchoare, bona ſcilicet intentione, 41.c. 210
Deus intentionem reſpicit, 374.c.59
Bonum opus cum recta intentione agendum, fol. 595.c. 206
Deus mentem reſpicit offerentium, 638.c.169
Intentio operum conſideratur non ſolùm opera, 678.c.199

*Inuidia.*

Spiritu Dei præditus qui alteri non inuidens finit eum manifeſtari, 32.c.174
Ex inuidia omnis noſtra ruina, 247. c. 12
Inuidus ita impius vt damnum alterius lucrum ſuum exiſtimet, 249.c.20
Virtutem ſequitur inuidia, 256.c 72
Inuidus nomen vitio ſuo accommodatum obtinet, 369.c.25
Inuidia cauſa homicidij, 384 c.126
Inuidus de bonis alienis cruciatur, 385.c.127
Inuidia cæca, ibid.
Inuidia bona animæ perdit, ibid.
Inuidia crudele malum, ibid.
Inuidia fere morbus inſanabilis, 396.c.216
Inuidia nihil periculoſius, 388.c.159
Inuidus ſemper mœrore afficitur, 389.c.162
Inuidus propinquos ignorat, ibid.
Inuidus nunquam manſueſcit, ibid.
Inuidum ipſa facies prodit, ibid.
Inuido nihil miſerius. ibid.
Ita impius eſt inuidus vt vellet omnes odio haberi, 411.c.319
Ita ambitioſus eſt inuidus vt ſe ſolum velit eſſe, fol. 402.c.247
Inſanabilis inuidus, ibid.
Inuidia ad homicidium tranſit, 419. c.381
Maximum ſupplicium morte ipſa grauius Deum permittere in inuidia ſua aliquem permanere, 431. c. 457
Varij ſunt impiorum exitus ab obſequio Dei, ſed inuidus ab eo expreſſiſſime recedit, fol. 439. con. 108
Inuidus non quæ ſtudioſa, ſed quę inordinata in aliis conſpicit, 979.c.204
Difficile eſt in proſperis inuidia carere, fol. 793.c. 227
Tanta inuidiæ eſt vis erga homines glorioſos vt neceſſarium ſit diuinum ſcutum, 836.c.16
Bonum quod poſſidere non poſſumus, alteri ne inuideamus, 883.c.31

*Iniuſtitia.*

Iniuſtitia vere deſtruit terram, 533.c.287

*Ioſeph.*

Ioſeph ſimilis Mariæ, 223.c.370

*Ira.*

Ex natura noſtra remedium habemus contra iram, 181. c.123
Ad iram compeſcendam inuitamur, ibid.
Iratus nihil benignum pronunciat, 301.c.365
Ira impedit prolationem verborum, fol. 357.c. 722
Iratus Deum impium exiſtimat, 386.c.142
Iratus fœdus aſpectu, 388.c.151
Ira cibus diaboli, ibid.
Ira temulentiæ genus eſt, ibid.
Ab ira nos reuocat Deus ne eum iratum ſentiamus, ibid.
Ira fere lumen rationis extinguit, 385.c.132
Irati proprium omnia obruere, ibid.
Ira radix odij ibid.
Contra impios Deus iraſcitur, 713.c. 48
Ira aduersùs fratrem impedit ſacrificium à Deo admitti, 386. c. 137
Vbi ira deſæuit, facillima non cernuntur effugia niſi Deo monſtrante, 281.c.240
Iratus cœli aſpectu indignus, ibid.
Iracundus lædit nullo accepto detrimento, fol. 392. c 288
Iratus bellua truculenta eſt, 388.c.155
Bona ira eſt quæ progreditur ad comprimendum peccatum, ibid.
Iratus Deum contemnit, ibid.
Ira diabolicum peccatum, ibid.
Ira omnem dirimit ſocietatem, 431.c.461
Sceleratiſſimis peccatoribus indignandum, f. 969. c. 275

*Irriſio.*

Irriſio ex libero facit ſeruum, 677.c.195
Qui Chriſtum irriſerunt, non audiendi ſunt ab eo in iudicio, 685.c.246
Qui patrem irriſerit, impunitus non manebit, fol. 682.c.223
Qui patrem irridet, vere ebrius eſt, ibid.
Chriſtus Dominus ſui irriſores irridebit, fol. 967. c. 260

*Iudex.*

Quem conditorem veneramur iudicem futurum maxime timeamus, 15. c. 73
Idem Deus iudex & creator, 271.c.69
Ita Deus mundum gubernat vt etiam eum iudicet, 192.c.190
Iudex debet eſſe clemens, 292.c.303

Iudicium non eſt præcipitandum, ibid.
Non debet iudex iudicare niſi cognita cum multo examine cauſa, ibid.
Iudex reum citet, ibid.
Deus vt ſeueriſſimus iudex apparet, quia extraneus, 288. c. 281
Deus iudex ſeuerus apparet vt confitentibus delicta veniam largiatur, ibid.
Ex diabolo veniunt ſemper iudicia quę aliquem inexaminatum & inauditum condemnant, fol. 286. c. 264
Deus iudex ſingularum actionum, fol. 287. conceptu 275
Deus non ſolum vt iudex apparet, ſed ſeueriſſimus & ex improuiſo, ibid.
Iudex debet eſſe patiens cùm Deus ſit longanimis, 295. c. 328
Debet iudex cum reo tanquam cùm amico loqui, 299. c. 250
Iudices non de quolibet crimine de quo non conſtat, reos interrogent, ibid.
Deus iuſte iudicat, 872. c. 240
Deus etiam ſupremus Iudex circa infima punienda verſatur, 359 c. 735
Deus iuſtus iudex, 361. c. 646
Iudex citet reum, eumque benigne tractet, fol. 409. c. 199
Cumulus peccati delictum negare cum iudex inquantum talis interrogat. 411. c. 324
Quomodo ſe debet gerere iudex aduerſus reum nempe manſuete & moderate, 433. c. 471
Iudex & accuſator non ſimul compariuntur, ibid.
Qui iniuſtus fuit erga Deum iudex non debet conſtitui, 436. c. 491
Iudex certiſſimus eſſe debet delictorum, fol. 511. c. 114
Ita crimen aliquando eſt manifeſtum vt Deus illud videat tanquam iudex, 511. c. 272
Iudex ad puniendum maxima cum deliberatione debet procedere, 538. c. 326
Iudex iuſte poteſt occidere, 657. c. 73
Iudex non debet condemnare, niſi præuio examine, 713. c. 49
Iudicium debet eſſe ſine paſſione, 714. c 50
Si nos iudicamus ſpirituales, omnes aduerſarios noſtros interficimus, 806. c. 14
Qui ſemetipſum iudicat, ſanctificat ſe, ibid.
Iudicium in reos non niſi magna conſultatione ferendum, 969. c. 272
Iudex, cum aliquis diffamatur de crimine, de eo inquirat, 982. c. 353
Iudex vel prælatus inquiſitione facta delicti alicuius ſi compererit nullum eſſe, ſubditum non vexet, ibid.
Iudex non ferat ſententiam niſi maxima criminis inquiſitione facta, ibid.
Iudex per ſeipſum crimina ſcrutetur, fol. 984. con. 374
Angelus cum iudex eſt, à muneribus abſtinet, fol. 948. c. 119
Deus etiam ſupremus iudex, circa infima punienda verſatur, 359. c. 735

*Iudæi.*

Iudæi à conſortio Eccleſiæ ſeparantur, fol. 614. c. 48
Verus Hebræus eſt qui de caducis ad æterna tranſit, 701. c. 26
Iudæus incredulus, 844. 134

*Iudicium Dei.*

Iudicia Dei imperſcrutabilia ſunt, 195. c. 206
Iudicium Dei illico peccatum ſequitur, fol. 293. c. 315
Tale eſt iudicium Dei vt ante illud nullus comparere audeat, 257. c. 340
Iudicium Dei contra peccatores adeo iuſtum eſt vt etiam inanimata ſi cognoſcerent ipſum tanquam iuſtum approbarent, 422. c. 399
Terror ſeueritatis diuini iudicij excutitur, fol. 592 c. 171
Iudicia ſua Deus vult nobis annuntiari vt à peccatis reuocemur, 689. c. 265
Iudicium Dei mirabilem debet timorem incutere, 705. c. 7
Iudicia ſua Deus ab aliis commiſſa non accipit, fol. 972. c. 291
Iudicia Dei imperſcrutabilia, 1003. c. 481
Iudicia Dei non curioſe inueſtiganda, fol. 968. c. 264

*Iudicium finale.*

Iuſti etiam examinabuntur ſtricte in iudicio finali, 44. c. 240
Ab initio mundi ſigna futuræ mundi conſummationis, 88. c. 454
Iudicij memoria neceſſaria eſt ne labamur, fol. 239. con. 424
Defectus recordationis iudicij Dei ad peccatum nos inducit, 297. c. 341
In iudicio impij non examinabuntur excuſandi ſed condemnandi, 308. c. 409
Iudicium finale ab initio orbis exprimitur, fol. 361 c. 747
Iudicio finali miniſtri aſſiſtentes ſcientiam noſtrorum operum habebunt, ibid.
Ab initio figura iudicij finalis, 381. c. 107
Seipſum iudicans iudicium non expectat, fol. 433. c. 473
Quam finale futurum ſit iudicium figuratur, fol. 599. c. 213
Iudicij finalis fides confirmanda, 601. c. 213
Iudicium finale futurum, 642. c. 196
Memoria iudicij ſemper ob oculos ponenda, fol. 666. c. 114
Signum futuri iudicij datur, 663. c. 100.
Iudicium quo diutius differtur, eo rigoroſius continget, ibid.
Iudicij memoria frænum voluptatum, fol. 690. con. 269
Chriſtus in iudicio non audit qui eum irriſerunt, 68. c. 246
Aliqui ita inſenſati vt credant ſe euaſuros iudicium finale, 709. c. 12
Cogitationes noſtræ ſuperbæ ex conſideratione ipſius iudicij humillimæ, 806. c. 16
Iuſti etiam in finali die iudicij contremiſcent, fol. 863. c. 186

*Iudicium temerarium.*

Diuini ſpiritus eſt nihil non bonum in aliis non videre, 156. c. 795
Non eſt aliquid iudicandum malum, niſi præuio examine, 49. c. 265
Non facile iudicandum ne decipiamur, fol. 270 con. 161
Impius de aliis male iudicat. 431. c. 456
Non temerarie iudicandum, 982. c. 318
De aliis non facile iudicandum, 760. c. 158
De nullo temerarie iudicandum, 788 c. 96
Vnuſquiſque alios ſeipſo iudicat, fol. 983. c. 362
Diſcutimus aliena in noſtris cæci, 346. c. 650

*Iurare.*

Non iurandum ſine cauſa, fol. 832. conceptu 170
Iuramentum non violandum, ibidem conceptu 171

Votum fiat in gloriam Dei, ibid.
Votum in omnibus adimplendum, ibidem conceptu 173

*Iuſti.*

Iuſti merito cœli nuncupantur, terreni autem homines terra, 21. c. 117
Inter iuſtum & impium magna eſt diſtantia, fol. 47. c. 267
Iuſtus in ſignum cui contradicetur & in ſignum pœnæ reproborum, 87. c. 449
Iuſtus licet mundo obſcurus ſemper tamen Chriſto Domino lucidus, 89. c. 460
Iuſti ſunt qui vere terram ſubiiciunt, 144. c. 137
Iuſtus templum Dei, 169. c. 58
Iuſtus etiam dormiens vigilat, 232. c. 415
Iuſtus non deberet nuditate trahi ad concupiſcentiam, 244. c. 487
Iuſtus debet certare aduerſus Diabolum omnibus modis, 317. c. 459
Iuſti apud Deum in maximo ſunt honore, fol. 330. c. 547
Iuſtus Dei cœlum eſt, 343. c. 634
Iuſtus quamuis inferior natu præfertur ſuperiori impio, 373. c. 48
Qui primus in terra iuſtus eligitur in ea totius iuſtitiæ forma eligitur, ibid.
Ita oculos Dei attrahit iuſtus vt nihil præter iuſtum intueri videatur, 382. c. 109
Beati ſumus cum iuſtos nobiſcum habemus, f. 409. c. 296
Iuſtorum Deus eſt vindex & cuſtos, fol. 411. c. 316
Tantæ æſtimationis apud Deum eſt iuſtos vt delicta in ſe commiſſa diſſimulet, iniuſtum autem non ferat, ibid.
Iniuria fieret iuſto ſi non vindicaretur perfecte à Deo, 437. c. 499
Proceſſus obtinendæ gloriæ in interpretatione nominum generationis iuſtorum, 464. c. 7
Numerus generationis iuſtorum ſignificat impletionem præceptorum, ibid.
Iuſtorum maxima Deo eſt cura, 475. c. 57
Iuſtus potius Deo quàm ſibi viuit, 799. c. 364
Iuſti natiuitas celebratur, 469. c. 38
In generationibus Iuſtorum nihil fœmineum, fol. 473. c. 54
Iuſtorum vita maxime nobis vtilis, 488. c. 131
Iuſtum non vult Deus triſtitia afficere, ibid.
Deus teſtes ſuæ prouidentiæ erga iuſtos præbet, fol. 482. c. 103
Iuſtus vnicus Deo eſt pro ingenti multitudine, fol. 794. c. 129
Iuſtus ſecurus ab aduerſis, 480. c. 85
Iuſtus Dei imitator debet eſſe, ibid.
Iuſtus inter impios magis lucet, ibid.
Iuſti aliquando ſub dominio malorum degunt, ne inſoleſcant, 753. c. 116
Iuſtus altiora conſcendit, 754. c. 117
Variis probat ſuos Deus experimentis, fol. 741. c. 37
Deus maxime curat iuſtos, 894. c. 101
Ita Deus diligit iuſtos vt obſequia eis præſtita remuneret, ibid.
Dominus præcipue iuſtorum vult Deus appellari, 905. c. 18
Propter iuſtum Deus aliis beneficia largitur, fol. 911. con. 55
Deus ita æſtimat iuſtum vt ex eo alios ſimiliter iuſtos haberi velit. 919. c. 51
Iuſtus coràm Deo ſtat vt pro aliis deprecetur, fol. 986. c. 382
Iuſtus otio non indulget, ibid.
Iuſti audacter coram Deo ſtent, vt veniam aliis impetrent, ibid.
Potior debet eſſe ratio iuſti quàm ſanguine coniuncti, 983. c. 397
Paucitas iuſtorum multos impios incolumes ſeruat, 989. c. 402
Iuſtus firmiſſimum præſidium, 999. c. 462
A pœna propter iuſtos liberamur, 967. c. 257
Longe differt iuſtorum ab impiis viuendi ratio, fol. 968. c. 266
Tantæ authoritatis eſt iuſtus vt quamuis plures ei benedicant, pauci tamen maledicunt, fol. 745. c. 62
Iuſto quædam communicantur quæ aliis non conceduntur, 481. c. 90
Iuſtus quamuis caro ſit, non eſt in carne, fol. 501. c. 78
Declinante Iuſto à virtute, innumera oboriuntur vitia, 495. c. 40
Iuſtus filius Dei, 493. c. 25
Maximum beneficium accipit homo quod ſit ſanctorum filius, 505. c. 104
Iuſtus quemlibet robuſtiſſimum ſuperare poteſt, 506. c. 123
Melior eſt vnus virtutem colens quàm infiniti peccatores, 521. c. 203
Aliorum iuſtitia nos condemnat, 522. c. 207
Iuſtus inter impios magis lucet, 521. c. 213
Ita ſuauis eſt Deo memoria iuſti vt cum ſe afflictum ex peccatis hominũ cernit, eo ſe conſoletur, ibid.
Iuſtus fulcrum generis humani, 745. c. 61
Iuſtus beatus, 523. c. 216
Commendatur iuſtus gradiens communibus ſemitis, 524. c. 217
Iuſtus qui terrena negligit, ibid.
Deus ita bonus vt etiam tempore malorum pœne infinitorum hominibus malis bonos etiam relinquat, 525. c. 229
Iuſti ſtabiles, 541. c. 348
Iuſti virtutem non latere maxime ſatagit Deus, fol. 717. c. 140
Iuſto Deus ſua reuelat ſecreta, 553. c. 412
Iuſtorum habet Deus ſpecialem prouidentiam, ibidem.
Ita Deus ſuos honorat iuſtos vt illis tribuat quod ſibi ſolum tribuendum erat, ibid.
Iuſtus ſub vmbra & protectione Dei requieſcit, ibidem.
Iuſtus aliorum calamitates deflet tanquam ſuas, ibidem
Iuſti rari, 558. c. 419
Iuſtus in cœlum ſolum intentos, ibid.
Iuſtus in cœlo degit, 551. c. 194
Iſte vere iuſtus qui coram Deo talis eſt, fol. 564. c. 9
Ille vere iuſtus qui Deo in omnibus obtemperat, ibid.
Ita Iuſtorum ſollicitus eſt Deus vt eorum dolores etiam præueniat, 599. c. 110
Iuſtus maxime compaſſiuus eſt, ibid.
Magna Iuſtorum conſtantia, 613. c. 46
A iuſto nihil fit ſine iudicio, 615. c. 57
Iuſtus aliquando ſub cruce gemit, ibid.
Bona quæ peccato abſtulere iuſtorum introitu reſtituuntur, 645. c. 3
Plura infirma contingunt iuſtis, 675. c. 180
Iuſtus timeat ne cadat, ibid.
Tanta eſt aliquando iuſti dignitas vt pro Deo haberi poſſit, 673. c. 159

Semper

Semper ſunt aliqui iuſti in Eccleſia alios verbis & exemplis docentes, 690.c.268
Deus non caſtigat plurimos impios propter iuſtos qui ex eis naſcituri ſunt, 730.c.146
Ita Deus iuſtum magnificat vt in definitione ſua nomen illius comprehendatur, 744.c.54
Iuſtus non ſolum benedictus, ſed & aliis eſt benedictio, ibid.
Propter iuſtos Deus impios ſeruat, 873.c.244
Charior eſt vnicus Deo iuſtus quàm regnum integrum impiorum, 768.c.109
Qui iuſtum ſequitur, laudandus, 774.c.4
Deus iuſtorum virtutem exercet, 79 .c.115
A iuſtis ſeiungi maximum malum, 788.c.94
Iuſto tanquam regi honorem deferunt reges, fol. 820.con.96
Propter iuſti gloriam multa eueniunt, fol. 808 con. 21
Iuſti pauciſſimi innumeros hoſtes ſuperant, fol. 819.con.54
Iuſtis etiam aliquando Deus confert temporalia bona, 833.c.180
Iuſtus ſolum cœleſtia meditetur, 857.c.149
Deus ita æſtimat iuſtum vt maxime honoret generem illius ſoboleio, 891.c.76
Iuſti pluries Angelorum conſpectu recreantur, fol. 892.con.87
Iuſtorum vita proponitur vt eam imitemur, fol. 880.con.6
Iuſtus tales habet virtutes, vt in admirationem omnes rapiat, 526.c.236
Etiam inanimata in iuſto vocalia ſunt, vt Deum ſollicitent, 416.c.159
Iuſtus ſuam iuſtitiam quantum poteſt abſcondit, 526.con.235

*Iuſtificatio.*

Deus in inſtanti nos iuſtificat, 55.c.74

*Iuſtitia.*

Iuſtitia nulli grauis eſt, 506.c.263
Qui alios æquitatem tenere conſulit, ipſe intra limites iuſtitiæ ſe contineat, 7.c.31
Non approbatur à Deo iuſtitiæ ordinem non ſeruans, 255.c.790
Iuſtitia in mundi creatione diſtributiua obſeruatur, 560.c.4
Ab operibus iuſtitiæ nunquam ceſſandum, fol. 569 con.57
Iuſtitia maxime fœcunda, 206.c.261
Iuſtitia ad omnes ſe extendere debet, ibid.
Iuſtitia Dei temperatur miſericordia, 3 8.597
Magna virtus iuſtitiæ, 414.c.338
Iuſtitia clamat vſque in cœlum, ibid.
Inſtitiæ amator Deus oſut iniuſtitiæ, 490.c.8
Docens iuſtitiam docet & requiem, 485.c.114
Iuſtitia Dei aliquando ſuam miſericordiam ſuperare videtur, 520.c.196
Iuſtitia à malo pœnæ præſeruat, 524.c.118
Iuſtitia veritatem colit mendacij negligens, ibid.
Iuſtitia comprehendit alias virtutes, ibid.
Iuſtitia perfecta continetur amore Dei, ibidem con.222
Iuſtitia Dæmonum terror, ibid.
Iuſtitia Dei ſceleribus prouocata adeo aliquando intumeſcit vt ſupra obices à miſericordia præfixos aſcendere videatur, 581.c.123
Iuſtitia verecunda, 632.c.139
Omnibus quæ ſua ſunt reddenda, fol. 77.conceptu 26
Cum quis in iuſtitia perſeuerat, fulgentiſſimus eſt, 797.con.147

*Arbor vitæ in Geneſ.*

Maxima virtus vnicuique quod ſuum eſt reddere 975.con.311
Valde timendum eſt, cum quis cauſam ſuam diuinæ committit iuſtitiæ, 887.c.51

L

*Labor.*

Labor via in cœlum, 312.c.428
Qui alios tolerantiam laborum ſuſtinere docet, ipſe prior tolerare debet, 6.c.30
Documentum ab initio datum eſt laborandi, fol.59. c.313
Non paruipendendi qui aliorum ornatu decorantur quique aliorum labore vtuntur, fo. 90.c.463
Maxime laborandum & parum requieſcendum, fo. 166.c.43
Ab initio mundi datum eſt documentum laborandi. 208.c.273
Etiam diuites ſunt in laboribus, 332.c.559
Labor contra peccatum medicamentum, fol.333. c.562
Labore vitia comprimuntur, ibid.
Eſſe in labore ſignum prædeſtinationis, ibidem con. 564
Labor maximæ diuitiæ, ibid.
Labor eſt quid optimum, ibid.
Cui plurimi labores dantur, plurima conferentur præmia, ibid.
Labor non eſt iuſtis pœna, ſed medicamentum; iniuſtis autem è contra, ibid.
Labor eſt commune humanæ naturæ debitum, ibid.
Labor pœna voluptatis, 334.c.570
In laboribus etiam diuina gratia agnoſcitur, ibid. c.571
Labor inſipidum ſapidum efficit, 341.c.620
Nunquam à laboribus ceſſandum, 332.c.536
Labor eſt requies, 485.c.116
Qui alios ſubleuat in labore maxime eos conſolatur, ibid.
Labores infructuoſi fugiendi, 866.c.201
Laboribus non ſubditus homo fuiſſet ſi in innocentia permanſiſſet, 879.c.3
Ab adoleſcentia laboribus aſſueſce, 916.c.84

*Lachryma.*

Quanta vis lachrymarum, 36.c.190
Lachrymę ita honorantur vt ſuper cœlos conſtituantur. 59.c.115
Lachrymarum abundantia extinguit æſtum concupiſcentiæ, 103.c.520
Lachrymis propter commiſſa peccata effuſis nihil pulchrius, 510.c.561
Beati qui lugent, 371.c.32
Lachrymæ Diabolum torquent, ibid.
Lugens munera Deo accepta refert, 378.c.86
Qui lachrymas ſalutares non exiſtimat ſanguinem Abelis videtur effundere, 404.c.261
Non flendum pro morte iuſtorum, 469.c.40
Lachrymæ admittuntur cum pro peccatis effunduntur, 470.c.41
Lachrymæ effuſæ pro amiſſione rei temporalis impediunt ne dicantur vixiſſe, 469.c.39
Qui in lachrymis ſeminant, in exultatione metent, 819.c.95
Lachrymæ videntur dignæ miſericordia diuina, fol. 916.c.83

*Lapſus.*

Impij gaudent de iuſtorum lapſu etiam leuiſsimo, 698.c.201

*Laus.*

Nec laudandum malum, nec bonum vituperandum. 44.c.237

Ad Dei laudes excitamur ex aquis ſuperioribus, 60. con. 318
Ad laudanda Dei opera prouocamur, 98.c.499
Laudandum poſt mortem, 150.c.766
Virtus laudata creſcit, 476.c.62
Virtutum paternarum laus magnum calcar filiis ad virtutem, 497.c. 49

*Lex.*

Tunc legem libenter amplectimur cum dignum legiſlatorem eſſe iudicamus, 11.c.55
Lex Euangelica alias excedit, 84. c. 434
Lex Euangelica tanquam perfectiſſima & ſolida nobis datur, ibidem.
Inuitat nos Deus ad memoriam legis, 198.c. 223
Omnis occaſio tranſgrediendi legis adimitur, ibid.
In prima lege homini præſcripta aliorum obſeruantia continebatur, 217.con. 319
Lex iuſta non præſcindenda, ibid.
Lex maxime vtilis, ibid.
Leges faſtidire nobis perſuadet Diabolus, fol. 254. con. 57
Lex aliqua nobis indita vt Deo obſequamur, ibid.
Defectus conſiderationis legis ad peccatum nos inducit, 297.c. 342
Primi legis tranſgreſſores grauiter puniri debent, 318. c. 528
Lex imponitur ſecundum perſonarum rationem, 331.c.555
Legum tranſgreſſoribus pœnæ iniunctæ imponendæ ſunt, 355. c. 709
Miniſtri conſtituendi ſunt vt leges obſeruentur, fol. 364.c.769
Primi legis tranſgreſſores grauiter debent puniri, 417.c.363
Legis tranſgreſſor ideo grauiter punitur, quia legiſlatori contumelioſus, ibid.
Vnam ſolum legem ſeruans & alias violans punitur, 418.c.365
Peccator punitus quia non acquieuit Dei conſilio, animata lex eſt aliis, 422. c.398
Secundum tempora leges ſeruandæ, 444.c.545
Magna facilitate leges debent obſeruari, fol. 461. c.641
Veræ leges ſunt iuſtorum vita, fol. 461. con. 640
In lege gratię maxima promittitur miſericordia, fol. 642.c. 202
Legem diuinam ſuſcipient quaſi de nouo formatur, 749. c. 87
Lex vetus, lex ſeruitutis, 867. c. 205
Ex lege peccati venenum declaratur, fol.875.c.241.
Legum tranſgreſſoribus Deus inexorabilis eſt niſi reſipiſcant, 919. c. 96

*Liberalitas.*

Homo diſcat à Deo liberalitatem cum ipſe propter eum mundum condiderit, 12. c. 61
Creaturæ inanimatæ legem liberalitatis præbent auaris, 65. c.345
Tantum deitatis habes quantum liberalitatis, fol. 134. c. 687
Liberalitatis diuinæ ſimus præcones, fol. 258. conceptu 87
Hominis fœlicitas quod non ipſe ſolus bona poſſideat, ſed & alij ſua liberalitate, fol. 660. conceptu 87
Iuſtus liberalis, 780. c. 40
Maxima Dei liberalitas erga munificos, fol. 793. con. 124
Verus liberalis niſi plura conferat quam promiſerit, ſe nihil dediſſe arbitratur, fol. 955. conceptu 178
Non prodigus ſed liberalis cenſendus qui etiam abundantiſſimam pauperibus eleemoſynam erogat, ibid.

*Lingua.*

Linguæ peccatum, præſentiſſima hominis ruina, fol. 363. c. 760
Lingua datur homini ad ſermocinandum de Deo, fol. 181.c. 126
Qui nimis loquitur verbis decipitur, fol. 250. c. 28
Qui loquela abutitur, plectitur æterno ſupplicio, ibidem.
Eloquens ſine virtutibus eſt ſerpens, fol. 256. con. 72
A bona lingua materia luminis & claritatis, fol. 625. c. 110
A mala lingua omnis peccati materia, ibidem.
Non humanæ, non angelicæ virtutis eſt, ſed diuinæ, linguarum dirigere virtutem, fol. 710. concep. 95
Impius linguam frænare non poteſt, fol. 709. conceptu 20
Qui linguam non frænat, ſibi confuſionem parat, 724.c.114
Linguarum varietas miraculoſa, folio 719. conceptu 81
Qui iuſtus eſt, non timeat Deum alloqui, fol. 842. con. 59
Cum tempore & prudenter loquendum, fol. 958. con. 196

*Lites,*

Cum parentibus etiam inferioribus non litigandum 783.c.60

*Luxuria.*

Luxuria & ira indiſſolubilem ſocietatem ineunt, 502.c.196
A luxuria reuocamur, 914. c.73
Ita impudicitia eſt nota vt naturaliter agnoſcatur, 280. c. 228
Nihil ita oculos hominum offendit quàm vitium impudicitiæ, 278. c. 215
Impudicitiam à nobis abigit Deus, fol. 280. c. 126
Sine iudicio rationis eſt impudicitia, fol. 312. c. 427
Libido humi repit tanquam impuriſsima omnium vitiorum, 311. c. 421.
Libido opere & cogitatione expletur, ibidem, conceptu 423
Omnis occaſio impudicitiæ adimenda, fol. 348. c. 669
Ex impudicitia quodlibet ſequi poteſt peccatum, 452. c. 586
Impudicitia peccatorum funiculus, ibidem.
Maxima tunc temporis mulierum impudicitia, fol. 453.c.593
Nihil peius muliere impudica, ibidem.
Nimia libido errat in generatione, 489. c. 5
Laſciui & impudici dicuntur filiæ, 490. c.8
Nihil tam aduerſum videtur Spiritui ſancto quàm impudicitia, 500. c. 66
Inter alia vitia grauiſsimum impudicitia, ibidem.
Impudicitia tanquam grauiſsimum peccatum maximo afficitur ſupplicio, ibidem.
Impudicitia mater impœnitentiæ, ibidem.
Impudicitia florentiſsimæ ætatis ruina, ibidem.
Impudicitia nulli libidini parcent, 501. c. 71.
Impudicitia per antonomaſiam eſt mala, fol. 508, c. 120
Ex impudicitia omnia vitiorum genera promanant. ibidem.
Impudicitia deſtruit omne quod in nobis pretioſiſſimum eſt, 502.c.80
Impudicitia mentem obcæcat, 495.c. 36
Impudicitiæ patronum non habemus, ibid.

Impudicitia vitium ita generale eſt vt etiam Angeli non videantúr ab eo liberi, 493. c. 20
Tanta eſt vis libidinis vt nec idololatris commiſceri recuſet, ibid.
Carnales ad Deum difficile redeunt, 615. c. 59
Soli laſciui videntur fœminas gignere, fol. 493. con. 22
Impudicitia omnia conculcat, ibidem.
Ex impudicitia deformitas corporum, fol. 504. c. 98
Deus longè abeſt ab his qui denuò aliquo libidinis vitio fœdantur, 501. c. 56
Talis eſt cæcitas impudici, vt omnia præpoſtere faciat, 506. c. 110
Impudicitia à via glorię nos auertit, 534. con. 293
Impudicus hominis nomine indignus, fol. 535. c. 301
Impudicitia Sodomitica grauiſſima, 532. con. 284
Impudicus difficile conuertitur, 537. c. 317
Ita homo deditus eſt impudicitiæ vt non homo videatur, ſed ſolum caro, 550. c. 390
Talis eſt impudicitia vt videatur non poſſe purgari niſi aquis diluuij, ibidem.
Luxuria per antonomaſiam malum dicitur, ibidem.
Luxuria ita grauis eſt offenſa vt etiam innocentes in punitione comprehendat, 551. c. 396
Impudicus bellua eſt, ibidem.
Ita generale malum eſt impudicitia vt omnes velit comprehendere ſub ſuo dominio, 594. con. 186
Impudicitia vituperatur, 670. c. 146
Impudicitia nunquam ſatiatur, ibid.
Ex luxuria ingratitudo, ibidem.
Qui incontinens eſt in varia incidit crimina, fol. 678. c. 198
Libidinoſi omnium impudentiſſimi, ibid.
Nec nominanda impudicitia, 765. c. 186
Non vis illata ſed voluntas impudicum reddit, ibid.
Maior ſeruitus libidinis quam hominis, 804. c. 9
Deuictis aliis vitiis luxuria nos peruertere nititur, 827. c. 139
Nullus incontinentiæ ſuæ excuſationem poteſt habere, 885. c. 37
Impudicus beſtia, 897. c. 213
Luxuriæ deditus caret anima, 979. c. 344
Laſciuia clamor eſt quo Deus ad vlciſcendum trahitur, ibid.
Impudici ab Angelis ignorantur, 968. c. 265

*Lux.*

Virginea lux Dei exemplo efferenda, fol. 46. c. 250
Deus lux beatiſſima non debuit niſi lucem primum effundere, 40. c. 215
Impius lucem ipſam ſuſtinere non poteſt, fol. 428. c. 439

M.

*Magiſter.*

Magiſtri accipere poſſunt dona à diſcipulis, fol. 774. c. 5
Qui aliorum magiſter futurus eſt non illiteratus eſſe debet, 909. c. 43

*Maledictio.*

Maledictio quæ infertur zelo iuſtitiæ, non prohibetur, 307. c. 406
Maledicitur terrena diligens, 328. c. 531
Maledictionis expers qui in peccato non communicat, ibidem.
Dei nomen in maledictionibus non apponitur, fol. 329. c. 540
Maledictio quomodo reperitur in operibus Chriſti, 330. c. 541
Maledictio propter peccatum, ibidem.
Qui ſeminat aliquid impium, ſuſcipit maledictionis effectum, 420. c. 385
Impius ne dum in ſe maledicitur, ſed etiam in ſuis, 420. c. 382
Maledictionis ſuæ vnuſquiſq; ſibi eſt auctor, ibidem.
Ex loco maledicto, deliciarum illecebræ promanant, ibid.
Quæ maledictionem non incurrunt, nec etiam punitionem, 601. c. 221
Maledictio ex zelo iuſtitiæ poteſt fieri, ſol. 683. c. 228
Maledicimur non à Deo, ſed à nobis ipſis, ibidem.
Maledictio hominum nobis diuinam benedictionem acquirit, 744. c. 57
Non omnis maledictio illicita, 746. c. 66

*Malum.*

Ad Malum ſumus propenſi, 874. c. 252
Malum ita nociuum vt cognitum noceat, fol. 217. c. 329
Malo ſubuenitur quando occaſio illius ſtatim adimitur, 359. c. 737
Deus mala impedit cùm id ratio exigit, ſol. 515. con. 163
Malorum noſtrorum ſumus cauſa, 573. c. 66

*Malitia.*

Peccator præter malitiam habens cor intortum ad malum non reſeruatur niſi æternis cruciatibus, 508. c. 125
Malitia peccatoris ſemper ad deterius inclinatur, 509. c. 134
Exigua malitia peccatoris magis aduerſus nos præualet quam virtutis maximæ flammæ, ibidem.
Malitia peccatoris fons vitiorum & totalis corruptionis, 510. c. 135
Malitia peccatoris luxuriæ eſt comes, ibid.
Peccatoris malitia aliquando nullam meretur veniam, ibid.
Ex proſperitate & rerum ſecundarum euentu malitia, 511. c. 136
Inquietus paſſionibus delectatur malitia, 617. c. 68
Videtur impio quod non illi ſufficiat malitia ſua, niſi etiam alios ad male agendum prouocet, 708. con. 19
Progenitorum malitia non nocet nobis ſi velimus, 698. c. 23
Tanta eſt hominum malitia, vt eam quaſi Deus admiretur, fol. 716. c. 66

*Magnitudo.*

Non magnitudo corporis, ſed animi æſtimanda, fol. 504. c. 101
Magnitudinem præbet virtus, 905. c. 102
Ille magnus cuius Dominus Deus eius, fol. 743. con. 50
Quod Deus maximos efficere ſtatuit, hos variis experimentis probat, 741. c. 37
Deus vult ſuos ſemper magnificare, 812. c. 40

*Maria.*

Beatiſſima Virgo Maria lux eſt primi diei, ſol. 38. c. 198
Virgo Maria vera mater Chriſti Domini, fol. 74. c. 387
Maria ſimillima Chriſto Domino, 70. c. 369
Maria congregatio gratiarum, ibidem.
Virgo Deipara quanto meritis ſublimior eo humilior, 87. c. 447
Mariæ innocentia fœcundiſſima, Abelis autem ſterilis, 378. c. 87
Ad animatam Virginis arcam accede, vt in ea à periculis mundi ſubducaris, 591. c. 172
Qui ſub arcæ virgineæ tegmine eſt, aquis tribulationum non obruitur, 598. c. 208

Virgo ſanctiſſima vniuerſam terram irrigans, fol. 201.con.135
Virgo non vult ſola diuitias Dei poſſidere, ſed amat aliis communicari, 36.con.190
Virgo iris cœleſtis, ad quam Deus reſpiciens iram temperat, 662. con. 97
Deiparam ſine viro peperiſſe etiam naturæ exemplo comprobari poteſt, 110. con. 5,8
Beatiſſima virgo eſt coonſummata & perfectio totius creatæ naturæ, 153.con. 777
Ita perfecta eſt Maria vt nulla alia perfectior à Deo produci poſſit, ibid.
Virgo Maria non ſolumenti creato, ſed etiam increato quaſi perfectionem addere videtur, ibidem.
Maria luna myſtica peccatoribus auxiliatur, fol. 92. con. 471
Virgo Maria præ omnibus creaturis eſt Dei requies 164.con. 27
Sanctiſſima Maria virgo concepit, 175.con. 85
Virginis vterus paradiſus voluptatis, 201 con.254
Omnes reſpicit Maria tanquam aduocata, fol. 223. con. 368
Maria maximum adiutorium eſt generi humano, ibidem.
Virginitas Mariæ io conſpectu filij ſui declaratur, 314.con. 437
Virgo Maria omnibus modis deuicit dæmonem, ibidem.
Virgo Maria dæmonem ſuperauit fortitudine non fraude, ibidem,
Beata Maria humilitate ſua contriuit ſuperbiam ſerpentia, ibidem.
Beata Maria longe expulit à ſe peccatum originale, 315. con. 441
Omnium bonorum origo eſt virgo Maria, fol. 344. coo. 639
Vere vita eſt Maria, ibidem.
Amore beatiſſimæ virginis à Deo præſeruatus eſt Noe cum familia ſua, 555. con. 422
Maria feneſtra myſtica per quam lux habetur, 547. con.373
Nulla gratia ad nos deſcendere videtur niſi per manus beatæ Mariæ diſpenſetur, 548. con.381
Propter beatam virginem memoria virginum grata, 569.con 40
Virgo ſanctiſſima nubes in qua diuinum verbum naturam humanam aſſumpſit, 665 con 122
Virginem ſanctiſſimam in periculis inuocemus, 762.con. 174
Propter virginem ſanctiſſimam Angelus alias mulieres oon contemnit, 892.con.85

*Maria Magdalena.*

Maria Magdalena arcus fœderis, 664.con. 122

*Martyres.*

Eccleſiæ & iuſti inter tyrannos & impios ſuum lumen retinent, 92. con. 472
Martyr eſt qui in odium virtutis formatæ occiditur, fol. 404. con. 264
Martyrum mors ad Deum clamat, 415. con. 349
Ne minima quidem gutta ſanguinis iuſti effuſa impuoita manebit, 416.con 356

*Matthæus.*

Ioter Euangeliſtas primus Matthæus, & in illo maximi theſauri, 202. con. 243

*Matrimonium.*

Deus coniugij cuſtos & defenſor, 768. con. 203
Qui læſerit alium io coniugio, punitur io iis quæ ad ſuum pertinent, ibidem.
Ferendi ſunt mores coniugij, 101. con. 511
Bonum eſt conoubium matrimoniale, f.122.c. 619
Coniuges ita vniri debent amore, vt quod de vno dictum ſit, de alio pariter dictum intelligatur, 141. con.717
Matrimonij leges debent eſſe omnino inuiolabiles, ibidem.
Matrimonium à Deo inſtitutum, ibidem.
Matrimonij actus debent eſſe ſecundum rectam rationem, ibidem.
Coniugium liberum eſt, 144. con. 738
Nuptiæ à Deo approbatæ, 145.con.741
Coniuges debent eſſe concordes cùm vtriuſque creatio vna eſſe videatur, 166.con.39
Vir & mulier pro eodem habentur, 213. con. 305
Matrimonium debet eſſe cum conſenſu, fol. 224. con. 371.
Matrimonium etiam remedium infirmorum, 225. con.385
Vnitas debet eſſe maxima inter coniuges, fol. 233. con.426
Qui ſine vxore eſt, videtur eſſe ſine domo, ibidem.
Vxor nec domina nec ancilla, ſed ſocia, 234.con.428
Coniuges non ſe inuicem contemnant, ibidem.
A viris probis matrimonium conciliandum, ibid.
Vnum indiuiduum videtur eſſe vir & mulier, 234. cou. 433
Vir ita debet diligere vxorem, vt oullo modo ſibi deformis videatur, 759. con.151
Matrimooium debet eſſe indiſſolubile, fol.238.con. 455
Maxima inter coniuges debet eſſe vnio, fol.231.coo. 408
Mulier ex viri connubio formatur & ſolidatur, ibid.
Homo ex matrimonio fit infirmus & fœmineus, ibidem.
Vir non habeat plures mulieres, ibidem.
Cum quis matrimonium inire debet, obdormire videtur diuinis, ibidem.
Maximo amore inter ſe coniungantur coniuges, ib.
Omnis occaſio rixarum auferenda inter coniuges, fol. 231. con. 407
Homo quaſi deceptum ſe credit io matrimonio contrahendo, 238.con.456
Mulierem nimis pulchram ne iungas matrimonio, 761. con. 167
Sine Deo inter virum & mulierem eſt crux, & moleſtia intolerabilis, 238. con. 457
Vir in omoibus non debet præferre vxorem parentibus, nec è contra, 241. con. 469
Coniuges io dilectione ita viuere debent, vt perſona vna eſſe videantur, ibid.
Coniugata mille patitur incommoda quibus virgo carebat, 890. con. 70
Maxima inter virum & vxorem debet eſſe vnio, fol. 241. con. 471.
Vir debet eſſe vnius vxoris ſponſus, ibidem.
Viri adamare debent coniuges quamuis ſine liberis, 879.con. 1
Matrimonium cum patre aut matre non poteſt contrahi, 241. coo. 473
Coniuges vacent orationi, 258. con. 82
Mulier alloquens alium quam maritum, periclitatur, 254. con. 60
Mulierem viro proximam oon aggreditur diabolus, ibidem.
Mulier ita præſumptuoſa vt ſibi arroget quæ ſuot mariti, 260. con. 94
Qui vxorem ſibi parem matrimonio coniungit, reperiet eam ſibi in omoibus obſequentem, 748. con. 79
Maximus amor viri erga vxorem, 296.con.338

Mulier connubio emit ſuam ſeruitutem, fol. 316. con. 508
Vir dominus vxoris, 345.con.647
Vir exprobrare non debet mulieri, 351.con.688
Coniugati filios habere ita exiſtimaot, vt omoia eis præferant, 441. con. 527
Coniuges debent eſſe vnanimes, 467. con. 25
Vir mulierem noo cootemnat, ibidem.
Coniugium non impedit quin perſeueremus in virtute, 475. coo. 56
Maxima debet eſſe concordia inter virum & mulierem, 470. con. 42
Non ſolum cœlibes, ſed etiam coniugati æternam vitam cooſequentur, 478. con. 72
Matrimonium initū propter ſolam voluptatem, & ooo filiorum generationem, vitioſum eſt, fol. 493.con. 24
Peroiicioſum eſt inter diſſimiles moribus fieri coniugium, ibidem,
Coniuges cum ſufficienter liberos habent, ab his ſuſcipieodis abſtinere debereot, fol.528. coocep. 235
Votas coniugum, 556. con. 424
Ita vniri debent coniuges, vt quamuis omnia deſerant non tamen alter alterum, 741. con. 34
Non ſolum in proſperis ſed etiam in aduerſis ſimul concorditer degere tenentur coniuges, fol. 748. coo. 80
Non ex carnali concupiſcentia, ſed amore prolis habendæ matrimonium ineuodum eſt, fol. 881. con. 8
Coniugatorum hooeſtas debet eſſe maxima, ibidem.
Non eſt cur vxoratæ conquerãotur ſe eſſe ſteriles, cùm Dominus effector ſit ſterilitatis, ibidem.
Omoibus ſuas vxores viri debent præferre, fol. 888. con. 52
Vir patienter à muliere dicta toleret ad pacem conſeruandam, ibid.
Vir & mulier regimen domus ſibi diuidere debeot ibidem.
Multæ vxores licitæ olim propter diuini cultus propagationem, 883. con. 24
Coniugati cootinentiæ ſint tenaciſſimi, ibidem.
Qui ſecundis amplectitur ouptias, graui iugo ſe ſubiicit, 914. con.76
Mulier virtutem viri potius quam diuitias quærat, 920.con.103
Quomodo coniugium proſperatur, ibidem.
Non decet virum vxorem ſuam domioam vocare, fol.920. con.98
Mulier laboret viro iuſto coniungi, ibidem.
Viri coniuges bonorum operum faciant participes, 949. con. 132
Coniuges prouectæ ætatis contioentiam coniugalem ſeruent, 962. con. 225
Non ex voluptate ſed ex deſiderio prolis coniuges generationi ſtudeant, 963. con. 230

*Memoria.*

Operum ſuorum oos vult Deus eſſe memores, fol. 81.con. 421
Opera Dei ſemper memoriæ commendemus, vt eum ſemper veneremur, 98. con. 502
Homo ſui immemor eſt, Deus autem illius memor, fol. 127. con. 6·9
Deus peccati nos vult habere perpetuam memoriam, 320.con·478
Peccatorum nos vult Deus ſemper memores, 335. con. 579
Deus peccatorum nos vult memoriam habere, 332. coo. 560
Memoria peccatorum humiliat, ibid.
Peccatorum memoria eſt oobis maxime neceſſaria, 418.coo.366

*Meritum.*

Licet meritum ſuum ex Dei gratia à nobis etiam eſt libere operantibus,
Non ſolis ſanctorum meritis confidamus, ſed bene operemur, 113. con. 573
Merita pro æterna vita coaſeruanda, 118. coo. 599
Occaſionem merendi præbet Deus, 142. con. 728
Anſam præbet Deus merendi, 180.con.120
Noſtris meritis vult Deus vt obtineamus quod decreuit coocedere, 220. con. 352
Secundum merita aliquorum nomina referuntur, fol. 472. con. 49
Iuſti ſecuodum merita compenſantur, fol. 481. con. 91
Quamuis vna ſit omnium fides Chriſtianorum, tamen non idem meritum, 549.con.389
Iuſti merito ſaluantur alij, 564. coo. 8
Merita noſtra ſimul cum gratia Dei cooperantur, fol.567.con.29
Iuſto merendi occaſio datur, 591. con. 53
Iuſtorum meritis à pluribus liberamur miſeriis, fol. 641. con. 193
Poſt gloriæ cooſecutionem non operandum meritorie, 658. con. 79
Iuſti meritis plura Deus aliis largitur, 779. con. 36
Secundum merita vult Deus diſtribuere dooa gratiæ ſuæ, oon loquor de doois quæ omne meritum præueniunt, 762. con. 170
Quod alicui datur propter meritum ooſtrum etiam nobis dari dicitur, 795. con. 139
Iuſtorum magnum eſt meritum apud Deum, 861. con.171
Meritum requiritur ante præmium, fol. 905 con.19
Pro meritis præmia dantur, 938.con.57
Vbi inæqualia merita oon ſunt eadem munera conferenda, 923.con. 120
Meritum non à ſolo Deo eſt, ſed à nobis etiam, 975. con. 307
Præbet Deus occaſionem maioris meriti, fol. 986. con.384
De noſtris meritis io beneficiorum receptione diffidere debemus, 922.con. 124

*Mendacium.*

Mendacium cumulus improbitatis, 410. con. 308
Mendax præda diaboli, ibidem.
Mendacium maxima animi noſtri perturbatio eſt, ibidem.
Lingua mendacis gladius acutiſſimus, ibidem.
Mendax fugit lucem, ibid.
Mendax ſeipſum occidit 411.con.314
Deo nullo modo mentiamur, 968. coo. 262
Mulier mendacio propenſiſſima, 967.con. 258

*Minæ.*

Cum comminationes Dei contemnit peccator, in deterius labitur, 309. con. 258
Deus minatur vt emendemur, 500. con. 63
Comminatio præcedit ſupplicia, ibidem.
Quod minatur Deus differt ne puniat, ibidem.
Comminatio diuina augetur multiplicatis peccatis fol.520.con.193
Deus minatur ne puniat, 574. con. 67. & 68
Ita obſtinatus eſt peccator vt nec minis moueatur, fol. 575. con. 76
Deus quamuis differat comminationem ſuam, tamen eam tandem adimplet, 600. con. 219
Plus minatur Deus aliquando tacens quam loquens, fol. 9.8. con 91

*Miraculum.*


Miraculum non eſt à nobis expectandum quando aliquid naturaliter potuit fieri, fol. 554. concc-ptu, 416
Aliquando Deus miracula modo communi non effi-cit, 590. c. 163
Non ex miraculis ſolum, ſed ex operibus agnoſcitur ſanctus, ibid.
Multæ naturæ impedimenta miraculum celebrius efficiunt, 882. con. 20
Miracula in Dei omnipotentis laudem cedunt, fol. 895. con. 106
Vt Dei miracula ſint clariora, nihil omittitur, fol. 962. con. 224


*Miſericordia.*


Miſericordia non longe abeſt à iuſtitia diuina, 969. con. 269
Tanta eſt Dei erga nos miſericordia, vt à peccatis noſtris vltionem non ſumat, niſi plurima fuerint, 978. con. 333
Inſignis eſt Dei miſericordia in peccatores, fol. 992. con. 416
Qui miſericordiæ operibus incumbit, Chriſtum videre meretur, 954. con. 166
Vt miſericordia Dei innoteſcat hominibus procurare debemus, 1001. con. 468
Miſericordia Dei quanta ſit exprimi non poteſt, fol. 1001. con. 467
Dei miſericordia cognita ad ampliorem petendam nos inducit, 1000 con. 466
Qui à principio Deo ſe ſubiecit; etiam poſt ingentia peccata ſi conuertatur promptiorem Dei miſericordiam inuenit, 35. con. 189
Quo natura fragilior, eo maiorem miſericordiam conſequitur, 256. con. 138
Deus plenus miſericordia, 294. con. 320
Deus maxime miſericors in hominem, fol. 298. con. 347
Dei ſummam miſericordiam nos imitari debemus, ibidem.
Plurimis miſericordiis in hoc mundo indigemus, 382. con. 108
Ita grauia ſunt aliquando peccata, vt miſericordiam Dei quaſi videantur abſorbere, fol. 501. con. 75
Deus etiam plenus miſericordia mediis in hominum ſceleribus, 506. con. 118
Deus miſericordia plenus, 577. con. 89
Non ſine iudicio Dei miſericordia, 617. con. 519
Super omnia opera virtutum præſtat miſericordia, ibidem.
Extraordinaria miſericordia Dei non diuulganda populo, ne abutatur, 639. con. 180
Dei miſericordia nos protegit, 664. con. 109
Miſericordia diuina iuſtitiam eius longe excedit, ibidem.
Ita ampla eſt Dei miſericordia vt ad omnes ſe extendat, ibid.
Eſt quaſi arcus miſericordia cœlum ipſum expugnans, 665. con. 114
Nihil ita animos hominum conſolatur quàm Dei miſericordia, ibid.
Futura Dei miſericordia poſt ſupplicium, ibid.
Prolixa miſericordia Dei non aufert eius iuſtitiam, 687. con. 126
Ex nimia Dei indulgentia aliquando occaſionem ſumimus vt ſimus deteriores, fol. 867. concepts, 209
Cognita Dei miſericordia nos inducit ad effectum illius maiorem poſtulandum, fol. 998. con. 452


*Mores.*


Bonitas morum non ex natura, ſed ex gratia, fol. 367. con. 8
Non pedibus ſed moribus Deum ſequimur, fol. 527. con. 249
Prius mores excoli debent quam charitate ornentur, fol. 541. con. 341
Odij cauſa morum diſſimilitudo, 697. con. 206


*Mortificatio.*


Corporis mortificatio animæ ſanitatem affert, fol. 313. con. 434
Nobis neceſſaria mortificatio, & quomodo, fol. 362. con. 755


*Mors.*


Mors ab initio deſignatur, 28. con. 551
Alacri vultu ad mortem pergrediendum, fol. 93. con. 477
Nullum mortis genus pertimeſcendum, fol. 128. con. 596
Memoria mortis remedium contra omnem cupiditatem, 182. con. 130
Semper ob oculos mors habenda, 194. con. 202
Homini mors imputatur & non Deo, fol. 199. con. 225
Mors à nobis ipſis, 218. con. 334
Timor mortis naturalis eſt, ibid.
Mors corporalis ex ipſo peccato, non aliunde prouenit, ibidem.
Debitum naturæ mors, ibidem.
Cogitatio mortis frænum validiſſimum peccatorum, 219. con. 338
Per Chriſtum Dominum mors in melius mutatur, ibidem,
Memoria mortis vehementior ad commouendum hominem quàm infernus, ibidem.
Nos ad virtutem certiſſime inducit memoria mortis, ibidem.
Ab initio mortis memoria, 231. con. 414
Non viſa mors ad peccatum allicit, 270. con. 163
Deus non vult mortis habere memoriam, fol. 286. con. 271
Memoria mortis ad omnia peccata vitanda neceſſaria eſt, 338. con. 598
Nos eſſe mortales poſt peccatum, gratiæ diuinæ tribuendum, ibid.
Certiſſima mors, ibid.
Finis malorum mors, ibidem.
Neceſſaria mortis memoria ad reprimenda deſideria carnalia, 339. con. 603
Vtilis memoria mortis ad eleemoſynam largiendam, ibidem.
Primi hominis & Chriſti Domini mors longe differunt, ibid.
Tempus mortis non idem ſtabilitum, ibid.
A morſu dicta mors, ibid.
Viro ſpirituali celatur meta, vt curſum contendat verſus Deum. 742. con. 41
Is Dei character & natura, vt pro ſuis mortem oppetere velit, fol. 837. con. 24
Ex inobedientia mors, ibidem.
Cognitio mortis eadem prorſus eſt ac vitæ æternæ, ibidem.
A Deo eſt mors corporis, ibid.
Per mortem fides ſtabilitur, 340. con. 611
Sine morte in pluribus nulla omnino foret gloria, ibidem.
Ad humilitatem præcipue acquirendam neceſſaria mortis memoria, ibidem.
Mortis memores æternæ gloriæ participes euadunt ibidem.

Sine morte nulla ſpes, ibidem.
Incerta mors vt inimicis parcamus, ibidem.
Timor mortis nullus eſſe debet, ibidem.
Obliuio mortis plurimorum malorum cauſa, 341. con. 624
Semper ante oculos habenda mortalitas noſtra, fol. 347. con. 658
Per peccatum mors, ibidem.
Remedium malorum mors, ibidem.
Contra libidinem mortis memoria, 348. con. 663
Non durat malum vbi mortis timor ob oculos verſatur, 343. con. 633
Dei beneficium eſt mors, & ſignum amoris illius, 354. con. 699
Mors certamen eſt vt tandem gloriam conſequamur, ibidem.
Mors medicina eſt, 354. con. 701
Remedium malorum mors, ibidem.
Aggreditur innocentem mors, 402. con. 253
Inter mortem & vitam noſtram maxima eſt connexio, ibidem.
Nulli mors condonans, ibidem.
Nulli parcens ætati mors, ibidem.
Debile fundamentum mortis, ibidem.
Iuſti mors eſt vita, 413. con. 342
Remedium eſt malorum præſentium mors, fol. 428. con. 437
Non timenda eſt homini mors temporalis ſed æterna, ibidem.
Qui mortis memoriam habens non melioratur, eſt deſperatæ ſalutis, 424. con. 413
Mors aliquando deſiderabilior eſt quam vita ipſa, 435. con. 483
Ex conſideratione mortis continentia inter coniuges, 456. con. 609
Conſideratio mortis remedium contra peccatum, 478. con. 68.
Differtur mors non aufertur, ibidem.
Requies eſt mors, 485. con. 117
De morte non eſt dubitandum, 471. con. 4·7
Deus ex ſe noluit mori, 481. con. 95
In hora mortis difficile conuertitur peccator ex timore vehementi ipſiuſmet mortis imminentis, 537. con. 314
Non conuertitur in extremis peccator ex abominatione omnium virtutum, ibidem.
In memoria mortis ſalui fiunt homines, fol. 543. con. 350
Contingit mors ne grauioribus pœnis ſimus obnoxij, 551. con. 400
Quamuis mors plurimorum impiorum ſit æqualis, poſtea tamen diuerſi ſunt cruciatus, fol. 584. con. 123
Mors dignitati hominis videtur repugnare, fol. 657. con. 77
Mortem nobis inferre violentam ſignum bonitatis diuinæ, 603. con. 230
Interitus impiorum iuſtis proficuus, 608. con. 20
Mors aliorum frænum iniquitatis noſtræ debet eſſe fol. 608. con. 20
Mors contemnenda quia nihil ad perfectionem noſtram conducens, non recuperabitur, fol. 655. con. 64
Nullus quantumuis iuſtus à morte eximitur, 690. con. 270
Mortis infallibilitas, 731. con. 132
Etiam à iuſtis mors non poteſt non timeri, fol. 763. con. 176
Mors iuſtorum non eſt mors, ſed potius diſceſſus, fol. 840. con. 44
Mors eſt migratio de terra hac in aliam meliorem, fol. 869. con. 221
Tempus mortis incertum quamuis illa certiſſima, fol. 870. con. 224
Bene moritur qui bene vixerit, ibidem.
Nihil efficacius mortis memoria ad reuocandum nos à prauis affectibus, ibidem.
Nihil morte terribilius, ibid.
Ita mortis memoria nobis præſens debet eſſe, vt vitam iam morti commutaſſe ſentiamus, fol. 994. con. 432

*Mulieris dignitas.*

Mulier etiam Dei imaginem habet, fol. 141. con. 721
Fœmina etiam principatus particeps eſt, fol. 147. con. 751
Humilietur mulier, non enim eſt viro ſimilis, 138. con. 705
Abſcondita debet eſſe mulier, & domi remanere, fol. 191. con. 186
Mulier æqualis eſt viro ſuo in aliquibus rebus, 224. con. 372
Hominis eſt conſolatio mulier & ipſius adiutrix, ibidem.
Bona videtur mulier quia Redemptorem paritura, ibidem.
Verecundæ maxime debent eſſe mulieres, fol. 957. con. 192
Propter bonum commune creata mulier, fol. 224. con. 375
Laudem adfert homini mulier, ibidem.
Non eſt ſupra virũ mulier, ſed eius auxiliatrix, ibid.
Nomen mulieris non eſt corruptelæ, ſed ſexus, 235. con. 434
Propter hominem mulier, ibidem.
Deus mulieres honorat, ibidem.
Indiget mulier protectione viri, ibidem.
Non erit alia formatio ſimilis primæ mulieris, 239. con. 4·8
Amor mulieris multò intenſior eſt viri dilectione, ibidem.
Aliquando mulier virilior homine ad non conſentiendum malo, 268. con. 147
Diabolo in omnibus mulier debet eſſe inimica, fol. 317. con. 4·6
Maximus eſt fœminæ iuſtę animus, fol. 755. con. 126
Erga mulieres prudenter ſe gerere magnæ virtutis indicium eſt, 89. con. 61
Sanctas imitetur mulier, vt eaſdem gratias obtineat 910. con. 102
Quæ ſunt propria mulierum, eis relinquenda, 948. con. 126

*Mulieris indignitas.*

Mulier non ex primæua Dei intentione, fol. 225. con. 384.
Infirmiſſima eſt mulier, 233. con. 423
Proniſſima vagationi mulier, 234. con. 432
Humilietur mulier: non enim eſt viro ſimilis, 139. con. 705
Muliebre genus promptius ad dona capienda, 255. con. 62
In marito ſibi prælato mulier Deum inſpiciat, 258. con. 86
Poſteriorem homine ſe agnoſcat mulier, fol. 235. con. 436
Satis vilis mulier, & ideo quaſi indigna manibus Dei formari, ibidem.
Quaſi immobilis mulier in domo ſua manere debet, ibidem.

Ex vagatione mulieris occaſio peccati venit, fol. 249. con. 21
Vaſculum leuiſſimum mulier, ibid.
Ità loquax mulier vt cum ipſo dæmone colloqui non timuerit, 258. con. 82
Amiciſſima libertatis mulier, ibidem.
Fertur in Deum mulier irreuerentia, ibidem.
Admodum garrula mulier, 259. con. 88
Ab initio malitioſa mulier, ibid.
Paſum Deo credens mulier ab initio, ibid.
Typus hæreticorum mulier ab initio, ibid.
Impatiens mandati mulier, ibid.
Mulier ita audax vt timido dæmoni audaciam præbeat, ibid.
Ex muliere mendacium, 260. con. 93
Ab initio detractio à muliere, ibid.
Curioſitas mulieris occaſio noſtræ ruinæ, fol. 361. con. 104
Dæmon plus in muliere confidit quam in ſuo veneno ad decipiendum, 253. con. 52
Tentatio maior per fœminam quam per dæmonem, ibid.
Parui intellectus mulier, 268. con. 143
Importuna mulier, ibidem.
Inhumana mulier, ibid.
Ex mulieris curioſitate perditio noſtra promanauit, ibidem.
Prorſus inexcuſabilis eſt à peccato ſuo mulier, 270. con. 161
Amiciſſima libertatis mulier, cuius affectio præcipitem eam dedit, 265. con. 126
Gloriæ magis cupida mulier quam vir, ibidem.
Conceptus mulieris maxima pœna, 311. con. 484
Quanto fœcundior mulier, tanto etiam miſerior, ibidem.
Ita aliquando rabie agitur mulier, vt non caput ſerpentis ſed ſanctuium ipſorum conterere velit, ibidem.
Ex ſuo nomine mulier ſignificat garrulitatem, 345. con. 643
Ex muliere nobis innumera mala euenere, fol. 545. con. 628
Origo malorum mulier, 363. con. 762
Exiguæ conſiderationis eſt mulier, fol. 442. con. 33
Promptiores mulieres ad loquendum quam ad audiendum, 452. con. 588
Animal tenerrimum mulier, ibid.
A muliere non ſemel, ſed pluries hominum ruinæ principium, 490. con. 3
Veletur fœmina propter periculum, 492. con. 16
Sanctorum calumnia mulier, 492. con. 16
Fœminæ conſortia hominum vitent, fol. 892. con. 82
Callida eſt fœmina, 881. con. 14
Mulier eſt impatiens, ibid.
Difficultas maxima in obediendo repeririur in muliere, 894. con. 95
Sexus muliebris eſt ſuperbite, 884. con. 32
Infimi animi eſt mulier, 896. con. 44
Nihil intolerabilius ſentit mulier quàm contemptum, ibid.
Inter mulieres maxime diſcordia viget, ibid.
Mulieres abſcondi debent àb oculis omnium, 932. con. 16
Mulier curioſa eſt, 960. con. 208
Mulieres nolunt iudicari ſteriles, 963. con. 232
Mulieres ſe prouectæ ætatis eſſe dicere ſenuunt, fol. 964. con. 234.
Mulieres mendacio propenſiſſimæ, 967. con. 258

*Multitudo.*
Vbi multitudo ibi defectus virtutum, fol. 490. c. 5.

*Munditia.*
Mundos nos vult eſſe Deus, 571. con. 57
Munditia tanquam aues ad ſuperna nos attolit, fol. 114. con. 578
Deus nihil immundum vult eſſe, 600. con. 213

*Mundus.*
Mundus à Deo non ab alio principio, nec etiam ab Angelis conditus eſt, 3. con. 9
Mundus finem habiturus, fol. 8. con. 38
Mundus non eſt æternus, fol. 10. con. 49
Mundus ipſe ſe ab alio quam à Deo non potuiſſe produci proclamat, 30. con. 106
Mundus non eſt vnitas vt Deus, ſed dualitate conſtat, ibid.
Mundus vnus eſt, 21. con. 108
Mundi opificium non imperfectum, ſed abſolutum à Deo prodiit, 12. con. 60
In mundo nihil ſtabile aut permanens, f. 93. c. 478
Mundus in prima ſui conditione perfectiſſimus, fol. 555. con. 79;
Iuſtus in rebus ſæcularibus non inuenitur, fol. 481. con 93
Mundus fallax & tenebroſus, 620. con. 85
Mundus fugiendus vt cœlum aſſequamur, ibidem.
Mundi ſtatus paulatim à Deo diſpenſatur, fol. 672. con. 157
Mundi contemptus inducitur, 740. con. 28
Non ſolum diuitiis renunciandum, vitiis valedicendum, ſed à mundo memoria reuocanda eſt, ibidem.
Qui ſe à mundo ſeparat Deum videt, fol. 738. conceptu 15
Nihil vtilius nobis quàm mundum relinquere, fol. 739. con. 23
Mundus deceptus, ibid.
Peccator à mundo difficile ſeuocantur, fol. 808. con. 23

*Munera.*
Melius eſt abſtinere à muneribus Deo offerendis, quàm male offerre, fol 356. con. 215
Munera non ab omnibus indifferenter ſunt accipienda, fol. 822. con. 108
A muneribus accipiendis abſtinendum, 831. con. 165

*Muſica.*
Muſica quoddam genus animarum corruptiuum, fol. 447. con. 357
Maxima ex profano cantu ſequitur corruptela, fol. 493. con. 28

*Myſteria.*
Ne ſimus audaces in myſteriorum perſcrutatione, fol. 8. con. 39.
Myſteriorum non vani ſed veri ſimus indagatores, ibidem.
Operum Dei creationis modus non inueſtigandus, ſed extollendus, fol. 2. con. 39
Cum diuina myſteria panduntur, ſilendum eſt, 209. con. 282
Qui pandit myſteria indignis, timeat ne cadat, 261. con. 100
Myſteria gloriæ & reſurrectionis à ſuperbis non capiuntur, fol. 600. con. 214
Plurima à Deo facta mentem noſtram ſuperant, fol. 313. con. 179
Vt myſteria Dei capiamus à nobis ipſis exire debemus, fol. 849. con 106
In myſteriis lux humanæ rationis cæcutit, fol. 863. con. 188
Myſteria obſcura ſunt, ibidem,

Melius à longè cognoſcuntur myſteria, fol. 898. con. 124
In ſublimioribus myſteriis maior humilitas, fol. 907. con. 32
Extra cognitionem ſenſibilem exire debemus cum myſteria perſcrutari volumus, fol. 937. con. 52
Arcana ſua Deus difficile aperit, quia non omnibus ſunt aperienda, fol. 971. con. 283
Humilibus diuina panduntur myſteria, ibidem.
Solum maximis & idoneis maxima ſunt Dei myſteria reuelanda, fol. 963. con. 298
Ne ſimus leues in pandendis Dei ſecretis, fol. 949. con. 129

N.

*Negligentia.*

NE torpeſcamus in exercitio virturum, fol. 935. con. 34
Virtutis opus non negligenter faciendum, fol. 936. con. 39
Securitas non patiar negligentiam, fol. 947. con. 119
In operibus charitatis exhibendis accuſatur negligentia, fol. 948. con. 128

*Nobilitas.*

Virtus non ex loci nobilioris ortu, fol. 192. concep. 187
Nobilitas generis efficit ſuperbos, fol. 504. con. 99
Nobilitas generis nihil prodeſt homini vitiis dedito, ibidem.
Nobilitas generis à virtute ſumenda, fol. 526. conceptu 217
Nobilitatem generis falſo plures iactant, fol. 895. con. 104

*Nomen.*

Deus cum ſumma reuerentia nominandus, fol. 13. con. 66
Ea quibus nomen imponit Deus, non ſunt tranſitoria ſicut ea quibus homo nomen indidit, fol. 61. con. 425
Res in melius commutatæ nouo nomine decorandæ, ibidem.
Non niſi rebus perfectis nomen imponi deberet, 69. con. 363
Nomen rebus congrue imponendum, ibidem.
Dei nomen apparet in perfectione operis, fol. 171. con. 68
Dei nomen non eſt inferius nomine Domini, fol. 207. con. 267
Ea quibus nomen à Deo imponitur, immutabilitatem quaſi dicunt, 219. con. 401
Dei nomen ineffabile à peccato reuocat, fol. 254. con. 54
Nomen cohærere debet cum veritate rei quam ſignificat, 367. con. 4
Non in nominibus quamuis egregiis confidere debemus, ſed potius in bonis operibus, ibidem.
Nomen aliquando quid futurum ſit deſignat, fol. 373. con. 47
Nominis etymologia nobis deſeruit, f. 438. con. 503
Proceſſus obtinendæ gloriæ ex interpretatione nominum generationis iuſtorum, 464. con. 7
Nomen non patris ſed alicuius iuſti vel virtutis imponendum eſt filiis vt eam ſequantur, fol. 461. con. 644
Nomen indicare debet quiſnam aut qualis ſis, ibid.
Nomen imponitur aliquando ſecundum alicuius vitium, 692. con. 3
Nomina antiquitus impoſita gratiarum actionem redolebant, 730. con. 128
Nomen Ieſus incarnatione à multis ſæculis promiſit magnificari, 745. con. 63

Propria nominis appellatio reddit maxime attentos, 836. con. 11
Nominis mutatio maioris progreſſus incitamentum, 909. con. 44
Si quis ſignificato per nomen bene vtitur, aliud excellentius obtinet, ibid.
Nomen mutatur vt beneficij à Deo accepti ſimus memores, 920. con. 101

*Numerus.*

Numerus quaternarius Deo acceptus eſt, fol. 85. con. 86
Numerus ſenarius myſterioſus eſt, fol. 156. con. 796
Quadragenarius numerus præſentis vitæ durationem, qua hîc affligimur, denotat, fol. 587. c. 140
Numerus ternarius perfectus eſt, 837. con. 352
Numerus quinquagenarius remiſſionem ſignificat. 989. con. 400
Numerus quinquagenarius vniuerſitatem bonorum operum denotat, ibidem.
Numerus vigeſimus, ſeruantem mandata cum charitatis affectu denotat, 1000. con. 463
Numerus quadragintaquinque myſticus, fol. 997. con. 447
Numerus quadragenarius, pœnitentiam deſignat, ibidem.

O.

*Obedientia.*

OBedientia Deo præſtita excitat laudes etiam in creaturis mutis, ibidem. 34. con. 201
Qui Deo obedit, alios, vt obedientiam Deo præſtent docere poteſt, 7. con. 29
Efficacior obedientia videtur ad aliquid efficiendum quam ipſius Dei præcipientis imperium, 39. con. 207
Quo quis perfectior in natura, eo obedientior, fol. 56. con. 298
Creaturæ inſenſibiles Deo obedientiores ipſo homine, 65. con. 344
Creaturæ inſenſibiles obedientiam Deo præſtare nos docent, 60. con. 310
Obedientia non differenda, 78. con. 407
Non detractemus obedire, 131. con. 679
Fœliciſſimus ſtatus obedientis, 194. con. 205
Obedientia maxima virtus, ſicut & inobedientia maximum vitium, 196. con. 211
Qui neſcit obedire, indignus eſt imperio, fol. 212. con. 293
Obedientia non ſolum in difficilibus, ſed etiam in facilibus ſuum pretium habet, ibidem.
Deo Obedire tenemur quia præcepit, 215. con. 309
Obedientia maxima eſt virtus moralis, ibidem.
Obedientia Deo copulamur, 215. con. 313
Sine Obedientia gloria non percipitur, ibidem.
Omnium virtutum mater Obedientia, ibidem.
Sponte Obediens Dei amicus, ibid.
Obedientia debet eſſe pura, 216. con. 317
Deo Obediendum quia præcepit, 221. con. 360
Per Obedientiam innocentia, & aliæ virtutes conſeruantur, 373. con. 50
Obediens etiam mortuus viuit, ibidem.
Qui cum Obedientia lenis eſt, maxime Deo placet, 857. con. 154
Obedientia cum proprio commodo potius eſt inobedientia. 374. con. 62
Obediens requies ipſius Dei, 485. con. 118
Obediens cum Deo ambulat, 528. con. 152
Obediens iuſti nomine condecoratur, f. 527. c. 244
Obedientia erga Deum efficacior debet eſſe erga non quibuſcumque rationibus contrarium ſuadentibus, 542. con. 351

Obedientia in omnibus feſtina, 556. c. 431
Obedientia debet eſſe virilis, 557. c. 432
Obedientia homini reſtituit quod inobedientia abſtulerat, ibidem.
Obedientiæ præmium incolumem à Deo ſeruari caſtitatem, 771. c. 225
Obedientiæ animalia nobis præbent exemplum, 557. con. 434
Obedienti Deo maximæ gratiæ conferuntur, fol. 752. con. 100
Obedientiæ prodigia ſuccedunt, 769. c. 198
Verus Obediens nullis periculis impeditur, vt adimpleat præcepta, 777. c. 27
Obedientia victoriam contra hoſtes obtinet, 813 c. 49
Ex Obedientia dignitas ſacerdotalis, 752. c. 104
Obediens honorabilior animalium Dominus quàm primus parens, 559. c. 443
Obedientia vera in facilibus etiam attenditur propter eum qui iubet, 564. c. 5
Obediens dignus eſt vt aliis præficiatur, ibidem.
Obedientia liberat à morte, ibidem.
Obediendum Deo cum periculo vitæ, 576. c. 85
Obedientia maximi eſt apud Deum meriti, ibidem.
Obediens in paucis ad maiora præmia promouetur, 914. con. 121
Ita Deo placet obedientia, vt eam pluries repetat obedientem extollens, 581. c. 111
Obedientia pluris æſtimanda quàm vita, fol. 561. con. 457
Obediens beatus, 562. c. 458
Obediens hilaris debet eſſe, ibid.
Libenter obedire debemus, ibidem.
Obedientia debet eſſe perfecta, ibid.
Obediendum eſt perſeueranter, ibid.
Obediens Deo fit vnus ſpiritus cum eo, ibid.
Obedientia neſcit mundi vrbanitatem, fol. 788. con. 90
Qui in omnibus obtemperat Deo, iuſtus eſt, fol. 564. con. 10
Qui Dei placitis famulatur, ab omni iuuatur creatura, 597. c. 205
Obedientes omnibus pereuntibus ſaluantur, fol. 602. c. 125
Obediens nihil formidat, 618. c. 72
Obediens eſt innocens, ibidem.
Verus obediens conqueri non debet, ibid.
Obediens nihil habet quod timeat, 762. c. 168
Maxime Deo obedientes eſſe debemus, fol. 616. con. 60
Vera obedientia in facilibus quoque præceptis ſpectatur propter eum qui iubet, 6.2. c. 138
Perfectus obediens ſemper expectat diuinum imperium, 632. c. 141
Deo obediendum etiam in his quæ tibi minus eligibilia viderentur, 633 c. 145
Mentem ſibi obſequentis maxime requirit Deus, 636. c. 160
Non ſolum exterius ſed etiam Interius Deo obediendum eſt, 736. c. 1
Obedientia ipſi vitæ anteferenda, 737. c. 2
Tacens obedire debes, ibidem.
Sine obedientiæ diſciplina nemo in cœlum introducitur, ibid.
Ex obedientia bonorum maximorum cumulus, ibidem.
Obedientia præſtat ſacrificiis, ibid.
Obedientia & gratia ſibi inuicem famulantur, ibid.
Obedientiæ præmium non differtur, 753. c. 112
Obediens debet eſſe expeditiſſimus, 756. c. 127
Obedientia debet eſſe perſeuerans, 757. c. 1,6
Nihil nos à Dei obedientia debet retardare, ibidem.
Obedientiæ præmium in coniugatis eſt habere filios, 752. c. 102
Prompte Deo obediendum, 747. c 69
Ex fide obedientia, ibid.
Verus obediens non debet diſcutere quod ſibi iubetur, 954. c. 75
Qui obediendi Deo gratia, periculum incurrit grauiſſimum, illud ſecutus euadit, 769. c. 212
Maximè non ſolum in difficilibus, ſed etiam facillimis obedientis commendatur, fol. 964. con. 137
Obedientiâ omnia vitia ſuperantur, fol. 816. con. 73
Obediens cœlum habet pro mercede, fol. 848. c. 95
Obediens impiger debet eſſe, ibidem.
Deus obedientis exaudit opera quamuis ipſe taceat, 885. c. 40
Ex obedientia fit reſurrectio, 895. c. 107
Ex obedientia etiam ſolum mente concepta innumera pœne oriuntur bona, 896. c. 109
Obedientia à Deo magna conſequitur, fol. 973. c. 301
Deus erga obedientes beneficia ſua multiplicat, fol. 931. c. 2
Verus obediens moras neſcit, 813. c. 50
Verus obediens ſine tergiuerſatione adimplere debet quæ præcipiuntur, 928. c. 140

*Obſtinatus.*

Sacrificium non curantis emendari non admittitur, 386. con. 138
Peccator obſtinatus perſuaſionibus non flectitur, 406. c. 281
Peccator in dies fit obſtinatior & deterior, fol. 409. c. 302
Peccator in ſuis peccatis manet obſtinatus, fol. 449. c. 567
Peccatoris obſtinati maxime nocet ſocietas, fol. 510. c. 139
Ita induratus aliquando eſt peccator, vt ad monita diuina nihil proficiat, 511 c. 159
Obſtinatus non reuocatur à malis operibus, fol. 505. c. 106
Obſtinatio in peccato veniam impedit, ibidem.
Peccator ita obſtinatus vt nolit ad Deum conuerti, 542. c. 345
Obſtinatus tandem damnatur, ibid.
Maxima hominum obduratio, 577. c. 91
Ita obſtinatus eſt peccator vt nec minis moueatur, 575. c. 76
Peccator ita obſtinatus, vt ad pœnitentiam non moueatur, 580. c. 109
Obſtinati à futuris calamitatibus non mouentur, 712. con. 38
Ita peruerſus eſt peccator vt quamuis ſciat mala quibus ſtudet effectum non habitura, non deſiſtit à peccans, ibidem.
Obſtinatio in peccatis leuibus impœnitentia, videtur, & in Spiritum ſanctum blaſphemia, fol. 720. c. 92
Obſtinatus in nullum vitium non fertur, fol. 819. c. 90
Perſeuerantia in peccato quantum animæ nociua, 984. c. 369

*Occaſio.*

Occaſiones errorum à nobis aufert Deus, fol. 171. c. 74
Occaſio peccati vitanda, 260. c. 97
Omnis occaſio peccati adimenda, . 783. c. 8
Malo ſubuenitur quando occaſio illius adimitur, 359. c. 737
Occaſio erroris adimitur, 599. c. 212

Occaſiones peccatorum à nobis adimit Deus, fol. 640.c.188
Occaſio declarat quinam ſimus, 885. c. 42

*Oculus.*

Viſus initium peccati occaſionaliter, fol. 136. c. 155
Vitandi nimia videndi curioſitas, ibid.
Ex viſu peruerſæ cogitationes, ibid.
Ex oculorum cuſtodia ſalus, 270.c.158
Per auditum & oculos malitia dæmonis ingreditur, 274.c.188
Aſpectus indecentium criminum occaſio, fol. 406. c. 276
Vitanda eſt oculorum voluptas, 494. con. 33
Oculus impudicus impudici cordis nuncius, fol. 763.c. 178
Ex oculis libidinis appetitus, ibid.
Oculi frænandi, 788. c. 91

*Odium.*

Odio peccatum proſequi debemus, fol. 192. c. 188
Odium debet eſſe non perſonarum ſed morum, fol. 319.c.465
Inuitamur ad peccatum odio habendum, fol. 342. c. 727
Odium in fratrem ingratum reddit Deo munus, fol. 397.c.221
Odij cauſa morum diſſimilitudo, 679. c. 206
Vitat Deus ne odij occaſionem præbeat, fol. 866. c. 204

*Officium.*

Vnumquodque ſuo officio & munere fungatur, fol. 93.c.176
Id perfectum eſt quod officio ſuo fungitur, fol. 161. con.10
Deſtineretur vnuſquiſque officio cui idoneus eſt, fol. 371.c.52
In officiis charitatis alios præueniamus, fol. 936. con. 42

*operari & opera.*

Cum iudicio & ratione operandum, 8.con.36
Gradatim operandum, 26.c.158
Opera in tenebris facta non diligit Deus, fol. 39. con. 202
Operandum aliquid quia bonum, fol. 45.con. 242
Nullus dies vacuus ſit ab opere, ibid.
Præmeditandum quid operandum, fol. 758. conceptu 49
Opera bona ita habent vt non indigeant laudatore externo, 45. c. 243
Bona opera celanda conſpectui hominum. f. 61. con. 324
Opus imperfectum non approbat Deus, f. 62.c. 319
Bene operantis lux maior infunditur, fol. 84. c. 433
Bonis operibus Deo ſumus ſimiles, fol. 142. con. 723
Deus non ceſſat ab operibus vt ad operationem nos incitet, 168. c. 52
Iuſti bona opera perficiunt mala imperfecta relinquunt, impij autem contra, 161. con. 9
Nihil Deus vult ceſſare ab opere, 169 c. 54
Ad bene operandum nos inſtruit Deus, 181. c. 121
Formatus eſt homo ad operandum, ibid.
Non ſufficit abſtinere à malo, ſed bonum opus efficiendum eſt, 193.c.201
Opus bonum ſit cum labore. 322. c 487
Operatio bona ſurſum aſcendit, 37.. c.68
Id apud Deum quiſquis eſt, quod ipſe operibus exprimit, 382.c.111
Opus non ſolum bonum ſed bene agendum, fol. 396. c. 210
In operibus bonis cauenda eſt ſuperbia, fol. 395. c. 207
Opera iuſtorum non indigent alterius teſtimonio, ſed ipſa ſe annuntiant, 413. c. 313
Opera ſuam vocem habent, ibid.
Opera noſtra mala perfecte abſoluimus, quia noſtra ſunt: opera verò bona imperfecta relinquimus, quia etiam à Deo ſunt, 511.c.142
Fœlix exitus ſi aliquid aggrediaris per teipſum, infœlix ſi fœminis, 933.con. 21
Quod ſemel opere completurus es, id ſæpe animo perfice, tanquam quid Deo gratiſſimum, fol. 382. c. 115
Non ſufficiunt verba, ſed neceſſaria ſunt opera, fol. 625.c.107
Operibus bonis addenda ſunt opera bona, fol. 644. con. 208
Maioris efficaciæ eſt opus bonum ad remiſſionem quàm culpa ad damnationem, 640. con. 183
Bene operandum ante gloriæ conſequutionem, fol. 658. con. 80
Opera impiorum citò euaneſcunt, 709. con. 21
Opus ſupererogationis maxime laudabile, fol. 826. con. 133
Opera ſupererogationis à Deo maxime æſtimantur & remunerantur, 839.con.38
Opus bonum purgetur, malum vero ſcilicet fœmininum omnino deleatur, 917. c. 86
Is ſolus qui bonis operibus ſtudet, à Deo approbatiuè videtur, 984. c. 375
Opera noſtra etiam eximia, minora aliorum actionibus æſtimare debemus, 957. c. 190

*opera Dei.*

Dei opera perfectiſſima, 3. con. 12
Dum tibi aliquid videtur imperfectum à Deo productum, tunc ſubeſt etiam ratio admirationis, 26.con.139
Dei opera quamuis inter ſe pugnantia maxime mortalibus neceſſaria ſunt, 28.c.144
Opera Dei admiratione plena, 55. con. 295
Curioſi operum Dei inueſtigatores non debemus eſſe, ſed pij admiratores, 57. c. 302
Opera Dei non ſatis laudare poſſumus, 71. con. 375
Opus Dei adulterat qui coloribus vultum depingit, 142. c. 729
Dei operatio imperium, 190. c. 170. & 171
Tam facile eſt Deo operari quàm nobis flatum emittere, 183.con.136
Deus in operibus ſuis admiratione dignos, fol. 366. con. 23

*Oratio.*

Pro poſſeſſione rei temporalis non abſolute orandum, 913.con.117
Oratio diſcreta ſit, 1002, con.476
Deus aliquando ſe deprecari non permittit ne non concedens quod petitur, orantem contriſtet, ibid.
Oratio pluries repetatur, ſed breuiter, fol. 1001. con. 472
Inſtare debemus orationi, ibidem.
Maxima eſt orationis efficacia, ibidem.
Oratio ſuauis auribus Dei muſica, quæ cantabilem facit miſericordiam, ibidem.
Oratio legis diuinæ obſeruantiæ ſociata efficaciſſima eſt ad nos à morte eripiendos, 1000. con. 464
Fiducia ſupplicantis in oratione magna ſit, fol. 999. con. 459
Ex oratione quod nobis vtile eſt agnoſcimus, fol. 240. con. 468
Ex defectu orationis plurima nobis mala eueniunt, 287. con. 279
Maxima eſt efficacia orationis hominis iuſti, fol. 992. con. 417

Qui donorum Dei iacturam, fecit vix apud Deum oratio valet, 297.c.345

Principium orationis hominis iuſti ita efficax eſt, vt dici poſſit multa operatio, 994.c.431

Vt vacemus orationi tempus ſufficiens inquirendum, 374.c.61

Nulla creatura inuenitur quæ oranti iuſto non ſeruiat, 91.c.480

Vel adumbratæ & ſomniatæ preces pie acceptantur à Deo, 898.c.125

Sic Deus orationis noſtræ cupidus, vt ſuos oculos miſeriam noſtram inſpicitores orationem appellet, 899.c.126

Impiorum eſt cum non exaudiantur, hęc non tribuere ſuæ indignitati, ſed Dei partialitati, fol. 389.c. 168

Oratio Deum lenit, 998.c.454

Oratio terrena petens clamor eſt & non vox hominis, 414.c.336

Ita orationi inſiſtere debemus, vt ſi nunquam deprecati fuiſſemus, 999.c.456

Oratio iuſtorum non depreſſa, ſed excelſa, fol. 414. c.336

Maxima reuerentia orantes ad Deum accedere debemus, 999.c.458

Oratio à periculis liberat, 527.c.247

Oratio ex corde indicatur & perpenditur, fol. 992. c.409

Ex oratione lumen gratiæ, 560.c.359

Oratio debet eſſe aſſidua, 999.c.457

Orans non ſuam ſed Dei gloriam quærat, fol. 991. c.409

In oratione non ſuam, ſed Dei voluntatem fieri intendat, ibid.

Oratio pro infidelibus & peccatoribus facienda, fol. 991.c.408

Deus facilius exaudit quàm alij, 939.c.63

In oratione magna fiducia habenda eſt, fol. 997. c.448

Oratio tenebras expellit, 547.c.375

Oratio debet eſſe humilis, 993.c.421

Aliquando tanta eſt peccatorum multitudo vt ſanctorum oratio pro eis non videatur efficax, fol. 539.c.328

Oratione nihil efficacius, 997.c.449

Oratio debet eſſe pura, 548.c.376

Oratio cum charitate etiam circa inimicos ſocianda, 548.c.377

In oratione non deficiendum, ibid.

Plura Deus concedit orationibus noſtris quàm ab eo poſtulauerimus, 926.c.132

Oratio breuis, 348.c.379

Maxime vacandum orationi tempore tribulationis, 389.c.159

Orandum eſt tempore afflictionis præcipue vt fiat Dei voluntas, ibid.

Oratio ſanctorum efficax eſt ad obtinenda Dei dona, 916.c.151

Oratio iuſti in anguſtia clamor eſt quamuis in ſilentio fiat, 590.c.162

Multum Deus tribuit ſuorum orationibus, fol. 659. c.179

Ex oratione fœdus init Deus nobiſcum, fol. 659. conceptu 86

Quietus ad inuocandum nomen Domini locus eſt eligendus, 778.c.30

Oratio fidelium non poteſt, non exaudiri, fol. 845. c.77

Deum vt nos exaudiat quolibet modo debemus flectere, 841.c.47

Oratio ad deuincendos hoſtes, 829.c.152

In oratione reuelationes dantur, 848.c.98

Oratione dæmones abiguntur, 862.c.180

Oratio etiam vi afflictionis habita Deo grata, fol. 889.c.62

Breuis oratio ſanctorum efficaciſſima, fol. 925 c.128

Oratio humilis penetrat cœlos, ibid.

Qui Deum orat immotus ſtat coram Domino, fol. 986.c.380

Oratio fiat maxima cum fiducia, fol. 987.c.391

Orationis potius materia conſideranda quàm verba 987.c.393

Oratio quandam importunitatem poſtulat, fol. 988. c.393.

Non eſt orandum contra aliquem. ibid.

Oratio diuitis quómodo non ſemper iners eſt apud Dominum, ibid.


*Otium.*


Deus maxime otium abhorret, 15.c.76

Deus maxime otium odit, actionemque diligit, fol. 34.c.182

Ita otium abhorret Deus vt nunquam ceſſet ab operatione, 52.c.281

Ab initio amouit otium, 86.c.443

Otium Deus nos vitare docuit, 133.c.680

Ita otium periculoſum eſt vt diem in quo Deus nihil fecerit, benedixerit ne videretur infœlix, fol. 168.c.53

Peccatum occaſionaliter ex otio, 209.c.278

Otio gratia amittitur, ibid.

Otium vult vitari Deus. 341.c.623

Ne otio indulgeamus efficit Deus, 359.c.714

Otium maxime vitandum, 375.c.63

Otium etiam licitum plenum periculis, fol. 406. c.279

Otium ſepultura eſt hominis viui, 673.c.161

Otio minime locus dandus, 749.c.89

Ille otioſus non eſt qui præſentibus non immoratur, ſed ad ventura coniicit oculos, 933.c.22


P

*Parcere.*


Peccata condonans Deus habet cui requieſcat, 163.c.18

Deus poſt peccatum condonatum immediate requieſcit, ibid.

Ille verus frater qui ſcit condonare, ille autem qui quamuis ſit frater & non condonat talis non poteſt appellari, 375.c.71

Offenſas condonemus, 397.c.217

Superiores diſcant inferioribus delinquentibus parcere, aliorum ſubditorum interuentu, fol. 992. c.418


*Paſsiones.*


Paſsiones noſtræ conſtringendæ ſunt, 66.c.352

Diuerſis affectibus animæ ferimur cœleſtia meditantes, 94.c.484

In noſtra poteſtate eſt paſsionibus dominari, fol. 228. 228.c.395

Peruerſus & immoderatus affectus virtutem perturbat & intellectum obſcurat, 270.c.165

Noſtrarum paſsionum vult Deus vt agnoſcamus à nobis originem eſſe, 391.c.183

Paſsionibus dominemur ne nobis dominetur, fol. 399.c.233

Affectionibus variis ſumus obnoxij, 371.c.56

Qui paſsionibus dominatus fuerit tanquam incorporeus in corpore videtur, 603.c.231

Affectionum noſtrarum naturam ſequimur, fol. 617. con. 65

Iuſtus paſſionibus dominatur, 647.c.14
Nimia paſſio vſum loquendi adimit, f.843. c.66
Animam conſeruemus liberam ab illicitis paſſionibus, 919. c. 93
Qui vitioſas ſuas paſſiones ſcit compeſcere ſimilis videtur ei qui iuſtitia originali præditus eſſet, fol. 646.c. 9

*Pater & Mater.*

Matres in filios pietatem à creatura irrationali diſcant, 108.c.552
Ita filium habere æſtimat vxoratus vt eum gloriæ preferre videatur, 841.c.51
Parentes debent filios diligere, 111.c.563
Mulier filios ſuos protegat tanquam domus, fol. 235.c. 441
Magis expedit mori ſine liberis quàm eos male ſuſcipere, 841.c.50
Pater quamuis mortuus in filiis ſuis viuit, fol.345. c.645
Pater filios laborare doceat, 375.c.66
Pater non habens filium ſeruo ſe miſeriorem exiſtimat, 844.c.68
Pater ita filios diligit vt qui eos occiderit videtur patrem occidiſſe, 404. c. 258
Pater filios obiurget peccantes, 684.c.231
Pater in filiis punitur, 404.c.259
Parentes quos diligunt filios aliis præferunt, fol. 441.c.525
Parentes nihil magis obtant quàm profectum poſterorum, 795.c.138
Patres magis de filiis quàm de ſeipſis ſolliciti, fol. 441.c 527
Pater filium in quantum peccatorem odio habet, 457.c.614
Pater profectum poſterorum maxime deſiderat, fol. 854.c.136
Periculoſum eſt quod pater filiis non inuigilet, fol. 526.c. 240
Pater tunc perfectus cum bene inſtructos filios habet, ibid.
Pater & filius aliquando ſimiles ſunt in impietate, 670.c.148
Pater malæ ſobolis ſtatim nominatur, 671 c.150
Pater impius vt plurimum ſimilem generat filium, 679.c.202.
Pater torquetur grauius quamuis ſolus filius crucietur, 684.c.232
Pater ſemper eſt miſericors etiam & in filios eum grauiſſime offendentes, ibid.
Pater in filiis grauiter punitur. folio 731.c.130
Parentes propter Deum deſerenti magna præmia conferuntur, 744. c.53
Peccatum filiorum parentes horrore percellit, fol. 864.c.190
Maxime lætatur pater ſciens poſteritatem ſuam futuram fœlicem, 911.c.52
Pater negligens ſalutis ſuorum grauiter punitur, 918. c.90
Veræ diuitiæ quas parentes relinquere debent, ſunt virtutes, 976.c.318
Diuitiæ à parentibus filiis erogatæ, potius eorum cauſa interitus quàm vitæ, ibid.
Verus amor quo parentes filios proſequi debent, in Deo conſiſtit, ibid.
Velamen auaritiæ patrum non debent eſſe filij, ibid.
Pater in filiis viuit, 841.c.52
Pater maxime curare debet ſalutem ſpiritualem, 733. c.136
Pater amorem filiorum omnibus aliis præfert, ibid.
Pater non fugiat ab filiis doceri, 730.c.117

*Arbor vitæ in Geneſ.*

Aliquando à parentibus fugiendum tanquam nociuis Dei obſequio, 718. c. 13
Parentes ſaltem affectu contemnendi propter Deum, 749. c. 88
Quæ filiis dantur parentibus data cenſentur, fol. 798.c.154
Nihil ſenſibilius parentibus quàm non habere filios, 841. c. 49

*Patientia.*

Non ſic iræ vt manſuetudinis exhibitio homines frenat, 555. c.302
Fallitur qui ſine longa patientia laborum ſperat obliterare peccata, 36.c.189
Tolerantiſſimi iniuriarum eſſe debemus, fol. 86. c. 444
Patientiſſimi eſſe debemus piſcium exemplo, fol. 108.c.549
Ad patientiam inducimur, 786.c.79
Tolerantia temporali & charitate gratiam conſequi poſſumus, 361.c.744
Patientia à Deo multum obtinet, 404.c.265
Patientia maximi eſt meriti, 417.c.617
Remedium ad patientiam conſequendam recordatio peccatorum, ibid.
Deus maxime patiens, 534.c.298
Magna Dei tolerantia, 577.c.92
Patientiæ virtus non ſolum perſecutores tolerat ſed coram Deo eos diligit, 589.c.155
Patientia maior eſt ſignis & prodigiis, ibid.
Patiens inuictus ad omnia fortis pericula, ibid.
Patiens omnia ſuperat non militando ſed ſuperando, ibid.
Patienter omnia toleranda, 604.c.236
Magna eſt iuſtorum patientia, 630.c.132
Patientia roborat & de omnibus triumphat, ibid.
Patientiæ maximus prouentus, 772.c.233

*Patria.*

Maxima pœna à patria exules fieri, fol.430.c.453
A propria terra peccatum nos exulat. fol 752.c.103
Maximus amor patriæ, 719. c. 21
Patriam deſerens propter Deum conſeruat adinuentum, 747.c.76
Vniuerſus orbis patria noſtra eſt, præcipue ſapienti, ibid.
Magis difficile videtur patriam relinquere quam ex ſterili habere filios, 853.c.128

*Paupertas.*

Non ſemel ſed pluries ipſimet egenis miniſtrare debemus, 954.c.169
Si pauperes bonis adiuuare non poſſumus ſaltem verbis conſolemur, 946.c.112
Pauperibus ab initio prauidit Deus, 18 c.95
Sunt pauperes ob noſtram vtilitatem, fol.74.c. 388
Qui virtutem colit temporali alimento carere non poteſt, 142 c.727
Pauper ſpiritu diuitibus anteferrur, fol.374 c 54
Nihil paupere glorioſius, ibid.
Paupertas virtutum parens, ibid.
Cum nihil habere præcipimur tunc plura poſſidandi ſpes datur, 743. c.52
Paupertas præ diuitiis amplectenda, 8,1.c.164
Pauper non importunus nec inuerecundus quæſtor debet eſſe, 949.c.67
Verecundia mendicandi aliquando ingenuos prodit natales, 950c.68
Precibus etiam quaſi cogendi ſunt pauperes vt à nobis beneficium accipiant, 940.c.72
Quodammodo à paupere offendimur ſi noſtram non admittit liberalitatem, ibid.

Pauperes blanditiis in domum tuam deducendi, fol. 942.c.84
Si pauperibus aliquid largimur ab eis tanquam candidati maximum beneficium ſperamus adipiſci, 949.c.134
Ciro ſubueniendum eſt pauperi, ibid.

*Pax.*

Deus ſuis pacem prouidet & tranquillitatem, fol. 167.c.46
Quando pax eſt noxia, vtile bellum cauſatur, fol.317. c.460
Pacificus à Deo eligitur, 505.c.108
Virtutis claritas appaıet maxime cum pacifice loquimur, 614.c.105
Pax redit corpore caſtigato, 625 c.113
• Pax cuſtodienda videtur præ omnibus aliis virtutibus moralibus, ibid.
•Ideo pax præ omnibus cuſtodienda virtutibus quia omnes alias continere videtur, 626.c.115
Pacem inquirere debemus, 755. c.125
Pax omnibus modis coſeruanda, 787.c.85
Pax vt ſeruetur nihil non mouendum, 784.c.70
Vt pax ſeruetur iactura aliquorum bonorum facienda, 785.c.77
• Deus pacificis apparet, 792.c.119
Iuſti pacis amatores, iniuſti diſcordiæ, 860.c.165
•Per pacem ad æternam patriam tendimus, fol.870 c.223
• Pax virtus eminentiſſima, ibid.
Pacis amatores à Deo & à proximo diuidi non poſſunt, 862.c.183
Tantæ virtutis ſunt pacifici vt non audeat illos attingere dæmon, 861.c.174

*Peccator.*

Peccator inanis & vacuus, 25.c.129
Homo quia futurus peccator à Deo non laudatur, fol.46.c.250
Cum quis in maiori honore coſtitutus peccat eo minus venia dignus, 50.c.269
Homo ratione criminum mare amaritudine conſperſum, 70.c.371
Peccator abiecto veteri vitæ inſtituto nomen aliud amplectatur, 111.c.564
Per peccatum omnia nobis nociua experimur, f. 122. c. 612
Peccator ſimilis diabolo, 132.c.671
Qui peccat humanam naturam exuit & non ſolum ferinam ſed plures ferinas induit, 138.c.704
Ex ignorentia non peccauit primus homo, fol. 228. c 396
Qui alios ad peccandum pertrahit non homo ſed ſerpens lethifer eſt, 248.c.17
Peccator ita inimicus ſalutis proximi vt ſe conſoletur cum eum participem peccati ſui habeat, fol.272.c. 176
Peccator non habet niſi folia, non autem fructus bonorum operum nempe meritoriè, fol. 277. c. 203
Peccator cæcus eſt, ibid.
Omnes in Adam peccauimus, ibid.
Peccator ita infœlix eſt vt quidquid agit contra ſe agit, ibid.
Homo poſt peccatum agnoſcit ſe eſſe peccatorem, 279.c.219
Peccatorum oculi intellectuales quæ neceſſaria ſunt non intuentur, ibid.
Peccator ita perturbatur vt neſciat quid agat, f. 280. c.150
Peccator agnoſcit ſuam culpam, 284.c 251
Peccator inconſtans, ibid.
Lux à peccatoris anima abeſt, ibid.
Cum ab anima peccatoris primo abeſt Deus non eſt in tenebris omnino, ibid.
Peccator à Deo ignoratur, 292.c.307
Nullibi eſt peccator, ibid.
à Deo peccator reprobatur, ibid.
Quo quis ſuperior ſi peccat magis reprehenſibilis, ibid.
De externis malis erubeſcat, de internis non curans, 29-.c.319
Peccator bellua eſt, 348.c.664
Quo quis facilius peccat eo grauius, 343.c.657
Peccator non ſolum irriſione dignus ſed bellua, f.351. c.682
Peccator diuinitatem quam ex gratia habebat amittit peccato, 352.c.692
Peccator dignus omnis riſu, ibid.
Peccator ſimilis beſtiis, ibid.
Peccator onus terræ grauiſſimum, 358.c.718
Peccatorum vera ſeruitus, 867.c.208
Peccator in ſumma miſeria eſt, 371.c.749
Peccator belluinam faciem ſibi aſſumit, 391.c.180
Peccatorem non dedignatur alloqui Deus. ibid.
Ne peccator peior fiat admonet Deus, ibid.
Peccator imprudentiſſimus, 393.c.195
Peccato obnoxius ea quæ ſibi ſunt vtilia non conſiderat, 389 c.160
Peccator eſt ſeruus peccati, 399.c.228
Peccator in quodlibet facinus nimium audax. fo.405. c.273
Peccator nihil formidat, 405.c.2-4
Peccator ſine humanitate, 490.c.298
In anima peccatoris vitiorum catena, fol. 411.c.315
Peccatori non vnum ſed plura mala imminent, fol. 412.c.393
Peccator ſemper formidat, ibid.
Peccata peccatis addentes grauius puniuntur, 419.c. 380
Peccator diuerſis perturbationibus agitatur, fol. 421. c.400
Magis pœnam ſentit peccator quam culpam, 429. c. 442
Ita miſer eſt peccator vt omnium perſecutioni ſit obnoxius, 4 8.c. 431
Inſtabilis peccator, ibid.
Qui peccat leges naturæ egreditur, fol. 419. con. 511.
Peccator longè eſt à Deo peccato, ibid.
A Deo quaſi incognitus peccator, 464.c.6
Qui non ſolum peccat ex paſſione ſed ex ſtudio & opera, Deum maxime offendit, 509.c.129
Nulla venia dignus eſt peccator qui ſe excitat ad peccatum, 570.c.142
Æterna infamia caſtigandi publici peccatores, 631.c. 136
Iratus Deus ſinit peccatorem ſuis deſideriis ſatisfacere, 426.c.425
Arcet Deus peccatores ab eſu arboris Eucbariſticæ, ne grauius peccent, 313 c.697
Voluntarie peccans omnia conculcat & contemnit, 511 c.157
Homo male viuens ſubditur immundis ſpiritibus 498.c.14
Carnalis peccator non ſapit ea quæ Dei ſunt, 508.c. 123
In peccatis delectatur peccator, vt amplius peccet, ibid.
Ita infallibilis eſt peccatori lapſus vt ipſemet in ſuo nomine talis dicatur, 506.c.109
Deum lædit peccator, 514 c.154

Qui peccat ipſum Chriſtum Dominum probro afficit, ibid.
In ipſiſmet peccatis patitur peccator, fol. 709. conceptu, 23
Imprudens eſt peccator, 529. con. 260
Ita cæcus eſt peccator vt peccare ſe non agnoſcat, ibid.
Vtilia non appetit peccator ſed contemnit, fol. 530 con. 259
Aliquando peccator ad talem delictorum menſuram peruenit, vt amplius à Deo non toleretur, 538. con. 319
Summa miſeria peccatoris eſt quod ipſe ſolus non præſentiat imminentem ſuam ruinam, fol. 586. con. 107
Aliquando peccator redditur omnino inſenſibilis, 571. con. 55
Qui more belluarum viuunt ſimul cum belluis moriuntur, 796. con. 199
Negligentes ſumus in culpis auertendis & diligentes in committendis, 642. c. 194
Inconſtans peccator, 684. c. 238
Stultus & rudis peccator, 681. c. 218
Inſanus peccator, 710. c. 26
Quærit ſibi viam viuendi ſpatioſam peccator, fol. 706. con. 10
Nomen peccatoris maximum denotat exceſſum peccati, 791. con. 105
Ita impij peccatores vt finem peccandi non faciant, 979. con. 335
Belluæ peccatores, ibid.
Peccatores ab eo vnde peccatum diminuere deberent, illud è contra plurimum adaugent, 585. con. 378

*Peccatum.*

Semper maiores vires agit peccatum, fol. 437. c. 501
Hominis peccatum reparandum non Angeli, f. 27. con. 134
Deus auctor peccati non eſt, 41. con. 22
Maxime Deo diſplicet peccatum 46. c. 249
Deus non ſtatuit dæmonis curare peccatum ſicut hominis, 47. con. 256
Ita Deus exoſum habet peccatum vt diem quam uis opere perfectiſſimo abſolutum quia in eo cecidit Angelus Deus non approbauit, fol. 62. con. 332
Malorum origo peccatum, 75. c. 398
Abiecto peccato poſſumus fructificare Deo, fol. 70. con. 367
Non ex neceſſitate ſed libere peccatum euenit, 98. con. 501
Homines immunda animalia efficit peccatum, 792 con. 117
Beſtiis per peccatum comparamur, 117. con. 189
Sunt plures defectus peccati, ibidem.
Mors per peccatum, 133. con. 677
Ex peccato Deus laborare videtur, ibidem.
Hominem liberum & dominum fieri ſeruum peccati maxima miſeria eſt, 136. c. 695
Non ſatis eſt peccata dimittere, ſed ad illa reuerti non debemus, 625. con. 54
Deficientes à Deo nihil non luctuoſum complectuntur, 181. c. 240
Seipſum peccatum cum victoria prodit inſultans peccatori, 193. con. 194
Deus poſt peccatum commiſſum non requieſcit, fol. 163. c. 20
Præſcientia peccati noſtri quaſi nos indignos efficit aliquo Dei dono, 194. c. 204

*Arbor vitæ in Geneſ.*

Peccatum immediate aduerſus Deum commiſſum obſtinationem videtur inducere & irreparationem, 216 con. 324
Maius peccatum vbi maxima facilitas non peccandi, 220. con. 354
Mors animæ peccatum 221. con. 355
Homini & non Deo imputatur peccatum, fol. 242. con. 481
Ex peccato membrorum inobedientia, fol. 243. con. 485
Militiæ peccatum quia grauiſſimum pertimeſcendum, 257. c. 80
Peccatum ad maximam vilitatem nos præcipitat, 255. con. 68
Inexcuſabile pe[ſ]ſimum peccatum, 260. con. 99
Niſi ſtatim peccatum pœnitentia deleatur ad aliud trahit, 272. c. 177
Maximis bonis peccatum nos priuat, 277. c. 207
Ex peccato cognitio turpitudinis, ibid.
Peccatum in principio placet in fine autem diſplicet, ibidem.
Operculum peccatorum atefacit, ibidem.
Coram omnibus reddit confuſibiles peccatum, fol. 280. con. 217
Non ſolum bonis ſpiritualibus ſed & temporalibus priuat peccatum, ibidem.
A peccato inſeparabilis publicatio, 281. c. 219
Ne in peccatis maneamus omni diligentia efficit Deus, 284. con. 255
Refrigerat amorem Dei peccatum, ibid.
Eodem ordine quo introiuit venenum peccati venit antidotum, 285. con. 262
Erubeſcendum peccatum, 289. con. 287
Nos indignos Dei præſentia efficit peccatum, 290 con. 292
Dei iudicium ſequitur illico peccatum, 293. c. 315
A propria terra nos exulat peccatum, 712. c. 103
A peccato nullus immunis, 917. c. 139
Malorum origo peccatum, 724. c. 117
Qui in peccato eſt in perditione eſt, 294. c. 314
Ex peccato timor ſeruilis, 286. con. 265
Ex peccato decus noſtrum in pœnam conuertitur, fol. 296 con. 333
Timidos nos efficit peccatum, Ibid.
Virtutibus quibus veſtiebantur per peccatum denudamur, ibid.
Ex peccato miſere confundimur, ibid.
Nos indecoros efficit, 299. con. 354
Suaue principium peccati, finis vero cognitio amaradoli, fol. 304. con. 386
Ex malitia peccatum inexcuſabile, 306. co. 399
Liberos ſeruos efficit peccatum, 324. c. 506
Originale peccatum opprobrium mulierum, fol. 323. con. 499
Opus hominis peccatum, 327. con. 520
Ex peccato terra nobis infenſa, 335. c. 578
Ex peccato mutatio & confuſio totalis temporum, ibid.
Qui noluit guſtare dulcia in gratia, guſtet amara in peccato, ibid.
Peccatum ita enorme vt quaſi Deus noluit nominare fol. 342. c. 630
Homo bellua per peccatum, ibid.
Peccatum extingui in nobis vult Deus, f. 355 c. 708
Radix peccati omnino præſcindenda, f. 359. c. 738
Maxime ſatagit Deus vt peccatum non committamus, 391. con. 179
Vſque ad diem vltimum peccatum manebit niſi pœnitentia deleatur, 393. c. 191

Inſequitur peccatorem peccatum donec in infernum detrudat, ibid.
Ne voces diuinæ à nobis audiantur impedit peccatum, ibid.
Siſtendum eſt in primo peccato ne perdamur, ibidem.
Remedium peccati non amplius peccare, fol. 397. c. 219
Ex peccato in peccatum ruimus, 410. c. 307
Non eſt Deus auctor peccati, 411. c. 321
Commiſſa in ſe peccata diſſimulat Deus, non autem in iuſtum, 411. c. 157
Noſtra peccata Deum quaſi excitant dormientem vt nos puniat. 414. c. 343
Non deeſt condemnatio peccati, ibid.
Crimina à nobis commiſſa aduerſus noſmetipſos à Deo vindictam exigunt, 416. c. 358
Peccato alienamur à Deo, 428. c. 4. 4
Addens peccata peccatis ille Deo eſt abominabilis, ibid.
Impiorum ſcelera aduerſus eos teſtificantur, f. 430. c. 448
Peccatum quod pœnitentia non deletur, id aliud trahit, 426. c. 422
Non punitum peccatum multo peius fit morte, ibidem.
Alienamur à Deo, peccato, 428. c. 434
Ex peccato omnis conſolatio adimitur, fol. 427. c. 430
Imaginem Dei ſupernalem amiſimus per peccatum 466. c. 51
Omnibus abominabilis peccato fit homo, ibid.
Conſummatum peccatum fœdiſſimum apparet, f. 452. c. 590
In peccato originali naſcimur omnes, fol. 469. conceptu 54
A Deo ſeparat peccatum, ibid.
Quod peccatum eliminat, quies eſt, fol. 486. conceptu 125
Qui filius Dei dicebatur, illud nomen amittit peccato, 508. c. 126
Nunquam ſatiatur peccatum, ibid.
Addimus peccata peccatis, 509. c. 130
Ita grauia ſunt peccata vt miſericordiam Dei videantur abſorbere, 501. c. 75
Vitam diminuit peccatum, ibid.
A Deo nos ſeparat peccatum, ibid.
Maximum malum peccatum, 515. c. 156
Dæmone peius eſt peccatum, ibid.
Maximo mœrore Deum afficere videtur peccatum, 516. c. 165
Ita graue malum videtur peccatum, vt Deum faciat ſibi ipſi diſplicere quod hominem creauerit, 515. c. 160
Hominum peccatum ita aliquando radicatur, vt remedium nullum adhiberi poſſit, 528. c. 200
Deus videt peccata vt ea puniat, 534. c. 295
Ita fœtidum eſt peccatum vt omnia corrumpat, ibidem.
Ita fœtidum peccatum vt animam quaſi corrumpere dicatur, ibid.
A peccato deterremur, 535. c 300
Non reſiſtere peccatorum initiis periculoſum, 535. c. 270
Semper maiores vires acquirit peccatum, fol. 533. c. 285
Tanta peccati eſt turpitudo vt etiam locum in quo committitur, corrumpat, ibid.
Vocem habent peccata quæ à Deo vindictam petunt, 791. c. 115
Grauitas peccati ex aliqua excuſatur circunſtantia, 967. c. 216
Tanta aliquando ſunt hominum peccata vt enumerari non poſſint, 530. c. 258
Inueteratum peccatum difficile curatur, fol. 537. c. 318
Propter peccatum etiam temporalium amiſſio, fol. 538. c 320
Talia ſunt aliquando hominum peccata vt eis quaſi cogatur vltimum finem imponere Deus, 538. c. 321
Omnibus manifeſtat Deus quantum ſibi diſpliceat peccatum, 518. c. 180
Ad tantum exceſſum peccata eueniunt vt amplius diſſimulari non poſſint, 551. c. 402
In deteſtationem peccati hominis animalia periere fol. 557. c. 436
Numerus peccatorum plurimus, ibid.
Noſtrorum peccatorum immemor Deus & quomodo, 575. c. 78
Maxime Deo diſplicet peccatum, 600. c. 218
Ex peccato eadem confuſio & terræ inanitas quæ in principio, 584. c. 128
Ex mera & malitioſa libertate commiſſum peccatum non deberet remitti, niſi difficulter, fol. 643. c. 204
Opus hominis peccatum, 640. c. 190
Ex peccato plura aduerſa, 648. c. 16
Ex peccato dominium tyrannicum in alios venit, ibid.
Peccatum ignobilem reddit, 685. c. 240
Seruum efficit peccatum, 684. c. 259
Peccatum voluntarium non naturale, fol. 680. c. 212
Initium peccati eſt illius continuatio, fol. 717. con. 70
Noſtra peccata iuſtos cruciant, 790. c. 103
Omnia deſtruit peccatum, 786. c. 80
Nos in diuerſa labi peccata ex iuſtitia ſua permittit Deus, 873. c. 243
Certa peccatorum eſt menſura, ibid.
Diu conſuetum peccatum naturale efficitur, 874. c. 251
Deus propter peccatum impios bonis ſpoliat, 912. c. 61
Hominum peccata ita aliquando cognita, vt ſeipſa accuſent, 978. c. 334
Ab ipſimet Deo peccata vltionem de peccato poſtulant, 979. c. 336
Etiam ſuas voces habent peccata, ibid.
Peccatum in actione eſt, peccatum cum voce, ibid.
Neglectum peccatum ad innumera alia prouocat, 984. c. 370
Hominum peccata aliquando ita ſunt grauia vt vix Deus ſibi perſuadere poſſit ea commiſiſſe, ibid.
Aliquando ita graue peccatum, vt illud Deus non poſſit ſuſtinere, fol. 985. c. 376


*Perfectio.*


Ab imperfectis ad perfecta progreſſus, 29. c. 155
Summam perfectionem attigit qui & Deo familiaris eſt, & hominibus ſalutaris, fol. 480. c. 89
Semper inuigilare debemus maiori perfectioni quaſi ſemper imperfecti eſſemus, 52. c. 210
Cum perfectionem virtutum adeptus fueris, ne ab ea decidas, 86. c. 446
Iuſtus altiora ſemper conſcendat, 754. c. 17
Vir perfectus oblectationibus fœmineis careat, fol. 963. c. 227
Ab imperfectioribus ad perfectiora progrediendum, 100. c. 506

Non creata ſed diuina manus eſt quæ monet rem à principio perfectam producere, fol. 137. conceptu 698
Maiorem perfectionem ſemper adipiſcamur, f. 145. con. 740
Debemus progredi de virtute in virtutem, fol. 160. con. 7
Nunquam arbitremur perfectionis terminum attigiſſe vt in ea acquirenda ſemper laboremus, 170. con. 64
Quo quis perfectior eo maiori amore in Deum debet ferri, 227. con. 389
Iuſtus ſemper proficit in melius, 480. c. 88
Qui à perfectione decidunt, audent ſceleſtiora, 494. con. 34.
Nullus abſolute perfectus, 524. co. 224
A perfectione non diſcedendum propter aliorum detractiones, ibid.
Perfectionis fundamentum affectus virtutis, f. 525. con. 226
Ad perfectionem tendere debemus, ibid.
Quod perfectio eſt maior eo, debet eſſe timor maior, fol. 751. c. 95
Iuſtus ab humili ad ſublimem locum aſcendit, 774 con. 3
Aliquando expedit vt perfectiores ſegregentur ab imperfectioribus, 785 co. 72
Perfectio in amore Dei omnipotentis conſiſtit, fol. 904. con. 13

*Peregrinus*

Peregrini non ſolum verbis, ſed operibus inuitandi fol. 942. c. 83.
Nihil non mouendum vt peregrinos recipias, 9, 1. con. 3
Ordine ſuo peregrinis ſingula hoſpitij debita ſoluantur, 946 con. 314
Tanquam peregrini in hac vita degere debemus, f. 800. con. 167
Omni diligentia ad nos peregrinos adducere debemus, 937. con. 53
Magna reuerentia colendi peregrini, ibid.
Exiſtimet ſe theſaurum maximum inueniſſe qui peregrinos recipiendos adinuenit, fol. 938. conceptu 56
A peregrinis difficile ſeparemur, fol. 969. concept. 271
Ex peregrinorum receptione plurima commoda, 971. con. 284
Contemptus peregrinorum grauiſſimum ſcelus, fol. 978. c. 312
Non detinendi peregrini in ciborum præparatione, 947. con. 116
Meliora peregrinis offerrenda. ibid.
Suſcipiendi ſunt cum ſingulari alacritate peregrini, ibidem.
Cum peregrinos ſuſcipimus non verba iactantiæ proferenda, 941. con. 86
Non ſolum neceſſaria, ſed & delectabilia peregrinis offerenda, ibid.
Omnibus modis peregrini ſubleuandi, ibid.
Admiſſis peregrinis requies concedenda, fol. 943. con. 92
Nihil à nobis accepiſſe peregrinos erit nobis in iudicium, ibid.
Tanquam filij ſuſcipiendi peregrini, 944. c. 95
Inuitans peregrinos etiam eos extollere debes, ibid.
Inuitatis peregrinis moleſti ipſis non debemus eſſe. ibidem.
Omnibus modis peregrinis perſuadere debemus vt ad nos diuertant, ibid.
*Arbor vitæ in Geneſ.*
Dei prouidentia fit quod ad nos peregrini diuertant, ibid.
Non ſunt vllo modo accuſandi inurbanitatis peregrini, ibid.
Receptio peregrinorum opus excellentius videtur nuptiarum ſolemnitate, 953. con. 163
Non ſolum peregrini cibo reficiendi, ſed & dulci colloquio, 934. con. 164
In loco amœno reficiendi peregrini, ibid.
Singulari deuotione peregrinis inſeruire debemus ibid.
In maximum honorem vergit refectio peregrinorum 955. c. 176

*Periculum.*

Periculum ſi tentandum eſt, abiectiores potius ei quam alios obiicamus, fol. 615. con. 56
E periculis erepti illico gratias referamus, fol. 637. con. 164
In periculis maius eſt vitandum, 757. c. 138
Fugiendum periculum, 832. con. 173
Vbi periculum eſt iacturæ boni ſpiritualis, Deum totis viribus deprecemur vt illud auertat, f. 988. con. 399

*Perditio.*

Perditio noſtra non ſeueritati, ſed malitiæ noſtræ imputanda, fol. 1001. con. 473

*Perſecutio.*

Perſecutionibus ad cœlum tendimus, 391. c. 75.
Ab initio perſecutionem iuſtus patitur, fol. 404 con. 260
Qui in aliqua perſecutione victi in aliena victores exiſtunt, 623. con. 100
Deus impunitos non ſinit eſſe perſecutores, fo. 655 con 61.
Aliquando fugienda perſecutio, 733. con. 115
Vere Deum diligentis eſt vt in perſecutione non refrigeſcat eius charitas, 778. c. 33
In malum perſequentis perſecutio, 868. c. 231

*Perſeuerantia.*

Ad perſeuerantiam inuitamur. 77. c. 403
Iuſtus non ſolum bonis operibus fructificet, ſed in eis perſeueret. 80. con. 417
Vita iuſtorum ſit ſemper conſtans in virtute, fo. 111 con. 562
In perſeuerando paradiſum nobis conſeruamus, 208. con. 272
Non laudandus niſi perſeuerans vſque in finem, fol. 476. con 61
Perſeuerantia donum in omnibus commune, ibid.
Vſque in finem perſeuerandum, ibidem.
Si gratiam Dei ſpectemus, in virtute perſeuerabimus, 765. con. 189
Cum quis in iuſtitia perſeuerat, fulgentiſſimus eſt, fol. 797. c. 147

*Petitio.*

Ne importunus videaris in petendo, 998. c. 455
Deus antequam aliquid ab eo petatur, iam conceſſit, 856. con. 141
Petitiones noſtræ ſunt rerum ſpiritualium raro corporalium, niſi quæ ſint omnino vitæ neceſſaria, 520. con. 607
Deus largitur plura quam petimus, 923. c. 116
Vult Deus vt ab eo neceſſaria petamus, f. 228. c. 397
Deus annuit iuſtorum petitioni, 991. con. 415
A Deo ſolo ſerenitatem vel pluuiam petere debemus. 609. con. 29.
Deus differt deſiderata, vt vitius magis probetur, fo. 883. con. 27
Maxima clementia Dei aliquando poſtulata denegare, 601. con. 2.

Petitionem differt Deus non quia dona deneget, ſed vt obtentis eis dulcius fruamur, f. 845. c. 74
Si à Deo temporale aliquid petimus ſi largitur, hoc ad maiorem virtutem conſequendā concedit, ib.
Deus vult vt petamus quamuis ſtatuerit dare quod petimus vt hoc precibus mereamur, f. 841. c. 46
Deus petitiones differt vt magis virtus appareat, ib.
In petitione perſeuerandum, 840. con. 45
Deus aliquando differt petitiones vt petita ardentius concupiſcamus, 924. con. 125

*Pietas.*

Pietas homini maxime conueniens, f. 154. c. 78
Sufficiens exemplum pietatis habemus ſi illud veluius renati, fol. 470. con. 47
Si pius quis fuerit quamuis abiectiſſimus à Deo non deſpicitur, 673. con. 160
Pietas viri vultu oſtenditur manſuetiſſimo, fol. 680. con. 211

*Pœnitentia.*

Iuſti caſus in peccatum ſi fiat reſurrectio per pœnitentiam non ei imputatur à Deo, f. 53. c. 284
Pœnitentiæ remedium quæramus, commiſſo peccato, 111. con. 610
Vera peccatorum pœnitentia hominem ad ſublimiorem gratiam eleuat, 186. c. 158
Vera pœnitentia eleuat hominem ad ſublimiorem gratiam, 197. con. 217
Poſt peccatum pœnitentia facienda, f. 278. c. 217
Peccatum etiam grauiſſimum pœnitentia remittitur, 657. con. 75.
Maxime deſiderat Deus pœnitentiam, f. 193. c. 316
Locum dat pœnitentiæ benigniſſimus Deus, f. 287. con. 273
Deus ad pœnitentiam nos prouocat non diabolum, 301. con. 364
Ad faciendam pœnitentiam nos prouocat Deus, 318. con. 469
Inducimur ad peccati noſtri deteſtationem, fol. 330 con. 545
Per pœnitentiam tegenda ſunt peccata, f. 349. c. 675
Statim poſt peccatum commiſſum agenda pœnitentia, 358. con. 726
Occaſionem impœnitentiæ amputat Deus optimus, ibidem.
Deus ad pœnitentiam agendam non prouocat, 376 con. 713
Incitat nos Deus ſummopere ad pœnitentiam, 381. con. 106
Pœnitentia quaſi Dei ſententiam reuocat, fol. 398. con. 227
Pœnitentiæ locum concedit Deus benignus, 406. con. 277
Ad pœnitentiam oos prouocat Deus, f. 408. c. 291
Pœnitentiam agens non maledicitur, f. 419. c. 379
Peccatum quod pœnitentia non deletur, ad aliud trahit. 426. con. 412
Pœnitentiæ locum tribuit Deus optimus, fol. 433. con. 474
Deus non cuilibet ſolum peccatori, ſed etiam grauiſſima indulget vt pœnitentiam agat, fol. 434. con. 475
Pœnitente nihil Deo iucundius. ibid.
Qui minus peccat, citius pœnitendi occaſio offertur, 440. con. 515
Pœnitentia à morte liberat, 436. c. 492
Pœnitentia mors excelſa, ibid.
Nullus ætatis grauitate à pœnitentia reuocetur, fol. 929. con. 144
Qui tempus pœnitentiæ alteri adimit, grauiter puniendus, 437. con. 594
Poſt pœnitentiam requies, 482. con. 99
Pœnitentia ita delet peccatum vt nihil remaneat culpæ, ibidem.
Cum pœnitentiam differimus, non diutius differtur ſupplicium, 498. con. 55
Quamuis peccata ſint maxima, longanimitas tamen Dei talis eſt vt per plures annos ad pœnitentiam nos expectet, ibidem.
Si pœnitentiæ locum non tribueret Deus crudelis videretur 499. con. 57
Tempus pœnitendi præſens vita, ibid.
Pœnitentiæ non attenditur tempus, ſed animæ correctio, ibid.
Vere pœnitentibus nullum peccatum irremiſſibile, ibidem.
Diſſimulat Deus cum peccatoribus vt ad pœnitentiam prouocet, 513. con. 148
Longa pœnitentia neceſſaria pluribus peccatis, 502 con. 81
Pœnitentiam ipſam Deus honorat, fol. 515. c. 161
In hora mortis difficile conuertitur peccator, 537. con. 514
Deus ad pœnitentiam prouocat 544. c. 365
Impius occaſionem agendæ pœnitentiæ irridet, ibi.
Deus omnibus modis ad pœnitentiam ſollicitat, 573. cun. 81
Pœnitentia exigui temporis diluit innumera peccata, 574. con. 73
Pœnitentia exigui temporis nos liberat à morte, ibi.
Pœnitentia Dei in homines ſententia retractatur, ibidem.
Impij ad pœnitentiam prouocantur, f. 571. c. 52
Pœniteotiæ locus in mediis ſuppliciis, f. 586. c. 137
Peccator prorſus inexcuſabilis cum non ſtudet pœnitentiæ, ibid.
Totidem in agenda pœnitentia deberent obſeruari dies quot in committenda culpa, 696. con. 200
Lapſi ad pœnitentiam ſunt admittendi, f. 623. c. 101
Indulgendum eſt aliquid peccatoribus vt inde ad pœnitentiam trahantur, ibid.
Pœnitentiam ante actorum docet habere Deus, fol. 639. con. 177.
Pœnitentia inefficacem reddit ſententiam Dei, 655. con. 59
Pœnitentiæ agendæ vita nobis conceditur, fol. 690. con. 267
Verus pœnitens non ſolum dolere de peccatis, ſed & alios peccatores ad pœnitentiam perducere debet, 774. con. 6
Pœnitentia ſtellas pulcherrimas nos efficit, fol. 849. con. 103
Tribus partibus conſtare debet pœnitentia, fol. 857. con. 150
Deus pœnitentiam expectat vt exaltetur ſua miſericordia, 873. con. 246
Deus concedit tempus pœnitentiæ peccatoris, ibidem.

*Præceptum.*

Opus præcedat præceptum imponendum, fol. 39. con. 206
Cum Deus imperat vires dat vt adimpleatur, fol. 73. con. 381
Præcepta Dei aſpera videntur tamen Deum timentibus iucundiſſima, 71. con. 374
Præcepta Dei ſunt aſtra myſtica poſita in ſigna fugiendi iudicij. 87. con. 448
Præcepta imponenda opera præcedant, f. 212. c. 295
Præceptum Dei non eſt difficile, ibid.
Deus non imperat laborioſum, ſed iocundum, 210. con. 286

Præcepta dantur vt remuneremur, 216.c.319
Homini præceptum datur ad ſignificandam excellentiam illius, ibid.
Nihil Dei præcepto addendum vel minuendum eſt, ibid.
Cum aliquid præcipitur blandiriis ſuadendũ eſt, ib..
In præceptu Dei cognoſci debet quod eſt malorum vltor, ibid.
Pauca prohibet Deus plurima concedens, fol.217. con.327
In prohibitum nitimur, ibid.
Qui aliis imperare vult prius ſciat obedire, f.120. con.348
Quod homo non poteſt Deus illud exequitur, 227. con.388
Dei præceptum graue reddit diabolus vt nos ſubuertat, 257.c.81
Deus præbet modum obſeruationis ſui præcepti, fol.261.c.103
Obliuionem præceptorum Dei ingerit diabolus, fol.253.c 51
Non exprimit diabolus Dei mandatum vt inſinuet ad nos non pertinere. 254.c.55
Diſplicentiam mandatorum Dei ingerit diabolus, ibid.
Nitimur in veritum, 272.c 175
Quod à Deo prohibetur grauiter punitur, fol.454. con.482
Impletionem præceptorum ſignificat numerus generationis iuſtorum, 464 c.9
Quod Deus præcipit exequendum, ſi ignoretur ipſemet inſtruit, 570.c.45
Cum Deus aliquid imperat adiuuat vt adimpleamus, 516.c.430
Præceptum Dei non difficile, 557.c.435
Deus amico præcipit non imperat, 561.c.456
Præceptum Dei maximæ virtutis, 609.c.26
Quod iubet Deus nobis vtile, 632.c 140
Suauiter Deus ad obſeruatiam mandatorum nos allicit, 646.c.5
Etiam leuiſſimum præceptum imponit Deus vt obedientia mereamur, 652.c.42
Cum Deus aliquid præcipit, omnia efficit vt adimpleatur, 672.c.155
Cognitionem eorum quæ iubet Deus vult nos habere, 738.c.14
Præcepta decalogi ab ipſo Deo, 974.c.305
Dei præcepta via ſalutis, ibid.
Ex timore ſupplicij aliquando mandatorum Dei obſeruatio, 977.c.317
Non differenda præceptorum Dei executio, 918. c. 142
Quod præcipimus illud prius exequi debemus, 947 c.121

*Prædeſtinatio.*

Rerum perfectio in Prædeſtinatione diuinæ voluntatis conſiſtit, fol.72.c.377
Prædeſtinatis omnia cooperantur in bonum, 108.c. 546
Non eſt cur homo conquerarur ſe non eſſe prædeſtinatum, 180.c.117
Multi vocati pauci electi & rari, 579.c.106.797.146
Variæ hominum ſortes, nam alii reprobi, alii prædeſtinati, 848.c.97

*Prælatura.*

Dignitas ſecundum merita non diſtributa confuſio eſt, 25.c.130
Quamuis in magna conſtituamur dignitate, in eadem qua antea permaneamus humilitate, fol.57. c.306

*Arbor vitæ in Geneſ.*

Viri excelſi in aliquo genere perfectionis, ſolum in dignitate conſtituendi, 96.c.493
Nec Angelus nec homo propter ſuam leuitatem poteſt onus prælaturæ ferre niſi ſuperbiat, 137. con. 690
Non eſt cur homines glorientur ex prælatione, 146. c.748
Poteſtas & dominium non exercetur in alios ſine periculis, 855.c.139
Ita ægrè tolerantur aliorum prælatura & principatus vt ipſamet animalia etiam cum inuidia ferant, 248.c.16
Dignitas & abũdantia nos ad lapſum inducunt, 266.c.155

*Prælatus.*

Optimi gubernatoris eſt talem habere cooperatorẽ vt ab eius voluntate nullo modo diſcrepet, 56. c.300
Prælatus firmamentum inter Chriſticolas diſcernit inter homines cæleſtes, & terrenos vt omnibus prouideat, ibid.
Vita Prælatorum longe differt à ſubditorum inſtituto, 59.c.317
Prælati etiam in maxima dignitate conſtituti inferioribus ſuis miniſtrare neceſſaria non renuant, 85.c. 437
In dignitate conſtituendi prius ſunt examinandi, 86. c.442
Prælatus non caput aliorum ſe præbeat, ſed potius ſocium, 91.c.465
Prælati debent eſſe ſubditis præſentes, 93.c.475
Prælati ſolum quæ ſunt Ieſu Chriſti intueantur, 110. c.560
Prælati non ſua, ſed quæ Ieſu Chriſti quærant, 120. c.606
Prælati debent eſſe humiles, 146.c.749
Prælatus inter eos quibuſcum participat eandem naturam non ſe extollat, 134.c.700
Prælati maximè laborare debent in curandis animabus, 193.c.195
Prælatus debet plura concedere ſi vnum prohibet, 214. c.307
Prælatus debet commorari in ſua ſede, 208.c.274
Prælatus non debet voluptati incumbere, ſed operari, ibid.
In naturam peccat qui ſe alteri præfert, 236.con. 446
Prælatus debet eſſe benignus in ſubditos lapſos, 293. c.312
Prælatus ſeuerius Dei iudicium ſubibit, 303. con. 379.
Prælatus aliquo modo excuſabilis videtur à Deo recedens ſi ſuorum interim curam habet, 312. c.431
Sibi præficere indignum pernicies & ruina, 329. c. 534
Fructus mali paſtoris ſpinæ ſunt & tribuli, 336. con. 584
Prælati licet reos puniant ſubditos in eos tamen ſignum aliquod amoris exhibeant, 348.c.662
Prælatus aliis præfertur quamuis natura maioribus, 372.c.45
Prælatus quos triſtes conſpexit, conſoletur, 390.c. 170
Exemplum præbet Superior, 553.c. 407
Viri ſpirituales debent eſſe præſules in Eccleſia, 558. c.441
Prælatus debet eſſe purus, 540.c.535
Prælatus maximè iuſtitiam colere debet, 541.con. 336

Prælatus prius exequatur ea quæ ſuis ſubditis iubet, ibid.
Ferenda eſt à prælatis nimia ſubditorum importunitas, 996.cn.443
Vir in dignitate euectus caueat vel ex diſciplinæ negligentia, vel ex prioris obſeruantiæ contemptu infælicitatem, 885.co.43
Virtutibus clarere debet qui committitur prælaturæ, 540.cn.332
Aliis præeſſe ne deſideremus, ibid.
Prælatus potius operibus docere tenetur quam verbis, ibid.
Iure conſtituitur ſuper alios prælatus qui virtute eos excellit. 581.con.113
Prælatus benigne pænitentes ſubditos admittat, fo. 621.con.95
Prælatus omnium dominus conſtituitur qui vitiis imperat,
Impius ſi videatur præeſſe iuſtis, eorum in omnibus eſt ſeruus, 685.con.242
Prælatus immotus maneat commotis ſubditis, 708. con.18 647.co.10
Prælatus malus non ſolum ſe, ſed etiam ſuos vult perdere, 665.con.11
Ille prælatus transgreſſor poteſt dici qui violenter præſidet, 694 con.7
Laborandum eſt à Superioribus vt ſuos à malorum ſocietate ſeparent, 734. c. 142
Prælati Eccleſiæ non de ouibus pluries ſed de bonis temporalibus rixantur, 785.cn.74
Prælatus non quærat commoda, ſed Hieruſalem beatam. 812.con 42
Prælato plura arcana committuntur quam ſubditis fol.973.c.297

*Præſumptio.*

Præſumptio ſuperba nec calamitatibus auellitur, fol.711.c.37
Præſumptionis vanæ maxima eſt pæna, f.718.c 35
Spe ſiue præſumptione miſericordiæ Dei peccata committere nullum ſcelus abominabilius, 460. con.635

*Principes.*

Princeps Dei exemplo caueat à poteſtate abſoluta in moderanda republica, f.318.c.466
Principes & prælati puniendi diſſimulantes in malis quæ tenentur impedire, fol.887.c.50
Principis fauor negatus maxime animum ſubditi deprimit, fol.390.con.169
Principibus citiſſime renunciantur quæ illos ad perditionem trahunt, 766.c.195
Princeps non ira ſe cum ſuis gerat miniſtris vt inde contemptus ſuæ maieſtatis oriatur, fol. 972. con. 294
Principum vt de recto viuendi modo ſubditorum per ſeipſos inquirant. fol.683.con.363
Principes ſubditos quos triſtes inſpexerint, conſolentur, 390.c.170
Propenſior debet eſſe princeps ad benefaciendum quam ad puniendum, 992.c 414
Corruptis principibus alij facile corrumpuntur, fol. 495.con.39
Boni principis eſt rempublicam vitiis purgare, fol. 673.con 162
Principes delitiis exiſtimant ad ſe Deum allicere poſſe, 696.c.14
Malos principes, propter peccata populi permittit Deus, ibid.
Principis vita ſuorum eſt regula, 754.c.182
Magna eſt aliquando principum violentia, fol. 766. con.193
Princeps vir vix ſolus abit in culpam ſicut nec pœnam, 769.c.215
Principum auaritia maxime damnatur, 781.c.49
Impij principes poteſtatem vertunt in tyrannidem, 804 con.10
Principes munificentiſſimi ſint erga ſuos duces, fol. 827.con.136
Bonus princeps pluris debet æſtimare ſubditos quam eorum bona, ibid.

*Proſperitas.*

Impiorum proſperitates diuinæ prouidentiæ dubium non ingerant, 87.c.453
Fœlicitatis conſeruandæ occaſionem præbet Deus 194.con.205
Proſperitas noſtra benedictioni Dei tribuenda, fol. 369.con.20
Deo proſpera noſtra tribuenda, 370.c.30
Impiorum proſperitas arundo eſt, 465.c.10
De impiorum proſperitate ne moueamur, fol. 464. con.9
Peccatori proſpera tribuuntur, vt ea deſpiciamus, 532.con.274
Proſpera peccatoribus tribuuntur vt conuertantur, ibid.
Peccatori tribuuntur proſpera vt aduerſariis benefacere diſcamus, ibid.
Peccatoribus proſpera tribuuntur in punitionem malorum, ibid.
Peccatori proſpera tribuuntur in maiorem damnationem. ibid.
Magna Dei miſericordia mediis ſuppliciis peccatorum proſperitatem impunitam non ſinere, fol. 723.con.108
Non ſinit Deus ſemper in proſperitate degere ne labamur in vitia, 817. c. 81
In proſperitate memoria Dei habenda, f.778.c.32
Animus fortiſſimus proſperitate non molleſcit, ibid.
Difficile eſt in proſperis inuidia carere, f.793.c.127
Aliquando iuſto proſpera contingunt, impio autem non item tanquam omnium aduerſario, fol. 817. con.79
Proſperitas timenda, 836.c.14
Ex proſperitate animæ detrimentum, ibid.
Dum nobis duplicatur proſperitas, tunc maxime timendum, 849.c.107
In hac vita degere etiam in media fœlicitate ſeruire eſt, 867.c.206
Proſperitas ad arrogantiam etiam iuſtum prouocat, 885.con.38

*Poſſeſsio.*

Nihil proprium poſſidemus in hoc ſeculo, fol. 213 con 302
Difficilior eſt rei poſſeſſæ conſeruatio quam acquiſitio, 854.c.135
Nihil bonorum terrenorum poſſidemus, fol. 829 con.146

*Promiſſa.*

Dubius de promiſſis Dei proximus ruinæ, fol. 261 con.105
Dei promiſſionibus nos indignos efficit peccatum, 317,con.455
Deus plura concedit quam per figuras promiſerat, 868.con.213
Deus quamuis promiſſa differat, tamen ea adimplet, 458.c.624
Deus verax in dictis, 471.con.48
Talia ſunt Dei promiſſa vt ea admirari debeamus, 840.con.43
Deus promiſſa ſua adimplet, nos ſi per, non ſteterit, 501.con.75

Deus quaſi ſe deprimit, vt de ſuis ſimus certiores promiſſis, 858. c. 149
Ita ſunt certæ Dei promiſſiones vt eas pacto conſtituet, 554. c. 418
Per nos ſtat quin promiſſa Dei adimpleantur, fol. 582. c. 114
Promiſſionum ſuarum vult Deus nos habere fiduciam, 633. c. 144
Maximam ſuarum promiſſionum certitudinem præbet Deus, 646. c. 6
Deus ſuarum promiſſionum maximam fiduciam nos habere ſtringit, 666. c. 122. & 134
Diuini promiſſi immutabilis eſt firmitas, fol. 668 c. 135
Deus in promiſſis ſuis ſe etiam obligat, 661. c. 93
Deus promittit quæ deſideramus, 743. c. 51
Promiſſiones Dei infallibiles, 753. c. 113
Cito Deus promiſſa adimplet, 776. c. 18
Promiſſiones diuinæ ita ſunt certæ vt pro illis gratiarum actiones reddi poſſint, 751. c. 108
Plus ſperandum in Dei promiſſis quàm in propria rerum poſſeſſione, 738. c. 16
Promiſſa Dei ita ſunt certa vt pro eis tanquam iam adimpletis gratias referre debeamus, fol. 798. 155
Differt Deus promiſſa, vt magis ſua virtus eluceſcat, 796. c. 143
Deus ſua promiſſa adauget, 797. c. 148
Promiſſa Dei difficilia non debent videri, fol. 844. c. 72
Si promiſſa nimia videantur, attendenda eſt promittentis potentia, 848. c. 100
In promiſſis Dei eius omnipotentia attendenda, fol. 880. c. 4
Ita de Dei promiſſis certi eſſe debemus cum ipſe ſe quaſi morte dignum exiſtimet, ſi illa non adimpleuerit, 860. c. 167
Deus promiſſorum adimpletionem differt vt maior gloria ei tribuatur, 880. c. 5
Promiſſis Domini maxime fidendum, 883. c. 28
In magnis Dei promiſſis nihil humanum miſcendum eſt, 885. c. 41
Promiſſiones diuinas conſequuntur humiles, fol. 895. c 105
Deus differt promiſſa ſua vt potentiam ſuam manifeſtet, 904. c. 14
Per hominem ſtat impleri promiſſa Dei, fol. 912. c. 62
Vt diuina promiſſa teneant, ratio bene viuendi exigitur, 906. c. 28
Debitorem promiſſorum ſuorum Deus vult ſe conſtringere, 919. c 81
Vt diuina promiſſa teneant, ratio bene viuendi exigitur, 977. c. 323
Quo pluries aliquid promittitur, certior debet eſſe cui fit promiſſio, 926. c. 133
Gratior promiſſio recipitur cum tempus ſignatur quo exequenda eſt. ibid.
Deus de promiſſis ſuis nos reddit certiſſimos, fol. 960. c. 110
Exigua promittenda, magna tamen præſtanda, fol. 941. c. 163

*Prophetia.*

Prophetia primo parenti conceſſa, 238. c. 453
Prophetiæ donum homini conceſſum, f. 242. c. 481
Aliquando per indignos multa prædicuntur, fol. 487. c. 113
Deus vult futura enuntiari vt mala vitentur, ibid.
Qui Dei gloriam in ſuis Prophetis agnoſcit, non perit, 664. c. 107

*Præmium.*

Deus ipſe virtutis præmium, 838 c. 33
Chriſtus omnium merces, ibid.
Deus præmium eorum qui ex ſuo labore ab aliis mercedem admittere nolunt, ibid.
Spe præmij ad multa ſubeunda inuitamur, fol. 868. c. 212
Talis eſt homo vt Deo non obſequeretur niſi ſpectato præmio, 905. c. 21
Deus mauult præmio allicere quàm minis terrere, 911. c. 59
Deus eos qui ob praua aliqua opera reprobantur etiam temporali beneficio remunerat ex aliqua bona actione, 802. c. 1
Nihil manet irremuneratum, 838 c. 32
Si credimus Deum, credamus & remuneratorem, 479. c. 79
Præmium adhuc imperfectis promittitur, fol. 743. c. 45
Præmium ſpem confortat, ibid.
Spes præmij leuiores reddit labores, f. 754. 118
Conſideratio remunerationis æternæ omnia ſuperat, 747. c. 74
Cito Deus remunerat, 793. c 122
Commune hominum malum ſua obſequia pluris facere quàm mercedem à Deo promiſſam, fol. 841. c. 67
Anguſti animi eſt appetere præmium pro opere virtutis aggrediendo, 817. c. 89
Præmium temporale non inquiramus, fol. 835. c. 3
Qui ex ſpe præmij operatur non ita laudabilis eſt, ibid.
Non differt Deus præmium tribuere, f. 839. c. 37
Deus etiam protegens nos coronat, fol. 837. conceptu 21
Cum remunerationem humanam quis renuit, Deus ex iuſtitia ei conferre præmium videtur, fol. 837. c. 30

*Præſentia Dei.*

Præſentiâ Dei indignos nos efficit peccatum, fol. 290. con. 292
Præſentia Dei verecundiam peccatoribus infundit, ibid.
Defectus recordationis præſentiæ Dei cauſa malorum, ibid.
Ex præſentia Dei quaſi immortalitas, 481. c. 97
Ex præſentia Dei maxima in nobis viget pietas, fol. 528. c. 251
Omnia bona ex præſentia Dei, 775. c. 8
Ex præſentia Dei omnium bonorum cumulus, fol. 838. c. 27
Deo ad nos adueniente magnus terror nos inuadat, 863. c. 181
Qui Deum præſentem habere exiſtimat, compoſitis motibus erit, 904. c. 17
Ex præſentia Dei perfectio noſtra. 905. c 20
Nihil præſentia Dei vtilius, 938. c. 381
Vita ex præſentia Dei, 960. c. 214

*Prudentia.*

Prudentia eſt neceſſaria ad ſeparanda vitia à virtutibus, 59. c. 314
Prudentia prima eſt inter virtutes morales, fol. 103. c. 248
Non omnis prudentia admittenda, 104. 251
Prudentia humana Deo inimica, 429 c. 25
Qui propriæ prudentiæ innititur, intellectum obedientiæ non ſupponens, dignus irriſione, fol. 312. c. 691
ſemel ſeductus deinceps cautior eſt, 369. c. 21

Prudens neceſſaria eſt in bonis operibus vt ſint Deo accepta, 396.c.212
Filij huius ſeculi prudentiores ſunt filiis lucis, 448. c.569
Prouidentia futurorum neceſſaria, 560.c.450
Difficultates futuræ præueniẽdæ ne ignoratæ ſuperuenientes maiorem ruinam faciant, 738.c.18
Iuuenes non ita prudentes ſunt, 787.c.86
Initia rerum exactè conſiderãda ne quid mali in eis lateat, 42.c.223

*Pudor.*

Vbi nihil inhoneſtum nihil pudendum, 243.c.485
Pudor eſt efficax contra peccatum, 279.c.222
Pudor de peccato Deum præſentem liberatorem habet, 290.c.297
Vir mulierum doceat pudorem, 294.c.326
Pudor remedium efficax contra peccatum, 396. con. 215
Pudor grauior igne inferni. 397.c.222
Vt pudorem peccatorum habeamus inuitat Deus, 419.c.377
Qui ſine pudore peccat merito ſubmergitur, 613.c. 47
Peccato inuerecundiæ in plurima labimur delicta, ibid.

*Pulchritudo.*

Hominis pulchritudo ad Deum glorificandum nos excitat, 178.c.102
Pulchritudo noſtra Deo tribuenda, 182.c.135
Pulchritudo mulieris mutos loquentes efficit, 239. c.459
Puchritudo mulieris non eſt cauſa peccati, ſed potius noſtra peruerſa voluntas, 492.c.17
Talis eſt mulieris pulchritudo vt ab ea Angeli ſecundum aliquos ſuperentur, ibid.
Maxima pœna pulchritudinis inſpectæ eſt iungi matrimonio cum pulchra, 496.c 44
Quod pulcherrimum eſt opus Dei dicitur, 667.c. 127
Pulchritudo ignis inſtar accendit amorem, fol. 759. c.152
Remedium amoris eſt etiam mulierem ſpeculari ſi attente quid ſit eius pulchritudo conſideretur, ibid.
Pulchritudo in Dei laudem referri debet, ibid.
Pulchritudo caſtitate conſeruatur, 760.c.156
Pulchritudini non imputanda libido, ibid.
Mulier iuſta pulchritudine ſua non ſit arrogans, f. 759.c.149
Pulchritudo periculoſa, ibid.

*Punitio.*

Vbi peccatum, ibi & pœna ſtatim appendit, 917. c.88
Si Deus in aliquo propter noſtra peccata punit in alio ex miſericordia nos ſubleuat, fol. 127. con. 592
Deus non punit hominem, ſed peccatorum, f.134. c.686
Punit Deus vt benignus. 146.c 746
Ex præſcientia nullum condemnat Deus, 192. con. 189
A nobis noſtra punitio à Deo benignitas, 193. con. 198
In memoriam reuocare noluimus tormẽtorum noſtrorum occaſionem, 265.c.128
Punit Deus ſecundum delicta, 266.c.137
Ex nobis flagellum, 279.c.221
Pœna non extenditur præcipuè, niſi ad conſummatum peccatum, 274.c.191
Deus ad puniendum non eſt pronus, 291.c.299
Deus cum punit deponendi iuſtam iram occaſiones inquirit, 286.c.266
Dei eſt pœnis coërcere impios, ibid.
Tardus ad puniendum Deus, ibid.
Peccator magis timet pœnam quam culpam, 295.c. 329
Deus punit etiam inſtrumenta per quæ ad peccatum deducimur, 305.c.392
Prius delinquens prius punitur, 306.c.393
Deus punit aliquando ea quę non videntur punienda ad hominum inſtructionem, ibid.
Deus vt proximum agens etiam nos punit, 307.con. 408
Eadem pœna qua quis alium affligit eadem punitur, 322.c.432
Vult Deus ante oculos nos habere punitionem ſuam, 309.c.419
A nobis pœnæ oriuntur, ibid.
Malè agens & conſentiens eadem pœna plectuntur, 318.c 408
In quo quis peccat patitur, ibid.
Prior peccans prius punitur, 324.c.502
Deus benigne punit hominem, 327.c.518
Punit Deus vt humiliemur, ibid.
Multi pœna plectuntur peccata peccatis addentes, ibid.
Vult Deus vt intelligamus à nobis punitionem potius quam à ſeipſo, ibid.
Etiam cum caſtigat Deus excuſat ſe apud peccantem, ibid.
Cum punit Deus eſt etiam rei amantiſſimus, 328.c. 526
Mitius nobiſcum agit Deus nos puniens quam cum primo parente, ibid.
Melius eſt hic puniri quam in futuro ſæculo, 320.c. 476
Quantitates pœnæ culpæ reſpondet, ibid.
Pœna culpæ reſpondens imponitur, 337.c.191
Punitio Dei plena miſericordia, ibid.
Punitio remedium eſt peccati futuri, ibid.
Propter leuiſſima peccata grauiſſima eſt etiam punitio, 348.c.665
Ita benignus Deus vt per ſeipſum non puniat, 357. c.717
Signum clementiæ à Deo puniri, ibid.
Deus quantum poteſt pœnam demulcet, 360. con. 742
Bonum eſt puniri temporaliter, 355.c.706
Pœna meliorem reddit, 367.c.2
Pœnæ ad Deum nos reducunt, ibid.
Deus pœnas miſcet & temperat remediis, 372.con. 46
Punitio ſtatim inſequitur peccatum, 397.c.220
In pœnam peccati Deus non derelinquit, 405.con. 271
Ita benignus eſt Deus etiam in grauiſſimis ſuppliciis, vt non videatur iudicis munere fungi, 408. c.290
Punitio alicuius in aliorum eruditionem, 421.c. 385
Peccata noſtra Deum quaſi excitant dormientem vt nos puniat, 414.c.343
Peccatum impunitum non manet, 643 c.203
Qui ſine exemplo peccat ſine exemplo punitur, 421. c.387
Punimur ne alia grauiora crimina committamus, ibid.
In quo quis peccat in eo punitur, ibid.
In maiorem pœnam Deus non vult habere præſens noſtrum crimen, 422.c.392

Suauiter non debet puniri peccator, ibid.
Peccator videns alium punitum & non emendatur grauius punitur, 419.c.,76
Pœna inducimur ad peccati deteſtationem, ibid.
Grauius puniuntur peccata peccatis addentes, ibid.
Pœna conformis delicto, 718.c.77
Deus non niſi coactus punit, ibid.
Peccator punitus, quia non acquicuit Dei conſilio, animata lex alius eſt, 422.c.398
Peccator non ſolum in hoc ſæculo ſed & in alio punietur, ibid.
Aliorum corruptionibus cautiores ſimus, fol. 440. c 122
Iniuſte conquerimur de Dei iuſtitia cum punit, fol. 416.c.423
Peccatum impunitum morte maius fit & exereſcit, ibid.
Etiam ipſi reprobi meliores redduntur punitionibus, 427.c.426
Per quæ quis peccat punitur, ibid.
Differtur ſupplicium vt diutius quis puniatur, fol. 432.c.464
Pœnæ quantitas ſecundum multitudinem delictorum, ibid.
Pœna etiam illuſtris in peccatore, ibid.
Peccator plus pœnam timet quàm culpæ emendationem inquirat, 440.c.517
Peccatum omnes vires hominis corrumpit, fol. 445. c. 553
Exemplum caſtigatorum nos vult habere Deus ne ſimus eis ſimiles, 434.c.478
Deus perfecte punit, 455.c.486
In puniendo Dei maxima eſt benignitas, fol. 436 c.489
Cum ſeuere punitur propter aliquod delictum vix credimus alios illud commiſſuros, f. 267.c.141
Non vult Deus vt clades à ſe immiſſas credamus fortuito accidere, 971.c.288
Qui aliena crimina caſtigat, id faciat vt bono eius qui corripitur conſulat, f.518.c.178
Pœnæ non denotatur aliquando quantitas ſecundum quantitatem comminationis, f.455.c.597
Alios deterremus pœnis ne in nos aliquid mali moliantur, ibid.
Per quæ quis peccat per hæc punitur, ibid.
Peccator videns alium punitum & non emendatur grauiſſimo dignus ſupplicio, ibid.
Pœna aliorum inflicta maxime vtilis, fol. 450.c.569
Ex punitione & diſciplina requeis, 486.c.123
Peccata reſpicit Deus vt puniat, 509.c.132
Maxima Dei miſericordia cum à nobis pœnas exigit, 357.c.718
Patientiſſimus eſt in puniendo Deus, 498.c.50
Deus neminem punit niſi examinatis eius delictis, 507.c.117
Pœna in remedium peccatorum, 687.c.253
Deus in anferendis pœnis maxime miſericors, fol. 865 c.192
Deus ita hominem punire dolet vt pœniteat eum, feciſſe quia puniendus eſt, 507.c.119
Dei exprimitur clementia etiam in verbis quæ ſeueram punitionem dicere videntur, f. 502.c.84
Ita cæcus eſt peccator vt à punitione non moueatur, 495.c.41
Iuſte Deus ſemper peccatores punire exprimitur, 506.c.112
Deus in ipſa ſeueritate memor beneficentiæ, fol. 520.c.194
Deus etiam cum ſeueriſſime punit non videtur officio iudicis fungi, ibid.
Vbi culpa eſt ſuperabundans inde ſupplicium incipit, 518 c.177
Deus punit non ex odio hominis ſed illius malitiæ, ibid.
à Deo extorquent punitionem noſtra ſcelera, ibid
Malitia peccati tanta eſt, vt etiam in punitione ſua comprehendat, qui illud non aduiſeruot, ibidem.
Grauiſſima peccata grauiſſimis luuntur pœnis, ibid.
Nihil impunitum manet, 643.c.103
Vnuſquiſque propriam pœnam ferat, ibid.
Deus iuſtiſſime punit, 529.c.259
Deus punit non ſolum in pœnam præſentium ſed futurorem emendationem, 517.c.169
Pœna culpæ ſimilis, ibid.
Deus ita punit vt videatur non punire, ibid.
Deus compunis hominem vult reformare, ibid.
Satius eſt punire quàm diſſimulare, ibid.
Si Deus ſeuere punit omnes grauiter deliquerunt, ibid.
Deus caſtigat vt ſapientiores ſimus, f. 518.c.175
Deus in punitionibus ſuis optimus, 556.c.424
Pœna temporalis in plurimorum animæ ſalutem, 512.c.405
Ita Dei in puniendo diu non perſeuerat, ibid.
Deus punitionem non ſemper duraturam ſignificar 549.c.386
Quo quis grauius peccat eo ſeuerius puniendus, 888. c.55
Non ſulum à Deo peccata punitionem poſtulant, ſed ne eam differat quaſi neceſſitant, fol. 580 c.349
Grauiſſima ſupplicia temperat Deus manſuetudine, 346.c.650
Non punit Deus propter peccata futura, fol. 564. c.4
Deus ſolos nocentes punit, 567.c.27
Deus inuitus punit, 575.c.82
Deus finaliter punit cum nulla eſt ſpes conuerſionis, 577.c.93
Deus in ſuis punitionibus iuſtiſſimus, f. 573.c.64
Supplicia non ſine Dei authoritate eueniunt, ibid.
Deus ita iuſtus in puniendo vt plenus ſit miſericordia, 561.c.455
Noxios incorrigibiles tandem ſeuere punit Deus, 582.c.115
Deus non punit niſi iuſtiſſima de cauſa, fol. 790. c.104
Deus ad puniendum lentior quàm ad benefaciendum, 587.c.141
Grauiter ſupplicij lenitas Dei compenſatur in puniendo cum contemnitur, 598.c.207
Si Deus iuſtum in hoc ſæculo corripit, in maius illius eſt emolumentum, 918.c.396
In maximis etiam ſuppliciis Deus maxime miſericors, 601.c.219
Peccatoris punitio maxime vtilis etiam iuſto, fol. 591.c.169
Præſens punitio cum futura æterna vna poteſt dici, 595.c.193
Deus puniens non deſtruit ſed in melius reſtituit, 596.c.194
Maxima miſericordia Dei punitio, ibid.
Pœnę inęquales inæqualibus delictis debentur, ibid.
Pœna delicto conueniens, 597.c.104
Deus ab initio mundum quaſi puerum corripuit vt cum prouectioris fuerit ætatis ſuppliciorum non ſit immemor, 602.c.226
Maximis criminibus quàm ciſſime inferendum ſupplicium, 983.c.368

Deus ita punit vt non deſtruat, 603. c. 228
Deus à minoribus ſuppliciis ad maiora procedit, ibidem.
Deus non puniret niſi ſceleribus prouocatus, fol. 583. c. 116
Cauſis naturalibus non ſunt ſupplicia Dei tribuenda, ibid.
Deus punit cum peccatoribus occaſiones peccatorum, ibid.
Peccatis noſtris Deus quaſi dormiens excitatur eorum clamore vt nos puniat, 984. c. 374
Puniens nimium prouocatus non facile detinetur, 583. c. 119
In ſuppliciorum diuerſitate ſapientia Dei commendatur, 642. c. 198
Ira Dei cum non punit peccatorem, 874. c. 250
Ipſemet Deus eſt etiam qui punit, 978. c. 328
Aliqui puniuntur, vt alij ad meliorem frugem redeant, 982. c. 354
Impia hominum opera Deum ad puniendum prouocant, 715. c. 58
Punitio aliquorum etiam fit in aliorum vtilitatem, ibid.
Supplicia non ex neceſſitate eueniunt, fol. 629. con. 130
Non ſemper puniendum, 639. c. 278
Iuſti etiam impiis compatiuntur ſi debeant puniri, 991. c. 411
Ita Deus à ſuppliciis alienus vt ſibi legem non puniendi imponat, 640. c. 282
Aliquando Deus ceſſat à ſupplicio inferendo, quia non interpoſita punitione nullus finis ſceleribus imponeretur, 717. c. 72
Quo grauius delictum eo maior pœna, fol. 654. c. 56
Poſt pœnas atque ſupplicia futura Dei miſericordia, 665. c. 117
Citra condignum nos punit Deus, 668. c. 136
Propter iuſtorum emolumentum, differt Deus exigere pœnas ab impiis, 991. c. 410
Modus in punitionibus à Deo ſeruatur, fol. 663. c. 99
Nequitiæ peccatorum ſi non in hac, ſaltem in alia vita puniuntur, 684. c. 237
Quorum commune delictum commune ſupplicium, ibid.
Maxima Dei miſericordia etiam in pœnis infligendis eluceſcit, 683. c. 224
Supplicia aliquando impudentiores reddunt, fol. 711. c. 33
Pœna etiam noxiis inflicta eis non eſt inutilis, fol. 721. c. 99
Magna Dei miſericordia mediis ſuppliciis peccatorum proſperitatem impunitam non ſinere, fol. 722. c. 108
Magnum ſupplicium nullum ſupplicium, fol. 723. c. 109
Ex pœna vtilitas, 724. c. 118
Deus non punit niſi pœnę magnitudine penſata, 757. c. 69
Poſt pœnam peccator non ſemper melioratur, fol. 729. c. 123
Nullus eximitur à pœna, 767. c. 200
Potentes puniuntur potenter, ibid.
Deus etiam pœnarum auctor, ibid.
Diuinum flagellum omnibus proficuum, fol. 769. c. 214
Supplicium mitem efficit, ibid.
Etiam impij in flagellis quàm Deus iuſtorum curam gerit agnoſcunt, ibid.
Deus differt punitionem vt meliores euadamus & grauiſſime puniamur ſi clementer caſtigati non emendamur, 809. c. 28
Aliorum punitio timidos nos efficit, 835. c. 7
Deus differt pœnam vt ei non tribuatur ſed peccatis noſtris, 871. c. 232
Inter peccata quædam maiorem poſtulant dilationem punitionis quàm alia, 871. c. 234
Nimis cito aduenit tempus punitionis reſpectu Dei, ibid.
Non ſolum præmia ſed etiam ſupplicia vult Deus cognita nos habere, vt qui amore non ducuntur, ſaltem terrore adducantur, fol. 970. c. 278

*Purgatorium.*

Per ignem Purgatorij purgandi ſunt qui non in hac vita ſatisfecerunt, 364. c. 767

*Puritas.*

Magna Puritas neceſſaria eſt, vt Deus in vitam percipiatur, 27. c. 141

Q

*Quæſtiones.*

QVæſtionum inanium cognitio vitanda, fol. 18. c. 98
Idem conceptus confirmatus, 21. c. 113
Non temere inquirendum quæ natura ſit terræ & quomodo immota conſiſtit, 22. c. 118
Non ſimus curioſi inueſtigatores operum Dei, fol. 86. c. 445
à Quæſtionibus non neceſſariis arcemur, fol. 472. c. 50

R

*Ratio.*

RAtio ſit firmamentum diuidens carnem à ſpiritu ne eam inficiat, 57. c. 305
In homine tanta eſt rationis præſtantia vt propter eam ad illum condendum conſilium ineat Deus, 127. c. 640
Homini maxima dignitas rationaliſas, fol. 137. c. 696
Liberum arbitrium habemus non vt eo abutamur ad damnum, ſed vt eo bene vtamur ad coronam, 251. c. 34

*Religioſus.*

Religioſa corda etiam mundano puluere ſordeſcunt, 35. c. 188
In Religione commoramur vt fructificemus, fol. 68. c. 360
Verus Regularis quæcumque facillime tolerabit: otio autem deditus Monachus, nullomodo, fol. 120. c. 605
Vera ſponſa Dei ad minimam pulſationem illius carnalia facile relinquit, 234. c. 431
Non poteſt quis Religionem ingredi vxore diſſentiente, 241. c. 478
Religioſi non ſolum pro ſuis, ſed pro alienis peccatis lugere debent, 859. c. 162
Religioſus aliquando minus Deo gratus quàm ſecularis, 351. c. 44
Religio Paradiſus eſt qui ſeruatur à ſuperioribus & media mortificatione, 365. c. 773
Qui à primis annis Deo conſecratus ſuum genus commendabile reddit, 379. c. 88
Religioſus quaſi Deus, 461. c. 647
Religio vera arca in qua ſaluamur à mundi & peccatorum diluuio, 543. c. 356
In Religione nihil debet eſſe ſuperfluum, ibid.
Veri Religioſi typus in præcepto dato Abraham, 738. c. 12
Plures quidem affectant Religionis pulchritudinem non virtutem, 770. c. 222
Tria vota adimplere debent Religioſi. 858. c. 356

*Religio.*

Peccatum ſub ſpecie virtutis commiſſum grauiſſimum, 768.c.206

*Remedium.*

Remedium apponit Deus vbi nocumentum eſt, fol. 292. c. 109

Eodem ordine quo intrоiuit venenum peccati venit & illius antidorum, 285.c.262

Peccati remedium amplius non peccare, fol. 397. c. 219

Remedium eſt amoris etiam mulierem ſpeculari, ſi aisente quid ſit eius pulchritudo conſideretur, 759. c. 154

Vbi culpa incipit ibi remédium quærendum, f. 914. c. 70

*Renuntiatio.*

Qui omnibus terrenis valedicunt non ambulant ſed currunt in via perfectionis, 905.c. 24

Parentibus renuncians dignus fit teſtamento Dei, 911. c. 53

*Reprehenſio.*

Qui peccatum non reprehendit ad aliud inducit, 270. c. 150

Reprehenſio non debet eſſe ſeuera, 301. c. 369

Qui voluntarie non peccat, non reprehenditur, fol. 307. c. 407

Reprehendens ex amore corrigat, 362.c.753

Reprehenſio fiat cum benignitate, 390. c.174

Reprehenſio cum aliqua conſolatione adhibenda, ibid.

In Reprehenſione animus peccantis conſiderandus, 391. c. 1 6

Qui non Reprehendunt grauiter puniuntur, fol. 769. c. 213

Maior à minori non recuſet reprehendi, fol. 990. c. 404

Mulier non irritanda ſed leuiter Reprehendenda, 967. c. 259

Deus Reprehendit vt reſipiſcamus, 968. c. 261

*Reprobi.*

Reprobi ſi bene egerint ſaluabuntur, f. 395. c. 208

Etiam ipſi Reprobi meliores redduntur punitionibus, 427. c. 426

*Requies.*

Deus Requieſcit habens qui peccata condonet, fol. 163. c. 18

Mors eſt Requies, 845.c.117

Labor eſt Requies, ibid.

Qui docet iuſtitiam docet & Requiem, ibid.

Poſt pœnitentiam Requies, 482.c.99

Nulla in hac vita quies vſquequo ad cœleſtem patriam perueniamus, 798. c. 156

*Reſurrectio.*

Dies Reſurrectionis generalis vnus dicitur ſine ordine ad alium, 52. c. 282

Præfiguratur ab initio Reſurrectio, 67. c. 318

Reſurrectio ab initio indicatur, 181. c. 525

Reſurrectio in ipſa morte præfiguratur, fol. 342. c. 629

Iuſtorum Reſurrectio præfiguratur, 456. c. 610

*Reuelatio.*

Diuinæ Reuelationes fiunt liberis à paſſionibus animis, 793.c.523

Dignitas perſonæ apparet ex expreſſiori Reuelatione eorum quæ ad fidem pertinent, 955.c.35

*Rex.*

Rex Dei imago, 132.c. 672

Rex quælibet cum conſilio gubernet, ibid.

Regis eſt benefacere & punire, 104. c. 253

Principes ex ſuis coſtis ſi fas eſt ita loqui ſubditorum bona extrahere debent, 236.c.444

Reges debent ſuos tegere ſubditos, 135. c. 692

Regius miniſter conſulat regi quod ſibi rectum videtur ſine timore, ſed cum reuerentia, 991.c.414

Regius miniſter non ſuum ſed publicum reſpiciat commodum, 1003. c. 482

Duritiei ſubditi princeps opponat benignitatem, 232 c. 416

Principium Regni peccatoris confuſio, 697. c. 21

Deus Reges æſtimat, 910. c. 49

*Ruina*

Aliorum Ruinam maxime debemus dolere, fol. 642. c. 195

S

*Sacerdos.*

SAcerdos reſpectu ſecularium principum habet ſe ſicut ſol in comparatione lunæ, 92. c. 474

Dignitas Sacerdotalis elucеſcit, 202.c.242

Prodigium vel monſtrum hominem Eccleſiaſticum res terrenas concupiſcere, 496. c. 46

In Sacerdotibus nullomodo vult Spiritus ſanctus immorari ſi laſciui ſunt, 621. c. 89

Sacerdotium vetus abrogatum per nouum, fol. 822. c. 106

Prius inueniuntur Sacerdotes inter gentes quàm in populo Iudæorum, ibid.

Vult Deus vt Sacerdotes nihil aliud curent quàm cultum ſuum, 825.c.126

Quilibet Sacerdos eſt ſæcularibus ſuperior, fol. 824. c. 118

Sacerdos etiam Propheta ſuperior, ibid.

Sacerdotes præ aliis ſanctitate fulgere debent, fol. 825. c. 127

Sacerdotium Melchiſedech figura Chriſti Domini longe ſuperius eſt ſacerdotio antiquæ legis, fol. 826 c. 529

Sacerdotes muneribus nobis oblatis ſuſtentemus, ibidem.

Proprium Sacerdotis eſt inſtruere, ibid.

Præſbyteri nomen ratione non ætatis ſed maturitatis datur, 962. c. 225

*Sacramentum.*

Sacramentum non miniſtret qui in peccato mortali eſt, 394. c. 205

à Sacramentis indigni arcendi ſunt, 351. c. 710

*Sacrificia.*

Quæ ad Sacrificia pertinent maximæ debent curæ eſſe, fol. 374. c 58

Sacrificium non pigre offerendum, 376. c. 73

Sacrificia noſtra curat Deus, 380.c.98

Cum ſacrificium approbat Deus ſpecialiter dicitur illud reſpicere, ibid.

Sacrificium acceptum cum contemptu mundi, ibidem.

Viſibile ſacrificium offertur Deo inuiſibili in argumentum ſacrificij interioris, 381. c. 182

Quomodo offerendum eſt ſacrificium altaris figuratur, ibid.

Ex melioribus Deo offeramus ſacrificia, ibid.

Sacrificans ſibi meliora reſeruans deſpicitur, f. 376. c. 74

Sacrificium offertur in cognitionem creationis, ibid.

Sacrificans infructuoſe repellitur, ibid.

Sacrificium offerre Deo naturaliter tenemur, 377. c. 77

Sacrificium offertur in cognitionem dominij, ibid.

Sacrificium voluntarium Deo gratiſſimum, fol. 380. c. 101

Sacrificans ſolum exterius ſine oblatione interiori repellitur, 377. c. 79

*Arbor vitæ in Geneſ.*

Sacrificium ſine munditia mentis Deo diſplicet, ibi.
Qui ſeipſum cum ſuo ſacrificio offert recta oblatio 379 c. 92
Sacrificiis ſibi oblatis Deus deponit iram, ibid.
Ex bonitate offerentium acceptum ſacrificium, fol. 380. c. 93
Sacrificia antiqua adueniente lege gratiæ reprobata, ibidem.
Sacrificium acceptum cum virtutibus ſociatur. ibid.
Sacrificium cruentum fuit olim gratiſſimum Deo, ibid.
Recte ſacrificanti verum eſt gaudium, fol. 386. c. 139
Sacrificij acceptionem impedit diuiſio, fol. 394. c. 200
Sacrificium in iuſtitiis offerendum, ibid.
Sacrificium ſumma cum humilitate offerendum, ibidem.
Deus fieri ſibi ſacrificium maxime curat, fol. 568. c. 35
Sacrificium ſibi offerri voluit Deus vt à nobis noſceretur, ibid.
In ſacrificiis mundities requiritur, 570. c. 47
Quod perfectius eſt illud in ſacrificiis offerendum, ibidem.
Sacrificia pluries ſibi vult Deus offerri à nobis, ibidem.
Sacrificium Deo exhibitum non exiguum debet eſſe, ibid.
Sacrificium maxima nobis impendit bona, fol. 644. c. 209
Sacrificium ex vera pietate Deo oblatum nullum ei parit faſtidium, 640. c. 186
Sacrificium non ſolum maledictionem aufert ſed benedictionem confert, 646. c. 4
Sacrificium veterum typus veri ſacrificij agni immaculati, 637. c. 161
Nihil tam proprie Deo conuenit quàm ſacrificium ibid.
Ideo ſacrificium vetus Deo gratum & ſuaue quia repræſentabat illud quod offerendum erat ab vnigenito ſuo. 638. c. 170
Hoc ſacrificium placatum erga homines Deum facit, ibid.
Virtute Chriſti Domini liberamur à maledictione, ibid.
Sacrificans cor Dei eſt, 639. c. 174
Iuſti de neceſſariis ad ſacrificia Deo exhibenda præparant, 780. c. 42
Sacrificium noſtrum à Deo accipitur in noſtram vtilitatem, 799. c. 165
Sacrificiis aliis ceſſantibus ſacrificium panis & vini durabit, 812. c. 109
Sacrificium incruentum eſt oblatio laudis & debilium refectio, 826. c. 132
In ſacrificiis offeruntur quæ Chriſtum repræſentant, ibid.
Maxime diuini cultus demonſtratiuum ſacrificium, ibid.
Qui offert Deo ſacrificium perfectus illius hæres, ibidem.
Deus vult ſibi offerri ſacrificium vt nobis benefaciat, ibid.
Cum magna puritate ſacrificium offerendum, 861. c. 173
Qui indigne Deo offert peior eſt Caino, fol. 407. c. 283

*Salus.*

Deus ſummo mane ſuorum inuigilat ſaluti, fol. 587. c. 143
Deus mauult plurimos peccatores ſaluos fieri quàm vnicum hominem liberum à culpa, fol. 224. c. 379
Salus noſtra à Deo non differtur, 287. c. 272
Salutis noſtræ plura dantur remedia, 362. c. 752
Qui saluti fratris ſui non inuigilat peior eſt damnato, 412. c. 313
Deus omnibus præbet occaſionem ſalutis, fol. 792. c. 116
Impius contra ſalutem ſuam ingenioſus, f. 429. con. 443
Pro ſalute aliorum quodcunque tolerabat iuſtus, 538. c. 325
Iuſtorum eſt curare de ſalute proximorum, ſol. 560. c. 453
Salutem hominum omnibus modis ſollicitat Deus, fol. 5-4. c. 71
Deus vt ſaluti hominum prouideat ſuas creaturas inſici dedecore permittit, 571. c. 54
Iuſti impiorum ſalutem maxime exoptant, fol. 593. c. 180
Aliorum ſaluti ſtudentes propriam ſollicitamus, 594. c. 181
Aliorum ſalutem ſollicitemus ſi non effectu ſaltem affectu, ibid.
De nullius diffidendum eſt ſalute, ſol. 622. c. 99. & 104
Proprium eſt Dei ſub nomine Iehoua ſaluare, 594. c. 187
Nunquam ceſſandum ab aliorum ſalute procuranda, 621. c. 97
Non ſufficit propriam ſalutem ſollicitare ſed & alienam, ibid.
Deus ſollicitus eſt ſalutis animarum, fol. 737. c. 8
De ſalute aliorum debemus eſſe ſolliciti, fol. 749. c. 90
Salutis occaſionem etiam impiis præbet Deus, 788. c. 95
Verus iuſtus de propria ſalute non contentus alienam exoptat, 842. c. 56
Omnium ſalutem Deus cupit, 916. c. 79
Parentes & domini ſaluti ſuorum prouideant, 918. c. 89
Prius eorum qui nobis ſanguine coniuncti ſunt ſaluti prouideamus, 975. c. 308
Salutem impiorum ſollicitare debemus, fol. 990. c. 403
Non ſolius hominis ſed omnium ſalus procuranda, 1003. c. 478
Defectus ſalutis alienæ non noſtræ imputetur negligentiæ, fol. 998. c. 453

*Sancti.*

Sancti diuerſis temporibus florent ſanctitate, fol. 94. c. 481
Diuerſa ſanctorum vitæ inſtituta deſignantur, ibidem.
Soli Deo ſanctorum numerus eſt cognitus, ibid.
Quæ ſancta ſunt vult Deus cognoſcamus ab eo prouenire, 732. c. 134
Virtus ſanatiua in iis quæ ſanctorum fuere, fol. 943. c. 89
Per virginem ſpiritus Dei ſanctitas quæ fere latuerat innoteſcit, 35. c. 189

*Sapientia.*

Ad ſapientiam habendam liber Geneſis eſt initium, fol. 8. c. 34
Sapientia diuina in hoc opere Geneſeos incomprehenſibilis, 12. c. 53
Qui plus ſapit quàm oportet ſapere in profundum labitur, 271. c. 169
Plus ſapere quàm oportet ſapere ſuaſione diaboli, ſol. 265. c. 155

*Satiſfactio.*

Addandam pro peccatis ſatiſfactionem nos inuitat Deus, 390. c. 372

*Scandalum.*

Virandum eſt ſcandalum, fo. 307. c 404

Verecundum eſt creaturæ fuiſſe aliis ſcandalum ad peccandum, 496. c. 45

Scandalum non timet qui veram habet charitatem, 543. c. 352

Scandalum non dandum maxime infidelibus, 782. c. 51

Scandalorum occaſiones à nobis præciſæ reuelationibus diuinis & donis recipiendis reddunt nos, idoneos, 793. c. 128

Si imperfecti ſimus in aliquo imperfectionem celemus ne ſcandalum præbeamu, 960. c. 215

*Scientia.*

Spiritus hominis ferrur naturaliter ſuper ſcientias, fol. 33. c. 181

Scientia noſtra ſi comparetur cum diuina eſt veſpera, 54. c. 289

Scientia diuinorum excreſcit ſummopere ex affectionum abnegatione & ex candore animæ, 120. c. 559

Vi ſcientiam ſuam exerceat homo plura ſunt edita, fol. 122. c. 618

Scientia tumultuaria prohibetur, fol. 219. 242

Scientia bona eſt cum ea ſcimus vti, ibid.

Non præſtat omnis ſcientia, ibid.

In ſcientia nolumus alteri cedere, fol. 265. c. 132

Scientia ab omnibus naturaliter appetitur, fol. 264. c. 124

In ſcientia nolumus alteri cedere, 273. c. 182

Quo quis maiorem ſcientiam habet ſtrictiorem rationem reddet, 294. c. 325

Per ſcientiam ad paradiſum etiam tenditur, fol. 362. c. 754

Curioſa ſcientia adimitur, 465. c. 15

Humana ſcientia non æſtimatur præ diuina ſapientia, 883. c. 58

*Scriptor.*

Scriptor non intendat in medium proferre quid curioſum ſed adducere homines ad Dei notitiam, fol. 12. c. 57

Tunc fidem adhibemus ſcriptori præterita dicenti cum futura quæ prædixit vera eſſe agnoſcimus, fol. 7. c. 32

Decet eſſe doctos ſcriptores, f. 8. c. 31

Remotiſſima nobis aperientibus ſcriptoribus eſt credendum cum conſtet ea à Deo accepiſſe, fol. 11. c. 32

Verioris & antiquioris ſcriptoris lectionem amplecti debemus, 11. c. 53

Facile credimus ſcriptori ſi eum probæ vitæ agnoſcimus, f. 6. c. 24

Ingenij exercitationis cauſa aliqua omittitur à ſcriptore Canonico, fol. 25. c. 133

*Scriptura ſacra.*

Sacram ſcripturam audire & intelligere nihil dulcius, exequi autem quod iubet nihil amarius, fol. 71. c. 372.

Noſtræ imbecillitati ſe attemperat ſacra ſcriptura, 167. c. 45

Nihil in ſacra ſcriptura ſuperfluum, 161. c. 11

Altum ingenium ſuperborum irridet ſacra ſcriptura, 172. c. 73

Ex ſacra ſcriptura quod malum agnoſcitur fugiendum, 199. c. 230

Myſteria ſacræ ſcripturæ abdita ſunt vt humiliter inquiramus, ibid.

*Arbor vitæ in Geneſ.*

Quæ ſunt neceſſaria docet ſacra ſcriptura, fol. 104. c. 252

Nihil ſuperfluum in ſacra ſcriptura, 206. c. 264

Circunſtantia in ſacra ſcriptura attendenda, f. 285. c. 258

Quod non conducit ad aliquid tacetur in ſcriptura ſacra, 445. c. 550

Quæ non ſunt neceſſaria ſacer textus prætermittit, fol. 470. c. 44

Noſtræ ſe accommodat infirmitati ſacra ſcriptura, fol. 511. c. 138

Curioſe perſcrutandum non eſt quod in ſacro textu non aperitur, 549. c. 388

Figuræ in ſacra ſcriptura ſunt intelligendæ, fol. 693. c. 5

Modo noſtro intelligendi ſe accommodat ſcriptura ſacra, 715. c. 56

Puteus eſt ſcriptura ex quo ſcientiam virtutum haurimus, 899. c. 130

Sacra ſcriptura puteus perennis hæreticorum doctrina cito deficiens, ibidem.

*Senectus.*

Senectus bona non in deliciis ſed in amore virtutis conſiſtit, f. 869. c. 218

Bona ſenectus non annorum multitudine computanda, ibid.

Non impedit ſenectus quin virtutem debeas amplecti, 870. c. 229

Ætate ſenex virtutibus impiger, puer nuncupatu, fol. 970. c. 276

Non ex ætate ſenectus ſed ex ſanctitate commendatur, 962. c. 226

Ad pietatem apta ſenectus, 963. c. 231

*Senſus.*

Qui ſenſus bene regit diues eſt, f. 776. c. 19

Omnes ſenſus noſtri ab affectionibus variis circuncidendi, 913. c. 66

Externos ſenſus maxima cum diligentia cuſtodire debemus, 934. c. 25

*Sepultura.*

Filius virtutis amator à patre relictus ſuperſtes eſt ei glorioſus tumulus, fol. 472. c. 53

Deus ita mortuos iuſtos honorat vt differat punitionem totius generis humani vt illorum obſequiis fiat ſatis, 575. c. 80

*Sequi Deum.*

Ad Deum ſequendum nobiſmetipſis renuntiare debemus, fol. 746. c. 68

Qui Deum ſequitur & fide eſt armatus nihil debet timere, 763. c. 117

Sectatori Chriſti Domini ſolet Deus temporalia bona largiri, 833. c. 180

Deum ſequi non opus ita facile, 604. c. 15

*Seruus Dei; ſeruire Deo.*

Vere Dei ſeruus proprio nutu ad Dei obſequium fertur, fol. 75. c. 396

Ad obſequium Dei ex creaturis inſenſibilibus commouemur, 58. c. 500

In Dei obſequio eadem ſit vita iuſtorum, fol. 111. c. 560

Perfectior cultus requiritur à cognoſcentibus veritatem rerum, 172. c. 75

Quod Deo ſeruire debet non permittit inſtrumentum eſſe diaboli, 255. c. 69

Semper Deo ſeruire debemus, 476. c. 63

Deo non timore pœnæ ſed amore ſeruiamus, 481. c. 104

Ex iuſtitia Deo ſeruire tenemur, 528. c. 253

Maiori digni ſunt honore quamuis minores ætate qui Deo obſequuntur quam maiores natu deſe-

centes Deum, folio 684. conceptu 254
Deo ſeruiens confidat nihil ſibi deeſſe poſſe, f. 757. c. 139
Obſequium Dei ſit omnibus modis perfectum, fol. 799. c. 161
Obſequio Dei omnia noſtra debemus dicare, 826. c. 128
Qui Deo obſequuntur ei adhærere toti debent, fol. 860. c. 168
Seruos Dei ab eximiis operibus ceſſare reprehenſibile eſt, 904. c. 11
Deo toti obſequamur non diuiſi, 908. c. 37
Qui pro Dei obſequio aliquid perdit lucratur, fol. 913. c. 65
Vero Dei ſeruo nihil deberet deeſſe ad perfectionem, 905. c. 25
In omni obſequio noſtro non reſpiciantur homines ſed Deus in illis, fol. 941. c. 77

*Seruus.*

Obſequi debemus etiam iis quos aliorum miniſtros credimus, f. 942. c. 85
Boni Domini ſeruos otioſos & deſides non habent, 957. c. 188
Ancilla ſi à domino ſuo diligatur, aduerſus omnes tumeſcit, 884. c. 34
Aliquando ſeruus familiæ ruina, 250. c. 32
Ille ſeruus eſt infidelis qui inobediens, f. 274. c. 190
Serui ſuperbi, 892. c. 84
Non voluntaria ſeruitus miſerrima, fol. 685. c. 243
Ingrati ſunt ſerui, 885. c. 35
Peccatum fugiendum monet ſeruitus, 685. c. 241
Impius ſeruus eſt iuſtorum quibus præeſſe videtur, fol 685. c. 242
Facta ſeruorum in dominos retorquentur, fol. 782. c. 56
Nequitia ſeruorum dominos diſcordes efficit, 784. c. 67
Hominum ſeruitus intolerabilis, 803. c. 7
Conditio ſeruitutis iure intelligitur impoſita peccatori, ibid.
Multo maior eſt ſeruitus libidinis quàm hominis, ibid.
Si tibi copia ſeruorum eſt non ad authoritatem ſed ad eorum inopiam ſubleuandam ſit, fol. 814. c. 54
Aliquando in dominos ſeruorum fidelitas magna, ibid.
Quamuis dominam ſuam grauiter offenderit grauiter fert puniri ancilla, 888. c. 59
Probis ſeruire ſatius eſt quàm morari in domo infidelium principum, 883. c. 29
Inſolentes ſerui, 884. c. 33
Obediant illico ſerui dominis ſuis, 927. c. 138

*Sermo.*

Magnalia Dei loquenda ſunt non ſecularia, fol. 8. c. 35
Non eſt loquendum vbi quis non audiunt, fol. 39. c. 203
Dicere diuinum maximæ eſt efficaciæ, 64. c. 740
Verbum Dei maximæ energiæ & virtutis eſt, ibid.
De Deo ſermo habendus, 209. c. 276
Vnico vti idiomate maximum Dei beneficium, fol. 705. c. 3
Vnitas ſermonis correſpondeat vnitati cordis, 706. c. 4
Loqui cum Deo totum requirit hominem, fol. 815. c. 2
Colloquium Dei ſi ſemel guſtamus, deſiſtere non poſſumus, 995. c. 434
Qui à diuini colloquij dulcedine ceſſauit, illud non curat amplius, ibid.
Verba vel ſigna mentem declarant, fol. 960. conceptu 216

*Seuerus.*

Seuerus ſis erga impios, f. 648. c. 14
Nimium ſeueri eſſe non debemus in puniendo, fol. 836. c. 13

*Silentium.*

Silentium ab initio maxime vtile, 271. c. 168
Male loquentibus pœna tacendi imponitur, fol. 719. c. 80
Silentium etiam coactum vtile, f. 717. 73

*Similitudo Dei.*

Similes Deo ſumus per virginitatem, fol. 131. c. 667
Dei ſimilitudinem habemus benefacientes inimicis, ibid.
Similitudinem Dei habemus cum ſumus benefici, 131. c. 670
Non omnis homo Dei ſimilis, 128 c. 642
Virtute Deo ſumus ſimiles, 129. c. 655
Caſtitate Deo ſumus ſimiles, 132. c. 669
Diſſimiles ſumus Deo auaritia, 134. c. 684
Bonis operibus Deo ſumus ſimiles, 142. c. 723
Similitudo Dei in homine auocat nos ab homicidio fol. 657. c. 69

*Simplicitas.*

Simplitas non æmulatur malignantes, fol. 620. c. 80
Simplicitas non ex vitio ſed ex natura proueniens Deo grata ibid.
Simplicitas non eſt aſtuta, ibid.
Qui ambulat ſimpliciter ambulat & confidenter, ibidem.

*Sobrietas.*

Sobrios ab initio nos docuit eſſe Deus, f. 74. c. 391
Ex ſobrietate vita diuturna, fol. 476. c. 64
Deus quaſi terrenus haberetur qui in abundantia vini ſobrius eſſet, 675. c. 175
Vinum non ebibit nec abſorbet temperans, fol. 674. c. 166
Maxime ſobrij ante diluuium patres fuere, fol. 676. c. 188
Maxima & laudabilis apud antiquos Sobrietas, fol. 654. c. 168

*Societas.*

Improborum conſortium à iuſtis vitandum, fol. 41. c. 223. f. 756. c. 130
Societas impij ita periculoſa eſt vt etiam ſi iuſtus ſit vt ſol, poterit illius conuerſatio obſcurari, f. 47. c. 258
Ita periculoſa eſt malorum Societas vt etiam Angeli puriſſimi tenebræ videantur, ibid.
Diuina protectio neceſſaria eſt ne cum impiis commorantes eorum mores ſequamur, fol. 836. c. 10
Societas iuſtorum expetenda, non ſolum vt per eos boni fiamus, ſed etiam vt per eorum merita nobis parcatur, 993. c. 420
Pudore ſuffundamur ad vomitum reuerti & impiorum ſocietatem inquirere, 892. c. 81
Adeo timendum impiorum conſortium, vt Deus ſuos aliquo ſigno obſignet ne eis commiſceantur, fol. 914. c. 71
Ita contagioſa eſt impiorum ſocietas vt nihil ex iis debeamus habere, 748. c. 82
Ex conſortio iuſtorum non exiguum capit peccator emolumentum, 78. c. 410
Societas iuſtorum ſemper vtilis, 779. c. 39
Societas malorum nocet, fol. 113. c. 574
Impiorum ſocietas vitanda, 759. c. 78
Societas ſit cum æqualibus, fol. 129. c. 400
Societas malorum nocet, 249. c. 23

Viri iuſti ſocietatem inquiramus, fol. 812. c. 46
Societas inæqualibus nocet, 273. c. 178
Vult Deus nos malorum ſocietatem vitare, f. 316. c. 414
Societas malorum nociua eſt vt omnibus damnum inferat, f. 3 8. c. 470
Beati ſumus cum iuſtos habemus in noſtra ſocietate, fol. 409. c. 296
A iuſtorum ſocietate abeſſe maximum malum eſt, fol. 788. c. 94
In ſocietate voluptati deditorum iuſti interficiuntur, f. 404. c. 262
Conſortium alicuius potens eſt mutandi mores, fol. 414. c 317
Societas etiam fratris ſi eſt impius fugienda, f. 407 c. 184
Mali ex conuictu malorum peſſimi redduntur, fol. 723. c. 112
Impiorum ſocietas non præiudicat bonis, fol. 465. c. 12
Societas iuuenum ſit cum ſenioribus, 789. c. 100
Societas impiorum eſt aliis periculoſiſſima, fo. 494. c. 35
In impiorum ſocietate virtutem colens dignus admiratione, fol. 522. c. 206
Malum eſt commiſceri peccatoribus, 519. c. 187
Si fuerimus in virtute conſtantes impiorum ſocietas non nocebit. fol 527. c. 246
Magnæ virtutis eſt cum impiis virtutem ſeruare, ibid.
Maxima virtus eſt inter impios commorari, & moribus eorum non communicare, 789. c. 99
Qui impiorum ſocietatem fugit à Deo diligenter ſeruatur, fol. 541. c. 349
Diuinæ virtutis eſt inter impios pietatem retinere, fol 790. c. 101
Iuſtus iuſtorum conſortio maxime delectatur, fol. 619. c. 76
Separatio à ſocietate iuſtorum maxime nociua, fol. 810. c. 32
Ex bonorum ſocietate aliquando impij meliores euadunt, 606. c. 5
Impius ita iuſti conſortium abhorret vt ſe à vinculis liberatum exiſtimet cum ab eo ſeparatur, fol. 917. c. 67
Maxima fœlicitas ſanctorum ſocietati coniugi, fol. 688. c. 161
Malorum ſocietas difficile relinquitur, fol 7;4 con. 139
Laborandum eſt à ſuperioribus vt ſuos à malorum ſocietate ſeparent, ibid.
In impiorum ſocietate viuere mori eſt, fol. 729. c. 124
Si iuſtus inuenitur inter impios, eſt tanquam in ſolitudine, fol. 738. c. 11
Societatem piorum ſequamur, impiorum relinquamus, fol. 747. c. 78
Cum ſancto ſanctus eris, & cum impio impius, fol. 780. c. 41
Qui cum impjis degit ſimul cum eis punietur, fol. 810. c. 33
Societas impiorum ita periculoſa vt nihil eorum quę ad illos pertineat debeamus attingere, 831. c. 168
Difficile eſt inter impios vitam æternam conſequi, 853. c. 129

*Spes.*

Cum Spe coniuncta tibi ſit miſericordia aliæque virtutes, fol. 80. c. 415
Sperandum in Deo & non in creaturis, fol. 84. c. 452

*Arbor vitæ in Gen.ſ.*

Voluit Deus vt vbique in eo ſpem noſtram collocaremus, 103. c. 521
Homo maxime Deo confidere debet, fol. 149. c 760
Spes in hominibus poſita pernicioſa, 171. c. 199
Spem in Deo habere vt maiora poſſideatis, fol. 220. c 346
Ad ſpem habendam nos prouocat Deus, fol. 293. c. 318
Diuinæ prouidentiæ maxime ſperandum eſt, 349. c. 674
Spes nobis datur ad paradiſum redeundi & quomodo, 361. c. 743
Sperans in Deo dignus immortali nomine, fol. 463. c. 2
Qui in Deo ſpem habet ille vere vir dicendus, 459. c. 625
Sperans in Deo Deus poteſt dici, ibid.
Homo non in ſeipſo ſed in Deo ſpem ponere debet. ibid.
Optimus inuocationis modus eſt in Deo ſperare, ibidem.
Qui recte ſperat verus homo eſt dicendus, fol. 464. c. 3
Qui non ſperat irrationalis eſt, ibid.
Sine ſpe alias virtutes perfecte in te non contines, ibidem.
Spes maxime neceſſaria certantibus in impios, 460. c. 631
Spes eſt anchora ſeruans animam, ibid.
Spes eſt quaſi eterna poſſeſſio, ibid.
Spes omnipotentiam Dei maxime manifeſtam reddit, ibid.
Spe miſericordiæ Dei peccata committere nullum ſcelus abominabilius, ibid.
Spem meritum comitetur, ibidem.
Effectus bonæ ſpei pœnæ ſunt innumeri, ibid.
Qui in Deo ſperat non videtur degere in terris, fol. 478. con. 77
Qui bene ſperat laudabilis eſt, è contra vituperabilis, 4-2. c. 52
Deus in ſpe nos confirmat, 555. c. 423
In Deo optimo ſpes noſtra eſt collocanda, fol. 548. con. 382
Spes eſt certiſſimum remedium malorum, fol. 589. con. 113
Spes firmiter Dei promiſſis nos adhærere facit, ibid,
Omnia ſpe vincimus, 604. c 255
Iuſto ſemper ſpes tribuitur. 617. c. 69
Noſtram ſpem adimplere Deus diu non differt, fol. 625. con. 109
Deus ſpem nobis præſtat, 661. c. 91
Spes firma poſſeſſio videtur, 844. c. 71
Non confunditur ſpes, 816. c. 75
Allicit nos Deus vt in eo ſperemus, 847. c. 93

*Sodomia.*

Peccatum nefandum omnium criminum enormitatem continet, fol. 791. c. 107
Non peccatum non nomine dignum, ibid.
Tale eſt vitium contra naturam vt à Deo vindictam quærat, 578. c. 329

*Spiritus ſanctus.*

Spiritus ſanctus ad operandum facillimus, fol. 30. con. 161
Spiritus ſanctus æternus Deus eſt, ibid.
Spiritus ſanctus à patre filioque procedens, fol. 31. con. 163
Spiritus ſanctus omnium creator, ibid.
Spiritus ſanctus omnium artifex, ibid.
Spiritus ſancti non ſolum præſentia ſed operatio manifeſtatur, ibid.

Vbi Spiritus ſanctus inuenitur, ibi virtutem communicat, ibid.
A Spiritu ſancto omne bonum procedit hominibus, ibid.
Spiritus ſanctus donum Dei eſt, ibid.
Spiritus ſanctus deſcendens & aſcendens affectum amoris erga nos maximum declarat, 32.c.167
Spiritus ſanctus ita hominem diligit vt ſine eo inquietus eſſe videatur, ibid.
Spiritus ſancti amor non refrigeſcit etiam à nobis impeditus, ibid.
Spiritus ſanctus ita diligit nos vt cum eſſe non poſſimus quod ipſe eſt, taliter operatur vt ei vniamur, ibid.
Spiritus ſanctus omnibus firmitatem tribuit, fol.31. c. 166
Spiritum ſanctum recipiens debet bonis operibus vacare, ibid.
Spiritus ſanctus ſuper humiles requieſcit, ibid.
Spiritu Dei præditus eſt qui alteri non inuidens ſinit eum manifeſtari, ibid.
Spiritus ſanctus ab initio omnium conductor, f. 33. c.175
Spiritus ſanctus confuſionem abhorret, ibid.
Spiritus ſanctus non contentus, ſed omnia continens, ibid.
Spiritus ſanctus pacis amator, ibid.
Spiritus ſanctus præcedat operationem noſtram, 38. c. 198
Donum ſpiritus ſancti nempe conſilij accepimus cum miro modo noſtræ conſulimus poſteritati, 115 c.579
Spiritus ſanctus opus incœptum perficit, f. 116. con. 630
Spiritus ſanctus datur ſpernentibus terrena, fol. 187. c.160
Spiritus redditus quia ablatus, 184.c.138
Qui Spiritum ſanctum iniuriâ afficit, grauiter punitur, 457.c.498
Spiritu ſancto carens caro eſt, 533.c.288
Spiritus qui ab initio ferebatur ſuper aquas, deinde Eccleſiam ornat, 624.c 104
Spiritus ſanctus ſemper beneficus, 606.c.2
Spiritus ſanctus datur in remiſſionem, ibid.
Expulſo dæmone, Spiritus ſanctus pacem annuntiat, 627.c.124
Magna cum diſpoſitione expectandus Spiritus ſanctus, 863.c.187
Spiritus ſancti ſedes aqua, quia baptiſmum repræſentat, 37.c.173
Subditi aliquando prælatorum ruina, 248.c.18
Subiectio laudanda eſt, 325.c.514
Bonus ſubditus ita defectus prælatorum operit vt ab aliis non cognoſcantur, 681.c.216
Commotis ſubditis immotus maneat prælatus, 708. c.18

*Subuenire.*

Subuenire primò debemus neceſſitati proximorum, 986.c.186
Neceſſitatibus ſubueniendum, 651.c.36
Non ſolum corporis neceſſitatibus, ſed animi ſubueniendum, 758 c.143
Deus tempore opportuno ſubuenit, fol. 768. con. 210

*Superbia.*

Deus ſuperbiendi occaſiones adimit, 45.c.248
A ſuperbia reuocamur, 131.c.665
Deus amputat occaſionem ſuperbiendi, fol. 193. c.194
Superbia omnis peccati initium, 548.c. 19
Ex ſuperbia conſenſus in ruinam, 262.c.110
E ſuperbia labimur in aliena peccata, fol.271. con. 170
Vilis eſt ſuperbus, ibid.
Ex ſuperbia carnis impudicitia, 279.c.224
Vbi ſuperbia ibi deceptio, 304.c.383
Maior ſuperbia eſt in peccatore quam in alio, ibid.
Impedit agnitionem peccati ſuperbia, 300.c.360
Proprium peccatorum ſuperbire, ibid.
Qui ſuperbiam alterius ſequitur grauiùs eo punitur, 715.c.63
Maxima pœna eſt ſuperbo aliis ſubiici, 307.c.402
Per ſuperbiam & luxuriam nos decipit diabolus, ibidem.
Diaboli caput ſuperbia, 318.c.464
Deprimitur ſuperbus, 342.c.625
Nullum ſecum virtutem patitur ſuperbia, fol. 884. c.31
Omnium malorum conſummatio ſuperbia, f. 345. c.646
Mira hominis ſuperbia 345.c.642
Deus nos reuocat à ſuperbia, 350.c.680
In bonis operibus cauenda eſt ſuperbia, fol.395.con. 207
Deus ſuperbiendi occaſionem amputat, fol.503.con. 88
Non facile vinci poteſt ſuperbia, ibid.
Muliebris ſexus eſt ſuperbire, 884.c.32
Cadere eſt ſuperbire, 503 c.90
Grauiſſimum peccatum ſuperbia, ibid.
Repletur vitiis ſuperbus maxime luxuria, ibid.
Præcipue ſibi ſuperbus non aliis nocet, ibid.
A ſuperbia quamplurimum oritur contemptus Dei 504. c.94
Solus Deus omnipotens ſuperbis reſiſtere poteſt, ibid.
Non parcit ſuperbis Deus, ibid.
Pudeat nos imperfectus adhuc ſuperbire, fol.994. c.435
Difficile conuertitur ſuperbus, 537.c. 3.7
Fundamentum peccatorum omnium eſt ſuperbia, 504.c.97
Proprium ſuperbi nihil omnino poſſe ferre, f. 888 c. 57
Ex ſuperbia mille calamitates, ibid.
A Deo extinguuntur ſuperbi, 603.c.239
Deo maxime fœtet ſuperbia, 708.c.16
Superbi ſunt ſtulti, 711 c.30
Maxima hominum ſuperbia, ibid.
Ita erigitur ſuperbus in Deum vt eius potentiam irrideat, 695.c.12
Tenebroſus ſuperbus, 694.c.6
Quò vilior eſt hominum natura, eò ſuperbia eorum audacior, 715. c.55
Tantum peccatum eſt ſuperbia vt pœna illius vſque in finem permaneat, 719.c.81
Nullus eſt qui auxilium ferat ſuperbis, ibid.
Ita peccatum enorme eſt ſuperbia vt tota Trinitas videatur neceſſaria ad illud frænandum, ibid.
Deus præcipue ſuperbos à quibus laceſſitus confundit eis reſiſtens, ibid.
Iuncta eſt impœnitentiæ ſuperbia, 717.c.71
Alia vitia habet ſuperbus, 792.c.114
Confringenda ſuperbia, 860.c.168
Ex ſuperbia ferocitas, 897.c.115
Verè fidelis ſuperbire non poteſt, 907.c.34
Nihil calamitoſius quam hominem homini ſuperbire, 936.c.46
Cum cætera vitia ſuperaueris caue tibi à ſuperbia, 318. c.465

*Superfluitas.*

Superfluitas à Deo non approbatur, fol. 155. c. 794
Vitanda ſuperfluitas, 174. c. 80
Nihil ſuperfluum, ſed vnumquodque vult operari Deus, 182 c. 129
Quo quis perfectior eo ſolis neceſſariis magis contentus, 244. c. 488
Nihil Deus vult eſſe ſuperfluum, 601. c. 222
E ſuperfluitate varia peccatorum genera, fol. 792. con. 18

*Suſpicio.*

De aliis male ſuſpicari nunquam debemus, fol. 299. con. 357

T.

*Tempus.*

TEmpus abſtinendi ab amplexibus, tempus vacandi coniugio, fol. 631 c. 137
Quicunque tempore abutuntur eo priuantur, 577. con. 88

*Tentatio.*

Tentatio iuſtitiam ſequitur, ſed non extinguit, fol. 52. con. 279
Tentatio interior prouenit ex conditione naturæ corruptæ, fol. 247. con. 10
Tentationis dolum poſſumus agnoſcere, ibid.
Tentationes permittit Deus ad ſuæ bonitatis declarationem. ibid.
In tentando diabolus aſtutiſſimus, fol. 252. c. 38
Tentamur vt melius viuamus, ibid.
Permittit Deus Tentationes vt coronemur, fol. 253. con. 46
Tentamur vt ſciamus quantum malum ſit peccatum, ibid.
Tentationem Deus eſſe permiſit, vt virtus noſtra agnoſcatur, ibid.
Tentatio ſerpentina eſt, ibid.
Per peccata quæ enarrat Ioannes in ſua canonica tentata eis mulier inuenitur, 274. c. 187
Debemus attendere initium tentationis diabolicæ vt illam poſſimus euadere, 316. c. 451
Tentatio frænum vitiorum, ibid.
Per tentationes regnum cœlorum conſequimur, ibid.
Mala tentatio ſtatim ſopienda, 395. c. 204
Tentationibus reſiſtere in noſtra ſitum eſt poteſtate, 399. c. 230
Virtus Tentatione perficitur, 564. c. 5
Tentationis victor gratias Deo referat; fol. 608. con. 23
Poſt tentationem deuictam præmium, fol. 648. con. 18
Tentatione quantumlibet ſæuiente, non tamen de diuino auxilio diffidendum, 718. c. 145
Deus non tentandus, 762. c. 169. & 146
Tentatur ad Deum accedens, 758 c. 144
Iuſti tentantur vt humilientur, 762. c. 175
Tentatio non eſt indicium derelictionis diuinæ, ſed potius illius curæ, 772. c. 230
In Tentationem incidere non nimis ægre ferendum, 811. c. 38
Deus non Tentatur, cùm ab eo ſignum petimus vt inſtruamur, 858. c. 158
Tentatio patientiam noſtram aliquando exercet, 608. con. 22
Tentatio mala Dæmonis opus, 862. c. 179
Pluribus intenti negotiis ſæcularibus magis tentantur, ibid.
Promptè abigendæ ſunt tentationes, 861. c. 176
Nemo vltraneis tentationibus obiiciat ſe, fol. 862. con. 177

Nullus à Tentatione liber, ibid.

*Teſtimonium.*

Teſtimonium quod datur contra aliquem à quo quis beneficia accepit, iudicatur rectum & admittendum, 6. c. 28

*Timor.*

Solus Deus vere timendus eſt, 13. c. 65
Timor ſimul cum amore, 199. c. 226
Nihil magis timere debet homo quam ſeipſum, 208. con. 271
Vbi ſumma ſecuritas, ibi videtur maximum periculum ineſſe & ideo timendum, 261. c. 102
Timor diuinus retrahit à malo, 262. c. 111
Timore pœnæ non audet quis peccare, ibid.
Cum Deum timemus omnes occaſiones peccandi vitamus, 269. c. 150
In omni loco timendum, ibid.
Timeat vnuſquiſque ne cadat, ibid.
Qui non habet Dei timorem, peruerſa cogitat, fol. 274. con. 189
Maxime timere debent peccatores, 289. c. 286
Timor pœnæ aliquando ſuperbos & audaces efficit. 301. con. 367
Peccator magis timet pœnam quam culpam, fol. 657. con. 77
Timor Dei conterit Diaboli inſidias, 317. c. 462
Peccatori maximus incutitur timor, vt à peccatis reſurgat, 362. c. 756
Peccator ſemper formidat, 422. c. 394
Timor indiuiduus comes peccati, ibid.
Timor quomodo eſt peruerſus, 450. c. 574
Qui timet Deum, coram eo ambulat, 527. c. 248
Deus timore percutit vt pœnitentiæ vacemus, fol. 552. con. 403
Timore Deus percutit vt humiliemur, ibid.
Timorem ſeruilem vult Deus à nobis expelli, fol. 579. con. 105
Vero timore nos concutit Deus, 585. c. 130.
Timore percutimur vt à peccatis ceſſemus, fol. 584. con. 117
Cum timore vult non eſſe Deus, 642 c. 197
Quamdiu timor Dei in nobis viguerit à diuina vltione immunes erimus, 664. c. 111
Nimium timorem à nobis aufert Deus, 666. c. 123
Quò perfectio eſt maior, eò maior debet eſſe timor, 751. con. 95
De noſtra infirmitate debemus eſſe timidi, fol. 742. con. 61
Dei maieſtas nobis incutiat timorem, ibid.
Nihil in hac vita ſecurum, ideo timendum, fol. 835. con. 5
Deus eo magis timendus quo indulgentior, ibid.
Qui ſemper timet quaſi à mortis metu liber eſſe videtur, 438. c. 502
Nimius Timor amorem adimit, ibid.
Timidi eſſe debemus ne decidamus à Dei beneficiis 854. con. 137
Timor omnipotentiæ neceſſarius ad conſeruandam iuſtitiam in anima, 503. c. 8
Timor offenſionis diuinæ quantumuis peccatum abſcondit, ne videatur, 978. c. 339
Non ſine timore ante Dei conſpectum appareamus 995. con. 438

*Trinitas.*

Deus ab æterno filium generabat pater cum filio ſpiritum ſpirabat, 4. con. 15
Verbum diuinum licet principium ſit, non tamen ſine principio; ſed de principio, ibid.
Myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis declaratur, fol. 5. con. 21

Vnitas diuinæ eſſentiæ in tribus perſonis declaratur 5. con. 22
Trinitas perſonarum cum vnitate eſſentiæ declaratur, 14. c. 70
Trinitas cooperata eſt ad mundi creationem, fol. 33 c. 177
Trinitas nobis notificatur, ibid.
Non tantum Pater imperat ſed Filius & Spiritus ſanctus cum eiuſdem ſint naturæ & conſenſus, 41. con. 214
Non ſolum in creatione ſed etiam in rerum formatione Trinitas inſinuatur, 41. c. 228
Non inordinate ſed ordinatiſſime tres perſonæ exprimuntur, ibid.
Trinitas cum vnitate, 38. c. 197
In Verbo complacebat pater omnia condens, fol. 43. con. 231
A patre æterno approbantur quæ facta ſunt à filio, 63. con. 334
Pluralitas perſonarum denotatur, 58. c. 309
Pluralitas perſonarum denotatur, 96 c. 491
Pater æternus genuit filium ſibi ſimilem, 207. con. 544.
Trinitatis myſterium in creaturis elucet, 112. c. 567
Myſterium Trinitatis occultatur irrationali creaturæ & panditur rationali, 124. c. 610
Pater & filius æquales ſunt, ibid.
Filius Patris imago Spiritus ſanctus vtriuſque ſimilitudo, ibid.
Trinitas non plures Dij ſed vnus Deus, f. 140. c. 709
Diſtinctio perſonarum in Trinitate, f. 139. c. 707
Hoc patri diuino proprium videtur quod de viliori materia facinora ſua educat, 179. c. 112
Totius Trinitatis eſt inſpirare, 183. c. 135
Trinitatis myſterium exprimitur, 350. c. 676
Vnitas diuinitatis cum Trinitate ibid.
Sancta Trinitas quæ antea præfigurabat nunc ſacramentum operatur, 628. c. 116
Trinitatis fide Eccleſia adaugenda figuratur, fol. 704. con. vlt.
Vna perſona diuina non eſt maior alia ſed quælibet æqualis alteri, 935. c. 28
Trinitas tanquam vnus Deus honoratur, fol 939 con. 62
Vnitas eſſentiæ cum Trinitate perſonarum colitur, 956. con. 185


*Triſtitia.*


Triſtitia ex peccato interimit peccatum, fol. 329. con. 501
Triſtitia ex voluptate, 322. c. 489
Bona eſt Triſtitia quæ eſt ad pœnitentiam, ibid.
Triſtitia de peccatis vtilis eſt, 222. c. 557
Triſtitia ſignum maximæ infirmitatis, 387. c 146
Triſtitia vermis eſt cordis, ibid.
Triſtitia genus ebrietatis, 389. c. 166
Triſtitia ſaluti noſtræ aduerſatur, ibid.
In mœrore noxio exitium noſtrum, 390. c. 171
Iuſtum non vult Deus triſtitia affligere, 458. c. 132
A nobis mœrorem repellit Deus, 659. c. 84


*Tyrannus.*


Princeps Tyrannus alius non ſinit quieſcere, fol. 711. con. 32
Tyrannus tranſgreſſor mandatorum Dei, fol. 695. con. 10


V

*Vanitas.*


VAna gloria non eſt curanda, 522. c. 210
Mundanarum rerum vanitas, 620. c. 84
Nihil vetuſtius quam quod res terrenæ inanes tranſeunt, 26. c. 135
Homo Vanitati ſimilis, 375. c. 69
Humana poteſtas non circa res veras, ſed circa titulos & nomina rerum verſatur, 229. c. 403


*Veritas.*


Veritas ſuo tempore aperienda & occaſio errorum adimenda, 6. c. 26
Eodem imbutis errore eadem veritas anuntianda 14. con. 72
Superflua eſt annuntiatio veritatis cum non auditur, 134. c. 685
Veritas lux eſt quæ neſcit occaſum, 44. c. 234
Ex natura noſtræ conditionis veritatem ſemper pronuntiare deberemus, 187. c. 164
Veritas à quocumque doctore prolata recipienda, 6. con. 27
Homo veracior eſt muliere, 295. c. 331
Veritate ad Paradiſum fit regreſſus, 365. c. 764
Veritatem dicere acceptius eſt Deo quam ſacrificium, 410. c. 311
Veritas aliquando celanda, 762. c. 171


*Verbum Dei.*


Verbum Dei efficaciſſimum eſt, 73. c. 383
Verbum Dei actiuos & contemplatiuos ſpiritualiter generat, 102. c. 515
Verbum Dei efficaciſſimum, 212. c. 568
Verba ſanctorum Verba Dei ſunt, 241. c. 474
Verbum Dei ita efficax eſt vt Diabolus eo vtatur ad perſuadendum, 251. c. 14
Peccator audiens Verbum Dei ſignum ſalutis, fol. 286. con. 269
Homo tardus verbi Dei auditor, ibid.
Qui verbum Dei annuntiat dicitur illius nomen inuocare, 461. c. 650
Qui verbum Dei ſeruat ab eo ſeruatur, fol. 558. con. 322
Cum verbum Dei mentem noſtram penetrat Deus deſcendere videtur, 721. c. 98


*Verbum Diuinum.*


Verbum licet principium ſit non tamen ſine principio ſed de principio, 4. c. 16
Verbi diuini prius datur cognitio quam patris ne Iudæus erret, 4. c. 18
Inſania eſt arbitrari verbum poſt alia genitum, fol. 38. con. 150
Ad cognitionem verbi diuini ducimur quaſi nolentes, 55. c. 296
Omnia in verbo erant aut antequam formaretur, 58. con. 307
Verbum coæternum eſt patri, ibid.
Verbum vnitum naturæ humanæ eadem ſi eadem attributa habet quam antequam homo fieret, 83. con. 429
Deus per verbum omnia aperuit, 168. c. 49
Verbum Dei ſigna præbet reparationis futuræ ab initio, 347. c. 654
Virtuti deditus alios in ſuis laboribus conſolabitur, 484. con. 109
Verbum diuinum edocet quid faciendum, ibid.
Verbum Dei in vtero virginis tanquam arcus extendens brachia ſua ad nos, 667. c. 128


*Veſtimenta.*


Veſtimentis vilibus deberemus indui, f. 347. c. 655
In veſtimentis non neceſſariis auellimur à Dei cultu, 243. c. 486
Vſus veſtimentorum curioſus multos è Paradiſo eiicict, 347. c. 657
Veſtimur in recordationem peccatorum, ibidem con. 656
Mulier veſtium curioſarum inuentrix, f. 448. c. 559
Veſtimenta precioſa ſuperbiæ iudicium, ibid. c. 560

Veſtibus induendum ad neceſſitatem, ibid.
Veſtimenti præcioſi Diabolus inuentor, ibid.
Prætioſa veſte ornatus pater fraudi dæmonis, ibid.
Prætioſæ veſtis appetitur infirmitas maaima, ibidem.
Cura veſtis exterioris indicium nullius ſollicitudinis animæ, ibid.

*Vindicta.*

Impius vltionem ſuam exerceret in ipſum Deum ſi poſſet, 406. c. 280
Vindictam exigere imbecillis animi eſt, fol. 415. c. 250
Vindictam non expetit Deum diligens, ibid.
Vindicta Deo reliquenda, ibid.
Vindicta non eſt exigenda, 416. c. 353
Non proprias iniurias vindicantem Deum debemus imitari, 418. c. 369
Deus nos reuocat à vindicta, 437. c. 494
Vindicta etiam apparens animum excruciat, fol. 452. c. 591
Vindicta hominis quaſi infinita, 455. c. 607
Vindicta communis non eſt cito inferenda, fol. 539. c. 327
Iuſtus quomodo de aliorum vindicta lætatur, fol. 565. c. 11
Lætatur iuſtus ex zelo diuinæ iuſtitiæ vindictam peccatorum conſiderans. 590. c. 167
Impiorum vindicta aliquando iuſtos alacriores efficit, 876. c. 264
Muliebris animi eſt quęrere vltionem, fol. 887. c. 49
In vindicta etiam iuſta ſumenda à delictis conſilium à viris probę vitę ſumendum, fol. 974. concepiu 301

*Victoria.*

Victoria Deo tribuenda, 830. c. 159
Triumphum & victoriam minuit mercedis ſuſceptio, ibid.
Qui victoriam Deo gratulatur firma pace à Deo ſtabilitur, 823. c. 112
Victoria ſuperbum non efficiat principem, fol. 819. c. 92
Victoria non multitudine hominum ſed in fortitudine conſiſtit, 818. c. 84
Victoria diuino iudicio victos humiliant vel emendans peccata vel puniens, ibid.

*Virtus.*

Virtus ita ſpecioſa eſt vt non indigeat laudatore externo, 45. c. 241
Virtus ab initio ſeparatur à peccato, 59. c. 311
Non ſolum virtutes ſed & ſemina earum ſemper debemus habere, 73. c. 380
Ea creaturis inſtruimur ad virtutem ſequendam, 105. c. 537
De virtute in virtutem debemus progredi, f. 123. c. 75
Virtus difficulter acquiritur, 130. c. 657
Ingenitę primo parenti virtutes, ibid.
Virtute Deo ſumus ſimiles, 129. c. 655
In noſtra ſitum eſt poteſtate virtutem acquirere, ibidem.
Adimpleri virtutibus debemus, 144. 732.
Virtus non ex nobilioris loci ſitu, 192 187
Virtutibus cardinalibus anima ornata ab omni vitio ſe deffendit, 201. c. 217
Ad virtutis faſtigium paulatim aſcendendum, fol. 197. c. 215
Multiplex virtutum exercitatio ſublimes efficit, fol. 196. c. 213
Deus in nobis etiam noſtrarum virtutum eſt auctor, 207. c. 208
Virtus imperij cauſa, 325. c. 525
Virtus laborioſa, 336 c. 587
Qui ſolum vni virtuti ſtudet quaſi peccator apparet, 351. c. 687
Virtute fit reditus ad Paradiſum, 363. 761
Virtus licet vitio non ſit antiquior potior tamen quoad gloriam & honorem, 375. c. 67
Virtus prærogatiuam obtinet, 381. c. 125
Virtus firmata Dei teſtimonio illuſtrior eſt, 370. c. 89
Virtus per mala probatur, 406. c. 278
Virtus aliorum diſcenda, vt ſimiles adimpleamus, 410. c. 305
Virtus ſemper ſuperior euadit, 414. c. 341
Virtuti dedito nomen Dei tribuitur, 461. c. 646
Qui primus eſt in aliqua virtute tanquam Deus habetur, 461. c. 651
Virtus ſuo pręmio non fruſtratur, 477. 65
Virtuti deditos honorat Deus maximis conſolationibus, ibid.
Virtutibus dona conſequimur quę alij peccatis amiſerunt, 460. c. 638
Virtus rara, 478. c 74
Verę diuitiæ virtutis poſſeſſio, ibid.
Virtus vitio contraria nam hęc ab omnibus cognoſci illa autem celari exoptat, 479. c. 75
Virtus exigua vitiis facile extinguitur, 496. c. 42
Magnitudinem præbet virtus, 585. c. 102
Melior eſt vnus virtutem colens quàm infiniti peccatores, 521. c. 203
Virtus cum infeſtatur fortior redditur, 522. c. 204
Ille eſt homo qui virtutem colit, 525. c. 231
A virtute ſumenda eſt generis elatitas, 526. c. 237
Virtutes ſunt hominum parentes, ibid.
Virtus aliorum dominium poſſidet & pręmio temporali etiam donatur, ibid.
Tribus virtutibus cardinalibus debet anima ornari, 546. c. 369
Virtus tentatione perficitur, 564. c. 3
Gratam Deus habet virtutem quàm ipſemet contulit nobis, 566. c. 25
Tanto Deus fertur zelo virtutis ſuorum vt nullomodo conſentiat illius obliuionem haberi, fol. 567 c. 31
Virtuoſus etiam in hoc ſeculo virtutis ſuæ pręmium refert à Deo, 563. c. 1
Pro varietate temporum diuerſę exiguntur virtutes, ibid.
Tantę efficaciæ eſt virtus, vt reſtituit hominem ſuæ primę conditioni nempe quoad aliqua, fol. 591. c. 170
Virtus eſt fortiſſima, 619. c. 77
Si paternę virtutes in nobis fixę maneant maxime conferunt ad firmandum nos in bono, f. 626. c. 118
Virtus communicata non deperditur ab eam communicante, 618. c. 127
In agno virtutis theſaurus eſt, 636. c. 159
Virtus bonus odor Deo, 639. c 175
Non omnes quaſlibet virtutes amplecti poſſunt, fol. 650. c. 33
Virtutes diuturniorem vitam conſeruat, fol. 689. c. 264
Virtutem iuſti non latere maxime ſatagit Deus, fol. 757. c. 140
Virtus arduum iter amore mitam in ſuauitatem molitur, 741. c. 36
Deus virtutem iuſtorum carcere, 792. c. 115
Virtutes vitiorum victrices, 808. c. 21
Virtutes Theologales aliarum menſuræ, fol. 947. c. 124

Vittos non ſolum externo ſermone ſed meote amplectanda eſt, 739.c.20
Vittus eminens difficile ignoratur, 760.c.159
Virtus etiam ab impiis ignoratut, 812.c.43
Virtutes veræ ſuut fidelium diuitiæ, 831.c.163
Virtutes noſtras vult Deus declarari, 955.c.30
Virtute prædictos Deus honorat, 970.c.295
Virtus iuſtorum quaſi Deum conſtringere & ligare videtut, 972.c.293
Prius in aliqua virtute maximum præmiom promeretur, 995.c. 440
Virtus longe vitiis præualet. 997. c. 446

*Vitium.*

Contratium vitium virtuti eſt, 440 c.316
Vitiis deditus non dicitur homo, 531.c.273
Ille verus homo qui vitiis caret, 525.c.232
a Ne vitiis fœdemut occaſiones amouet Deus, fol. 691.c. a
Vitia ſectantur inter ſe diſcordes, 707.c.13
In conualle vitiorum habitant alij detrahentes, ibidem.
Homo ita cæcus, vt à virtutibus ad vitia reodat, ibidem.

*Vita.*

Ab initio vita hominis figuratur miſera, 51. c. 277
Prius vitæ noſtræ apparet finis quàm principium, ibidem.
Vitam noſtram eſſe breuiſſimam in prima creatione oſtendit Deus, 78. c. 405
Vitæ noſtræ etiam fœliciſſimæ adiungitur aliquid infauſtum, 77. c. 404
Miſera vitæ noſtræ viciſſitudo innuitur, f. 85. c. 438
Vita ita breuis eſt vt plurimi dies vnus cenſeatur, 171. c. 76
Vita noſtra breuiſſima, 188. c. 167
Vitæ noſtræ breuiſſimæ iucunda debet eſſe conſideratio, 206. c. 258
Quod vitam repræſentat contemnitur, ibid.
Non ſufficit viuere ſed neceſſarium eſt bene viuere 214. c. 108
Vita miſera deterior eſt morte, 222. c. 362
Vita quæ videtur longiſſima breuiſſima eſt, ibid.
Non ſolum viuere ſed bene viuere voluit Deus hominem, 221.c.357
Ita viuere debemus quaſi non eſſemus morituri, fol. 341. c. 618
Nullus ſtatus vitæ ſed flexus perpetuus, ibid.
Vita diuturna pœna eſt, 331. c. 551
Vita mors potius eſt dicenda, 345. c. 644
Vita noſtra miſera quia finis eſt puluis, fol. 342. cun. 632
Vitam infœlicis comitantur infauſta, 430. c. 455
In præſenti vita ſpem ſuam collocant impij, fol. 444. c. 548
Vitam cum vtilis eſt longiorem Deus tribuit, fol. 473. c. 55
Iuſti in hac vita ærumnoſa degere dolent, fol. 484. 111
Longiſſima hominum vita quaſi punctum reſpectu æternitatis, 483. c. 105
Deus longiorem vitam aliquando confert propter virtutem, ibid.
Vita ita breuis vt de præterito illius ſic ſermo, fol. 471. c. 45
Vitæ noſtræ plures anni dies cenſentur, ibid.
Vitæ alterius quàm præſentis voluit Deus nos ſpem habere, 485.c. 92
Vitam abbreuiat Deus propter noſtram vtilitatem, 499. c. 61
Maxima Dei miſericordia vitam impiorum abbreuiare, ibid.
Vita omnium in Dei poteſtate ſita eſt, 338. c. 323
Si Deus vitam cito impiis eripit miſericordiæ illius iudicium ne maiori pœna in inferno crucientur, 577. c. 90
Deus adimit vitam etiam innoxij pueris ne aliquando fiant conſortes iniquitatis, fol. 601. con. 220
Vitam Deus aliquando adimit peccatoribus tempore quo magis ab eis ſentietur, 583. c. 121
Vita hominis non ſicut pecudis, 652.c. 41
Vitæ noſtræ author eſt agnoſcendus, 653. c. 48
Vita pœnitentiæ agendæ conceditur, 690.c.267
Iuuenes non ſibi diuturnam vitam polliceantur, fol. 711. c. 131
Nulla in hac vita quies vſquequo ad cœleſtem patriam perueniamus, 798.c.256
Vita hæc quamuis fœlicitate redundans fallax eſt, 841. c. 54
Cœlum Ioachim, terra Anna fructus vitæ omnibus pepererunt, 23. c. 120
Vitę huius dominus locata eſt non donata, fol. 842. c. 35
Vita de ſe incertiſſima eſt, 959. c. 202
Stultum eſt longam vitam ſibi promittere ex diuitiis, ibid.
Vita noſtrâ ſolum hora temporis cenſetur, fol. 961. c. 222
Ætas longæua ſi multo virtutis ſtudio non erit ſociata, talis non eſt cenſenda, 964.c.240
Longe differt iuſtorum ab impiis viuendi ratio, fol. 968. c. 266

*Virginitas.*

Virginitas tollit noxæ ſuſpicionem, 62. c. 318
Per Virginitatem Deo ſumus ſimiles, 131. c. 667
Totus Deus occupatur in Virgine formanda, fol. 133.c.676
Virginitas pręferenda nuptiis, 144. c. 732
Virginitas cœlum replet, ibid.
Virginitas non minor matrimonio, 226. c. 387
Virgo cum Deo quaſi vna debet eſſe, 241. c. 476
Virgo ſolum curare debet ea quæ ſunt ſui ſponſi, 242. c. 477
Condolet Deus Virgineo fœminæ ſexui, fol. 351. c. 684
Virginitas tam ſublimis eſt vt ſolo Paradiſu digna videatur, 368. c. 10
Virgines aduerſus Dæmonem muniuntur ſua caſtitate, ibid.
Virginibus imperium datur, ibid.
Voluit Deus primum iuſtum eſſe virginem, fol. 401. c. 242
Virginitas ſuperiorem locum obtinet præ ſtatu coniugali & viduitatis, 549. c. 383
Virginitas à principio figuratur, 569. c. 39
In Virgineo paradiſo Deus eſt operatus, & cuſtodiuit virginitatem, 208.c.269
Mariæ illibata Virginitas, 35.c. 390

*Viſio.*

Deus pro hoc ſtatu à nobis non eſſentialiter videtur ſed ſolum apparet, 933. c. 18
Nullus à ſeipſo Deum videre poteſt, fol. 752. conceptu 307
Deum videt qui ſe à mundo ſeparat, 738.c.15
Deus oculis corporeis non videtur, 903. c. 3
Ita Dei viſiones aliquando excellentes vt nullomodo eas poſſit ferre animus, 907. c. 35
Dum vna perſona videtur diuina tres videri cenſentur, 937. c. 49

*Vis.*

Vim vi repellere licet, 807. c. 17

*Viciſſitudo.*

Viciſſitudo rerum eas nobis reddit iucundiores, fol. 87.c.451
Miſera vitæ noſtræ viciſſitudo innuitur, fol. 85.c. 438
Mira eſt rerum viciſſitudo, 749.c.86

*Vilitas.*

Nihil eſt quod nos noſtræ non commonefaciat vilitatis, 282.c.134
Noſtræ vilitatis admonemur, 106.c.538
Hominis tenuitas præſeruat ne aliqnid diuinum de eo ſentiamus, 492.c.15
Vilitas noſtræ naturæ, ne nos impediat coram Dei maieſtate comparere, 993.c.422
Si Deum conſideremus viliſſimos nos eſſe fatebimur, ibid.
Quanto quis ſibi eſt vilior, tanto Deo eſt prætioſior, 995.c.435

*Viſitare.*

Citius ſua gratia Deus viſitare dignatur digniores, 938.c.59
Electi in aduentu viſitationis dominicæ ſuſpenduntur, 954.c.26
Quaſi nobis adulatur Deus cum dignatur nos ſua viſitatione, 941.c.79

*Vnio.*

Vnitas vera rerum forma, 65.c.341
Vbi vnitas & concordia eſt ibi claritas & lux nequit non eſſe, ibid.
Deus vnitatis amator, 145.c.743
Deus maxime concordiam approbat, 155.c.789
Maxime concordiam diligit Deus, 182.c.128
Quod bonum, vnum, 213.c.306
Quod vnum bonum quod diſiunctum turpe, fol. 216.c.318
Maxime Deus ſatagit fratrum animos conciliare, 398.c.226
Concordiam vult Deus ſeruari, fol. 441.c.536
Ad concordiam nos reuocat Deus, ibidem conceptu 537
Separatio ab vnitate non videtur approbari à Deo, 568.c.37
Vnitatem ſeruant mundi, ibid.
Vbi concordia, plurimi vnum ſunt, f.607 conceptu 14
Ad concordiam inducimur, fol. 691.c.1. fol 670 c.65
Concordia animorum maxime curanda, fol. 691. c.39
Maxime Deus vnitatem diligit, 652.c.44

*Vocatio.*

Etiam magnus Dei fauor quod vocet hominem etiam iam vita declinante, 285.c.263
Vocat Deus ſalutaliter, 291.c.301
Nos fugientes vocat Deus, 292.c.302
Impius illuſtrationes Dei fugit, 706.c.9

*Voluntas.*

Qui voluntati Dei ſe ſubiicit Deus ſupereminet ſuo capiti, 938.c.58
Quia contrariamus voluntati diuinæ, vt in nobis adimpleatur debemus deprecari, 343.c.637
Voluntatis varietas Deo nos acceptos vel ingratos efficit, 383.c.116
Omnia, vt Dei voluntati nos conformemus, efficienda, 964.c.237
Quæ inuoluntarie offeruntur inuiſa ſunt Deo, fol. 383.c.117
Retractatio peruerſæ voluntatis acceptatur à Deo tanquam maximum munus, 391.184
Mala voluntas non poteſt celari, 396.c.214
Iuſtus in punitionibus peccatorum conformet ſe diuinæ voluntati, 590.c.168
Voluntas pro facto tenetur, 714.c.51
Voluntas praua etiam ſine effectu operis ſeueriſſime punitur, 713.c.107
Voluntas pro facto punitur, 219.c.85
Qui propriam voluntatem ſequuntur filiorum Dei nomine carent, 715.c.60
Voluntati Dei maxime debemus eſſe conformes, 780.c.44
Voluntas ſola ex affectu ſine effectu in maleficijs crimen eſt, 770.c.221
Diuinam voluntatem exequenti ſecreta illius committuntur, 970.c.279
Noſtram voluntatem diuinæ in noſtris petitionibus conformen habere debemus, 1002.c.475

*Voluptas.*

Voluptatem ſequuntur pudor & Infamia, fol. 679. c.207
Voluptates huius ſeculi maris ipſa amaritudine amariores, 71.c.377
Voluptates peccatoribus ſuauiſſimæ videntur ſunt tamen amariſſimæ, 103.c.519
Quilibet etiam ſi plurimis meritis præualidus ſi voluptati adhæſerit facile eneruatur, fol. 119. c.604
Deus nos munit aduerſus voluptates, 187.c.161
Delitiis flamma vicina, 191.c.181
Voluptates ſanguine plenæ, ibid.
Laudabile eſt voluptates quibus abuti poteſt cohibere, 256.c.76
Voluptates cito faſtidiunt, 271.c.169
Voluptas etiam licita, viris iuſtis indecens, fol. 963. c.133
Voluptas in ſe mala & inexcuſabilis, 306.c.400
Voluptes inquietum malum, 310.c.415
Voluptas execrabilis propter damna quę infert, ibid.
Voluptatem pro fine habet gula finis autem voluptatis infœliciſſimus, 311.c.424
Voluptas in medio noſtrum oritur, 317.c.461
Vuluptas ſpinoſa, 897.c.114
Qui voluptatem ſequuntur Dei voce neglecta graues luunt pœnas, 329.c.515
In ſocietate Vuluptati deditorum interficiuntur, iuſti, 404.c.262
Delitiarum illecebræ ex loco maledicto, fol. 420. c 384
Proprium peccatorum voluptates quærere, fol. 440. c.520
Qui delitias & voluptates quęrens Deum deſerit perpetuo inſtabilis, 438.c.506
Voluptatum incentiua in peccatoribus, f. 447.c.556
Peccata ex voluptatibus procreantur, 509.c.128
Voluptas quodlibet flagitium perſuadet, fol. 587. c.144
Qui voluptati inſeruiunt in fragili materia ſuperbiam extollunt, 709.c.24
Delitiis principes exiſtimant ſibi Deum allicere poſſe, 6 6 c.14
Finis voluptatis dolor, 768.205
Delitiæ ruina & perditio, 787.c 84
Delitiæ & voluptates homines efficiunt imbecilles, 808.c.18
Voluptates inſtabiles, ibid.
Voluptuoſus cœleſtia non cogitat, 307.c.401

*Votum.*

Votum recte fit in neceſſitatibus, 819.c.153
Votum adimplendum, ibid.
Ex voto aliquid agens plus meretur quàm ſine voto ibid.

*Vrbanitas.*

Vrbanitas erga mulieres ſeruanda, 764. c. 181
Homo inciuilis in Deum, 295. c. 3.0
Vrbanitas ab omnibus ſeruanda, 785. c. 76
Vrbanitas omnibus grata, 936. c. 37

*Vrbs.*

Ciuitatem ſcelere fabricatam non ingreditur Deus, 444. c. 547
Hæc terrena ciuitas carnalis ſemper erit, f. 448 c. 558

*Vxor.*

Nimius amor coniugis trahit ad offenſam Dei, fol. 269. c. 153
Maximum peccatum non cohibere vxorem à malo, 270 c. 1;9
Qui ſine vxore eſt videtur eſſe ſine domo, fol. 233. c. 427
Vxor nec domina nec ancilla ſed ſocia, ibid.
Vxor alloquens alium quàm maritum periclitatur, 254. c. 60
Vxorem viro proximam non aggreditur Diabolus, ibid.
Vxor ita præſumptuoſa aliquando, vt ſibi arroget quæ ſunt mariti. 260. 94
Vxor debet eſſe viri ſui amantiſſima, fol. 303. c. 378
Vxoris ſeruitus temperatur viri amore, 324. c. 504
Vxor ad peccatum trahens virum grauiter punitur, 323. c. 500
Vxor inuigilet circa maritum vir autem circa domus ſuſtentationem, 357. c. 720
Ament vxores viros ſuos, 891. c. 12
Coniux plus ſollicita ſit de ſolatio viri quàm de proprio, ibid.
Vxor ex alio præcedenti matrimonio filios viri ſui diligat, ibid.
Vxores ſuos viros honorent, 887. c. 47
Vxor cum viro rei familiari vacare tenetur, ibid.
Vxor virum in bonis operibus imitetur, 961. c. 218

Z

*Zelus.*

Zelus diuini cultus Dei arcanorum participem efficit, 974. c. 303
Dei honorem Zelare debemus, 520. c. 192
Zelat Deus ſuam omnipotentiam, fol. 873. con. 245
Coniux aduerſus virum Zelotypa non ſit, fol. 883. c. 25

INDEX

# INDEX
# LOCORVM SACRAE
## SCRIPTVRÆ, QVÆ
### IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

*Prior numerus paginam, litteræ columnæ locum indicant.*

HVNC INDICEM NE FASTIDIVM PARIAT (O CONCIONATOR) auditoribus tuis toties citata Geneſeos auctoritas, tibi exhibui, plures enim ſunt ex aliis libris canonicis ſententiæ, quæ textui Geneſeos accommodari poſſunt, nullâ illius factâ mentione : hunc quæſo conſule indicem cum aliquis error in citata ſacra ſcriptura irrepſerit. Vale.


Ex Genes. Cap. 1. Vers. 28.

C*RESCITE & multiplicamini*, fol. 646. *a*
Verſ. 13. *Emiſit eum Dominus Deus de paradiſo*, 978
Cap. 4. v. 10. *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra*, 979. *c*
℣. 28. *Nequaquam maledicam terræ propter hominem*, f. 510 *f*
Cap. 18. ℣. 7. *Ipſe ad armentum cucurrit*, 814. *c*
Cap. 24. ℣. 35. *Dominus benedixit Domino meo*, fol. 113. *a*
Cap. 25. ℣. 34. *Accepto pane & lentis edulio, comedit*, 650. *e*
Cap. 35. ℣. 2. *Apparuit ei Deus.* 14. *c*
Cap. 48. ℣. 22. *Do tibi partem vnam extra fratres tuos quam tuli de manu Amorrhæi*, 665. *c*
Cap. 49. ℣. 10. *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius*, 520. *a*

Exod. Cap. 8.

Verſ. 25. *Ite & ſacrificate Deo veſtro*, 374 *f*
Cap. 10. ℣. 16. *Peccaui in Dominum Deum veſtrum & vos*, fol. 424. *c*
Cap. 12. ℣. 2. *In quartadecima menſis huius immolabit agnum*, 92. *a*
Cap. 14. ℣. 15. *Quid clamas ad me*, 413 *f*
Cap. 20. ℣. 7. *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum*, 832. *a*
℣. 13. *Non occides*, 657. *c*
Cap. 22. ℣. 9. *Qui coierit ſimul cum iumento*, 47. *a*
Cap. 23. ℣. 7. *Deſcende, peccauit populus tuus*, 418. *b*
℣. 10. *Dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos*, 516 *f*
Cap. 33. ℣. 6. *Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexit ludere.* 346 *d*
℣. 21. *Aut dimitte eis hanc noxam, &c.* 520. *a*

*Arbor vitæ in Geneſ.*

Levit Cap. 2.

Verſ. 5. *Si oblatio tua fuerit de ſartagine*, 956. *c*
Cap. 7. ℣. 26. *Sanguinem animalis omnino non ſumetis*, 120. *e*
Cap. 11. ℣. 42. *Quidquid ſuper pectus quadrupes graditur abominabile*, 120. *f*
Cap. 18. ℣. 7. *Turpitudinem patris & matris tuæ non diſcooperies*, 677. *e*
Cap. 19. ℣. 19. *Iumentum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus*, 115. *f*. 118. *d*

Deuter. Cap. 4.

Verſ. 19. *Caue tibi ne forte eleues oculos tuos ad cœlum*, 20. *c*
℣. 19. *Quæ creauit Dominus in miniſterium tuum*, f. 97. *b*
℣. 10. *Eduxi vos de fornace ferrea*, 875. *e*
Cap. 6. ℣. 5. *Dominus Deus tuus Deus vnus eſt*, 41. *e*
Cap. 7. ℣. 7. *Cunctas gentes numero vincebatis*, fol. 743. *e*
℣. 22. *Non poterit delere vos pariter ne forte multiplicentur contra te beſtiæ terræ*, 503. *c*
Cap. 8. ℣. 3. *Afflixit te penuria & dedit tibi cibum*, 594. *c*
Cap. 14. ℣. 21. *Non coques hædum in lacte matris ſuæ*, 422. *e*
Cap. 18. ℣. 1. *Non habebunt ſacerdotes & leuitæ partem & hæreditatem cum reliquo Iſrael*, 739. *b*
Cap. 32. ℣. 38. *De quorum victimis comedebant adipes*, 653. *e*
Cap. 33. ℣. 6. *Ipſe eſt pater tuus qui poſſedit te*, folio 567. *f*
℣. 9. *Qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ, neſcio vos*, fol. 245. *d*

Nvmerorvm Cap. 2.

Verſ. 22. *Piſces maris congregabuntur ad eos*, folio 922. *f*
Cap. 12. ℣. 6. *Si quis fuerit inter vos propheta Do-*


S

*mini in viſione innoteſcam,* folio 4.*e*
℣.7. *At non talis ſeruus meus Moyſes qui in tota domo ſua fideliſſimus eſt,* ibid.

IOSVE CAP. 24.

Verſ. 2. *Trans flumium habitauerunt patres noſtri,* fol. 751.*d*

LIB. IVD. CAP. 3.

Verſ. 1. *Hæ ſunt gentes quas Dominus dereliquit vt erudiret in eis Iſraelem,* 579.*d*
Cap. 4. ℣. 21. *Tulit Iaber vxor Haber clauum tabernaculi,* 780.*d*
Cap. 9. ℣. 15. *Rhamnus in Regem electa,* 135.*e*

LIB. I. REG. Cap. 1.

Verſ. 6. *Extendere fecit Cherubin,* 135.*d*
℣. 16. *Ne reputes ancillam tuam ex filiabus Belial,* fol. 674.*f*
Cap. 2. ℣. 10. *Ezechias rex dum pro ſalute obtinenda orat,* 94.*a*
℣. 30. *Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum,*
Cap. 15. ℣. 38. *Honora me coram populo,* 379
℣. 35. *Dominum pœnitebat,* 484.*f*
Cap. 24. ℣. 5. *Præſcidit oram clamidis eius,* 161.*e*
Cap. 25. ℣. 22. *Si reliquero mingentem ad parietem,* ibid.

LIB. II. REG. Cap. 7.

Verſ. 2. *Poſita ſit in medio pellium,* 160.*e*
℣. 8. *Tuli de paſcuis ſequentem greges,* 795.*f*
Cap. 8. ℣. 2. *Menſus eſt duos funiculos,* 993.*a*
Cap. 14. ℣. 14. *Sicut aqua dilabimur,* 70 *f*
Cap. 30. ℣. 24. *Æqua pars erit deſcendentis in prælium, &c.* 833.*b*

LIB. III. REG. Cap. 3.

Verſ. 5. *Appellauit autem Dominus Salomonem per ſomnium in nocte.* 285.*b*
℣. 14. *Si ambulaueris in viis meis ſicut ambulauit pater tuus,* 905.*d*
Cap. 17. ℣. 6. *Et deferebant panem & carnes mane,*

II. PARAL. Cap. 26.

Verſ 7. *Exquiſiuit Dominum in diebus Zachariæ,* 850.*e*

TOBIAS, Cap. 6.

Verſ. 9. *Fel valet ad vngendos oculos,* 579.*c*
Cap. 12. ℣. 20. *Tempus eſt vt reuertar ad eum qui miſit me,* 627.*e*

IOB Cap. 1.

Verſ. 12. *Egreſſus Sathan à facie Domini,* 419.*d*
℣. 25. *Sit nomen Domini benedictum,* 102.*d*
Cap. 1. ℣. 9. *Niſi benedixerit in faciem,* 329.*f*
Cap. 3 ℣. 1. *Poſt hæc aperuit Iob os ſuum,* 553.*d*
Cap. 7. ℣. 1. *Militia eſt vita hominis ſuper terram,* fol. 835.*b*
Cap. 7. ℣. 6. *Dies mei tranſierunt,* 52.*b*
Cap. 10. ℣. 8. *Manus tuæ Domine fecerunt me,* fol. 40 *d*. 135.*d*. 178 *f*
Cap. 12. ℣. 4. *Deridetur iuſti ſimplicitas,* 89.*d*
Cap. 17. ℣. 13. *In tenebris ſtraui lectulum meum,* fol. 28 *f*
Cap. 25. ℣. 5. *Stellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius,* fol. 94.*f*
Cap. 29. ℣ 17. *Conterebant malas iniqui,* 119.*d*
Cap. 38. ℣. 7. *Cum me laudabant aſtra matutina,* fol. 19 *e*
Verſ. 8. *Qui concluſit oſtiis mare,* 65.*d*
Cap. 41 ℣. 6. *Corpus eius quaſi ſcuta fuſilia.* 805.*b*
℣. 13. *Indurabitur cor eius quaſi lapis.*

PSAL. I.

Verſ. 3. *Tanquam lignum quod plantatum eſt, &c.* fol. 197.*d*
℣. 4. *Tanquam puluis quem proiicit ventus à facie terræ,* fol. 695.*a*
Pſal. 2. ℣. 6. *Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius,* 221.*b*
℣. 12. *Apprehendite diſciplinam,* 734.*b*
Pſal. 4. ℣. 5. *Iraſcimini & nolite peccare,* 388.*d*
Pſal. 5. ℣. 13. *Domine vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos,* 836.*d*
Pſal. 6. ℣. 11. *Confundantur & conuertantur omnes velociter,* 289.*e*
Pſal. 8. ℣. 4. *Opera digitorum tuorum ſunt cœli,* fol. 33.*b*
℣. 5. *Quid eſt homo quod memo res eius?* 129.*d*
℣. 6. *Minuiſti eum paulo minus ab Angelis,* 177.*f*
Pſal. 10. v. 2. *Quoniam ecce intenderunt arcum,* fol. 981.*a*
Pſal. 11. v. 7. *Argentum igne examinatum,* 435.*a*
v. 9. *In circuitu impij ambulant,* 531.*a*
Pſal. 15. v. 1. *Quoniam bonorum meorum non eges,* fol. 71.*f*. 378.*b*. 856.*e*
v. 16. *Satiabor cum apparuerit gloria tua,* 995 *b*
Pſal. 16. v. 3. *Igne me examinaſti,* 71
Pſal. 17. v. 9. *Aſcendit fumus in ira eius,* 658.*e*
v. 11. *Aſcendit ſuper Cherubim,* 303.*e*
v. 12. *Poſuit tenebras latibulum ſuum,* 28.*d*
Pſal. 18. v. 3. *Dies diei eructat verbum,* 157.*b*
Pſal. 20. v. 10. *Pones eos vt clibanum ignis,* 875
Pſal. 21. v. 16. *In puluerem mortis deduxiſti me,* fol. 181.*f*
Pſal. 22. v. 4. *Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt,* 554.*c*
Pſal. 24. v. 10. *Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas,* 61a.*f*
v. 16. *Reſpice in me quia vnicus ſum & pauper,* fol. 527.*f*
Pſal. 29. v. 8. *Auertiſti faciem tuam à me.* 631.*b*
v. 11. *Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi,* ibidem.
Pſal. 31. v. 1. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates,* fol. 302.*b*
v. 6. *Nolite fieri ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus,* 134.*d*
Pſal. 32. v. 6. *Verbo Domini cœli firmati ſunt,* 606.*c* 31.*a*
v. 13. *De cœlo reſpexit Dominus,* fol. 814.*a* f. 715.*f* 981.*a*
Pſal. 33. v. 8. *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eos,* 527.*f*
v. 6. *Oculi Domini ſuper iuſtos,* 382.*b*
Pſal. 36. v. 35. *Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut Cedros Libani,* 429.*a*
Pſal. 37. v. 5. *Iniquitates meæ ſicut onus graue grauatæ ſunt,* 979.*b*
Pſal. 39. v. 6. *Ad veſperum demorabitur fletus,* 52.*a*
v. 8. *In capite libri ſcriptum eſt de me,* 8
Pſal. 43. v. 6. *In te inimicos noſtros ventilabimus,* fol. 120.*e*
v. 23. *Exurge quare obdormis Domine,* 283.*b*
Pſal. 44. titul. *Vincenti pro liliis,* 187.*c*
Pſal. 45. v. 5. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei,* 201
Pſal. 48. v. 13. *Comparatus eſt iumentis inſipientibus,* 138.*e* 147.*b*
Pſal. 49. v. 13. *Nunquid carnes taurorum manducabo?* 958.*e*
v. 15. *Eruam te & honorificabis me,* fol. 758.*e* 818.*d*
Pſal. 50. v. 5. *Peccatum meum contra me eſt ſemper,* 193.*e* 430.*b*
v. 13. *Et ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me,* fol. 36.*a*
v. 16. *Libera me de ſanguinibus Deus,* 653.*d*

ỽ. 19. *Sacrificium Domino ſpiritus contribulatus*, fol. 640 f

Ibid. *Cor contritum Deus non deſpicies*, 992. b

Pſal. 51. ỽ. 10. *Sicut oliua fructifera*, fol. 80 a

Pſal. 53. ỽ. 8. *Voluntarie ſacrificabo tibi*, 381. a

Pſal. 54. ỽ. 10. *Præcipita & diuide linguas eorum*, fol. 739. d

ỽ. 22. *Molliti ſunt ſermones ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula*, 402. e

Pſal. 55. ỽ. 10. *Ecce cognoui quoniam Deus meus es tu*, fol. 835 f

Pſal. 57. ỽ. 11. *Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam*, 590 f

Pſal. 58. ỽ. 10. *Fortitudinem meam ad te cuſtodiam*, fol. 505. e

ỽ. 11. *Miſericordia eius præueniet me*, 737. f

Pſal. 61. ỽ. 11. *Diuitiæ ſi affluunt, nolite cor apponere*, fol. 810. f

Pſal. 62. ỽ. 4. *In nomine meo leuabo manus meas*,

Pſal. 63. ỽ. 4. *Exacuerunt vt gladium linguas ſuas*, fol. 411. e

Pſal. 64. ỽ. 5. *Viſitaſti terram & inebriaſti eam*, fol. 117. e

Pſal. 65. ỽ. 30. *Tranſiuimus per ignem & aquam*, fol. 364. a. 731

Pſal. 67. ỽ. 22. *Deus conquaſſabit capita inimicorum*, fol. 504 b

Pſal. 68. ỽ. 2. *Intrauerunt aquæ vſque ad animam meam*, 34 f

Pſal. 70. ỽ. 17. *Domine quis ſimilis tibi*, 132 a

Pſal. 72. ỽ. 9. *Poſuerunt in cœlum os ſuum*, 98. b

Pſal. 75. ỽ. 6. *Tu terribilis es & quis reſiſtet tibi*, fol. 47. e

ỽ. 11. *Cogitatio hominis confitebitur tibi*, 413. e

Pſal. 77. ỽ. 37. *Spiritus vadens & non rediens*, fol. 535. d

ỽ. 65. *Excitatus eſt tanquam dormiens Dominus*, fol. 282. b

Pſal. 78. ỽ. 8. *Cito anticipent nos miſericordiæ tuæ*, fol. 527. f

Pſal. 81. ỽ. 1. *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum*, 981. a

ỽ. 6. *Ego dixi dij eſtis vos, & filij excelſi omnes*,

ỽ. 7. *Vos autem ſicut homines moriemini*, 503. f

Pſal. 82. ỽ. 6. *Quoniam cogitauerunt vnanimiter aduerſum me*, 714

Pſal. 88. ỽ. 33. *Viſitabo in virga iniquitates eorum*, 502. e

Pſal. 89. ỽ. 4. *Tanquam dies heſterna quæ præterijt*, fol. 483

ỽ. 1. *Si autem in potentatibus octoginta anni, amplius labor & dolor*, 473. a

Pſal. 90. ỽ. 6. *Libera me à dæmonio meridiano*, fol. 294 f

ỽ. 13. *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis*, 122. e 246 f

Pſal. 91. ỽ. 13. *Iuſtus vt palma florebit*, 615 f

Pſal. 92. Titul. *Laus Cantici ipſi Dauid in die ante Sabbatum*, 126. b

Pſal. 94. v. 6. *Ipſius eſt mare & ipſe fecit illud*, fol. 68. d

v. 10. *Offenſus fui generationi illi*, 882. b

v. 11. *Si introibunt in requiem meam*, 169. d

Pſal. 98. v. 8. *Deus tu propitius fuiſti eis*, 882. b

Pſal. 99. v. 2. *Seruite Domino in lætitia*, 352. f

v. 3. *Ipſe fecit nos & non ipſi nos*, 450. b

Pſal. 101. v. 11. *Factus ſum ſimilis pelicano*, 527. f

v. 12. *Sicut vmbra declinauerunt*, 44. f

Pſal. 102. v. 3. *Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua*, fol. 111. e

v. 14. *Quoniam cognouit figmentum noſtrum*, 512. b

*Arbor vitæ in Geneſ.*

ỽ. 15. *Homo ſicut fœnum dies eius*, 596. b

Pſal. 103. ỽ. 4. *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus*, 17 e

ỽ. 14. *Producens fœnum iumentis*, 78. b

ỽ. 17. *Omnia à te expectant vt des illis eſcam*, 606. e

ỽ. 20. *Pertranſibunt omnes beſtiæ terræ*, 152. d

ỽ. 25. *Hoc mare magnum & ſpatioſum manibus*, 119

Pſal. 105. ỽ. 9. *Increpuit mare rubrum & exſiccatum eſt*, 257 f

Pſal. 106. ỽ. 25. *Dixit & ſtetit ſpiritus procellæ*, ibid.

Pſal. 109. ỽ. 4. *Iurauit Dominus & non pœnitebit eum*, fol. 521. a

ỽ. 4. *Tu es ſacerdos in æternum*, 822. d

Pſal. 112. ỽ. 13. *Suſcitat de terra inopem*, 857. e

Pſal. 113. ỽ. 11. *Expectent onagri in ſiti ſua*, 202. e

ỽ. 16. *Cœlum cœli Domino*, 34. e 73. e

Pſal. 118. ỽ. 17. *Manus tuæ Domine fecerunt me*, fol. 117. a 127. f. 135. f

v. 18. *Bonum mihi quia humiliaſti me*, 179. a

v. 104. *A mandatis tuis intellexi*, 549. e

v. 126. *Tempus faciendi Domine, diſsipauerunt legem tuam*, 46. d

Pſal. 119. v. 5. *Habitaui cum habitantibus*, 563 d

Pſal. 125. v. 5. *Qui ſeminant in lacrimis, in exultatione metent* 819. d

v. 6. *Euntes ibant & flebant*, 615. d

Pſal. 130. v. 1. *Domine non eſt exaltatum cor meum*, fol. 943. e

Pſal. 135. v. 5. *Qui fecit cœlos in intellectu*. 83. f

v. 7. *Qui fecit luminaria magna*, 88. d

Pſal. 136. v. 10. *Qui firmauit terram ſuper aquas*, fol. 22. e

v. 36. *Tranſiui & ecce non erat*, 809. d

Pſal. 138. v. 6. *Nox ſicut dies illuminabitur*, 53. f

v. *Si deſcendero in infernum ades*, 439. a

Pſal. 140. v. 3. *Pone Domine cuſtodiam ori meo*, fol. 363. e

v. 5. *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum*, fol. 83 f

Pſal. 143. v. 3. *Domine quid eſt homo quia innotuiſti ei*, 853. b

Pſal. 144. v. *Prope eſt Dominus inuocantibus eum* fol. 607. a

v. 9. *Miſerationes ſuper omnia opera eius*, 627. b

Pſal. 146. v. 4. *Qui numerat multitudinem ſtellarum*, fol. 93. e 848. e

Pſal. 148. v. 9. *Aquæ quæ ſuper cœlos ſunt*, fol. 54. f 19. a

PROVERB. Cap. 5.

Verſ. 3. *In plateis tuis aquas diuide*, 34. b

Cap. 6. v. *Vade ad formicam piger*, 118. b

Cap. 8. v. 22. *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum*, 823. b

v. 30. *Cum eo eram cuncta componens*, 43. e

Cap. 10. v. 12. *Vniuerſa delicta operit charitas*, 750. e

Cap. 12. v. 11. *Qui ſectatur otium, ſtultiſsimus eſt*, fol. 359. b

v. 21. *Non contriſtabit iuſtum quidquid ei acciderit*, fol. 88. b

Cap. 13. v. 12. *Spes quæ differtur, affligit animam*, 739. e

v. 14. *Tu virga percuties eum & animam eius liberabis*, fol. 602. e

Cap. 15. v. 4. *Lingua placabilis lignum vitæ*, 363. e

Cap. 18. v. 3. *Impius cum in profundum venerit*, fol. 427. e

Cap. 20. v. 21. *Hereditas ad quam feſtinatur, in nouiſsimis benedictione carebit*, 44. f

Cap. 21. v. 1. *Cor regis in manu Domini*, 767. a

℣. 30. Non eſt ſapientia, non eſt prudentia contra Dominum, fol. 720
Cap. 22. ℣. 7. Qui accipit vſuram, ſeruus eſt fœnerantis, 827 f
Cap. 23. ℣. 26. Præbe fili cor tuum mihi, 380. a
Cap. 25. ℣. 17. Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, 120 f.
Cap. 24. ℣. 11. Erue eos qui ducuntur ad mortem, fol. 817. e
Cap. 30. ℣. 9. Tria mihi ſunt difficilia, via aquilæ in cœlo, 537. e

CANT. Cap. 1.

Verſ. 10 Pulchræ ſunt genæ ſuæ ſicut turturis, 110. f
Cap. 2. ℣. 2. Sicut lilium inter ſpinas, 75 f
℣. 14. Botrus cypri dilectus, 197 b
℣. 15. Capite nobis vulpes paruulas, 121. d
Cap. 4. ℣. 3. Sicut fragmen mali punici, 197. a
℣. 10. Odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata, 187. b
℣. 12. Hortus concluſus, 198. e
℣. 16. Veniat dilectus meus in hortum ſuum, 80. e
℣. 16. Surge aquilo, veni auſter, 284. d
Cap. 5. ℣. 7. Tulerunt redidi, 131 d
℣. 11. Comæ eius ſicut elatæ palmarum, 111. b
℣. 12. Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, ibid.
Cap. 6. ℣. 1. Deſcendit dilectus meus in hortum, fol. 192. e
℣. 3. Aſcendam in palmam, 197. e
℣. 9. Pulchra vt luna, 945. e
℣. 10. Deſcendi ad hortum nucum vt viderem poma conuallium, 626. a
Cap. 8. ℣. 6. Dura ſicut infernus æmulatio, 431. e
℣. 7. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, 34 b
℣. 14. Fuge dilecte mi, 981. a

SAPIENT. Cap. 1.

Verſ. 11. Os quod mentitur occidit animam, 411. a
℣. 13. Deus mortem non fecit, 319. f
Cap. 3. ℣. 6. Tanquam aurum in fornace probauit electos, fol. 564. b
Cap. 4. ℣. 10. Placens Deo factus eſt dilectus, 478. d
Cap. 8. ℣. 1. A fine vſque ad finem fortiter, 14. b
℣. 21. Deus omnia in numero, menſura & pondere fecit, fol. 7. e
Cap. 7. ℣. 16. Candor lucis æternæ, 665. b

ECCLESIASTES Cap. 1.

Verſ. 2. Vanitas vanitatum, 22. b
℣. 4. Terra autem in æternum ſtat, 61. d
℣. 4. Generatio præterit, generatio aduenit, 643
Cap. 4. ℣. 17. Cuſtodi pedem tuum ingrediens domum Dei, fol. 956. d
Cap. 12. ℣. 7. Spiritus redeat ad eum qui dedit illum, fol. 45. a

ECCLESIASTICVS Cap. 2.

Verſ. 1. Accedens ad Dei ſeruitutem ſta in timore, fol. 758. f
Cap. 3. ℣. 20. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, fol. 956. f
Cap. 5. ℣. 9. Ne dicas miſeratio Dei magna eſt, 135. d
Cap. 10. ℣. 15. Initium omnis peccati ſuperbia, 48. d
Cap. 16. ℣. 4. Melior eſt vnus timens Deum quam mille filij impij, 532 f
Cap. 17. ℣. 12. Vnicuique Deus mandauit de proximo ſuo, 774. e
℣. 1. Creauit omnia ſimul, 51. b
℣. 8. Numerus dierum hominis in multum centum anni, fol. 871
Cap. 24. ℣. 14. Ab initio & ante ſæcula creata ſum, fol. 10. d
℣. 19. Sicut oliua ſpecioſa, 80. a
℣. 39. Abundauit ſegitatio eius, 29. b
Cap. 25. ℣. 8. Commorari leoni & draconi magis placebit quam habitare cum muliere mala et loquaci, fol. 453. b
Cap. 26. ℣. 26. Homo ſenſatus manebit in ſapientia ſua, fol. 75. d
Cap. 27. ℣. 12 Stultus ſicut luna mutatur, 86. e
Cap. 33. ℣. 29. Malitiam multam docuit otioſitas, fol. 673. e
Cap. 30. ℣. 4. Mortuus eſt pater eius & quaſi mortuus non eſt, 841. e
℣. 12. Vide arcum & benedic eum, 665. b
Cap. 43. ℣. 7. A luna ſignum diei feſti luminare, fol. 946. d

ISAIÆ Cap. 1.

Verſ. 3. Bos cognouit poſſeſſorem ſuum, 581. a
℣. 9. Niſi Dominus reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti eſſemus, 626. f
℣. 13. Incenſum abominatio mihi eſt, 532. b
℣. 24. Vindicabor de inimicis meis, 165. c
℣. 2. Manus mea fecit hæc, 135. c
Cap. 3. ℣. 8. Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt, 631. b
℣. 11. Væ impio in malum, 868. a
Cap. 4. ℣ 2. In illo die erit germen domini, 863
Cap. 5. ℣. 8. Væ qui coniungitis domum domui, 67. f
℣. 11. Qui conſurgitis mane ad ebrietatem, 494. a
℣. 18. Væ qui trahitis peccatum in funiculis, 428. b
℣. 20. Ponentes amarum in dulce, 44. b
Cap. 5. ℣. 7. Vinea Domini exercituum, 676. e
Cap. 40. ℣. 4. Super montem altum aſcende, 947. d
Cap. 42. ℣. 5. Dans flatum populo qui eſt ſuper terram, 187. b
℣. 8. Aperiatur terra & germinet ſaluatorem, 175. b
v. 14. Tacui, ſemper ſilui, ſicut parturiens loquar, fol. 612. e
Cap. 49. v. 6. Dedi te in lucem, 46. d
Cap. 25. v. 11. Mundamini qui vaſa fertis, 541. a
v. 14. Obſtupuerunt ſuper te multi, 19. b
Cap. 54. v. 2. Dilata locum tentorij tui, 689. a
v. 9. Sicut in diebus Noe iſtud mihi eſt: iuraui ne inducerem aquas ſuper terram, 669. e
Cap. 54. v. 1. Iuſtus perijt & non eſt qui recogitet corde, 670. b
v. Impij autem quaſi mare feruens, 56 f
Cap. 58. v. 3. Quare ieiunauimus & non aſpexiſti? fol. 614. e
v. 13. Si auerteris pedem tuum à ſabbato, 956. c
v. 8. Qui ſunt iſti qui ve nubes volant, 664. b
Cap. 61. v. 2. Prædicate annum placabilem Domino, fol. 613. b

IEREM. Cap. 2.

Verſ. 15. Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ, fol. 33. f
v. 27. Verterunt ad me tergum, 706. b
v. 28. Onager aſſuetus libidini, 896. b
Cap. 3. v. 10. Reuertere & ego ſuſcipiam te, fol. 622. b
Cap. 5. v. 3. Indurauerunt facies ſuas ſuper petram, fol. 662
v. 6. Vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat, fol. 217
Cap. 6. v. 16. Noli orare pro populo hoc, non exaudiam te, 539 b
Cap. 8. v. 7. Hirundo & ciconia cogitauerunt tempus ſuum, 561. b
Cap. 11. v. 16. Oliuam vberem pulchram, 80. a
v. 19. Mittamus lignum in panem eius, 354. a

me, non eſt anima mea ad populum iſtum, folio 539 b
Cap.18.v.6. Sicut lutum in manu figuli, 180.f
Cap.24.v.5. Sicut ficus bona iſta, ſic recognoſcam &c. fol.77.c
Cap. 31.v.3. In charitate perpetua dilexi te, folio 164.b
Cap. 38.v.18. Dabo viros qui præuaricantur fœdus meum, 875.e
Cap.48.v.9. Date florem Moab, quia florens egredietur, 532.b

Barvch Cap. 3.

Verſ.26. Ibi fuerunt gigantes ſcientes prælium, folio 506.a
Cap.5.v.26. Delicati mei ambulauerunt vias aſperas, 77.d

Ezech. Cap. 7.

Verſ.1. Finis venit finis, non parcam nec miſerebor, fol.539.b
v 9. Non parcet oculus, nec miſerebor, ibid.
Cap.16.v.49. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſuperbia, ſaturitas panis, 791.c
Cap.18.v.4. Anima quæ peccauerit, morte morietur, fol.870.c
v.6. Non recordabor iniquitatum eius, 53.b
Cap. 28.v.12. Super Regem Tyri, 47. d
v.12. Tu ſignaculum ſimilitudinis, 132 e
v.13. Plenus ſapientia & decore, 504.e
Cap.30.v. 24. Confortabo brachia Regis Babylonis, fo. 532.e
Cap.33.v.4. Nolo mortem impij, ſed vt conuertatur a via ſua, 434.b
Cap.38.v.22. Iudicabo cum ſanguine & peſte, folio 160.d

Daniel. Cap. 3.

Verſ.26. Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum, 595 e
Cap.7.v.20. Iudicium ſedit & libri aperti ſunt, folio 361.f
Cap.9.v.23. Vir deſideriorum tu es, 771 f
Cap.10.v.9. Audiens iacebam conſternatus ſuper faciem, 799.b
Cap.13.v.59. Vt ſecet te medium, 495 b

Osee Cap. 12.

Verſ.15. Dabo vobis vallem Achor, 665.a
Cap. 4.v.14. Non viſitabo filias eorum, cum fuerint fornicatæ, 501.e
Cap.13.v.12. Dabo eis regem in furore meo, 696. d
v.12. Colligata eſt iniquitas Ephraim, 509.e
Cap.14.v.5. Erit quaſi oliua gloria eius, 80.a

Ioel. Cap. 2.

Verſ.17. Computruerunt iumenta, 117. b
Cap. 2 v.11. Dominus dedit vocem coram exercitu ſuo, 160.e
v.12. Conuertimini ad me in toto corde veſtro, folio 623.e
v.25. Reſtituam vobis annos quos comedit locuſta, fol.646.a

Iohas Cap 3.

Verſ.10. Et miſertus eſt Deus ſuper malitiam quam locutus fuerat, 625.f

Micheas Cap. 6.

Verſ.8. Sollicitum ambulare cum Deo, 480. d

Nahvm Cap. 2.

Verſ.9. Non conſurget duplex tribulatio, 595.f

Abacvc Cap. 1.

Verſ.3. Facies hominis quaſi piſces maris, 209.e

Sophonias Cap. 1.

Verſ.11. Vlulate habitatores Pilæ, 684 f
Cap.3.v.10. Redempta ciuitas columba, 623.e



Aggævs Cap. 10.

Verſ.2. Vocauit ciuitatem ſuper terram, 291.e

Zacharias Cap. 2.

Verſ.5. Dominus murus ignis in circuitu, 594.f
v.8. Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei, folio 411.
Cap.6.v.12. Vir nomen eius, 190.d
Cap 9.v.13. Oſtendis mihi Iudam quaſi arcum, folio 664 e

Malach. Cap. 4.

Verſ.2. Orietur timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ, fol. 38.b

---

# INDEX LOCORVM
## Noui Teſtamenti.

Matth. Cap. 1.

Verſ.. Non cognouit eam donec peperit filium ſuum primogenitum, fol.616.e
Cap. 2.v.13. Accipe puerum & fuge in Ægyptum, fo. 289.b
Cap.3.v.2. Appropinquat regnum Dei, 90. d
v.16. Aſcendit de aqua & ecce cœli aperti ſunt, folio 35.e
v.17. Hic eſt filius meus dilectus, 43. d
Cap.4.v.17. Appropinquat regnum Dei, ibidem
v.19. Faciam vos fieri piſcatores hominum, 103.e
Cap.5.v.19. Vos eſtis lux mundi, 91.f
v.16. Sic luceat lux veſtra coram omnibus hominibus, fo 32.d
v.45. Qui ſolem oriri ſuper bonos facit & ſuper malos 132.c
Cap.6.v.7. Orantes autem nolite multum loqui, folio 439
v.13. Sed libera nos à malo, 551.a
Cap.8.v.25. Domine ſalua nos perimus, 607.f
v.26. Reſpicite volatilia cœli, 72.d
Cap.7.v. 22. Nonne in nomine tuo prophetauimus, fol.623.e
v.22. Nonne dæmonia eiecimus, 670.e
v.23. Non noui vos, ibid.
Cap.10.v.16. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, folio 245.d
v.20. Poteſtis bibere calicem quem bibiturus ſum? fol. 676.d
v.22. Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit, 870 d
v.30. Omnes capilli capitis veſtri numerati ſunt, fol. 100
v.33. Qui me negauerit coram hominibus, negabo eum coram patre meo, 623.d
v.20. Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, folio 480.d
Cap.11.v.25. Diſcite à me quia mitis ſum, folio 530.d
v.23 Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam, 818. d
Cap.15.v.19. De corde exeunt cogitationes malæ, fol. 393 d
Cap.18.v. 22. Non dico tibi ſepties, ſed ſeptuageſies ſepties, 454.e
v.6. Videte ne deſpiciatis vnum de puſillis iſtis, folio 114 d
Cap.19.v.5. Quamobrem relinquet homo patrem, fol. 241.d
v.17. Serua mandata, 975.b
v.21. Vende quæ habes, 525. d

v. 24. *Facilius eſt camelum per foramen acus, &c.* folio 775.f
v. *Cælum & terra tranſibunt,* 6'.c
v. 29. *Sol obſcurabitur & luna non dabit lumen ſuum,* fol. 88. e
Cap. 23. v. 4. *Alligant onera grauia,* 541. e
v. 13. *Qui ſe exaltat, humiliabitur,*
v. 25. *A ſanguine Abel iuſti,* 400
Cap. 25. v. 34. *Venite benedicti patris mei,* 420. c
v. *Percipite regnum quod vobis paratum eſt, &c.* fo. 658. c
v. 33. *Nolite ſoliciti eſſe dicentes quid manducabimus,* 349. d
v. 41. *Ite maledicti in ignem æternum,* 112. e
Cap. 26. v. 39. *Transeat à me calix iſte,* 776 d
Cap. 27. v. 52. *Multa corpora ſanctorum ſurrexerunt,* 168. e
Cap. 28. v. 19. *Baptiſantes eos in nomine patris & filij, &c.* 628. b

IOANN. Cap. 1.

Verſ. 1. *In principio erat Verbum,* 37. & 38
v. 3. *Sine ipſo factum eſt nihil,* 56. b
v. 5. *Tenebræ non comprehenderunt eum,* 28. f
ỷ. 9. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,* 43. d
v. 10. *Mundus per ipſum factus eſt,* 20. f
v. 16. *Ex cuius plenitudine nos omnes accepimus,* fol. 91. f
Cap. 2. v. 2. *Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilea,* fol. 66. e
v. 3. *Vinum non habent,*
Cap. 3. v. 5. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua,* 29 c
v. 10. *Vt non arguantur opera eius,* 39. f.
v. 20. *Omnis qui male agit, odit lucem,* 41. c
Cap. 4. v 24. *Deus ſpiritus eſt & adorantes in ſpiritu amat,* 636. d
v. 34. *Niſi pater traxerit eum,* 737. d
v. 38. *Alij laborauerunt, vos in laborem eorum introiſtis,* 56. b
Cap. 5. v. 17. *Pater operatur & ego operor,* 162. a
Cap. 6. v. 54. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis,* fol. 344. a
Cap. 10. v. 15. *Sicut nouit me pater, & ego agnoſco patrem,* 837. e
Cap. 11. v. 32. *Si exaltatus fuero à terra, traham omnia,* fol. 437. c
Cap. 13. v. 1. *Sciens Jeſus quia venit hora eius,* folio 164. c
v. 10. *Qui lotus eſt non indiget niſi vt pedes lauet,* fol, 956. e
v. 27. *Cum accepiſſet buccellam, exiuit continuo,* fol. 394 b
v. 31. *Clarificatus eſt filius hominis,* 48. a
Cap. 15. v. 14. *Vos amici mei eſtis ſi feceritis quod præcipio vobis,* 561. b
Cap. 29. v. 11. *Qui tradidit me tibi, maius peccatum operatus eſt,* 953. b
v. 30. *Dixit conſummatum eſt,* 87. d
Cap. 21. v. 22. *Sic eum volo manere, quid ad te,* fol. 362. b

LVC. Cap. 1.

Verſ. 27. *Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo,* fol. 745. e
v. 60. *Ioannes eſt nomen eius,* 563. c
Cap. 2. v. 19. *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine,* fol. 746. c
v. 31. *Lumen ad reuelationem gentium,* 89. c
v. 32. *Hic poſitus eſt in ruinam,* fol. 87. e
Cap. 3. v. 7. *Genimina viperarum,* fol. 134. b
v. 23 *Filius Ioſeph putabatur eſſe,* fol. 319. a
Cap. 5. v. 8. *Exi à me Domine, quia homo peccator ſum,* fol. 994. e
Cap. 6. v. 31. *Quod vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis,* fol. 949. e
v. 46. *Neque de ſpinis colligunt ficus,* fol. 80. d
Cap. 7. v. 39. *Narra quanta tibi fecit Deus,* 687. b
Cap. 9. v. 50. *Qui non eſt aduerſum vos, pro vobis eſt,* 590 e
v. 55. *Neſcitis cuius ſpiritus eſtis,* 505. d
v. 19. *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſcorpiones,* 122. d
Cap. 12. v. 19. *Dicam animæ meæ, anima multa habes bona,* 959. b
v. 13. *Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis,* 594. a
v. 37. *Beati ſunt ſerui illi quos cum venerit Dominus, inueniet vigilantes,* 32. d
v. 48. *Veni ignem mittere in terram,* 90. e
v. 50. *Baptiſmo habeo baptiſari,* 164. e
Cap. 13. v. 32. *Ecce ſanitates perficio hodie & cras,* fol. 66. e
v. 17. *Ad ſe reuerſus dixit,* 866. c
v. 17. *Pater peccaui in cœlum,* 622. b
Cap. 16. v. 1. *Homo quidam erat diues,* 21. b
v. 2. *Redde rationem villicationis tuæ,* 984. b
v. 19. *Induebatur byſſo & purpura,* 104 e
Cap. 17. v. 7. *Dicite ſerui inutiles ſumus,* 842. f
v. 23. *Rogo vt mittas Lazarum in domum patris mei,* 4.12. b
v. 10. *Duo homines aſcenderunt in templum vt orarent,* 94
Cap. 22. v. *Quærebat opportunitatem quomodo eum traderet,* 404. a
v. 28. *Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tribulatione,* 633. e
v. 48. *Juda oſculo filium hominis tradis.*
Cap. 23. v. 44. *Erat autem quaſi hora tertia,* 88. d

MARCI Cap. 9.

Verſ. 21. *Quantum temporis eſt ex quo ei accidit,* fol. 404. a
Cap. 21. v. 23. *Omnia quæcumque oratis & petitis, credite quia accipietis,* 480 f
Cap. 15. v. 29. *Vah qui deſtruis templum Dei,* 900. e
Cap. 16. v. 20. *Jlli autem profecti prædicauerunt vbique,* 767. a

ACT. APOST. Cap. 5.

Ver. 10. *Confeſtim cecidit & expirauit ante pedes eius.*
Cap. 7. v. 2. *Deus gloriæ apparuit patri noſtro Abrahæ,* fol. 738. f
v. 58. *Cum eſſet plenus Spiritu ſancto,* 829. f
Cap. 9. v. 18. *Ceciderunt tanquam ſquammæ,* 39. e
Cap. 10. v. 11. *Apparuerunt in linteo, &c.*
Cap. 11. v. 5. *Vas quoddam velut linteum magnum,* 650. e
Cap. 15. v. 28. *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis nihil vltra imponere vobis,* 652. f
Cap. 28. v. 5. *Excutiens beſtiam nihil mali paſſus eſt,* fol. 122. e

AD ROMAN. Cap. 2.

Verſ. 4. *Ad pœnitentiam te adducit,* 622. f
v. 5. *An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis?* 460. b
v. 5. *Secundum autem duritiam & impœnitens cor theſaurizas tibi iram.* 667. f
v. 1. *In repromiſſione Dei non hæſitauit diffidentia,* fol. 741. e
Cap. 4. v. 2. *Non hæſitauit Abraham diffidentia,* fol. 851. d
Cap. 5. v. 15. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris,* fol. 34. d

Cap. 8. v. 3. *In ſimilitudinem carnis peccati,* 856. *d*
v. 15. *Non accepiſtis ſpiritum in timore,* 427. *e*
v. 27. *Qui ſcrutatur corda,* 991. *d*
v. 26. *Quos prædeſtinauit, hos & vocauit,* 294. *c*
v. 32. *Pro nobis omnibus tradidit illum,* 951. *e*
v. 26. *Poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus,* folio 36. *a*
Cap. 9. v. 10. *Nunquid poteſt dicere figmentum, &c.* fol. 180. *b*
Cap. 10. v. 17. *Fides ex auditu,* 389. *d*
Cap. 11. v. 13. *Quis conſiliarius eius fuit?* 125. *b*
Cap. 12. v. 10 *Honore inuicem præuenientes,* 784. *a*
v. 14. *Benedicite & nolite maledicere,* 746 *a*
Cap. 13. v. 13. *Induamus arma lucis, ſicut in die honeſte ambulemus,* 706. *b*
v. 15. *Nox receſſit, dies autem appropinquauit,* 57. *e*
Cap. 14. v. 8. *Siue viuimus, ſiue morimur, Domini ſumus,* 411. *c*
v. 21. *Bonum eſt vinum non bibere,* 676. *d*
Cap. 15. v. 1. *Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum ſuſtinere,* 232. *d*
v. 19. *Vſque ad Illyricum repleuerunt,* 94. *f*
v. 30. *Quos prædeſtinauit hos & vocauit,* 658. *c*

1. Ad Corint. Cap. 1.

Verſ. 2. *Eccleſia Dei quæ eſt Corinthi,* 70. *d*
v. 23. *Non noſmetipſos prædicamus, ſed Ieſum Chriſtum,* fol. 120. *d*
v. 25. *Infirmum Dei fortius hominibus,* 676. *b*
Cap 3. v. 2. *Lac potum dedi vobis non eſcam,* folio 956. *a*
Cap. 4. v. 14. *Imitatores mei eſtote,* 480. *d*
Cap. 6. v. 11. *Neque maledici Dei regnum poſſidebunt,* fol. 307. *d*
v. 18. *Qui fornicatur in corpus ſuum,* 979. *f*
Cap. 7. v. 11. *Omnia in figura contingit illis,* 92. *a*
Cap. 9. v. 9. *Nunquid eſt Deo cura de bobus,* 607. *f*
v. 24. *Sic currite vt comprehendatis,* 905. *e*
v. 27. *Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo,* fol. 120. *d*
Cap. 10. v 12. *Qui ſtat, videat ne cadat,* 6‑5. *e*
v. 13. *Tentatio vos non apprehendat niſi humana,* 177. *d*
Cap. 11. v. 10. *Ideo debet mulier habere poteſtatem,* in correctionibus, *velamen ſupra caput propter Angelos,* 496. *c*
Cap. 12. v. 8. *Ter Dominum rogaui,* 841. *a*
v. 13. *Nemo poteſt dicere Dominum Ieſum niſi in Spiritu ſancto.* 110. *d*
Cap. 13. v. 2. *Si charitatem non habuero nihil ſum,* fol. 546. *d*
v. 3. *Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas,* 378. *b*
v. 5. *Charitas non quærit quæ ſua ſunt,* 814. *e*
v. 5. *Non irritatur,* ibidem.
Cap. 14. v. 23. *Si quis eſt in vobis Propheta aut ſpiritualis agnoſcat,* 984. *f*

2. Ad Cor. Cap. 3.

Verſ. 5. *Nunquid ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis,* 595. *e*
Cap. 4. v. 17. *Leue tribulationis noſtræ, &c.* 57. *d*
Cap. 5. v. 10. *Oportet ante tribunal Chriſti vos omnes aſtare,* 623. *d*
v. 17. *Si qua in Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt,* 164. *d*
Cap. 6. v. 13. *Dilatamini in charitate,* 546. *d*
Cap. 7. v. 8. *Contriſtati eſtis ad pœnitentiam,* 332. *b*
v. 10. *Secundum Deum triſtitia pœnitentiam operatur,* fol. 322. *f*
Cap 9. v. 6. *Qui parce ſeminat, parce & metet,* 776. *d*
v. 7. *Hilarem enim datorem diligit Deus,* 562. *e*
Cap. 11. v. 33. *Per feneſtram in ſportam demiſſus ſum,* fol. 818. *d*
Cap. 12. v. 9. *Gloriabor in infirmitatibus,* 333. *f*

Ad Colos. Cap. 3.

Verſ. 13. *Quodcunque facitis ex animo operamini ſicut Domino,* 941. *d*
Cap. 3. v. 15. *Grati eſtote,* 636. *d*

Ad Thessal. 1. Cap.

Verſ. 7. *Vocauit nos Deus non in immunditiam ſed ſanctificationem,* 571. *e*
v. 17. *Rapiemur ſimul cum illis in nubibus obuiam Chriſto,* 629. *b*

Ad Thessal. 2. Cap. 3.

Verſ. 10 *Qui non vult operari non manducet,* 167. *a*

Ad Thimot. 1. Cap. 2.

Verſ. 11. *Mulier in ſilentio diſcat,* 920. *b*
v. 12. *Docere mulieri non permitto,* 325. *b*
v. 13. *Adam primus formatus eſt, deinde Eua, & non eſt ſeductus Adam,* 268. *b*
Cap. 3. v. 18. *Dignus eſt operarius mercede ſua,* 833. *d*
v. 13. *Radix omnium malorum auaritia,* 48 *e.* 118. *b*

Ad Thimot. 2. Cap. 3.

Verſ. 1. *Omnes qui pie volunt viuere in Chriſto, perſecutionem patientur,* 461. *b*
Cap. 4. v 2. *Argue obſecro increpa cum omni patientia,* 395. *b*

Ad Titvm Cap. 2.

Verſ. 3. *Non multo vino ſeruientes,* 674. *b*
v. 15. *Argue cum omni imperio,* 395. *b*

Ad Galat. Cap. 2.

Verſ. 10 *Qui diligit me, tradidit ſeipſum pro me,* 686. *b*
Cap. 3. v. 20. *Sub maledicto ſunt,* 484. *b*
Cap. 4. v. 19. *Filioli quos ego parturio,* 748. *d*
v. 2. *Si circũdamini Chriſtus nihil vobis proderit,* 6,2. *d*
v. 17. *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum,* 614 *a*
v. 21. *Fructus autem ſpiritus eſt charitas, &c.* 590 *a*
v. 29. *Quomodo is qui ſecundum carnem natus perſequebatur eum,* 889. *e*
Cap. 6. v. 10. *Operemur bonum maxime, &c.* 201. *b*

Ad Ephes. Cap. 1.

Verſ. 3. *Benedictus Deus & pater Domini noſtri,* 9
v. 4. *Vt eſſemus ſancti & immaculati,* 571. *e*
Cap. 2. v. 10. *Ipſius enim factura ſumus,* 13
v. 17. *Veniens Ieſus euangeliſauit nobis,* 21. *e*
Cap. 5. v. 3. *Immunditia non nominetur in nobis,* 766 *b*
v. 32. *Sacramentum magnum in Chriſto,* 2;0. *a*
Cap. 6. v. 9. *Vos Domini eaſdem facile illis remittentes minas,* 6,1. *b*

Ad Philip. Cap. 2.

v. 7. *Semetipſũ exinaniuit formã ſerui accipiens,* 221. *c*
v. 19. *Quorum Deus venter eſt,* 315 *d*
v. 10. *Noſtra conuerſatio in cælis eſt,* 746. *e*
v. 12. *Non quod iam acceperim, aut quod perfectus ſim,* 170. *f.*
Cap. 4. v. 30. *Nolite contriſtare ſpiritũ Domini,* 165. *f*

Ad Heb. Cap. 2.

Verſ. 16. *Nuſquam Angelos, ſed ſemen Abrahæ comprehendit,* 48. *e*
Cap. 4. v. 13. *Eius oculis omnia ſunt aperta,* 714. *e*
Cap. 7. v. 1. *Obuiauit Abrahæ Melchiſedech,* 824. *d*
v. 2. *Cui & decimas dedit,* 8‑6. *b*
v. 7. *Sine vlla contradictione quod minus, &c.* 824. *b*
Cap. 10. v. 31. *Horrendum eſt incidere in manum Dei viuentis,* 887. *e*
Cap. 11. *Fide plurimam hoſtiam Abel, quàm Cain obtulit,* 379. *d*
ibid. *Defunctus adhuc loquitur,* 415 *a*
v. 5. *Henoch tranſlatus eſt, ne videret mortem.* 479. *d*
v. 8. *Fide obediuit Abraham in locum exire,* 74‑. *e*

v.33. *Egentes anguſtiis afflicti*, 615.a
Cap.12.v.24.*Acceſſiſtis ad mediatorem noui teſtamenti*,
Cap.13.v.21.*Obſecro vos fratres vt ſufferatis verbum ſolatij*, 395.a

Ep. Iac. Cap. 1.

Verſ.19. *Sit omnis homo velox ad audiendum*, 284.f.
Cap.5.v.4. *Ecce merces operariorum qui meſſuerunt regiones veſtras, clamat*, 790.a

Pet. 1. Cap. 1.

Verſ.8. *Aduerſarius veſter tanquam leo rugiens*, 246.a

Pet. 2. Cap. 2.

Verſ.10. *Qui poſt carnem in concupiſcentia, &c.* 678.d
Cap.3.v.1. *Similiter & mulieres ſubditæ, &c.* 235.f

Ioann. 1. Cap. 2.

Verſ.15. *Nolite diligere mundum, &c.* 579.d
v.16. *Omne quod in mundo eſt concupiſcentia*, 117.a
Cap.5.v.19. *Mundus totus in maligno poſitus*, 579.d

Apocal. Cap. 1.

Verſ.10. *Fui in ſpiritu in dominica die*, 285.b
v.14. *Capilli albi tanquam lana alba*, 111.e
Cap.3.v.18. *Vnge collyrio oculos tuos*,
Cap.4.v.3. *Iris in circuitu ſedis*, 664.d
Cap.5.v.8. *Ceciderunt coram agno*, 994.e
Cap.12. *Luna ſub pedibus eius*, 85.b
Cap.17.v.15. *Aquæ multæ populi multi*, 32.c
Cap.18.v.4. *Exite de illa, populе meus*, 8.0.e
Cap.19.v.11. *Et ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum, vocabatur fidelis & verax*, 588.f

# IN PENTATEVCHVM MOYSIS PROLEGOMENA.

## PRÆFATIO.

*PENTATEVCHI, quinque libros Moyſis complectentis, expoſitionem tam litteralem quàm myſticam aggredientes, operæpretium duximus non ex aliorum conſuetudine ſacrarum litterarum encomia in medium proferre; quis enim earum dignitatem ignorat? Quis Deum earum eſſe auctorem, interpretem, & argumentum dubitat? Quis autem tam exiguæ peritiæ, qui vbertatem, neceſſitatem, commoda, delitias, necnon energiam earum neſciat? Sed ſi tanta caligine mens alicuius Concionatoris eſſet obnubilata, doctiſſimos qui de laudibus ſacræ ſcripturæ diſerte necnon diffuſe egerunt, conſulat, nec à nobis hunc laborem exigat importune, cum noſtri non ſit inſtituti ab aliis confecta tranſcribere, ſed nouo calamo ab eis non cogitata aperire & enucleare: ſilentio ergo prætermittentes quæ luce ſunt notiora, ad cognitionem eorum quæ intelligentiæ commentariorum neceſſaria ſunt, accedamus, & quæ præcipua in præludiis aperiamus.*

### ARTICVLVS I.

*Quid nomine Pentateuchi intelligimus.*

VOlumen legis Moyſis ſeu liber legis Domini (nam vtroque modo ſacræ litteræ ipſum vocant) ab תורה Thora hoc eſt lex, & Græcis πεντάτευχος Pentateuchos, hoc eſt, quintuplex volumen appellatur, quod ab Hebræis & Græcis ſicut eandem diuiſionem ſortitur, ſic diuerſam inſcriptionem obtinet. Primus enim huius voluminis liber continens ſucceſſionem humanæ proſapiæ vſque ad mortem Ioſeph, hoc eſt geſta annorum duorum millium & pluſquam trecentorum vocatur ab Hebræis בראשית bereſcit, hoc eſt in principio, quia ab his vocibus liber ille incipit, à Græcis autem γένεσις quia exordium mundi, & generatio ſæculi in eo continentur: ſecundum librum vocant Hebræi ואלה שמות Veele Semoth, id eſt, & hæc ſunt nomina, hunc Græci ἔξοδος Exodum: Latini tertium librum à prima libri voce vocant, Iudæi ויקרא Vaikra, id eſt, & vocauit, hunc Græci dixere Λευιτικόν, Latini Leuiticum, vt ſuperiores libros ita quartum Hebræi à primis dictionibus וידבר Vaidabber & locutus eſt, nuncupauere, à Græcis nominatur Ἀριθμοί à nobis Numeri à prima libri voce vt de aliis diximus: quintus Hebraice nuncupatur הדברים Hadebarim hoc eſt ſunt verba, Græce autem dicitur Δευτερονόμιον Deuteronomium. Iterum primus liber ab Hebræis (de aliis Deo fauente cum eorum expoſitionem aggrediemur, agemus) in diſtinctiones ſeu vndecim titulos diuiditur ab initialibus ipſorum dictionibus nomen ſortientes, quorum primus eſt בראשית Bereſcit, ſecundus נח Noach ſiue Noe, & ſic de aliis, nos autem ſicut & Græci in 50. capita diſtinguenda ducimus.

Quinque libri Moyſis.

Quo nomine apud omnes vocentur.

### ARTICVLVS II.

*Quis auctor Pentateuchi.*

SIcut nec auctorem, ſic nec etiam reparatorem Pentateuchi Eſdram prædicabo, licet enim cum Hieroſolyma capta fuerit à Caldæis, plurima ab eis ſacrorum voluminum exemplaria incenſa, nihilominus plura penes ſacerdotes quorum maximus erat numerus, remanſerunt illæſa & intacta, quorum auctorem inter priſcos Hebræorum Heroes clariſſimum Moyſem ſtupendæ originis educationiſq; eminentia, diſciplinarũ omnium eruditione, vitæ ſanctitate inſignem, miraculorum gratia præſtantiſſimum contemplamur, in cuius protrahendis encomiis, recitandiſque ipſius laudibus diffuſior non ergo, cum in conceptibus primæ & ſecundæ dictionis primi verſus huius Geneſeos libri, plura ex ſanctis Patribus præconia in medium proferam: hunc virum ita excellenti dignitate inclytum, non

Eſdras nec auctor nec reparator Pentateuchi.

ex humana, ſed diuina traditione Pentateuchum ſcripſiſſe inconcuſſa fide credendum eſt, ipſa ſcriptura teſtimonium perhibente, *Scripſit Moyſes vniuerſos ſermones Domini*, & iterum, *poſtquam ergo ſcripſit Moyſes verba legis huius in volumine atque compleuit, præcipit Leuitis qui portabant arcam fœderis Domini dicens, tollite librum iſtum, &c.* Licet autem hunc celeberrimum Prophetam, hoc quintuplex volumen ſcripſiſſe aſſeramus, nihilominus longo poſt Moſen tempore, interiectis verborum & ſenteotiarum clauſulis veluti explicatius redditum, & ad continendam hiſtoriæ ſeriem melius eſt diſpoſitum: octo poſtremos verſus Pentateuchi, ab eo videlicet loco, *Et mortuus eſt Moyſes*, Vſque in finem totius voluminis, Ioſue ſuppleuiſſe creditur, tametſi Ioſephus aſſerat Moyſem mox è viuis diſceſſurum, ſeipſum in fine ſuo mortuum deſcripſiſſe, veritum ne propter excellentes virtutes & egregias animi dotes Iudæi ſe à Deo raptum prædicarent.

ARTICVLVS III.

*Quo idiomate ſcriptus eſt à Moyſe Pentateuchus.*

D. Hieron.

CIrca hãc difficultatem quonam idiomate ſcriptus fuerit Pentateuchus, licet dicat D. Hieronym. in Prolog. Galeato in quanam lingua Moſes volumen fœderis ediderit, diſceptare ſuperfluum exiſtimo: exploratum certumq; eſt, canonem quem cum Hebræis communem habemus, eſſe ſiue à Moſe, ſiue deinde ab Eſdra mutatis characteribus Hebraice editum; nihilominus hoc dubium agitari, vtilitate carere non arbitror, cum à pluribus celeberrimi nominis auctoribus moueatur: qui igitur Chaldaicam linguam matrem appellant, Caldaico idiomate tanquam elegantiori ac maiori veneratione recepto, Moſen, legem tradidiſſe aſſerunt, imo ſeptuaginta interpretum editionem non ab Hebræa, ſed à Caldæa depromptam autumant, tamen cur non iudicabimus idiomate Hebræo eum ſcripſiſſe? cum enim Moſes omni populo legerit, rationi conſentaneum eſt, quod lingua domeſtica, notaque, magis quam aliena, rudibus admodum Hebræis volumen fœderis promulgarit: quibus autem characteribus, an nouis ſcilicet ſibi à Deo datis, vel antiquis, qui in communi vſu habeantur, ſcripſerit indefinitum relinquam: aliqui tamen aſſerunt cum notiores apud gentem Hebræam ſibi adeſſent characteres, ſequi, quod Deus Moſeſque ei legem indicens, propriis eam ſuis ſculpſerit characteribus, vt perfacile abſque inaudita & inuſitata elementorum diſciplina legem ſibi promulgatam & cuſtoditam intelligeret, atque perciperet.

Idiomate Hebræo Pentateuchus ſcribitur.

Quibus characteribus Pentateuchus deſcribitur.

ARTICVLVS IV.

*Quo tempore euulgatus eſt à Moſe, Pentateuchus.*

Moſes antiquiſſimus ſcriptorũ.

OMnibus compertum debet eſſe, quod omnium ſcriptorum quorum extant monumenta, fuit Moſes antiquiſſimus: nam omnes qui prophanas ſcripſerunt hiſtorias longe ſunt antiquiſſimo noſtro ſcriptore iuniores, nullus enim ex his quingentis annis Chriſti Domini præceſſit aduentum, Moyſes autem pluſquam mille quingentis ſaluatoris noſtri natalem anteiuit, vſque adeo annis pluſquam millenis antiquiſſimos etiam Græciæ hiſtoricos præceſſit: rideatur igitur Plinius qui Pherecidem quendam hiſtoriæ fabulatur inuentorem, explodatur qui aſſerit Pythagoram Philoſophum primum aliquid ſcripſiſſe: ſed audiamus hunc nodum ſoluentem Diuum Auguſt. lib. 18. de ciu. c. 37. qui de hac re ita diſſerit: *Tempore* (inquit) *noſtrorum Prophetarum quorum iam ſcripta ad notitiam fere omnium gentiũ peruenerunt, Philoſophi gentium nondum erant*, & paulo poſt, quamuis fateatur ſaltem illos Theologos poetas vt vocant Orpheum, Linum & Muſæum fuiſſe noſtris Prophetis antiquiores, *Non tamen*, addit, *verum Theologum noſtrum Moyſem qui vnum verum Deum veraciter prædicauit, cuius nunc ſcripta in auctoritatis canone prima ſunt, tempore præuenerunt, ac per hoc quantum ad Græcos attinet in qua lingua litteræ huius ſæculi maxime ferbuerunt nihil habeat, vnde ſapientiam ſuam, iactent quo religione noſtra videatur antiquior:* hoc igitur comperto, Moſis ſcripta, certum antiquiſſima fuiſſe eorum omnium quę totius Gręcię ſapientes poſteris reliquere, imo inter Hebræos primum initiatorem & Theologum extitiſſe, qui diuinæ legi orationis ſplendorem adhibuerit: difficultas eſt quo tempore, hunc librum Geneſeos (nam de aliis erit tunc ſermo quando Deo fauente in lucem edentur) ſcripſerit, mihi non diſplicet aſſertio quæ ante diſceſſum Hebræorum ex Ægypto eis dictaſſe tenet, ſcriptio enim huius eo tempore multum conferre potuit ad conſolandos, & erigendos Hebræorum animos qui tam diuturna, & prægraui Ægyptiorum ſeruitute oppreſſi tenebantur, ponebat enim hic liber ante oculos eorum qui Hebræi populi fuere principes, eximias virtutes, res præclare geſtas, maxime vero in rebus aduerſis inuicti animi magnitudinem atque conſtantiam, vt in illa ſuæ ætatis acerbitate, & calamitate patientiæ, & fiduciæ in Deo maiorum ſuorum exemplis facilius ſuſtentari ac recreari poſſent: tum etiam quia eorum animis referebat hic liber magnifica Dei oracula & promiſſa, & in primis illud quod prædictum fuerat progenitori ſuo Abraham fore vt poſt ortum filij ſui Iſaac poſteri eius quadringentorum annorum laborioſa peregrinatione duriſſimaque ſeruitute afflictarentur, ſed poſt eius temporis decurſum omnes ab eo liberandi, & promiſſæ optatæque terræ Chananæorum poſſeſſione potitur.

D. Aug. lib. 18 ciu. c. 37

Moſes antiquiſſimus omnium ſcriptor.

Ante diſceſſum Hebræorũ ex Ægypto Pentateuchus editur

ARTICVL. V.

*Argumentum & intentio Moſis in Pentateucho.*

QVid in hoc quintuplici volumine contineatur non eſt noſtri nunc inſtituti enucleare, cum Deus optatis benignus fauerit, quid liber Exodi, Leuitici, Numerorum, & Deuteronomij habeat, aperiemus: nunc enim ſolum in hoc libro Geneſeos (cui noſtra inſudat exercitatio) proponemus intentionem auctoris; intendit igitur Dei famulus ſicut de futuris, ita & de præteritis edoctus Dei vnius cognitionem omnium opificis tradere, necnon falſitatem errantium circa rerum principium eliminare, in eo autem naſcentis mundi primordia, primam huius vniuerſitatis ſtructuram omniumque partium eius diſpoſitionem atque ornatum, formationem primi hominis, eius propagationem & vniuerſali diluuio humani generis pœne deleti exci-

Quæ continentur in Geneſi, aperiuntur.

dium, multiplicationem, ex Noë ſeruato deſcribit, demum in Patriarchas perueniens quomodo Iacob & filij eius venerint in Ægyptum, ibique moriens illis benedixerit, hiſtoriam texit, ac nouiſſime quemadmodum, & ipſe Ioſeph ibidem mortuus conditus aromatibus, repoſitus ſit in loculo, & hoc eſt totius Geneſis argumentum: opus ſane arduum atque vt nullis humanæ eloquentiæ floribus ornatum, ita multiiugi, nec multis peruia refertum eſt doctrina, quam eximiis illuſtrabimus conceptibus.

### ARTICVL. VI.

### *Quis vſus, quis fructus Pentateuchi.*

Vtilitates maximæ Pentateuchi.

NOn immorandum arbitror, breuitati conſulens in impugnanda hæreſi proſcribentium cum Moſe Pentateuchi ſcriptore vetus Teſtamentum, cum à tot ſæculis iam exploſa fuerit, ſed nobis laborandum in illius vtilitate perquirenda & fructibus colligendis: primo fidem ſtabilit, vnde enim mundi exordium, illius conditorem, &c. nouimus, niſi quia credimus aptata eſſe ſæcula verbo Dei; quo verbo vtique Geneſis traditur? Secundo vnde animam rationalem, peccatum originale, malorum punitionem, hominum propagationem, &c. didicimus niſi ex eadem Geneſi enarrante? vnde Dei prouidentiam circa hæc inferiora, & præcipue circa virtutum cultores habemus? Nonne ex primo Pentateuchi volumine? Nonne reſurrectionem, & ſpem vitæ æternæ ex veterum Patriarcharum peregrinatione haurimus? *Fide*, ait Apoſtolus, *Abraham demoratus eſt in terra promiſsionis tãquam in aliena, in caſulis habitando cum Iſaac, & Iacob coheredibus repromiſsionis eiuſdem, expectabat enim fundamẽta habentem ciuitatem, cuius artifex, & conditor eſt Deus.* Atque hinc ſpes noſtra acuitur, aſſurgit animus, vt hoſpitem ſe hic eſſe & exulem recolens, ad patriam cœleſtem aſpiret, quis perfecte nouum nouum Teſtamentum, ſine Pentateuchi cognitione intelligere poteſt? cum ad illud alludant Apoſtoli, imo & Chriſtus Dominus iam extremum ſuis vale, dicens, *hæc ſunt verba*, inquit, Lucæ vlt. v. 44. *quæ locutus ſum ad vos, quoniam neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege*: tum nonne ex libris Moyſis in concionibus & lectionibus non tãtum ad fidem, ſed ad omnem vitę honeſtę informationem, exemplorum, ſententiarum, oraculorũ varietatem petere poſſumus? ita Chriſtus ſegnes ad vigiliam excitat, exemplo Noë & coniugis Loth, obſtinatas Iudæorum mentes recordatione Sodomorum terret & percellit, tandem quomodo Iudæos ad Chriſtum adduces ſublato quintuplici Moyſis volumine? cum ipſemet ſaluator eos alloquens dicat Ioan. 5. cap. 46. *Eſt qui accuſat vos Moyſes, ſi enim crederetis ei, crederetis forſitan & mihi, de me enim ille ſcripſit*, imo Philippus Nathanaëli dixit, *quem ſcripſit Moſes in lege, & Prophetis, inuenimus Ieſum.* Qui plures huius operis vtilitates deſiderat, conſulat D. Auguſt. in 33. libris quos pro veritate vtilitate Pentatheuchi & veteris Teſtamenti poſteris reliquit.

Nouũ Teſtamentum ſine Pentateuchi cognitione perfecte non intelligitur.

Luc. vltim.

Ioan. 5.

### ARTICVLVS VII.

### *De variis ſenſibus Pentateuchi, imo & totius ſacræ ſcripturæ.*

CVm plures ſint verbi Diuini præcones, qui nullis linguarum ſubſidiis inſtructi, nullis ſacræ ſcripturæ aut ſanctorum Patrum lectionibus exercitati, ſuggeſtus ſolent conſcendere, necnon conciones ad populum habere, quas aut ab aliis acceptas, aut non intellectas, aut male collectas proferunt, quapropter rubore ſuffunduntur & ludibrio quandoque exponuntur cum interrogantibus quid reſpondeant prorſus ignorent, & dubitantibus ſatiſfacere nequeant, vtpote qui nec primis, vt aiunt, labiis ſacram deguſtarunt ſcripturam, nec eam à limine quidem ſalutarunt: quapropter ne concionatori ex Arbore noſtra fructus colligenti idem contingat, breuem rationem ei trademus qua mentem Spiritus ſancti è verborum inuolucris poſſit eruere, præſuppoſita tamen ſacri contextus varij ſenſus intelligentiâ: vt à nominis cognitione incipiamus, ſenſus propriè ſignificat potentiam aut officium eius: deinde tranſlatum eſt hoc nomen ad ſignificandum officium intellectus, & ipſam intelligentiam, ſiue animi ſententiam, quare ſenſus accipitur pro iudicio, pro intelligentia, & pro animi ſententia: vnde Sap. 7. dicitur, *Optaui & datus eſt mihi ſenſus*, id eſt & intelligentia, & 1. Corint. 12. dixit Paulus, *nos autẽ ſenſum Chriſt. habemus*, id eſt mentem Chriſti: & quoniam vocibus mentem noſtram declaramus, id etiam quod vocibus ſignificatur, appellatur, ſiue ſententia animæ, aut intelligentia: quo poſito dubium eſt quotuplex ſit ſenſus Pentateuchi, imo totius ſcripturæ, regulariter prima ſui partitione diuiditur in litteralem, & ſpiritualem vel myſticum, myſticus autem ſubdiuiditur in anagogicum allegoricum, & tropologicum ſiue moralem: ſenſus litteralis etiam eſt duplex, alius dicitur proprius, alius improprius ſeu metaphoricus: ſenſus igitur litteralis in communi eſt ille quem auctor ſacrę ſcripturæ Spiritus ſanctus, per verba ſiue propria, ſiue impropria ſignificatione primum ſignificare voluit, & ſic ſenſus litteralis proprius, eſt res primum à Deo ſignificata per vocem in propria ſignificatione ex primaria hominum impoſitione acceptam, vt in principio Deus creauit cœlum & terram: improprius ſeu metaphoricus eſt res primo ſignificata per vocem in impropria ſignificatione, iuxta nouam loquentis impoſitionem acceptam, vt Geneſ 49. *Catulus Leonis Iuda*, Iudas enim non fuit leo, ſic nec tribus ab eo deſcendens erit catulus leonis proprie, ſed metaphorice: id eſt, ſicut Iudas fuit ad inſtar leonis fortiſſimus, ſic ad inſtar catuli leonis erit generoſa illius tribus, vnde optime D. Auguſt 3. de doctri. Chriſt. cap 5. ait illud quod 2 ad Corinth. 3. dicitur, *littera occidit*, pertinere, ſi quæ in metaphorica tranſlatitia ſiue impropria ſignificatione paſſim à Moyſe, Prophetis ac in vtroque teſtamento dicta ſunt, quaſi in ſignificatione propria dicta eſſe intelligantur. De ſenſu ſpirituali poſtea dicemus.

Quid hic proprie ſenſus ſignificat.

Sap. 7.
1. Cor. 12.

Quotuplex ſenſus Pentateuchi.

Senſus litteralis deſcriptio.

Litteralis ſenſus duplex.

Geneſ. 40.

2. Cor. 3.

### ARTICVL. VIII.

### *Vtrùm idem locus Pentateuchi & alterius libri ſacræ Scripturæ, poſsit multos ſenſus litterales habere.*

PRæſuppono nullum locum eſſe Pentateuchi qui careat ſenſu litterali; ſenſum autem litteralem diximus eſſe eum quem Spiritus ſanctus per verba ſub propria vel impropria ſignificatione primum ſignificare voluit: certum eſt autem aliquid primo Deum ſignificare voluiſſe per quamlibet ſententiam Pentateuchi: difficultas eſt vtrum idem locus poſſit plures ſenſus litterales habere non ſo-

lum in diuerſis partibus ſacræ ſcripturæ, ſed etiam in eodem loco: reſpondendum affirmatiuo cenſeo, quod rationibus probatur, nam plures ſenſus vna & eadem locutione inter ſe congruentes Deus poteſt velle ſignificare, ſi enim ſcriptor prophanus poteſt per aliquam vocem æquiuocam plura ſignificata includere, igitur multo magis poterit Deus plures ſenſus litterales per varias voces ambiguas & æquiuocas exprimere: tum vnus & idem locus Pentateuchi tot poteſt habere ſenſus litterales, quot poteſt quis prudenter, ſub certa veritate in eadem littera; talem namque exiſtimare debemus ſcripturam auditam à Deo qualem nos optaremus eſſe ſcripturam conditam à nobis, ſed nos omnes vellemus & cuperemus ſcripturam à nobis conditam adeo fœcundam eſſe, vt illa omnia ſignificaret ex intentione noſtra, quæ quiſque legens, poſſet prudenter & vere intelligere ſub illa littera, ergo tale debemus exiſtimare diuinum quintuplex Moyſis volumen: vnde Concil. Lateranenſe, vt habetur in cap. firmiter, ex illo teſtimonio Geneſis, *In principio creauit Deus cælum & terram*, iuxta ſenſum litteralem duas colligit conclusiones de fide, prima eſt quod ſpiritualis creatura non fuit condita ante creationem cœli & terræ, ſed ſimul cum rebus viſibilibus fuit producta: ſecunda eſt quod mundus non fuit ab æterno creatus, vt docuit Ariſtoteles: quæ quidem auctoritas amplius illuſtratur & plures ſenſus habere oſtenditur; primus enim eſt in temporis ſeu æui initio Deus creauit cœlum & terram: ſecundus eſt antequam quicquam faceret Deus, cœlum & terram condidit: tertius ita vt præpoſitio *in* idem valeat, ac *cum*: Pſal.
Pſal. 129. mo 129. *Et eduxit eos in argento & auro*, erit igitur ſenſus, cum principio Deus creauit cœlum & terram, vt denotetur ſimul Deum feciſſe cœlum & terram, & temporis ſeu æui initium: quartus vt præ-
1. Cor. 15. poſitio *in* ſignificet idem quod *per*, vt 1. Cor. 15. *abſorbta eſt mors in victoria*, id eſt per victoriam, ſenſus igitur eſt in filio creauit Deus cœlum & terram, id eſt, per filium, hic ſenſus eſt communis apud ſan-
Pſal. 39. ctos Patres, & colligitur ex Pſalm. 39. *In capite libri ſcriptum eſt de me*, id eſt, in fronte Geneſis, cum à nobis dictum ſit vnum & eundem locum Pentateuchi poſſe plures habere ſenſus litterales, non intellige quemlibet, ſed aliquos tantum, paucæ enim ſunt auctoritates quæ pluribus gaudeant.

## ARTICVLVS IX.

### *Quænam eſt ratio multorum ſenſuum vnius loci Pentateuchi, & cuiuſlibet alterius loci ſacræ Scripturæ.*

NOn eſt dubiũ linguam Hebræam in qua ſunt primo Dei verba ſcripta, vocibus ambiguis
Voces ambiguæ in ſacra pagina. plenam, cuius exemplum ſit hoc nomen *anima* quæ pro toto homine ſumitur Leuit. 4. 2. pro anima rationali Pſalm. 15. *Ne derelinquas animam meam in inferno*, tertio pro vita, Ioan. 3. *Bonus Paſtor animã ſuam ponit pro ouibus ſuis*, quarto pro conſcientia, Eccleſ. 14. *Iuſtifica animã tuam*. 5. pro halitu Iob. 4. *Halitus eius prunas ardere fecit*, ſumitur etiã pro ratione Pſ. 25. *Qui non accepit in vano animam ſuam*, quod dicitur de fœcũditate vocis Hebreæ idem intellige in vocibus Græcis in libris qui primo Græcè ſcripti ſunt, vnde cùm ea lingua tot vocibus ad diuerſa denotanda abundet, non abſque conſilio Spiritus ſanctus hoc idiomate vſus eſt: ex hac igitur fœcunditate vocum bene pluralitas ſenſus litteralis

Leuit. 4. Pſal. 15. Ioan. 3. Eccleſ. 14. Iob. 41. Pſal. 25

colligitur, quoties multa ſignificata textui quadrant & diuinum redolent ſenſum, & non ſolum ex hac fœcunditate, ſed etiam ex captiuum diuerſitate multi dantur ſenſus litterales eiuſdem loci, quod explicatur ſic: Hebraicæ linguæ phraſes, modique loquendi fuerunt à diuina prouidentia ordinati, vt eadem verba peculiarem & natiuam quandam elegantiam denotarent, & ſimul magnum quoddam myſterium ibi inditum paucis cognoſcibile continerent: cum enim in illo populo vulgus eſſet ignara & imperita, & etiam Prophetæ ſapientiſſimi, peropportune prouiſum eſt, vt ea verba ſcriberentur quæ cum vulgus audiret, linguæ proprietatem cognoſceret, ſenſum verbalem & intellectum minime falſum animo conciperet, & ſimul eadem verba eximiis vatibus aliud excellentius, & diuinius myſterium ſonarent, idcirco ſermo ille diui-
nus mannæ comparatur Sapiẽt. decimo. *Quod percipientium palato varius erat cibus*, exemplo de- Sap. 10.
monſtratur, Geneſ. 19. Dicitur *pluit Dominus à Domino*. Hæc verba cum vulgus audit, ſolum intel- Geneſ. 19.
ligit pluuiam illam non fuiſſe naturalem, & vſitatam, ſed Dei à Deo, id eſt, à Deo abſque cauſarum ſecundarum ordinario concurſu: at cum Sancti Prophetæ eadem verba legebant, abſque dubio Trinitatis myſterium cognouerunt, quod in eo loco ſignificari Concil. Smirnenſe Canone decimo ſexto definit.

Hoc Concilium par. tim approbatum partim reprobatum.

Sed inquires vtrum Moyſes & alij ſcriptores diuinarum litterarum, omnes ſenſus litterales cognouerunt? Mihi videtur reſpondendum in plurimum omnes cognouiſſe: agebantur enim diuino Spiritu, & docebantur à Deo tanquam Doctores, & magiſtri Eccleſiæ; quod ſi aliqui ſenſus litterales eos latuerunt, non tamen Spiritum ſanctum, qui eos poſtea Eccleſiæ reuelauit; nullomodo tamen aſſerendum eſt diuinos ſcriptores non cognouiſſe ſenſum litteralem in quem dum ſcribebant, eorum animi primo ferebantur intuitu: cum enim ipſi nuntij & legati eſſent, ſequitur ipſos ſenſum præcipuum litteralem ſuæ legationis intellexiſſe, aliàs munus quo fungebantur, exequi minime poſſent, tum etiam quia ſi ſenſum litteralem præcipuum non intelligerent, hæſitantibus ſatisfacere minime poſſent.

Verũ ſcriptores diuini omnes ſenſus litterales cognouerũt.

## ARTICVLVS X.

### *Quibus coniecturis ſenſus litteralis Pentateuchi & cuiuſlibet alterius libri colligitur.*

QVando ſummus Pontifex, Concilium, vel Eccleſia tradunt nobis explicationem aliquam, pro ſenſu litterali illa eſt habenda, ſiquidem Concilia vtuntur huiuſmodi locis ad conuincendos hæreticos & confirmanda dogmata fidei, vnde verba illa Ioan. ſexto. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis*, Primo debent intelligi ad litteram de ſacramentali manducatione: nam in
Ioan. 6. hoc ſenſu adducuntur à Concilio Conſtantin. contra hæreticos, ſimiliter quando in Concil. Epheſ. probatur quod Spiritus ſanctus procedit à Patre & Filio tanquam ab vno principio, vtitur Concil. teſtimonio illo Ioan. 14. *Spiritus veritatis qui à Patre procedit, ille vos docebit omnia*, veritas ſumitur pro filio,

Cum Concilium, Eccleſia, vel Pontifex decernit aliquem ſẽſum eſſe litteralem, ſic tenendum.

filio, ille ſenſus habendus eſt præcipue litteralis, quamuis alia ſit expoſitio litteralis quæ ſumitur à ſanctis, id eſt, ſpiritus verax qui à patre procedit, & infallibiliter docet veritatem, ille docebit vos omnia.

Secundo, cognoſcitur ſenſus litteralis, quandò ipſa ſcriptura ſemetipſam explicat, & confirmat aliquam veritatem fidei per aliquod teſtimonium ſacri textus, verbi gratia Pſalmo decimo quinto dicitur Prophetæ, *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem*, explicat hoc Lucas Actor. decimo quinto, de corpore Chriſti, quod non eſt in putredinem conuerſum.

Pſal 15.
Act 13.

Tertio, ſenſus litteralis colligendus eſt à ſanctorum Doctorum explicatione, nam Spiritus ſanctus Doctores conſtituit in Eccleſia, vt explicarent nobis verum ſenſum litteralem, vnde Apoſt. ait ad Epheſios quarto, *Alios dedit Paſtores & Doctores*.

Epheſ. 4.

Quarto, coniectura ſenſus litteralis fit ex ratione & lumine naturali: patet, vt quando aliquis ſenſus optime quadrat & conuenit cum illo ſacræ ſcripturæ, & continet in ſe pietatem quandam, ille cenſendus eſt ſenſus litteralis: quando ergo aliquis ſenſus verus eſt, & conducit ad fidei cognitionem, motum inſtructionem, & non diſſonat alteri loco ſacri contextus, imò conſonat antecedentibus & ſubſequentibus, talis ſine dubio ſenſus litteræ eſt.

---

### ARTICVLVS XI.

### *Regula ad ſenſus litterales Pentateuchi, & alterius cuiuslibet ſcripturæ canonicæ eruendos.*

Conc. Tri. ſeſſ. 4.

PRæſupponamus id quod animaduertit Concilium Tridentinum ſeſſione quarta, decreto de vſu ſacrorum librorum, ad coercenda petulantia ingenia decernit, vt nemo ſuæ prudentiæ innixus in rebus fidei, & morum ad ædificationem doctrinæ Chriſtianæ pertinentium, ſacram ſcripturam ad ſuos ſenſus contorquens, contra eum ſenſum quem tenuit & tenet ſancta mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu & interpretatione ſcripturarum ſanctarum, aut etiam contra vnanimem conſenſum patrum ipſam ſcripturam ſacram interpretari audeat, etiamſi huiuſmodi interpretationes nullo vnquam tempore in lucem edendæ forent: quo præmiſſo, vt facilius quis poſſit ſenſum litteralem eruere, aliquas regulas adducemus quas obſeruare oportet, multis aliis quæ adduci ſolent prætermiſſis.

Prima reg. Aug. li. 16. de ciu. Dei cap. 2.

Prima regula erit ex Diuo Auguſtino libro decimo ſexto de Ciuitat. capite ſecundo, ſenſus hiſtoricus ſeu litteralis alicuius loci ille eſt, in quo nec minimum verbum eſt, quod illi ſenſui non conueniat, cum tamen in allegorico non oporteat omnia conuenire.

Secunda regula Hi. in 9. Iſai.

Secunda regula ex Hieronymo Iſai. capite nono, & Auguſtino libro tertio de Doctrina Chriſtiana capite decimo & vndecimo, cum verba ſcripturæ proprie accepta aliquid enuntiant, quod à rectæ fidei & morum ratione non diſcrepat, & cum prioribus ac poſterioribus nexa cohærent, ille omnis eſt ſenſus proprius hiſtoricus.

Tertia reg. Hie. in c. 5.

Tertia regula ex Hieronymo Iſai. capite quinto, ad eruendum ſenſum litteralem ex obſcuris metaphoris, aduertendum eſt, ipſam ſcripturam vno aut altero verbo in propria ſignificatione admixto ſe explicare, vt Iſai. 11. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet*, verbo illo quod additur, *& requieſcet ſuper eum Spiritus Domini*, declarat ſe nolle loqui de proprio flore, ſed metaphorice de Chriſto Domino. Iſai. 11.

Quarta regula.

Quarta ad explicandos Euangeliſtas videndum eſt, quid omnes dicant, cum aliquis explicatur locus, & ita verus ſenſus manifeſtus erit, tandem maxime conducit ad eruendum ſenſum litteralem tum Theologia Scholaſtica, Conciliorum definitiones, hiſtoria hæreſum ad eam ſaltem partem ſcripturæ intelligendam, quæ circa dogmata noſtra fidei verſatur, tum etiam linguarum peritia, quę ea moderatione inſeruire debet, vt vulgatam noſtram editionem pro viribus defendat, phraſis etiam conſueta ipſiuſmet ſcripturæ bene intellecta viam aperit ad illius intelligentiam.

---

### ARTICVL. XII.

### *Vtrum ſenſus litteralis Pentateuchi ſignificetur rebus imaginariis, & interdum veris.*

In ſacra ſcriptura res ſunt in duplici differentia.

NOtandum quod res quæ aliquid ſignificant in ſacra ſcriptura eſſe in duplici differentia, quædam enim ſunt imaginariæ & fictæ, quæ mentibus prophetarum obiiciuntur ad aliquid ſignificandum; quædam ſunt veræ quibus iuſſu Dei Prophetæ vſi ſunt ad ſignificandum: inſuper aduertendum eſt duplex eſſe alphaberum, vnum vocum & ſcripturarum, alterum rerum quæ loco vocum & ſcripturarum ſumi ſolent, vt ſunt ſymbola & ænigmata: quo poſito quamuis dubium proponatur de ſolis Moſis voluminibus in vniuerſum; de quolibet alio diſcutiemus & ſoluemus.

Senſus litteralis ſignificatur etiam rebus imaginariis. Geneſ. 15.

Primo, ſenſus litteralis etiam ſignificatur rebus imaginariis, mentibus aliquorum obiectis, vel Prophetarum qui eas in ſomnis vel vigiliis contemplati ſunt, & probatur ex illo Geneſ. 15. *Cum occubuiſſet ſol, facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumans, & lampas tranſiens inter diuiſiones illas.* Hic clibanus ſignificabat populi ſui ſeruitutem Ægyptiacam in luto & latere, quem in ſuis furnis coquebant Hebræi, per lampadem ipſum Deum vel ipſum Angelum, qui tranſiens per medias victimas diuiſas firmabat fœdus cum Abraham, ergo ſenſus qui elicitur ex ſymbolis & ſpectris in eodem loco Sacrę ſcripturæ intra ſphæram ſenſus litteralis continetur.

Confirmatur: quando v.g. Propheta Daniel vidit hircum caprarum venientem ab occidente, & percuſſiſſe arietem & illud conculcaſſe, hirco intelligitur Alexander Magnus, & ariete Darius, antequam vocibus exprimeret ſcripto, vel ea aliquid denotabant litteraliter, vel non: hoc ſecundum veritate caret, cum ſint ſigna inſtituta à Deo ad ſignificandos illos duos Reges, quos conſtat non repræſentari myſtice, cùm ad nullum ſenſum ſpiritualem reducantur, dicendum eſt igitur primum, nimirum eos litteraliter ſignificaſſe, ac proinde poſtquam voce aut ſcripto ſpectra illa à Daniele ſignificata ſunt litteraliter, prædictos Reges ſignificare aſſerendum eſt, nam quod à Daniele verbo aut ſcripto exprimerentur, nihil addit ſignificationis litteralis prædictis ſymbolis aut ſpectris.

Senſus litteralis per res veras denotatus.

Secundo ſenſus litteralis interdum ſignificatur per res veras atque reales, illæ enim ſciſſuræ decem quas tradidit iuſſu Dei Ahias Silonites Ieroboam ex nouo pallio quo opertus erat, ſcindendum fore regnum Salomonis litteraliter figurabant, & decem eius partes, id eſt, decem tribus tradendas eſſe Ieroboam: inceſſus Iſaiæ diſcalceati per compita ciuitatis litteraliter obumbrabat Ægyptios & Æthiopes nudos & diſcalceatos in captiuitatem ducendos eſſe per Regem Aſſyriorum.

---

## ARTICVLVS XIII.

### *Regulæ ad eruendum ſenſum litteralem ex ipſis rebus.*

Prima reg.

CVm ſenſus myſticus etiam in rebus includatur, non facile cognoſcitur ſi ſenſus per res denotatas ſit litteralis, ideo ſubiiciendæ ſunt Regulæ, quibus facile eum poſſumus cognoſcere: primo quando ſenſus reſultans ex illis ſignis realibus & ſenſibilibus pertinet ad hiſtoriam, quæ in eodem loco texitur, ita quod ſit eiuſdem rationis cum illa, ille ſenſus litteralis eſt, ſi vero talis ſenſus non ſit eiuſdem rationis, ſed alterius ſenſus per illas res veras & reales ſignificatus, eſt ſpiritualis.

Secunda regula.

Secundo, quando ſignificatio rerum non tradit nobis immediate aliquod myſterium Eccleſiæ Militantis & Triumphantis, aut aliquid pertinens ad mores fidelium, ſignificatio rerum quæ ſunt veræ, & reales, litteralis eſt, & non ſpiritualis.

Tertia reg.

Tertio, quando in eodem capite in quo eſt ſignum reale conſtitutum ad ſignificandum, explicatur à Propheta, ſignificatio illius ſenſus quem reddit illud ſignum, eſt litteralis, vt ex exemplis ſuperius allatis conſtat.

Si quis autem contra id quod diximus nempe ſenſum litteralem concludi etiam ex ipſis rebus veris & imaginariis obiiciat, quod ſenſus litteralis eſt, qui ſignificatur per voces; ſpiritualis autem, per res: dices quod illa deſcriptio ſenſus litteralis vt ſic ita debet intelligi, nempe quod intelligentia litteralis eſt quę redundat ex ſignificatione vocum ſeu rerum loco verborum; nam tunc etiam res ſiue imaginariæ ſiue veræ poſitæ loco vocum ſenſu gaudebunt litterali.

---

## ARTICVLVS XIV.

### *Regulæ ad cognoſcendum ſenſum litteralem metaphoricum.*

DIuerſæ regulæ à diuerſis autoribus aſſignantur ad cognoſcendum vtrum ſenſus litteralis quem faciunt voces, ſit ſub propria vel metaphorica vocum ſignificatione, tamen certas quaſdam vobis proponens.

Matt. c. 10.

Prima reg.

Prima ſit, cum verba proprie ſumpta aliquid falſi contineant, vt cum Dominus dixit de Ioanne Baptiſta Matth. c. decimo, *Ipſe eſt Elias*, id figurate intelligere oportet, non de perſona ſed de ſpiritu Eliæ.

Secunda regula.

Secunda, cùm ſi proprie ſumerentur, indecentis aliquid continerent, vt cum ſcriptura ſacra tribuit Deo caput, oculos, &c. ſecundum metaphoram interpretari debent: idem dicendum eſt de vocibus quæ corporeas actiones deſignant, ſiue alia huiuſmodi vt ſedere, ſtare, ambulare, & his ſimilia, quæ omnia metaphorice explicari debent.

Tertia reg.

Tertia ſi rectæ rationi contraria verba ſonant, in ſenſu metaphorico ſumenda ſunt, vt eſt illud Eccleſiaſt. vndecimo capite. *Lætare iuuenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum.* Quæ verba niſi ironice exponantur, eſſent adoleſcentibus pernicioſiſſima, & illud Apocalypſis capite vigeſimo ſecundo, *Qui nocet, noceat adhuc & qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc*, & Ezechielis vigeſimo capite, *Et vos domus Iſrael, hæc dicit Dominus: Singuli poſt idola ambulate, & ſeruite eis.* Eccleſ. 11. Apoc. 22. Ezech. 20.

Quarta regula.

Quarta, ſi verba honeſtati, & litterarum diuinarum ſanctitati contradicant, aliter explicanda ſunt: huius generis ſunt Cantica canticorum, ſi enim huius libri verba proprie ſumerentur, quid aliud niſi cantilenas amatorias, & laſciuos amores continerent?

Quinta regula. Luc. 22.

Quinta, ſi verba in propria ſua ſignificatione, aut indecora, aut abſurda viderentur, aut apud D. Lucam capite vigeſimo ſecundo legimus, *Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit pater meus regnum, vt ſedeatis ſuper menſam, & comedatis, & bibatis in regno patris mei*, indignum enim eſt loco cœleſti & ſupernaturali beatitudine veſci cibis corporalibus, qui proprie cibi dicuntur, quare illis verbis oſtendit Apoſtolos ſuos in ſæculo futuro perpetuo fruituros eius conſortio, delitiis æternis, gloria ſempiterna.

Sexta. Matth. 3. 1. Pet. 2.

Sexta, quando Eccleſia declarauit aliqua verba debere ſumi figurate aduerſus hæreticos, ſicut in illo dicto Ioannis Baptiſtæ, Matthæi tertio capite, *Ipſe baptizabit vos in Spiritu ſancto & igne*, illud *in igne* accipit Eccleſia metaphorice, ſignificat enim gratiæ efficaciam. Similes cùm Petrus dicat epiſtola prima capite ſecundo omnes Chriſtianos eſſe Sacerdotes, nos autem genus electum, regale Sacerdotium, declarat Eccleſia illud nomen *Sacerdotium* myſtice intelligendum eſſe.

Septima. Matth. 16. Rom. 9. D. Augu.

Septima, ſi verba in textu ſcripturarum alia aliis repugnant, vt Matthæi decimoſexto, *Nolite iurare omnino*, ſecundum figuram hyperbolem interpretari debemus: nam ex doctrina Diui Pauli conſtat in lege Euangelica licitum eſſe iurare, cum ipſe ad Romanos 9. veritatem firmauerit iuramento, dicens, *Veritatem dico in Chriſto Ieſu non mentior*, quapropter Diuus Auguſtinus libro contra mendac. tomo quarto, docet Chriſtum illa locutione fuiſſe vſum, ne homines de facili iurarent, ac ex iurandi facilitate ad conſuetudinem peruenirent, & à conſuetudine in periurium deciderent: vnde iuramentum ſecundum omnes Scholaſticos licitum eſt ſi habeat tres conditiones, veritatem, iudicium & iuſtitiam, quam explicationem hyperbolicam ſi agnouiſſent plures ex ſanctis Patribus, nequaquam dixiſſent verbis Domini inhærendo in lege Euangelica non eſſe licitum iurare, ſicut nec circumcidi: idem dicendum eſt de illo Matthæi decimonono capite, *Facilius eſt camelum tranſire per foramen acus, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum*, cum enim compertum ſit ex ſacris oraculis, plurimos diuites cælum ingreſſos fuiſſe, vt Abraham, Dauidem, & alios, conſentaneum eſt, vt illam impoſſibilitatem hyperbolicè interpretemur, non quod diuitiæ ſint per ſe impedimenta ad regnum cœlorum aſſequendum, cum à Deo concedantur, vt ad id adiuuent, ſed quod affectus terrenis diuitiis miſere irretitus, difficilem reddit aditum ad regnum cœlorum. Iuramentum quomodo licitum. Matth. 19.

Deo ſcitu digna. D.Aug.

Hic autem maxime animaduerte duo ſcitu digna, vnum eſt iuxta regulam Auguſtini libro tertio de Doctrina Chriſtiana, capite decimo, quam maxime fieri poſſit interpreteremur ſcripturam ſacram in ſenſu litterali proprio, nec recurramus ad metaphoram, aut tropum, niſi iuſta cauſa nos cogat, vnde

D.Epiph.

Hieronymus aduerſus errores Ioannis Hieroſolymitani, & Epiphanius in epiſtola ad eundem Ioannem, merito reprehendunt Origenem quod plantationem terreſtris paradiſi in ſenſu metaphorico exponat, pro arboribus namque Angelos, pro fluminibus cœleſtes virtutes interpretatus eſt; id autem ſacram ſcripturam ludibrio exponit, atque hi-

D.Ambr.

ſtoriæ veritatem mouit; notatur & D. Ambroſ. libro in Lucam, capitate ſecundo, quod illud Ioannis 18. de Petro, *Et calefaciebat ſe, nam frigus erat*, dicat intelligendum eſſe ad litteram, non de frigore, ſed metaphorice, hoc eſt de charitatis tepore quo affectus erat.

Alterum eſt quod quando ſcriptura ſacra introducit perſonam loquentem quam mentiri non decet, habet ſenſum litteralem verum vel in propria vel in metaphorica, ſeu tranſlatitia ſignificatione, aliàs ſcriptura ſacra eſſet falſa in ſenſu litterali, quod nullo modo eſſet aſſerendum. Dixi vbi introducit perſonam loquentem quam dedecet mentiri, habere ſenſum litteralem verum, quia quando introducit dæmonem, vel perſonam ex proprio ſenſu ac auctoritate loquentem, ſermo loquentis poterit

Luc. 4.

eſſe falſus, qualis ille eſt diaboli apud Lucam cap. 4. 4. *Hæc omnia mihi tradita ſunt, & cui volo do illud*, ratio eſt quia ſcriptura ſacra ſolum affert, narratque à tali perſona mendacium illud dictum fuiſſe, quod veriſſimè narrat, non verò vt à ſeipſa dictum nobis proponit.

## Artscvlvs XV.

### *De ſenſu Pentateuchi, & alterius libri Canonici per accommodationem. & regulis ad eum eruendum.*

Duplex ſenſus per accommodationem.

Senſus accommodatus eſt, quem vſurpans ſcripturæ verba illis accommodat; eſt autem huiuſmodi ſenſus duplex, vnus per extenſionem, alter per alluſionem: ſenſus acommodatus per extenſionem eſt ſenſus deductus per legitimam quamcunque conſecutionem ex ſenſu litterali, qui propterea propius accedit litteralem, quia ſub illo continetur, & ex illo colligitur, vel certa & euidenti ratione, vel ſane probabili, à ſimili, à pari, à maiori, à minori, aut quouis alio argumentandi genere: huiuſmodi eſt omnis doctrina moralis ad virtutem inducens, vel vitia increpans, vt quę ſoli Iſraelitico populo ſunt tradita, & de illo intelliguntur in ſenſu litterali, ratiocinando ad Chriſtianorum in ſimili ſtatu exiſtentium mores deducimus, vt illud

Iſaiæ 16.

Iſaiæ decimo capite, *Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate*, applicamus populo fideli eiſdem flagi-

Ezech. 3.

tiis contaminato, & illud Ezech. capite tertio, *Væ paſtoribus qui diſpergunt gregem*! extendimus ad paſtores Eccleſiæ: ſimiliter ſeorſum verborum quanquam crebro prohibitur idololatria, extendimus

Qui ſenſus accommodatus per alluſionem.

ad coercenda alia vitia, dum ratiocinando colligimus, ergo auaritia non eſt colenda, quia eſt idolorum ſeruitus, aut luxuria vel gula quòd faciunt ventrem Deum. Senſus accommodatus per alluſionem, eſt ſenſus proprius loquentis, quem verbis in ſcriptura vſurpatis accommodat, ac ſi propria eſſent in quo differt à ſuperiori, in quo ſenſum eruimus ex ſenſu litterali, ſub quo aliquo modo continetur: in hoc autem ſola verba accipimus ex ſcriptura, & noſtro ſenſui accommodamus: ſic verba Chriſti Ioan. 1. *ecce vere Iſraelita in quo dolus non eſt*, vſurpat quis ad ſimplicem aliquem & purum iudicandum: & hoc modo Concionatores multa vſurpant vtiliter & iucundè ad populum inſtruendum: multa quoque Sancti Patres non infrequenter, vt Ambroſius in oratione pro morte Theodoſij, & Gratiani, & Valentiniani, D. Bernardus frequentiſſime, hoc genus Eccleſia ſæpiſſime & pulcherrimè vſurpat in officio diuino, vt illud Exodi 26. *Hodie ſcietis quia veniet Dominus & mane videbitis gloriam eius*, vſurpat in vigilia Natiuitatis Domini, & Virgini applicat quæ de diuina ſapientia referuntur, & illud Noë dictum Eccleſiaſtici 44. *Qui inuentus eſt iuſtus in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio*, Applicat Confeſſoribus: quam Eccleſiæ conſuetudinem in adaptandis ſcripturis Bernardus in vigilia Natiuitatis, & agnoſcit, & commendat, & Triden. Seſſion. 4. dum vetat ſacra verba rebus prophanis accommodari, rebus piis, & vtilibus videtur concedere: quin imo ſacri ſcriptores hanc rationem loquendi vſurpant ex vno loco ſcripturæ ad ſuum ſenſum in alio, agnouit hoc Hieronymus explicans illud Eſaiæ 29. *Eo quod appropinquat populus iſte ore ſuo & labiis ſuis glorificat me, &c.* Hoc teſtimonio vſus eſt Dominus ad Phariſæos Matth. 15. dicens, *Hypocritæ bene prophetauit de vobis Eſaias dicens, populus iſte labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me.* Vbi indicauit Chriſtum vſum fuiſſe verbis Eſaiæ ad ſuum ſenſum ad præſentem populum ſpectantis, vt concedit Maldonatus Matthæi ſecundo, numero decimo quinto, ſimiliter quæ dixit Hieremias cap. 31. *Vox in excelſo audita eſt, lamentationes, luctus, & fletus Rachel plorantis filios ſuos, & nolentis conſolari ſuper eis, quia non ſunt de Beniamitis, & Iudæis euntibus Babylonem*, Matth. cap. 20. accommodauit infantibus occiſis pro Chriſto, vt notat Maldonatus.

Ioann. 1.

Exod. 26.

Eccl. 44.

Tri. ſeſſ. 4.

Eſaiæ 29.

Math. 15.

Mat. 2. n. 5

Hier. c. 31

Mat. c. 20.

Regulæ nunc ſunt à nobis aſſignandæ pro vſu ſenſus accommodatioris: prima Regula, vt cum laude & decore Scripturæ verba accommodet quis duo obſeruare debet, primo vt pietati proficiant, ne ſcriptura in alienos aut prophanos vſus trahatur, alterum vt res propoſitæ aptæ & pro dignitate conueniant, quod ex Bernardo addiſcetur, ſecunda Regula ne quis inepte vtatur hoc ſenſu, cauere debet neſciens in verbis quæ vſurpat, ſuum ſenſum inueniri, nec tanquam litteralem, nec tanquam myſticum, ne his formulis loquendi vtatur; in huius typum dictum eſt ab Eſaia, vel Hieremia, vel hoc voluit ſignificare his aut illis verbis, ſed ſimpliciter rem tractans verba accipiat, & ad ſuum propoſitum traducat, verbi gratia ſi in laudem virginis Deiparæ vſurpet illud Geneſeos primo, fecit Deus duo luminaria, luminare maius vt præeſſet diei, & luminare minus vt præeſſet nocti, non dicat in typum Mariæ factam eſſe Lunam, ſed per rationem ſimilem virgini applices, & ſimilitudinem appoſito proſequatur.

Arbor vitæ in Geneſ.

## ARTICVLVS XVI.

### *De ſenſu myſtico Pentateuchi, & præter ſenſum litteralem dari myſticum in Pentateucho.*

CErtum eſt præter ſenſum litteralem dari myſticum in Pentateucho & quolibet alio ſacræ ſcripturæ loco; Exodi enim 12. dicitur de agno, os non comminuetis ex eo, qui locus ad litteram ſignificat præceptum de non frangendis oſſibus Agni Paſchalis, ſenſus ſpiritualis huius loci eſt quod Chriſtus verus Agnus in cruce immolandus eſſet,
Geneſ. 6. cuius oſſa frangenda non forent, Geneſ. dicitur *fac tibi arcam*, &c. Senſus litteralis ſatis apertus & 1.
1. Petr. 3. Petr. 3. quod arca Noë olim fabricata ſignificabat ſalutem populo contingere in Eccleſia; qui ſenſus ſane myſticus eſt & ſpiritualis, arca enim non ſignificat Eccleſiam, niſi myſticè.

Quid ſenſus myſticus. Quo poſito, inquiramus, quid ſit ſenſus myſticus, iuxta definitionem ſenſus litteralis aſſignatam à nobis ſuperiùs, eſt ille qui nec propriè nec metaphoricè vocibus proxime ſignificatur; ſed qui ſub rebus ſignificatis per voces quaſi ſub vmbra & figura concluſus, ob quam rationem myſticus, hoc eſt arcanus & reconditus dicitur: ſpiritualis vero vocatus quod lateat ſub rebus ſicut ſpiritus ſub corpore: alij ſic breuius deſcribunt, eſt res ſignificata per ſenſum litteralem quem primo voces expreſſerunt: vt Num.
Num. 21. vigeſimoprimo, *Fecit Moyſes ſerpentem æneum & poſuit eum pro ſigno quem cum percuſſi aſpicerent, ſanabantur*, hiſtoria his verbis contenta eſt primo ſignificata exprimit Chriſtum exaltandum in cru-
Ioan. 3 ce, vt ipſemet expoſuit Ioann. tertio *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis*, Vbi obiter aduertendum ſenſum ſpiritualem non eſſe ſumendum ex rebus vere geſtis.

Senſus myſticus à Spiritu ſancto quis & quomodo ab alio diſtinctus ſit cognoſcendus. *Dubitabis*, vtrum ſenſus myſticus intendatur ab auctore ſacræ ſcripturæ? Certum eſt non omnem intentum ſed aliquem: vt autem diſcernatur intentus à Spiritu ſancto, ab eo qui ſolum à nobis colligitur, ſubiiciam ſequentes regulas: prima ſit, quando omnes ferme patres, ex aliqua ſcriptura veteris teſtamenti, aliquod confirmant dogma religionis
1. Regula, Chriſtianæ, licet ille locus ſacræ ſcripturæ non ſignificet illud litteraliter, pro certo tamen habendum eſt eum ſenſum myſticum intentum verbi gratia omnes fere doctores, quale fuerit peccatum Luciferi & caſus eius de cœlo declarant, & confirmant
Iſai. 14. ex illa ſcriptura Iſai. 14. qui loquitur de ſuperbia & ruina Regis Nabuchodonoſor, *Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris*? Et ex vigeſimo
Ezec. 28. octano Ezech. vbi agit de gloria Principis Tyri, licet autem in his locis non agatur litteraliter de peccato & caſu primi Angeli; conſenſus autem Doctorum, & ex illis locis iſtud confirmatum, conuincet nos concedere ſub illis regibus myſtice & typice includi, & repræſentari præcipitationem Luciferi de cœlo, non enim in veteri toto teſtamento locum alium inuenimus, qui de caſu Luciferi nos doceat.

2. Regula, Secunda regula eſt, ſenſus myſticus vſurpatus in nouo Teſtamento habendus eſt pro ſenſu intento à Spiritu ſancto, ſicut Arcam Noë figuram fuiſſe Eccleſię nullus dubitat; quia ſic interpretatus eſt Diuus
1. Petr. c. 3. Petrus ſua prima Epiſtola capit. tertio, Paulus item multa explicat veteris teſtamenti de Chriſto myſtico, Epiſtola prima ad Corinth. & ad Hebræos itaque huiuſmodi ſenſus nobis Chriſtianis firmiſſimi ſunt ad aliquid probandum; valebant etiam contra Iudæos illius temporis aduerſus quos Apoſtoli illis vtebantur, quia in Synagoga erant recepti.

Tertia Regula ſit, quando ſenſus litteralis ſacræ 3. Regula;
ſcripturæ eſt valde humilis, & indignus grauitate ſacrorum Bibliorum, & Maieſtate diuina, exiſtimandum, & ſpiritualem ſenſum illius eſſe principaliter intentum à Spiritu ſancto verbi gratia Paulus primo ad Corinth. nono citat illud Deuterono. Deuterō.
*Non alligabis os boui trituranti.* Vnde concludit prædicatorem Euangelij dignum eſſe vt à fidelibus alatur, ex quo loco intelligitur, quia ſenſus litteralis indignus videbatur Deo, Paulum indicaſſe myſticum ſenſum eſſe intentum à Spiritu ſancto, quare vtitur illo etiam ad argumentandum quod intendebat.

Quarta Regula, cum dicantur, & ſcribantur in 4. Regula;
aliquo loco de perſona aliqua quæ ei conueniant, adiungantur tamen alia quæ ipſi non conueniant, ſed Meſſiæ, exiſtimandum eſt de illa perſona agi, prout eſt figura, & typus Chriſti, itaque quæ ſunt illi communia & Chriſto, iudicandum eſt ad illam litteraliter pertinere, ad Chriſtum myſtice, vt illud Pſalm. ſecundo. Ego hodie genui te, dabo tibi gentes in hæreditatem tuam & in poſſeſſionem tuam terminos terræ, ſentiendum eſt igitur in illo Pſal. agi de Dauide prout eſt figura Chriſti.

Quinta Regula, cum aliqua in veteri Teſtamen- 5. Regula,
to dicantur de aliqua inſigni perſona, duo conſideranda ſunt, primum an illa perſona ſit de eorum numero qui vt plurimum figuræ fuerint & repræſentationes Chriſti, vt Noë, Iſaac, Iacob, deinde conſiderandum eſt an illud quod dicitur de illa perſona, apte etiam conueniat Chriſto, ſi hæc duo concurrant, non dubites quin ſenſus myſticus per quem illud accommodatur Chriſto fuerit intentus à Spiritu ſancto, verbi gratia quia Dauid multis in rebus fuerit typus Chriſti eius ſingulare certamen cum gigante Goliath, & victoria reportata, pulchre quadrat certamini, & victoriæ Chriſti contra Diabolum: ideo ſine dubio dicendum eſt illud fuiſſe figuram huius.

## ARTICVLVS XVII.

### *Quotuplex eſt ſenſus myſticus Pentateuchi.*

OBſerua, quod ſicut eſt duplex ſtatus regni Chriſtiani, vnus militantium ſeu peregrinantium in hac vita, alter eſt ſtatus triumphantium in cœlo, ita quidem geminus eſt ſenſus myſticus, vnus dum ex hiſtoria litterali ducimur in Chriſtum & regnum illius vt conſtitutuſi ſub triumpho & corona, vel conſtitutum in hac peregrinatione, & ex his plane conſtat pręter litteralem ſenſum ſcripturę, geminum eſſe myſticum ſenſum, alterum per allegoriā, Quotuplex ſenſus
alterū per anagogen, addimus etiam ſenſum moralē myſticus.
qui in rebus geſtis docet quid agere debeamus, vel aliter, & tamen in idem reincidit cum ſenſu ſpirituali, cum ſit ſignificatio rerum, res autem ſignificata per voces, vel eſt figura rei pertinentis ad ſtatum Eccleſiæ militantis, vel triumphantis, vel ad mores: ſi ad mores pertineat, tunc ſacra ſcriptura habet ſenſum tropologicum ſeu moralem,

ſi ad fidem, vel Eccleſiam militantem, habet ſenſum allegoricum, ſi autem ad ſtatum Eccleſię triumphantis, vel damnatorum ſpectet, erit ſenſus Analogicus: quo iuxta vocis interpretationem ad excelſiora & ſublimiora tranſimus, nam & ſi ſenſus ſpectans ad ſtatum damnatorum analogicus ſit, nomen tamen ponitur ratione partis excellentioris: quo poſito.

Dicamus triplicem eſſe ſenſum myſticum: nempe anagogicum, allegoricum, tropologicum, ſeu moralem. Senſus allegoricus patet in illo Geneſeos
Geneſ. 16. decimoſexto, vbi dicitur quod Abraham duos fi-
Pſalm. 6. lios habuit, vnum de ancilla & alterum de libera,
allegorice enim hoc explicat Diuus Paulus ad Gal.
quarto cap. de nouo & veteri Teſtamento, & conti-
Ierem. 2. nuo ſubiungit Paulus de ſenſu anagogico, *Illa autem quæ ſurſum eſt mater noſtra Hieruſalem libera eſt*, ſed hunc triplicem ſenſum exemplo confirme-
Geneſ. 1. mus: ſumamus aquam quæ ſecundum litteram ſignificat aquam elementarem Geneſeos capite primo *Congregentur aquæ quæ ſub cælo ſunt, & ap-*
Ezech. 36. *pareat arida*, tropologice tribulationem denotat. Pſalmo 65. ver. 12. *Tranſiuimus per aquam & deduxiſti nos in refrigerium*, allegorice baptiſmum, Ezech. 36. & 25. *Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundamini ab omnibus inquinamentis*, anagogice Deum, Ieremiæ ſecundo capite verſ. decimotertio, *Me dereliquerunt fontes aquæ viuæ*.

## ARTICVLVS XVIII.

### *Vtrum alij ſint Pentateuchi ſenſus.*

PLures nollem multiplicare præter prædictos, ſed cum conceptus mei pluribus gaudere videantur, hinc eſt quod alios non reiiciam, nempe typicum & anaphoricum, typicus eſt repræſentatiuus perſonæ alterius in vna perſona, ponamus exemplum in Abraham & duobus filiis ſuis Iſmaële & Iſaac, ſicut Abraham habuit duos filios, ita Deus cuius Abraham fuit typus, habet duo fœdera ſpiritualis contubernij cum hominibus, ex quo naſcantur liberi diuerſi ſecundum fœdus legis, ſerui quorum typus fuit Iſmaël, & illius ſoboles perpetuo ſeruiens, & ſecundum fœdus Euangelij naſcuntur liberi, quorum typus fuit Iſaac, & ſuæ propagines libertate pietatis donatæ in regnum Dei, in quo etiam ſucceſſit alter typus ſuimetipſius cum Deo, Iacob cum electis, Eſau vero cum reprobis. Confirmatur iſte ſenſus à Chriſto Domino, vbi dicit de Ioanne Baptiſta, ſi me vultis recipere ipſe eſt Helias, atqui non erat Helias niſi typus, nam reiicienda eſt metempſicoſis Pythagorica, qua opinione falſa laborabant etiam aliqui ex Iudæis, ſed ideo eſt typicus Helias, quia in ſpiritu & virtute Heliæ, hoc eſt eadem qua Helias reparauit populum per baptiſmum ſuum ad excipiendum Meſſiam ſuo tempore. Hic concidit aliquando cum ſenſu per accommodationem, vel alium myſticum. Senſus anaphoricus eſt relatiuus temporum, vt qualia fuerint ſub Iſaacu & Iſmaële tempora, talia ſint ſub Eccleſia & Synagoga, & vt Iſmaël perſequebatur Iſaacum, ita Synagoga inſectetur Eccleſiam. Probatur iſte ſenſus à Domino cum dicit, cum videritis abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto, &c. ſicut prædictum eſt à Daniele, oſtendit enim his verbis talia futura tempora.

Mitto Boacardemicum cum ſcilicet quo ipſa principia rerum comparantur cum beatitudine Arbor vitæ in Geneſ. æterna, & tota diſpenſatione ſalutis veluti loquendo de regno Dei, quod omnia ſint ad Deum ipſum vnde manarunt, mitto inquam, quia magis eſt vſitatus apud Iudæos Cabaliſtas, ſicut apud Hierony. litteralis, Gregorium allegoricus, Ambroſium tropologicus, Auguſtinum anagogicus, typicus Baſilium & Bernardum, anaphoricus Clementem Petri ſucceſſorem.

## ARTICVLVS XIX.

### *Regula ad facilius ſenſus myſticos Pentateuchi & alterius libri eruendos.*

PRima Regula: hoc ſit fundamentum myſtici ſenſus vt inter hiſtoriam & rem adumbratam ſit ſimilitudo & conuenientia, & propterea multa adiecta prætereunda ſunt, & ſic Archa Noë figura fuit Eccleſiæ, in eo quod extra illam nullus ſaluatur, non tamen in eo quod omnes ſaluantur intra illam, vt volunt hæretici.

2. Regula, ſcripturæ prius ſeruanda eſt veritas hiſtoriæ, & poſtmodum requirenda ſpiritualis intelligentia allegoriæ enim ſpiritualis interpretatio ſequi debet ordinem hiſtoriæ.

3. Regula, hiſtoria ſtricta eſt & vagandi non habet facultatem, tropologia libera eſt his tantum legibus circumſcripta vt pietatem inſequatur intelligentiæ ſermoniſque contextu in neque in rebus multum in ſe contrariis copulandis violenta.

4. Regula ſicut omnes Patriarchæ & Prophetæ ſuis dictis aut factis perſonam ſaluatoris expreſſe- ſunt ſic Pharaonem, Nabuchodonoſorem Antiochum & ſimiles recte typum fuiſſe Antechriſti credendum eſt.

5. Regula, qui tibi fuerint ſaluatoris non omnia quæ feciſſe narrantur in typo eius feciſſe credendum eſt, nam typus non eſt conformis per omnia veritati, verbi gratia Ionas inquit Hieronym. typus fuit Saluatoris in eo quod fuit in ventre ceti non in eo quod inobediens fuit, ſimiliter neſarius homo licet non gerat perſonam Chriſti pro tamen inſigni aliquo facto Chriſti factum adumbrat, vt Cyrus Eſaiæ 45. in liberatione populi à Babylone geſſit figuram Chriſti.

Sæpe apud Prophetas in medio curſu hiſtoriæ fit tranſitus ad ſpiritum & è contra, voco autem hiſtoriam ſiue litteram, temporalitam, ſpiritum, myſteria Chriſti & Eccleſiæ vel de Diabolo, vel eius regno, qui tamen ſenſus non eſt ſpiritualis forſan materialiter ſed potius litteralis, verbi gratia loquens
Eſaias ad Moab cap. 16. ſubdit, *Emitte agnum Do-* Iſai. 16.
*mine dominatorem terræ de petra deſerti ad montem filiæ Sion*, qui poſtquam de Chriſto dixit, reuertitur ad narrandum Moabitarum vaſtitatem *& erit quaſi auis fugiens*, &c.

Fit etiam aliquando tranſitus ab Eccleſia militante ad triumphantem & à ſignis & regnis perſequentibus Eccleſiam Dei ad Eccleſiam malignantem cuius caput eſt diabolus vel Antichriſtus, & denique ſolent Prophetæ aliquando ſermonem ad alia inſerere & poſtea ad ſermonem redire, vt Prophetica vmbra quadam & velamine obtegat, expli-
cat hoc Gregorius hom. 7. in Ezechielem ex Pſal. 7. Pſalm. 37.
*Deus iudex iuſtus fortis & patiens numquid iraſcitur per ſingulos dies? niſi conuerſi fueritis*, &c. & de repente ſubiungit. *Ecce parturit iniuſtitiam, concepit dolorem & peperit iniquitatem*: ecce in-

qnit Gregorius, cum Domini narratur iuſtitiam
quaſi mutata voce repente peccatoris intulit cul-
pam.

Adquam difficultatem breuiter dico primo, in
lege veteri & millibus hiſtoriis, ceremoniis, Sacri-
ficiis, & præceptis iudicialibus, & ceremonialibus
ſenſum ſpiritualem præſtantiorem eſſe, patet, quia
eſt nobilius intentus ab Spiritu ſancto propter veri-
tatem in illis vmbris inuolutam, & propterea Paul.
ad Coloſ. 2. ad Coloſſ. 2. legis ceremonias compatat vmbræ &
1. ad Cor. 9. ſpiritualem intellectum corpori, & primo ad Co-
rinth. nono & prima Timoth. quinto probat Mini-
ſtris Eccleſiæ eſſe debita ſtipendia ex illo Deutero-
Deut. 25. nomij 25. *non alligabis os boui trituranti*, & ſubdit,
*nunquid de bobus cura eſt Deo? An propter nos
vtique hoc dicit?* Quaſi dicat cura ſpecialis, & pro-
pria non eſt de bobus, ſed de miniſtris Eccleſiæ, de
quibus intelligitur locus ille myſtice, & de his dixit
Paulus ſecundæ ad Corinth. 3. *littera occidit, ſpi-*
2. Cor. 3. *ritus autem viuificat.*

2. Dico in lege Euangelica & in his quæ manant
ex veteri teſtamento vt ſunt præcepta moralia ſen-
ſus litteralis eſt potior, patet, quia licet aliquando
ſenſus ſpiritualis reperiatur cum litterali ſimul, ta-
men litteralis eſt veritas præcipue intenta à Spiritu
ſancto.

Dico tertio, Ad probanda fidei dogmata tam effi-
cax eſt ſenſus myſticus quàm litteralis, dummodò
æqualiter conſtet de vtroque: ratio eſt, quia idem
eſt Spiritus ſanctus qui vtitur vocibus ad expri-
mendum ſenſum litteralem, & rebus ad ſenſum
myſticum; verum eſt quod ſenſus litteralis facilius
cognoſcitur quàm myſticus, quia pendet ex imme-
diata ſignificatione vocum propria vel metaphori-
ca, ſpiritualis vero ex ſignificatione rerum quæ ab-
dita eſt: ſi tamen conſtet ex tali ſenſu, vel ex com-
muni traditione Eccleſiæ, vel ex alio ſcripturæ lo-
co, aut mente alicuius ſcriptoris canonici, tam effi-
cax argumentum ſumi poteſt ex illo ac ex literali,
& ita intelligendi ſunt Auguſtinus Epiſtola vigeſi-
ma octaua, ad Vincentium Donatiſtam, Hyeroni-
mus Matth. decimo tertio & Dionyſius in Epiſt. ad
Titum. quando dicunt ſenſum ſpiritualem non
eſſe ita efficacem ad probanda fidei dogmata ſicut
litteralis, loquuntur enim de ſenſu ſpirituali in
communi, quando de illo non conſtat.

### ARTICVLVS XX.

### *De variis figuris Pentateuchi.*

CVm Pentateuchi figuras inquirimus, & cuiuſ-
libet alterius libri canonici inueſtigamus, ex
quorum ignorantia non paucæ hereſes originem
duxere: nam neſcientes metaphoricam loquutio-
nem, dixerunt Deum habere manus, pedes, ocu-
los, &c. Vnde cum Ioannes dixerit de Chriſto Do-
mino hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto & igne,
Variæ fi- hæretici quidam hæc non figurate intelligentes,
guræ in ſa- pueros candenti ferro ſignabant, &c. ideo ne in
cra ſcript. Gen. aliquot errores & abſurda præceps ruat concionа-
tor, tropos ſacræ ſcripturæ aperiemus, quorum
diuerſæ ſpecies: eſt hyperbole quæ eſt exceſſus ſine
Hyperbol. Ironia. mendacio, vt illud Geneſ. *Faciamus turrim cuius
culmen pertingat ad Cœlum*, quod explicari debet
Geneſ 3. miræ magnitudinis, eſt ironia vt illud Geneſ. tertio
Prolepſis. *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt*, vt ſi di-
ceret longe ei aliter contigit, eſt prolepſis ſiue an-
ticipatio, Moyſes enim vocat vrbes, & loca eo no-
mine quod longe poſterius eis eſt inditum, ſic Ge- Geneſ. 14.
neſ. decimoquarto Balam vrbem vocat Segor quæ
tamen non tunc, ſed poſtea vocata eſt Segor, ſic
ibidem vocat montes Seir qui longe poſt ab Eſau Enallage.
Seir dicti ſunt, eſt enallage, quia ſenſus vnus cum
alio commutatur, & maxime viſus pro quouis ſen- Exod. 20.
ſu accipitur, quia omnium præſtantiſſimus, Exod.
vigeſimo, *Populus videbat voces*, id eſt, audiebat:
eſt metonymia qua cauſa per effectus, vel effectus
per cauſas vel rem è ſigno intelligimus, vt pecca-
tum ſæpe ſumitur metonymice maxime in Leuiti-
co, primo pro hoſtia oblata, pro peccato, ſecundo
pro pœna peccati, tertio pro irregularitate ſiue im-
munditia legali ex fluxu menſtrui ſanguinis, ſemi-
nis, lepræ vel ex contractu mortui, contacta, ſic
Leuit. decimo ſecundo puerperium vocatur pec-
catum, id eſt immunditia legalis, & Leuit. decimo Leuit. 12.
quarto lepra dicitur peccatum, non proprie dictum,
ſed legale id eſt irregularitas, quæ leproſum arcebat Leuit. 14.
ſacris & conuictu hominum: crebra eſt Synecdo-
che nec non Catachreſis quæ verbo ſimili & pro-
pinquo pro certo & proprio vtitur, vt cum pater Synecdoch
rei alicuius vocatur is qui eſt auctor conditor aut Catachre-
inuentor rei, vel is qui eſt primus & præcipuus in ſis.
illa re, ſic Gen. Tubalcain vocatur pater canentium
organo, pater id eſt primus & inuentor organi, non
inuſitata eſt hypallage vt Exod. decimo ſecundo, Hypallage
*Calceamenta habebitis in pedibus veſtris*, hoc eſt Exod. 12.
inuertendo, *Pedes habebitis in calceamentis*, ſiue
calceatos: nec enim calcei ſunt in pedibus ſed pe- Exod. 3.
des in calceis, Exod. tertio, *Rubus ardebat in igne*,
id eſt ignis ardebat in rubo: alij plures tropi ſiue fi-
guræ quæ legenti notæ fient.

### ARTICVLVS XXI.

### *De quibuſdam Pentateuchi phraſibus & idditiſmis & primo circa nomina & relatiua.*

QVamuis titulus ſolius Pentateuchi phraſes
inquirere videatur, tamen quia in abſurdos
ac violentos ſenſus inducere ſolet totius ſcripturæ
phraſium ignorantia, ideo breuiter ſpeciales illius
idiotiſmos in medium proponemus, & vt maiori
cum diſtinctione procedamus, primo proponе-
mus regulas circa nomina & relatiua.

Prima regula ſit, quia Hebræi pauciſſima ha- 1. Regula.
bent nomina adiectiua, illa efficiunt ex ſubſtanti-
uis ſumentes duo nomina, quorum primum eſt in
nominatiuo & ſecundum in genitiuo, vt homo pa-
cis id eſt pacificus, vnde quod noſter interpres di- Exod. 4.
xit Exodi 4. *non ſum eloquens*, Hebraicè habetur
non vir verborum & viri ſanguinum i. homicidæ,
viri nominis i. famoſi bini numeri i. pauci, hanc
regulam adducit Euthymius in Pſalmum 28.

Secunda regula ex Auguſtin. lib. locutionum in 2. Regula.
Exodum, multiplici geminatione vti ſolet ſcriptu-
ra, circa quam ſolum aduertendum occurrit, quan- Pſalm 121.
do geminatio fit eiuſdem nominis in eodem caſu
diſtributionem ſignificari, vt Pſalm. 121. *illuc aſcen-
derunt tribus tribus Domini*, id eſt quælibet tri-
bus, Prouer. 20. *abominatio eſt Domino pondus & Prouer. 20.
pondus*, id eſt diuerſa pondera; ſi autem primum
nomen ponatur in nominatiuo, & ſecundum in
genitiuo, numeri pluralis excellentiam quandam
deſignat, vt Deus Deorum i. ſummus Deus,

Cœlum Cœlorum r. ſupremum.
3. Regula. Tertia regula eſt conſuetudo ſcripturæ cùm pri-
marium aliquem hominem vult ſignificare, poſt
communes & gregarios illum nominare, ſic Marci
Marc. 16. 16. dixit *Angelus mulieribus ite dicite diſcipulis
eius & Petro*, qui tamen diſcipulus erat, ſed præ-
ſertim vt princeps & caput.
4 Regula. Quarta regula ex Euthymio in Ioann. 20. parti-
Ioann 20. cula negatiua *non* vt cum præcedit aut ſequitur ſi-
gnum vniuerſale diſtributiuum *omnis* æquipollet
particulari, vt non omnis vel omnis non, aut ſumi-
Exod. 22. tur pro nullus: ſic Exodi 22. *omnem viduam & pu-
pillum non affligetis id eſt nullum*. Rurſus notan-
Galat. l. 5 dum ex Galatino lib. 5. cap. 4. quod cum ſcriptura
dicit *omnes* non eſt neceſſe intelligere vniuerſos ne-
mine excepto, ſed magnam multitudinem, vt 2.
2. Reg. 17. Regum 17. *Dixitque Abſalon & omnes viri Iſrael,
non eſt bonum conſilium*, imo notat Hieronym. Mat-
Matth 26. thæi 16. quod ſolet ſumi pro vno, vt Pſalm. 116.
Pſalm. 116. *omnem eſcam abominata eſt anima eorum*, id eſt
Aug l con manna, notat inſuper Auguſtinus lib. contra Iulia-
tra Iulia. num cap. 12. quod nomen *multi* aliquando ſigni-
c. 12. ficat omnes, & quando ponitur poſt ſignum vniuer-
ſale non tollit vniuerſitatem, in quo deceptus fuit
Galatinus, vt Matthæi 20. *Venit filius hominis
Matth. 20. dare animam ſuam in redeptionem pro multis*, id eſt
pro omnibus & qui pro multis effundetur.
5 Regula. Quinta regula, Hebræi carent comparatiuis &
ſuperlatiuis, vtuntur autem poſitiuis pro compa-
ratiuis & in ſuperlatiuis explicant exceſſum adden-
do aduerbia valde, nimis, vel vehementer, exem-
1. Corinth. plum, 1. ad Corinth. *bonum eſt homini mulierem
non tangere*, id eſt melius, aliquando vero expri-
Pſalm. 44. mitur comparatio per particulas præ, à, ab, inter,
Genel. 1. ſuper & ſimiles, vt Pſal. 44. *ſpecioſus forma præ fi-
liis hominum* exemplum, 1. Geneſeos, *vidit Deus
cuncta quæ fecerat & erant valde bona*, id eſt
optima.
6 Regula. Sexta regula ex Auguſtin. Pſalm. 104. & Euthy-
Pſal. 9. mio Pſalm. 9. relatiua & pronomina poſſeſſiua ſæ-
pe redundant in ſcriptura, & ſententiam obſcuram
Pſal. 104. reddunt, vt Pſalm. 104. *miſit Moyſem ſeruum ſuum
Aaron quem elegit ipſum*, redundat, *ipſum*.

### ARTICVL. XXII

*Canones circa numeros & rationem numerandi.*

RAtio numerandi apud Hebræos peculiaris eſt
& illius cognitio neceſſaria ad ſenſus literales
ſcripturæ eruendos: pro quo ſequentes regulas ad-
1. Regula. ducemus. 1. Regula ex Hieronymo Danielis 9. idio-
ma eſt ſermonis Hebraici prius minorem nume-
rum ſupputare, poſtea maiorem, verbi gratia, nos
dicimus, Abraham vixit annos 175. Hebræi è con-
trario Abraham vixit annos 5. & 70. & 100. ſunt &
2. Regula. plura exempla huius rei in Geneſi. 2. Regula: con-
ſuetudo eſt ſcripturæ vti nominibus numeralibus
ab vno vſque ad 5. ad ſignificandum diminutionem
vel paucitatem, è contra vero à 5. vſque ad decem
ſignificant incrementum: exemplum 1. 3. Regum
*en colligo duo ligna*, id eſt pauca.
3. Regula. 3. Regula ex Auguſtin. lib. 2. quæſtionum in
Exodum 4. 47. ſolet ſcriptura plenum numerum
ponere, etiam ſi modicus deſit vel ſuperſit: ſic ex-
plicat Eucherius lib. 1. in Geneſim cap. 37. illud
Geneſeos 5. *Nec vero cum quingentorum eſſet anno-
rum, genuit Sem, Cham & Iaphet*, more ſcripturæ
inquit, vocat quingentos um quadringenteſimum
octuageſimum annum vitæ ageret, nomine totius
maximam partem ſignificans.
4. Regula, eſt conſuetudo Hebræorum vti no- 4. Regula.
minibus cardinalibus, pro ordinalibus, quamuis in-
terpres ſoni aſperitate offenſus mutare ſoleat hu-
iuſmodi numeros, verbi gratia Geneſeos 1. *factum
eſt veſpere & mane dies vnus*, id eſt primus: ſic Genel. 1.
etiam Ioannis 2. dicitur *vna ſabbatorum* id eſt pri-
ma dies ſolemnitatis azymorum, è contra vero Ag-
gei 1. vbi nos legimus in anno 2. Darij, Hebræi di-
cunt in anno duorum, ſic intelligendum eſt quod
dicitur 1. Regum 3. *& vocauit Dominus ſicut vo- 1 Reg 3.
cauerat ſecundo dicens, Samuel, Samuel, id eſt
vocauit bis*.

### ARTICVLVS XXIII.

*De idiotiſmis obſeruandis circa præpoſitiones & earum vſum.*

PRima Regula *a* & *ab* præter communem vſum 1. Regula.
quem habent apud Latinos habent duplicem
apud Hebr. & 1. ſignificant idem quod *propter* Hebr. 1.
Matth. 18. *væ mundo ab ſcandalis*, id eſt propter Matth. 18.
ſcandala: ſunt & plura huius rei exempla Pſalm. Pſal. 118.
118. *à mandatis tuis intellexi, à iudiciis tuis timui*.
2. Significant idem quod *poſt*, vt Ioannis 13. *ſur-
git à cœna*, id eſt poſt cœnam legalem, & ante Eu- 2 Regula.
chariſtiam inſtitutam.
2. Regula circa propoſitiones *de* & *ex* illud ſo- 3. Regula.
lum aduertendum eſt, quod propter habitudinem
cauſæ ſiue efficientis ſiue materialis triplicem ha-
bent vſum, nam aliquando ſignificant cauſam me-
ritoriam, & idem valent quod *propter*, vt Ioannis 3. Ioan. 3.
*donum Dei eſt non ex operibus*, id eſt non propter
merita & opera, ad Titum 3. non ex operibus iuſti- Timoth. 3.
tiæ quæ fecimus nos 2. *de* idem valet qood *per*
Ioannis 13. & non dico vobis quod ego rogabo pa-
trem *id de vobis*, id eſt pro vobis, 3. idem ſignificat
quod *in* vt Pſalmo 71. & florebunt de ciuitate ſicut Pſal. 71.
fœnum terræ.
4. Regula: propoſitio *In* præter communes mo- 4. Regula.
dos quibus ſumitur, habet aliquos peculiares in
ſcriptura 1. idem valet quod *per*, vt Pſalmo 62. *lau-* Pſal. 62.
*dabuntur omnes qui iurant in eo*, id eſt per eum, 2.
idem valet quod cum, *in baculo meo tranſiui Ior-
danem Geneſ.* 30. idem ſignificat quod propter,
Ozeæ 5. *Iſrael & Ephraim ruent in iniquitate ſua*,
id eſt propter iniquitatem ſuam, & cap. 12. ſerui-
uit Iſrael in vxorem, id eſt propter Rachelem vxo-
rem ſeruiuit 7. annis, idem valet quod *inter*, Pſal.
98. *Moyſes & Aaron in Sacerdotibus eius*, id eſt
inter Sacerdotes, quod explicant verba ſequentia
& Samuel inter eos qui inuocant nomen eius in
fratribus, id eſt inter fratres, 5. ſignificat idem quod
*de* vt ad Epheſios 5. *ego autem dico in Chriſto & in
Eccleſia*, id eſt de Chriſto & Eccleſia, 6. ſumitur
pro *poſt*, Matth. 3, *in diebus illis venit Ioannes Ba-
ptiſta*, id eſt poſt dies illos, & Ioann. 13. *in die illo
exiens Ieſus de domo ſedebat ſecus mare*, id eſt poſt
diem illum 7. ſignificat idem quod ante, ſic poſſu-
mus conciliare noſtram verſionem Geneſeos 2. cum
verſione 70. interpretum; nam vbi nos dicimus
*compleuitque Deus in die ſeptimo opus ſuum*, ſe-
ptuaginta dicunt die ſexto: noſtra vero lectio ſic de-
bet intelligi in die ſeptimo, id eſt ante *diem ſepti-
mum*, alij eandem præpoſitionem explicant per
prope, vt Exodi 12. *in die 1. non erit fermentatum in
domibus veſtris*, id eſt prope diem Sabbati & Mar-

thæi 1. *Ioſias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in tranſmigratione Babylonis*, id eſt ante illam vel illa appropinquante, denique hæc propoſitio iuncta accuſatiuo idem valet quod vt, ſic Geneſeos 2. *ædificauit coſtam quam tulerat de Adam in mulierem*, id eſt vt eſſet mulier, & 3. Regum 6. *fecit interiorem domum oraculi in Sanctum Sanctorum*, id eſt vt eſſet Sanctum Sanctorum.

4. Regula. 4. Regula, circa præpoſitionem *ad* illud ſolum eſt aduertendum, quod aliquando ſumitur pro *de* ſic interpretatur Haymo. illud ad Hebræos 1. *ad Angelos quidem dixit*, id eſt de Angelis; & rurſus, *ad filium autem*, id eſt de filio.

5 Regula. 5. Regula: præpoſitio *apud* hoc habet ſpeciale, quod aliquando ſumitur pro à, vel ab, ſic interpretatur Auguſt. illud Pſalmi 36. *apud Dominum greſſus hominis dirigetur*, id eſt à Domino, & Pſal. 105. *hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum*, id eſt qui detrahunt operibus meis, quaſi non ſint à Domino iuxta hanc regulam Tertullianus lib. 3. contra Marcionem conformiter ad Text. Hebræum illud Pſalmi 21. apud te laus mea in Eccleſia magna legit à te, quaſi à Deo ſit, quod laudibus celebretur.

6. Regula. 6. Regula, præpoſitio *ſuper* hoc habet ſingulare, quod aliquando ſumitur pro iuxta vel ſecus, vt Pſalm. 23. *quia ipſe ſuper maria fundauit eum & ſuper flumina præparauit eũ*, id eſt: iuxta & Pſal. 103. *ſuper flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus*.

Oſeæ 12. 2. Aliquando ſignificat idem quod ad, Oſeæ 12. *locutus ſum ſuper prophetas*, id eſt ad Prophetas & Lucæ 3. quod factum eſt, verbum Domini ſuper Ioannem.

3. Sumitur pro *contra*, 2. Regum 12. *ecce ego viſitabo ſuper te malum de domo tua*, id eſt contra te, & Pſalm. 82. *ſuper populum tuum malignauerunt conſilium*, quod ſtatim explicat, *cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos*, 4. idem ſignificat quod de, aut pro vt Pſal. 20 *ſuper ſalutare tuum, exultaui vehementer*, & Pſal. 118. *media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicia iuſtificationis tuæ*, ſed hoc ſæpius contingit quando ponitur in accuſatiuo, vt ad Rom. 15. *non gaudet ſuper iniquitatem*, & 2. ad Cor. 9. *gratias ago Deo ſuper inenarrabile donũ eius*.

Pſal. 118.

Rom. 15.

7. Regula. 7. Regula, præpoſitio *ſecundum* vel *iuxta* hoc habet ſingulare vt aliquando accipiatur pro præpoſitione in, vt ad Rom. 9. *ſecundum hoc tempus viuat & erit Saræ filius*, id eſt in hoc tempore, & ad Heb. 9. *munera & hoſtiæ offeruntur quæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem*, id eſt in conſcientia ſiue in anima mundare.

---

### ARTICVLVS XXIV.

#### *Regulæ circa coniunctiones & eorum vſum.*

CONiunctiones quæ ideo ſic dictæ ſunt quia habent rationem vinculi in oratione multiplices ſunt, copulatiua tamen *&*, adeo plura complectitur ſignificata apud Hebræos, vt nulla ſit quæ ipſi valeat comparari, & vt omittam, quod ſæpe redundat maxime in medio orationis, & plerumque deeſt, varias habet ſignificationes, ſit ergo de illa particula.

1. Regula. 1. Regula *&* aliquando per oppoſitionem explicatiuæ habet munus & officium, valetque idem quod *id eſt*, Geneſ. 2. *benedixit diei ſeptimo &* id eſt *ſanctificauit illum*, & cap. 3. *inimicitias ponam inter te & mulierem &* id eſt ſemen tuum & ſemẽ illius.

2. Habet reddere cauſam & valeat idem *quod quia non vel enim*: ſic explicat Theophylactus illud Lucæ 1. *benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui*, Ioannis 4. *qui metit mercedem accipit & congregat*, id eſt quia congregat in vitam æternam. Luc 1. Ioan. 4.

3. Idem valet quod *præterea*, Ioannis 1. *ego vidi & teſtimonium perhibui*, id eſt propterea teſtimonium perhibui eſt, 4. eſt illatiua & ſumitur pro ergo, vel igitur, *ſi filij & hæredes*, id eſt igitur: actorum 10. *eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in conſpectu Domini & mitte viros*, id eſt igitur mitte, *& Petrus quidem ſeruabatur in carcere*, id eſt ergo. Ioan. 1.

5. Idem ſignificat quod ſic, & eſt locutio Ioann. familiaris ſic enim dicitur cap. 6. *ſicut miſit me viuens pater & ego*, id eſt ſic & ego *viuo propter patrem, & qui manducat me & ipſe*, id eſt ſic ipſe viuet propter me, 6. ſumitur pro aduerbio tamen Lucæ 4. *cum facta eſſet fames magna in omni terra, & ad nullam illarum*, id eſt tamen ad nullam illarum miſſus eſt Helias, proxime huic accedit quod aliquando idem valet quod *at*, Matthæi 12. *generatio praua & adultera ſignum quærit, & ſignum*, id eſt at ſignum *non dabitur ei*. Luc. 4. Matth. 12.

7. Aliquando eſt aduerſatiua, vt Eſaiæ 10. *reſiduum domus Iacob non mittetur in percuſſorem ſuum, & ſuper Deum ſanctum Iſrael*, id eſt ſed ſuper Deum ſanctum Iſrael 8. aliquando ſumitur pro disiunctiua vel, Actorum 10. nunquam manducaui omne commune & immundum 1. ad Cor. 11. *quotieſcumque manducabitis panem hunc & Calicem*, id eſt *vel Calicem Domini bibetis*. Iſai. 10. 1. Cor. 11.

9. Sumitur pro vt, Geneſeos 20. *orabit pro te, quia Propheta eſt & viues*, denique aliquando ponitur loco relatiui ad Epheſ. 1. *Benedictus Deus & Pater*, id eſt, *qui eſt Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti*, Geneſ. 9. *Arcum meum poſui in nubibus Cæli & erit*, id eſt qui erit ſignum. Epheſ. 1.

2. Regula particula conditionalis *ſi* propter vulgarem & communem vſum, ſi ponatur in principio ſententiæ habet vim interrogandi, & valet idem quod nunquid & an, Matthæi 12. *ſi licet Sabbatho curare?* Lucæ 22. *Domine ſi percutimus in gladio?* 2. aliquando eſt iurantis vel indignantis, & tunc ex more idiomatis includit negationem, & interdum per Apoſiopeſin vel Ecclypſin aliquod ſupplendum eſt, vt oratio conſtet vt Pſalm. 94. *Ipſi vero non cognouerũt vias meas quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam*, id eſt non introierint, non ſum vel non exiſtimet verax Deus, vel hoc mihi eueniat: ſed aduertendum quod ſi particula negatiua eandem dictionem conſequitur, affirmationis vim habet vt Eſaiæ 5. *In auribus meis hæc dicit Dominus exercituum, ſi non domus multæ deſerta*, ſic enim habet littera Hebræa pro qua noſter interpres, *niſi domus multæ deſertæ*. 2. Regula. Matth 12. Luc. 22. Pſal. 94. Eſa. 5.

3. Regula coniunctio cauſalis vt, finem præconceptum deſignat, aliquando tamen non cauſam ſed euentum & conſecutionem ſignat, & in hoc ſenſu ſæpe in nouo Teſtamento dicitur, vt adimpleret vel adimpleatur quod dictum eſt per ſcripturas, & ad Rom. 5. *lex ſubintrauit vt abundaret delictum*, 1. ad Corinth. 11. *Oportet hæreſes eſſe vt qui probati ſunt manifeſti fiant*. 3. Regula. Rom 5. 1. Cor. 11.

4. Regula, coniunctiones *quia* & *quoniam*, quæ communiter cauſam reddunt, aliquando accipiuntur pro *quod*, Matth. 2. *Videns Herodes quoniam illuſus eſt à Magis*, & infra, *vt adimpleretur quod dictum eſt, quoniam Nazarenus vocabitur*. 4. Regula Matth. 2.

5. Regula, coniunctio *enim*, quæ cauſam reddit 5. Regula.

aliquando in ſcriptura eſt cauſa affirmationis, & valet idem quod certe, vel enimuero, aliquando vero eſt aduerſatiua, & valet idem quod autem, vel verò; prioris exemplum habes apud Diuum Matthæum ſecundo capite, *Qui enim in ea natus eſt, de Spiritu ſancto eſt*, id eſt certo: Exemplum poſterioris ad Hebr. ſecundo capite, *Nuſquam enim Angelos apprehendit.*

6. Regula 6. Regula, *ſi tamen* aliquando ponitur pro *ſiquidem*, vt ad Epheſios tertio capite, *ſi tamen audiſtis diſpenſationem gratiæ Dei quæ data eſt mihi*, id eſt ſi quidem audiſtis.

7. Regula. 7. Regula, particula *niſi* non ſemper ſignificat ſi non, ſed aliquando affirmatiue ponitur cum Apoſiopeſi, ad Hebræos ſexto capite, & Geneſeos vigeſimo ſecundo iuxta editionem Septuaginta Interpretum, *Niſi benedicens benedicam tibi, & multiplicabo*, ſcilicet poſt hæc omnia mihi fidem non habens.

Regula Vltima. Pſal. 83. Pſal. 118. Vltima Regula, *quam*, quæ directiua vel electiua coniunctio eſt, aliquando intendit vel auget, vt in hac acceptione ſæpiſſime reperitur in ſcriptura Pſalmo 83. *quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum!* Pſalmo 118. *quam dulcia faucibus meis eloquia tua!*

---

## Articvl. Vltim.

### *Varia exponendi Pentateuchum methodus.*

SAncti expoſitores & interpretes in ſacrarum interpretatione ſcripturarum, variis vtuntur methodis quas breuiter recenſere vt nihil concionatori deſit ſciendum, operæ pretium duxi, viginti quatuor methodi adnumerantur, ego autem in hoc opere meo vigeſimam quintam ſubiiciam. Prima methodus. Prima eſt tranſlatio quæ ſcilicet ſcripturas ſacras ex alia in aliam linguam vertit, non ſolum ſenſum ſenſui, ſed verbum verbo ſumma cura & fide reddens.

2 Secunda eſt ſtigmatica quæ propria eſt Hebræorum, ſiue punctuaria exponendi methodus, eſt illa quæ ex diuerſis vocalium & punctorum poſitu, ſonos, voces, prolationes, ac ſignificata ſingularum dictionum & ſenſuum totius ſanctæ Scripturæ oſtendit.

Tertia exponendi ratio. Tertia exponendi ratio eſt ſyllabica, ſiue indicatoria, quæ librorum indices Alphabetario ordine digeſtos, quibus minimo laboris ac temporis diſpendio ad quod quiſque perquirit, quaſi manu ducitur, componit: primum locum tenet biblicus index quem vocant concordantias maiores ſacræ Bibliæ.

Quarta ratio exponendi. Partitionis vna eſt diuiſio, & altera collectio, diuiſio totum voluminis corpus iuxta rerum partibilium analogiam ſumma cum ratione in membra diuidit, & in partes quas capita, ſiue capitula vocant, numeratim diuidit, & numerorum appoſitione diſtinguit: collectio verò peculiares diuiſarum partium ſummas ſtrictiſſimis titulis ſiue inſcriptionibus colligit, quibus velut oculis ſingulorum capitum ſontes illuſtrat.

Methodus quinta. Methodus quinta, eſt epitome, & eſt breuiſſimum diuinorum voluminum ſummarium, comprehendens pauciſſimis verbis quæ fuſiùs per multas repetitiones enarrantur, ſeruata ſemper ſacræ narrationis integritate ac ſenſu.

6 eſt Ecloga. Ecloga ſiue excerptum, eſt methodus decerpens hinc inde diuerſas authoritates, aut ad inſtructionem fidei aut ad diſciplinam morum: cuius tres formulæ ſunt vſitatiores, quæ dicuntur ſpecula, loci communes, & harmoniæ.

Notaria expoſitio, eſt methodus quæ per notas 7.
quaſdam vel punctorum vel linearum appoſitas, diuinis voluminibus rationem ſenſuum latentium in verbis & ſententiis demonſtrat, huiuſmodi autem vel ſunt litteratæ vel illiteratæ.

Paraphraſis, Ecphraſis, ſeu Metaphraſis, eſt ra- 8
tio quædam quæ ipſam diuinæ ſcripturæ narrationem in aliam vertit narrationem ei proportione reſpondentem, quæ duplex eſt vna preſſior ac ſtrictior, & altera fuſior ac latior.

Lexica, hoc eſt vocabularia, vel dictionaria 9
expoſitio, quæ voces omnes Hebræas, Caldæas Græcas, Latinas, toto diuinæ Scripturæ ambitu comprehenſas primum diuellit, diuulſas autem iuxta alphabeticam ſeriem in lexica & dictionaria redigit.

Annotatio, eſt ratio qua ſanctæ litteræ breui- 10
bus interpretationibus veluti ſtellulis ac punctis, quibuſdam ſparſim & hinc inde illuſtrantur: duplex eſt, vna quæ marginalis & extrinſeca dicitur, & eſt illa quæ circa margines ſacri contextus collocatur, altera vocatur intrinſeca ſiue interlinearis, quia intra linearum ſepta coaptatur.

Commentario, breuis eſt diuinæ Scripturæ ex- 11
poſitio annotatione aliquantò copioſior, qua tam noſtram quàm aliorum auctorum ſententiam ſcribimus in aperiendis ſacris voluminibus, nunc in conſuetudinem abiit, vt ſub commentariorum appellatione omnia pene explanationum genera comprehendantur.

Sciographica, id eſt vmbratilis & picturalis ex- 12
poſitio, quæ per varias figurarum & imaginum delineationes, clariùs ante oculos ponit ea quæ non admodum aperte verbis exprimi potuerunt.

Tabellaria, ſiue columnaris ratio eſt compen- 13
dioſa, ſed ditiſſimæ expoſitionis per tabulas & columnas ordinatiſſima coaptatio, quæ veluti in ſpeculo ſingularum dictionum elucidationem demonſtrat.

Enarratio, eſt publice ad populum habita ſa- 14
cri contextus expoſitio, quæ in homiliam & declamationem diſtinguitur: homilia ſiue tractatus eſt familiaris & domeſtica diuinæ ſcripturæ ad plebem elucidatio, ſiue concio, ac eodem fere ordine obſeruat quæ homilia niſi quod ſtylo aliquantulum grandiori vtitur.

Collatio dicitur, quæ familiaribus, mutuiſque 15
colloquiis, ac dialogis ſacram exponit ſcripturam, quæ duplex eſt, continuata & interrupta: prima in qua continuato orationis inceſſu vnus perpetuo loquitur, ſecunda in qua narrationis interrumpitur progreſſus.

Meditatio, ſiue affectiua expoſitio, eſt, ex inti- 16
mis & feruentibus æſtuantis animi affectibus, in viua & ardentia verba prorumpens enarratio.

Poëtica explanatio eſt illa, quæ variis carmini-
bus diuina exponit volumina. 17

Epiſtolaris methodus illa eſt, qua diuinas ſcri-
pturas per epiſtolas ad amicos conſulentes tranſ- 18
miſſas exponimus.

Inquiſitio eſt, quæ per inueſtigationem & diſ- 19
ſolutionem difficultatum diuinas Scripturas exponit, quæ diuiditur in problema, diſputationem, & quæſtionem.

Collectio, ſiue collectiria methodus, ex quibul- 20
cumque ſcriptis, aut ipſamet auctorum verba cum

ſenſibus, aut ſolos ſenſus ſine verbis deſumit in proprium vſum conuertens, cuius tres ſunt differentiæ, Rapſodia, Syllegma, & Abbreuiatio. Rapſodia quæ dicitur Stroma, coaceruat in vnam connexionem non ſolùm ſenſus, ſed ipſas quoque authorum clauſulas, ſententias, atque integras periodos, nullo prorſus immutato verbo. Rapſodiæ autem tres ſunt differentiæ, nempe Agiographica, Eccleſiaſtica, atque Ethnica. Agiographica eſt elucidatio diuinæ ſcripturæ ex ipſiſmet ſacri contextus verbis & ſententiis locos obſcuriores ex apertioribus illuſtrans, Eccleſiaſtica quæ catena dicitur, eſt ex diuerſis Eccleſiaſticorum Patrum ſcriptis verbotenus collecta diſpoſitio. Ethnica eſt ex dictis Gentilium auctorum, ſiue Poëtarum, ſiue auctorum verbotenus ad aliquid in fide illuſtrandum decerpta expoſitio. Syllegma eſt ſenſuum ex diuerſis expoſitorum commentariis expoſitio. Abbreuiatio expoſitorum diuinæ ſcripturæ prolixas in ſuccinctas expoſitiones perſtringit.

Coaceruatio, eſt ſenſuum ſiue teſtimoniorum plurium ad aliquid probandum accumulatio.

Thematica, peculiares ſacri contextus partes vna cum earum expoſitione applicat, ad alicuius argumenti particularis tractationem.

Scholaſtica, eſt narratio non quæ delectatione flectere deſiderat ſed ſolum docere.

Pandeſia eſt copioſiſſima diuinæ ſcripturæ elucidatio ex præcipuis expoſitionum methodis, potiora & optima quæque in vnum locupletiſſimæ explanationis corpus colligens; his omnibus rationibus & methodis Pentatheucum Moyſis explicare poſſemus.

Vigeſimam quintam nos addidimus methodum nempe conceptualem, qua ſacræ ſcripturæ locum in diuerſos animi conceptus diſtribuimus: hæc ratio ſicut difficillima ſic iucundiſſima & vtiliſſima: difficillima quidem, non enim eſt ſimplex & nuda explanatio; ſed intenſiſſimi animi ratiocinatione & diſcurſu ſenſus myſtici vel litteralis enucleatio: iucundiſſima: quid enim ita viros eruditos delectat, quàm non linguæ ſolius, vel calami, ſed ipſiuſmet animi conceptus? vtiliſſima, ingenioſe enim rimatur non ſolum ſententiam & periodum ſacri contextus, ſed quamlibet illius particulam & apicem enucleat, necnon diuerſas illius verſiones examinat: aliquando ex vna ſola dictione plurima mentis concepta aperiens: ſi autem patrum auctoritate huiuſmodi animi fœtus confirmentur, hæc methodus eminentiſſima & ditiſſima cenſebitur. Hanc Deo fauente, vtinam fœliciter conſequuti ſimus primi, nullus enim vſque ad hæc tempora, hac diſpoſitione & ſtylo ſacram aperuit paginam: licet enim aliqui, & hi pauciſſimi & doctiſſimi variis animi partubus in aliquot libros ediderint commentarios, nullus tamen (omni cum animi demiſſione loquor) nec hoc ordine, nec hoc labore, nec hac vtilitate, imo nec cum hac legentium delectatione ſacta expoſuit volumina ſenſus eorum reconditos aperuit, & in innumeros pœne conceptus diſtribuit, & ſententiis ſanctorum patrum ſtabiliuit. Vtinam in Dei Opt. Max. gloriam, ſanctæ matris Eccleſiæ honorem, cuius omnia quæ dixerim & ſcripſerim, cenſuræ ſubiicio, necnon in Seraphicæ meæ Religionis, cuius indignus ſum alumnus, decus cedat, & omnium vtilitatem.

## IN ARBOREM VITÆ R. P. IOAN. DE LA HAYE Minoritæ, Eccleſiaſtæ Regij, necnon Terræ ſanctæ, & Prouinciæ Franciæ Pariſienſis Ordinis Minorum iterum Commiſſarij Generalis, eadem Prouincia hanc Oden gratulabunda concinit.

### STROPHE.

*CORCYRÆ vetus incola,*
*Iactare ceſſet Regis hortos fertiles:*
*Nullúſque poſthac Alcinoi canat,*
*Pomis onuſtas arbores.*
*Ecce Sepini noua creuit arbor,*
*Fructus omnigenos omnibus afferens,*
*Quos nullus vnquam decutiet Notus,*
*Aut ſtridens Boreæ furor;*
*Non dirum metuunt gelu;*
*Hortus nec vllis albicat pruinis,*
*Ver ibi regnat,*
*Grataque tẽperies, auraque fruuntur aprica.*

### ANTISTROPHE.

*HIC ramus patet aureus,*
*Qui bracteatis frondibus latè micat;*
*Quo monſtra vincas Tartarea ſtygis,*
*Hydrámque monſtrum multiceps,*
*Quod genus noſtrum miſerè fefellit,*
*Dum fructus vetitos, mente venefica,*
*Porrexit olim, fraudibus illitos:*
*Hinc mors imperium tenet.*
*Humanúmque perit genus,*
*Sed carpe fructus, aureóſque ramos*
*Arboris huius:*
*His mortẽ effugies, ac mõſtra fugabis Auerni.*

### EPODOS.

*SEPINVS en verus ſator,*
*Horti cultor amabilis,*
*Arborem vitæ mihi dedit almam:*
*Ac vniuerſis fructuoſam gentibus,*
*Quis laude digna te coronet,*
*Magni præco Tonantis?*
*Tantis poſteritas læta laboribus,*
*Dum te laudibus efferet,*
*Te ſumma cæli continebit aula.*

Prouincia Franciæ Pariſienſis.

---

Opus, eiúſque Auctorem celebrans

### EPIGRAMMA.

*SVBTILEM ſolidúmque ſtylum dum indice, dico,*
*Conuenit hic cathedris, conuenit ille ſcholis.*

Canebat D. DV BOSQ, Baccalaureus Pariſienſis.

---

*In Arborem vitæ Reuerendi admodum Patris P. Fr. Ioannis Sepini,* vel *de la Haye, Minoritæ,* Concionatoris *Regij.*

### ODE DICOLOS TETRASTROPHOS.

*QVA ſolet primum rutilare Titan,*
*Septus Eois latet hortus oris,*
*Dictus antiquis Paradiſus aptè*
*Deliciarum.*
*Arbores, plantæ, frutices, vireta,*
*Semper hic vernant; ibi nulla bruma:*
*Flora iucundum, Zephiro ferente*
*Spargit odorem,*
*Arbores inter celebratur vna,*
*Cuius exhorret Libitina vires;*
*Illa nam mortem fugat, atque morbum,*
*Atque ſenectam.*
*Nil ad hanc nectar, cibus aut deorum,*
*Moly vileſcit, nihil eſt nepenthes:*
*Quidquid aut finxit veterum prophana*
*Fabula Vatum.*
*At Deus cunctos voluit latere,*
*Quam tamen cunctis dederat fruendam:*
*Cùm patrem primum malè ſæua mater,*
*Falſa fefellit.*
*Ecce Sepini nouus edit hortus*
*Arborem vitæ, noua proferentem*
*Mala, Pomonæ pretioſiora,*
*Heſperidúmque.*
*Arbor hæc nullis agitatur Auſtris,*
*Nec timet ſæui Boreæ furores:*
*Ipſa nam celſum, ſpatioſa ramis*
*Tranſit Olympum.*
*Non eam ſepes, neque murus ambit,*
*Nec draco quenquam metuendus arcet:*
*Hinc poteſt quiſquis, prohibente nullo,*
*Carpere fructus.*
*Nempe Sepinus ſator atque cultor,*
*Hunc voluptatis tibi pandit hortum,*
*Quo tuum dulci ſaturare poſſis*
*Ambroſia cor.*

FR. LVD. CAVALLI, Min. Profeſſor.

## *IN LAVDEM AVCTORIS EIVSQVE eximij Operis.*

### ODE

*IAm tuas cantēt mea plectra lauros,*
*Facta, virtutes, genus atque nomen,*
*Digna tantarum reſonent abundè*
*Carmina laudum.*
*Iam tuos omnes celebrent triumphos,*
*Quòd libens vitam parias ſalubrem*
*Mortuis, ſumma pietate cæli,*
*Limina pandas.*
*O liber; pluſquam liber, ô refertum*
*Laude diuina, bonitate factum*
*Arbor hic vitæ meritò vocatus,*
*Nomine clarus!*
*Arbor vt vitæ faciles reſoluit,*
*Et parit cunctis aditus apertos,*
*Sic tuis vitam populis beatam*
*Fructibus affers.*
*Eius, aſt omnes animo libenti,*
*Arboris fructus capiant: per omne,*
*Tempus vt cæli valeant beatas*
*Tangere ſedes.*

Canebat FR. FRANCISCVS BOVILLON,
Baccalaureus Pariſienſis, & Auctoris ſocius.

## EPIGRAMMA.

*NVNC ſua priſci habeant numeroſa volumina ſacli,*
*Núncque ſuos iactent ſacula priſca libros.*
*Hic tibi pro multis ſatis eſt authoribus Author:*
*Continet hic multos pagina quæque libros.*
*Fortia quiſquis amas, librum hunc lege, quiſquis acuta:*
*Fortè ſonat ſtylus hic, dulce ſonatque ſtylus.*
*Ars noua! quis melius potuiſſet iungere dulci*
*Vtile? non pietas hîc micat, arſque micat.*
*Lumine mens ſacro radiatur, amore voluntas:*
*Efficit hic doctos, efficit hicque pios.*
*Ergo vibrando ignes, ſpargendo lumina; laus eſt*
*Angelica arte Cherub ſcribit, amore Seraph.*

Canebar. FR. G. LE GOVPIL, Baccalaureus
Profeſſor in Philoſophia.

*In Arborem vitæ R. P. Ioannis de la Haye, Concionatoris Regij, & iterum Commiſſarij Generalis Prouinciæ Franciæ Pariſienſis.*

## EPIGRAMMA.

*ERGONE perpetua patiemur vulnera mortis,*
*Vitalem fructum ſi Paradiſus habet?*
*Sed Cherubignito mortales enſe coërcet,*
*Ne fatum effugiant Arboris auxilio:*
*Arceat, en noſtris lignum hoc* Sepinus *in arnis*
*Plantat, quo lethi deſtruit imperium.*
*O ter fœlices animos queis inſita creſcet*
*Arbor, vitalis luminis alma parens.*

Canebat FR. FRANCISCVS DE LA HAYE,
Profeſſor Philoſophiæ.

ARBOR

# ARBOR VITÆ CONCIONATORVM. CVIVS RADIX LIBER GENESEOS.

## *SYNOPSIS CAPITIS PRIMI.*

Deus Optimus diuerſas creaturarum ſpecies producit, ad quarum vſus hominem inter eas nobiliſſimum format: eiſque tanquam inferioribus Dominum præficit & præponit.

## *VARIETAS VERSIONVM VERSVS PRIMI.*

*VLG.* IN PRINCIPIO creauit Deus cœlum & terram.

*Septuag.* In principio fecit Deus, ita etiam *Symmachus*, & *Theodotion*.

*Chaldæus.* In exordio creauit Elohim.

*In ſapientiis. Id eſt ſapientiſſimè.* *Syrus.* In Sapientiis creauit.

*Origenes.* In Sapientia Deus creauit.

*Aquila.* In Capitulo fecit cœlum & terram.

*Tertull.* In principatu ſiue potentia.

*Caiet.* In principio creauit Elohim & cœlos & terram.

*Hilarius.* In filio creauit Deus.

*Vatab.* Initio creauit Deus, vel cum primo creauit Deus.

*Hamer.* Creauit Dij: *alij Hebræi*, creauit iudices.

*Oleaſter.* Diuiſit cœlum & terram.

*Steuchus.* Cum principio creauit.

*Niſſenus.* In ſumma vel ſummatim vel acceruatim.

*Aſcanius.* Per principium.

## *CONCORDIA VARIARVM LECTIONVM.*

DIVERSITAS verſionum ſumitur tum à præpoſitione ב be, tum à dictione Hebraica ראש ros; nam ב be non ſolùm denotat in, ſed pro, cum, & propter, a ראש autem ראשית reſith deriuatur, quæ non ſolùm principium, ſed caput, vel capitulum, inchoationem, & primum inter alia denotat: pro, ראשית reſith, Caldæus habet cadmin, quod exordium temporis ſonat; ἀρχὴ non ſolius principij, ſed Regiæ poteſtatis & principatus ſignificationem obtinet, vnde ἄρχοντες dicuntur Principes & Magiſtratus: Patres qui legerunt in verbo vel filio, intelligendi ſunt potius, ſecundum ſenſum myſticum quàm iuxta verbi tranſlationem: Hebræi autem legentes, Dij vel iudices, attendebant ſignificationem nominis Elohim quod in plurali vtrumque ſignificat: verſionem Oleaſtri ne admittas, ברא Bara enim licet aliquando ſumi poſſit pro verbo diuiſit, hîc tamen hunc ſenſum non accipit, prius enim præſupponitur rerum productio, quam earum diuiſio.

## EXPOSITIO VTRIVSQVE DICTIONIS HVIVS VERSVS.

### *IN PRINCIPIO.*

IN *principio*, cum quis domum debet conſtruere, *in principio*, id eſt ante omnia, optimũ ſupponit fundamentum, ſic Deus in mundi creatione, *in principio*, id eſt ante alia condidit cœlum & terram velut duas præcipuas mundi partes, quæ cæteras ordine naturæ præcedunt: *vel in principio*, hoc eſt ante omnem diem, ita quod nullos dies vel hora præceſſerit creationem cœli & terræ: ſenſus itaque eſt non quod in principio temporis, quaſi rebus creatis præſupponeretur, omnia Deus condiderit, tempus enim ante mundum non erat, cùm enim tempus ſit ſpatium motus cœli, fieri non poteſt vt

motus rem motam præceſſerit, ſed neceſſe eſt poſt aut ſimul exiſtere, ſed ſenſus erit, quod ipſarum rerum creatarum fuit aliquod initium, & quod ab æterno omni principio carente non fuerint: principium autem illud eſt initium æui, quo non ſolum ſubſtantiæ ſpirituales, ſed etiam eſſe A ſubſtantiale rei generabilis & corruptibilis menſurantur, habent enim vniformem modum manendi, dum manent cum ſubſtantiis ſpiritualibus; ſed cum alij ſint ſenſus huius dictionis *in principio*, omnes in varios animi conceptus diſtribuemus.

## CONCEPTVS IN HANC DVPLICEM DICTIONEM *IN PRINCIPIO.*

### *A Chriſto Domino initium dicendi & ſcribendi ſumendum.*

1 IN *principio*, miror Deum voluiſſe vt exordiũ totius ſacræ ſcripturæ ab illo nomine *principium*, ſumeretur, aliquod enim elegantius vſurpari poterat ab eruditiſſimo & omnium theologorum facile principe Moyſe, obſerua pluries dicẽdum per principium Chriſtum dominum intelligi: non ſine myſterio igitur initium totius ſacræ paginæ ab illo nomine *principium*, ſumitur, ſed vt nobis ſignificetur quod à Chriſto Domino principium dicendi & ſcribendi deſumendum eſt, ſic D. Bonauent. quod ita probat, *ab illo incipiendum eſt, à quo duo maximi inceperunt, Moyſes diuinæ ſapientiæ inchoator, Ioannes diuinæ ſapientiæ terminator: Moyſes dixit in principio creauit, id eſt in filio: Ioannes intonuit, in principio erat verbum, omnia per ipſum facta ſunt, ſi ergo ad notitiam creatoris perueniri non poteſt, niſi per id quod factum eſt, neceſſe eſt vt ante omnia verbum præcedat te.*

*D. Bonau. ſer 1. hexa.*

### *Deus æternus eſt & omnipotens.*

*In principio*, cum nihil ſuperfluum in ſacra ſcriptura reperiatur, nec vnũ iota: huiuſmodi nec par-
2 ticula *in principio* excedere videbitur, vel myſterium includere? maximum quidem, ſignificat enim æternum Deum & omnipotentem, qui enim in principio aliquid producit, ante illud principium eſt, & ſic non temporalis ſed æternus. Ita ſubtiliter Iunilius, *quem in principio temporum mundum creaſſe perhibet, ipſum profectò ante tempora æternaliter extitiſſe deſignat; & quem ipſo conditionis initio cælum & terram creaſſe narrat, tanta celeritate operationis omnipotentem eſſe declarat.*

*Cunil. Epiſ. in hexam.*

### *Deus tanquam Rex à nemine dependens omnia condidit.*

*In principio*, diximus in varietate lectionum,
3 Tertullianum legere in principatu & potentia: ſed quod nobis innuitur myſterium, Deum orbem condidiſſe in principatu? hoc enim dixiſſe videtur ſuperfluum, cùm ſine potentia illum perficere non potuerit: rectè tamen ſic vertendum cenſuit cum principatu, quia Deus tanquam Rex à nemine dependens, vniuerſa condidit, quod vltra Tertul. acutè Procop. obſeruat, cum ait, *cæterum vt nihil in principij nomine exponendo imprudenter prætereamus, interdum ſignificare videtur regiam poteſtatem, is igitur præſentis loci erit ſenſus: Deus rex regum pleniſſimè ſui iuris exiſtens, nec aliunde pendens, cunctaque pro ſuo arbitrio adminiſtrans, excitauit hoc vniuerſum ſimul cum ſpeciebus ſeu formis, imo & materiam ipſam deprompſit, nec aliunde eam mutuatus eſt.* E F

*Tertu. l. aduerſus Her. Procopius in Gen.*

### *Deus quam celerrimè condidit orbem.*

4 *In principio*, Aquila vertit in capite vel capitulo, B quis ſenſus poteſt eſſe, Deum cœlum & terram in capitulo feciſſe? nullus equidem: ad quid enim refertur caput vel capitulum? ſed ſi attendamus vim huius particulæ, in capite, quod eſt ſummatim vel aceruatim (vt exponit Nyſſenus) inueniemus deſignare ſummam celeritatem qua Deus omnia condidit: nobis conſentit D. Baſil. hom. 1. hex dicens, *fortaſſe ideo dictum eſt in principio fecit, quod creatio rerum momento minus perfecta eſt, citraque omnem temporis abſoluta morulã, quãdoquidem impartibile eſt principium, nec vlla interuallari dimenſione à ſe toto diſpeſcitur: quemadmodum enim principium viæ nondum eſt via, itidem principium temporis adeo* C *tempus non eſt, vt ne eius quidem ſit minima portio, vt igitur edoceret nos Moyſes mundum hunc ſola Dei voluntate, ac citra omnem temporis morulam ſubſtitiſſe, dixit in principio, pro quo aliquidem interpretes conati, ſenſum reddere dilucidiorem dixerunt, ἐν κεφαλαίῳ, in ſumma ſiue ſummatim fecit Dominus, hoc eſt ſimul omnia comprehenſim, vel momento minus.*

*Greg. Naz. D. Baſil. hom. 1. hex.*

### *Deus tanta celeritate mundum creauit, vt ſimul fecerit quæ ſimul dici non poſſunt.*

*In principio*, ſcilicet creauit Deus cælum & terram, diximus vſum fuiſſe Moyſem hoc vocabulo principij, vt Dei celeritatem in creatione rerum 5
D oſtenderet: ſed quantanam fuit celeritas? (ex opinione eorum loquor qui in inſtanti omnia facta fuiſſe aſſerunt) inſpice quot verbis exprimitur omnium creatio, & quod in eis proferendis tempus conſumitur, & dices tanta celeritate Deum cuncta formaſſe, vt ſimul fecerit quæ ſimul dici non poſſunt. Ita ſubtiliter Iunil. *Vnde bene dictum eſt, quia in principio Deus creauit cælum & terram vt apertè detur intelligi, quia vtrumque ſimul ab homine dici non poteſt; denique dicit Propheta, initio tu Domine terram fundaſti, hic autem Dominus cælum & terram in principio creaſſe nominatur, vnde loquendo colligitur, quia factura vtriuſque elementi expleta, & hoc tanta velocitate diuinæ virtutis, vt nec dum primum mundi naſcentis momentum eſſet tranſcenſum.*

*Iunilius in cat. lip.*

### *Deus nihil creatum ſibi coæternum habet.*

E *In principio*; nonne ſufficiebat dixiſſe creauit Deus cœlum & terram ſine additamento principij? 6
quis enim arbitrari poſſet, Deum vniuerſum orbem ſine principio condidiſſe? ſed ſi neceſſarium erat, cur ſaltem vltimo loco non appoſuit? ideo non ſuperfluè additum eſt in principio, ſed vt declaret mundum non eſſe Deo coæternum, ſed temporale
F initium habuiſſe. Lege D. Ambr. hoc docentem, *quam bonus ordo, vt illud primum aſſereret quod negare homines conſueuerunt, vt cognoſcerent principium eſſe mundi, ne ſine principio mundum eſſe aliqui arbitrarentur, dedit ergo principium mundo, dedit etiam creaturæ informem materiam, ne increatum, ne diuinæ ſubſtantiæ conſortem crederemus.*

*S. Amb. in hex. Vide idem apud D. Aug. l. contra aduerſa. legis & Proph.*

Deus

*Deus ex nihilo omnia creauit.* A

7 *In principio*, quid eſt in principio Deum creaſſe cœlum & terram? ſcio aliquos hæreticos (quorum vnus Hermogenes apud Tertul. lib. aduerſus eundem,) dicentes ipſum principium in quo Deus fecit cœlum & terram fuiſſe ſubſtantiuum, & corpulentum quiddam, quo materiam quamdam intelligunt, ex quo deducunt Deum omnia ex nihilo non creaſſe, verum ex aliquo: ſed nonne in omni operatione tria præcipua reperiuntur? qui operatur, quod fit, ex quo fit. Tria ergo nomina ſunt edenda in legitima operis enarratione, perſona factoris, ſpecies facti, B & materia, in hac autem propoſitione, fecit Deus cœlum & terram, an aliquid ex quo cœlum & terra creata ſint, enũtiatur? minime; Rectè igitur nihil præter factorem nempe Deum & opus nempe cœlum & terram appoſuit ad declarandum omnia ex nihilo feciſſe creatorem: Tertul. citatus, *Si materia non editur, vbi & opera & operæ operator eduxtur, apparet ex nihilo Deum operatum, proinde ederetur ex quo, ſi in aliquo fuiſſet operatus.*

*Tertul. lib. aduer. Hermog.*

*Deus cuncta diſpoſuit, vt mortalium animos ad ſui cognitionem adduceret.*

8 *In principio*, D. Baſil. ait, principium actionum, C non tam dicitur percuſſis & accommodus finis eorum quæ fiunt, ſed quod principium id eſt finem habere potuit in cœli terræque creatione? ſine dubio vt mortalium animos ad ſui contemplationem eorum aſpectu alliceret: mens eſt cit. Baſil. *Sub in vox ipſa principij tibi nihil obſcurè indicat non temere, nec fruſtra excogitatam eſſe mundi fabricam, ad eum finem qui non modicam eſſet allaturus vtilitatem, nec mediocre emolumentum his quæ complectitur erudiendis, ſi quidem animabus ratione præditis officina eſt haud dubiè accommodatiſſima, & eiſdem ad cognitionem Dei perueniendis totius eruditionis domicilium appoſitiſſimum per hæc viſibilia que per- D ſtruens, ac veluti manu ducens intellectum ad inuiſibilium contemplationem.*

*D. Baſil. hom. 1. hex.*

*A Deo, non ab alio principio, nec etiam ab Angelis mundus conditus eſt.*

9 *In principio*, ſi explicuimus in filio, & etiam ante omnia principium poſſe intelligi, quænam veritas à nobis contra hæreticos colligetur ex huiuſmodi expoſitione? nota quoſdam poſuiſſe duo creationis principia, vnum malorum, aliud bonorum, alios E autem dixiſſe corpoream hanc molem cœlum terramque comprehendentem ab Angelis conditam fuiſſe. Rectè igitur in principio, id eſt in filio & ante omnia explicuimus, vt nec ab Angelis orbem conditum teneamus, nec duplex eſſe bonorum & malorum initium. Sic Angelicus doctor fatetur, illud verbum Geneſis, *in principio*, tripliciter exponi, ad excludendos tres errores, primum omitto, *quidam enim poſuerunt, inquit, duo principia, vnum bonorum aliud malorum & ad hoc excludendum exponitur in principio, id eſt in filio, ſicut enim principium effectiuum appropriatur patri, propter potentiam, ita principium exemplare appropriatur filio propter ſapientiam, vt ſicut dicitur omnia in ſapien- F tia feciſti, intelligatur, Deum omnia feciſſe in principio, id eſt in filio: alij verò dixerunt corporalia eſſe creata à Deo mediantibus creaturis ſpiritualibus, & ad hoc excludendum exponitur in principio, id eſt ante omnia quatuor enim ponuntur ſimul creata, cœlum empyreum, materia corporalis, quæ nomine terræ intelligitur, & tempus & natura angelica.*

*D. Thom. 1. par. qu. 46. art. 3.*

*Deus non ſolùm artifex, ſed omnium conditor, aliàs imbecillis iudicaretur.*

*In principio*, plures, inter quos eſt Plato, ex ingenita materia Deum condidiſſe mundum arbitrantur, nihil igitur Deus quidpiam poteſt niſi illi ſit prius ſubiecta materia, eadem ratione qua & fabro lignum ſuppeditari oportet, vt fabricare poſſit; Deus igitur imbecillitatis arguitur, & ſic non eſt Deus, Deus eſt enim omnipotens; certè enim imbecillitas fabri deuincitur, in eo quod nihil conficere poteſt ſine ligno: dic igitur non ſolum artificem Deum eſſe, ſed etiam conditorem vt omnipotens, non imbecillis agnoſcatur: vnde optimè D. Athan. *Si materiæ auctor non eſt, ſed ea ſubminiſtratâ res creandas producit, imbecillis reperitur, cum citra materiem, nihil eorum quæ fieri debent poſſit condere, quod ſi ſine materia nihil Deus creaturus fuiſſet, qui illi competit nomen factoris & conditoris? quum aliunde acquirat vt condere poſſit, nimirum ex materia? eritque pro illorum opinione ſi talis ſit Deus, non conditor rerum, ſed artifex cum in ſubiecta materia cuius ipſe non eſt auctor, opus ſuum explicet.* 10

*Athana. de verbi incar.*

*Deus terminat omnia, format omnia, ordinat omnia.*

*In principio*, Deus creauit omnia quæ cœli terræque ambitu continentur. difficultas eſt, quod 11. Sapientiæ 21. dicitur, quod Deus omnia in menſura numero & pondere fecit, hæc tria ergo menſura, numerus & pondus, in quibus Deum omnia diſpoſuiſſe ſcriptum eſt, nonne ſunt creaturæ? ſi autem creaturæ, quomodo eas produxit? non in principio, quia in eo creans cœlum & terram in menſura & numero & pondere omnia fecit; ſi autem dicas non eſſe creaturas, igitur Deum, quod fieri non poteſt: Deus enim non eſt numerus nec pondus: Nota quod hæc tria dupliciter ſumuntur, nempe vel ſecundum quantitatem continuam & diſcretam, vel menſura ſumitur pro eo quod rei præfigit modum, numerus pro eo quod omni rei ſpeciem præbet, pondus pro eo quod rem omnem ad ſtabilitatem & quietem trahit. Dico igitur Deum in principio omnia in numero, pondere & menſura non tanquam in aliquo creato condidiſſe, ſed quia Deus omnia terminat, omnia format, omnia ordinat: teſtis eſt D. Auguſt. *Ille primitus & veraciter & ſingulariter iſte eſt, qui terminat omnia, & ordinat omnia*, deinde ſubiungit, *menſura ſine menſura eſt, cui æquatur quod de illa eſt, nec aliunde ipſa, eſt numerus ſine numero quo formantur omnia, nec ipſe formatur, pondus ſine pondere eſt, quò referuntur vt quieſcant.*

*Sapien. 21*

*Aug. lib. 4. in Gen. 4.*

*Dei opera perfectiſſima.*

*In principio*, per principium Auguſt. & Baſil. 12 intelligunt filium Dei, per eum enim quaſi ideam & ſapientiam patris, omnia eſſe creata docet Apoſt. ad Coloſ. 1. quo ſuppoſito videamus quid pater æternus de vnigenito ſuo dicat Matt. 3. *hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*; ſi diceret pater æternus in quo mihi complaceo, nulla eſſet difficultas: ſed cum loquatur de præterito, dubium moueo, quando & quomodo ei bene complacuit? aſſero tunc patrem ſibi complacuiſſe in filio, quando per eum formauit ab initio cœlum & terram, vnde fit quod opera Dei non poſſunt non eſſe perfecta, cum ſummo ſtudio ſeu perfecta intellectione velut arte dirigente facta ſint, expoſi-

*Aug. lib. 1. de Gen. ad lit. cap. 1. ad Coloſ. 1. Matth. 3.*

*Rup. Abb. cap. 14. in Ioann.*

tio eſt Ruperti, *quando & quomodo in iſto mihi bene complacui? tunc vtique quando in iſto principio cœlum & terram creaui, quando omnia in iſto feci, tunc mihi in eo complacui.* Si ergo per verbum in quo Deus ſibi bene complacuit, omnia facta ſunt, opera illius perfectiſſima ſunt, quia maxima cognitione nec non iudicio omnia condidit.

*Deus ab æterno filium generabat, pater cum filio ſpiritum ſpirabat.*

13 *In principio*, ſcilicet creauit Deus cœlum & terram: ſi in tempore mundum creaſſe dicitur Deus; quidnam ante illius productionem operabatur? indulſiſſe videtur otio, quid enim egiſſe & in quo occupatum fuiſſe percipere poſſumus? ſed certè dementis eſt animæ hoc inueſtigare, ante mundum enim conditum munus Dei patris non otioſum erat, ſed ſuæ ſpendorem cernendo eſſentiæ filium generare, hoc filij & patris ſpiritum producere: hoc grauiſſime nobis D. Greg. Naz. prodit mundum alloquens.

*Greg. Naz. carm. 4. in ſuis poematibus.*

*Quod ſi poſterius te condidit ille, quid ante*
*Quam fieres, variaſque tibi Deus vndique formas*
*Inderet imperitans, tam multa in ſæcla patrabat?*
*Imperfectum etenim non eſt mihi numen, inerſque:*
*Scilicet ille ſuæ ſplendorem cernere formæ*
*Gaudebat, numenque ſuum triplicique parique*
*Luce nitens, ſoli vt notum eſt, ipſique piiſque*
*Hoc quoque præterea quo ſe exerceret, habebat*
*Sancta Trias, mundi formas, namque ipſe futuri*
*Iam ſibi præſentis luſtrabat mente beata.*

*In ſapientia ſua increata, & per ſapientiam ſuam Deus mundum creauit.*

*In principio*, creauit Deus, diximus Origenem legiſſe in ſapientia. quis dubitat ſapientiſſimè Deum mundum condidiſſe? cur igitur vt aliquod myſte-
14 rium nobis aperiat Origenes, vertit in ſapientia? Non ſapientiam eſſentialem communem tribus perſonis intelligit Origenes, ſed notionalem, in qua & per quam Deus omnia cōdidit, ita teſtatur Aug. Steucbus, *Secunda Caldaica editio in principio vertit, id eſt in ſapientia ſua, quod quam ſit Theologis noſtris conſonum, planè intelligis, præſertim Origene, viro, qui nihil neſciret, quique veritatis eſſet ſtudioſiſſimus, cuius ſententiam citans Theodoretus, inquit illud in principio creauit, vult pro eo eſſe poſitum quod eſt in ſapientia, hoc eſt in filio*, quod autem & per ſapientiam eandem hunc orbem condiderit, ſic edocet Tertull. *Per ſophiam Dei omnia facta ſunt, & cœlum ergo & terram Deus faciens in principio, id eſt in initio in ſophia ſua fecit*, conſule noſtrum Alexand. Alenſem.

*Aug. Steuchus in Ge.*

*Tertul. aduerſus Hermog. ca 20.*

*Deus in filio mundum produxit, & ratione identitatis & cauſalitatis cum eo.*

*In principio*, id eſt in filio, ſicut pluribus placet
15 ſanctis patribus. ſed cum diximus, be, in Hebræo non ſolum ſignificare, *in*, ſed etiam *per*, quid nobis denotat Deum in principio ſcilicet in filio & per filium cuncta produxiſſe? hoc enim myſterio carere videtur, quid enim in filio vel patre denotant hæ propoſitiones, cum fit mentio creationis? Imo arcanum non exiguum enucleant, ſcilicet Patrem eadem ratione identitatis & cauſalitatis cum filio mundū procreaſſe, hoc confirmat Seraphicus Doctor *Dicendum quod hæc præpoſitio, in, poteſt importare cauſalitatem, & poteſt importare identitatem:*

*Bonauē. in 2. diſt. 13.*

A *cauſalitatem, vt cum dicitur omnia ſunt in Deo, identitatem, vt cum dicimus pater eſt in filio: hæc autem præpoſitio, per, quantum eſt de ſe, importat cauſalitatem: dico igitur quod conuenienter dicitur Deus operari in filio, & ratione identitatis quia pater operans eſt in filio, & ratione cauſalitatis, quia filius eſt cauſa producti à parte.*

*Verbum licet principium ſit, non tamen ſine principio, ſed de principio.*

*In principio*, quod filium eſſe diximus, ſed cur verbum Dei abſolute principium nuncupamus, 16
cum patrem habeat ſui principium? Reſpectu aliorum à patre principium abſolute dici poteſt, ſed reſpectu patris de principio non ſine principio aſſerendum eſt principium eſſe, quod late oſtendit D. Aug. de Gen. imperf. cap. 3. *Secundum hiſtoriam quæritur quid ſit in principio? id eſt vtrum in principio temporis, aut in principio in ipſa ſapientia Dei? quia ipſe filius Dei principium ſe dixit, quando ei dictum eſt tu quis es? & dixit principium quod & loquor vobis, eſt enim principium ſine principio, & eſt principium cum alio principio; principium ſine principio ſolus pater eſt, ideo ex vno principio omnia eſſe credimus, filius autem ita principium eſt, vt de* C *patre ſit.*

*D. Aug. de Geneſ. imperf. cap. 3.*

*Propter filium Dei, nempe Chriſtum dominum omnia condita ſunt.*

*In principio*, vidiſtis præpoſitionem, be, ſignificare 17
propter, quod patet ex huiuſmodi verbis בכל איבי becol oieuai, vertimus enim propter inimicos meos: ſed quem ſenſum eliciemus, ex eo quod dicamus propter principium Deum cælum terramque formaſſe: Si pluries aſſeruimus per principium Dei filium intelligi, ſcilicet Chriſtum Dominum, vt optime animaduertit Eucherius: ſenſus igitur erit Deum propter Chriſtum Dominum filium ſuum vnigenitum omnia condidiſſe, quod ipſemet Chriſtus Dominus teſtari videtur, cum ait Apocalypſis 1. *Ego ſum α & ω principium & finis*: nam hæc verba de eo debere intelligi exiſtimant Ruffinus Aquileienſis in ſymbo. Apoſt. Phœbadius vel Sebadius Galliarum Epiſcopos lib. 3. cōtra Arrianos. accedit quod cum vigebat hæreſis Arrianorum, in Catholicorum ſepulchris incidi ſolebant hæ duæ litteræ α & ω quibus notabatur eum qui ibi iacebat in diuinitatis Chriſti confeſſione obijſſe; ecce quomodo Chriſtus principium omnium eorumdemque finis eſt.

*Apoc. 1.*

*Ruffinus Aquileienſis in ſymbol. Apoſ.*

*Thœbadius vel Sebadius Galliarum Epiſcopus l. 3. contra Arian. in Chriſtianorum ſepulchris incidi ſolebant hæ duæ litteræ α & ω.*

*Verbi diuini prius datur cognitio quam patris, ne Iudæus erret.*

E *In principio*, Ante omnia fatetur Moyſes quod 18
Deus creauit cœlum & terram, quo in principio? pluries diximus in filio: nam ipſemet Ieſus interrogatus quis eſſet Ioann. 8. ait principium qui & loquor vobis: difficultas ergo eſt, cur non ſolum ante vniuerſi hiſtoriam, aut ante ſpiritū ſanctū, imo ante patrem Deum, prima voce filium exprimit? nonne patet æternus prior eſt origine filio? cur ergo ſaltem eum non nominat ante filiū Moyſes? ideo F prius filium: quam patrem nominat, ne Iudæus erraret in ſaluatoris ſui notione. ita D. Bruno ſerm. 1. de Trinitate: *In principio (inquit) fecit Deus cœlum & terram, & ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas, conueniens forte fuerat, vt nomen patris prius poneretur, qui vbique maximè ab ipſo filio honoratur. Sed noluit hoc Moyſes, imo ſpiritus*

*Ioan. 8.*

*Bru. Char ſerm. 1 de Trin.*

*imo ſpiritus ſanctus qui loquebatur in Moyſe, ſed primū nomen filij poſuit, ne quærēdo errarent iudæi.*

*A principio Chriſti Domini obedientia ad mortem obeundam deſignatur.*

19 *In principio*, inſpiciamus quæſo verſum Pſalm. 39. in quo Chriſtus Dominus loquitur dicens *in capite libri ſcriptum eſt de me vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui*: Non eſt dubium ibi ſermonem eſſe de Chriſti Domini obedientia præſtanda, in morte pro genere humano ſubeunda: difficultas ſolum eſt, quid ſit illud libri caput in quo filij Dei obedientia conſcripta eſt? frequentior Hieronymi & aliorum opinio fert, alluſum eſſe ad volumen legis & præcipuè ad verba citata nempe, *in principio*, ſic D. Hier. tractans hunc locum ait, de Chriſto accipi poteſt, qui tam in ipſa fronte Geneſeos quæ caput omnium librorum eſt, quam etiam in principio Ioannis Euangeliſtæ cæli & terræ conditor approbatur, vnde & in Pſalterio de ſeipſo, ait, ſcriptum eſt de me, id eſt, in principio Geneſeos: ſed quomodo in illo principio Geneſis, Chriſtus ſuo patri obſequutus eſt vt mortem pro hominum ſalute obire ſit paratus? nonne diximus, in principio, id eſt in filio mundum creaſſe patrem? facilis eſt ergo conceptus, nempe eo ipſo quod in filio & per filium omnia facta ſunt, ipſe filius ad mundum deperditum reſtaurandum, opportuniſſima omnium propitiatio, ſanctificatio, & redemptio ex patris voluntate futurus deſignatur; hoc patet ex ratione D. Thomæ, qui inquirens cur ſecunda potius quàm alia Trinitatis perſona carnem pro nobis ſuſceperit; ait: *Artifex per formā artis conceptā, qua artificiatū condidit, ipſum ſi collapſum fuerit reſtaurat*, hinc fieri exiſtimo vt in capite libri, id eſt in verbis illis, quibus Deus omnia in Chriſto creaſſe aſſeritur, ſimul etiam innueretur omnia, quaſi quadam ratione neceſſaria per ipſius mortem fore reſtauranda, nempe quod ad patris nutum ita paratus atque expeditus Chriſtus fuerit, vt Deo mundum opportuniori modo ſaluare volente, ipſe ad mortem ſubeundam, tanquam ex lege eaque ſtrictiſſima, iam inde ſe teneri vellet.

*Pſal. 39.*
*Ita Ludul. Chartuſ. in hunc Pſal.*
*D. Hier. in inst. tradit. Heb.*
*D. Tho. 3. part. quæ. 3.*

*Incarnatio verbi diuini ab initio declaratur.*

20 *In principio*, nempe in filio vt diximus, non ſine myſterio factum eſt, vt in ipſo ſtatim creationis orbis initio verbi diuini, per quod omnia facta ſunt, mentio fieret, hominis autem ad quem vt ad finem omnia dirigebantur non niſi in fine omniū operum Dei & creaturarum: cur homo cùm inter creaturas inferiores ſit nobiliſſimus, vltimo loco proponitur? ideo verbum primo, homo vltimo ponitur loco, vt ſignificet Moyſes primum vltimo nempe Deum homini aliquando iungendum, ipſumque Deum & hominem totius vniuerſi principium & finem eſſe, ſic D. Thom. *Quis ſane ſapientius quam quo ad complementum totius vniuerſi fieret coniunctio primi & vltimi, id eſt verbi diuini quod eſt omnium principium, & humanæ creaturæ, quæ in operibus ſex dierum fuit vltima omnium creaturarum? nempe vt idem ipſe ſit per quem & propter quem omnia.*

*D. Thom. opuſ. 60.*

*Myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis exprimitur.*

21 *In principio*, Deus creauit, inquit Moſes, deinde ſubiungit, *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, cur non dixit, Deus ferebatur, ſine additamento Spiritus? ſimiliter vſus eſt hac particula in principio, A cum ſufficeret dicere, creauit Deus cœlum & terram? nota quod per Deum pater exprimitur, per principium filius, qui de ſe loquens ait: ego ſum principium: per ſpiritum Dei tertia Trinitatis perſona: dico igitur rectè appoſitum eſſe in principio, dictumque ſpiritum Dei, non Deum, vt nobis myſterium ſanctiſſimæ Triadis declararetur, hoc teſtatur D. Auguſt. *Trinitas inſinuatur creatoris, nam dicente ſcriptura in principio fecit Deus cœlum & terram, intelligimus patrem in Dei nomine, & filium in principij nomine, qui non patris, ſed per ſeipſum creatæ primitus ac potiſſime ſpiritualis creaturæ, & conſequenter etiam vniuerſæ creaturæ principium eſt, dicente autem ſcriptura ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas, completam commemorationem Trinitatis agnoſcimus:*

*D. Aug. de octo Dulcit. qu. 8.*

*Vnitas diuinæ eſſentiæ in tribus perſonis declaratur.*

22 *In principio*, Deus creauit, &c. trimembrem deinde proponit orationem, terra autem erat inanis & vacua: & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: & ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas, nonne ſecundum Rethoricæ modos, qui flores dicuntur, prima oratio ſcilicet creauit Deus cœlum & terrā, eſt vnimembris? & alia ſubſequens, terra autem, &c. trimembris? ita fatebuntur qui in Rhetoricæ artis peritia vel prærogatiua gloriantur: quid ſignificat igitur primam orationem eſſe vnimembrem, ſecundam non bimembrem, ſed trimembrem? reſpondeo primam vnimembrem, ſecundam trimembrem, Deum in tribus perſonis ſubſiſtentem ſignificare, author eſt D. Philipp. Abbas: *Sane ſub ſilentio hoc nullatenus præterire debemus, quod illa prima oratio quæ eſt vnimembris vnum Deum prædicat, ſecunda autem quæ eſt trimembris ipſum Deum vnum eſſe, qui ſub vna ſubſtantia & ex tribus perſonis conſtat, nihilominus nobis confirmat atque denunciat.*

*Phili. Abb in canti. tit. recapitulat.*

*Deus ab æterno præparauit ſuis beatitudinem.*

21 *In principio*, legimus Deum cœlum & terram feciſſe, ſed inſpiciamus quid Dominus Matth. 25. dicat electis, *venite benedicti Patris mei, poſſidete regnum vobis paratū à conſtitutione mundi*. D. Chryſoſto. legit ab initiu mundi, quid? nonne gloriam iuſtis ab æterno præparaſti? quomodo igitur ſolum paratam ab initio mundi aſſeris? rectè à conſtitutione mundi, ſiue ab initio illius conſtitutionis regnum paratum ſuis prædicat, vt ab æterno diceret, ab æterno enim decreuit mundum fabricare, teſtem adhibemus D. Chryſoſtom. *Deus propter hoc etiam creaturam hanc omnem produxit, & nos formauit vt non pereamus, neque vt ſupplicijs nos torqueat, ſed ſeruet & ab errore, libertatis regno nobis frui concedat, hoc enim præparauit nobis, non nunc poſtquam factum eſt, ſed ante iacta fundamenta mundi, ſicut ipſe dicit: Venite benedicti, &c. vide miſericordiam Domini, quomodo antequam formaretur mundus & produceretur homo, infinita nobis bona præparauit: oſtendens quantam noſtri curam generis faciat, & quod omnes vult ſaluari.* Sed ne aliquod dubium reperiatur in verbis Domini dicentis, ab initio mundi paratum eſſe regnum, & in illis D. Pauli ad Epheſ. *Benedictus Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus, in Chriſto, ſicut elegit nos ipſos ante mundi conſtitutionem*: audite noſtrum Antoninum Broikum doctiſſimum, prima parte in Euangeliſtas art. 115. dicentem, ante mund.

*Matth. 25.*
*Chryſoſt. hom. 3. in Gen.*
*Epheſ. 1.*
*Ant. Broikum. 1. par. in Euang. art. 115.*

conſtitutionem paratum fuit regnum per prædeſtinationem, à conſtitutione mundi per creationem, ab aſcenſione per apertionem.

*Scriptori facilè credimus, ſi eum probæ vitæ agnoſcimus.*

24 *In principio, &c.* Quis ſit ille qui nobis annunciauit mundi creationem factam non ab æterno? Satisfacies reſpondens, quod fuerit Moyſes: ſed cur fidem Moyſi adhibemus, cum fuere plurimi ſcriptores, quorum ſcripta ſcatent plurimis mendaciis? aduerte Moyſem Deo gratiſſimum fuiſſe, qui ad humilitatem ſuorum ciuium ſe conuertit, contentus potius affligi cum populo Dei, quàm fructum peccati capere temporalem, qui amorem iuſtitiæ amplexus eſt, quippe qui priuſquam plebis acciperet principatum, propter odium nequitiæ natiuale, vſque ad necem videtur improbos perſequutus: facile igitur Moſi dicenti, *In principio Deum cœlum & terram creaſſe*, conſentiemus, quia ſcriptori hiſtorico facile credimus, ſi eum probæ vitæ agnoſcimus. Fauet D. Baſil. Capad. Epiſcopus, cum ait: *Licet altitudinem cordis hiſtorici non valeamus attingere propter imbecillitatẽ noſtri intellectus, attamen prærogatiua loquentis inſpecta, vltro ad conſentiendum his quæ dicta ſunt adducemur, Moyſes ille eſt editor huius ſcripturæ, Moyſes ille qui perhibetur venuſtus apud Dominum fuiſſe, cum adhuc maternis inhiaret vberibus, qui vidit Deum vt erat homini videre poſſibile.*

*D. Baſil. Cappad. Epiſcop. Hom. 1.*

*Doctrina ſignis & prodigijs approbata, cenſetur verior eſſe.*

25 *In principio, &c.* Clarus ſcientia famulus Dei dilectiſſimus Moyſes, ſignis & prodigiis inſignis mũdi originem, totiuſque vniuerſi creationem ſcribere aggreditur dicens, *in principio*, dubium eſt, cur Deus voluerit Moyſem huius libri ſcriptorem, tot edere ſigna tantiſque nobilitari prodigiis cum ad ſcribendum ſtylus ſuauis potius requiratur, quam miraculorum operatio? nonne doctrinam de omnium creatore proponere voluit credendam? dico igitur tot prodigia edidiſſe, quia doctrina, ſignis, & prodiis clara, certior redditur & tanquam verior admittitur, teſtem habemus D. Auguſt. *Accepta authoritate (inquit) per ſigna & prodigia quæ fecit, docuit ſine dubio hoc verum eſſe quod teſtibus ſignis tradebat, quis enim non crederet ei, cuius tot ſigna in prodigijs extiterint? hinc eſt quod qui contra diſciplinam hanc ſentiunt, errare noſcuntur, quia nudis verbis aſſertionem ſuam allegare nituntur.*

*D. Aug in quæſt. veteris Teſta. qu. 3. vel potius alius earum auth.*

*Veritas ſuo tempore aperienda, & occaſio errorum adimenda eſt.*

26 *In principio, &c.* Cum plures inſignis pietatis Patriarchæ, vt Noë, ſcientia & eruditione nobiles, vt Abraham, Moyſem præceſſerint, cur Deus illis hoc munus creationem mundi deſcribendi non demandauit potius quam Moyſi? aduerte tempore huius ſcriptoris errorem viguiſſe circa mundi authorem, ita vt filij etiam Iſraël contra hanc expoſitionem à Philophis Ægyptiorum inſtructi, tradere auderent, teſte D. Aug. ſtatim citando, Apim quendam per malos Angelos mundum hunc viſibilem condidiſſe, ante Moſem autem huius erroris nulla fuit mentio: rectè igitur non antea, ſed per ipſum Moſem voluit mundum deſcribi, ad declarandam veritatem tempore conuenienti annuntiandam, & occaſiones errorum auferendas: ita D. Aug. *Prius deſcribi non debuit, quia adhuc in hac cauſa tantus error non erat hominibus, at vbi iam error creuerat generi humano, oportuit Moyſem vt errorem iſtum proderet & auferret, manifeſtare mundi & hominis fabricati Deum eſſe authorem.*

*D. Aug. q. 1. vet. Teſt.*

*Veritas à quocunque doctore dicta, recipienda.*

*In principio*, Quid hic denotat? an filium in quo pater omnia condidit? vt intelligit noſter Halenſis cum Alberto: an principatum ſiue potentiam? vt exiſtimat Tertull. an initium quo mundus eſſe cœpit? vt habet D. Auguſt. an res primordiales ſcilicet cœlum & terram creauit? vt tenet Ambroſ. cum Nyſſeno: an primò omnium vel ante omnia? vt opinatur Philo, an exordium temporum? vt ſentit Baſil. an principium narrationis: vt tenet Vielmus, an *in principio* denotat vel per principium? vt habet Steuchus, vel cum principio? vt ſentit noſter Serap. Doctor, &c. dicemus hæc omnia probabiliter dicta, & ſic admittenda: ſed cur ſolis aliquibus demptis ſententiis alias non reijcimus? cur ſola D. Auguſt. & D Baſilij. v. g. opinione retẽta, alias Patrum à ſcholis non excludimus: quia veritas à quocunque Doctore in Eccleſia recepto dicta, non explodenda ſed recipienda, non paruipendenda ſed æſtimanda; vnum præ omnibus audiamus ſanctiſſimũ Doctorem hoc aperte & erudite confirmantem, qui poſtquam eandem difficultatem circa idem principium propoſuit, ait *In hac diuerſitate ſententiarum verarum concordiam pariat ipſa veritas, ſi quis quærat ex me quid horum Moyſes ille tuus famulus ſenſerit neſcio, & ſcio tamen illas veras eſſe ſententias, exceptis carnalibus*, deinde nempe cap. 31. ait, &c. *ita cum alius dixerit, hoc ſenſit quod ego, & alius imo illud quod ego. Religioſius me arbitror dicere cur non vtrumque potius, ſi vtrumque verum eſt? & ſi quid tertium, & ſi quid quartũ, & ſi quid omnino aliud verum quiſpiam in his verbis videt; cur non illa omnia vidiſſe credatur, per quem vnus Deus ſacras literas vera & diuerſa viſuris multorum ſenſibus temperauit: ego certe, quod intrepidus de corde meo pronuncio, ſi ad culmen authoritatis aliquid ſcriberem, ſic mallem ſcribere, vt quod veri quiſque de his rebus capere poſſet, mea verba reſonarent, quàm vt vnam veram ſententiam ad hoc apertius ponerem, vt excluderem cæteras, quarum falſitas me non poſſet offendere.* 27

*Alex. Hal. 3. p. q. 45. in 1. Albert. 7. p. ſum. de quatt. coæq. q. 12. ar. 11. Tert. li. adu. Hermogen. Aug. li. con. ad. uerſ. legis & Prophet. Amb. lib. 1. hex. cap. 4. Niſſ. in hex. Philo de mund. opi. f. Baſ. ho. 1. hexã. Viel lect. 2. Steuc. in recog. vet. teſt. Bonauẽ. 2. diſt. 2. Aug. li. 12. confeſ. ca. 30. & 31.*

*Teſtimonium quod datur contra aliquem à quo quis beneficia accepit, iudicatur rectum & admittendum.*

*In principio, &c.* cur Moyſem ſtatum rerum præconem & ſcriptorem, cur Deus inquam ſtatuit eligere potius, quam aliquem regem, ſicut Dauidem? nam propter illius Majeſtatem Regiam maior fides ſcriptis eius adhiberetur: vel aliquem eloquentiſſimum Prophetam? vt lectores dulcedine eloquentiæ irretiti, ſibi facilius perſuaderẽt quod legerent; non autem Moyſem qui ſuam fatetur infacũdiam, quique ſtirpe regia non eſt nobilitatus? aduerte Moyſem ex aquis beneficium accepiſſe maximum, ab his enim colligitur ſaluus & incolumis (cum ab eis debuiſſet ſubmergi) a filia Pharaonis, quæ eductum vt filium dilexit, & ſubſidiis regalibus fultum, omnibus ſæcularis prudentiæ diſciplinis informari atque inſtrui deſignauit. Inſuper obſerua tunc viguiſſe & maxime receptam opinionem Thalis Mileſij dicentis mundum principium ſuum trahere ab aquis; 28

ab aquis ; Reſpõdeo igitur potius elegiſſe Moyſem
quam alium, ad declarandum non ab aquis mun-
dum exordium ſumpſiſſe, ſed à Deo, quia teſtimo-
nium quod in aliquem profertur, a quo quis bona
ſuſcepit, (ſicut Moyſes ab aquis) omni ſuſpicione
caret, & facilius admittitur. ſic ſubtiliter D. Ambr.
*Cum de aqua nomen acceperit* (nempe Moyſes) *non*
*Amb. lib. 1. hex. cap. 2.* *putauit tamen dicendum quod ex aqua conſtarent*
*omnia, vt Thales; ſed dixit in principio creauit Deus*
*cœlum & terram, Moyſes vtique ille eruditus in*
*omni ſapientia Ægyptiorum, quem de flumine col-*
*lectum, filia Pharaonis vt filium dilexit.*

*Qui Deo obedit, alios vt obedientiam Deo præſtent*
*docere poteſt.*

29 *In principio, &c.* cum in hoc libro Geneſeos, cu-
ius ſic exordium eſt, plura ſint obedientię Deo pre-
ſtitæ exempla, quis enim Deo obedientior quam
Abraham? qui patriam parenteſque deſeruit, qui
in holocauſtum, vnicum & dilectiſſimum filium
obtulit Deo iubente, quis & Iſaac in obtemperan-
do ſuperauit? qui nec renuens, mactari à patre re-
cuſauit, & in eo, quomodo Dei iuſſa exequenda,
oſtenditur, cur non Abraham vel Iſaac a Deo ho-
ius Geneſeos patris, ſcriptores eliguntur, ſed Moy-
ſes? nemini dubium, obedientiſſimum Deo fuiſſe
Moyſem, vt patet in tota Exodi lectione, nonne
ille ex Dei præcepto ad regem potentiſſimum &
arrogantiſſimum acceſſit, vt ei ſuaderet populi ele-
cti quem tyrannide opprimebat, libertatem? &c.
Potuiſſent quidem Abraham & Iſaac patris Gene-
ſeos conſtitui annaliſtæ, quia obedientes, ſed non
totius operis, ideo obedientiſſimus ſeligitur Moy-
ſes, vt alios obedientiam præſtare poſſit docere:
*Cyril. Ale. con. Iul. li. 2.* fauet ex parte Cyrill. Alexandr. contra Iulian. lib.
2. *Si quis celebrare Moyſem velit, longum & proli-*
*xum ſermonem haberet, audi enim Deum manifeſte*
*dicentem: noui te præ omnibus, & gratiam inueniſti*
*apud me, multiplicem autem virtutem qua præditus*
*erat ſatis manifeſte indicat miraculorum virtus, quæ*
*in Ægypto facta ſunt, ſubditus autem erat vniuer-*
*ſorum Deo*, adde & ideo idoneus ad alios de obe-
dientia Deo præſtanda inſtruendos.

30 *Qui alios tolerantiam laborum ſubſtinere docet,*
*ipſe prior tolerare debuit.*

*In principio*, Hanc prouinciam iubet Deus Moy-
ſi ſuſcipere, vt generationem totius vniuerſi deſcri-
bat, nec non prædictiones a Deo datas populo Iſ-
raël de multiplici ſuſtinenda in Ægypto calamita-
te: cur Deus Moyſem idoneum exiſtimat potius
quàm quemlibet alium, ad ſuadendam populo ſuo-
rum laborum tolerantiam? quis, recole quæſo, plu-
ra ſuſtinuit quam Moyſes, non ſolum ab Ægyptiis,
ſed à populo ſuo? merito igitur à Deo ad hoc mu-
nus alius tolerantiam calamitatum perſuadendi eli-
gitur tanquam idoneus, quia prior illas ſuſtinuit,
*D. Baſil. hom. 1. hex.* fauere videtur D. Baſil. hom. 1. Hexam. *Moyſes qui*
*hanc commendationem ſcripſit, Moyſes ille qui teſti-*
*monium habet quod elegans fuit apud Deum cùm ad-*
*huc infans eſſet, qui tyrannidis aſpernatus factum,*
*humilitatemque ſuæ gentis nationiſque complexus*
*ærumnas, cum populo Dei, calamitateſque ſubiit*, vt ſic
perſuadere poſſet aliis, vt cum maxima animi forti-
tudine miſerias & ærumnas ſuſtinerent.

*Qui alios æquitatem tenere conſulit, ipſe intra li-*
*mites Iuſtitiæ ſe contineat.*

31. *In principio*, non eſt dubium myſterio non carere
A Moyſem à Deo aſſumptum non ſolum vt librum
Geneſeos poſteris relinqueret, in quo generationes
hominum & aliorum viuentium declarantur cœ-
lorumque creatio, ſed vt plures alios ſcriberet, in
quibus Iuſtitiam amplectendam non ſolum conſu-
luit, ſed etiam præcipit, ſed quodnam arcanum re-
perimus in hac electione Moyſis à Deo facta? nul-
lus in dubium reuocare poteſt æqui tenaciſſimum
fuiſſe Moyſem, æquitatiſque amantiſſimum, vt ex
authoritate adducenda conſtabit: arcanum ubi
igitur eſto, rectè aſſumptum a Deo fuiſſe vt alios
æquitatem tenere conſuleret; quia ipſe in operibus
B ſuis iuſtiſſimus, Fauet cit. Baſilius. *Summo amore* *D. Baſi-*
*iuſtitiam proſequutus, vbi & antea quam principa-* *lius hom. 1.*
*tus ipſi populi magiſtratuſque traditus eſſet, ad ne-* *hex.*
*cem* (nimirum ob improbitatis odium inſitum ip-
ſius naturæ) *malos puniſſe videtur.*

*Tunc præterita dicenti fidem adhibemus cum*
*futura quæ prædicit, vera eſſe*
*cognoſcimus.*

*In principio*, ita exordium Geneſeos, ſi poſt tot an- 32
nos a creatione mundi ô Moyſes hanc incepiſti
hiſtoriam quis tuis fidem verbis adhibebit? vnde
vera quæ profers colligemus, cum huius veritatis
C primus feras teſtimonium? ſcio nos auctoritate Ec-
cleſiæ ad credendum teneri, ſed qui eam non ad-
mittunt, quomodo ea quæ à tot annis elapſa ſunt
quorum nec oculatus teſtis fuit vera eſſe colligent?
aduerte plura futura prædixiſſe, quæ ſuum ſortita
ſunt effectum, merito igitur quæ dixit præterita ve-
ra fuiſſe credenda ſunt, quia tunc præterita dicenti
fidem adhibere debemus, cum futura quæ dixit ve-
ra eſſe deprehẽdimus: quod late declarat D. Greg. *Gre. Mag.*
hom. 1. in Ezech. *Sciendum eſt quia Prophetiæ tem-* *ho. 1. in E-*
*pora inuicem ſibi concinunt, ad probationem, vt ali-* *ze.*
*quando ex futuris præterita, aliquando vero ex præ-*
*teritis probentur futura, dixerat enim Moyſes, in*
*principio Deus creauit cœlum & terram ſed quis cre-*
D *deret, quia verum de præterito diceret, ſi de futuro*
*etiam aliquid non dixiſſet? in ipſius enim fine li-*
*bri, in cuius principio illa de præterito dixe-* *Geneſ. 49.*
*rat aliquid Prophetiæ per Iacob vocem de ven-*
*turis permiſcuit, dicens: non auferetur ſceptrum de*
*Iuda & dux de femore eius, donec veniat qui mit-*
*tendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium, qui etiam*
*per ſemetipſum eundem qui mittendus erat ei quem*
*ducebat, populo prophetauit, dicens, Prophetam ſuſ-*
*citabit vobis Dominus Deus veſter de fratribus ve-*
*ſtris, tanquam meipſum audietis, erit autem, qui-*
E *cunque non audierit Prophetam illum, extermina-*
*bitur de populo iſto, cur ergo præteritis ventura per-*
*miſcuit? niſi vt dum implentur ea quæ de futuro præ-*
*diceret, oſtenderet etiam quæ de præterito vera di-*
*xiſſet.*

*Scriptores decet eſſe doctos.*

*In principio, &c.* maximum onus impoſitum eſt 33
Moyſi, vt poſteritati mandaret eximium opus crea-
tionis cœli & terræ, cur Moyſi hoc impoſitum eſt
munus, cum tot negociis detineretur in regimine
populi duræ ceruicis? liber à ſcribendo hoc opere
difficilimo & immunis excuſabatur? audi, nonne
doctiſſimus & eruditiſſimus erat Moyſes? ſapienter
F igitur hoc ſcribendi difficillimum munus iniunctum eſt
opus, quia ſcriptores decet eſſe doctrinâ & ſcientiâ
præſtantes; quid de illius eruditione referat Cle-
mẽs Alexand. lib. 1. Stroma. attẽdamus: *Moyſes cum*
*ætate eſſet grandior Arithmeticã & Geometricam,*
*Rithmicã & Harmonicã & præterea Medicinam*

*ſimul & Muſicam doctus eſt ab iis qui erant inſignes inter Ægyptios, & præterea eam quæ traditur per ſymbola ſeu ſigna: Philoſophiam quam in litteris oſtendunt hyeroglificis, alium autem doctrinæ orbem, tanquam puerum regium Græci cum docuere in Ægypto (vt dicit Philo in vita Moyſis) didicit autem litteras Ægyptiorum & rerum cœleſtium ſcientiam à Caldæis & ab Ægyptiis, vnde in eius rebus geſtis dicitur doctus fuiſſe in omni ſapientia Ægyptiorum: Eupolemus autem in libro de Iudeæ Regibus dicit Moyſem primum fuiſſe ſapientem & Grammaticam primum tradidiſſe Iudæis, & Phænices recepiſſe à Iudæis, Græcos autem à Phænicibus, ad eorum autem deductus naturam auxit prudentiam, eam quæ erat ſui generis & in eodem lib. hic Moyſes erat Theologus & Propheta & ſacrarum legum interpres.*

*Eupolem. in l. de Iudea Regibus.*

*Liber iſte initium ad Dei ſapientiam habendam.*

34 *In principio*, ſic incipit primum caput cuius titulus & ſubſequentium eſt, *liber Geneſis*, non ſine emolumento poſſumus inquirere, cur teſtamenti veteris libri (in quorum numero hic præcipuus eſt,) ſint viginti duo? non enim potior videtur ratio cur maiori vel minori numero gaudeant: quis dubitat nos ex litterarum alphabeto in cognitionem ſcientiarũ deuenire, literaſque alphabeti Hæbreorum tantum eſſe viginti duas? recte igitur hoc numero 22. & non alio ſuos comprehenderunt libros ſcriptores, quorum primus fuit Moyſes, vt illis tanquàm litteris alphabeti ad Dei ſapientiæ cognitionem perueniremus. Obſeruatio eſt Adamantij Origenis: *Non ignorandum eſt teſtamenti libros vt Hebræi tradiderunt eſſe viginti duos, quibus æqualis numerus elementorum apud ipſos vſurpatorum non abſurde conuenit, vt enim viginti duo elementa videntur eſſe introducta ad ſapientiam & diuina documenta, his caracteribus expreſſa & hominibus tradita, ſic viginti duo libri diuinitus inſpirati ſunt elementa ac principium ſapientiæ Dei, & introducunt ad rerum notitiam.*

*Adamãt. Ori in Philocal. cap. 3.*

*Magnalia Dei loquenda ſunt non ſecularia.*

35 *In principio, &c.* cùm tot difficultates in operibus ſex dierum reperiantur, ita vt D. Auguſt. iudicet impoſſibile eas enucleare, cur igitur potius Moyſes nobis facillima quædam ſcituque iucunda & delectabilia, nec non ſæcularia non declarauit? dico tam mirabilia opera ante oculos omnium poſuiſſe, vt prætermiſſis rebus ſæculi contemptibilibus magnalia Dei ſolum loquamur: ſic D. Ambr. ſerm. 22. *Non mediocre periculum cum habeas tanta eloquia Dei, & opera quæ fecit in Geneſi, in Exodo, in Leuitico, & in cæteris ſcripturæ libris, ſi illis prætermiſſis loquaris quæ ſæculi ſunt.*

*D. Amb. ſermo. 22.*

*Cum iudicio & ratione ſemper operandum.*

36 *In principio*, quod exponens Origenes ait, quod eſt omnium principium niſi Dominus noſter & ſaluator primogenitus omnis creaturæ? & in hoc principio, id eſt, in verbo ſuo Deus cœlum & terram fecit? cum æque bene Moſes dixiſſet Deum per ſeipſum omnia condidiſſe, ſine additione, *in principio*, id eſt in verbo, cùr appoſuit illam particulam? nonne verbum ſapientiam dicit? non igitur ſuperflue, *in principio*, appoſuit, ſed doctrinaliter, vt ſignificaret nos ſine ſapientia, iudicio & ratione nihil debere operari, Deum imitantes, qui in verbo omnia condidit, ſic D. Ambroſ. *Eſto imitator Dei, quomodo imitator? nunquid potes facere, aut terram aut mare? non vtique, ſed vt omnia per verbum facias nihil ſine verbo, omnia cum ratione, nihil ſine ratione*, & optime, nam qui iuxta normam rationis & ſecundum iudicium operatur, perfectè operatur.

*Ambro. cit.*

*Ita Deus ſpeciali amore hominem proſequitur, vt ei habitaculum prius præparaſſe quàm ſibi videatur.*

*In principio*, ſummopere aduertendũ quod idem Moyſes, ait, loquens de paradiſo, plantauerat Dominus paradiſum voluptatis à principio: dubium formari poteſt quomodo Moyſes ſermonem inſtituens de cœlo (quod eſt domicilium Dei teſte pſalmiſta, *cœlum cœli Domino*) ait in præterito creauit cœlum? referens autem paradiſum primi parentis habitaculum loquatur de formatione illius in præterito pluſquam perfecto, plantauerat Dominus paradiſum a principio? quando à principio? ante cœlum: ſic ſentit D. Hieron. ad innuendum tanto amore Deum proſequi hominem, vt ei habitaculum prius quam ſibi præparaſſe videatur: verba Hieronymi ſic ſe habent: *Ex hoc manifeſtè comprobatur quod priuſquam Deus cœlum & terram crearet, paradiſum ante condiderat.* 37

*Hier. in qq. Heb. in Ge.*

*Mundus finem habiturus.*

*In principio*, pluries inquiſiui cur Moyſes addiderit in principio, toties reſponſum eſt, idem dubium propono ſed diuerſo conceptu ſatisfacere contendam, dicẽs non ſine myſterio aſſeruiſſe in principio Deum mundum condidiſſe, ſed vt ſciremus quod ſicut principium habuit, etiam finem ſit habiturus: huius reſponſionis author eſt D Baſil. *Pulcher orationis ordo eſt, principium in primis poſuit, ne principio carere arbitrarentur, noli igitur ô homo res eas quæ videntur principio carere arbitrari, quod ſi tempore cæperunt eſſe, tempore quoque deſinant ac finiantur neceſſe eſt, & ſi temporis initium habent, noli dubitare de fine.* 38

*Baſ. Mag. in Hexam.*

*Ne ſimus audaces in myſteriorum perſcrutatione.*

*In principio*, ſi Deus in initio temporis & non ab æternitate mundum condidit, cur tandiu ſuperſedit ab eo creando? & cur multo ante tempore opus inſigne, in quo ſua relucent attributa non eſt aggreſſus? inuidus enim aut imbecillis videtur: non inuidiæ aut imbecilitatis defectu antea cœlum & terram non creauit, ſed quia ante noluit, cuius voluntas cum ſit eſſentialiter recta, id quod vult ordinatiſſime vult, & ideo ab huius myſterij perſcrutatione ſuperſedere debemus, ne nimiæ audaciæ (ne dicam temeritatis) accuſemur. Quod optime declarat Gennadius: *Cum Deus ſit & credatur ſempiternus, ſemper idipſum poterit qui volet dicere, etiamſi innumerabilibus annis ante mundus fuiſſet creatus, æquali ſpatio ſemper remanente reſpectu creatoris infiniti, & cogitatione noſtra ſemper progrediente, nec vſquam ſiſtente ac perueniente ad id quod eſt, ſine principio, & ſempiternum: quapropter his audacia noſtra debet ſuperſedere, ſtandumque religioſe eſt, & quieſcendum his quæ ſunt tradita.* 39

*Gennadius.*

*Myſteriorum non vani, ſed veriſſimi indagatores.*

*In principio*, vt nos ab erroribus liberaret Moyſes 40

ſer optime incepit creationem, dicens in principio A
fuiſſe factam: ſed cur ſimiliter non edocet quomo-
do executioni mandata, ne in diſcutiendis pluribus
quæſtionibus, nec non totidem difficultatibus agi-
tandis tempus conſumamus, ne dicam oleum &
operã perdamus? ideo hæc breuiter diſſerit, & non
quomodo facta fuere comprehendit, ſed ſolum
quod in principio à Deo condita ſunt, vt myſterio-
rum Dei non vani, ſed veri ſimus ſolum indagato-
Chryſ. hic. res, annuit Chryſoſtom. *Ne progrediamur vltra,*
*quam fert noſtra tenuitas menſura, ne've curioſius*
*quæ ſunt ſupra nos inueſtigemus, id quod veritatis*
*hoſtibus euenit; cum igitur audis in principio Deus* B
*fecit, nil vltra curioſius quære, ſed humum ſpectans*
*crede ei qui dixit.*

*Fides noſtra ratione non probatur.*

*In principio*, id quod ab Ariſtotele Philoſopho-
41 rum principe dictum fertur de Moyſe, nempe illu
homo multa dicit & nihil probat, poſſumus vſur-
pare: cur enim in principio mundum creatum de-
monſtratione naturali, philoſophiciſque rationi-
bus non probat? ſic enim quietaretur intellectus,
varijque circa mundi creationem errores vitaren-
tur: a ſe dicta & à Deo inſpirata rationibus non pro-
bat, credenda enim demonſtrationibus dialecticis
non fulciuntur. *Simplicitas enim noſtræ fidei demon-*
*ſtrationibus dialecticis longe validior eſt* (inquit D. *D. Euſtac.*
Euſtachius) *cum iudicia Dei nec comprehendi* *in Hexa.*
*poſſint, nec ea capiat humana coniectura mentis.*

*Nihil celerius tranſit creatura.*

*In principio*, ſi principium eſt quid indiuiſum, ſi- 42
cut enim initium viæ nec dum via eſt, & initium
domus nec dum domus eſt, ſic nec dum initium
temporis, plenum tempus eſt, ſed nec exigua pars
temporis, quomodo vt omnium creaturarum fa-
cturam Moyſes exprimeret, dixit in principio crea-
uit? forte vt hoc modo loquendi nihil celerius quã
creaturas tranſire denotaret, cum celerrimum eſ-
ſendi habeant initium: ſic D. Baſil. Cæſar. lib. 1. *Baſi. Cæ-*
Hexa. forraſſis. *Propter celeritatem creaturæ, quæ* *ſar. l. 1.*
*ſine vllo momento temporis eſt conſtructa, dictum eſt,* *Hexa.*
*in principio fecit, quoniam indiuidua quædam eſt &*
*indiſtincta.*

EXPOSITIO SECVNDÆ DICTIONIS, NEMPE

*CREAVIT.*

C*Reauit*, creatio multis modis ſumitur, primò C
latiſſime, pro cuiuſcunque rei productione,
etiam ſi non de nihilo, ſed de aliquo producatur,
quo pacto ſapientia increata, nempe verbum æter-
num Eccleſiaſtici 24. de ſe dicit, *ab initio & ante*
Eccleſ. 24. *ſæcula creata ſum, id eſt, genita &* producta: 2. Su-
mitur pro regeneratione per gratiam, ita dicitur de
iuſtificatis ad Epheſ. 2. *ipſius enim ſumus factura,*
*creati in Chriſto Ieſu, in operibus bonis.* 3. Sumitur
Ad E- pro vt idem eſt quod promotio ad aliquid, in qua
pheſ. 2. ſignificatione illud creari dicitur quod ad aliquid
verſ. 1. promouetur, quo pacto quis creari dicitur in Car-
dinalem & Epiſcopum, ita D. Auguſtinus contra
aduerſarium legis & Prophetarum cap. 23. 4. Preſ-
D. Au- ſius pro productione eius quod tandem proximè, D
guſt. contra vel remote originem traxit ex nihilo, & hoc modo
aduerſ. le- ſumitur paſſim in communi vſu loquentium & in
gis & ſcripturis ſacris: vltimo propriiſſime pro produ-
Propheta- ctione ſeu factione rei, non de aliquo ſubiecto
rum ca. 23. quod vel intrinſecum illi ſit, vel a quo pendeat
in ſuo eſſe, & hoc modo ſumitur in præſenti, ſic-
que creatio eſt productio alicuius de nihilo, hoc
eſt non de aliquo ſecundum eſſe exiſtentiæ, ac pro-
inde non de aliquo eſſentiæ, quia nunquam eſſe
eſſentiæ ſeparatur ab eſſe exiſtentiæ, quia ſunt idem
realiter, ſolum diſtincta formaliter: aduerte tamen
nullam rem creari de nihilo, hoc eſt de nullo mo-
do ente, nec ſimpliciter nec ſecundum quid, quia
omnia quæ creantur prius habebant eſſe intelligi-
bile, & eſſe volitum: verbi gratia cœlum antequam
crearetur habebat eſſe intelligibile vel obiectiuum
in mente diuina, quod quidem non tollit rationem
creationis, vt videmus in illius definitione aſſigna-
ta à noſtro Scoto in 2. diſt. 1. quæſt. 2. art. 1. creare
eſt aliquid de nihilo producere in effectu, quæ qui-
dem productio ſoli Deo nullique creaturæ quan-
tumuis perfectæ conueniens; ſed quia ſcitu iucun- *Doctor*
da illud verbum *creauit*, continet, aliquibus ex- *ſubtilis in*
primetur conceptibus. *2. diſ. 1. q.*
*2. art. 1.*

CONCEPTVS IN HANC DICTIONEM,

*CREAVIT.*

*Deus liberè & non naturaliter*
*mundum creauit.*

43 I*N principio creauit*, nonne alio loquendi modo
ſine appoſitione verbi creauit aut fecit Moyſes
vti potuit, dicens Deus præbuit cauſam vt eſſet
mundus? aduerte aliquos tenuiſſe mundum fuiſſe
ſempiternum, teſte *D.* Ambroſio, eumque ſicut
vmbram ſequi corpus, ita vt velint ipſum orbem
fuiſſe vmbram reſpectu Dei, ſicque non libere ſed
naturaliter productum: vmbra enim ex neceſſita-
te naturali corpus ſequitur. Dico igitur iure merito
vſum fuiſſe hoc verbo creauit, vel fecit, vt declara- E
ret Deum non naturaliter, ſed libere mundum con-
didiſſe, obſeruatio eſt D. Ambr. *Non otioſe vtique*
Ambr. l. 1. *factũ legimus, quia plerique quãuis cauſam eius Deũ*
Hexa. ca. *eſſe fatentur, cauſam tamẽ volunt non ex volũtate, ex*
5. *diſpoſitione ſua, ſed ita vt cauſa vmbræ corpus eſt,*
*(adhæret enim vmbra corpori naturali magis ſocie-*
*tate, quàm voluntate arbitra) pulchre ergo ait Moy-*
*ſes quia fecit Deus cœlum & terram, non dixit qui*
*ſubeſſe fecit, non dixit quia cauſam mundo vt eſſet*
*præbuit. ſed fecit, quaſi bonus quod foret vtile, qua-*
*ſi ſapiens quod optimum iudicabat, quomodo autem*
*quaſi vmbra eſſe poterat? ibi corpus non erat, cum in-*
*corporei Dei adumbratio eſſe non poſſit.*

*Deus ex nihilo & non ex aliquo*
*mundum creauit.*

*In principio creauit*, cur non dixit fiat cœlum, fiat 44
terra, ſicut dixit fiat lux, non autem creauit? nonne
fiat eſt imperatiuum? imperium autem quando fit
nonne præſupponit aliquid quod illud exequutioni
mandet? ideo igitur non dixit fiat cœlum, ſed crea- *Ruper. in*
uit, vt intelligeremus ex nihilo non ex aliquo mun- *4. in Gen.*
dũ fabricaſſe: ſic Rupert. *Quia verbũ imperatiuum,*
*quale*

A *quale eſt hoc quod dicitur fiat incongrue præmittitur vbi nondum eſt aliquid cui imperetur, nondum autem erat aliquid, ſi vt vero credimus: ergo ne nihilo præceptum dediſſe dicatur Deus, quia incongrue eſſet: recte prius ſcribitur materiam qualemcumque confuſam ſiue informem creauiſſe, & præceptum rei iam exiſtenti dediſſe, vt diſcretas, ac ſpecioſas, quas non habebat aſſumeret vel produceret formas.*

*Deus in operando celerrimus.*

*In principio creauit,* cum tot ſint alij termini qui-
45 bus Moyſes mundi fabricam exprimere potuit, *vt* B *produxit, formauit*, cur eis non eſt vſus, ſed ſolum verbo creauit? certum eſt *producere vel formare*, tantam celeritatem operationis quam creare non anunciare: hoc verbo igitur *creauit* vſus eſt, vt celeritatem operationis diuinæ declararet, nullamque opus eius moram admitteret: *Vt vel ſic* (inquit Ambroſ.) *intelligerent homines, quam incomprehenſibilis eſſet operator, qui tantum opus breui exiguoque momento ſuæ operationis abſolueret, vt voluntatis affectus ſenſum temporis præueniret, nemo operantem vidit ſed operatum agnouit, vbi igitur mora, cum legas quia ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt?*

Ambr. l. 1. Hex. cap. 4.

*Deus mundum ſine ſuæ diminutione potentiæ condidit.*

46 *In principio creauit*, ſeu fecit: enim eximium opus ſit creatio, & ipſiſmet Angelis impoſſibile, an diminuta Dei potentia in illo condendo? vires enim eneruantur, ſi difficili nos accingamus operi: nihilominus tamen cum infinita ſit Dei virtus, diminutionem non eſt paſſa in mundi productione: *Quam optime* (ait Baſil. ho. prima,) *adiecit Moyſes & illud fecit, vt qualecunque tandem ſpecimen id quod factum eſt declararetur eſſe, ac minima portio potentiæ admirandi huius opificis: quemadmodum enim figulus cum ad vnius ſuæ artis methodum* D *vaſa innumera effinxit, nec ſiquidem ars illi figulinaria diſperijt, aut accisæ ſunt & attritæ vires, itidem vniuerſi huius opifex effectricem illam potentiam ſuam non creando vni mundo habet ſic admenſam & circumſcriptam, quominus tanto poſſit hoc vno plures effingere: ſed quæ in infinitum exuperet, quando & rerum quæcunque oculis ſunt conſpicuæ magnitudines vel ſolo nutu ſuæ voluntatis condidit.*

Baſil. ho. 1. Hexam.

*Deus non ex defectu ſuæ liberalitatis, ſed creaturæ capacitatis, beneficia non confert.*

*In principio creauit*, cur non ait Moyſes omni qua
74 potuit virtute mundum produxit, vt maiori erga eum gratitudine homo ferretur? quo enim plura ab aliquo accipimus, eo gratiores eſſe debemus: non ait omni qua valuit potentia mundum perfecit, non ex defectu Dei liberalitatis & virtutis, ſed ſufficientiæ creaturæ quæ incapax eſt illius recipiendæ, *non pro magnitudine gratiæ ſuæ* (inquit Philo) *beneficus eſt*, nimirum infinita ac incomprahenſibili, *ſed attemperat ſe ad vires eorum, quos dignatur ſua beneficientia, nec enim ſicut Deus ad benefaciendum natura propenſus eſt, ita creatura ad accipienda beneficia: illius enim potentia longe ſuperat, at huius infirmitas impar eſt eorum magnitudini, ſuccumberetque niſi Deus pro cuiuſque portione moderaretur ſuam gratiam.*

Philo Heb. de mundi opificior.

*Deus ſola voluntate cœlum terramque creauit.*

*In principio creauit, vel fecit,* cur non addidit Moy- 48
ſes ex præcepto voluit cælum terramque fieri? quia non ex præcepto ſed ſola voluntate mundum terramque creauit. Sic venerab. Beda: *Generationem ſæculi tribus modis ſignificauit ſcriptura, aut enim ſola Dei voluntate factum aliquid eſſe ſcribitur vt eſt in principio creauit*, & optime: nam ſola voluntate cœlum & terra dicuntur eſſe condita, quia in ipſorum effectione non dictum eſt fiat cœlum & B terra, ſed tantum Deus fecit.

Venerab. Beda in Ge.

*Mundus non eſt æternus.*

*In principio creauit*, nonne potuit dicere erat cœlum & terra non autem creauit; ſicut poſtea ſub- 49
iungit, terra erat inanis & vacua? non enim ait creauit terram inanem ſed erat: nota quod illa phraſis, *erat in principio*, denotat æternitatem vt Ioann. 1. in principio erat verbum, quod autem ab initio vel à principio erat non accepit eſſe, quod enim incepit eſſe, ab initio non erat: dico igitur recte poſuiſſe Moyſem, *in principio creauit*, non autem in principio erat cœlum, vt declararet mundum non eſſe æternum, ſed temporalem: ſic D. Auguſt. C *Non dixit in principio erat cœlum & terra, quia cum non eſſent, & diſponeret Deus facere mundum in principio, hoc eſt inter cætera quæ ad mundi fabricam profecerunt, primum Deus fecit cœlum & terram, quia principium, initium eſt inchoantis aliquid quod ſit primum in ordine.*

Ioann. 1.

Aug. in q. noui & veteris Teſta. qu. 122.

*Alios docens, priùs opere quàm verbo inſtruat.*

*In principio creauit*, cur quæſo verbum creandi 50
ac faciendi ſiue operandi primo eſt poſitum, antequam Deus loqui dicatur, ſicut poſtea de illo aſſerit Moyſes quod loquutus fuerit dicens, fiat lux? D ideo hunc ordinem obſeruat Moyſes, vt prius aſſerat Deum operatum fuiſſe, quam loquutum, vt doceret verbi diuini præcones, nec non pædagogos prius operari debere quam loqui: ita D. Cyrill. Alexand. *Primo dicitur creauit, deinde fiat, vt factum verbo virtutem daret*, vnde D. Ambr. ſerm. 76. *Si non loquimur verbis Dei gloriam, factis exequamur eius gloriam, quoniam dictis facta ſunt priora.*

Ciril. Alex. in Gen.

D. Ambr. ſer. 76.

E *Ratione creationis, erigitur cor noſtrum in Deum maxima fiducia.*

51

*In principio creauit:* cur in fine orationis non apponit hoc verbum, *creauit*, dicens in principio Deus cœlum & terram creauit? verbum enim poſitum in fine elegantiorem orationem efficit: nota quod per creationem quidquid habemus à Deo accepimus, per creationem inquam, ſiue ſtrictè ſumptam, nempe pro productione ex nihilo, ſiue impropriè ex aliquo: dicamus ergo ideo in principio & non in fine appoſitum eſſe verbum *creauit*, vt in prima huius libri fronte maxima fiducia cor noſtrum in Deum erigeretur, à quo omnia accepiſſe & acceF pturos intueremur: fauet Ferus dicens *Vbi intelligitur articulus creationis, erigitur cor fiducia erga Deum, ſentitque ſe de manu domini accepiſſe & accipere omnia, vitam, ſalutem, ſenſum, intellectum, cibum, &c.*

Noſter Ferus in Gen.

Scriptoribus

### *Scriptoribus nobis remotiſsima aperientibus credendum eſt, cum conſtet ea à Deo accepiſſe.*

52 *In principio creauit*, quid à nobis remotius quam initium creationis cœli & terræ? quod tamen nobis aperit Moyſes, ſed quid creditu difficilius illa operis ſex dierum enarratione? vix enim ab hominum ingeniis concipi poteſt: quomodo ergo hoc ſcribenti fidem adhibebimus? audiamus quid de eo teſtatur ipſe met Deus. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in viſione illi innoteſcam, vel per ſomnium eum alloquar, non ita vt ſeruus meus Moyſes, qui in tota domo mea fideliſſimus eſt, ore ad os illum alloquor ea in viſione & non per ænigmata: En vides quomodo Moyſem Deus alloquitur & abſcondita ab oculis omnium ſine dubio aperit? cur igitur Moyſi nobis remotiſſima & creditu difficilia proponenti non credemus, cum ea à Deo veraciſſimo acceperit? id enim nobis teſtatur, D. Baſil. hom. 1 Hex. *Is Moyſes qui Deum æquè atque Angeli ipſa facie vidit, hæc ex his nobis refert, quæ ab ipſo Deo percepit & audiuit.*

*Num. 12.*

*D. Baſ. ho. 1. hexa.*

### *Scriptoris lectionem verioris & antiquioris amplecti debemus.*

53 *In principio creauit*, inuitamur ad lectionem ſacri contextus, ſed præcipuè ad Moſis libros euoluendos, quorum primus citatum habet exordium, imo Chriſtus Dominus hoc conſulit Iudæis, cum ait, *habetis Moyſem & Prophetas*, ſed cur ab illius lectione non reuocabimur? eſt enim difficilis intellectu ſicque iniucunda: & non tranſimus ad euoluendos tot eruditos Oratores, Philoſophos inſignes, iucũdiſſimos Poëtas, pergratos Hiſtoriographos, idque generis auctores? ſed hi certe præ Moyſe contemnendi tum quia elegantior & doctior, denique ab ipſomet Deo edoctos. ita admonet D. Theodor. *Linus ac Muſæus circa Troiana tempora viguerunt, Thamiris autem ac Philammon multis annorum ſpatiis præceſſerunt, cumque ſit Thales, auditoreſque Thaletis vetuſtiores, inſequutis Philoſophis, cur non quæſo his omnibus relictis ad Moyſem, Oceanum Theologiæ tranſimus? à quo vt poëtici dicũ, fluuij omnes & maria omnia deriuantur, illinc enim & Pythagoras Platóque poſt eos, parua quadam veritatis lumina, quædamque initia deſumpſerunt: Socrates quoque qui Archelao Anaxagoræque conuixit, ab iis didicit, quæcunque de Deo aliis ipſe tradidit. Moyſes vero nequaquam ſequutus hominum rationes, ſicut illi fecerunt, ſed clariſſima Dei voce perdoctus, Theologiam nobis conſcripſit.*

*D. Theod. l. 2. de Græcarum affectionum curatione.*

### *Pontifices, Principes, Legiſlatores, qui docet, decet eſſe Pontificem, Regem & Legiſlatorem.*

54 *In principio creauit*, in his quos edidit libris Moyſes, & in Geneſeos volumine, cuius initium eſt *in principio*, de Regibus diſſerit, de principibus loquitur, Legiſlatores non prætermittit, imo eos omnes inſtruit & docet in iis quæ munus & officium ſuum ſpectare videntur: ſed cur homo priuatus documentum præbet Sacerdotibus, aliiſque Magiſtratibus reipublicæ? ne priuatum dicas Moyſem, ſed Pontificem, Regem, & Legiſlatorem, ſicque non ab eo alienum imo conuenientiſſimum muneri ſuo, Pontifices, Principes & Legiſlatores documentis imbuere, placet his titulis celebrem fuiſſe diſcere ex Phil. de vita Moyſ. lib. 2. *Eſt quorundam non improbanda ſententia, ita demum fore fælices reſpublicas, ſi aut philoſophentur Reges aut regnent Philoſophi: at in hoc vno viro plures etiam dotes reperiuntur, cum tres alias habuerit præter Regiam & Philoſophicam, quarum aliam exercuit in ferendis legibus, aliam in Pontificatus muniis; aliam in vaticiniis Propheticis, quarum rerum neceſſariam narrationem nunc inſtituit.*

*Philo Iudæus l. 2. de vita Moyſ.*

### *Tunc legem libenter amplectimur, cum dignum Legiſlatorem eſſe iudicamus.*

*In principio creauit*, cum præcipua propoſuerit Moyſes in libris quos præ manibus habemus, nẽpe creationem mundi in hoc Geneſeos libro, & in Exodo legem diuinam obſeruandam, cur prius legem Dei illiuſque præcepta quam orbis creationem, annonciaui? legis enim annunciatio dignior eſſe videtur creationis cognitione, cum hæc non ad ſalutem, illa autem neceſſaria ſit: nonne per creationem Deum eſſe liberaliſſimum & optimum agnoſcimus? ideo igitur Moyſes Deum prius authorem mundi conditi ſignificauit quam legis authorem; quia tunc legem libenter amplectimur, cum legiſlatore digniſſimam eſſe cenſemus. Fauet Seuerianus: *Primum quidem Deum voluit oſtendere totius naturæ conditorem & dominum, vt ſuis legem ferret, ſi enim illis de artifice mundi non conſtitiſſet, ſide minus dignum legiſlatorem eſſe enũtiaſſet.* 55

*Seuerianus citatus à catena Græca.*

### *Deus per Moyſem erga nos maximum amorem declarat.*

*In principio creauit*, quam ob cauſam beatus ille Propheta Moyſes qui poſt creationem mundi pluribus vixit ſæculis, hanc nobis expoſuit? cur hoc organo Spiritus ſanctus ad annunciandam ſuam omnipotentiam vſus eſt? nonne per ſeipſum hæc reuelare potuit, nobiſque familiariter loqui ſicut primo parenti, aliiſque Patriarchis Noë, Abrahamo, &c. non ignoras, offenſas quas in aliquem committimus mereri vt nullam nobiſcum habeat familiaritatem: Reſpondeo ergo ideo nobis loquutum non fuiſſe, creationemque mundi per ſeipſum non declaraſſe, quia nimia impietas noſtra Dei auerſionem omnimodam merebatur: ſed per Moyſem, vt ſic etiam circa nos ſuam declararet beneuolentiam, amoremque ſignificaret: ſic D. Chryſoſtom. *Deus humani generis conditor ab initio per ſeipſum loquebatur hominibus, ſic enim ad Adam venit, ſic cum Noë loquutus eſt, &c. at vbi in magnam malitiam omne genus humanum degenerauit, neque tunc ſe totum ab hominum genere auertit: ſed quia ſua familiaritate poſtea indigni facti fuerunt, iterum ſuam erga illos amicitiam innouare volens, quaſi nobis abſentibus litteras mittit conciliaturus ſibi vniuerſam hominum naturam, & has quidem litteras dedit Deus, attulit autem Moyſes, quid autem hæ litteræ dicunt, in principio Deus fecit cœlum & terram.* 56

*Chryſ. hom. 2. in Gen.*

### *Scriptor non intendat in medium proferre quid curioſum, ſed adducere homines ad Dei notitiam.*

*In principio creauit*, doctiſſimus Moyſes initium ſcribendi ſic appoſuit. Deinde opus creationis poſteris reliquit ſine vlla diſcuſſione numeri illius principiorum, durationis iquus vnioe ſi, terræ magnitudinis, cœlorum compoſitionis, &c. has autem illaſde natura quæſtiones etiam ſapientiſſimi excogitant 57

*Ioã. Philo. floruit anno 604 tẽpore Phocæ: hic plura edidit opera quæ aliquando ſcatent erroribus, tamen opus quod de creatione mundi edidit purum eſt.*

cogitant & indagant, ab bis tamen ſuperſedeodum eutioſis quæſtionibus prudeotet cogitauit Moyſes, finis enim veri ſcriptoris oon eſt in medium cutioſa proferre, ſed potius mortales ad Dei cognitionẽ adducere, ſic Ioann. Philopoous lib.1. de mundi creatione cap.1. N*emo argutas illas de natura quæſtiones, quas poſteri excogitarunt in Moyſis ſcriptura requirat, verbi cauſa, qualia ſint materialia rerũ principia, verum hoc vnum ponendũ ſit an plura, &c. nã hic ſcopus admirãdo iſti Moyſi minime propoſitus erat, ſed primus ipſe à Deo electus fuit ad homines ad Dei notitiam adducendos, vitamque huic congruam docendos, quapropter quæcũque ad hoc conferunt, hæc & ſcripſit.*

## *Sapientia diuina in hoc opere incomprehenſibilis.*

58 *In principio creauit*, mirot quot clatiſſimi patres, quot inſigoes in ſcripturæ ſacræ cognitione doctores, quotque oobiliſſimi ioterpretes, hoc opus Geneſeos, cuius initium diximus aggteſſi ſunt, nullus autem perfectè adeptus eſt: quis enim latentes ſenſus eius inueſtigare? complete quis emergennium quæſtionum ſoluere difficultates potuit? mitari queſo deſine, ita eoim profũda eſt huius Geneſeos abyſſus, tamque impetſctutabilis eſt illius inueſtigatio, vt nullus quanto iogenij acumine ptæditus perfectè illius difficultatibus ſatisfacete potuerit. *Cæterum ſolius hexameri* (inquit Theophyl. Antioch.) *nullus homo poteſt vel ordinem vel diſpoſitionem pro dignitate eloqui, nec ſi quis haberet decies mille ora totidẽque linguas, neque ſi totidem annis in hoc mundo peregrinus viueret, vel ſic quippiã tanta materia dignũ profari poſſet, tanta eſt excellentia magnitudóque & tanta ſunt diuinæ ſapientiæ quæ latent in præſcripto hexamero.*

*Theop. Antioc. li. 2. ad Antolycum.*

## *Operum Dei, vt creationis, modus non inueſtigandus ſed extollendus.*

59 *In principio creauit*, ſed quomudo creauit ô Moyſes? cũ enim ſis doctiſſimus, nobis hoc aperire debetes, ſic enim plures ſopirentut qoæſtiones, quibus allucinamur; ne modum quæſo creationis perſcrutemur, noo enim inueſtigari poteſt, ſed celebrari. *Si quis quærat* (inquit Cyrill. Alex.) *quomodo vel quibus in principiis creata ſunt? reſponſum illud rectũ optimũque accipiat, quis audiuit ſpiritũ Domini, aut quis conſiliarius eius fuit? ſi quis enim rem huiuſmodi intelligere velit, mentẽ quoque atque prudentiã, quæ in Deo eſt ipſum habere oportere certũ eſt, omittamus igitur tanquã ſuperuacuã & nullo pacto cõprehẽſibilem talem quæſtionẽ, creat enim Deus.* Pia ſane Cyril. obſeruatio, ſi quis enim inueſtigare vellet, ſummæ inſipientiæ eſſet indicium, procaciſque ingenij argumentum, cum vellet ea penetrare quæ attingere oon poteſt: mitificum ſcilicet Dei opus contemplari poſſumus, ſed qoomodo perfecerit, nequaquam.

*Cyril. Alex. li. in Gen.*

## *Abſolutum non autem imperfectum à Deo mundi opificium produſſe cognoſcimus.*

60 *In principio creauit* ſiue fecit, cur non ait, faciebat? nutum eſt enim pingendi fingendique nobiliſſimus artifices opera ſua etiam abſolutiſſima, & quæ poſteri miraodo nuoquam ſatiantur, pendenn titulo ſic inſcripſiſſe, Apelles faciebat vel Polycletus, nõ autem fecit, ea te inſinuantes opera eſſe inchoata nec omnino perfecta, & quod in eis deſiderati poſſet, ſe quidem emendaruros fuiſſe, niſi morte eſſent præuenti, cur igitur hoc verbo imperfecto faciebat non eſt vſus? ſiue dubio vt abſolutum non imperfectum mundi opificium à Deo produſſe cognoſceremus; quod ſubtiliter anooranit Pereri. *de Deo cuius perfecta ſunt opera, & exquiſita ſecundũ omnes voluntates eius, & quibus nemo poteſt quiddam addere vel detrahere, non erat conſentaneum dicere, Deus faciebat mundum, ſed fecit, ſcilicet tanquam opus omnibus ſuis partibus expletum atque conſummatũ, iudicio ipſius opificis, cuius infinita ſcientia comprobatur, vidit enim cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*, eleganter certe Pereri. Pictoris munere functos eſt ooſter Deus cum mundum diſtinguendo delineauit & exornando colorauit, ſed ita abſolute vt nihil pulchrius perfectiuſque queat deſiderari.

*Pere. in Ge.*

## *Diſcat homo à Deo opifice liberalitatem, cùm ipſe Deus hunc mundum propter hominem condiderit.*

*In principio creauit*, cur opus creationis aggrederis? nam cum in te & ex te ſis beatiſſimus, nemine indigens, nihil ex eo emolumenti tibi poteſt contingere: propter qoid igitur mũdum producis? non propter eundem, neque enim aut calore ſolis, aut lumine, aut aſpitatione ventorum, aut humore imbrium, aut alimonia frugum, quum ſenſu carcat, indiget, ſioe dubio propter hominẽ, vt ipſe homo ex eius liberalitate diſcat aliis benefacere: hoc teſtatus eſt Nemeſius de natura hominis, ſed id Lactantius potiſſimũ aſſerit lib.7.c.4. *magna igitur & recta & admirabilis eſt vis & ratio & poteſtas hominis, propter quem mundum ipſum & vniuerſa quæcumque ſunt, Deus fecit, tantumque illi Deus honorem habuit vt eum præficeret vniuerſis, quoniam ſolus Dei opera poterat mirari: optime igitur Aſclepiades noſter de prouidentia Dei ſummi differens, in eo libro quem ſcripſit ad me, atque adeo (inquit) merito quis arbitretur proximum ſibi locum diuinã prouidentiam dediſſe ei, qui potuit intelligere ordinationem ſuam: dicuam ſol ipſe eſt, quis eum videt ita, vt intelligat, quia ſol eſt, & quantum gratiæ afferat cæteris inſtitutis &c. inſtituit ergo ſummus Deus, non propter ſe quia nihilo indiget, ſed propter hominem qui his congruenter vteretur.* Ediſce igitur ô mortalis diuinam monificentiam, ediſce à Deo liberalitatem: nam ſi ipſe non Angelis ſed oobis, nihil tale promerentibus nihil tale efflagitantibus, nihil repeodentibus, hanc ſpecioſiſſimam orbis machinam condidit, ſi ipſe quod deliteſcebat in noſtri gratiam effudit, cur tu quod cunctis patet celas, ſi ipſe quod ſuum erat largitus eſt? cur tu quod tuum non eſt auare detines? ſi ille ſeruo & hoſti: cur tu frato & amico non impertiris bona? cuncta te ad liberalitatem excitant. 65

*Nemeſius de natura hominis. Lactant. li. 7.c.4. Tibi lib. eſt de diuino præmio. Aſclepiades de prouidentia Dei.*

# EXPOSITIO TERTIÆ PARTICVLÆ, NEMPE, *DEVS.*

ILlud ens cuius eſſe cum dicitur, non poteſt dici, cum æſtimatur non poteſt æſtimari, cum definitur ipſa definitione creſcit, cuius oomini famulatur hic orbis, & ipſa elementorum ſibi ſuccedennium momentanea viciſſitudo teſtimonium perhibet teſte D. Greg. Nazian. de fide, illud inquam ens perfectiſſimum

ctiſſimum quod eſt Deus in Hæbreo Elohim nominatur, quod quidem eſt plurale, & idem quod *Dÿ* apud nos ſignificat, euius ſingulare eſt אל El, id eſt Deus, vel potius אלוה Eloah, quod etiam idem eſt qood Deus: quamuis alij dicant deductum eſſe à nomine El quod eſt fortis, & Alab quod ſignificat aſtriogit, interpretaturque iudices: nomē equidem

A commuoe Angelis, nec non magnatibus: ſi declarationem huius nominis cum alus ſeptuaginta duobus, quæ decem modis varieotue ita vt ſummam nominum Dei 720. conſtituent ioſpicere velis; lege noſtrum Galatinum lib. ſecondo præcipue a capit. decimo ſeptimo, nos autem otdioem ſeruatum proſequemur. *Noſter Galatin.*

## CONCEPTVS IN HANC DICTIONEM,

### *DEVS*

*Deus vnicus eſt.*

62 I*N principio creauit Deus*, ad quid addidit Moyſes Deos? quis enim exiſtimare poterat nō fuiſſe Deum? qui mundum condidiſſet, qui cœlum terramqoe creaſſet? cum ſolius Dei ſit creare, teſteque noſtro ſubtiliſſimo Scoto io 4. diſt. 1. quæſt. 1. nec de diuina poteotia eleuari poſſit creatura ad creandum? oota quod aliqui & non pauci plures Deos eſſe exiſtimauerunt: optime igitur Moyſes non omiſit *Deum* ad declarandum non plures Deos ſed vnicum eſſe, ſic D. Ambr. *diuino ſpiritu prouidens Moyſes fore hominum errores, & forte iam cæpiſſe, in ſermonis ſui exordio ait, in principio Deus creauit cælum & terram.* *D. Ambr. l. 1. hex. ca. 1.*

*Deus non ſolum bonitate ſed etiam Iuſtitia condidit orbem.*

63 *In principio creauit Deus cælum*, Hebraice habemus Elohim id eſt iudices, vbi nos legimos *Deus*, cur Deus cum ſe orbis effectorem conditoremque appellat, iudicem nominat? aut quam habet creator cum iudice cognationem? ſi quidem mundi fabrica Dei omnipotentiam reſpicit, & illius bonitatem, non autem iuſtitiam, ſi noodum enim eſt culpa, iuſtitia non eſt neceſſaria: dico tamen recte appoſitum eſſe io Hebræo Elohim id eſt iudices, quia Deus non minori iuſtitia, quam bonitate eum condidit, qooniam in condendis creaturis quamdam diſtributiuæ iuſtitiæ formam obſeruauit, ſuos cuique gradus, ordinem ac locum iuxta naturam ſingularium triboens, quemadmodom. Tertull. eleganter fatetur, *à primordio creator tam bonus quam iuſtus, bonitas eius operata eſt mundum, iuſtitia modulata eſt eum, iuſtitiæ opus eſt quod inter lucem & tenebras, inter diem & noctem ſeparatio ſit pronunciata; ita vt bonitas concepit omnia, iuſtitia diſtinxit, ſitus, habitus elementorum, motus, ſtatus, occaſus, ſingulorum iudicia ſunt creatoris.* *Tertul. li. 2. aduer. Marcio. cap. 12.*

*Deus mundum conſtruxit tanquam artifex ſummus, vt ſua ſemper ſapientia dignoſcatur.*

64 *In principio creauit Deus*, ſiue vt ſeptuag. legunt fecit, cur his vocibus non eſt vſus conſtruxit aut compoſuit? nota quod artium omnium aliæ factrices, aliæ negotiales appellantur, aliæ contemplatiuæ, & contemplatiuarum quidem finis eſt ſola mentis iotentio, negotialium motus ipſe corporis, qui cum deſierit nihil reliqui eſt, nec vltra viſentibus demonſtratur, nam ſaltationis & cantuom nullus exitus eſt, ſed in ſemetipſa, operatio tota conſumitur, in artibus vero factricibus etiam ſi labor actuſque ceſſauerit, manifeſtum eſt tamen opus earum, ſicut fabrilitatis, architecturæ & his ſimilium, quarum licet artifex præſens noo videatur, ratio tamen ipſius apparet, poſſumuſque de opere conſpecto peritiam cuiuſque artis admirari, quo poſito

B optime reſpondet D. Baſil. Cæſar. *vt certum fieret, quia mundus arte perfectus eſt, qui cunctorum viſibus habetur expoſitus, quatenus per eum fabricatoris ſapientia ſui noſceretur, non alia voce Moſes vſus eſt, ſed dixit in principio fecit Deus, non conſtruxit aut compoſuit, ſed fecit.* *Baſil. Cæſar Epiſt. lib. 1. hexa. c. 1.*

*Solus Deus vere timendus eſt.*

65 *In principio creauit Deus*, D. Chryſ. Hom. 13. Geneſ. de ſacræ ſcripturæ fœcunditate loquens ait, merito theſauro confertur diuinarum litterarom lectio, nam in ſacra ſcriptura indicibiles diuitias inuenire licet, & non ſolum theſauro ſimilia ſunt diuina

C eloquia ſed fonti quoque largis perennibuſque ſcaturienti fluentis, magna huius theſauri abundantia, & larga fontis huius ſpiritalis vbertas; ſi tanta eſt illius vbertas, aliquem adhuc fructum ex hoc nomine, Deus, colligamus. Ruper. ait, timor dicitur, græce Δέος, quod nomen parce detortum Latine dicitur *Deus*, cur qoæſo Deus qui à nobis diligi ſummopere deſiderat, hoc nomine timorem ſignificante voluit appellari? certe vt diſceremus ſolum Deum eſſe qui veré timendus eſt, ſic citatus Rupertus, *quidam Ethnicorum in ſua vanitate dixit, primus in* *Chryſ. hom 13. in Gen.* *Ruper. li. 1. Gen cap. 2.*

D *orbe Deos fecit timor, verum illos qui non erant timendi ſtultus timor Deos fecit appellari, creator autem quia ſolus iure timendus, rationabili timore Deus nuncupatur.*

*Deus cum ſumma reuerentia & amplitudine nominandus.*

66 *In principio creauit Deus*, cur Moyſes in omni Ægyptiorū doctrina eruditiſſimus, in exordio primi libri quem in lucem edere voluit iocongruitatem grammatices admiſit dicens *Elohim creauit?* iongit enim nomen plurale verbo ſingulari; ſic enim imperitus iudicabitur & indoctos: nota rum alloquimur heroës & viros magnates, in plurali ſermonem cum eis habemus maioris reuerentiæ gratia: *Vielm. lect. 3. in Geneſ.*

E non igitur ignoranter ait creauit *Dÿ*: ſed vt cum amplitudine, & reuerentia Deum nominaret: hoc agnouit Vielmius Lectio. 3. *viſum pleriſque hic eſſe amplificationem, quod vti dicebamus honorandi gratiā, ſic Hebræi loqui conſueuerunt, quemadmodum qui ſcripturarum phraſes conſarcinarunt, & vt arbitror etiam euincunt, ſi quidem & hic oras noſtras Italicas perſuaſiſſe videtur, ſinibus enim & maioribus Vos, honoris gratia fando dicimus, & Reges & Principes amplificandi gratia Nos pronuntiant, cum de ſeipſis loquuntur, totius enim populi & regni perſonam repreſentant.*

F *Dei omnipotentia in opere creationis maxime manifeſtatur.*

67 *In principio creauit Deus*, cui in Hebræo reſpondet Elohim, aliqui autem (inquit Oleaſter) arbitrantur radicem illius eſſe El quod eſt fortis, ſed cur

Deus nomen fortis in creatione ſortitur? hoc enim A conuenientius adaptaretur in debellandis hoſtibus, & frænandis impijs; non inepte tamen hîc nomine fortis appellatur, quia in creatione eius potentia maxime manifeſtatur *quamobrem dicerem* (inquit *Vull, citatus.* Vielmius) *Moſem nunc voluiſſe nobis hoc nomine Dei declarare precellentem & indicibilem in creando mundo fortitudinem, quam omnipotētiam ſignificantius nuncupamus, neque enim hanc apertius vnquam manifeſtauit atque in creatione mundi, nomen enim Elohim à fortitudine deſumptū, & D. Hyeron. teſtis eſt, Theodotionem vertiſſe Græce Iſchiron, hoc eſt fortem, creatorem igitur antonomaſtice fortem, hoc eſt omnipotentem legiſlator hoc loco adhibito conſilio tam* B *crebro appellat, vt nimirum de eius omnipotentia quā nullibi æque cernere atque in creatione commonefaceret lectores, & in admirationem & cultum eos qui hunc mundum contemplarentur, adduceret.*

*Deus incomprehenſibilis eſt.*

68 *In principio creauit, Deus*, video Deum nominari, ſed quiſnam ſit ille Deus non exprimi, cur Moyſes in Theologia profundiſſimus, quidditatem eius non aperit? quia à quocumque etiam Angelico lumine prædito, eius eſſentia minime declarari poteſt: ſic Tertull. Apol. aduerſus gētes, *quod colimus nos,* *Tertul in Apolog. aduerſus gentes.* *Deus vnus eſt qui totam molem iſtam cum omni in-* C *ſtrumento elementorum, corporum, ſpirituum, verbo quo iuſſit, ratione qua diſpoſuit, virtute qua potuit, de nihilo expreſſit in ornamentum ſuæ maieſtatis, vnde & Græci nomen mundo κόσμον accommodauerunt, inuiſibilis eſt etſi videtur, incomprehenſibilis etſi per gratiam repræſentetur, ineſtimabilis etſi huma-* *Dei elogia.* *nis ſenſibus æſtimetur, adeo verus & tantus eſt.*

*Deus in ſapientia mundum condidit.*

69 *In principio creauit Deus*, in Græco eſt θεὸς, cuius nominis ethymologiam, Iſid lib. 7. ethym. cap. 1. ait, *D. Iſid. Hiſpa. l. 7. Ethym. cap. 1.* Deus Græce θεὸς, dicitur quaſi δέος, id eſt timor, vnde tractum eſt nomen Deus, quod eum colentibus D ſit timor, ſed vltra hanc alia vulgata eſt apud omnes qua interpretatur θεὸς, & hoc eſt videns, ſed cur Moyſes alio nomine quam videntis non appellat? quis enim ita lumine naturali orbatus, qui Deum videntem ignoraret? egregie profecto vniuerſi conditor non ſolum nuncupatus eſt θεὸς, vel Deus nomine à timore deducto, ea de cauſa vt ſimul timorem in beneficio incuteret, ediſcerentque ſimul mortales & confidere in Deo, & formidare Deum, dumque beneficia ſuſcipiunt timoris non obliuiſci, ſed etiam vt ſignificat θεὸς videntem & ſapientem: E videns ſi quidem & ſapiens fuit Deus in mundi opificio, *tum attigerit à fine vſque ad finem fortiter* *Sapien 8.* *& diſpoſuerit omnia ſuauiter.*

*Trinitas perſonarum cum vnitate eſſentiæ declaratur.*

70 *In principio creauit Deus*, in Hebr. eſt Elohim in numero plurali; mirum eſt cur vox Elohim ſit numeri huius, cum Bara numeri ſit ſingul. quaſi latine diceretur *Dij creauit*, nā hoc nomen Elohim ſingulare habet Eloha, reperiturque apud Iob. 5. & capite 36. ſi igitur eſt illic ſingulare, cur Moyſes dixit Elohim Bara iungens plurale cum ſingulari & non F potius Bara Eloha? cum præſertim Elohim non raro inueniatur iunctum cum verbo numeri pluralis, *Geneſ. 38.* veluti Geneſ. 38. vbi nos legimus *apparuit ei Deus*, Hebraice apparuerūt ei Dij, ſi igitur Elohim habet A ſingulare, & ſæpe iungitur verbo pluralis numeri, Cur Moyſes hoc loco contra leges Grāmaticæ nomen pluralis numeri copulauit cum verbo ſingularis numeri? dico ideo Moyſem hoc modo ita loquutum, quia cum fidei noſtræ præcipua myſteria edoctus fuerit, voluit in ipſo ſcripturæ exordio præiacere velut ſemina quædam Chriſtianæ doctrinæ, quam de myſterio ſanctæ Trinitatis habemus, nam per nomen plurale Elohim multitudinem diuinarum perſonarum, per verbum Bara numeri ſingularis vnitatem diuinæ eſſentiæ inſinuauit: ſic noſter Lyranus cum quo conſentit Paulus Burgen. *dicens intelligitur ad litteram ſecundum Hebraicam veri-* *Noſter Lyran. Paul. Arch. Burg.* B *tatem, pluralitas in diuinis, nam vbi nos dicimus fecit Deus, Hebraica veritas habet Elohim quod eſt pluralis numeri huius nominis ſingularis* El: & Galatinus, *quia opera Trinitatis ad extra indiuiſa ſunt, idcirco Moyſes ille magnus ad inſinuandum omnes tres diuinas perſonas diuinas, patrem, filium, & ſpiritum ſanctum, ſimul ad mundi creationem concurriſſe, Elohim in plurali dixit ſiue El, id eſt Deus.*

*Nulla creatura etiam vt diſpoſitiue, vel inſtrumentum creare potuit.*

*In principio creauit Deus*, ſi ſpiritus Angelici ſunt 71 C Dei miniſtri, cur nō eis imperat, vt cœlum terramque creent, vt eos amore proſequeremur, quod primum eſſe nobis dederint vel ſaltem aliquo modo concurrerint? merito Deus hoc munus creandi non imponit Angelis, quia nec etiam inſtrumentaliter creationem attingere valet creatura, mens eſt noſtri ſubtilis doctor. in 4. diſt. 1. quæſt. 1. dicentis, *Noſter Scotus in 4. de 1. qu. 1.* *quod nec inſtrumentaliter poteſt creare, ita quod ſit inſtrumentum proprie actiuum, non enim poteſt eſſe actiuum, niſi vel ad diſpoſitionem præuiam, vel ad ipſum terminum, in creatione nihil poteſt præcedere quod diſponatur, non poteſt autem agere ad terminum niſi habeat actiuam formam in ſuo ordine; quæ licet in virtute alterius poſſit attingere ad to-* D *tum effectum & totaliter, talis autem non eſt aliqua virtus actiua alicuius creaturæ.*

*Eodem imbutis errore, eadem veritas annuntianda eſt.*

*In principio Deus creauit*, diximus ideo Moyſem 72 appoſuiſſe Deum creaſſe, vt eneruaretur error tenentium plures Deos: dubium igitur quod faceſſit negotium, eſt, quod hanc orbis creationem præcipue docebat populum Iſraël; populus autem Iſraël E cum eſſet fidelis vnicum Deum colebat; ſuperfluè ergo videtur additum eſſe à Moyſe *Deus*, ſed ſufficiebat dixiſſe in principio creauit. Nota Ægyptios conſpicuam creaturam, Deum conſtituiſſe, quibuſcum diu conuerſatus Iſrael eodem imbutus eſt errore; ſaltem quoad aliquos: dico igitur Moyſem non ſolum propter infideles, ſed etiam propter populum Iſrael aſſeruiſſe Deum condidiſſe mundum, quia eodem imbutis errore eadem veritas annuntianda: ſic D. Thod. *Scriptura ſacra docendi ratione metiri conſueuit ex diſcipulis, ac perfectis per-* *D. Theod. q. 2. Gen.* *fecta proponere, rudibus autem elementa, eorumque facultati conuenientia; cum ergo conſpicuam creaturam Deum conſtituerint Ægyptij, quibuſcum Iſraël* F *diutiſſime conuerſatus, impietatem hanc ebiberat, neceſſario quæ de creatura ſcire expediebat, illiſque proponit ac diſerte docet, illam habuiſſe initium & ab vniuerſitatis Deo creatam eſſe.*

*Quem*

*Quem conditorem veneramur, iudicem futurum maximè timeamus.*

*In principio creauit Deus*, diximus quod vbi nos
73 legimus *Deum*, Hebræos habere iudices: ſed eum vnicum verbum & ſyllaba, imo & apiculus vnicus ſacræ ſcripturæ, reconditum habeat Theſaurum, Teſte D. Chryſoſt. non erit mirum ſi ex eodem nomine *Dei* diuerſos haurimus conceptus: Elohim ſecundum ſcilicet Oleaſtrum & aliquos deducitur à verbo אלה Alah quod eſt execrari ac maledicere: punitio autem quæ à iudice irrogatur, ſatis per ſe dita execratio & maledictio cenſetur reo qui punitur: dubium igitur eſt, cur primum nomen quod Deo tribuitur, legimus eſſe iudicis, quatenus punit exercetque actum iuſtitiæ punitiuæ? vt quem conditorem totius vniuerſi veneramur, generis humani futurum iudicem maximè timeamus. ſic Cardinal. Caiet. *voluit Deus, vt exiſtimaremus ad ipſum iure creationis iudicium mundi pertinere, vt ipſe idem qui orbem condidit, eo ipſo quod condidit, eundem iudicaturus crederetur.*

Chryſ. hom. 18. in Gen.

Card. Caje.

*Deus in inſtanti nos iuſtificat.*

74 *In principio creauit Deus*, diximus ſuperius nomen *Deus* Hebraice eſſe iudices, dubium idem proponitur cur in principio creationis in quod ſolum eius omnipotentia & amor agnoſci deberet, iudicis nomen ſeuerum aſſumit? non ignoras creationem non requirere tempus, ſed in inſtanti fieri, ſit igitur reſponſio: ideo in principio creationis appoſuiſſe nomen iudicis, cuius eſt proprium iuſtificare, vt intelligeremus quod ſicut in creando non requiritur tempus, ſed in inſtanti poteſt fieri, ſic noſtram iuſtificationem eodem inſtanti fieri non repugnat, vnde D. Petrus Chryſol. ait, *fratres pœnitentes reuertamur, & de arcto temporis non pertimeſcamus, quia auctor temporis neſcit arctari*, quaſi diceret, ne conuerſionem noſtram retardet breuitas temporis, Deus enim tempore non indiget, vt nos iuſtificet.

Petr. Chryſol. ſer. 177.

*Deus, beneficiis in nos collatis, ſuum cultum amplecti nos aſtringit.*

*In principio creauit Deus*, in expoſitione textus di-
75 ctum eſt à nobis nomen Elohim ab El deduci & ala, id eſt obligauit & aſtrinxit; ſed cum plura illius nomina vt clementiæ, bonitatis, & amoris hominibus ſint chariora, cur illis prætermiſſis nomen ſignificans fortem & aſtringentem aſſumit? ideo hoc nomen ſumpſit, quia cum Deus ſuam potentiam, virtutem, & bona omnia det atque conſeruet creaturis, per hoc eas ſibi quaſi iuramento obſtringit atque obligat ad ſui cultum, obedientiam, timorem, fidem, aliáſque virtutes ſummopere colendas.

*Deus maximè otium abhorret.*

76 *In principio creauit Deus*, circa hunc ordinem verborum dubium mouere poſſumus, cur nomen Dei non appoſuit priuſquam verbum creauit? dicens in principio Deus creauit cœlum & terram? non enim propoſitio eſſet obſcurior aut inelegantior: nota

A quod *creare* operationem & actionem dicit; ideo igitur prius verbum *creauit*, quod operationem & actionem ſignificat eſt poſitum, quam nomen *Deus*, quia Deus otium abhorret, actionemque diligit vt ſuum nomen pronuntiari noluerit actione non prius appoſita & otio expulſo. ita D. Theoph. *primo quidem eius principium & eius creationem nominauit, deinde ipſum poſuit, non enim eſt fas Deum temere & otioſe nullo opere ſubiecto nominare*,

Theop. Patriarch. Antioch. lib. 2. ad Autoly.

*Deum eſſe credere, non autem curioſe quid ſit*
B *inueſtigare debemus.*

*In principio creauit Deus*, miror cum vnicum Deum omnibus colendum proponere voluerit, quo- 77
modo quid ſit hic Deus, antea non aperuerit? dicens cum D. Leone, Deus eſt cuius natura eſt bonitas, cuius voluntas potentia, cuius opus miſericordia, ſic ſic enim intellectus quietaretur agnoſcens eius quidditatem, & voluntas ardentius ferretur in eius amorem: omitto quod de eo dicat D. Auguſt. in meditat. Deus eſt quem nullus attingit, quia incomprehenſi-
C bilis; nec intellectus, quia inueſtigabilis, nec ſenſus percipit, quia inuiſibilis, nec lingua enuntiat, quia ineffabilis; nec ſcriptura explicat, quia inexplicabilis; ſed ideo Moyſem non aperuiſſe quid ſit Deus, ſed ſolum quod ſit Deus, quia Deum eſſe credere, non autem quidditatem eius curioſè inueſtigare debemus, vnde optime Ferus, *hic non opus eſt inquirere curioſè quid ſit Deus: qui enim id perſcrutari conantur ſupprimentur à maieſtate; requiritur à nobis vt Deum eſſe ſciamus, non vt quid ſit indagemus.*

Ioan. Feruſ.

*Apud Deum latiores ſunt fines benignitatis quàm dominij.*

*In principio creauit Deus*, creatio illius omnipo-
D tentiam annunciat, qua non poteſt excedere fines 78
creaturarũ, ſed quæſo paternáne benignitas diuina iis limitibus reſtringitur? exceditne creaturarum obiectum? imo ipſum creatorem attingit, non etiam Dei patris eſt illa mirabilis benignitas quæ ſe non extendit ad quid creatura maius: ſic enim (inquit Ioannes) Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vbi D. Chryſoſt. hom. 26. ponderat vt filium ſuum vnigenitum daret, non ſeruum, non Angelum, non Archangelum: ſed præ aliis optime diſſerit de hac veritate. D. Cyrill. Alexand. lib. 2. in Ioann. cap. 51. cum ait, *vt ergo mirabilis ſit hæc Dei*
E *Patris charitas, filius non creatura eſſe creditur, filium autem eum dico, qui cum ex ſubſtantia patris ſit, Genitori eſt conſubſtantialis, & verus proficiſcitur Deus, nam ſicut vos dicitis, ex ſubſtantia Dei patris non eſt, non poterit ſecundum naturam filius Dei eſſe, ita mirabilis illa charitas patris, nullius eſſe videbitur, creaturam enim pro creaturis, non verum filium dedit*, expende illud, nimirum, *Charitas patris nulla eſſe videbitur, &c.* quaſi nequeat mirabilis Dei patris charitas æſtimari, quæ non ſupra omnes creaturas ſe extendit, & increata Dei bona præſtat. Et
F quidem dominij diuini latitudo, etſi maxima, etſi coniuncta omnipotentiæ, tamen ſupra creaturas omnes non peruenit, at diuinæ & paternæ charitatis fines non in creaturis ſiſtunt, ſed vſque ad increata perueniunt.

Ioannis 3.

Chryſ. hom. 26. in Ioa.

Cyril. Alex. l. 2. in Ioan. cap. 51.

## EXPOSITIO PARTICVLÆ,
### COELVM.

Coelum quod dicitur à cœlando; quia totam naturam inferiorem integraliter ambit, & in ſua continentia claudit, diuerſimode intelligitur ab auctoribus; alij eſſe Angelos, alij ſolum cœlum

Empyteum ( quod ſedes beatorum nominatur) aſſerunt: probabilius tamen exiſtimo in illo primo principio creationis, creata eſſe omnia cœleſtia corpora, à primo mobili vſque ad vltimam Lunæ Sphæram, includo etiam cœlum empyteum: quia nihil eſt factum à Deo per propriam & rigoroſam creationem, niſi in illo primo inſtanti, quidquid enim poſtea factum eſt, ex materia præiacente formatum eſt (vt omnes fatentur) ſed cœlum quoad omnia dicta corpora cœleſtia, non eſt producibile A natura ſua niſi per creationem, quia non eſt credibile Deum in prima creatione rerum, aliter cœlum creaſſe quàm natura eius poſtulet, vel quam naturæ illius conſentaneum: id enim neq; ad manifeſtā dam diuinam ſapientiam, neque omnipotentiam pertinebat, vtraq; enim magis declarabatur; ſubito & vno momento nobiliſſima corpora, nobiliſſimo etiā modo, prout natura illorum poſtulabat ex nihilo creādo ergo, &c. ſed quia aliæ ſententiæ probabilitate non carēt, omnes aliquib' animi fœdus cōprehendemus.

## CONCEPTVS IN HANC DICTIONEM, *COELVM.*

### *Vt Dei dignitas effulgeat, cælum præfertur terræ in creatione.*

79 IN *principio Deus creauit cælum*, cur in rerum creationis exordio non incœpit Moyſes potius à terræ quàm à cœli creatione, dicens creauit Deus terram? nam terra quaſi fundamentum totius mundani opificij eſſe videtur, à fundamento autem ordiri debemus, meritò cœlum terræ prefertur, vt dignitas Dei eniteſcat, cum contra humanum morem prius culmen quam fundamenta ponatur: obſeruatio eſt Theophil. Antiocheni lib. 2. ad Autolycum dicentis, *Propheta teſtatur creationem cæli factam eſſe primo, vt non hominum more fit, ſed in modum faſtigij, dicit enim in principio creauit Deus cælum, id eſt per principium conditum eſt cælum, & terram dicens intēdit fundamentum & quaſi pauimentum.* (Theo. Ant. l. 2. ad Autolyc.)

### *Deus, non ad inſtar Mathematici imperfecti, cælum condidit.*

80 *In principio creauit Deus cælum*, ſi centrum eſt principium vniuerſæ ſphæræ, terra autem ſit quaſi centrum vniuerſi, & cœlum illius ſphæra, cur Deus non à cœlo, ſed à terra duxit creationis initium? quia non vt imperfectus Mathematicus, ſed vt perfectiſſimus artifex, eo modo quo vult, cuncta format & diſponit, nullis aliorū legibus obnoxius, quod acute obſeruat Atha. Synaī. l. 1. hex. *non dicant Philoſophi feciſſe Deum cæli ortum à terra, tanquam ab aliquo centro, quoniam centrum, inquiunt, eſt principium vniuerſæ ſphæræ, non enim vt contigit in hominibus, qui non poſſunt neque circulum dirigere, neque torquem circumagere, neque punctos circuli ex æquo componere, neque lineam inflectere, & rotæ ſimilem efficere, niſi centrū medium prius fuerit infixum, ita etiam euenit hic; vt diſcas quod Deus non ſequitur naturæ conſequentiam, ſed fabricatur supernaturaliter, & non artificioſe, dicit Moyſes: fecit Deus ſphæram, deinde centrum; oporteret enim re uera dicere, fecit Deus, terram, & cælum ſeu centrum, dehinc ſphæram: nam ſi coniunctionem copulatiuam accipiunt, illudet, & ambo dicunt ſimul facta eſſe; oportebat enim vt eorum eſt ſententia prius ſignificari principium & cauſam circuli, nempe centrum ſeu terram, & magis quam centra: ſi autem ij confitentur omne centrum figi ſuper aliquod ſtabile & ſolidum, & ſic circumſcribi circumferentiam, non autem aliter: Deum autem agnoſcant ſuper aquas quæ nulli reſiſtunt concuſſioni, ſed ſtatim funduntur & circumfluunt; non ſolum iniecisse id quod eſt denſum ac graue, ſed etiam in his humidis ſolidare multitudinem, quemadmodum non conceſſerint eum excitare cælum tanquam fornicem etiam abſque centro: nam quæ apud homines ſunt, huiuſmodi vt fieri non poſſint, apud Deum poſſunt fieri.* (Athan Sinait. l. 1. hex.)

### *Dei voluntas ipſa ſibi eſt cauſa, cur corpora cæleſtia & alia omnia condere voluerit.*

81 *In principio Deus creauit cælum*, cum ab æterno illud non condiderit, cur in mundi exordio? nam quamuis nullum eſſet, ita beatus foret & ita perfectus, ſicut cum ad extra nihil producebat, cur illud creauit non inquiramus, ſua enim voluntas ipſa ſibi eſt cauſa, cur vniuerſum fabricauerit orbem, hoc accipiant curioſi rerum inueſtigatores ab Aug. de Gen. contra Manich. lib. 1. c. 2. *Si dixerint quid placuerit Deo facere cælum & terram? reſpondendum eſt eis, vt prius diſcant vim voluntatis humanæ, qui voluntatem Dei noſſe deſiderant: cauſas enim voluntatis Dei ſcire quærunt, cum voluntas Dei omnium quæ ſunt, ipſa ſit cauſa: ſi enim habet cauſam voluntas diuina, eſt aliquid quod antecedit voluntatem Dei, quod nefas eſt dicere.* (Aug. l. 1. c. 2. de Gen. contra Manich.)

### *Angeli ita perfecti vt quaſi Dij opus ſint habere.*

82 *In principio Deus creauit cælum*, plures inſignis doctrinæ patres (pro quibus vnus ſufficiat Aug. lib. 11. de ciuit.) tenent per ipſum cœlum Angelorum creationem intelligi, dubium eſt, cum ſint creaturæ multo nobiliores ſenſibilibus & corporeis, cur ſolis corporeis recenſitis, incorporeas, immateriales, & ſpirituales non exprimit? quia Angeli ita ſunt perfectæ naturæ vt pro Diis haberi poſſent, ſi tunc nominarentur: fatetur Seuerianus, *omiſit incorporeæ generis opificium, ad ea quæ vſui patent, narrationem intendens, vt quiſquis hæc veneraretur, non inter Dei opera referret*, quaſi diceret ſi Angelos nominaſſet, fortaſſe non creaturas, ſed tanquam Deos coluiſſet genus humanum. (Aug. l. 11. de Dei ciui. ca. 9. l. 12. conf.)

### *Angeli ita ſunt nobiles, vt quaſi teſtes ſuæ voluntatis Deus habere voluerit.*

83 *In principio creauit Deus cælum*, nonne aliquid aliud ante cœlum poſſumus dicere creatum, ſcilicet Angelos? hoc enim non offendet verbum pietatis, cum tot id aſſerant Patres. D. Baſil. hom. 1. hex. Anaſt. Syn. l. 1. hex. Cyril. in Ioan. lib. 6. c. 6. Damaſ. lib. 2 fid. Orth. c. 3. ſed cur Angeli ante cœlum conditi? quia ita perfectæ nobiliſque naturæ, vt Deus quaſi teſtes ſuæ creationis voluerit habere: non diſſentit Seue. dicens, *ante cælum facti ſunt Angeli, adfuerunt quando cætera crearentur, condebatur cælum, laudabant Angeli; cum enim ipſi ſe dum fierēt non agnouiſſent, cæli fabricam mox admirati ſunt, videntes enim micare ſolem, lunā lucere ſimul & ſtellas, obſtupebāt.* obiter nota quomodo intelligenda ſunt verba Conci. Later. ne videamur erroneè loqui, firma fide inquit, credendum Deum initio temporis ſimul vtramque (Baſil. ho. 1. hex. Anaſt. Syn. l. 1. hex. Cyri. Alex. l. 6. in Ioan. cap. 6. Damaſ. lib. 2. fidei. Ort. cap. 3. Seuerian.)

de nihilo condidiſſe creaturam ſpiritualem & corpoream, Angelic. & mũdana quæ verba ſecundũ D. Tho. & plures alios obiter tantum dicta ſunt de Angelis, propter vero contra Orig. qui ſenſuit animas creatas eſſe ante corpora, tum etiã non dicimus aliqua prioritate temporis prius creatos quam cœlum.

*Angeli miniſterio noſtro dicati.*

84 *In principio creauit Deus cœlum*, quamuis in ſuperiori conceptu diximus angelos fuiſſe creatos ante cœlum, tamen eſſe ſimul cum aliis creatos eſt fere communis ſententia; ſed dubium eſt, cur ante alia non fuere creati, cum ſint perfectioris naturæ? quia cum nihil erat creatum nec homo, hinc eſt quod non conueniebat eos create, quia miniſterio noſtro ſunt dicati, ſic ait. Theod. *quo miniſterio fungebantur Angeli, qui creationem præcedebant? quum nullus eſſet qui indigeret aut adminiſtraretur eorum opera, ſi quidem in miniſterium hominum Deo omnia ſubeſſe dicuntur, cuius rei teſtis diuinus eſt Apoſtolus inclamans, nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi, propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis?*

Theod. q. Hep. 1.

*Angeli Dei verbo proſiluère.*

85 *In principio creauit Deus cœlum*, per cœlum diximus plures non diſſentire Angelorum naturam intelligi, quibus fauet Ioannes Mauburnus Canonicus Regul. Auguſtinienus in roſeto tit. 25. ſed cum adeo perfectæ ſint naturæ, imò ſuperiores ipſa anima rationali quæ à Deo per creationem habet eſſe, an ſolum ſuum eſſe obtinuerunt à Deo vel à ſeipſis? nullus Catholicus in dubium adducere poteſt non à ſe, ſed ab ipſo Dei verbo ſuum eſſe obtinuiſſe; *primum Angelicas* (inquit D. Gregor. Nazian. Oratione Paneg. in Chriſti natiuit.) *& cæleſtes virtutes cogitauit, atque illa cogitatio opus erat quod verbo conficiebatur ac ſpiritu explebatur: atque ita ſecundi ſplendores procreati ſunt, primi ſplendoris adminiſtri*, & Nicetas in comment. atque hic tibi animaduertendum, principem eorum quæ fiunt cauſam Patrem eſſe effectricem vero filium, perfectricem autem ſpiritum ſanctum, ita vt Patris quidem voluntate ſpiritus adminiſtri exiſtant actione vero filii in rerum natura producantur, ſpiritus autem præſentiâ, perfectionem & expletionem accipiant.

Ioan. Mauburnus. — Gre. Naz. oratione paneg. in Chriſti natiuit. — Nicetas comment. in cit. Patrem.

*Magna eſt dignitas Angelicæ naturæ.*

86 *In principio creauit Deus cœlum*, quod diximus Angelos denotare, nonnè ab aliarum creaturarum productione mundum exordiri potuit Deus quàm ab Angelorum creatione? ab eis exordium ſumit vniuerſi, vt quantæ dignitatis ſunt, nobis maneret apertum, *grandis hic*, (ait Mauburnus Abb. in roſeto titulo 25.) *dignitas notatur Angelicæ naturæ, tamen dicitur & primo omnium formata à Deo.*

Mauburn. Abb. in roſet. tit. 25

*Potentia Dei in Angelorum creatione manifeſtatur, & ſuæ bonitatis communicatio.*

87. *In principio creauit Deus cœlum*, nempè creaturam ſpiritualem, nonnè ſufficiebat dixiſſe, quod ſolum ſenſibilem? tum etiam, cur Angelis ſuum eſſe communicat non ſolum infimam, ſed etiam ſupremam nempè Angelicam producit, vt eorum creatione ſua magis exprimatur potentia, ſuæque bonitatis communicatio, *prima pars huius conceptus*, eſt citari Abb. *In principio Deus creauit cœlum & terram id eſt ſpiritualem & Angelicam naturam, ad maiorem ſuæ po-*

Abb.



*tentiæ expreſſionem & elucidationem*, 2. eſt etiam cit. Nazian. *quoniam bonum in ſe quaſi ſolum ſatis erat, ſua ipſius ſolum contemplatione mouere, ſed bonum diffundi propagari oportebat, vt plura eſſent quæ beneficio afficerentur, id enim ſummæ bonitatis erat primum Virtutes cogitauit.*

Cir. Naz.

*Angeli non ex aliquo, ſed ex nihilo.*

*In principio creauit Deus cœlum*, ſed ô Moyſes cur nobis non aperis quodnam eorum fuerit principium? nullum aſſignat poſitiuum, ex nihilo enim producti fuère, ita Cyril. Alex. lib. in Geneſ. *oportet enim hunc ſermonem ad illa quæ modum humani generis ſuperant redigere, ſcilicet ad beatos Angelos qui à Deo facti ſunt atque ex nihilo producti, Angeli, Archangeli Throni, Poteſtates, Virtutes atque principatus, ipſa quoque ſuperna Seraphin.* 88

Cyril Alex. l. 1. in Gen.

*Angeli modo ineffabili prodière & ſimul.*

*In principio creauit Deus cœlum*, ſi per illud Angelus intelligimus, quonam modo producti fuère? Moyſes enim id non aſſignat, & ſi eorum pene infinitus eſt numerus, an eorum creatio fuit ſucceſſiua? cum viri & fœminæ productionem hoc modo ſe habuiſſe conſpiciamus? vtrique difficultati ſatisfaciens, dico Angelos ineffabili modo produiſſe non ſucceſſiue, ſed ſimul, primum teſtatur D. Chryſoſt. hom. de lapſu hominis, *fecit Deus Angelos miro & ineffabili modo, dicente Propheta, qui facit: Angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos ignem vrentem*, ſecundũ vero Athaſ. ſerm. 3. contra Arri. *ex creatione mundi viſibilis, inuiſibilis, ac ſimul hoc genere operum intellecta contuemur, colligimuſque, ne illic quidem quidquam ſeorſim in ſuo genere aut prius, aut poſterius creatum eſſe, ſed omnia ſimul quæ einſdem conditionis ſunt extitiſſe.* 89

Chry. ho. de lapſu hominis. — Pſal. 103. — Atha. ſe. 3. cont. Ar.

*Differentia ſexus in Angelis non reperitur.*

*In principio creauit Deus cœlum*, certum eſt marem & fœminam in hominum natura conſtituiſſe, ſed an idem in Angelica dicemus contigiſſe natura? vnde enim innumera ſpirituum multitudo? à Deo ſinè primo & vnico eorum efficiente principio, nullum maris & fœminæ diſcrimen conſtituente, hoc diſertiſſime tradit D. Theod. lib. de Diis & Angelis. *Angelicam incorpoream naturam in mares fœminaſque non diſtinguimus: hac enim ſexus diſcretione indiget eorum natura, qui ſubiecti mortis legibus viuunt, Angelis autem quos immortales creauit Deus, fœmineus ſexus omnino illis ſupereſt; neque enim augeri propagarique indigent, qui decreſcere comminuique non poſſunt, neque item commiſceri opus habent, quæ corporum ſunt vxores.* 90

Theod. li. de Diis & Angelis. — Angeli immortales.

*Incarnatio in remedium generis humani ab initio figuratur.*

*In principio creauit Deus cœlum.* Anãſtaſ. Synaïta, exiſtimat his verbis ſignificari diuini verbi incarnationem, fecit inquam cœlum, id eſt placuit Deo vt fieret cœlum tanquam Deus, & terra nempè Ieſus homo; ſed quorſum ſtatim ineunte mundi ætate myſterium incarnationis, adumbratur? nam cum incarnatio facta fuerit in ſalutem generis humani, genus autem nondum collapſum fuerat in Adam, non videtur quod exprimi ſignificatiue deberet ante peccatum? nota quod prudentiſſimus Medicus ante infirmitatem præparat diſponitque remedium futuræ infirmitatis: aſſerimus igitur ideo incarnationem adumbratam fuiſſe in principio mundi, vt Dei 91

Ana. Syn. lib. 1 hex.

amore erga nos declaretur, qui ante peccatum ac infirmitatem de remedio præuideat: ſic citatus Anaſt. A
*ſciebat Deus fore vt hæc ſenſibilia paterentur, & male aſſicerentur, & corrumperentur à peccato Adæ, quare ſua benignitate præuenit malè, quod mundus erat paſſurus, incurſionem, ante vitium & morbum parat remedium*, deinde addit, *quando ergo cœlum & terram conſtituit, & quæ ſunt cum eis, etiam contexit myſterium incarnationis.*

*Deus adimit occaſionem incidendi in idololatriam.*

92 *In principio creauit Deus cælum*, cur cœlum corruptionis expers perpetuò mobile efficit? terram autem corruptioni obnoxiam immobilem? cur cum immobili natura corruptionem adiunxit, & cum immobilitatis experte motum? ideo motum incorruptibili, immobili autem corruptionem adiunxit, vt à nobis omnem incidendi in idololatriam, occaſionem adimeret, ne aliquid diuinum præter eum existimaremus. Sic D. Greg. Niſſ. cap. 1. de hominis opificio, *hoc haud dubiè prudentia ſingulari inſtituit, ne homines in rebus creatis quas cernimus, eſſe aliquid perpetuò immutabile animaduertentes, naturæ hoc ei tribuentes, ideo pro Deo colerent; non enim vero conſentaneum videri poteſt, & diuinitatem ineſſe, quæ vel motui vel mutationi obnoxia ſit, iccirco terram ideo firmam videmus, & mutationibus obnoxiam, cælum contra cum ſit omnis expers mutationis, nunquam quieſcit; nam neque res quietis omnis expers, atque item ea quæ mutationi obnoxia eſt, habere aliquid diuinitatis poteſt.*

Greg. Niſſ. c. 1. de hominis opificio.

C

*Concionator auditoribus ſe attemperet.*

93 *In principio Deus creauit cælum*, ſi Angeli & Archangeli ſunt perfectiſſimæ creaturæ, & in entitate ipſos orbes cœleſtes excedant, & eos Deus in principio creauit; cur Moyſes talem iniuriam eis irrogat, vt eorum creationem taceat ſola creaturarum ſenſibilium memorata? nota Iudæos quibus loquebatur Moyſes, fuiſſe rudes, & omnino carnales: ſit igitur reſponſio: ideo non Angelorum tunc creationem retuliſſe, quia cum loqueretur rudibus, non ſpiritualium, ſed ſolum corporearum creaturarum conditionem aperuit, ſe eorum capacitati attemperans, ita D. Chryſoſt. *vide quantum docendo paruitati noſtræ ſe attemperet, nihil de inuiſibilibus creaturis diſſeruit: neque dicit in principio Deus fecit Angelos vel Archangelos: Iudæis enim loquebatur qui toti præſentibus rebus inhiabant, neque ſpirituale quicquam animo concipere valebant.*

D

Chryſoſt. in Geneſ.

E

*Bona ſpiritualia primum curare debemus.*

94 *In principio creauit Deus cælum*, cur cœlum appoſuit primò quam terram? nam Architectus primo fundamentum parat, deinde faſtigium erigit, terra autem ſe habet in fundamentum orbis, cœlum autem in faſtigium: debuit igitur aſſignare primum locum terræ quam cælo? ideo tamen prius cælum appoſuit quam terram, vt primo cæleſtia curemus & inquiramus, ſecundario vero terreſtria, ita Procop. quaſi miſeram hominum ſortem deflens qui præponunt terreſtria cæleſtibus, ait, *adhuc præſentibus inhiamus, neque diaboli verſutiam cogitamus, qui per parua, magnis ſpoliat, & lutum præbet, vt aurum rapiat: imo magis auferat cælum, & vmbram prætendit, vt virtute nos extrudat, & in ſomniis phantaſias oſtendit.*

F

Procopius.

*Pauperibus prouidit ab initio Deus.*

*In principio Deus creauit cælum*, per cælum & terram intelliguntur ea quæ omnibus communia ſunt & neceſſaria, quæ tribuit beneficentia conditoris, cum theſauros aperit, effundit opes, & quæ cæli & terræ ambitu continentur, communicat, & quæ magis ſunt neceſſaria, ſed cur quæſo, illa communia omnibus offert? & opes aliquibus ſolum diſtribuit? nota ſi aliquibus illa ſolùm communicaſſet. fortaſſe ita cupiditate tenerentur, vt alios eorum minimè participes redderent: omnibus igitur ea quę ſunt communia & neceſſaria diſtribuit, vt ſic pauperes ab aliis in his non dependerent: quod obſeruat D. Chryſoſt. *ſi non eſſent communia hæc neceſſaria, fortè diuites ſola vſi auaritia, pauperes ſuffocaſſent: intuere quantum Deus ab initio curam pauperum habuerit, neceſſariáque prouiderit.* 95

Chryſ. ho. 2. ad Pop. An.

*Ab initio crux Domini deſignatur.*

*In principio Deus creauit cælum*, & terram, deinde quæ ſunt intermedia: ſed quæſo, cur ſic repræſentat creationem, vt cælum & terra quaſi altum & profundum vnius rei, deinde alia per longum & latum quaſi tranſuerſa producantur? antequam difficultati propoſitæ ſatisfaciamus, adducenda eſt expoſitio D. Hieron. circa hunc locum Apoſtoli ad Epheſios 3. vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo & longitudo & profundum & altitudo, qui ait altitudinem cœlum & ſuperos, profundum terram & inferos; longitudinem autem & latitudinem, media quę inter ſuperos inferoſque conſiſtunt, intelligimus: hoc notato: dico in cæli & terræ creatione, deinde intermediorum productione, crucem longitudine & latitudine, profunditate & altitudine conſtantem repræſentare, ſic cit. Hieron. *hæc vniuerſa & in cruce domini intelligi queant, aſcendens quippe in altum captiuam duxit captiuitatem, & deſcendit in inferiora terræ, & poſt altitudinem & profundum, in omnem terram exiit prædicatio crucis, atque ita & altitudinem & profundum & longitudinem & latitudinem tenet.* 96

Hier. in ep. ad Eph.

Hieron. cit.

*Deus ante noſtram creationem gloriam nobis præparauit.*

*In principio creauit Deus cælum*, in primo die: ſexto autem die ait Moyſes hominem eſſe formatum: ſi homo perfectior eſt ipſo cælo, cur primo homo non producitur, deinde ipſum cælũ? nota per ipſum cælum gloriam noſtram repræſentari, prius igitur iure merito creatum eſt cælum gloriam ſignificans, quam homo, vt illico formatus ad illud poſſidendũ quaſi iam ſibi deſtinatum incitaretur, cõuenit Ferus, *in hoc opere præter inſignem Dei ſapientiam & potentiam, videmus ineffabilem eius bonitatem, nondum homo creatus eſt, & tamen prouidebat Deus hoſpitium, quo in æternum maneret, & non qualecumque ſed cælum.* 97

Ferus.

*Cognitio inanium quæſtionum vitanda.*

*In principio creauit Deus cælum*, miror hominem eruditum in omni ſapientia Ægypti, ſicut Moyſem, ſolum dixiſſe cælum & terram creaſſe, qua de cauſa terræ latitudinem, longitudinem, profunditatemque illius non enumerauit? &c. ideo Moyſes quamuis ſapientiſſimus ea omnia omiſit, vt doceret ea quæ noſtram ſpectant vtilitatem, cognitionemque quæſtionum inutilium vitandam inſtrueret; accipe 98

Amb. lib. 1. hex. c. 2. D. Ambroſ. certe *Moyſes eruditus erat in omni ſapientia Ægyptiorum, ſed quia ſpiritum Dei acceperat quaſi miniſter Dei, inanem illam & vſurpatoriam Philoſophiæ doctrinam veritatis ratione poſthabuit, & ea deſcripſit, quæ noſtræ ſpei accommoda eſſe iudicauit; quanihil ad nos, quaſi nihil profutura præteriit; vidit enim in ſancto ſpiritu non illas marceſcentis iam ſapientiæ vanitates ſequendas, quæ rebus inexplicabilibus mentem noſtram occupant, luduntque operam, ſed ea potius deſcribenda, quæ ad virtutis ſpectant profectum.*

*In fide à minoribus ad maiora myſteria progrediendum.*

99 *In principio creauit Deus cælum*, plures è patribus, ſicut Baſil. Theodoretus, &c. exiſtimant prætermiſſam, Angelorum creationem à Moyſe fuiſſe: quod equidem miror; nam cum eorum poſtea mentionem fecerit, potuit interrogari à Iudæis, quinam ſunt illi Angeli de quibus diſſeris, cum in totius opere vniuerſi illorum non memineris? merito illos prætermittit in initio, quia cum ſuos imbueret in fide, à minoribus ad maiora progredi debuit: fauet Procop. Gazeus in Ge. Procop. *cæterũ* (inquit) *quare harum rerum ſpiritualium mentionẽ intermiſerit? ego dicam cum Iudæis balbutientibus balbutiebat, illa ſola memorãs, quæ nõ ſupra captum ipſorum eſſe iudicabat: nullum inter Moyſem & puerorum doctorem diſcrimẽ videas, prima enim veræ religionis rudimenta populo ſuæ fidei commiſſo tradidit; haud ignorans vbi hæc didiciſſent, affuturos alios doctores, qui ad altiora myſteria ipſos eſſet deducturi, arbitrabatur enim Iudæos hiſce elementis ſeu gradibus vſos tandem audire poſſe doctrinam abſtruſiorum myſteriorum.*

C

*Cæli admiratione digni ſunt.*

100 *In principio creauit Deus cælum*, in Hebræo eſt *Samaim*, cuius radicem qui rectius ſentiunt à Samam quam à Sem deriuari arbitrantur, ſed quid Samam denotat? Pagninus in theſauro linguę ſacrę ait, quod admirari ſignificat, & optime, cæli enim omnino admiratione noſtra digni ſunt, obſeruauit Oleaſt. Hie. Oleas. *Samã deriuatur Samaim cuius ſignificatio eſt admirari, vt patet in* Iſai. 53. *Samemu id eſt obſtupuerunt ſuper te multi, quod cælum ſit corpus ſtupore & admiratione dignum, & ſecundum hoc, ſenſus eſſet, creauit Deus cælos, id eſt corpora admiratione & ſtupore digna.*

D

*Quænam ſit cælorum natura, temerè non eſt inueſtiganda.*

*In principio creauit Deus cælum*, quænam eſt ô Moyſes! cælorum natura? an ex elementis compacti ſunt? an quinta aliqua eſſentia? vel ex materia cæleſti vel eiuſdem materiæ cum his elementaribus? hæc omnia merito prætermittit Moyſes, nec hæc agnoſcere adeo ſoliciti eſſe debemus: nam eorum inueſtigatio curioſa, temeraria cenſetur, *ſi enim ſeparatim* (inquit D. Baſil hom. 1.) *inueſtigãda eſſet cuiuſuis earum rerum quæ ſunt, eſſentia, aut earum quas contemplamur, longum profecto atque à re propoſita ſeiunctum admodum interpretationi ſermonem afferrem; vt inexquirendis illis verba longe plura reliquis eſſent conſumenda, quæ de ſingulis eorum quæ quærimus dici poſſunt; adde etiam neque vllum operæ pretium ad ædificationem Eccleſiæ tale ſtudium negotiumque conferre, hæc eadem de cæli natura dicamus.* 101 Baſil. hom. 1. in hexa.

*Bona quæ non à Deo proficiſci videntur, inſtabilia ſunt.*

*Creauit Deus Cælum*, poſt hæc ait, fecit duo luminaria, fecit firmamentum; poſt hæc ſtatim ait, germinet terra herbam virentem, inſuper addit, producant aquæ reptilia; vbi Deus ſuis manibus cælum & ſtellas & firmamentum condidit, permiſit terræ & aquis, quod herbas & reptilia producerent, cur non magis Deus per ſe omnia condidit? merito diuinæ manus abſtinuere à condendis herbis reptilibuſque, quia corruptioni facile ſubiacent, ſic Rupertus fatetur; *quæ mouentur in terra & in mari, non manent, idcirco cautum eſt, vt non dixerit Deus fiant reptilia, quorum eſſe cito præterit, ſed dixit Deus, producant aquæ reptilia*, à corruptibilium mobiliumque bonorum productione, cauit Deus, abſtinuerunt diuinæ manus, vt quæ per ſe ſolas neſciant, niſi ſtabilia & firmiſſima bona præſtare. 102 Rup. Abb.

# EXPOSITIO PARTICVLÆ,

## *ET TERRAM.*

TErra, quæ à terendo nuncupatur, quia mortalium pedibus teritur, non eſt materia quædam informis, ex qua cætera corpora creata ſunt, quæ velut corpulenta quædam maſſa rudis & indigeſta, totum illud vacuum quod infra cæli ambitum continetur, occupabat: materia enim ex natura rei non poteſt ſine forma conſeruari aut eſſe, quia naturaliter poſtulat coniunctionem cum forma, & ab illa dependet; at in prima rerum creatione non ſunt fingenda miracula ſine cogente fundamento: non eſt igitur cogitanda materia informis, vt pro aliqua duratione reali, ſine omni forma exiſteret; hoc enim miraculoſum ſeu præter naturale eſt; terræ igitur nomine proprium, verum & ſpecificum elementum terræ intelligendum venit: nam verba Geneſeos narrationis hiſtoricæ ſunt, & ideo cum proprietate intelligenda; non autem dicit Moyſes Deum creaſſe materiam, ſed terram, quæ non tantum materiam, ſed etiam formam includit: quamuis autem productionis aquarum non fiat mentio, nihilominus in eodem principio, elementum aquæ in propria forma à terra diſtinctum creatum eſt; quia licet in illis primis verbis non exprimatur creauit Deus cælum & terram, nihilominus ſub extremis media E intelliguntur, teſte D. Baſilio; tum etiam quia ante aliud opus in eo factum, addit Moyſes ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas, quod de aqua elementari & propria intelligendum eſt, tunc igitur factæ erant aquæ, & non poſt primum inſtans creationis, quia illa tota narratio ad opus in principio factum refertur, poſt illud autem primum inſtans, nihil Deus fecit vſque ad productionem lucis; intelligendum eſt igitur aquam factam eſſe in primo inſtanti.

Idem ſentias de aëre & igne, quia poſito vno contrariorum in rerum natura, conſequens eſt vt aliud F etiam ponatur; ne ſi vnum dumtaxat fuerit, trahat ad ſe omnia, & in ſe vnum conuertat: ſed vtrumque contrarium facit, vt mutuâ vtriuſque concertatione, vis eorum temperetur, quare ſi terra eſt opus grauiſſimum & infimum, erit quoque ignis leuiſſimus corporum, ſupremumque locum appetens, hæc ſi fuerint extrema, neceſſe eſt alia duo, quæ

ſunt intermedia non deeſſe, ſcilicet aërem & aquam, de qua iam dictum eſt; præſertim cum ſecundum qualitates actiuas, aqua ſit contraria igni, terra vero A aëri, tum etiam quia creatis duobus elementis, alia etiam duo ad complementum quaſi eſſentiale vniuerſi neceſſaria fuere.

## CONCEPTVS IN HANC PARTICVLAM, *ET TERRAM.*

### *Deus in ordine creationis mundi, cognoſcitur.*

103 IN *principio creauit Deus cælum & terram*, cur non dixit Moyſes fecit terram, deinde vltimo loco cœlum? nam in ædificiis prius fundamentum conſtituitur, quam culmen vel tectum domus apponatur, culmen autem huius mundani opificij eſt cœlum, terra autem quaſi fundamentum, deberet ergo prius dixiſſe, creauit Deus terram & cœlum quam è contra: Reſpondeo verum eſſe in humanis ædificiis ita ſe rem habere, non vero in mundi opificio, vt ex illius modo, diuina natura cognoſcatur, ſic. D. Chryſoſt. *oſtende nunc, quomodo ex ipſo mundi opificij modo, diuinæ naturæ dignitas innoteſcat, nam Deus præter humanum morem ſuum perficit ædificium, prius cælum extendit, poſtea & terram ſubſternit, prius culmen & poſtea fundamentum, quis tale quid vidit? quis audiuit in hominum operibus? nihil vnquam fuit, ſed volente Deo, voluntati eius parent, & cedunt omnia; ne igitur humanis rationibus diuina opera curioſius examinemus, ſed ex operibus manu ducti admiremur artificem.*

Chry. in Ge.

### *Deus mirabili vnione mundum condidit.*

104 *In principio Deus creauit, cælum & terram*, cum ignis ſit inter Elementa perfectiſſimus, cur Moyſes cœlo non adiunxit dicens, creauit Deus cœlum & ignem, & non terram omnium viliſſimam & infimam? nota quod terra fœcundiſſima, ignis autem ſterilis, dico igitur terram & cœlum creaſſe tanquam marem & fœminam, vt fœcundiſſima vnione omnia multiplicarentur; ſic catena Græca, *duo hæc extrema continent cætera omnia, habentque ordinem maris ad fœminam; cælum namque dat omnibus ſuo motu vires atque potentias, terra ſua ſtabilitate fluxus illinc excipiens, gignit fouetque cuncta.*

Cate. Græ.

### *Deus non ſolum amicis ſuis, ſed & impiis confert beneficia.*

105 *Creauit Deus cælum & terram*, ſine dubio admonet nos hac priori ſententia, largiſſimus ille orbis terrarum Pater, non eſſe ſteriles, neque apud nos retinere, quæ proximis noſtris vſui eſſe poſſunt, quando ipſe tam munificè quæ apud illum delitescebant, effudit; ſed quæ ſunt illa quæ tam abunde pius pater effudit? nunquid æs, argentum, aurum pretioſique lapides? abſit, ſed quæ? cœlum & terra & quæ cœli terræque ambitu continentur, quibus neque aurum, argentumue comparari poſſunt; ſed quibus quæſo? nunquid amicis, aut domeſticis? nunquid ſolis iuſtis cælum & terram condidit? non equidem, ſed omnibus etiam impiis & ſceleratis, teſtis eſt ipſemet Deus Deuter. 4. *cum ait*, caue (inquit) *tibi ne forte eleuatis oculis tuis ad cælum, videas ſolem, & lunam & ſtellas, omnemque ornatum cæli, & errore deceptus adores ea, & colas ea, quæ creauit dominus Deus tuus in miniſterium cunctis gentibus*, non inquit amicis, non ſanctis & iuſtis, ſed cunctis gentibus etiam idololatris & maximis peccatoribus.

Deut. 4.

### *Mundus ipſe, ſe ab alio quàm à Deo non potuiſſe produci proclamat.*

106 B *In principio creauit Deus cælum & terram*, illud cœlum quod perpetua mobilitate circumfertur, & terra quæ tantarum rerum pulchritudine adornatur, infinitiſque tum florum, fructuumque generibus fœcunditur, innumeraque terreſtrium multitudine animalium redundat, quid clamant, an improducta, vel ab alio creata? ſi credimus Philoſophis, primum aſſerent, ſed fidem D. Auguſt. adhibere libet dicenti, *mundus ipſe ordinatiſſima ſua mutabilitate, & viſibilibus omnibus pulcherrima ſpecie, quodammodo tacitus factum ſe eſſe, & non niſi a Deo ineffabiliter atque inuiſibiliter magno, ineffabiliter atque inuiſibiliter pulchro, fieri ſe potuiſſe proclamat.*

Aug. li. 11. de Ciui. cap. 4.

C

### *Mundus non eſt vnitas vt Deus, ſed dualitate & principiis conſtat.*

107 *In principio creauit Deus cælum & terram*, cur non dixit vates vnica voce, Deus mundum condidit, non autem duabus cœlum & terram creauit? quia mundus non eſt vnitas vt Deus, ſed dualitate conſtat & principiis: hoc docet (Teſte Aſcanio) Conſtantinus Ruſconus Brixienſis Cano. Reg. Auguſtinianus Lateranenſ. in commentariis manuſcriptis, in Geneſ. dicens, *creatura non vno nomine, ſed duobus exprimitur, creator autem vno, quia vnitas eſt eius quod eſt, dualitas* D *autem eius quod fit: non componitur ex potentia & actu, vel ex materia & forma: vniuerſitas igitur conſtat ex cælo & terra, vt extremis partibus ſumme diſtantibus, ſummo ſcilicet & infimo, quorum alterum, forma, lucis, vita, virtutis, atque decoris eſt elementum, alterum verò omnium contrariorum aptum, vt proportione ſua quæque recipiat ex communi influentia, vniuerſitas ergo creatura vnum non eſt, ſed unum primum, deinde plura, primum ergo occurrit menti cogitantis de eo quod factum eſt cælum & terra, id eſt prima dualitas, qua extremæ partes mundi continentur, quæ nullo nomine communi explicari poſſunt, quo aliquid mente definiatur, vt poſſit ſine* E *appetitus quieſcere: quia nulla res exiſtens intelligitur, ſi cogitetur nomen vnum quod nihil vnum reipſa demonſtret:* ſed dices mundus vnus eſt ab vno (vt inquit Mercurius) & auctoris retinet imaginem, ergo vna etiam voce conuenienter hoc loco exprimi potuit? ſicut & aliis pluribus locis, vt cum dicit Ioannes mundum à verbo factum eſſe, Reſpondetur idem eſſe mundum quod cœlum & terra eſt, ſed in principio non debuit vna voce mundus proponi, quia nihil re conſtans intelligeretur, cum partes ſint priores quàm ipſum totum, Ioannes autem quia iam F partes mundi plurali numero expreſſerat, cum diceret omnia facta eſſe per ipſum verbum, aptè poſtea vno nomine mundum retulit: cum ergo vellet Propheta mundi originem explicare, non autem ipſum mundum ſuis partibus abſolutum, non potuit aptius rem explicare quam eas primas partes referendo, quæ omnino omnium exordia continent, neque in priores vllas partes rediguntur, cum ipſæ ſint prima mundi elementa à quibus cætera deducta ſunt.

Aſcanius Conſtantin. Ruſconus Brixienſis Cano. Re. Auguſt. in commentariis manuſcriptis in Gen.

Ioan. 1.

*Mundus vnus eſt.*

108 *In principio Deus creauit cælum & terram*, cùm plures ſint cœli, & terrarum pluralitas, cur non dixit Moyſes Deum cœlos & terras creaſſe, aduerte aliquos Philoſophos mundorum pluralitatem poſuiſſe, quos Hermias in libro cuius titulus eſt Philoſophorum Gentilium irriſio, enarrat, eorum contrarietatem in eorum numero aſſignando refellit; merito igitur non cœlos & terras creaſſe Deum aſſerit Moyſes, ne plures mundos, ſed vnum eſſe intelligeremus, legatur Philo. lib. de Mundi opificio dicens, *propter traditam à Moſe creationem, præclariſſima & omnium optima edocti ſumus, primum eſſe & ſubſiſtere in rerum natura aliquod numen, aliquam diuinitatem*, &c. deinde ſubiungit, *quod etiam vnius ſit iſte mundus, quia creauit hunc ipſum, quem fecit.*

Hermias in l. cuius titulus eſt Philoſophorum Gentiliũ irriſio. Philo Iudæ. li. de mundi opificio.

*Qui infœcundus eſt in reddendis gratiis, à creaturis excluditur.*

109 *In principio Deus creauit cælum & terram*, ſi inter elementa nobiliſſimum locum tenet ignis, quomodo illius non meminit Moyſes cum abiectiſſimum & viliſſimum tamen propoſuerit? nota quod C ignis de ſe infœcundus eſt, nihil gignit, imo omnia deuorat, ſymbolum & typus animi ingrati, qui beneficia accepta quodammodo conſumit, & infœcundus eſt in actionibus gratiarum ſoluendis; quo poſito cur non dicemus illius mentionem iure merito non fieri, quia ingratus indignus eſt vt in numero creaturarum cenſeatur, ita Rupertus, vbi loquens de igne ſterili, ait, *nihil ex ipſo gignitur, ac proinde de hoc elemento non incuria ſiletur*, D. Baſil. hom. 1. hexam. *dignum eſt id admiratione, quonam pacto cum in ipſis corporibus innoxius latitet ignis, ideo cum egreſſus fuerit, ipſa quoque abſumat, à quibus eatenus ſeruatus eſt*, an maior ingratitudo poteſt excogitari? D

Rup. l. 1. in Geneſ. Baſil. ho. 1. hexa.

*Gratus omnes alias creaturas præcedat.*

110 *In principio Deus creauit cælum & terram*, antecedenter dictum eſt, ideo ignis mentionem non feciſſe Moyſem, propter ingratitudinem: ſed cum alia ſint elementa aër, aqua, cur priori loco terræ quam aliorum mentionem fecerit? aër enim dignior eſt terra: nota quod terra ſuſceptum ſemen multiplicatiori ſolet numero reddere quam acceperit, grati animi vere typus; reſponde igitur Moyſem inter alia elementa, terræ principalem locum dediſſe, quia gratus omnes alias creaturas præcedere debet, vnde D. E Ambr. lib. 1. Offi. c. 31. ait, *terra ſpontaneos fructus germinat, aut creditos vberiore cumulo refundit ac reddit, vtrumque debes quodam hæreditario iure parentis, eſto tamen vt aliquis excuſare poſſit, quod non dederit, quomodo excuſare poteſt quod non reddiderit? non dare cuiquam vix licet, non reddere non licet.*

Ambr. li. 1. Offic. ca. 31.

*A creaturis Deum iudicem habemus, à Ieſu vero patrem benignum.*

111 *Creauit Deus cælum & terram*, in nomine Elohim iudicem agnouimus, & Oleaſter vindicem: ſed cur F nominatis cœlo & terra, ſimul iudex exprimitur? vt nulla à Deo pro ſeat creatura, quin tibi iudicem, & iniquitatum tuarum vindicem non inſinuet: nam terram, recoram iudice ſiſtere certum eſt tanquam accuſatricem, Eccleſ. c. 1. generatio præterit, generatio aduenit, terra autem in perpetuum ſtat. Expende illud quod *terra ſtat*, ſtat equidem vt fortiſſima

Eccle. c. 1.

A accuſatrix iniquitatum noſtrarum, ſtat nos apud iudicem accuſans & conuincens: ſic Olimpiod. ibi: *terra quidem in perpetuum ſtat accuſatrix veſtri effecta, in qua nefaria opera perpetraſtis*, nec ſola terra, ſed cum terra vniuerſæ aliæ creaturæ quæ ſunt in cœlo, & quæ ſub cœlo ſunt: habes apud Luc c. 16. *homo quidam erat diues, & habebat villicum, & hic diffamatus eſt apud eum*. Ecce tibi apud diuitem rerum omnium dominum, miſer homo temporalium bonorum adminiſtrator infamatur, quaſi amiſſæ ſubſtantiæ omnis dilapidatæ reus. Expende quod ait, B *diffamatus eſt*, vbi fama loquitur, non vnus aut alius loquitur, ſed vniuerſi cenſentur eadem verba facere, ideo accuſatio hominis apud Deum per famam dicitur facta, neque cenſeatur eſſe creatura quæ hominis geſti apud ſeueriſſimum iudicem non loquatur, ait Chryſolo. ſerm. 125. *Clamabat terra, clamabat cælum dolebant Angeli, quando iam tota ſaculi fama loquebatur.* Sed ſi à creaturis omnibus Deum iudicem habemus, à quonam patrem benignum mutuabimus? certè à Ieſu ſaluatore noſtro, per quem iudicem & vindicem fugiemus, ad patrem introitum habebimus, fauet Paul. ad Ephe. c. 2. *& veniens Ieſus euangelizauit pacem vobis, qui longe fuiſtis, & pacem his* C *qui prope, quoniam per ipſum habemus acceſſum, ambo in vno ſpiritu ad patrem*, dum cætera omnia adſunt, ad iudicem vocamur, nihil non ad iudicium ſeuerum pertinens attingere poſſumus, dum venit Ieſus, ſtatim ſuggerit, ad illumque pandit introitum.

Olimp. in c. 1. eccleſ. Luc. 16. Pet. Chryſ. ſerm. 125. Paul. ad Epheſ. c. 2.

*Abſentia Dei, noſtra inanitas & ſterilitas eſt.*

*In principio creauit Deus cælum & terram*, & paucis interiectis, poſtquam terram oſtendiſſet aquis 112 immerſam, pergit Moyſes dicens, dixit Deus, congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida: nunc inquires, quare cum dicitur Deus creaſſe cœ- D lum & terram, non addidit Moyſes aridam? ſed ſolum ita eam nominat, cum à cœlo ſeparatur, quamuis paulo antea fuiſſet aquis immerſa? ait D. Anaſt. Synaïta hoc loco, *adnotare oportet quod quando Deus fecit terram cum cælo, non appellatur arida, quando autem fuit ſuffocata tenebris quæ ſuper eam erant, & aquis, facta eſt arida*, & optime, nam vbi terra à cœlo ſeparatim exhibetur, etſi ſubmerſa aquis, arida eſt & vacua; quandoquidem ex cœlo ſolum poteſt accipere plenitudinem & decorem: ſi ergo homo qui eſt terra, Gen 3 ſecundum 70. terra es & in terram ibis, ſeparatur & longe eſt à cœlo, nempe Deo, aridus & vacuus omnino apparebit. E

Anaſt. Syn in hexa.

*Cognitio quæſtionum inanium vitanda.*

*In principio creauit Deus cælum & terram*, cum 113 ſint tantæ contentiones in numero cœlorum inquirendo, aliquibus (teſte D. Aug.) appellatis Baſilidianis, tenentibus trecentos ſexaginta quinque cœlos, quo numero annus dierum includitur, aliis vnicum, aliis vel maiorem numerum vſque ad triginta extendentibus; cur eorum numerum non aſſignauit, vt tot contentiones ſoluerentur? cum nos inſtrueret de fide, à quæſtionibus inanibus ſuperſedere decreuit: F *nam verboſis contentionibus* (inquit D. Theod. q. 3. in Gen.) *inſiſtere, quæ ad nihil aliud proſunt quam ad ſubuerſionem audientium, expreſſe prohibet diuinus Apoſt. 2. Tim. 2*, quem locum explicans D. Aug 4. de do. Chri. c. 28. ait, *in ipſo ſermone malit doctor Eccleſiaſticus rebus placere quam verbis, neque exiſtimet dici melius, niſi quod dicitur verius, nec doctor verbis ſeruiat, ſed verba doctori.*

Aug l. vno indicis Hæreſ. Theod. q. 3 in Gen 2. ad Tim. cap. 2. Aug. 4 de do Chriſt. cap. 28.

*Omnia creata ad amorem Dei nos prouocant.* A

114 *In principio creauit Deus cælum & terram*, ad quid hæc hiſtoriæ creationis narratio? an nuda & ſimplex? tibi ſimplex videbitur, cum nihil aliud referat Moyſes quam ſex dierum creationem, omniumque creaturarum nudam proponat hiſtoriam: exiſtima tamen maxime doctrinalem, vtilitatique tuæ conſcriptam, vt conſiderans cœlum tam eximium, terramque ita fœcundam propter te creatam fuiſſe, ad amorem tui conditoris inciteris. quod D. Chryſo. recte animaduertit dicens: *cum audieris quod cælum*

Chryſ. ho. 7. ad Pop. Antioch. *& terram, & omnia quæ generaliter videntur, propter te, tuamque ſalutem & honorem Deus creauit, non magnam capis conſolationem, & maximam dilectionis Dei demonſtrationem hanc ſuſcipis? cùm cogitaueris, quod tantum & talem mundum, tam pulchrum, & admirabilem propter te puſillum in medium protulit: cum igitur audieris in principio creauit Deus cælum & terram, ne ſimpliciter dictum prætercurras, ſed terræ magnitudinem mente percurre, & reputa quam lautam nobis & opimam produxit menſam, & multam paßim nobis præbuit delectationem.*

*Omnia bona creata ſi Deo comparentur, vanitas.*

115 *In principio creauit Deus cælum & terram*, de hoc cœlo & terra loquens in fine capitis Moyſes, ait, vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona: ſed hoc teſtimonium Moyſis nobis difficillimum videbitur, ſi alteri Eccl. 1. comparemus, *vanitas va-*

Eccleſ. 1. *nitatum & omnia vanitas*, cœlum igitur vanitas, terra vanitas, quod autem vanitas non poteſt dici valde bonum; certum eſt quod in ſe omnia creata bona ſunt, ſi vero Deo conferantur, vanitas. lege Salonium Viennenſ. Epiſc. dicentem: *cælum & terra, maria, & omnia quæ in hoc circulo continentur, per ſe quidem bona ſunt, quoniam à bono Deo creata ſunt, ſed comparata Deo, vtique pro nihilo habenda ſunt, quia ſemper permanebit Deus, id quod eſt, illa vero omnia tranſibunt, nam quæ videntur, temporalia ſunt, quia tranſitoria; quæ autem non videntur, tranſitoria non ſunt.*

*Longè excellentior eſt anima corpore.*

116 *In principio creauit Deus cælum, & terram*, quæ

Hugo à ſancto Victore in Alleg. Tilm. exponens myſticè Hugo ait, cœlum ſpiritum, terram corpus, cur corpus terræ, anima autem cœlo comparatur? anima enim aliquando pluribus ſordibus inquinatur, quæ omnino ſunt alienæ à puriſſimo corpore cœleſti, nihilominus recte confert corpus terræ, animam cœlo, quia anima ſecundum ſubſtantiam ſuam ſolum conſiderata in perfectione corpus ſuperat, ſic cit. auctor, *ſicut cælum terra ſublimius & ſolidius, ſic excellentior & dignior eſt corpore ſpiritus.*

*Iuſti merito cæli nuncupantur, terreni autem homines terra dicuntur.*

117 *In principio creauit Deus cælum & terram*, D.

Eucher. in Gen. Eucherius ſic myſticè loquitur: *fecit Deus cælum, id eſt ſpirituales, qui cæleſtia meditantur & quærunt, fecit terram, id eſt carnales, qui terrenum hominem necdum depoſuerunt*, & Hugo Catenſis ſic ait: *filius*

Hugo Car. *eſt creator cæli. id eſt bonorum, & terræ, id eſt malorum, formans lucem, & creans tenebras*, ſed cur quæſo boni, cœli nuncupantur? corpora enim cœleſtia intellectu ſenſuque carent, vtrumque autem iuſtus poſſidet, & in pluribus aliis diſſimilis eſt illis: mali etiam neſcio cur terræ conferantur? terra enim fœcundiſſima eſt in variis &

A optimis fructibus proferendis, malus autem in bonis operibus ſterilis eſt: merito tamen iuſti cœli nũcupantur: nam ſi cœlum conſtat alienum eſſe à corruptione, iuſtus nonne à peccato alienus eſt? cœli quamquam retrogrado vehantur motu, rapi tamen à ſupremo noſcuntur orbe, & cœleſtes homines quanquam naturali ferantur appetitu, à Dei tamen lege Deique voluntate rapiuntur, in ipſiſque ſpiritus promptus eſt, caro autem infirma: ſplendent cæli ſole, luna, & ſtellis micantibus coruſcant, cœleſtes homines iuſtitia Chriſti, mortificatione, & vir-

B tutum exemplis; ſunt equidem cœleſtes homines vti luminaria, quæ ſplendent in cœlo, & illuminant terram; reſident aſtra in cœlis, & tamen iis qui terram reſpiciunt, apparent ſaltem in fontibus aquiſq; limpidis, ſedent certe iuſti in cælis, ſpatianturque per eos, iuxta illud ad Philipp. 3. *noſtra conuerſatio* Ad Phil. 3.

*in cælis eſt*, nihilominus & terrenarum ſollicitudinibus obuolutis, exemplo ſunt ex claritate vitæ ſcilicet eorum ſanctæ, quæ profecto ſimilis admodũ eſt aquæ: nam ſæpius anguſtiis iactatur, ſicut aquæ à furentibus ventis ſolent cõmoueri, &c. homines autem carnales, recte terræ conferuntur, non tantũ quia

C ſicut cæteri de limo terræ formati ſunt, ſed quoniam omni affectione & ſtudio, rebus terrenis indulgeant.

*Non temere inquirendum quæ terra ſit natura, & quomodo immota conſiſtit.*

*In principio creauit Deus cælum & terram*, cum 118

tot exortæ ſint difficultates circa naturam terræ illiuſque qualitates, an immota, quomodo inconcuſſa ſubſiſtere poteſt? quomodo quidquid ad illius cognitionem neceſſarium eſt non aperit vt ingenia in aliis neceſſariis perquirendis exercerentur, merito

D hæc omnia Moyſes prætermittit, vt ſilentio ſuo nobis conſuleret, non inueſtigandum temere, quæ ſit terræ natura vel conditio, an immota, & quomodo ſubſiſtat: hoc edocet D. Baſil. hom. 1. hex. *de terra vo-* Baſ. hom. 1.

*bis ipſis conſulimus, vt ne eius ſubſtantiam, quæ illa* hexam.

*tandem ſit curioſius perſcrutemini, neue vos ipſos ratiocinationum argutiolis deteratis, atque inaniter maceretis in ipſo perquirendo ſubiecto, ſuper quo fundetur atque quieſcat: hoc enim pacto mens vertigine velut facta perturbabitur*, & D. Amb. lib. 1. hex. c. 6.

*de terræ qualitate vel quantitate tractare nihil pro-* Amb l. 1.

*deſt ad ſpem futuri, cum ſatis ſit ad ſcientiam, quod* hex. ca. 6.

E *ſcripturarum ſeries comprehendit, quia ſuſpendit terram in nihilo.*

*Terra ſtabilitatis ipſamet Dei effectrix potentia.*

*In principio creauit cælum & terram*, cum tanti

ſit ponderis terra, (nihil enim ea grauius) ſuper 119

quid fundatur? dices ſuper aquas, hoc atteſtante

Pſal. 135. *qui firmauit terram ſuper aquas* ſed ſine Pſal. 135.

dubio, ſine ſubiecto, ſtabilem reddidit, ſtabilitas autem illius, ipſa Dei potentiâ permanet, ita Chryſ.

hom. in Pſal. 103. *ſummus rerum effector ſtabili-* Chryſ. hom. in

F *tatem in ea collocauit, quænam autem eſt hæc ſtabilitas? effectoris ſcilicet potentia, in manu enim eius* Pſa. 103.

*omnes fines terræ*, ſed quia aliquid ſcrupulus remanere poſſet ex illa auctoritate adducta Pſalmi dicentis, quod ſuper aquas terram fundauit, ideo remouendus, illius intelligentiâ, ſic autem interpretantur Ruffinus in Pſ. 23. & Euthimius ibidem,

*ſuper aquas*, quia in aliquibus locis terra ſuper- Ruffinus.

eminet aquis. Baſilius & Caſſiodorus, *ſuper aquas*, Euthimius.

id eſt iuxta aquas, tandem alij *ſuper aquas* terram Baſilius.

fundatam eſſe referunt ad primum ſtatum terræ in Caſſiodorus

mundi exordio, cum vndique aquis obtegeretur &

opetitetur, & exponunt *ſuper aquas*, id eſt in aquis, A quia in medio aquarum locata erat.

*Adulator ab alis creaturis excludendus eſt.*

110 *Creauit Deus cælum & terram*, ſi mentio fit elementi terræ, quomodo aër eo dignior ſilentio prætermittitur à Moſe? nam ſi velis ſatisfacere, per ea verba ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas, à pluribus aërem intelligi, non exiguæ notæ doctores omnino contradicunt, accipiamus igitur reſponſionem D. Greg, Niſſ. hom. in hex. *ideo prætermittitur, quia fortaſſe natura molli ac facile cedenti præditus, res omnes in ſe ſuſcipit, eaſdemque præ ſe fert, cum nec colorem proprium nec figuram habeat, & ad omnium rerum quas ſuſcipit, motus ſe accommodat.* ſed quæſo, nonne eiuſmodi aër ſymbolum eſt adulatoris? qui aliorum omnes affectus in ſe ſuſcipit, & omnium moribus ſe accommodat, ſobrietatem cum ſobriis laudat: intemperans cum intemperantibus eſt, atque ad id quod cuique placet, ſuam omnino vertit ſententiam? ſed hoc audire præſtat à Petro Damiano opuſc. 22. c. 1. *Oculis gliſcit, geſtibus innuit, pendet ad nutum, ut ſic herile præceptum tanquam per ſibyllinum os phœbi præſtoletur oraculum, ire iubetur, euolat, ſtare præcipitur, ſilicem repræſentat, ſi dominus feruet, iſte ſudat, ſi ille æſtum, hic cauma conqueritur, ſi ille dormire vult, hic acc dıatur, ſi ſatur eſt, hic ructare compellitur.* Si igitur aer teſte Niſſeno inter alia elementa non annumeratur, quia omnium colores in ſe ſuſcipit, qua de cauſa adulator eo deſignatus ab aliarum numero creaturarum non excludetur? cum aliorum effectus ſuſcipiat, & omnium actiones & mores admittat.

*Greg. Niſſ. hom. in hex.*

*Petr. Dã. opuſ. 22. c. 1.*

B

C

*Summa & præſtantiſſima diuina potentiæ exercitium eſt quod Deus diuinitatis magnalia creaturis pandat.*

D

*In principio Deus creauit cælum & terrã*, & quanto oſtenſo labore creauit? dixitque Deus fiat lux & facta eſt lux. Verum loquutus Ieſus Luc. 12. de manifeſtatione diuinitatis in celeſtibus ait *Beati ſunt ſerui illi quos cum venerit Dominus inuenerit vigilantes. amen dico vobis quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis*, vt mundum producat introducitur Dominus ſolum dicens, & vel ſolis dictis omnia facit: vt ſeſe oſten- A dat, & reuelet in patria, introducitur ipſe Deus ſeſe præcingens & tranſiens & miniſtrans. Cur hoc? vt clareat quam ſupremæ poteſtatis, & virtutis ſit quod Deus creatis oculis ſuæ diuinitatis pandat arcana. Iunilius adductus à Lypom. in Cat ad cap. 2. Geneſ. fatur: *Denique de hoc opere, quod in æterno die ſabbati, dicit ipſe in parabola ſeruorum, Amen, dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis: qui enim præcingit ſe, qui diſcubitum præparat, qui tranſit, qui miniſtrat, vtique operatur. Sed his tamen verbis omnibus nihil aliud intimatur quã quod* B *ſanctos ſuos Dominus in æternũ benedicit & ſanctificat, id eſt viſionis ſuæ gloria, poſt bona opera quæ donauit, remunerat.* Expende quod vt ſe vidẽdi, & intuendi copiam faciat, mille id oſtendat operationum, & laborum vocabulis, quaſi hoc præſtantiſſimæ exercitium virtutis, & poteſtatis. Non ſe ſic operantem oſtendit Dominus cum mundũ creat, quam cum patefaciendi creatis oculis ſuæ diuinitatis arcana copiam facit.

*Iunilius.*

*Cælum Ioachim, terra Anna fructum vitæ omnibus pepererunt.*

C

*In principio Deus creauit cælum & terram*, cœlum quidem ſuo influxu terram fœcundat. terra fructus ſuos edit, nec tamen iſta ſibi pariunt, nec illud influit propter ſe: vtrumque Deo obtemperat, diuinæ prouidentiæ vtrumque obſequitur, omnium hominũ vtilitati adlaborant. Non aliter fere in Anna & Ioachim accidit: neque enim ſobolem ſibi ſolis quærebant hi coniuges, nec tantum bonum intra domus ſuæ parietes claudere ſtudebant, cunctis hominibus laborabant, & quodã ſuperni ſpiritus impulſu in omnium ſalutem ad deſiderandum prolem agebantur quæ vitam mundo inueheret, ſuæ integritati omnes per filium reſtitueret, & quidam in D cœlo & terra, quæ in prima mundi molitione condita fuêre hos coniuges adumbratos aſſerit S. Vincen. Ferre. ſer. 2. de nati. Mariæ dicens *In principio creauit Deus cælum & terram: ſimultas terræ & cæli figurabat ſimultatem coniunctionis matrimonij Ioachim & Annæ.* Ioachim dicitur cœlum, Anna dicitur terra; vterque non ſibi duntaxat, ſed toti mundo Mariam vitæ fructum pepererunt; vterque Deo obtemperabat; vnde factum, vt illos ad nuptiale opus diuina charitas impulerit.

*Vincentius Ferrerius.*

## VARIETAS VERSIONVM I. PARTIS VERSVS II.

*Vlg.* terra autem erat inanis & vacua.
*Sep.* Inuiſibilis & incompoſita
*Cal.* Erat deſerta & vacua.
*Aquila.* Vacuitas & nihil.
*Symã.* Otioſum & indigeſtum.
*Theod.* Inane & nihilum.
*Para Jonas.* Vacua hominibus & iumentis.
*Pag.* Deſolata & inanis.
*Vatab.* Deſolatio & inanitas.
*Arias Mont.* Erat ſolitudo & inanitas.
*Caiet.* Inanis funditus.
*Chryſ.* Inuiſibilis erat & inculta.
*Atha.* Incondita.
*Proco.* Indigeſta.
*Strabus.* Inutilis & infructuoſa.
*Baſil.* Inuiſibilis & informata.
*Tertull.* Et terra erat inuiſibilis & rudis.
*Lipom.* Erat inane & vacuum.
*Caten. Græc.* Viſu non manifeſta, incompta.
*Aug.* Inordita vel imparata.
*On Kelus.* Diſſoluta & vacua.
*Yſtella.* Deſerta & ſine incolis.
*Eucher.* Inuiſibilis & informis.
*Alij Vertunt.* Horribilis.
*Alij.* Iners & indiſcretum quoddam.
*Ioſeph.* Dum terra ad aſpectum non veniret.
*Oleaſter.* Vana & vacua.

CONCOR-

## CONCORDIA.

Diuerſitas oritur ex his duabos dictionibus ובהו תהו Tohu, Vabohu, quæ tam proxima ſibi ſignificatiue cohærent apud Hebręos, quam inane & vacuum; vode Tobu aliquando vacuom vertitur, aliquando vanum & inane, &c. ſi autem aliqui legerunt *horribilem*, conſonat rei; quę enim ſunt deſerta & inuiſibilia (vt tunc terra) horribilia videntur. Septuaginta autem cum aliis Græcis qui leguot *inuiſibilem*, veritatem rei inſpexerunt, cum enim eſſet terra aquis cooperta, non erat nobis viſibilis.

## EXPOSITIO PRIMÆ PARTIS VERSVS II.

### *TERRA AVTEM INANIS ERAT ET VACVA.*

TErram hîc vocat per præoccupationem, ac ſi dicat id quod Deus poſtea vocauit terra, cum ſcilicet nudata fuit aquis, in ipſo inſtanti creationis inanis erat ab omni germine, vacua à cunctis animalibus, cum autem eſſet vndique aquis cooperta, inuiſibilis corporali aſpectu manebat vnde Orig. transfert, terra autem erat inuiſibilis, ſtatus igitur illius deſcribitur, quantum ad triplicem defectum, B ſcilicet qoantum ad defectum fœcunditatis, quia inanis, id eſt non fœcunda fructibus, quantum ad defectum ornatus vel decoris, quia vacua animalibus, vnde dicit & vacua; & quantum ad carentiam extrinſecæ lucis, quia radiis illuſtrantibus carebat: quamuis autem terra ita inanis & vacua, fœcunda tamen animi conceptibus reperitur,

## CONCEPTVS IN I. HANC PARTEM, VERSVS II.

*Non ſolum Deus cuncta creauit, ſed omnia ornauit.*

121 T*Erra autem erat inanis & vacua*, deinde huic terræ iubet Deus dicens, germinet herbam terra virentem, & facientem ſemen, & lignom pomiferum: dubium eſt cur Deus primum creauit terram incompoſitam, inornatam, ſterilem, deinde imperauit vt germinet, vt floreat? nonne ſimul eam ornare & creare potuit? cur ergo diuiſim vtrũque effecit? vt vtrumque ab eo factum & ornatum crederemus: teſtatur D. Amb. 1. hexa. c. 7. *primo fecit Deus, poſtea venuſtauit, vt eundem credamus ornaſſe qui fecit, & feciſſe qui ornauit, ne alterum putemus ornaſſe, alterum creauiſſe, ſed vtrumque eundem eſſe operatum, vt primo faceret, poſtea componeret, ne alterum alteri deeſſe crederetur.*

*Ambr. 1. hex. cap. 7.*

*Omnia creata ſunt à Deo.*

*Terra autem erat inanis & vacua*, cur ſicut dixit
122 Deus, & facta ſunt omnia, non ſimul ornatus congruos donauit elementis? quaſi terram floribus & fructibus decorare non potuerit eodem verbo quo imperauit creãda? non quia non potuit eadem verbo creata perficere & decorare, ideo non ornauit, ſed ne increata quis diceret, ſi ſimul ornata & facta conſpiceret, ita D. Ambroſ. *ideo primo facta, poſtea compoſita declarantur, ne vere increata & ſine principio crederentur, ſi ſpecies rerum velut ingenerata ab initio, non poſtea addita viderentur.*

*Amb. cita.*

*Ne Deum in creatione opificem infirmum ſuſpicemur, quamuis terram creauerit informem.*

*Terra autem erat inanis & vacua*, infirmitatis ar-
123 guetur Deus, qui terram informem, ornatu cõgruo carentem condidit: arguetur quidem ab inſipientibus, non à bene ſenſatis, quia ſi terram informem creauit, non ex defectu potentiæ, cum eam manifeſtam fecerit in cæli abſolutiſſimi creatione: illud agnouit Procopius, cum ait, *quia ſit autem quod cælum perfectũ & abſolutum propoſuit Deus, & terram paulatim artificioſa manu exornauit, ſecundum ſcripturæ teſtimonia? cauſa in promptu eſt, vt cum videas in potentiore & artificioſiore elemento creando eius vim, intelligas quod & terram potuiſſet, ſi* C *voluiſſet perfectam, & omni ex parte conſummatam nobis ilico dare.*

*Sine incarnatione caro noſtra incompoſita.*

*Terra autem erat inanis & vacua*, Sept. erat in-
uiſibilis & incompoſita, hoc myſtice exponens D. 124
Auguſt. ait hoc fecit in principio cœlum & terram, cœlum ſpiritum, terram carnem, in principio hoc eſt in Chriſto. Sed cur ſi hęc terra ſignificat noſtram carnem, dicitur inuiſibilis, & incompoſita? nam caro D viſibilis eſt, partibuſque ſuis abſoluta, & ita compoſita eſt; non eſt igitur cur eam exponat & dicat inuiſibilem & incompoſitam? nota verbum diuinum ei vniri debuiſſe? ideo inuiſibilem & incompoſitam dicit, quia ſine vnione verbi diuini noſtra caro cenſenda eſt incompoſita, audi D. Auguſt. *terra inuiſibilis & incompoſita, quia carnem hominis aſſumere diſponebat, incompoſita dicebatur, compoſita necdum erat, quia nec dum Gabrielis Archangeli annunciatione compoſita, necdum aſſumptione Domini viſibilis facta.*

*Aug. ſerm. 135. de temp.*

*Deus largitur diuitibus facultates, vt eas pauperibus communicent.*

*Terra erat inanis & vacua*, cœlum condidit Deus 125
incorruptibile, luminoſum, variis ſtellis decoratum, E non videtur in te Deus æquiſſime vera iuſtitia? tot dona largiris cœlo, terram autem video inanem & vacuam? Nota per cœlum & terram, D. Baſil. Homil. 6. in diteſcentes, intelligere diuitem, & pauperem: dic igitur cœlum in donis locuples Deum formaſſe, terram autem inanem & vacuam, vt cœlo ſuis influentiis terram fœcundante & ſua luce illuminante, ſignificaret ſimiliter diuitem creaſſe, vt ex ſuis facultatibus aliquas pauperi diſtribuat, & non ſibi ſoli eas reſeruet, vnde D. Auguſt. ſerm. 23. ait, *diues propter pauperem eſt factus, & pauper* F *propter diuitẽ, pauperis eſt orare, & diuitis erogare.*

*Baſil. ho. in diteſcentes.*

*Aug. ſer. 23. de ſanctis.*

*Deo maxime grati eſſe debemus tanquam omnium creatori.*

*Terra autem erat inanis & vacua*, alij incõpoſita,
qua de cauſa cœlum perfectum condidit, terram 126
vero paulatim compoſitam, ornatam, decoratamque

quæ refert Moyſes nota Deo præcipuo auctore, nos plurima à terræ fœcunditate beneficia accipere, quæ nobis magis innoteſcunt, quam quæ à cœlis habemus: dicamus igitur ideo noluiſſe à principio terram perfectam, nempe germinantem & producentem eſſe, vt ſciamus beneficia, quæ accipimus, à Deo habere, & non ab ea, ſicque in auctorem omnium refundamus, ita D. Chryſ. *Imperfectam eam atque incompoſitam producit, vt tu intelligens, quod indigeat etiam ipſa beneficio Conditoris, cultum venerationemque diuinam creatori omnium referas Deo.*

Chryſ. hom. de Adamo.

## *Peccator inanis & vacuus.*

127 *Terra autem erat inanis & vacua.* Hoc dictum à Moyſe poſtquam aſſeruit Deum cœlum & terram condidiſſe, vt myſtice hunc conceptum formem, aduertendum quod Philippus Abbas bonæ ſpei in Cant. tit. 4. §. recapitulatio, per cœlum & terram intelligit, Adam & Euam, ſed ò Philippe! ſi per cœlum & terram eos ſignificari contendis, quomodo eis conuenire poteſt quod ſequitur, terra inanis erat & vacua? Eua enim in ſua formatione variis virtutibus decorata fuit: nomine terræ etiam vtrumque intellige, & recte aſſeres ideo terram inanem & vacuam ſubiunxiſſe, quia poſt tranſgreſſionem, vacui virtutibus, inaneſque extiterunt, ſic cit. auctor. *Quod autem dicitur, quia terra inanis & vacua erat, ſic intelligi oportet, quoniam quidem Eua & Adam poſtquam diabolo magis quam Deo conſenſerunt, ſtatim inanes, & vacui a gratia Spiritus ſancti, à reliquis virtutibus, quibus antea refulgebant, remanſerunt.*

## *Dignitas ſecundum merita non diſtributa confuſio eſt.*

128 *Terra autem erat inanis & vacua.* Pro vacua Aquila & Theodot. reddiderunt nihilum, quod ſi inquiris, cur terra tunc vacua, imò nihilum eſſet? Reſpondere videntur ſeptuaginta & Symmachus, (hic enim legit, terra erat otioſa & indigeſta, illi autem terra erat incompoſita) nempe quod nondum ſua cuique creaturæ aſſignata ſedes, nondum proprius pro dignitate rebus diſtributus locus, vacua omnia & nihilum, nec aliud ac ſi omnino non fuiſſent, computari, & optime: confuſio enim eſt, dignitatem non vnicuique ſecundum merita aſſignare, vnde D. Gregor. Naz. orat. 2. de laudibus Baſil. in hanc rem ſic ſapienter, ait, *Sane nequaquam rerum & ordinis apud nos laudo confuſionem, quam aliquando peruerſè a quibuſdam præſtitutur in gradibus*, vide quomodo dignitates collatas, non circumſpectis meritis, appellat veram confuſionem.

Greg. Naz. orat. 2. de laudi. Baſil.

## *Reuocemur à rerum terreſtrium amore.*

129 *Terra autem erat inanis & vacua.* Non ornata floribus arboribuſque non decorata, ſed informis creatur, cur quæſo terram diformem creauit Deus? nonne conuenientius fuiſſet vt eam varie ornatam formaſſet, vt ſic in admirationem omnipotentiæ ſuæ traheremur? nonne terra mater & nutrix noſtra eſt? ideo diformem vacuam & inanem creauit, vt eam ſic conſiderantes, ab illius amore reuocaremur: audi D. Chryſoſt. hoc ſuadentem, *idcirca terram diformem creauit, quoniam ipſa eſt mater & nutrix noſtra, & ex ea faſti ſumus ac educamur, ipſaque noſtra patria eſt, & variis per eam bonis fruimur, ideo ne homines ob vſus neceſſitatem, pluſquam dignum eſt venerentur, oſtendit primum rudem, & abſque forma, & inexpolitam, vt ne beneficia telluris natura, ſed ei tribuas, qui illã ex nihilo veſſe, creauit*, adde informem condidit, vt eius deformitatem & vilitatem conſiderantes, ab eius amore reuocaremur: quæ enim inſania eſt terræ deformi adhærere, & terreſtria bona quæ vacua, inconcinna, immortali animo prorſus indigna, amore proſequi?

Chryſ. hom. 2. in Geneſ.

## *Ab infidelitate reuocamur.*

*Terra autem erat inanis & vacua*, ſi tanti Deus terram fecerit, vt in eam cœlo derelicto deſcenderit, vt ſibi naturam humanam in vnitate ſuppoſita coniungeret, cur ſicut cœlum perfectum, terram abſolutam non creauit, ſed ſolum inanem & informem? aduerte nos plura à terra omnium matre communi beneficia accipere, ne igitur eam tanquam verum numen coleremus, quod plura in nos bona diffunderet, terram in prima ſui formatione infæcundam condidit, vt alium eſſe bonorum auctorem nos crederemus, hanc rationem terræ infœcunditatis aſſignat Prop. *terra propter ſe ſuamque ſalutem primo prodiit inculta & ſquallida, terra enim communis eſt menſa, communis patria, nutrix & mater omnium, ciuitas & ſepulchrum commune: ne igitur maxima quæ ſuppeditat, commoda conſiderans, & quod ſine ea viuere non poſſemus, reputans eam inter Deos cenſeres referendam, euidenter denuntiat illam primordio fuiſſe informem, immundam, fædamque viſu, quam vilitatem cernentes, magis admiremur eum à quo & condita, & ſuo decore expolita.* 130.

Procop. Gazeus in Ge.

## *Ingenij exercitationis cauſa, aliqua omittuntur à ſcriptore canonico.*

*Terra autem erat inanis & vacua*, iam bis facta eſt terræ mentio, cur igitur ne ſemel quidem profert Moyſes aquas productas fuiſſe? forte vt in earum productione ingenium mortalium exerceretur, ſic exiſtimat D. Baſil. hom. 2. *Multa ſane obticuit, vt ignem, aërem, aquam, & ex his ipſis emergentes ſiſterorum corporum affectus, quæ cuncta, mundum quidem ſimul cum aliis velut abſoluentia, manifeſte cum vniuerſa ſubſiſtunt, omiſſa tamen de induſtria ſunt, vt ad ſolertiam ſeſe noſter exerceat animus, atque ex paucis veluti principiis ea quæ reſtant, expendat.* 131

Baſil. ho. 2.

## *Peccatum hominis reparandum, non Angeli.*

*Terra autem erat inanis & vacua*, cur deformem & rudem deſcribit? potius hanc prætermittere deberet inanitatem, ne Deus in opere ſuo cenſeretur imperfectus, & ſicut cœlum abſolutum deſcripſit & non inane, nec vacuum, ſic expectare deberet quouſque ornamentis ſuis abſolueretur, ſicque eam prædicare perfectam? aduerte per cœlum Angelos intelligi poſſe, & per terram homines, inſuper quod deforme & rude eſt, ad perfectionem aliquam peruenire poſſe: recte igitur terram inanem deſcribit, & informem, non autem cœlum, quia homo qui ceciderat reparandus, non autem Angelus figurabatur; Aſcanij hic eſt ſenſus myſticus, *ſcite interpretari poſſumus cœli nomine Angelum, terra vero hominem, Moyſemque cœli deformitatem non narraſſe, quoniam iam empyreum cœlum repletum erat Angelis, quare nec empyrei nec Angeli vlla deformitas erat, deſertorũ vero Angelorum ac dæmonum funeſtum lapſum non tradidiſſe, quia irreuocabilis nec reparandus, terra autem ruditatem declarat vates, quoniam humani generis culpa per Chriſtum erat reſarcienda.* 132

Aſca in Ge.

### *Nihil vetuſtitus quam quod res terrenæ, vt inanes tranſeunt, atque vt vacuæ non ſatiant.*

133 *Terra autem erat inanis & vacua*, cur ab initio mundi voluit Deus terram vacuam & inanem eſſe? vt non arbitremur ab hodierno ſolùm die res terrenas inanes eſſe & vacuas, ſed antiquitus & ab initio, inanis certe quælibet res terrena eſt, quia cito labitur, vacua, quia veræ fœlicitatis expers eſt: quid igitur inſudant mortales, vt terrena lucrentur, cum nec conſiſtant, nec ſatient? non conſiſtunt res terrenæ, quia inanes; non ſatiant quia vacuæ, neſcio ſi vt ab eis auerteret D. Hier. lib. xi. in Iſai ait, *Ipſe pro qualitate temporum principes conſtituit, ſiue ſecretorum ſeruatores, vt ſint quaſi non ſint, & iudices terræ velut inane fecit, pro quo ſeptuaginta tranſtulerunt, ὡς οὐδὲν ἐποίησεν, terram autem quaſi nihili fecit, ſi quidem & in principio Geneſeos, vbi ſcriptum eſt: terra autem erat inuiſibilis & incompoſita, cæteri tranſtulere, terra autem erat inane & nihil: quantos reges, & Græca, & Barbara, Romanaque narrat hiſtoria, vbi eſt Xerxis ille innumerabilis exercitus? vbi Iſraelitica in Eremo multitudo? vbi Regum incredibilis potentia, quid de veteribus loquar, præſentia exempla nos doceant ipſi Principes quaſi nihil, & iudices terræ quaſi inane reputari.*

Hier. l. xi. in Iſaiam.

### *Sana doctrina non imbutus, inanis & vacuus cenſeatur.*

134 *Terra autem erat inanis*, ſi nomine terræ, homo facile poteſt intelligi, quomodo inanem eum eſſe dicemus, cum variis affectibus ſit plenus? inanem aſſeremus, cum ſanæ doctrinæ formam non receperit, nobis aderit Eucherius lib. i. cap. i. *Terra carnis noſtræ inanis erat & vacua, priuſquam doctrinæ acciperet formam.*

Eucher. l. i. in Gen. c. i.

### *Locus gloriæ noſtræ deſtinatus ab initio, perfectus.*

135 *Terra autem erat inanis & vacua*, cur hoc de terra, prætermiſſo cœlo ſubiunxit? nam quamuis dicatur quod cœlum ſyderibus decorauit, non loquor de hoc cœlo (ſi ita debeat intelligi) ſed de eo quod eſt beatorum ſedes, empyreumque vocatur: qua de cauſa igitur non dixit Moyſes illud fuiſſe incompoſitum, nonne huiuſmodi cœlum locus eſt gloriæ noſtræ deſtinatus? quid mirum igitur, ſi ab initio perfecte creatum cernimus, non vero inane & vacuum, ſedes enim beatorum imperfectione carere non debet, lege Rabanum Maurum dicẽtem, *ipſum eſt cœlum ſuperius quod ab omni huius volubilis ſtatu ſecretum, diuina gloria præſentia manet ſemper quietum, non ergo, ſuperius illud cœlum quod mortalium eſt omnium inacceſſibile conſpectibus, inane creatum eſt & vacuum, vt terra quæ in prima ſua creatione nihil virentium germinum, nihil viuentium produxit animantium, quia nimirum ſuis incolis mox beatum, hoc eſt beatiſſimis Angelorum agminibus impletum eſt.*

Rab. Mau.

### *Gradatim operandum.*

136 *Terra erat inanis & vacua*, cum non difficilius ſit Deo aliquid producere, quam ſimul condecorare, vt verè dicantur illius opera perfecta, cur cum cœlo, terram ex nihilo formans, non plene & perfectè exornauit, ſed incompoſitam reliquit? nihil ſine ad noſtram doctrinam non ſcriptum; inornatam igitur reliquit, poſtquam condidit, conditamque poſtea decorauit, vt exemplo illius gradatim operemur, ita A D. Ambroſ. *imitatores ſui Deus nos eſſe voluit, primo faciamus aliqua, poſtea venuſtemus, ne dum ſimul vtrumque adorimur, neutrum poſſimus implere.*

Ambr. lib. i. hexa. cap. 2.

### *Tanti à Deo æſtimatur humana creatura; vt illa non exiſtente, alia quaſi ab eo non agnoſcantur.*

*Terra erat inanis & vacua*, ſeptuaginta legunt, erat inuiſibilis, hæc verſio mihi admodum difficilis videtur: nam viſibilem creauit Deus & corpoream. Acacius ait hominibus nulla apparet, aquis adoperta: & B D. Baſil. inuiſibilis autem erat, quia non erat homo qui eam videret, ſed hæc reſponſio difficultati non ſatisfacit, ſic enim aquæ inuiſibiles dici poſſent: quia nondum erat homo eas conſpiciens: dico igitur terram dici inuiſibilem, non reſpectu hominis, ſed Dei hoc ſenſu, quia cum Deus ita ſpeciali hominem amore proſequatur, quem cum nondum creatum conſpicit, ipſa terra, in qua, & ex qua formari debebat, inuiſibilis ei videtur, ſic D. Ambroſ. *niſi forte & ſic aſpiciamus inuiſibilem terram, quod nondum verbo Dei & protectione viſitabatur, quia hominem non habebat, propter quem dominus reſpiceret in terram.* 137.

Baſi. Acac. — Ambr. l. i. hex. ca. 7.

### C *Patienter noſtra gloria expectanda eſt.*

*Terra erat inanis & vacua*, quomodo ab initio eius pulchritudo non vernat floribus, & ornata non apparet ſed inculta? poſtea vero ſua incrementa ſuſcipiens ſummo decore varia oſtenditur? nonne Deus vno & eodem inſtanti non ſolùm producere, ſed & ornare valuit? quis dubitat, cur igitur ita inculta manſit, deinde perficienda? myſtice reſpõdet Ferus, *hoc facto quod terram primo incultam creauit, conſolatur puſillanimitatem noſtram, & docet longanimitatem, ſi non ita gloria ab initio fruamur, quam Deus ſuis electis dare paratus eſt, dabit eam tempore conſtituto, quando* D *incrementa noſtra ſumpſerimus poſt hanc vitam.* 138

Noſt. Ferus

### *Cum tibi aliquid videtur imperfectum à Deo productum, tunc ſubeſt etiam ratia admirationis.*

*Terra autem erat inanis & vacua*, quis artifex vnico momento vltimam manum operi ſuo adhibere valens, illud imperfectum fineret? quomodo ergo Deus ſummus & omnipotens artifex, opus tam inſigne imperfectum reliquit? ideo imperfectum reliquit, vt nobis ſubſit ratio admirationis, eſt hæc fere E ratiocinatio Acacij, *illam non ſtatim à principio perficere decreuit, ſed mancam ſine ornatu, vt ex comparatione imperfecti cum abſoluto, mentem opificis admirarentur, id quod in omnibus videre eſt, contraria ſi quidem e comparatione aliorum, maiorem nobis concitant admirationem, ſicut habitabiles oræ cum deſertis comparatæ, & infructuoſa cum frugiferis.* 139

Acacius.

### *Homo ſine gratia, quaſi inuiſibilis Dei aſpectui cenſetur.*

F *Terra erat inanis & vacua*, D. Baſil. legit erat inuiſibilis & incondita, quid eſt quod terra apparuerit inuiſibilis? ideone ſic dicitur, quod oculis carneis videri non poſſit, ſicut mens noſtra? minime: non enim eſt ſpiritualis ſed corporea, nota lucem adhuc à Deo non fuiſſe conditam, lucem autem ſignificare gratiam, teſte Arnobio ſuper Pſalm. 62. terram autem hominem, recte igitur terra inuiſibilis dicitur, 140

qoia homo catens luce gratiæ, iouiſibilis & inconditus Dei conſpectui cenſetur, ſic peccatores idemmet Deus alloquens ait, neſcio vos, ſenſum litteralem iouiſibilitatis terræ aſſignans D. Baſil. ait, *adde luce exornatam nondum fuiſſe, abſentia cuius, haud mirum videtur, ſitam in medio mundi parte tellurem inuiſibilem, ob id dictam fuiſſe*, accommoda hanc auctoritatem in ſenſu myſtico.

Baſil. hom. 2. in hex.

*Carnalis cogitatio coërcenda eſt, vt ſpiritualis amplius augeatur.*

141 Citatus à Tilmano in allegoriis in Gen.

*Terra erat inanis & vacua.* D. Bernardus, ait vſque hodie in ciuibus Babylonis, aquarum coofuſio, id eſt confuſio cogitatiooum, terram fecit inamem & vacuam, dum namq; fluitat circa carnem cogitatio vniuerſa, oullum ex eą ſperare eſt fructum ſalutis. Sed quandonam fructus ſalutis expectandus? cum terra inaois & vacua, fiet fœcunda: quaodo nam autem terra fœcunditate replebitur, fructuſque germinabit? Audi eundem melliſluum doctorem. *Diuidantur ergo aquæ ab aquis: quatenus anima partem quoque ſibi vendicet ſollicitudinis & meditationis: ſane inferiores certis limitibus coërceantur, certis contineantur alueis, vt neceßitatis terminos non excedant; vt perinde ſuperiores copioſius dilatentur, ex hoc ſane Dominus dat benedictionem, & terra noſtra fructum ſuum.* B

Bernard.

*Idola hominum etiam innocua male habent apud Deum propter arcendos homines.*

*Terra autem erat inanis & vacua*, vix terra cum cœlo fit, & ſtatim terra de inanitate, & deformitate A' infamatur. Cur de cœlo taces, & properas terræ oſteodere inaoitatem? ea erat terra, quæ poſſit coli ab homioibus, ob beneficia impertienda illis, & ideo in primis infamanda fuit. Chryſ. homil. 2. in Gen. Chryſo. *Ne homines ob vſus neceßitatem, pluſquam dignum eſt terram venerarentur, oſtendit primum rudem & abſq; forma & inexpolitum.* Ecce tibi vt properauit Deus ignominia afficere eam, quæ poſſet pro idolo haberi ab hominibus?

*Magna puritas neceßaria eſt vt Deus in vitam percipiatur.*

B *Terra autem erat inanis & vacua.* Noo ſuper hanc terram, ſed etiam ſuper aquas ſpiritus Domini viſebatur. Et cur non etiam ſuper terram veniebat Dei ſpiritus, vt viuentia molta generaret? ideo caoit apparere ſuper terram, ſed ſuper aquas apparuit: tota namque puritas & ſubtilitatis aquæ oeceſſaria erat, vt ſuſtineret Deum vitalia operaotem. ait Theoph. Theoph. Antioch. lib. 2. ad Antolium: *Spiritum qui ferebatur ſuper aquas, largitus Deus creaturæ, vt eius opera poßit producere viuentia, non ſecus ac homini animam attribuit tenue tenui commiſcens.* C Spiritus ſua natura tenuis, itidem & aqua. Tota aquæ ſubtilitas & puritas oeceſſaria fuit, vt illi ſe crederet & ſubtilis, & purus Dei ſpiritus: vt ſic viuentia poſſent produci: quando enim ſpiritus Dei tenuis eſt, ab omnique terræ alienus craſſitie, ſicqoe puram & cryſtallinam aquæ amauit munditiem, nulloque proprius diſponitur quis ad percipiendum illom quam ſi à ſe terrena omnia ableget loogiſſime.

## *VARIETAS VERSIONVM II. PARTIS VERSVS II.*

*Vlg.* Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, ſic & Cald.

*Sept.* Et tenebræ ſuper abyſſum, ita ſancti patres.

*Pag.* Et tenebræ erant in ſuperficie voraginis.

*Caiet.* Obſcuritas ſuper facies abyſſi.

*Arias Mont.* Caligo ſuper facies abyſſi.

### *CONCORDIA.*

NVlla eſt diſcordia, niſi io verbis, noo autem in ſenſu, nam חשך tenebras caliginem & obſcuritatem dicit, פני pene quod faciem ſignificat apud Hebræos, alij in plurali ſuperficies dixeruot, ad denotandum quod ex omoi parte id eſt verſus omne hæmiſpherium fuit obſcuritas.

## EXPOSITIO TEXTVS II. PARTIS VERSVS II.
### *ET TENEBRÆ ERANT SVPER FACIEM ABYSSI.*

TEnebræ (à terendo vmbram dictæ) obſcuritas quædam & caligo occupans faciem abyſſi, quę dicitur ab à, quod eſt ſine, & byſſus, quod eſt caodor, quaſi ſine pulchritudine & caodore, quę quidem abyſſus ſignificat proprie voraginem, magnamque aquarum profunditatem, quam D. Baſil. homil. 2. in hex. ita definit: eſt copioſa aqua, ad cuius fundum non facile penetrari poteſt, deorſum verſus. Senſus ergo eſt, caligo vel obſcuritas quędam totam ſuperficiem terrę, tam verſus noſtrum hemiſphærium, quam verſus oppoſitum, aquis coopertam occupabat, ita vt nihil omnioo lucis aut coloris haberet? ne audias aſſerentes originem harum tenebrarum proueniſſe, ex eo qood Deus com ſupra cœlum lucem quandam inacceſſibilem in qua degebaot Angeli, formaſſet ante mundi cooſtitutionem, poſtea cœlum corpus ſolidum & continuum creans obtenebrauit, omnia quę intra ambitum eius facta ſunt, videlicet obiectu ſuo impediens, ne lumen illud ſopremum ante cœlum conditum terram & aquam illuminare poſſet; noli inquam hoc audire, quia aduerſatur Moyſi dicere aliquid aote cœlum & terram conditum fuiſſe, cùm aſſerat io principio ea condidiſſe.

Baſil. hom. 2. hexa.

## CONCEPTVS IN HANC II. PARTEM, VERSVS II.

### *A Deo eſt non ſolum initium operis, ſed illius conſeruatio.*

142 *TEnebræ erant ſuper faciem abyſſi.* Cum Deus potuit terram luce condecoratam formare, cur eam ita tenebroſam, ita vt inuiſibilis eſſet, condidit? Nota lucem conſeruationi terræ fœcunditatique illius maxime neceſſariam; dico igitur ideo terram initio indecoram, & ſine lumine condidiſſe, deinde vero lucem, qua terra decoraretur, & quaſi conſeruaretur, creaſſe, vt non ſolum initium operis, ſed etiam eius conſeruationem à Deo eſſe non dubitaremus, conſentit Ferus, *Hic videmus non corporibus ingenitam eſſe lucem, ſed voluntate Dei inditam, vt ſciremus non initium tantum, ſed & conſeruationem corporum Dei opus eſſe.*

Ferus.

### *Dei adiutorio nihil eſt quod non indigeat.*

143 *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* Miror quomodo in initio deſcriptionis mundi, iam quid imperfectum cernimus; nam quis orator etiam ignobilis, qui aliquod opus inſigne referens in initio imperfectionem eius non tegeret & occultaret? cur ergo Moyſes inſigne opus creationis ante oculos omnium proponens tenebras miſſas non facit? non ſine myſterio id à Moyſe factum cenſeamus, ſed vt omnia Dei adiutorio ab initio mundi ſicut nunc, indigere declaret, ſic D. Chryſoſt. *Didicimus hic quod omne quod videbatur, erat abyſſus aquarum tenebris velata, & opus habeat ſapiente opifice, qui omnem hanc informitatem diſcutere, & ornatum aliquem inducere poſſit.*

Chryſo. hex.

### *Dei opera quamuis inter ſe pugnantia videantur, maxime mortalibus neceſſaria ſunt.*

144 *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* Si Deus immediate factutus eſt lucem, quomodo tenebras multiplicat? cum inter ſe tanta contrarietate pugnent; quis dubitat tempus tenebrarum tempus requiei eſſe? dico igitur non ſine maximo mortalibus collato beneficio, tenebras multiplicare, quamuis luci oppoſitas, quia maxime neceſſariæ ſunt, ſicut & ipſa lux vtiliſſima, *Illud enim* (inquit D. Theodor.) *hominum operibus & laboribus confert, & apparere facit ea quæ videntur, adhortaturque ad collaudandum hominum auctorem, tenebræ vero quieſcere faciunt hominem, & reparant, tam ſoluta laſſitudine quam ex labore contraxit, beſtiis vero præbent occaſionem pabuli.*

Theod. q. 2 in Gen.

### *Deus à nobis ipſis imperceptibilis.*

145 *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* Non eſt dubium Deum abyſſo deſignari, quid enim in conſiliis ſuis profundius? quid in iudiciis immenſius quam ipſemet Deus? ſed ſi ipſamet eſt lux increata, lumenque clariſſimum & eminentiſſimum, quomodo tenebras eſſe ſuper faciem, nempe Dei aſſeremus? quid enim habet lux commune cum tenebris? recte tamen ſuper illius abyſſi profundiſſimas tenebras eſſe dicimus, quia licet diuinitas in ſeipſa ſit micantiſſima, corruſcantiſſimaque ſit lux, attamen menti humanæ tenebroſa eſt, adeo vt eam intelligere & aſſequi nequeat, cum ſit incomprehenſibilis, ineffabilis, incogitabilis, imperceptibilis, ſenſus eſt Baptiſtæ Folengij explicantis illud Pſal. 17. *Et poſuit tenebras latibulum*, ait enim, *certum porro eſt, inuiſibilem diuini luminis plenitudinem* (*vt ait Dion. ad Caium Monachum ſcribens*) *appellari diuinam caliginem, ſeu Dei tenebras, has tenebras ait, & hanc caliginem ponit Deus latibulum ſuum: rurſus alio in loco, diuinæ tenebræ, inquit, cooperiuntur omni lumini, & abſconditur omni viſioni propter incircumſcribilitatem, & ſuperplenſiſſimam proprij ſplendoris claritatem: nullus enim oculi, hoc eſt mortalium intellectus, ad hanc denſiſſimam diuinæ naturæ caliginem, quæ lucem habitat inacceſſibilem, omnino accedunt:* Sed hoc annuit clariſſime Georgius Piſidas in opere ſex dierum his verſibus.

Bapt. Fol. in Pſal. 17.

*Natura cunctis, ſumme Deus incognita,*
*Quam nube caca condis, & caligine,*
*Vt hinc ſciamus, cum vſque ſis recondita.*

Geor. Piſ. in opere ſex dierū.

### *In abſentia verbi diuini omnia ſunt in tenebris.*

146 *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* Cur tenebræ erant ſuper faciem abyſſi? quia lux nondum erat producta, in abſentia ergo lucis tenebræ ſunt: quid hoc ſignat myſtice? nonne verbum diuinum eſt lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum? quid ergo mirum, ſi in tenebris manemus, quia in abſentia verbi diuini omnia ſunt caliginoſa, quod D. Aug. expendit dicens. *Ecce tenebræ ſunt ſuper faciem abyſſi mentis meæ, tu es lumen, ecce caligo tenebroſa ſuper aquas cordis mei, tu es veritas; ô verbum per quod facta ſunt omnia, verbum creans omnia, ſine quo omnia nihil, verbum quo dixiſti fiat lux & facta eſt lux, & videam lumen & cognoſcam quidquid non eſt lumen, ſine tua luce non eſt veritas, adeſt error, adeſt vanitas, adeſt cæcitas, non eſt viſio, adeſt inaniam, non eſt via, adeſt mors, non eſt vita.*

Aug. lib. Soliloq. c. 3.

### *Inſania eſt arbitrari, verbum poſt alia eſſe genitum.*

147 *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* Cum tenebræ ſint luce longe inferiores, miror eas ante lucem, eo modo quo poſſunt habere eſſe; nam digniora præcedere debent ea quæ minus digna cenſentur. Sed cum has tenebras diabolum aliqui eſſe garriant, teſte D. Baſil. dicente, tenebras non vt earum fert natura, interpretantur aërem aliquem eſſe lucis expertem, aut quacumque cauſa luce carentem locum, ſed vim malam, quin potius ipſum malum, ex ſeipſo principium atque originem trahens, oppoſitum contrariumque bonitati diuinæ tenebras ipſas interpretantur: ſed cum has tenebras diabolum eſſe dicant, quem in ſenſum accipient, fiat lux? num de vero filio Dei intelligendum? annuent, ſed audi Gennadium, *Tunc vecordem, vt poſt cœlum, terramque & abyſſum, poſt grattum diabolum, Deus ipſe verbum protulerit, quis hoc ſanus ferat?*

Baſil. ho. 2. in hex.

Gennad.

### *Ab initio mors figuratur.*

148 *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* Quomodo à principio ita conſepulta eſt terra, aquiſq; ſuffocata, & tenebræ eam vndequaque circundantes? nota quod tenebræ deſignant aliquando mortem, vnde Chryſoſtomus exponens Ioann. 1. tenebræ non comprehenderunt eum, intelligit ipſam mortem, quæ non comprehendit Chriſtum, & Gloſſa ordin. hanc auctoritatem Iob in tenebris ſtraui lectulum meum,

Ioann. 1.

Gloſ. ordi. Iob. 17.

explicans de morte ipſa intelligit, terra hominem deſignat: recte igitur ſunt tenebræ ab initio ſuper faciem abyſſi, vt ex tunc ipſa mors hominem oppreſſura repræſentetur, teſtis ab Anaſt. Syn. *quod terra erat in initio in ſaceris obruta, id prius deſcripſit ex terra genitam noſtram naturam, ſedentem in tenebris, & in vmbra mortis.*

*Anaſt. Syn. lib. 1.*

### *Ad malum maxime ſumus propenſi.*

149 *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi*, quis tenebras formauit? non aſſerit Moyſes. quod notans D. Greg. Niſſ. li. in hex. ait, lux quidem vt eſſet, diuinum mãdatum expectauit, tenebræ autem etiam ſine mandato extiterunt: quid per hanc obſeruationem vult deſignare Niſſen. nonne per lucem bonum, per tenebras malum figuratur? Dicamus igitur ſubtiliter notaſſe diuinum mandatum expectaſſe lucem, ſine quo tenebræ extiterunt, quia ad malum ita ſumus propenſi, vt cito appareat & ſine difficultate; bonum autem cum maxima: hoc ſignificans D. Ephrem ſerm. in patres ſuo tempore conſummatos, ait, *ad nugas expediti, ad preces pigri, ad iracundiam facundi, ad charitatem frigidi, ad delicias parati, ad continentiam difficiles, ad bona ſegnes, & ad mala præcipites.*

*Greg. Niſ.* — *Ephre. ſer. in patres ſuo tempore conſummatos.*

### *Aqua ita nobilis, quia baptiſma figurat, vt ei ineſſe videatur Dei cogitatio.*

150 *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi*, Fernandius in ſuo theſauro exponens illum difficilem locũ Eccleſ. à mari abundauit cogitatio eius, & conſiliũ eius abyſſus multa, ait intelligi debere de cogitatione Dei practica, & in primordio mundi quando ad illius ornatum Creaturas varias producere diſpoſuit: ſæpe enim tunc à mari abyſſo magna, hoc eſt ab illa immenſa aquarum mole, quam in vnum locum coegit cogitatio eius, aues enim & piſces ex ea produxit: ſed an ita nobilis eſt illa aquarum abyſſus, vt cogitatio Dei primò & principaliter in eam feratur? quidni? baptiſma enim quo regeneramur, repræſentat: ita citatos Fernandius, *ſic in ſpirituali mundo Eccleſia, cogitatio filij Dei cæpit ab aqua, id eſt baptiſmo, ſecundum illud* Ioann. 3. *niſi quis renatus fuerit, ex quo mari varij gradus fidelium illam ornantes prodeunt.*

*Fernandius in ſuo theſ.* — *Eccleſ. 24.* — *Ioan. 3.*

### *Inter creaturas aliqua priuatiua.*

151 *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi*, cum ſolum dixerit Moyſes cœlum & terram creaſſe, nulla tenebrarum productionis mentione facta, vnde huiuſmodi tenebræ? quis eas creauit? ſi nullus, igitur æternæ, non dixit eſſe factas Moyſes, quia cum inter creaturas, aliquæ priuatiuæ, vel defectiuæ ſint (è quarum numero ſunt tenebræ,) quæ cum non habeant eſſe, non requiritur quod producantur; ſed reſultare ſufficit, ſic Diuus Eucher. *non quia ſunt aliquid tenebræ, ſed ipſa lucis abſentia, hoc nomen acceperunt, ſicut enim ſilentium nihil eſt, ſed vbi vox non eſt, ibi ſilentium dicitur, ſic tenebræ nihil ſunt, ſed lucis defectus.*

*Eucher.*

### *Ab imperfectis ad perfecta progreſſus.*

152 *Et tenebræ erant*, nonne lux ipſas deberet præcedere tenebras, propter illius vtilitatem & nobilitatem? iure merito tamen lucem in creatione præcedunt tenebræ, quia ab imperfectis ad perfecta progreſſus eſt, vnde Acacius; *declarat lucem tenebras præceſſiſſe, neque mirum: nam & rationis expertia, hominem ratione præditum in creatione præceſſerunt*, & noſter Iacobus à ſancta Maria qui poſtea fuit Epiſcopus Sagienſis, imperfecta Deus (ait) præmittit vt perfectiora ſequantur.

*Acacius.* — *Iacobus à ſancta Maria in ſua Coſmopæia.*

### *Infernus tenebris obuolutus.*

153 *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi*, quænam eſt abyſſus illa? Hieron. in Pſalm. 76. iſta eſt, ad quam dæmones poſtulant ne mittantur à Ieſu: & Origen. hom. 1. in Geneſ. *quæ eſt abyſſus illa? nimirum in qua erit diabolus & Angeli eius:* ſi abyſſus infernus eſt, recte tenebræ ſuper faciem abyſſi, quia infernus omnimoda obuolutus caligine.

*Hieron. in Pſal. 76.* — *Orig. ho. 1. in Gen.*

### *Ignorantia & error ante Chriſti illuminationem.*

154 *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi*, non eſt dubium per abyſſum, homines intelligi poſſe, iuxta illud Apocalyp. aquæ multæ populi multi; ſed quomodo dici poteſt quod tenebræ erant ſuper huiuſcemodi abyſſum? quia ante Chriſti Domini illuminationem, ignorantia & error erat in hominibus, quod vere Anaſtaſ. Syn. confirmat lib. 1. hexam. *tenebræ erant ſuper abyſſum, ante lucem erant tenebræ impietatis, tenebræ libidinis & intemperantiæ, tenebræ idololatriæ, & omnium aliorum peccatorum, ante præſentiam, inquam, & aduentum veræ lucis nempe Chriſti, propterea ſcriptura tenebras ſolum ponit ante lucem, quoniam primo eramus in errore, deinde tranſimus ad lucem.*

*Anaſt. Syn. lib. 1. hexa.*

## VARIETAS VERSIONVM III. PARTIS VERS. II.

*Vlg.* Et ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas.
*Septuaginta.* Superferebatur ſuper aquas.
*Cald.* Spiritus Dei inſufflabat ſuper faciem aquarum.
*Onch.* Spiritus à facie Dei flabat ſuper facies ventorum.
*Ionath.* Spiritus ſeu ventus miſericordiarum ſuæ gratiæ flabat ſuper facies aquarum.
*Hieron.* Incubabat ſiue confouebat aquas.
*Pag.* Sufflabat in ſuperficies aquarum.
*Vatab.* Et ſpiritus Dei agitabat ſeſe.
*Tertul.* Superuectabatur aquis.
*Syrus*, Spiritus Dei fouebat aquas.
*Baſil.* Fouebat & viuificabat aquas.
*Lippo.* Spiritus Dei volabat ſeu volitabat.
*Procop.* Mouebat ſe ſuper faciem aquarum.

## *CONCORDIA.*

VErbum Rahaph רחף. volare ſeu volitare apud aliquos ſignificat, licet apud alios & mouere & incubare, & agitare dicat, vnde fit lectionum varietas; qui autem legunt ſufflabat, vel inſufflabat, non lectionis Hebraicæ veritatem ſequuntur, ſed forte ſenſum; exiſtimant enim hunc ſpiritum fuiſſe aërem, qui flatu ſuo aquas agitabat.

## EXPOSITIO TEXTVS, III. PARTIS VERS. II.

### *ET SPIRITVS DOMINI FEREBATVR SVPER AQVAS.*

CVm diuerſimode ſpiritus Domini in ſacra pagina ſumatur, vel pro aëre & vento, Pſal. 107. flabit ſpiritus eius & fluent aquæ; vel pro tertia Trinitatis perſona nempe ſpiritu ſancto, Pſalm. 32. Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum, hinc poteſt dupliciter intelligi à doctoribus præſens locus, vel pro aëre: & ſic ſenſus erit ventus qui dicitur ſpiritus Domini, (quia cum tunc nullæ cauſæ naturales eſſent, ventum excitantes à Deo immiſſus erat, & ideo ſpiritus Domini dicitur) B ferebatur, id eſt ita mouebatur, vt ſecundũ naturalẽ ſuum ſitum, vndiq; ſupereminens aquis ipſas circũdaret; & hic ſenſus maxime probabilis: ſecundus non minori probabilitate gaudens, *ſpiritus Domini*, id eſt Spiritus Sanctus à Deo patre filioq; procedens, ferebatur non loco aut motu, ſed omnia operãte & præcellẽte potentia, ita vt foueret aquas, eas præparãs ad futurã iamiam fœcunditatẽ; noli autem ita primam ſententiam exiſtimare litteralem, vt ſecundam ſolũ myſticam cenſeas, nunc conceptibus inuigilemus.

## CONCEPTVS IN HANC PARTEM II. VERS.

### *Deus non ex neceſſitate & indigentia ſed ex beneficentiæ ſuæ abundantia operatur.*

154 SPiritus Domini ferebatur ſuper aquas, cur quæſo Moyſes poſtquam commemorauit terram inuiſibilem & incompoſitam, tenebraſque ſuper faciem abyſſi, ſic ſubiunxit & ſpiritus Domini, &c. ferebatur, an ideo quoniam egenus amans ita diligit, vt rebus quas ardẽter amat, ſubiiciatur? minime, ſed ideo imperfectis creaturis recenſitis dixit ſuperferri ſpiritum Domini, vt oſtenderet non ex neceſſitate & indigentia, ſed ex beneuolentiæ abundantia operari; Aug. l. 1. de Gen. ad lit. ita D. Aug. *Propterea cum commemoraretur imperfecta creatura, ſpiritus Dei in quo ſancta beneuolentia dilectioque intelligitur, ſuperferri dictus eſt, ne faciendo opera ſua, per indigentiæ neceſſitatem, potius quam per abundantiam beneficentiæ Deus amare putaretur: cum ergo ſic oporteret inſinuare ſpiritum Dei, vt ſuperferri diceretur, commodius factum eſt, vt prius inſinuaretur aliquid incohoatum, cum ſuperferri diceretur non loco, ſed omnia ſuperante ac præcellente potentia.*

### *Deus omnium omnino creator eſt.*

155 *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, ſolum cœlum & terram vides à Deo condita, non autẽ aquarũ fuiſſe auctorem; non enim hîc dicitur quod Deus eas creauerit an fecerit, ſed quæſo inſpice quid dicatur, Exod. 2. Exod. 2. cum Deus legem de ſabbato ferret, ſex diebus operare, ait, ſeptima vero ſabbatum & requies domino Deo tuo, ſex enim diebus creauit Dominus cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt, vides non ſolum cœli & terræ, ſed omnium omnino Theod. q. . in Gen. creatorem eſſe, optimè D. Theod. hoc declarat, *equidem cum dixit, terra autem erat inuiſibilis & incompoſita, & tenebræ erant ſuper abyſſum, demonſtrauit cum terra creatas eſſe ſimul aquas, deinde ſubiungit, in aperto eſt quod quid viſibile aut inuiſibile ſenſu aut intellectu comprehendatur (excepta diuina ſubſtantia) naturam habet creationis participem.*

C

### *Deus omnes Angelicas perfectiones tranſcendit.*

156 *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, Niſſen. in hexam. per aquas intelligit Angelos, ſed quis eſt ſenſus quæſo, ſpiritus Dei ferebatur ſuper Angelos? indigetne enim Deus ferente, qui omnia verbo virtutis ſuæ portat? ſenſus non eſt incongruus, ſignificat enim Deum omnes Angelicas perfectiones tranſcendere, quod ex Pſalm. 17. verſ. 11. confirmari poteſt dicente, aſcendit ſuper Cherub. quæ verba exponens Incognitus ait, *quid eſt ergo aſcendere ſuper Cherubim, niſi ſcientiam omnium beatorum ſpirituum* D *tranſcendere?* Pſ. 17. v. 11 Incognitus in Pſalm.

### *Spiritus ſanctus ad operandum facillimus.*

157 *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, quas Aquas? cùm eatenus nihil ampliùs quam cœlum & terram condita fuiſſe dictum ſit? D. Auguſt. ſentit aquarũ nomine terram ipſam ſeu materiam primam ex qua omnes formæ corporeæ eductæ ſunt, intelligi: ſed cur terra aquæ nomine declaratur? certum eſt faciliori modo ex aqua quam ex terra (cum ſit ea leuior & mobilior) artificem operaturum: aſſero igitur ideo Aug. l. imp. de Gen. ad lit. dictum, ſpiritum Domini ferri ſuper aquas, ad declarandum quanta facilitate omnia ſit facturus: fauet E idem doctor, *aqua mobilior eſt quàm terra, & ideo propter operandi facilitatem, ſubiecta materies artifici, aqua magis vocanda erat quam terra.*

### *Spiritus ſanctus æternus Deus eſt.*

158 *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, miror non eſſe dictum, ſpiritus Domini fit, ſed fertur; cur hunc ſpiritum Dei factum fuiſſe non aſſeritur, cum aliqui dicant aërem eſſe? aër autem cum ſit creatura, poteſt dici fieri; ita eſt, ſed longe plures alij hunc ſpiritum Dei eſſe tertiam Trinitatis perſonam aſſe- F uerant: rectè ergo dictum eſt ſpiritum Domini ferri ſuper aquas, non autem factum, ad ſignificandum non eſſe creaturam, ſed ſpiritum ſanctum ab æterno Deum, hoc tenet D. Ambroſ. *Moyſes non ignorans ſpiritum æternum ſtatim in principio mundi, immo ante princi-* Aug. tract. 12. in Ioã. Orig. lib. de ſpiritu ſancto. Ambr. in proœm. l. 1. de ſpiritu ſancto.

*pium, cum Deo iunxit quem ante mundi principium ſempiternum eſſe cognouit; nam ſi quis diligenter aduertat, & patrem in principio cognoſcet, & filium, & ſpiritum ſanctum, de patre enim ſcriptum eſt. in principio Deus fecit cœlum & terram, & de ſpiritu, ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas.*

### *Spiritus ſanctus à patre filioque procedens.*

159 *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, ſi per hunc ſpiritum tertiam perſonam Trinitatis cum ſanctis patribus intelligimos cur ad hoc enuntiandum clarios & diſtinctios, non dixit ſpiritus ſanctus ferebatur ſuper aqoas? recte dixit Moyſes ſpiritum Dei non ſpiritum ſanctum, vt procedentem ab alio nempe à patre & filio, non verò eſſe à ſe ſignificatet. noo abeſt ab hac ratione D Cyrill. com ait, *viuificat omnia ſpiritus Dei, cum & ipſe naturâ vita ſit, vt pote à vita, hoc eſt à Deo patre & filio procedens.*

Cyril. Alex. in Gen.

### *Spiritus ſanctus omnium creator.*

160 *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, antequam videamus ſpiritum ſanctum ſupet aqoas, inuenimus tenebras & omnia confuſa, ex quo autem dictum eſt ſpiritus ferebatur ſuper aquas, lucem formatam, terram germinantem, luminaria in cœlo, hominem ad imaginem Dei factum tandem contemplamor: quomodo antequam ſpiritus Dei fiat mentio, omnia confuſa, tenebroſa, nihilque diſtincte conditum? ilico autem vbi ſpiritum ſanctum nominat Moyſes, omnia decora, venuſta & ornatiſſima, omniumque creaturarum diſtinctam productionem? hoc ideo ita factum eſt, vt intelligamus ſpiritum ſanctum omnium creatorem, omnibuſque venuſtatem & pulchritodinem tribuentē, ſic eleganter D Ambr. *cum ſuperferebatur ſpiritus, nulla erat gratia, poſtea verò cum operationem ſpiritus creator mundi iſtius ſuſcepit, omnem hanc gratiæ meruit venuſtatē, qua mundus illuxit: denique ſine ſpiritu ſancto vniuerſitatis gratiā manere non poſſe propheta declarat, dicens, auferes ſpiritum eorum & deficient, &c. emitte ſpiritū tuū & creabuntur & renouabis faciē terræ: non ſolū igitur ſine ſpiritu docuit omnem creaturam ſtare non poſſe, ſed etiam ſpiritum creatorē eſſe totius creaturæ.*

Ambr. li. de ſpiritu ſancto, cap. 5.

### *Spiritus ſanctus omnium artifex.*

161 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, id quod alteri ſuperfertur, minos eſt illo, cum ab eo quaſi contineatur, ſicut oleum cum ſuperfertur aquæ, aqua continet oleum, deberemus ergo dicere ſpiritum Dei contineri ab aquis, quod falſum eſt, cum omnia potius ipſe contineat; nonne artifex ſuperfertur materiæ quam formare intendit? dico igitur non ferri tanquam aliquid minos & contentum, ſed vt ſommum & excellentiſſimum artificem, ſic D. Aug. *cauendum eſt ne quaſi ſpatio, Dei ſpiritum ſuperferri materia putemus, ſed vi quadam effectoria & fabricatoria, vt illud cui ſuperfertur, efficiatur & fabricetur.*

D. Aug. de Gen. ad lit.

### *Spiritus ſancti non ſolum præſentia, ſed etiam operatio ab initio manifeſtatur.*

162 *Spiritus* Dei *ferebatur ſuper aquas*, præſentia eius ſolum hic agnoſcitur: nam ferri ſiue ſuperferri præſentiam deſignat: quomodo ergo dicimus noo ſolum ab initio præſentiam eios, ſed etiam operationem manifeſtam? lege Pſal. 32. verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum; optime igitur non ſolum præſentia eius, ſed etiā operatio declaratur, ſic D. Ambr. *qui ſuperferebatur ſuper aquas. non operabatur ſuper aquas; ſed dicam operabatur, quod ad præſentiam ſpectat, ſuperferebatur; quod autem operabatur, qui ſuperferebatur in illa mundi fabrica, cognoſce, quando tibi dicit propheta. verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum, vtrinque prophetico ſubnixum eſt teſtimonio, & quia ſuperferebatur, & quia operabatur.*

Pſal. 32. Ambr. lib. de initia. dis cap. 3.

### *Vbi ſpiritus ſanctus inuenitur, ibi ſuam communicat virtutem.*

163 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, præſentiam eius in aquis agnoſcimus: nunc virtutes aquarum intueamur præ aliis elementis, ex aqua præpetes volucres exierunt, piſces originem duxerunt, nec deſunt dicentes cœlos ortum ex eis habuiſſe: quotidie cœleſtes renaſcuntur homines, qui ſanctitate cœleſtia ſcandunt; vnde aquæ tam ingentes ebiberunt virtutes: nonne dicitur quod ſupet eas ferebatur ſpiritus Dei? non eſt igitur mirum, ſi tot perfectiones fuerūt eis communicatæ, quia ſpiritus ſanctus vbi inuenitur, ibi ſuam largitur & communicat virtutem: ſic Tertul. lib. de Baptiſmo, *ab eo qui ſuperferebatur, id quod ferebat ſanctitatem mutuabat, quoniam ſubiecta quæque materia eius qui deſuper imminet, qualitatem rapiat, neceſſum eſt.*

Tertul. li. de Baptiſmo.

### *A ſpiritu ſancto omne bonum.*

164 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, ſtatim ſubiungit Moyſes, dixit Deos fiat lux, & facta eſt lux, nonne antequam ſpiritus Dei ferretur ſuper aquas, potuit præcipere Deos quod fieret lux? cur ergo non eſt ita operatus? optime poſt annunciatum ſpiritum Dei, facta eſt lux & decor ab omnibus creaturis datus. quia à ſpiritu Dei illuminatio noſtra & cætera bona proueniunt; hanc veritatem declarat, D. Aug. *beata creatura quæ non nouit aliud, cum ipſa eſſet aliud niſi dono tuo quod ſuperfertur ſuper omne mutabile, mox vt facta eſt, attollitur nullo interuallo temporis, in ea vocatione qua dixiſti, fiat lux & facta eſt lux*; & de hoc ſpiritu loquens, Cap. præcedenti ait, *dono tuo accendimur, & ſurſum ferimur, inardeſcimus & imus, aſcendimus aſcenſiones in corde. & cantamus canticum graduum, igne tuo bono inardeſcimus, & imus, quoniam ſurſum imus ad pacem Hieruſalem.*

Aug. li. 13. de conf. cap. 10.

### *Spiritus ſanctus Donum Dei eſt.*

165 *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, nunquid pater aut filius non ſuperferebatur aquis? certum eſt, tanquam loco ſicut corpus, nec ſpiritus ſanctus ſuperferebatur, ſi autem incommutabilis diuinitatis eminentia ſuper omne mutabile, & pater, & filius, & non ſolum ſpiritus ſanctus ſuperferebatur: cur igitur hoc de ſpiritu ſancto annuntiatum eſt? nota ſpecialiter dictum donum Dei; ideo igitur a Moyſe pronooriatum eſt quod ferebatur, quia nobis tanquam donum ſpecialiter conceditur, fauet D August. *de ſolo dictum eſt, quod ſit donum tuum & in dono tuo requieſcimus.*

Aug. cit.

### *Spiritus ſanctus omnibus firmitatem tribuit.*

166 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, cur annumeratis cœlo, terra, aquarum abyſſo, ilico additur & ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas? quid enim ad creationem ſcire refert vtrum ſuperferebatur vel non?

nonſine myſterio, poſt enumerationem cœli, terræ, & marium, additum quòd ſpiritus ſanctus ferebatur ſuper aquas, ſed ad declarandum eſſe eum qui omnibus, firmitatem præbeat, ratiocinatio eſt D. Cyrill. Alex. *quod ipſa elementorum natura non habeat ex ſe, vt corruptionem effugere poßit, ſed opus habet manu quæ ipſam contineat, vt bene ſit, oſtendit dicens, ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas; viuificat enim omnia Dei ſpiritus, omnia etiam illo opus habẽt, non aliter poterunt firme in ſua eſſentia, quæ ſunt, perſiſtere.*

*Cyrill. Alex. lib. 1. contra Julian.*

## *Spiritus ſanctus deſcendens & aſcendens, affectum amoris erga nos maximum declarat.*

167 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, videmus ſpiritum ſanctum ſuper aquas deſcendiſſe, nonne hic idẽ ſpiritus ſanctus deinde aſcendit in cœlum? ſi enim non aſcendiſſet, non dixiſſet Chriſtus Dominus. ſe eum ad nos miſſurum, cur igitur à nobis ad cœlos aſcendit, & à cœlis ad nos deſcendit? quia deſcendẽs & aſcendens erga nos eximium declarat amorem, affectumque comprobat, ſic Ambroſ. *alius a nobis ad patrem aſcendens, alius ad nos à patre veniens paternum erga notat, piißimum affectum declarat, qui nunquam nos in tentationibus iſtius mundi & miſeriis, nec ſine aduocato, nec ſine conſolatione patitur.*

*Ambroſ. tract. in ſymb. Apoſtol. c. 3.*

## *Spiritus ſanctus ita hominem diligit, vt ſine eo inquietus eſſe videatur.*

168 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*. Ad aquarũ igitur motum mouebatur hic ſpiritus Dei, quomodo cui propria immutabilitas, ita mouetur? cum moueri dicat acquiſitionem loci diuinæ immenſitati repugnantem? nota hominem nondum eſſe conditum; non mirum igitur ſpiritum Dei ita moueri, quia ita hominem diligit, vt ſine eo inquietus eſſe videatur, ſic Rupert. *Ferebatur ſuper aquas, quia inquietus erat, quouſque vidit hominem creatum, ſuper quem requieſcere poßit.*

*Rup. abb.*

## *Spiritus ſancti amor non refrigeſcit, etiam à nobis impeditus.*

169 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, per hunc ſpiritum amorem intelligimus, teſte Rup. dicente quid putamus eſſe hunc ſpiritum niſi amorem Dei? amorem non affectuum, ſed ſubſtantialem amorem, amor autem ſapit naturam ignis, cui aquæ contrariantur, eumque extinguunt: quomodo igitur hic amor tanquam ſuper aquarum multitudinem fertur, non autem immergitur aut extinguitur? dico ſpiritum ſiue Dei amorem aquis innatare, non autem extingui, imo ardentem & inæſtuantem eſſe, quia tanto amore flagrat, vt ipſas etiam aquas accendere videtur nec ab eis extinguitur, amor enim Dei etiam à nobis propter peccata noſtra (quæ aquis deſignantur) impeditus non refrigeſcit, quod Theodulus exponens hunc locum Pauli ad Rom. 5 pro impiis mortuus eſt) ait, *Domini noſtri bonitatem hic contemplare, qui filium ſuum pro impiis peccatoribus dedit* Quaſi diceret, tantus fuit amor Dei, vt peccata hominum amorem illius non minuerent.

*Rup. li. 1. in Gen. cap. 8.*

## *Spiritus ſanctus ita diligit nos, vt cum eſſe non poßimus quod ipſe eſt, taliter operatur, vt ei ſaltem vniamur.*

170 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, non ita intelligas aquis ſuperferri, vt nihilominus non agnoſcas ſuper terram, quæ ſub aquis latebat etiam ferri: ſed cur non ſolum ſuper aquas, ſed etiam ſuper terram? nota vtrumque ad plurium creaturarum productionem fœcundiſſimum ſuper aquas: igitur & ſuper terram fertur maxima vnione, quia cum eſſe non poterat, quod ipſe erat, taliter operatur vt creaturas ex eis formet, quibus nos ipſi vniamur: ſic Rupert. *hic ferebatur ſuper aquas, nihilominus & ſuper aridã quæ ſub aquis latebat, videlicet magno ſupra creaturam ſuam creator affectu ducebatur, vt quia non poterat eſſe, quod ipſe qui creauerat, tales ex ea faceret formas, in quibus creatori coniungeretur, coniungeretque & coniugaret creatura, hic amor, hæc bonitas creatoris ſpiritus ſanctus eſt.*

*Rup. li. 1. in Ioan. c. 8.*

## *Spiritum ſanctum recipiens debet vacare bonis operibus.*

171 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, ilico ſubiungit Moyſes, dixit Deus fiat lux, cur quæſo poſtquam aſſeruit ſpiritum Dei ferri ſuper aquas, ait Deum dixiſſe fiat lux; pluries diximus per ſpiritum Dei ſanctum intelligi; per aquas autem homines eum recipientes, aquæ multæ, populi multi, Apocal. per lucem bona opera, ſic luceat lux veſtra coram hominibus vt videant opera veſtra bona; optime igitur additum fuit fiat lux, poſtquam dictum fuit, quod ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas, quia recipiens ſpiritum ſanctum, debet vacare bonis operibus, ita D. Anaſtaſ. Synaita, *per hoc, bonam vitam exigi à baptizato, quæ quidem tanquam lux luceat ante faciem eius.*

*Apoc. 17. Matth. 5. Anaſt. Syn. in hex.*

## *Spiritus Dei ſuper humiles requieſcit.*

172 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, quando quis fertur verbigratia ſuper currum, aut ſuper humeros, &c. ibi requieſcit, ſpiritus autem Domini cum ferebatur ſuper aquas, requieſcebátne in eis? nonne alibi dicitur ſuper quem requieſcam, niſi ſuper humilem? dico igitur ſpiritum Dei non ſuper aquas requieuiſſe, ſed ſolum ſuper humiles, quod D. Aug. expreſſe teſtatur, *ſpiritus tuus bonus ſuper ferebatur ſuper aquas, non ferebatur ab eis, tanquam in eis requieſceret*, & D. Ambroſ. *eſto humilis & quietus, vt in tuo requieſcat Deus affectu.*

*Aug. li. 13. confeſſ. ca 8. Amb. lib. 6. hexa. c. 8.*

## *Spiritus ſancti ſedes aqua quia, baptiſmum repræſentat.*

173 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, cur aqua diuini ſpiritus ſedes gratiorque cæteris creaturis? cœlum formatur, non legimus ſuper illud ferri, nonne alia elementa formata, in eis illum non conſpicimus; an aqua his omnibus ſuperior eſt vt ſola ſpiritus ſancti ſedes eſſe mereatur? ideo ſpiritus Dei ſedes, quia ſacramentum baptiſmatis iam ab initio figurabant, ſic Tertull. *Solus liquor, ſemper materia perfecta, læta, ſimplex, de ſuo pura, dignum vectaculum Deo ſubiiciebat*, deinde poſtquam diuerſis præconiis eam eſt proſequutus, ait: *ſatis eſt ea præcerpſiſſe in quibus ratio Baptiſmi recognoſcitur prima illa, qua iam tunc etiam ipſo habitu prænotabatur ad Baptiſmi figuram, Dei ſpiritũ, qui ab initio ſuperuectabatur ſuper aquas, intinctos reformaturum.*

*Tertul. li. de baptiſ. ca. 3. & 4.*

## *Spiritus* Dei *præditus eſt, qui alteri non inuidens, ſinit eum manifeſtari.*

174 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, cur ſpiritu Dei

honotantur aquæ potius quam alia elementa, cum A aquę inter ea primam non obtineat ſedem? audiamus quid de aquis paulo inferius dicitur, congregentur aquę quæ ſub cœlo ſunt, & appareat arida, & factum eſt ita: quaſi diceret Deus, terra non apparet, quia eam tegitis & occultatis; ne illi inuideatis, ſed eam ſinite manifeſtari, & factum eſt ita, inquit textus, id eſt terræ non inuiderunt, ſed eam, quid eſſet, manifeſtari permiſerunt: dico igitur non mirandum: ſpiritu Domini aquas ornari, quia Dei ſpiritu prędiтus eſt, qui alteri non inuidens, ſinit eum manifeſtari, hunc conceptum confirmat, id quod in Pſal. dictum eſt, quoniam videbo cœlos opera digi- B torum tuorum, lunam & ſtellas quæ tu fundaſti; quæ verba expendens D. Greg. Mag. ait, dicturus lunam & ſtellas, cur pariter ſolem etiam non enumerauit? nota ſolem lunę & ſtellarum claritatem impedire ſuo lumine, lunam autem ſtellarum ſplendori nec ſtellas lunæ obſtare, iure merito igitur ſol non enumeratur à Pſalmiſta quaſi ſua indignus conſideratione, eo quod quaſi inuidus aliorum manifeſtationem impediret: luna autem & ſtellæ celebrantur, quia non ſibi inuicem inuidentes, ſimul lucent & apparent. ſic D. Pet. Dam. *Multo aliquid altius habet* C *claritas ſolis, quam luna, quia et ſi illa minores ſtellas obſcurat, non tamen penitus occultat, hic vero lucidius incandeſcens, ita ſibi ſyderum & lunæ rapit poſitionem, vt ſint quaſi non ſint, & videri non poßint.*

Pſalm 8.
Gre. Mag. hom. 15. in Ezech. l. 2.
Pet. Dam. ſer. de Aſſu.

*Spiritus ſanctus ab initio omnium conductor.*

175 *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Quomodo poteſt fieri quod ſpiritus Dei ferretur ſuper aquas? nonne ille potius tribus digitis fert vniuerſum orbem? ſi igitur fert, quomodo fertur? tum etiam ferri imperfectionem dicit in Deo. Reſponde ferri non tanquam impotentem & debilem, ſed tanquam omnium conductorem & aurigam, ſic optime D. D Hieron. *Rudis mundus necdum ſole rutilante, nec pallente luna, nec aſtris micantibus incompoſitam & inuiſibilem materiam abyſſorum magnitudine, & deformibus tenebris opprimebat, ſolus ſpiritus Dei in aurigæ modum ſuper aquas ferebatur*, expende illa vltima verba in aurigæ modum, id eſt conductoris & gubernatoris omnium.

Hie. epiſt. ad Oceanum quæ eſt 83.

*Spiritus ſanctus confuſionem abhorret.*

176 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Nonne Angeli ſunt longe aquis excellentiores? in eis igitur feratur E non autem ſuper aquas? aduerte tunc omnia confuſa fuiſſe, terra enim aquis cooperiebatur, aquæ locum ſuum minime occupabant, ſpiritus igitur Dei ſuper aquas fertur, vt confuſionem tolleret ordinemque ſtatueret, ſiue Gloſſa ordin. *Spiritus Dei præerat fluctuanti & confuſa materia, vt diſtingueret quando vellet.*

Gloſſ. ord.

*Trinitas cooperata eſt ad mundi creationem.*

177 *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Cum per ſpiritum Domini tertiam Trinitatis perſonam dica- F mus intelligi (teſte etiam ipſo D. Ambr. dicente, cum ſanctorum & fidelium ſententia congruenter ſpiritum ſanctum accipimus) quid igitur ſignificare voluit Moyſes, poſtquam aſſeruit in principio Deum condidiſſe cœlum & terram, addens, & ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas? nonne per principium verbum patris, per Deum ipſum patrem intelligimus? recte igitur ſubiunxit Moyſes ſpiritum Domini ferri ſuper aquas, ad innuendum Trinitatem ad mundi conditionem cooperatam fuiſſe, ſic Iunilios: *Bene vt vides, totius ſimul Trinitatis in creatione mundi virtutem cooperatam ſignat, dicens & ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas, poſtquam prius in principio ſcilicet in filio, Deum cœlum & terram feciſſe prædixerat.*

D. Ambr.
Iunilius.

*Sanctiſſima Trinitas nobis notificatur.*

178 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Patrem agnouimus, filium non ignoramus, cur igitur illico mentionem ſpiritus Dei fecit Moyſes? ſine dubio vt ſanctiſſima Trinitas nobis notificaretur, teſtis eſt Victor Epiſcopus de fidei ratione ad Hunnerium, *Primum igitur de veteris teſtamenti libris, poſt etiam noui, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum vnius docebimus eſſe ſubſtantia, lib. Geneſ. ſic inchoante, in principio fecit Deus cœlum & terram, & ſpiritus Dei ſuperferebatur ſuper aquas, ille Iudæis interrogantibus quis eſſet? dixit principium qui & loquor, ſuperferebatur ſpiritus Dei ſuper aquas, vtpote creator virtute potentia ſua continens creaturam.*

Vict. Epiſt. de fidei ratione ad Hunneriũ.

*Spiritus ſanctus non contentus, ſed omnia continens.*

179 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Aqua ergo erat habitaculum Spiritus ſancti, & ipſa continebat ſpiritum Dei, imo ſpiritus Dei ipſam, & omnia alia ſanctus includebat: *Spiritus ſanctus Deus eſt* (inquit Beda) *qui a iure non loco continetur, & diſtenditur, nec temporum mutationibus ſubiacet, ſed eſt vbique totus præſens*, & ita omnia continet.

Beda.

*Spiritus pacis amator.*

180 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* An de loco in D locum vagatur ſpiritus Dei, ita vt nunc in aquis, terra, & in cordibus hominum reperiatur? aduerte quod elementa omnia in illo principio, naturali quadam confuſione ſibi inuicem aduerſabantur; fertur igitur ſpiritus Dei ſuper aquas, non per vagationem, ſed vt ſtabiliret inter omnia pacis vnitatem: audiamus Abſalonem Abbatem ſerm. 35. *Primus flatus Spiritus ſancti fuit in creatione, ſecundus in incarnatione verbi, tertius in renouatione hominis: de primo dictum eſt, quia ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas, quo ſpirante fluxerunt, hoc eſt confluxerunt, id eſt in vnum locum fluxerunt, quia congregata ſunt aquæ quæ ſub cœlo* E *erant in locum vnum, vt appareat arida: elementa ſiquidem huius mundi naturali quadam confuſione ſibi erant aduerſantia: quippe frigida pugnabant calidis, ſiccis humida, donec tandem Spiritus ſanctus magiſterio ſtabili fœdere pacis conſederunt, ſollicita ſuo modo ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. quippe terra in gremio ſuo aquam ſuſcipit inſtabilem in ſe & vagam, aqua terram rigat per ſe ſitientem & aridam; & ignis caloris beneficio fructus terra edidit, aër ſua temperie inuiolata conſeruant.*

Abſ. Abb. ſerm. 35.

*Spiritus hominis fertur naturaliter ſuper ſcientias.*

181 F *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Non eſt dubium per aquas ſcientiam intelligi, nam ſicut aquis ſitim extinguimus, ita cognitione rerum mentis deſiderium ſatiamus, inde eſt quod Deus conqueritur de mortalibus, cum ait: *Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas*; fons aquæ viuæ eſt ſcientia rerum diuinarum, ciſternę diſſipatæ ſunt ſcientiæ humanæ & naturales: ſed ſi ſcientiarum ſymbolum eſt aqua, quomodo ſpiritus Dei

Ierem. 2.

ferebatur ſuper aquas? nam ſpiritus ſanctus ad eas A acquirendas naturaliter non fertur, cum ſcientiarum omnium ſit fons & origo: aduerte quæſo bonitatis ſpiritum non incongrue ſpiritum Dei appellari poſſe: nam à Deo prodiit, *Inſpirauit enim in eum* Eccleſ. 12. *ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem*, & quia in ipſum Deum redire debet, vnde eſt illud Eccleſ. 12. *& ſpiritus redeat ad eum qui dedit illum*, quo poſito recte dicemus ſpiritum Dei, qui aquis ſuperfertur, eſſe ſpiritum hominis, qui naturaliter fertur ad ſcientias acquirendas. Senſus eſt Lyrani, cum ait: Noſter Lyranus. *Spiritus Domini, id eſt ſpiritus hominis, qui conuenienter dici poteſt ſpiritus Domini, eo quod eſt* B *à Domino creatus, ferebatur ſuper aquas, id eſt naturaliter deſiderans ſcientias, quæ nomine aquarum deſignantur*, Prouerb. 5 *in plateis aquas tuas diuide, docendo ſcilicet publice.*

*Deus otium maxime odit, actionemque diligit,*

182 Abul. Philo. hæb. *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Hunc ſpiritum Dei diximus à multis accipi pro aëre, ita Abul. Phil. Difficultas eſt cum illud epithetum *Dei*, nulli antea creaturæ datum fuerit, non enim terra dicta eſt C Dei, aquæ Dei, cur igitur aër hoc epitheto decoratur, ita vt nuncupetur aër vel ſpiritus Dei? ſcio aliquos reſpondere dictum eſſe ſpiritum Dei, quia ille ventus vehementiſſimus & validiſſimus erat, mos enim ſcripturæ eſt, cum rem quampiam inſignem & eximiam ſignificare vult, adiungere ei nomen Dei, ſicut dicitur mons Dei, cedrus Dei, &c. ſed ad ſatisfaciendum noſtro conceptui, ſcilicet cur aër Dei epitheto decoretur, non autem terra? nota terram quaſi non operari, de ea enim dicitur, terra autem in æternum ſtat: aquæ ſimiliter ſi in aliquo loco contineantur, quaſi immobiles permanent, aër D autem eſt in perpetuo motu, nunquam ceſſat agitari, per quem operatio declaratur: decoratur igitur aër hoc inſigni *Dei* epitheto, non autem prædictæ creaturæ, quia hæ ab operatione ceſſant, & quaſi otioſæ manent, aër autem quaſi continuum otio bellum indixerit, perpetuò mouet & mouetur: nam Deus operi & non otio vacantes maxime diligit: neſcio ſi D. Laurent. Iuſti. ad quam reſpiciens quæ D. Lauren. Iuſt. lib. de perfectionis gradib. c. 9. aliquando otium repræſentat, dixit, *Sicut aqua quæ caret decurſu, ac iacet in foueis putreſcit, ab humano vſu aliena efficitur, repleturque animalibus venenatis & noxiis, ita & corpus otij tabe confectum concupiſcentiarum carnalium parit inſaniam.*

*Deus eſt cum afflictis.*

183 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Cum hic ſpiritus ſit tertia perſona Trinitatis, cur ſuper cœlum Pſal. 113. quod ſedes beatorum & Deo dicatum (teſte Pſalmiſta) *cœlum cœli Domino*, non legimus ſuperferri? quid in aquis iucundius vel melius in eis reperitur, vt Spiritum ſanctum ad ſe attrahant? nota quod aquæ in ſacro textu ſignificant aliquando afflictiones, Pſal. 68. *Intrauerunt aquæ vſque ad animam meam*, & Pſal. 68. Cant. 8. Cantic. 8. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem*, quid igitur mirum ſi aquæ tribulationes ſignificant, quod ſpiritus Dei eis ſuperferatur? quia F Deus in tribulationibus, & cum afflictis reperitur, Ber. ſuper Pſal. qui habitat. ſic D. Bernard. *Vnde ſcimus quod nobiſcum eſt Deus in tribulatione, ex eo vtique, quia in ipſa tribulatione nos ſimus, quis enim ſuſtineret?*

*Egenus amor ſubiicitur, diues eminet.*

184 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Cum ſpiritus A ſanctus ſit in omnibus per præſentiam, potentiam, & eſſentiam, nonne optimus fuiſſet hic modus loquendi, ſpiritus Dei erat in aquis, non autem ferebatur ſuper aquas? nonne etiam de eo dicitur, quod tribus digitis appendit molem terræ? cum autem moles terræ aquis ſubiiciatur, deberet Moyſes dicere, Iſai. 40. quod ſpiritus Dei ſubiiciebatur aquis. Nonne ille ſpiritus deſignat amorem, qui creaturis omnino non indiget? bene igitur ſuperferri dicitur, quia diues amor non ſubiicitur, ſed ſemper ſupereminet: Eucherius in Gen. ſic D. Eucher. *Indigus atque egenus amor ſubiicitur rebus quas diligit, & ideo dictum eſt ſuperferri creatura* B *ſpiritum ſanctum.*

*Charitas aliis omnibus ſupereminet.*

*Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Dubium eſt, 185 cur poſt nominatum cœlum, terramque inuiſibilem & incompoſitam, tenebras ſuper abyſſum, aſſerat ſpiritum Dei aquis ſuperferri? quaſi hoc vltimum non potuiſſet aſſeri, niſi priori nominato? nonne ſpiritus Dei eſt charitas? aſſeramus igitur recte prius cœlum, terram, aquas nominatas fuiſſe, quam ſpiritum C ſuperferri; ſed poſtea additum, quia charitas omnia ſuperat, omnibuſque ſupereminet. Audi Auguſt. *Sequatur qui poteſt intellectu Apoſtolum dicentem,* Aug. li. 13. confeſſ. c. 7. *quia charitas tua diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis, & de ſpiritualibus docentem, & demonſtrantem ſupereminentem viam charitatis, & flectentem genua pro nobis ad te, vt cognoſcamus ſupereminentem ſcientiam charitatis Chriſti, ideo ab initio ſupereminens ſuperferebatur ſuper* Rom. 5. *aquas*, & de eadem charitate alibi loquens ait, *Vt enim oleum à nullo humore premitur, ſed omnibus diſruptis exilit & ſupereminet, ſic charitas non poteſt in ima* D *premi, ſed neceſſe eſt vt ad ſuperna emineat.*

*Angelica natura longè corpoream excellit.*

*Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Si omnem 186 traſcendit non ſolùm naturam terreſtrem, ſed & ſpiritualem ſpiritus Dei, cur ſuper aquas ſolum ferri Procop. Caieton. dicitur à Moyſe? aduerte Procopium, imo & Caietanum, per ſpiritum Dei Angelum intelligere. Quid vetat autem per illas aquas ſiue abyſſum quidquid corporeum productum erat ſignificari? dicamus igitur ſpiritum Dei ferri ſuper aquas, eſſe Angelum qui omne corporeum excellit in perfectione & ſu- Aug. in q. ex veteri teſta. part. 2. quæſt. 2. E perat, ſic D. Auguſt. *Moyſes cum creaturam hylicam id eſt confuſionem rerum deſcriberet, quæ vtique ſenſu bruta eſt, ſuper terram, abyſſum, & tenebras ſpiritum Dei ſuperferri interlocutus eſt, vt ex eo ſpiritu & loco in quo ferebatur ſuperior creatura, quam ſpiritalem dicimus, cognoſcatur, nam ex eo quod ſuperferri illum dicit, creaturam illam ſignificauit, quia omnis creatura Dei fertur virtute, à qua accepit vt ſit; nam quis ordo eſt vt Spiritus ſanctus ſuper aquas feratur quem conſtat vtique eſſe ſuper omnem creaturam? ſi enim Chriſtus in dextera Dei eſt ſuper omnes cœlos, illic eſt, & Spiritus ſanctus.*

*Spiritus ſanctus, præſens ſacramento Euchariſtiæ, cœleſtes producit fœtus.* F

*Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* D. Hieron. ait 187 pro eo quod in noſtris codicibus ſcriptum eſt ferebatur Hier. in q. Heb. in Gen. in Hebræo reperitur Merahephet quod nos appellare poſſumus, incubabat, ſeu confouebat, in ſimilitudinem volucris oua calore animantis: fouebat igitur aquas, vt eas fœcundaret ad cœleſtium

corporum partus; ſed illa incubatio aliquodne myſterium deſignat? D. Baſil. ait, *quod ſpiritus viuus & ſanctus à ſupernis cælorum ſedibus deſcendit atque incubat, manetque ſuper hanc Eucharistiam propoſitam.* Nunc ergo attende illud quod dicitur, nempe quod ſpiritus incubabat ſuper aquas, & quod ait Baſil. ſpiritus ſanctus incubabit ſuper hoſtiam, & colliges quod ſicut ſpiritus Dei incubabat ſuper aquas, vt fœcundaret cœleſtium corporum partus, ſic ſpiritus ſanctus incubat ſuper Euchariſtiam, vt cœlitum generaret infinitam multitudinem. D. Baſil.

### *Religioſa corda etiam mundano puluere ſordeſcunt.*

158 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, vix terra creatur, & iam Dei ſpiritus inſidet aquis, cur immediate ad terræ creationem ſpiritus Dei adiungitur aquis? ſane vbi creaturæ apparebant homini dandæ, hæc in primis fuit cordi, diuino ſpiritui, nimirum lauacra parare: nequit enim hominis affectus ire ad creaturas, quin inde contrahat neceſſitatem lauacri, pulchrè D. Ambroſ. ait, *In principio fecit Deus cælum & terram, de ſpiritu dictum eſt: ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas & bene in exordio creaturæ baptiſmi figura ſignatur, per quod habuit creatura mundari*: ſimul incipiunt & creatura & lauacra, vbi enim creatura eſt, & ibi neceſſitas eſt lauacri; nequeunt namque creaturarum negotia fieri, quin ſordes contrahantur; quas neceſſum eſt vt laues. Ambroſ. in Exol. l. 2. de ſpiritu ſancto.

### *Qui à principio Deo ſe ſubiecit, etiam poſt ingentia peccata ſi conuertatur, promptiorem Dei miſericordiam inuenit.*

159 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, contemplemur quæſo quid à Mattheo cap. 3. dictum eſt, cum venit Ieſus ad Ioannem, vt ab illo baptizaretur, ait, baptizatus Ieſus confeſtim aſcēdit de aqua, & ecce aperti ſunt ei cœli, & vidit ſpiritum Dei aſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe: triginta annos vixerat Ieſus in mundo, nec vnquam oſtendit hominibus cœlum adeo facile & promptum, nec ſpiritum ſanctum ſic de cœlis ad nos volantem, vt modo oſtendit cum aquas tangit baptiſmi: & cur ad has aquas ſic omnia cœleſtia facilia & prompta oſtenduntur? nonne diximus quod ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas, ab exordio creationis? ſicque illi tanquam ancillæ famulabantur? quid mirum igitur ſi quę à primordio Deo ſeruierant, etiam ſi poſt longiſſima tempora quamuis mille criminibus fœdatæ & ſceleribus inquinatæ, ſi ad idem reuertantur obſequium, & prompta & facilia cœleſtia omnia, & Dei aduolantem denuo inuenient ſpiritum? pulchre aiebat Tert. li. de baptiſm. *tum ille ſanctiſſimus ſpiritus ſuper emundata & benedicta corpora, libens à Patre deſcendit ſuper baptiſmi aquas, tamquam priſtinam ſedem recognoſcens conquieſcit*. Expende illa verba *priſtinam ſedem recognoſcens*, non longinquitas temporis, non interpoſitæ tantorum annorum noctes, non homicidia in aquis perpetrata, non latronum ſeu piratarum claſſes currentes per vndas, potuerunt obliterare priſtina aquarum ſeruitia, vbi aquæ ſeſe Ieſu ſubmittunt, abſque mora in illis diuinus ſpiritus recognoſcit priſtinam ſuam ſedem, & aduolat requieturus in illa, fœlix quicumque à primordio ſedem fecit Deo in animo ſuo, is vel poſt turpiſſima facinora & antiquata ſcelera, ſi conuertatur, ſi pœnitens ſeſe Deo ſiſtat, omnia cœleſtia prompta & aperta inuenit, & Dei ſpiritus recognoſcens priſtinam ſuam ſedem, ocyſſime volabit ad illam. Mat. c. 3. Tertu l. li. de baptiſ.

### *Ordo charitatis eſt, vt antequam ad alios mundandos accedas, teipſum prius mundes.*

*Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, cur non ſupra aërem vel ſupra terram, vel ſuper ipſum ignis elemētum? aduerte aquam Dei virtute homines mundaturam: merito igitur ſolum ſuper aquam ferebatur ſpiritus Dei, quia quæ ſola ſanctificatura erat in baptiſmate, ſanctificatione indigebat, ſic exponit. Tert. lib. de baptiſm. c. 4 *ab eo inquit quod ſuper ferebatur, id quod ferebat ſanctitatem mutuabatur; ita de ſancto ſanctificata natura aquarum, & ipſa ſanctificare concepit, aquis ſupereſt ſpiritus ſanctificans eas, & ita ſanctificata vim ſanctificandi combibunt*, quaſi ſanctificare nequeat, qui non prius ſanctificetur. 198 Tertul. li. de baptiſ. c. 4.

### *Mariæ illibata virginitas.*

*Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, alij vertunt ſpiritus ſanctus fouebat aquas ad modum auis oua incubantis, vt plures interpretes notauere, volucres oua fouent, fœcundant & animant, nihil tamen lædunt, fouent illæ oua, alas ſuper oua expandunt, formatur illa expanſione pullus, nulla immittitur ouo ſubſtantia, non læditur, non frangitur: cur igitur non dicemus ſpiritum ſanctum Mariam incubaſſe, non ſecus ac in primordio mundi aquas? potuit igitur illam fœcundam reddere ſine vlla virginitatis læſione, ſine vlla pudoris fractura, poteſt id viuificus animantis calor, in ouo, non potuit idem in Virgine Dei ſpiritus? Siſtendus hîc noſter S. Amadæus, qui de laudibus beatæ Virginis hom. 5. ita ſcribit: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, ſuperueniet in vbertate, in affluentia, in plenitudine, & in effuſione carnis & animæ: cumque repleueris te, erit adhuc ſuper te, & ſuper aquas tuas feretur, facturus in te quiddam melius & mirabilius quam cum ferebatur ſuper aquas à principio, vt materiam creationis in diſtinctionē form à aque produceret.* Poterat pulchrius? poterat opportunius? ſuper Mariæ aquas fertur ſpiritus ſanctus, ſicut in prima mundi productione, quia ſicut tunc fœcundauit aquas, & illas velut auis oua abſque vlla læſione fouit, ita, imo & multo perfectius, Virginem ſua vmbra fœcundam reddidit, ſed eius virginitatem non imminuit, illibatus poſt conceptum ſtat virgineus pudor, ſub ſpiritalis columbæ alis formari in Virginis vtero Chriſtus potuit, frangi clauſtra virginea non potuêre. Stat ſuper Virginis aquas ſpiritus, vt mundo decorem formamque ſuam tribuat. Amadæus.

### *Per virginem ſpiritus Dei ſanctitas quæ ferè latuerat, innoteſcit.*

*Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, alij, mouebatur, vel agitatione quadam concutiebatur, quia nondum homo conditus, qui eius quies futura erat. Sed cum vniuerſe homo ſpiritus requies ſit, id plenius iuſtiuſque de virgine, quæ ſanctior omnibuſque purior extitit, dici poſſe nemo inficiari debet aut iure poteſt. Sed virgo quæ ſpiritus ſancti requies fuit, imò quæ ſub eius vmbra fuit, an vmbram ei facere potuit qua eundem ſpiritum obumbraret? ſed cur vmbra ſpiritus ſancti dicitur? ſic enim eam vocat Methodius orat. in Hypop. aduerte quod pictores medijs vmbris prominere faciunt quæ alioqnin difficile cernūtur: cur igitur non dicemus virginem Methodius

ſpiritu ſancti vmbram dici? quia virgo tamquam vmbra in elatam ſpiritus ſancti cognitionem nos A duxit, qui fere antea latuerat. Rup. Abb. Religio eſſet hic Ruperti verba deſiderari, qui in ca. 1. Matt. hæc ad hanc mētem habet: *ſpiritus ſanctus maxime ex hoc facto ſuo nominatur, quia quod in ea natum eſt (ait Angelus) de ſpiritu ſancto eſt: ante hæc ſpiritus Dei, ſiue ſpiritus Domini dicebatur. Nec facile in omni ſerie veteris inſtrumenti reperies hoc inſigne vocabulum, ſcilicet (ſpiritum ſanctum) propter quod Dauid Pſ. 50. & ſpiritum ſanctū* Pſal. 50. *tuum ne auferas à me: neque ipſe ſic abſolute ſpiritum sanctum dixit, ſed tuum addidit, ſicut in cæteris ſcripturis legalibus, ſiue propheticis nuſquam abſolute, ſpiritus ſanctus: ſed relatiue ſcribitur (vt iam dictum eſt) ſpiritus* B *Dei ſiue ſpiritus Domini. Ab hoc loco fere primū ſonuit in auribus noſtris hoc reuerendum & inſigne vocabulum proprium atque abſolutum, Spiritus ſanctus, vbi Angelus ad Mariam. ſpiritus ſanctus ait, ſuperueniet in te, & ad Ioſeph, quod enim in ea natum eſt, inquit, de ſpiritu ſancto eſt: quam ob cauſam? niſi quia (quod magna cum reuerentia cogitandum eſt) maxime ex hoc opere quod in Maria operatus eſt, claruit hic ſpiritus Domini, quod vere ſanctus ſit, quod vocabulum ſpiritus ſanctus venerabiliter ſonare non dubito, cum habenti aures audiendi liceat hoc nomen ſpiritus Dei, ſpiritus Domini, ſatis & multum venerabile ſit.*

C

*Virgo ſanctiſſima non vult ſola Dei diuitias poſſidere, ſed amat alijs communicare.*

108 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, non ſe ſub aquis, non in viſceribus terræ abſcondebat, aquis ſuper ferebatur, vt omnibus ſeſe offerret, ſua beneficia omnibus communia faceret, Guill. Abb. quod tetigit Guillelmus Abbas S. Theodorici in meditationibus, dum ait: *ferebatur ſuper aquas, ſcilicet omnibus ſe offerēs, ad omnes ſe exhibens benefaciendo, & vtilia prouidendo, quod eſt proprium ſpiritus ſancti*. Diximus eo modo quo ſpiritus ſanctus ferebatur ſuper aquas, incubaſſe & virginem: cur ergo ſoli virgini non aſſidet? cur in ipſa D ſola non requieſcit? cur hoc non deſiderat beatiſſima virgo? quia non vult ſola Dei diuitias poſſidere, amat aliis communicari, gaudet in ipſa Dei opes condi, vt tamen velit & in nos deriuari per ipſam. Phili. Abb. Quod recte obſeruat Philippus Abbas lib. 1. cap. 8. comment. in Cantica, explicans hæc verba, meliora ſunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis, ait, *virgo ſancta ſponſi vbera ſenſerat abundare, & eorumgratiam non apud ſe ad modum inuidorum clauſo ſpiraculo retentare, ſed foras deuotis & humilibus odorem ſuauiſſimum propinare, eiuſque beneficio mentes prius aridas meritorum copia ſaginare.* E

*Miſere fallitur, qui ſine longa patientia laborum ſperat oblitterare peccata.*

Hieron. 109 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*. Hier. incubabat, ſeu fouebat aquas: cum audis ſpiritum Domini illum diuiniſſimum intellige, qui iuxta Apoſt. ad Ro. 8. poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, id eſt nos gemere & lachrimari facit, veniam peccatorum poſtulantes. Rom. 8. Hic ergo ſpiritus gemituum, lachrymarūque amator, iam à principio dicitur, quod incubabat ſuper aquas, cur incubabat? vt auis pullos ex ouis eductura, multis diebus incubat ouis, ibique infirmatur, longoſque receſſus patitur; ſic qui de ſpiritus ſancti gratia ex pœnitentiæ lauacro amat ſeſe in vitam ſuſcitare, non leuiter & curſim hoc lauacrum pertranſeat, ſed ibi debet multis diebus incubare, vt de diuturnitate afflictionis, & ærumnarum in vitam conualeat ſpiritualem. Hinc Tertul. Tertul. lib. de pœnit. hoc deſidioſis pœnitentibus opponebat, nimirum, *pœnitentia malorum leuius incubans*, quaſi in illo ſolo peccatum videatur iam cedere gratiæ, qui non leuius & curſim, ſed moroſiſſime incubat pœnitentiæ, diuturnos ſeceſſus amans, longaſque ſuſtinens afflictiones carnis: vt dicat Ruritius Ruri. Epiſ. Epiſc. lib. 2. epiſt. 14. *Pœnitentia non eſt nomen otioſum, quae ex qualitate nominis poſſidet laborioſū vocabulum: non enim poteſt pœnitens dici, qui pœnitenda committit; ſed ille qui præterita peccata, ſeu maculas humilitate cordis, ſubiectione corporis, bonorum operum ſedulitate, aſſiduitate orationum, continuitate gemituum, pectoris contuſione, lacrymarum profuſionibus deterget.* Itaque vt poſt peccatum ſalus habeatur, multiplicandi ſunt pœnitentis labores, longa gemituum continuatione, lachrymarum & afflictionum aſſiduitate eſt opus: numquam equidem auis quæ paſſim deſerit oua, fœtus excludet vitales, ſed quæ illis longa patientia incubat, & ſuper illos ſolitaria, & triſtis multis diebus confirmatur.

*Quanta vis lachrymarum, quamque Deo grata.*

110 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, ſcio litteraliter ſuper quaſnam aquas à principio mundi ferebatur: ſed myſtice quaſnam eſſe dicemus? B. Vincent. Fert. B. Vincent audiamus ſerm. 2. de natiui. Virginis ſic loquentem? *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas, ecce hic promiſſio de virgine Maria ad Ioachim, cum eſſet cum paſtoribus, & fleret, idem de Anna: ſuper iſtas aquas lachrymarū ferebatur ſpiritus Dei*, an vt ſpiritus Dei ſuperfertur aquis, lachrymiſque? vt ſtatim noſceremus quam charæ, quam gratæ ipſi ſpiritui ſancto. Sed quænam eſt vis lachrymarum Ioachim & Annæ, ſuper quas ferebatur? tanta vt mereantur obtinere virginem, à qua ille prodiret qui aquarum creator eſt: ſic teſtatur Antiochus hom. 107. de Annæ lachrimis ita loquens: Antioc. *Anna Ioachim vxor, ſtans in horto ſuo, cum petitionem obtuliſſet pro impetrando filio, promeruit accipere ſanctam virginem Mariam Domini ac Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti ſecundum carnem, matrem.*

## *VARIETAS VERSIONVM, VERS. III.*

*Vlg.* Dixit Deus fiat lux, & facta eſt lux.
*Cald.* Dixit Deus fiat lux: & fuit lux.
*Aly* Vertunt teſte Vatab. exiſtat lux.
*Hebræorum alij.* Iuſſit, præcepit.
*Lipp.* Voluit Deus.
*Caiet.* Erit Deus.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

HAia היה verbum, & eſſe & fieri ſignificat, & hinc eſt quod Caldaica editio & lux fuit dixerit, alij autem qui dixere *voluit, vel iuſſit*, non ſignificationem verbi Hebraici conſiderauêre, ſed Dei voluntatem præcipientis inſpexêre.

EXPO.

## EXPOSITIO TEXTVS, VERS. III.
### *DIXIT DEVS.*

ILlud dicere, non fuit vocalis expreſſio ſeu inſinuatio, ſed fuit tantum conceptio cum ipſius voluntatis imperio, ad quæ ſubſequuta eſt operatio. Dei enim facere eſt velle; vnde ſenſus eſt, *dixit Deus, fiat lux*, hoc eſt ſtatuit, iuſſit, & voluit efficaciter vt lux fieret, quæ eſt initium diſtinctionis operum Dei, non autem tenebræ, quæ illam præceſſerunt: quia non à negatiuo, ſed poſitiuo quale eſt lux, debet ſumi diuerſitas. *fiat lux*, de qua luce hîc ſit ſermo, & qualis ſit, difficultas inſuperabilis fere: prætermiſſa tamen D. Auguſt. ſententia aſſerentis hanc lucem fuiſſe ſpiritualem, nempe Angelicam, prætermiſſa inquam, quia cum dies in quibus creatio conſummata, fuerint ſenſibiles & naturales, debuerunt confici, ex luce ſenſibili & viſibili, ſeu ex præſentia & abſentia eius talis; autem fuit primus dies in quo facta eſt lux: & ita lux illa ſenſibilis & materialis fuit, ex illius enim abſentia & præſentia factus eſt: ſuppoſito quod ille fuerit ſenſibilis, videamus quænam illa fuerit. & omiſſis variis opinionibus quę apud doctiſſimum Pitigianum conſuli poſſunt, eam quæ mihi probabilior videtur propono, nempe quod illa lux quæ facta eſt primo die, eſt lux ſolis, quamuis tamen tunc informis & imperfecta: ſic expreſſe D. Dionyſ. Areopag. qui
*D. Dionyſ. Areop. de diuinis nominibus c. 4.* poſtquam de luce loquutus eſt, hæc verba expreſſa ſubiungit, *lux ea eſt ſolis etiamſi tunc forma carebat, quam diuinus ille Moſes primos etiam illos tres dies noſtros definiſſe & diſtinxiſſe commemorat*, quid clarius dici poteſt? Ratio ſuadet, quia cum verba ſacræ Scripturæ debeant ſumi propriè, cum nullum inconue-
A niens ſequitur, cur aſſeremus hanc lucem fuiſſe aliquod lumen ipſius ſolis illuminantis noſtrum Hemyſpherium, & non proprie lucem? cum inconueniens nullum colligatur quod non etiam in ipſo lumine non reperiatur? ſi enim dicis miraculum fuiſſe ſolem aliquando extitiſſe ſine luce, obiciam tibi maius miraculum fuiſſe, ſolem habuiſſe lucem perfectiſſimam (ſicut aliqui volunt) in illo primo inſtanti quando creatum eſt cœlum, & non illuminaſſe: ſol enim illuminat naturaliter, mediante ſua luce; ſi dicis quod impediebatur à nimiis tenebris, igitur cum Deus dixit fiat lux, nihil eſſet productum, niſi quædam luminis extenſio, quæ quidem non re-
B quirebat Dei imperium, cum naturaliter a luce ſolis emanaret: cum autem dicitur, quod fuiſſet miraculum quod ſi ſol ſine luce fieret, verum eſt poſtquam ſemel in ipſo ſole facta eſt: ante productionem autem illius non erat præternaturale ſolem ea carere, cùm ei non deberetur, ſed a voluntate Dei illam haberet & dependeret: cum igitur maximum ornamentum cœli ſit lux, cœlumque ſit corpus nobiliſſimum, debuit hac luce cœleſti decorari, luce inquam proprie ſumpta, & quæ de nouo facta eſt, cum expreſsè dixerit Deus fiat lux, factaque fuerit; ſi autem dixeris quod ſol productus fuerit quarto die & ideo hæc lux non potuerit eſſe ſolis, vide quæ ibi di-
C cta ſunt à nobis in expoſitione verſus decimiquarti, cum autem ex hac luce non ignobiles poſſint prodire conceptus, eos in medium proponam.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deus non ex neceſſitate agit, ſed libere.*

191 DIxit Deus fiat lux, hîc dicere ſecundum phraſim Hebraïcam ſignificat idem quod iubere & decernere; decernere autem & iubere eorum eſt tantummodo qui ad agendum & rationem & conſilium adhibent: quo poſito, cur hoc modo loquendi vtitur Moyſes, dixit Deus id eſt iuſſit? vt inferre poſſemus, Deum non eſſe agens velut, agens naturale,
D neceſſitate quadam operans, ſed ratione, conſilio & libera voluntate lumen vniuerſumque orbem con-
*Caietan.* didiſſe, ſic Caiet. *dicendo dixit Deus declaratur agens*
*Zachar. Mitilinē. ſis Epiſt. de creatione mūdi contra Philoſophos.* *Deus à propoſito*, quod declarat Zach. *dicimus Deum ſemper fuiſſe opificem, vtpote habentē in ſe efficiendi rationem, & quandocunque velit, producentem, neque enim otium Dei vllo modo incuſamus, neque cum nihil efficit, opificis nomen ei detrahimus ſed ex iis quæ effecta ſunt, opificem agnoſcentes ab omni habitudine & neceſſitate, quippe qui Deus ſit, vnum, liberum eſſe arbitramur.*

### *Deus eſt omnipotens.*

E
192 *Dixit Deus fiat lux*, verbo imperat, vt lux fiat, quid nobis declaratur, Deum vnico verbo omnia condidiſſe? homo enim ſolo verbo, vel Angelus aliquidne naturaliter producunt? minime, omnipotentia igitur Dei declaratur, cum facilius ſit ei facere quodcunque fuerit libitum, quam homini id verbo exprimere vel cogitatione fingere: vnde D. Chryſoſt. *vi-*
*Chryſoſt. homil. 3. in Gen.* *des ineffabilem potentiam Dei, cui omnia cedunt, qui verbo & præcepto ſuo omnia condidit: attende enim quod dixit ſolum, & producta eſt lux, & abſceſſerunt tenebræ.*

### *Deus operationis effectu ſuam voluntatem declarat, non per organa corporea.*

*Dixit Deus lux fiat*. anne Deus habet organa cor- 193
porea, vt poſſit loqui aliquid dicens? minime, non enim ita inſanè exiſtimandum eſt Deum eſſe corporeum, vt aliqui omnino dementes tenuere? ſi igitur nihil loquutus eſt Deus, cur aſſerit Moyſes dixiſſe vt fieret lux? non intellexit Moyſes Deum locutum vocaliter per organum corporeum, ſed voluntatem ſuam expreſſiſſe per bunc effectum productum, nempe lucem: ſic D. Ambroſ. *dixit Deus,* *Amb. in he.*
*non vt per vocis organa quidem ſonus ſermonis exiret, nec vt linguæ motus cæleſte formaret eloquium, atque aërem iſtum quidam ſtrepitus verborum verberaret, ſed vt voluntatis ſuæ diſpoſitionem proderet operationis affectu.*

### *Deus per verbum ſuum omnia condidit.*

*Dixit Deus lux fiat*, ſicut cum de cœlo terraque 194
E loquitur Moyſes, ait creauit Deus cœlum & terram, cur non dixit ſimiliter creauit Deus lucem? dicens quia lux fuit educta à potentia materiæ, ideo non vſus eſt termino creandi, ſed qua de cauſa ſaltem non ait, fecit Deus lucem? audi quod pater æternus dicit verbum ſuum, optima igitur locutio Moyſis, dixit Deus fiat lux, vt inſinuetur ſecunda ſanctiſſimę Trinitatis perſona quæ eſt verbum æternū, per quod lucem & vniuerſa condidit, ſic Iunilius, *altius iſtel-* *Iunilius.*
*ligendum dixiſſe Deum vt fieret creatura, quia per verbum ſuum vel per vnigenitum filium ſuum fecit omnia, de quo manifeſtius Euangelium* Ioan. *in prin.* *Joan. 1.*

*cipio inquit erat verbum, omnia per ipſum facta ſunt, quod autem Ioannes ait, omnia facta per verbum Dei, hoc eſt quod Moyſes ait, quia Deus dixit fiat lux.* A

*Deus magis in ſua paßione laboraſſe videtur quàm in creatione.*

195 *Dixit Deus fiat lux*, ſolo verbo lucem & alia condidit, teſte pſalmiſta dicente, *dixit & facta ſunt*, *Pſal. 148.* nónne verbo hominem reformauit? imo quos labores non exantlauit? quid non tolerauit? quis igitur non mirabitur, ita ſine labore mundum condidiſſe, reformaſſe autem non ſolum ſine maximo labore imo cum dolore inenarrabili? hoc ita factum eſt, vt diſcrimen in condendo homine & reparando agnoſcamos cùm in condendo fatigationem non ſenſerit (nam vt optime notat D. Auguſt. Deus nec eum *Aug. l. 4 de Gen. ad lit. cap. 13.* creauit defeſſus eſt, nec cum ceſſauit, refectus, quippe apud quem (vt idem ait cap. 8) rerum condendarum tam facultas, quàm facilitas incomparabilis atque ineffabilis eſt, in reparando autem & reſtaurando expertus fuerit, ſic D Bernard. *Benar. in feria 4. Hebdom. ſanct.* *Laborauit noſter dominus ſuſtinens, manus eius in laboribus ſeruierunt, in vita paßiuam habuit actionem, in morte paſſionem actiuam ſuſtinuit, dum ſalutem operaretur in medio terræ, proinde memor ero laborum illorum quos pertulit in prædicando, fatigationem in diſcurrendo, tentationem in ieiunando, vigiliarum in orando, lachrymarum in compatiendo, horumque ſimilium quæ per eum & ſuper eum abundantius tranſierunt, ſane de omnibus quæ in cælo & ſub cælo ſunt, dixit & facta ſunt, & quid facilius dictu? ſed nunquid ſolo verbo factum eſt, cum te quem fecerat refecit? triginta tribus annis ſuper terram viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus, etiam habuit in factis calumniatores, in dictis inſultatores.* C

*Deus facillimus in operando & cellerimus.*

196 *Dixit Deus fiat lux & facta eſt*, potes interrogare, cur hac phraſi vſus eſt Moyſes, dixit Deus fiat lux? aliqui non infimæ ſortis notæ auctores aſſerunt *dixiſſe* poſitum pro feciſſe, dicat igitur Moyſes expreſſe fecit Deus lumen: recte appoſuit Deus *dixit* & non fecit Deus, *vt celeritatem* (inquit Albinus) *vel* *Albin. in Gen.* *facilitatem operis oſtenderet*, & optime, quaſi diceret, tam facilis eſt in operando, quod eius dicere ſit facere, ſic etiam Tertull. D

*Trinitas cum vnitate.*

197 *Dixit Deus fiat lux*, deinde ait fecit Deus poſtea Deus benedixit, cur ſub trina repetitione Deum nominat? ſi autem ſunt plures Dij, cur eos in plurali numero non exprimit? quis non videt Trinitatem perſonarum cum vnitate eſſentiæ ſignificari; obſeruatio eſt Idacij Epiſcopi, *ſi Trinitas non eſt* (inquit) *Idat. Clarus Hiſp. lib. adu. Varimadum.* *cur in Geneſi dicitur fecit Deus, benedixit Deus, dixit Deus, ſi vnitas non eſt, quare tertio dixit Deus, & non Deos plurali numero commendauit?*

*Spiritus ſanctus præcedat operationem noſtram.*

198 *Dixit Deus fiat lux*, ſed antequam ad lucis formationem procederet, aſſeruit Moyſes quod ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas; cur hoc præmittit antequam aliquid luminoſum operaretur? ſatisfacit D. Ambroſ. *Amb. l. 1. hex. ca.* *merito præmiſſus eſt ſpiritus Dei, vbi diuina incipere habebat operatio*, quaſi diceret, quando bene operandum eſt, (quod per lucem declaratur) quod Spiritus ſanctus præcedat, neceſſe eſt.

*Beatißima V. Maria eſt lux primæ diei.*

*Dixit Deus fiat lux & facta eſt lux*, quænam eſt 199
illa lux? aliqui ſatis inſignes auctores tenuere hanc lucẽ fuiſſe quoddam corpus luminoſum, prius productum ipſo ſole (tenent enim eum quarto die formatum,) ſed cur ipſum ſolem primo die non condidit, a quo ipſa lux emanaret, ſed ipſam lucem? nulli dubium eſt ipſum Chriſtum dominum dici ſolem; *orietur timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ. Malach.* *Malac. 4.* Reſpondetur igitur ex eorum ſententia, ideo ſolem productum in quarto & non in primo die, quia lux illa quæ repræſentat Beatiſſimam Virginem, primo debuit formari ex qua Chriſtus dominus ſol iuſtitiæ B originem duceret: audi Albertum Magnum, *in hac prima die facta eſt nubecula, de qua poſtea factus eſt ſol, quid autem nubecula materia corporis ſolaris, niſi beata Virgo mater & materia corporis Chriſti?* *Alb. Mag. ſuper miſſus eſt.*

*Ita ſunt nobiles Angeli vt à Deo primi edocti fuere.*

*Dixit Deus fiat lux*, cum in cœli, terræ mariumque 200
formatione non audierimus Deum loquentem, cur potius cum lucem produxit, loquitur, quàm cum cœlum & terram condidit? plures è patribus tenent hanc lucem fuiſſe Angelicam naturam; nondum igitur Deus locutus fuerat, quia nondum creati erant Angeli qui diuinam vocem audire potuiſſent, ſed quid quæſo Angelis à ſe creatis exprimere voluit? *Auguſt. Rup. Bed. & alij.* Reſpondet Procop. *voluit eos docere ſe ipſorum eſſe creatorem, ne fortuito crederent ſe extitiſſe, omnem ſequentem creationem in conſpectu illorum peregit.* *Procop. in Geneſ.* deinde paolò poſt addit, *loquutus dicitur, vt declararet, ſpirituales inſtruens creaturas, opificem & iudicem eſſe ſui operis* Vides quomodo Angeli primi à Deo edocti & inſtructi ſunt.

*Maximus amor Dei erga hominem.*

*Dixit Deus fiat lux*, antequam hominem conde- 201
ret, quanta ad eius gaudium, oblectationẽ, ac vſum produxit, ſicut ipſam lucem pulcherrimam viſu, & omnia recreantem? nonne ſufficiebat homini formato hanc adminiſtrari? dico nimirum Dei amorem erga hominem non potuiſſe differre, quin ante ſuam formationem ei liberaliter prouideret: ſic Lippom. *Lipp. Ep. Veronenſ.* *Ecce quomodo Deus voluit hominem beneficijs ſuis obruere, antequam conderet, omnibus iam ante creatis, quibus eſſet opus habiturus, ad gaudium, oblectationem, ac viſum quo prouocaretur ad Deum tam beneficum ſibi patrem amandum ardentius.*

*Amor Dei omnium rerum parens.*

E *Dixit Deus fiat lux*, & ſic de aliis, fiant luminaria, 202
&c Has creaturas in quod principium referendas cenſebimus? dices in Deum, ſcio Deum omnium eſſe principium, ſed cùm Deus ſit intelligens & volens, volens autem vel tanquam indulgens vel tanquam puniens, quomodo in Deum has creaturas referemus? in eum tanquam amantem, quia amor Dei communis eſt omnium parens: ſic Rabi Moyſes, *quoties in cap. 1. Geneſis habetur & dixit Deus fiat lux, v. g. & ſic de cæteris, per volitiones ſunt & imperia explicanda, nàm cùm à voluntate diuina, ſeu ab amore diuino, omnia bona deriuantur tanquam à principio.* *Rabb. Moyſes.*

*Non eſt loquendum vbi quis non auditur.*

203 *Dixit Deus fiat lux*, cur quæſo enim cœlum, terramque aquas, & abyſſum refert Moyſes producta, non ait Deum loquutum ſed cum formauit lucem? diximus per lucis formationem, Angelorum creationem plures patres intelligere (adde & Procopium) cœlum autem, terra, aquæ & abyſſus ſunt inanimata: dico ergo ideo Deum non eſſe loquutum ante creationem Angelorum, quia cum alia eſſent inanimata auditusque incapacia, ſermonem noluit emittere, vbi non audiretur: ita quodammodo *Procopius*, *creatis Angelis qui iam ſubinde audire Dei vocem poterunt, cætera deinceps non niſi vocis instrumento creator condidit*, quaſi diceret nō autem antea vſus eſt ſermone, quia nullus erat qui exciperet.

*Gratia ad cœlum nos euehit.*

204 *Rup. Ab.* *Dixit Deus fiat lux*, exponens Rupertus verſum hunc, intelligit Angelicam naturam, addens cap. II. nec vero pro ſimilitudine, ſed pro re vera lucem dicimus appellatam, inquirit deinde ſupponens quod non in cœlo fuerunt creati Angeli, ſed extra illud deinde tranſlati ſicut primus homo extra paradiſum fuit formatus, deinde in eo poſitus, inquirit, inquā, cur de cœlo non fecit eos vt eſſent natura cœleſtes? Reſpondet, *quia non idcirco fecerat Deus cœlum, vt inde eos crearet, ſed vt eos creatos ſola in cœlum gratia ſubleuaret*, expende vltima verba, vt cognoſcas gratiæ virtutem eſſe, vt nos in cœlum euehat.

*Neceſſaria eſt gratia, vt purificetur à tenebris peccatorum.*

205 *Dixit Deus fiat lux*, cur poſtquam tenebras nominauit, lucem voluit Deus fieri? nonne per tenebras peccatum intelligimus, per lucem gratiam? ideo bene iuſſit fieri lucem Deus poſt nominatas tenebras, quia niſi superueniat lux gratiæ, tenebræ nempe peccata permanebunt; vnde Drogo Hoſt. (*Drog. H. ſt. l. 1. de ſacramento Dom. Paſſion.*) lib 1. de Sacramento dominicæ paſſionis in fine, *anima mea inanis & vacua eſt, & tenebræ ſuper faciem abyſſi: dic vt fiat lux & fiet, iam creaſti eam vt aliquid ſit, crea eam vt lux ſit; dic vt fiat lux & fiet lux? hoc opus in D. Paulo operatus es, ab oculis eius cum baptizaretur tanquam ſquammæ ceciderunt, vt reuelata facie gloriam domini ſpecularetur*, (*Act. 9.*) deinde ſubiungit, *illumina Chriſte tenebras meas dic animæ meæ fiat lux & fiet.*

*Opus præcedat præceptum imponendum.*

206 *Dixit Deus, fiat lux*, & deinceps multas Dei iuſſiones intuemur, fiat firmamētum, producant aquę: cur tot præcepit? inſpice quid ante dictum fuerat, creauit Deus cœlum & terram, operatus ergo fuerat: non mirum igitur, ſi tot iubeat Deus, quia cum opera præceptis præponuntur, non indigne pręcepta accipiuntur, quod D. Chryſoſt. notat exponens (*Chryſ. in c. 4. Mat.*) cap 4 Matthæi, nempe quod antequam dominus doctrinam Euangelicam iuberet amplecti, mirabilia operatus eſt, infirmos ſanans, dæmonia eiiciens, rationem aſſignat: *priuſquam*, inquit, *ſublimem quādam viuēdi introducturus eſſe* (adde *& iuſſurus*) *diſciplinam, & quæ nunquam ab illis fuiſſet audita, authoritatem mandatis ſuis præſtrinxit claritate ſignorū*, ex quibus patet ſemper ad verba & pręcepta imponenda, factis, & operibus præcurrendum.

*Efficacior obedientia videtur ad aliquid efficiendum, quàm ipſius Dei præcipientis imperium.*

*Dixit Deus fiat lux & facta eſt lux*, ad imperium ergo eſſe lucem formatam videmus, & quæcunque à Deo creata ſunt, inſpiciamus aliud obedientis, *fiat*: inquit beatiſſima Virgo, *fiat mihi ſecundum verbum tuum*. ex hoc ſequitur admiranda verbi diuini incarnatio: quomodo ex *fiat* Dei imperantis ſolum ſequitur cœlum, terra, & quæ in eis continentur? & ex *fiat* obedientis creaturæ, admiranda incarnatio, quæ excedit non ſolum cœlos, ſed quidquid creatum illis perfectius? vt diſcamus virtutem & potentiam obedientiæ, quæ talis eſt vt in virtute videatur Dei præcipientis imperium excedere, ſic Andr. Hieroſ. ſerm. de Aſſumptione, (*Andr. Hieroſ. ſerm. de Aſſumpt.*) *ecce ancilla domini ad obediendum facilis, ad ſeruiendum parata, dixit Deus fiat lux, fiat firmamentum, &c. facta ſunt, dixit Virgo; fiat mihi ſecundum verbum, & factum eſt opus omnium maximum, & fiat fuit Dei imperantis, fiat fuit obedientis, operantis Dei fiat ſequuntur & cœlum operaque reliqua quæ cœli ambitus amplectitur, obedientis Virginis fiat ſequuta eſt admiranda verbi diuini incarnatio.* 207

*Obedientia Deo præſtita excitat laudes etiam in creaturis mutis.*

*Dixit Deus fiat lux*, conditur firmamentum, & laudes Dei non annuntiantur, conditur terra firmaturque, & premit ſe ſilentio, conduntur luminaria, & ſtatim vox laudis auditur & aſtra & planetæ & Angeli ſeſe effundunt in laudes Dei, teſte Iob. 38. (*Iob. 38.*) *vbi eras cum me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?* cur quæſo ſolum inter luminum creationes Dei laudes reſonant? quid ait noſter textus; dixit Deus fiat lux & facta eſt lux, nonne lux ilico diuino obediuit verbo; ſatisfacio ergo non eſſe mirum etiam mutas creaturas vt aſtra in Dei laudes prorumpere, quia obedientia Deo præſtita, non ſolum in Angelis, ſed etiam in mutis creaturis laudes excitat: *cœlum productum eſt*, inquit D. Baſil. Seleuciæ oratione 1. (*Baſil. Seleu. orat. 1.*) *& terra cum aquis eum vox attenderet; nulla lux vero cum producebatur? Deus voce præiuit, merito nunc loqui occupat, vt eius quod fit, ſenſu & admiratione Angelorum turbas moueat, quo imperium affectione rei comitatum conſpicati, eoque perculſi ſpectaculo, ad cognitionem & hymnum creatoris conuertantur, dicit enim Deus cum Iob diſſerens: cum aſtra faciebam laudabant me omnes Angeli mei; namque ſpectaculi ſtupore correpti, ſingula quæ fiebant, iteratis fauſtis acclamationibus conditorem proſequebantur*, quaſi vnum Dei imperium obedientia comitatum, efficaciſſimum omnium eſſet ad diuinas laudes celebrandas. 208

*Opera in tenebris factá non diligit Deus.*

*Dixit Deus fiat lux*, cur Deus incipiens diſtincte ſua opera, à luce orditur? ab alia creatura initium ſumere nonne potuit? incæpit à luce vt cetera omnia poſtmodum faceret in luce, ſed quid in hoc ſignificat? omnia enim ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: Reſpondet Hugo à ſancto Victore lib. 1. de Sacramentis cap. 8. (*Hug. Vict. l. 1. de Sacram. c. 8.*) *nobis ſignificauit, ſe non amare opera quæ in tenebris fiunt, quoniam mala ſunt, quia omnis qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur eius opera, quia mala ſunt.* 209

*Quod dat nobis Deus, vult eſſe optimum.*

*Dixit Deus fiat lux*, deinde addit Moyſes vidit
210 lucem quod eſſet bona Oleaſter conſiderans Deum conſpexiſſe lucem vt videret ſi eſſet perfecta, inquit, nunquid opus tuum domine malum eſſe poteſt, aut in eo defectus aliquis contingere, vt examine opus ſit? aduerte ipſammet lucem pro nobis formaſſe, & noſtra vtilitate: Reſpondet ergo Oleaſter, *Hieron. ab Oleaſt.* *quia nobis eam erat traditurus, tanta ſolicitudine expendit*, quaſi diceret quia nobis eam largiri voluit ideo optimam eſſe decreuit.

*Gaudium præcedunt moleſtiæ.*

211 *Dixit Deus fiat lux*, terram diformem, tenebras, abyſſum habemus, deinde Deus ait fiat lux & facta eſt: cur poſt deformitatem terræ, horrendam abyſſum, & tenebras denſiſſimas, lux decora & radians? nota quod lux denotat gaudium, tenebræ autem triſtitiam: ad ſignificandum ergo moleſtias præcedere, ſubſequi autem gaudium & lætitiam, ſic Deus hunc ordinem obſeruauit in creatione, quod poſt tenebras fieret lux: ſic obſeruat Auguſt. 8 confeſſ. 3. *Aug. 8. confeſſ. cap. 3.* *plus gaudet homo de ſalute deſperata animæ, & de maiori periculo liberatæ, quàm ſi ſemper ei affuiſſet; quanto maius periculum fert in prælio, tanto maius eſt gaudium in triumpho, iactat tempeſtas nauigantes, omnes futura morte palleſcunt, tranquilletur mare, exultant nimis, quoniam timuerunt nimis, edendi & bibendi voluptas nulla niſi præcedat eſuriendi moleſtia, vbique maius gaudium moleſtia maior præcedit.*

*Creatura non eſt coæterna creatori.*

212 *Dixit Deus fiat lux, & facta eſt lux*: In Hebræo erit lux, nonne diuinum dicere menſuratur æternitate quæ caret præterito & futuro? quomodo ergo in dictione Dei, vtitur Moyſes verbo præteriti temporis, cum ait *dixit*, & verbo futuri dicens *erit lux*? reſpondeo ideo temporibus vſum fuiſſe præterito ſcilicet & futuro Moyſem in formatione lucis, vt hanc non eſſe Deo coæternam manifeſtaret: ſic inſinuat Caiet. *quamuis diuinum dicere menſuretur æternitate* *Card. Caie.* *carente præterito & futuro, humano tamen more loquendi deſcribitur verbo præteriti tēporis, & eſſe lucis verbo futuri temporis ad ſignificandum quæ ab æterno dixit, nō ſit coæterno lux, ſed erit in principio temporis lux, per hoc enim verbum futuri temporis erit, inſinuat Moyſes quæ de principio temporis intenderit dicendo in principio creauit, &c.*

*Homo omnia excedere videtur creata.*

213 *Dixit Deus fiat lux*, cum Iob ſermonem inſtituit de homine, ait, manus tuæ Domine fecerunt me, ecce quomodo hominem Dei manibus formatum teſtetur Iob, *Iob. 10.* cur igitur præſtantiſſimam & excellentiſſimam lucem ſolo formauit verbo, & quidquid ab eo deinde creatum prodiit; ſine dubio vt exceſſus hominis ſuper alia creata denotaretur: id innuit D. Baſil. hom. 21. quæ eſt in aliquot ſcripturæ locos, *Baſ. ho. 21. in aliquot ſcripturæ locos.* dicens, *cum vidit Angelus hominem paruum quidem animal ſupra omnem creaturam honoratum; cum eſſet antiquior homine facile conſpexit, quomodo natatilia verbo tantum facta ſunt, omniaque in mari viuentia verbo? item terreſtria Elephantes, equos, boues, &c. quodque mirabilius eſt verbo ſolem & lunam tam quæ ſupra cælos ſunt, quam quæ ſubtus in terra ſtagnant, conſpexit ſolum hominem manibus* A *Dei plaſmatum eſſe, hunc ei honorem inuidit: cum namque præſtantiorem ſole animaduertit, quum ille verbo, hic manibus ſit conditus, & ille ob hominem conſtitutus, homo vero propter Deum, homo item vt Deus eſſet, ſol vt homini famularetur.*

*Non tantum pater imperat, ſed filius & ſpiritus ſanctus, cum eiuſdem ſint naturæ & conſenſus.*

214 *Dixit Deus fiat lux* optime animaduertit Steuch. *Steu. in Coſmopeia in cap. 1. Gen.* B in Coſmopeia in c. 1. Gen hîc *dicere* tropū Hebraicū ſiue Hebraiſmum eſſe, pro decernere, velle, vel iubere: quis ergo iuſſit vt lux fieret, an Deus pater, an filius, vel ſpiritus ſanctus? certe non ſolum pater, ſed ab eo genitus iuſſit, nec non ab vtroque procedens, cum eiuſdem naturæ ſint & conſenſus: ſic Dydimus *Dydimus l. 2. de ſpiritu ſancto.* lib. 2. de ſpiritu ſancto, *porro Deus ſimplex & incompoſitæ ſpiritualiſque naturæ, neque aures, neque organa quibus vox emittitur habet, ſed ſolitaria incomprehenſibiliſque ſubſtantia, quæ quidem de filio & ſpiritu ſancto ſimiliter accipienda: ſi quando ergo legimus in ſcripturis, dixit, fiat lux, & ſi quæ his ſimilia, digna Deo accipere debemus; neque enim ignorante filio, qui ſapiētia & veritas eſt, pater ſuam nuntiat voluntatem, cum omne quod loquitur ſapiens, veruſq;* C *ſubſiſtens in ſapientia, verumque ſubſiſtens in ſubſiſtentia, loqui ergo patrem & audire filium, vel è contrario filio loquente audire patrem eiuſdem naturæ in patre & filio conſenſuſque ſignificatio eſt.*

*Deus lux beatiſſima, non debuit niſi lucem primùm effundere.*

*Dixit Deus fiat lux*; cum quodlibet animal in perfectione naturæ ipſam lucem excedat, ſi quidem vita ſenſuque caret. cur Deus exordium primæ diei ab animali non deſumit? quia Deus lux beatiſſima, non D debuit niſi lucem primum effundere, hoc annotat *Dracon. lib de opere ſex dierum.* Dracontius inſignis Poeta li. 1. de opere ſex dierum. 215

*Clarus vbique Deus, nunquam mutabilis auctor,*
*Quem non obſcurāt quæcunque ex parte tenebræ.*
*Nec celantur ei quæcunque obſcura geruntur,*
*Principium factis lucem dat lucis origo,*
*Quæ mundo vita præmiſſa eſt, principe luce,*
*Quæ totum præceſſit opus, quod continet orbis,*
*Quæ ſolis præuenit iter lucemque coruſcam.*

*Creaturæ Dei, verba ſunt ampliſſimam eius maieſtatem explicantia.* E

216 *Dixit Deus: fiat lux & facta eſt lux*, quid ita ne lux, quæ pulcherrima inter creaturas locū obtinet, exigui momenti eſt, vt Dei ſit vox? imo quia Dei verbum eſt, maxime æſtimanda, cum ampliſſimam Dei maieſtatem explicet, vnde optime Baſil. hom 1. *Baſil. ho. 1. hex.* hex. ait, *vniuerſa hæc mundi moles perinde eſt ac liber literis exaratus, palam conteſtans ac prædicans gloriā Dei, illiuſque anguſtiſſimam maieſtatem, arcanam alioqui & inuiſibilē abunde enuncians tibi intellectili creatura, quatenus attinet ad cognitionē veritatis.*

F

*Chriſtus Deus incarnatus, non neceſſitate ſed voluntate.*

217 *Dixit Deus fiat lux, & facta eſt lux*, non eſt dubium Chriſtum dominum luce deſignari, cū ipſemet de ſe aſſerat, ego ſum lux mundi, illuminās omnem *Ioan. 8.* hominem venientem in hunc mundum: quo poſito cur non dictum eſt à Moyſe; fecit Deus lucem,

ſed ſolum facta eſt lux? cum dixerit fecit Deus cœ- A
lum & terram, non autem facta ſunt cœlum & ter-
ra? vt cognoſceremus hanc lucem nempe verbum,
à ſe factum eſſe carnem, id eſt non neceſſariò, ſed
ſponte & libenti animo fuiſſe incarnatum: obſerua-
*Anaſt.* tio eſt Anaſtaſij Syn. lib. 1. hexam. *hic non dixit: fecit*
*Syn. l. b. 1.* *Deus lucem, ſed & dixit Deus fiat lux, vt diſcas dif-*
*hexa,* *ferentiam creationis, & generationis, & vt hæreti-*
*corum voces comprimamus, qui dicunt Deum verbum,*
*nolentem & inuitum ſuſcepiſſe incarnationem, &*
*quod propterea iuſſum paternum non poſſet recuſare,*
*vt qui patrem amaret, inuitus tamen, & vt qui nollet*
*repugnare, humanam ſubiit naturam; propter hoc er-*
*go & eiuſmodi vitia, non dixit & fecit lucē, ſed fiat* B
*lux, id enim quod fit non habet fortaſſe conuenientiā*
*cum efficiēte ad quem traducitur, vt quod cum effi-*
*ciente minime conueniat, non ſic autem ſe habet gene-*
*ratio: nam quæ generantur collætentur cum genera-*
*tione, alterumque eſt alteri gratum & acceptum, ſi-*
*mulque exultant, & petunt perfectionem, quomodo*
*etiam videmus fœtus exilire in maternis vteris, & fe-*
*ſtinare vt eximantur. & in plantis, ramos folia, fru-*
*ctus libenter creſcere: dixit ergo, facta eſt lux, non au-*
*tem fecit lucem, vt per illud facta eſt, intelligas volun-*
*tarium propriumque & lætabundum.*

## *Fides ante viſionem beatificam neceſſaria.* C

218 Dixit *Deus fiat lux*, cum ſol ſit perfectiſſimus in-
ter corpora luminoſa, cur prius ſolem non produxit
quàm lucem? ſine dubio rectè deſignatur ſole bea-
titudo, fides autem Theologica, luce: nam ſicut Dei
verbo effuſa eſt (nam dixit Deus fiat lux & facta eſt
lux, ſic fides per Dei verbum nobis inſeritur, nam
*Ad Ro* fides eſt ex auditu, auditus autem per verbum Chri-
*10.* ſti; lux pulchritudo eſt vniuerſi, adeo vt ſine ipſa vni-
uerſum horreſcat, ac tenebris ſepultum, conſpici
*Ad He.* nequeat, fides venuſtas eſt animæ, eiuſque gratia ab
*11.* ipſo Deo ſpectatur, nam ſine fide impoſſibile eſt pla-
cere Deo: meritò igitur lux ſolem præcedit in crea- D
tione, quia fides neceſſaria eſt ante viſionem beatifi-
cam: myſticus ſenſus eſt D. Eucher. lib. 1. in Geneſ.
*Euch. l. 1.* *Dixit Deus fiat lux, id eſt illuminatio credulitatis*
*in Geneſ.* *appareat, prima enim die lucem fidei dedit, quia pri-*
*ma eſt in conuerſione fides, vnde & iſtud primum in*
*Dei præceptis mādatum eſt, dominus Deus tuus vnus*
*eſt, propter quam fidem ipſe dominus etiam viſibiliter*
*Deut. 6.* *in mundo apparere voluit:* Sed clarius Hugo Victo.
*Hug.* de Sacramentis fidei lib. 1. part. 1. cap. 12. *prius in*
*Vict. lib.* *rationali ille mundo cordis humani creatur lux, &*
*1. de Sa-* *illuminatur confuſio, vt in ordinem redigatur: poſthac*
*cramētis,* *cum fuerint purificata interiora eius, venit lumen ſo-*
*par. 1. c. 12.* *lis clarum & illuſtrat eam.* E

## *Neceſſaria cognitio propria eſt in anima pec-*
## *catrice, vt Deum intueatur.*

219 *Fiat lux*, neſcio qua de cauſa primo apparuerunt
tenebræ, deinde lux affulſit, tandē ſol conſpicitur? nō
eſt dubiū animam peccatricem tenebris adūbrari, nā
quiſnam mundus magis horret atra caligine, quam
paruus hic ſiue micocroſmus, dum in criminū nocte
*Ant. de* ſepelitur? hoc agnouit noſter Antonius de Padua Fe-
*Pad. Fe-* ria 5. in cap. Ieiunij, hunc verſum exponens, & tene- F
*ria 5. in c.* bræ erant ſuper faciē abyſſi, peccatores, inquit, ſunt
*Ieiunij.* conſcientiis & operibus tenebroſi, idem habet in
ſerm. diei cinerum, non eſt dubium etiam lucē ſym-
bolum eſſe cognitionis; meritò igitur hic ordo in re-
rum creatione obſeruatur, vt primo tenebræ fue-
rint, deinde lux affulſerit, quę hanc caligioē fugane-
rit, deinde ſol viſus, quia in anima peccatrice tene-

A bris adumbrata, neceſſarium eſt vt ſui ipſius cogni-
tio effulgeat, qua intueatur quàm miſeranda ſit ſui
ipſius conditio, quod Dei gratia deſtituta ſit, & exul
paradiſi effecta, vt tandem ſolem iuſtitiæ contēplari
poſſit: moralitas eſt cit. Hugonis eodē loco: *Ego pu-* *Hugo cit.*
*to, inquit, magnum hic aliquod Sacramentum cōmen-* *tat.*
*dari, quia omnis anima quandiu in peccato eſt, quaſi*
*in tenebris eſt quibuſda & confuſione; ſed non poteſt*
*euadere confuſionē ſuam, & ad ordinem iuſtitiæ for-*
*mamque diſponi, niſi illuminetur primū videre mala*
*ſua) ac igitur anima in confuſione iacens ſine luce fa-*
*cere non poteſt, & propterea neceſſe eſt primū vt lux*
*fiat vt videat ſemetipſam, & agnoſcat horrorem, tur-*
B *pitudinem confuſionis ſuæ, & explicet ſe atque coa-*
*ptet ad illam rationabilē diſpoſitionem, & ordinem*
*veritatis; poſtquam autem ordinata fuerint omnia*
*eius, & ſecundum exemplar rationis formamque*
*ſapientia diſpoſita, tunc ſtatim incipiet ei lucere ſol*
*iuſtitiæ; quia ſic in repromiſſione dictum eſt, beati*
*mundo corde quoniam ipſi Deum videbunt.* *Luc. 8.*

## *Diſcat homo à Deo in luce opera ſua inchoare*
## *bona ſcilicet intentione.*

*Dixit Deus fiat lux*, nonne ab aliqua alia creatura
opus ſex dierum aggredi potuit quam à luce? ſi enim 220
C lux neceſſaria eſt, vt alia illuminata conſpiciantur,
certe Deus hac luce non indigebat, qua illuſtratus
cuncta intueretur: aduerte rectæ intentionis ſymbo-
lum eſſe lucem: quid igitur mirum eſt, Deum à luce
opera ſua ordiri, ſic enim incipit, vt ab eo diſceremus
bona ſcilicet intentione actiones noſtras aggredi, vt
rectæ & puræ ſint: optime S. Paſchaſios, proſequi- *S. Paſcha.*
tur munditiam cordis noſtri, & de exteriore docet *Abb. l. 4.*
metaphorice interioris hominis officium. *Quia ſicut* *in Matth.*
*oculis iſtis carnalibus omnia corporis membra ordi-*
*nate ad operationem diriguntur: ita intentione men-*
*tis & luce fidei cuncta virtutum genera vt lucidum*
D *corpus perficiant, illuſtrantur,* deinde ſubiungit, *vult*
*ergo Chriſtus & bona fieri & ex bono mentis pro-*
*poſito illa oriri.*

## *Nullum teſtem bona conſcientia veretur.*

*Dixit Deus fiat lux*, ſi ſine luce opera noſtra non 221
conſpicerentur, cur initio operum tuorum eam con-
didiſti? ſic enim tuarum teſtis erit actionum: pruden-
ter à luce opera ſua orditur Deus, quia bona con-
ſcientia nullum teſtem actiones ſuas conſiderantem
veretur, quod ipſemet Chriſtus Dominus teſtatur
Ioan 3. dicens: *omnis qui male agit, odit lucem, vt nō* *Ioan. 3.*
*arguantur opera eius; quia mala ſunt: qui autē facit*
*veritatem, venit ad lucem vt manifeſtentur opera ſua,*
E en quomodo qui opera veritatis, charitatis, & aliarū
virtutum exercet, lucē non formidat; imo eam quæ-
rit, quia nullum teſtem qui eum condēnet veretur.

## *Deus auctor peccati non eſt.*

Dixit *Deus fiat lux, & facta eſt lux*, tenebras ex- 222
pertus ſum ſuper faciem abyſſi, ſed præceptum quo
fierent ignoro, quomodo à Moyſe nō refertur quod
Deus dixerit fiant tenebræ? cum pluries diximus:
F tenebras deſignare peccatum: quid mirum non prę-
cepiſſe eas fieri, quia Deus auctor nullo modo eſt
peccati, vnde Aug. tract. 1. in Ioan. *peccatum non per* *Aug.*
*ipſum factum manifeſtum eſt, quia peccatum nihil* *tract. 1.*
*eſt, & nihil fiaciunt homines cum peccant.* *in Ioan.*

## *Impiorum conſortium à iuſtis vitandum.*

*Et facta eſt lux*, ilico ſubiungit, *& vidit Deus lu-* 223
*cem quod eſſet bona, & diuiſit eam à tenebris*, cur

cum lucem bonam inſpexiſſet, ſine mora eam ab A ipſa ſeparauit caligine? in dubium reuocare non potes tenebris peccatores, luce iuſtos deſignari: bene ergo lucem productam ab ipſis voluit ſeparari tenebris, vt innueret iuſtos conſortio ſeparari debere ab improbis, nec bonũ aliquid cenſeri quod malo fuerit admixtum, cum initiũ morbi ſit ægris ſana miſcere: ſic grauiter D. Leo Mag. ſer. 4. de quadrag. *inimicis autẽ crucis Chriſti nulla conſenſione iungamur, ne impiorum conſortio ſanctitas fideliũ polluatur, luce ſeparetur à tenebris, & fugiãt filios diaboli filij veritatis* nota, *lux ſeparetur à tenebris*, cum alluſione ad Dei opus atque conſilium, ſtatim enim vt lucem creauit, eam a tenebrarum conſortio diſiunxit.

*Initia rerum exactè conſideranda, ne quid in eis mali lateat.*

*Dixit Deus fiat lux*, nec contentus lucem feciſſe, B eam ad examen ſtatim adducit, *& vidit Deus lucem quod eſſet bona*, quod & in aliis operib⁹ obſeruandũ: ſtatim enim ac aliquid operatus, ſine mora periculũ facit ne aliquid mali deliteſcat: ſane nihil malũ & iniquum producere poteſt auctor bonitatis & virtutis. Quid ergo neceſſe erat de ſingulis, & de omnibus inquirere, an aliquid mali lateat? ſane ideo factũ arbitrari poſſumus, vt nobis palã fiat, quã ſit neceſſe ipſa rerum initia intueri, ne quid mali lateat: nam paruus error in principio magnus eſt in fine. Ergo interna ſcentis mundi exordia magnum examen adhibet Deus, & multam circumſpectionem, quam nõ dicitur adhibuiſſe procedente rerum ordine: vt nos doceat initia rerum exactè conſideranda. Fauet S. Petr. Chryſolog. ſer. 96. *audiſtis quemadmodũ factor mundi rerum principia bona ſeuit, nec vllum malum ab originis proceſſit auctore.* Petr. Chryſolog.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. IIII.*

VVlg. Vidit Deus lucem quod eſſet bona, & diuiſit lucem à tenebris.

*Septuag.* Quia bona, & diſcreuit Deus inter lucem & tenebras.

*Baſil.* Quod eſſet pulchra.

*Alij* Quod bene placens.

*Caiet.* Vidit lucem quod bona.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

TOb טוב idem eſt quod bonum, pulchrum, decorum, beneplacens, ſi aliqua lectio verbum *eſt*, omittit, ſubintelligendum, quamuis ſeptuaginta legant *diſcreuit*, inter lucem & tenebras, tamen eundem ſenſum habent quem vulgatus.

## EXPOSITIO PRIMÆ PARTIS VERVS IIII.

E*T vidit Deus lucem quod eſſet bona.* Primo die D conditam lucẽ poſt aliquã moram ſeu durationem temporalem à mundi exordio, & poſitam in meridie, vt ſtatim perfecta illuminaret totum hoc hemyſphærium, cum ea proportione qua id nunc efficit ſol meridiano tempore (cum opera Dei ſint perfecta) exiſtimo: ideo conueniens fuit primum diem incipere a perfecta luce, quæ eſt meridiana: hanc igitur lucem approbans quam tamen intra ſe atque in ſapientia ſua, æternaliter inuariabiliterque cognouit eſſe, nunc per effectum ſe cognoſcere demonſtrauit, lucem illam conuenientem eſſe ac vtilem: ideo placuit ei vt eſſet, ſicut artifex qui primo concipit domum, & intelligit eius vtilitatem, non tamen hoc expetitur niſi modo cum videt quod ſi bona, hoe eſt amæna, delectabilis & vtilis.

## CONCEPTVS IN HANC PARTEM VERSVS IIII.

*Quod Deo in æterna ſua ſapientia placuit hoc in eſſentia conſtitutum non diſplicet.*

224 V*Idit Deus lucẽ quod eſſet bona*, ſi ſubito Deus E vidit lucem quod eſſet bona, an antea neſciuit & viſio ei contulitne ſcientiam? minime equidem, nam ſi in hominẽ cadere non poteſt, vt aliquid ignorans faciat, quanto magis in Deum, qui omnia æterno & ſtabili conſilio ſuo quomodo voluit, fecit? quomodo igitur intelligendum eſt nunc vidiſſe lucẽ bonitate præditam, cum ab æterno eum non ignorarit? nunc vidit, id eſt lux in eſſentia ſua conſtituta ſibi non diſplicuit, quæ in æterna ſua ſapientia placuerat: *dicendũ quod videre hic non ſumitur* (inquit Albert. Mag.) *ſecundũ quod eſt principium cognitionis quæ oritur ex ſenſibus, ſed ſumitur pro ſigno voluntatis: & beneplaciti artificis ad opus perfectum ad id enim quod bene placet, multiplicatur oculorum aſpectus frequenter, & hoc eſt quod dicit gloſſa ibidem, vidit Deus, id eſt placuit ei in ſua eſſentia, quod placuerat ei prius in ſua ſapientia.*

Alb. Mag. 1. par. ſũmæ de quatuor canonic. q. 52. art. 12.

*Scientia Dei inuariabilis, nec augetur.*

*Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, ſciebat Deus lucẽ futuram bonã, videtur ergo ſcientia eius augeri, 225 cum ex productione noui obiecti aſſerat Moyſes Deũ vidiſſe, ſiue ſciuiſſe quod eſſet bona lux; dico obiecta quæ ſub ſcientia Dei cadunt, mutabilia, & variationi obnoxia, vt aliquando præterita, ſiue aliquando futura, nonnunquam præſentia, ipſam tamẽ ſcientiã Dei immutabilẽ, inuariabilẽ, & æternã eſſe nec alio modo noſſe futura, quã præſentia: ſic eleganter Diuus Auguſtinus, D*ei ſcientia nullo modo variatur, vt aliud in ea fiant quæ nondũ ſunt, aliud quæ iam ſunt, aliud quæ fuerant: non enim more noſtro, illa vel quod futurum eſt proſpicit, vel quod præteritum eſt reſpicit, ſed alio modo quod à noſtra-*

Aug. l. 11. de ciuit. Dei, c. 21.

*rum cogitationū conſuetudine, longè lateque diuerſò*; deinde, *neque enim eius intentio de cogitatione in cogitationem tranſit: in cuius incorporeo contuitu ſimul adſunt cuncta quæ nouit*; ſubiungit, *eandē vbi ergo vidit bonum quod fecit, vbi bonū vidit eſſe quod faceret? nec quia factum vidit ſcientiā duplicauit, vel ex aliqua parte auxit, tanquam minoris ſcientiæ fuerit, antequam priuſque faceret quod viderit, qui tā perfectè operaretur niſi tam perfecta ſcientia cui nihil ex operibus eius adderetur.*

*Deidicere & facere bonum eſt.*

216 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, cur poſt dicere & facere ipſius Dei additum eſt, & vidit Deus quod eſſet bonum? Reſp. ideo poſt dicere & facere illius addidiſſe bonum, vt intelligeremus facere & dicere illius optimum eſſe: ita Tertu. lib. 2. cōtra Marci. c. 4. *ſic benedicebat quæ benefaciebat, vt tibi totus Deus commendaretur bonus, & dicere & facere.* [*Tertu. l. 2. contra Marci cap. 4.*]

*Deus humano modo ſe attemperat.*

227 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, difficultatē hic modus loquendi ingerit, nam nonne Deus antequā produceret ipſam lucem, viderat ſua infinita cognitione quod eſſet bona? nam ſi homo qui aliquid per artem operatur, priuſquam fabricet quod intendit facere, & priuſquam formet, ſcit vſum eius quod elaborare ſtatuit, quanto magis omnium opifex, qui verbo omnia ex nihilo vt eſſent, produxit, ſciebat antequam lucem faceret, quod eſſet bona? quare ergo hac dictione vſus eſt? Nota cum homines magnū aliquid ſtudio non paruo elaborauerint, & finem laboribus ſuis impoſuerint, tunc tandem per experientiam declarant ea quæ fecerunt, & opus laudibus extollunt: aio ergo ideo dixiſſe Deum poſtquā formauerat lucē, vidiſſe quod eſſet bona, quia noſtro humano modo ſe attemperat: ita D. Chryſoſt. *dimittens ſe, & iuxta humanam conſuetudinem, hæc omnia loquitur beatus ille propheta.* [*Chryſ. hom. 3. in Geneſ.*]

*Non ſolum in creatione, ſed etiam in formatione rerum Trinitas inſinuatur.*

218 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, certū eſt quod in creatione Trinitatis myſterium inſinuatur, perſona patris per Deum creantem, perſona filii per principium in quo creauit, ſpiritus ſanctus qui ſuperferetur aquis: ſed cum præter creationē ſit etiam rerum productio, reperiturne in ea idem myſteriū? nam quamuis duæ reperiatur nempe prima & ſecunda, in his verbis dixit Deus, vbinam tertia exprimitur? nonne *vidit* ſignificat cōplacuit: amor autem complacentiæ nonne tertiam à voluntate procedentē, in quo eſt huiuſmodi amor, reſpicit? optime igitur non ſolū in creatione, ſed in formatione Trinitas inſinuatur, ſic D. Tho. par. 1. *Trinitas perſonarum inſinuatur in formatione, perſona patris in Deo dicente, perſona filij in verbo quo dicitur, perſona ſpiritus ſancti in complacentia qua vidit Deus quod eſſet bonum quod factum erat.* [*D. Thom. 1. part. q. 73. art. 3. ad 3.*]

*Non inordinatè ſed ordinatiſſimè tres perſonæ exprimuntur.*

229 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, diximus per hoc verbum *vidit*, declarari perſonam ſpiritus ſancti: ſed cum in ſacro textu, non ſolum ſenſus verborum, ſed etiam ordo eorum myſterioſus ſit, cur hoc verbum *vidit*, poſtremo loco appoſuit Moyſes, alia autem in medio & principio? ait enim primò *in principio creauit*, deinde *dixit*, qua de cauſa non dicit *dixit Deus fiat cœlum*, deinde creauit Deus lucem? dicimus per hoc verbum *creauit*, patrem exprimi, per *dixit*, filium, rectè igitur appoſuit creauit, & nō dixit in principio & vltimo vidit, vt Trinitas perſonarum ordinatè per hæc terna verba *fecit, dixit, vidit*, exprimeretur.

*Sine Chriſto nihil bonum videretur.*

230 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, Deum cælos & terram creaſſe, abyſſum & aquas, non dixiſſe tamen Moyſem, Deum ea approbaſſe, comperimus, ſed ſolum poſtquam lucem formauit, fiat lux, & facta eſt lux, & vidit lucem quod eſſet bona; cur quæſo cœlum non dixit eſſe bonum, cur terram bonam, aquas bonas non nominat? cur antequam ad lucem ventum eſt nihil bonum dicit vidiſſe Dominum? cætera omnia præ ſe ferebantne inanitatem & vacuitatem? Nota quod Chriſtus Dominus eſt vera lux. *Ego ſum lux mundi*, verus ſplendor patris. Reſpondeo ergo, quod niſi appareat lux, nempe Ieſus Chriſtus, nihil bonum apparet, ſed terra inanis & vacua, & tenebræ ſuper faciem aquarū: ita eleganter D. Anaſt. Syna. lib. 1. hex. *ſi omnia quæ fecit Deus, ſunt valde bona, quomodo non dixit ſcriptura illas tenebras quæ erant ante lucem, eſſe bonas? ſed neque aquas illas bonas? neque abyſſum quæ obſcuraretur, bonam? dicens ergo & vidit lucem quod eſſet bona, oſtendit quod illa omnia quæ venerant ante veram lucem Ieſum, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, & terram obſcurarunt & demerſerunt, non eſſe bona.* [*Ioan. 8.*] [*Anaſt. l. 1. hexam.*] [*Ioan. 1.*]

*In verbo complacebat pater omnia condens.*

231 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, id eſt eā approbauit ſibi complacens, & ſic in ſingulis creaturarū formationibus: vt conceptum exprimere poſſimus, inſpiciamus 3. c. Mathæi, vbi cum baptizaretur ſapientia incarnata, audiuit è cœlo, *tu es filius meus dilectus in te mihi complacui*: cur non dixit in te mihi complaceo, ac non illud opus inſigne humilitatis non complaceat? cur ergo de præterito & non de præſenti loquitur? nota quod ſimul cum patre omnia condidit verbum, iuxta illud Eccl. 24. *cum eo erā cuncta componens*, & in principio id eſt in filio Deus pater creauit cœlum & terram, & ſibi complacebant ea quæ ipſe faciebat filius. Reſpondeo ergo rectè dixiſſe non in præſenti ſed in præterito, in quo mihi bene complacui, quia ſic declarauit in creatione per quam omnia à filio fiebant, ſibi maxime complacuiſſe, ita obſeruat Rup. Abbas lib. 2. in Gen. c. 19. *non dixit in te mihi cōplaceo, ne putet hoc ſolum placere illi, quia inceperat mundꝰ ſaluari in illo, quanquā hoc opus magnæ laudis ſit: ſed in te mihi complacui, conteſtans quod ille ſuper quem cum faceret omnia, complacebat ſibi per ſingula opera bonus operarius, videndo quod eſſet bonum.* [*3. Ca. Mat.*] [*Eccl. 24.*] [*Rup. Ab. l. 2. in G. cap. 19.*]

*Admonemur ne vt ingrati omnia aſpernemur.*

232 *Vidit Deus lucē quod eſſet bona*, deinde formans aliquibus alijs creaturis ſubiungit Moyſes, *vidit Deus quod eſſet bonum*, ad quid hoc addidit, nonne eas formans Deus ſciebat eſſe bonas? non neceſſarium videtur fuiſſe vt adderet & vidit Deus quod eſſet bonum, forte propter ingratos omnia ſpernentes hoc appoſuit, vt ſic pro omnibus gratias agere-

Theodor. q. in Gen.

mus, ita D. Theod. *vt perſuadeat ingratis non aſpernari, quæ ſententia diuina vocat bonu.*

### *Quòd nobis vtile, Deus iudicat bonum.*

233 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, ſcio bonam dici, id eſt pulchram, ſed ſi pulchritudo ex membris inter ſe rite diſpoſitis, & ex coloris venoſtate formatur, qoomodo lucem euios natura ſimplex eſt, ſibique per omnia ſimilis, plena prædicatione quod bona ſit, poſſumus dicere? dices aurum bonum dici, nō quia bene diſpoſitum eſt, ſed quia colore ſuo magna nobis oblectamenta largitor: ſed teſtimonium Dei; reſpexitne ad hanc ſolam lucis bonitatem, vt diceret bonam quia iucunda eſt cernentibus? minime ſane, *ſed* (vt optime D. Baſil. Capp. Epiſcopus) *propter vtilitatem, quæ poſtmodum ex ea fuit collata mortalibus, bonam dixit.*

Baſil. Capp. Epiſt.

### *Veritas lux eſt, quæ neſcit occaſum.*

234 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, hęc lux in occaſum non deſiit, ſed hæc lux cuius rei ſymbolum eſſe poteſt? nōnne veritatis? quis dubitat? ſic aſſerit noſter Bonau, ſerm. 4. in hex. dicens, lux animæ veritas eſt: ſed quomodo lux poteſt veritatem ſignificare, cùm veritas aliquando deſinat eſſe? ſed falleris, audi enim eit. Bonau. *hæc lux veritatis neſcit occaſum, ita enim fortiter irradiat ſuper animam, vt etiam non poſſit cogitari non eſſe, nec exprimi, quin homo ſibi contradicat; quia ſi veritas non eſt, verum eſt veritatem non eſſe, ergo aliquid verum eſt; & ſi aliquid verum eſt, verum eſt veritatem eſſe, ergo ſi veritas non eſt, veritas eſt; ſuper omnia enim praualet veritas.*

Bona. ſer. 4. in hex.

### *Dei ſapientia in modo rerum creãdarum elucet.*

235 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, quam dicendo, teſtatur Moyſes à Deo prodoctam: difficultas diſcutienda eſt, cur ſicur dictum à ſancto Propheta creauiſſe cœlum & terram, ſimiliter ab ea noo eſt prolatum quod alias creaturas produxerit, vel ſine *dictione* factas? ſufficeret enim ad illarum naturæ cognitionem habendam Deique omnipotentiæ: recte non ſolum rerum productionem aſſeruit, ſed qoomodo formatæ ſuot ſcilicet Dei dictione, vt non ſolùm omnipotentiam, ſed ſingularem illius ſapientiam cognoſceremus: id teſtatur D. Bern. ſerm. 3. Penth. *tria, in magno huius mundi opere cogitare debemus, videlicet quid ſit, quomodo ſit, ad quid ſit conſtitutus; in eſſe quidem commendatur potentia, in modo, ſapientia ſingularis elucet, in fine, vtilis benignitas & benigna vtilitas.*

Bern. ſer. 3. Penth.

### *Examinandum eſt, an Angelus Sathanæ transfiguret ſe in Angelum lucis.*

236 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, ad quid Deus illam examini ſubiicit, nōne ſufficit quod illius creator fuerit, vt eſſet optima? aduerte Angelum Sathanæ in Angelom locis ſe transfigurare; recte igitur ipſam, quam lucem condiderat, exanimat, vt illius exemplo attentè conſideremus vtrum ſit verus Angelus vel lucifer qui lucis ſimilitudinem induere videtur: hoc nobis coofulit Hugo Vict. *non ſolum opera alia quæ in luce fecit, vidit Deus quod eſſet bonū, ſed ipſam quoque lucem vidit quod eſſet bonū & diuiſit lucem à tenebris; nam ipſe Angelus malus trāſfigurat ſe aliquando in Angelum lucis, & ingerit ſe ad decipiendam mentem, quaſi lux vera: ſed hæc lux non vocanda eſt dies, ſed nox, quia ſpeciem quidem lucis habet, ſed tenebras veras: propterea vidit Deus prius lucem an eſſet bona, vt non ſtatim credamus omni ſpiritui, ſed probemus ſpiritus, ſi ex Deo ſint.*

Hug. vict. lib. 1. de Sacram. part. 1. cap. 12.

### *Nec laudandum malum, nec bonum vituperandum.*

*Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, dignam equidem laude iudicauit ob bonitatem; ſed nonne ô Deus aliqoi dixerunt bonum malum, & lucem tenebras, Iſa. 5. cor ergo tu laude dignam iudicas, quia bona eſt? vt hoc documento ſciamus non laodandum malū, ſed bonom, nec bonum vituperandum, ſed malum: quod obſeruat D. Hieron. io c. 5. Iſ. *eiuſdem criminis eſt bonum, lucem, & dulce, contrariis vocare nominibus, cuius malum, tenebras, & amarum vocabulis appellare virtutum, hoc contra eos qui peccatum non putant, ſi bono detrahant & non exiſtimant eſſe delictum, ſi laudent malum, vnde in Geneſi myſtico ſermone narratur quod diuiſerit Deus lucem à tenebris.* 237

Iſaiæ 5.

Hier. ca. 5. in Iſa.

### *Placet opus ſuum artifici.*

*Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, non eſt dubium tof, non ſolom bonum ſed etiam beneplacens dectotare, certum eſt antem nihil ſibi diſplicens, Deum creare voluiſſe, cur igitur dicitur vidit Deus lucem bonam eſſe? forte vt intelligeremus artifici propriom opus placere. quod annuit Alcimus Auit. lib. 1. de Orig. mundi. 238

Alcimus Auit. lib. 1. de Orig. mundi.

——— *placet ipſa tuenti*
*Artifici factura ſuo, laudatque creator.*

### *A Deo non antiquitas, ſed bonitas æſtimatur.*

*Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, ſi tenebræ lucem antecesſère & ea ſuot antiquiores, cur potios quàm lux à Deo non laudantur? certum eſt nullam continere bonitatem, cùm entis ſint priuationes, locem autem quàm perfecta ſit quis ignorat? licet ergo tenebræ ſiot antiquiores, non à Deo laudantur, ſed lux quia apud Deum oon computatur annorum multitudo, ſeu antiquitas, ſed virtus & bonitas: & ſic non plurimorum annorum ſenex fidelis, ſed qui plura opera charitatis exercuerit à Deo æſtimabitur: *non aſpicitur* (inquit Orig. 10. hom. in Math.) *ex quo quis vocatus eſt, ſed quantum operatus eſt.* 239

Orig. hom. 10. in Math.

### *Iuſti etiam examinabuntur ſtrictè in iudicio finali.*

*Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, quid purius & pulchrius luce? quid profuſius in communoe bonum & vtilitatem? cur ergo examini Dei ſubiicitur vt approbetur bona? nonne per lucem iuſtos intelligere valemus, eum dicat ſuis Chtiſtus Dominus, vos eſtis lux muodi? Reſpondeo ergo lucem quamuis pulcherrimam & puriſſimam ſupremi iudicij examen ſubire, vt num bona, num ad regulam diuini iudicij directa & ordinata videatur: ad declarandum quantàlibet mira ſanctitate, iuſtitia præcellentem, ſtrictum examen ſubiturum, vt à diuino iudice approbetur, ne opera noſtra, ſi ad oculos Dei, normamque diuinæ legis examinata, vacua videantur: quod Dauid Pſal. 101. teſtatur, dicens, *dies mei ſicut vmbra declinauerunt* quod animadoertit D. Bern. *quia ſine fructu*, & D. Hieron. addit, *ſi dies, quanto magis noctes? hoc eſt ſi lumen quanto magis tenebræ?* 240.

Pſal. 101. D. Hiero.

### *Virtus ita ſpecioſa eſt, vt non indigeat laudatore externo.*

241 *Et vidit lucem quod eſſet bona*, ſed vnde bona? hui cur peculiari eam laude non ornauit? ſed viſa contentus bonam inde commendauit? Nota quod lux imago eſt virtutis, recte eam non laudaſſe, ſed ſolum vidiſſe dicitur, quia adeo ſpecioſa eſt virtus vt non indigeat laudibus & laudatore, ſed oculis ſolum & viſu, ita vt eã laudare poſſis: ſic diſerte D. Chryſ. *tanta res eſt virtus, vt in admiratione habeatur, etiam ab illis qui eam non æmulantur, nam & ſcortator laudabit temperantiam & continentiam, & auarus condemnabit iniuſtitiam, & iracundus admiratur patientiam.*

*Chryſ. ho. 13 in c. 11. ad Hebr.*

B

### *Operandum aliquid, quia bonum.*

242 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, tria nobis ſcienda ſunt de conditione creaturæ, quis eam fecerit, per quod fecerit, quare fecerit, ſi quærimus quis fecerit, Deus eſt: ſi per quid fecerit, dixit & facta eſt, ſed cur fecerit? nonne ait textus vidit Deus lucem quod bona eſt, dicamus igitur eam creaſſe quia bona eſt, vt inſtruamur ad Dei imitationem nihil operandum, niſi quia bonum: hoc obſeruat D. Proſper in ſententiis, *Si quare fecerit quia bona, nec auctor excellentior eſt Deo, nec ars efficacior Dei verbo, nec cauſa melior quam vt bonum crearetur à bono.*

*Proſp. in ſententiis.*

C

### *Nullus dies vacuus ſit à bono opere.*

243 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, deinde factum eſt veſpere & mane dies vnus, & ſic in aliis ſex diebus, cur aliquem ex his vacuum non reddidit? nam diuerſitas pulchritudo quædam eſt, debebat ergo quieſcere in vno, in alio vero laborare. Reſpondeo nullum ex ſex diebus creationis fuiſſe vacuum ab opere, vt nos doceret nullo die nobis ceſſandũ eſſe ab actione bona, vnde D. Greg. *Caue, inquit, ne vacuus ab opere dies ſit ne præmium minuatur.*

*Greg. lib 8 moral. c 3.*

D

### *Opera bona id habent, quod non indigeant externo laudatore.*

244 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, an quod vidit ignorabat? an comprobauit quod ante neſcierat? minime, quid eſt ergo quod vidit lucem quod eſſet bona? per lucem opera optima intellige, & dices nõ laudaſſe lucem quia externo laudatore egeret (bona enim opera de ſe laudabilia ſunt) ſed vt laudabilem hominibus teſtaretur, ita D. Ambroſ. lib. 1. hexam. cap 9. *Nec quod ignorabat, vidit, nec quod neſciebat comprobauit, ſed bonorum operum proprium eſt, vt externo commendatore non egeant, ſed gratiam ſuam cum videntur ipſa teſtentur, plus eſt quod probatur re ipſa, quam quod ſermone laudatur.*

*Ambr. l. 1 hexa. c. 9.*

E

### *Bonitatis moralis ſolum eſt capax perſona.*

245 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, difficultas eſt cur non dixit & vidit Deus quod eſſet bonum in neutro? ſicut formata terra & apparente arida dictum eſt vidit Deus quod eſſet bonũ, ſimiliter formatis luminaribus: cur ergo formata luce ſimiliter non eſt enunciatum de ea: & vidit Deus quod eſſet bonum: ſuppono Rupertum per lucem litteraliter intelligere Angelos. Reſpondeo ergo illam lucem dici bonam, non bonum, terram autem bonum, & luminaria bonum, quia ſola creatura intellectualis

F

A bonitatis moralis eſt capax, aliæ autem irrationales & inanimatæ ſunt bonũ, id eſt res bona quoad vtilitatem, ita cit. Rupertus, vbi poſtquam dixit, quicumque bonus prædicatur ſiue homo, ſiue Angelus, non niſi reſpectu boni Dei recte bonus prædicatur, quia cum nemo ſit bonus niſi vnus Deus quicunque bonus eſt, vel eſſe dicitur, non niſi in tantũ bonus eſt in quantum bono Deo participatur, ſubiungit, *Proinde non dictum eſt; vidit Deus terrã quod eſſet bona, vel luminaria quod eſſent bona, quia cum bonitatis capacia non ſunt, dictum eſt autem de ſingulis vidit Deus quod eſſet bonum, id eſt res bona, bona inquam, id eſt vtilis res: ſola namque rationalis creatura diuinæ bonitatis, id eſt ſpiritus Dei capax eſt: & ideo homo vel Angelus tantummodo bonus abſolute dicendus eſt, vel in quantum homo, vel Angelus boni Dei particeps factus eſt.*

*Rup. li. 1. in Ge. c. 13.*

B

### *Bonitatem Deus honorat & æſtimat.*

246 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, ſciebat Dominus bonam lucem, antequam crearet, cur ait Moyſes vidiſſe Deum lucem quod eſſet bona, & ſic deinceps de aliis creaturis? non bonam laudat quia neſciebat, ſed quia bonitatem ita exiſtimat vt eam præconio velit extollere: ita Tertull. lib. 2. contra Marc. c. 4. *non quaſi neſciens bonum niſi videret, ſed quia bonum ideo videns, honorans, diſpungens bonitatem operum dignatione conſpectus.*

*Tertul. li. 2. contra Marc. c. 4.*

C

### *Detrahendi occaſionem adimit Deus, & vult vt ei fidem adhibeamus.*

247 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, an quod ignorabat vidit? minime, vel id quod neſciebat antea, aut quod non viderat comprobauit? cur igitur dictum eſt quod vidit? plures Dei opera accuſant, ponentes in cœlum os ſuum, recte igitur quod fecit approbat, vt ipſomet Deo approbante, nullus occaſionem detrahendi operis habeat: ſic Catena Græca: *quare hoc appoſuit auctor, vt moneret ingratos non eſſe damnanda quæ bona ſuffragio diuino Deique ſententia cenſentur.*

*Cate. Græc.*

D

### *Deus ſuperbiendi occaſiones adimit.*

248 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, creauit Deus perfectiſſimũ hominem, quem D. Chryſoſt. hom 11. ad popul. non tam appellat fictilem, quàm auream ſtatuam, ſplendide fulgentem, & totius hominis nõ tam fabricam quàm harmoniam, & Philo hominem vocat ſacratũ templũ, rerum omniũ præſtantiſſimũ, & præſtantiſſimi exemplaris pulcherrimã imaginẽ, & D. Ambroſ. admiratione plenus exclamat, *Pictus homo & pictus à Domino Deo tuo, bonum habes artificem atque pictorem, noli bonam delere picturam, nõ fuco ſed veritate fulgentem, non cera expreſſam, ſed gratia*. Si ergo homo ita perfectus eſt, cur cum aliæ creaturæ, vt ex diuino opificio nouæ recenteſq; procedebant, ſtatim à Deo laudabãtur, (vt patet de luce qua formata ait Moyſes vidit Deus quod eſſet bona, & ſic in ſingulis) ſolus homo ex ſui artificis manibus abiit illaudatus? non hominem imperfectum præ aliis poſſumus dicere, cur ergo ita factum eſt? nota quod aliæ creaturæ non erant ſanctitatis capaces, ſed ſolus homo: ideo igitur Deus eum non laudauit vt omnem ei adimeret ſuperbiendi occaſionem, ſingulari enim imbutus ſanctitate & virtutibus cõdecoratus, ſi inſuper à Deo laudaretur, exponeretur periculo incredibili contumeſcendi, aliæ creaturæ nulli periculo exponuntur cum ſint illius incapaces.

*Chry. ho. 11 ad popul.*

*Philo lib. de mundi opifi.*

E

*Ambr. l. 6. hexa. c. 8.*

F

*Peccatum maxime Deo diſplicet.*

149 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, cur continuo ſubiungit formata luce vidit Deus lucem quod eſſet bona? nonne poſt ſeparationem lucis à tenebris potuit hoc dicere? cum verſu 18 poſtquam dictũ quod Deus poſuit ſtellas in firmamento, ait Moyſes, vt præeſſent diei, & diuiderent lucem a tenebris, ſubiungit deinde & vidit Deus quod eſſet bonum: ſi ergo poſt diuiſionem lucis à tenebris ait, vidit Deus quod eſſet bonum, cur non expectauit ſeparationẽ lucis à tenebris, vt diceret: vidit Deus lucem quòd eſſet bona? Rupert. tenet per has tenebras primas, malos Angelos intelligi, tenet etiam expreſſe D. Auguſt. lib. 11. de Dei ciuitate cap. 19. ait enim, nõ mihi videtur ob operibus Dei abſurda ſententia, ſi cum illa lux prima facta eſt, Angeli creati intelligantur, & inter Angelos ſanctos & immundos fuiſſe diſcretum. vbi dictum eſt, & diuiſit Deus lucem inter & tenebras: vides ergo quod per tenebras peccatum Angelorum intelligit, aliæ autem tenebræ de quibus verſ. 18. eſt ſermo, ſunt naturales, quæ nullam malitiam moralem dicunt: ideo igitur non dixit poſt diuiſionem lucis à tenebris, & vidit Deus quod eſſet bonum, quia peccatum nihil bonum Deo videtur, imo ſummè diſplicet: hoc notat ſubtiliter D. Aug. lib. citato cap. 20. *Nec illud prætereundum eſt ſilentio, quod vbi dixit Deus fiat lux & facta eſt lux, continue ſubiungitur, & vidit Deus lucem quia bona eſt, non poſtquam ſeparauit lucem à tenebris, & vocauit lucem diem & tenebras noctem; ne ſimul cum luce etiam talibus tenebris teſtimonium placiti ſui perhibuiſſe videretur; nam vbi tenebræ inculpabiles ſunt, inter quas & lucem iſtam his oculis conſpicuam, luminaria cœli diuidunt; non antè, ſed poſt infertur, & vidit Deus quia bonum, vtrumque placuit, quia ſine peccato, vbi autem dixit Deus fiat lux & facta eſt lux, ſtatim ſequitur & vidit Deus lucem quia bona, & poſtmodum infertur & ſeparauit Deus inter lucem & tenebras, vocauitque Deus diem lucem, & tenebras noctem, non hoc loco additum eſt, vidit Deus quia bonum eſt, ne vtrumque appellaretur bonũ, cum eſſet horum alterũ malum, vitio proprio non natura.* *Aug. li. 11. de Dei ciui. cap. 20.*

*Homo quia futurus peccator à Deo non laudatur.*

150 *Et vidit Deus lucem quod eſſet bona*, terram legimus aridam conſtitutam fuiſſe, aquas in vnum con- A gregatas, & ait Moyſes vidit Deus quod eſſet bonũ: cur ergo hominem inter alias creaturas perfectiſſimum laudatum non videmus? Reſpondet Rupertus, *licet homo diuinæ ſit capax bonitatis, non tamen dictum eſt, & vidit Deus hominem quod eſſet bonus, vt dictum eſt & vidit Deus lucem quod eſſet bona, quia videlicet homo non intellexit quod ſibi adhærere Deo bonum eſſet, & ita needum ſingularem laudem meruit.* *Rupert. in Gen.*

*Oculorum Dei virtus.*

*Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, cum Deus omnia B condiderit in ſua natura perfecta cur non ea bona eſſe, neque Dei laude digna dicit ſcriptura, dum fiunt, ſed dum à Deo videntur? vt nouerimus omnia creata a Dei aſpectu bonitatẽ trahere, & hoc (quod deinde in luce Ambroſ. notat) de reliquis Dei operibus dici poteſt. *Vidit ergo Deus lucẽ, & vultu ſuo illuminauit, & vidit Deus quod eſſet bona*, Expende illud, *& vultu ſuo illuminauit*, ſuo proſpectu Deus luci ſplendorem, & iubar ſuſdidit, tanta vis ineſt diuinis oculis, vt ipſa lux ſit tenebræ, niſi à Deo cõſpiciatur. *Amb. l. 5. cap. 19.*

*Virginea Dei exemplo efferenda.*

*Vidit Deus lucem quòd eſſet bona*, lucem creatam C commendauit, prior rebus producitur lux, vt per illam res aliæ illuſtrarentur: ſed cur prior commendatur? nonne diximus in præcedenti verſu Virginem ſanctiſſimam eſſe lucem primæ diei, cur ergo lux à Deo non commendaretur; vt hoc exemplo moniti Deiparam celebraremus, quę in illa luce latebat, nec aliquis facile à virgineis laudibus auocaretur. Nobis autem illam noſtram virginem ſignificaſſe affirmat inter alios Richardus à S. Lauren. lib. 7. de laudibus virginis, vbi Mariæ excellentiam in hunc modum colligit: *de hac luce dicitur Gen. 1. dixit Deus fiat lux, & facta eſt lux, diſſoluta erat Pſal. miſſa Pſal. 118. tempus faciendi domine, diſſipa*D*uerunt legem tuam, & dominus, fiat lux, quaſi iam diceret Maria illud Iſaiæ 46 dedi te in lucem gentium:* Deus *enim hanc lucem fecit, quando beatam Virginem de tenebris lucere & ſplendeſcere dixit 2. Cor. 4. ſed quia lux eſſet bona vidit, quando per eã mundi tenebras illuſtrauit, vnde ſequitur, & vidit Deus lucem quod eſſet bona: ſicut enim nemo bonus niſi ſolus* Deus, *ſic nulla anima Mariæ comparata inuenietur perfecta*, nimirum aliorum lux luci virgineę pariata nox quędã eſt, & ipſis tenebris ſimilis. *Richard. à Laurent.* *Pſal. 118.* *Iſai. 49.* *2. Cor. 4.*

## EXPOSITIO SECVNDÆ PARTIS.

### *ET DIVISIT LVCEM A TENEBRIS.*

D*iuiſit lucem à tenebris*, id eſt tempus lucis à tẽpore tenebrarum, ſcilicet noctem à die, quia in die lumen eſt, in nocte autem tenebræ: diuiſio autem hæc intelligitur non per emiſſionem luminis elementi ignis, nec per nubem vel corpus lucidum quod ab ortu ad occaſum per Angelum voluebatur 24. horis vniuerſum orbem circumluſtrãs, dies omnino æquales & conformes efficiens; dies cum voluebatur ſuper noſtrũ hemiſphærium; noctes autẽ, cum ſuper aliud mouebatur; ſed per motum lucis licet exiguæ ſolis in orbem, ſicut nunc de facto fieri conſpicimus, conceptus verſum elucidabunt.

## CONCEPTVS IN HANC II. PARTEM VERS.

*Deus ſumma facilitate cuncta operatur.*

151 E*T diuiſit lucem à tenebris*, forte arbitraberis Deũ lucem formaſſe, dein de productam eam à tenebris ſeparaſſe; ſed falleris, maiori enim facilitate & celeritate qua nec etiam loqui poſſumus, omnia operatur: *hinc intelligi licet*, inquit D. Auguſt. *Quanta diuini operis facilitate iſta dicantur effecta: non enim quiſquam eſt, qui ſic æſtimet lucem factam, vt eſſet confuſa cum tenebris, & ob hoc ſeparatione indigeret; ſed eo ipſo quo lux facta eſt, conſecuta eſt etiã diuiſio inter lucem & tenebras.*

### *Nihil ita diuinæ maieſtati diſplicet, quàm confundere quæ ab inuicem ſeparari deberent.*

252 *Et diuiſit lucem à tenebris*, certum eſt ſimul compati non poſſe tenebras & lucem, luce enim accedente neceſſario tenebræ nullo modo erant futuræ, cur ergo annotat Moyſes Deum lucem à tenebris diuiſiſſe? ſatisfacit ſubtiliter Oleaſter, *quia nihil eſt quod ita oculos diuinæ maieſtatis offendit, quam confundere ea quæ voluit eſſe diſcreta; hinc reor, prohibuit agrum diuerſo ſemine ſeminari, animalia diuerſarum ſpecierum coire, veſtem diuerſis lidiis textam geſtare: ne ipſi audiret confundere, quæ ipſe tanta ſolicitudine curauerit diſcriminare.*

*Oleaſter in Geneſ. Exod. 22.*

### *Deus ita hominem diligit vt ei quietem præparet, antequam creetur.*

253 *Diuiſit lucem à tenebris*, ſcilicet vt homo, tenebrarum durante tempore poſt diurnum laborem quieti indulgeret: ſed ſi homo adhuc non eſt conditus, non ſeparet lucem a tenebris, ſed poſt illius creationem expectet faciendam diuiſionem? tantus eſt amor erga hominem vt etiam ante ſuam formationem et tempus requiei præparet: ita Ferus, *vide bonitatem* Dei *nondum erat homo, & iam Deus quietem poſt laborem prouidit & præordinauit.*

*Ferus.*

### *Ab initio mundi damnatus diabolus.*

*Diuiſit Deus lucem à tenebris*, quænam eſt hæc diuiſio & ſeparatio? diximus ſecundum communem ſenſum; ſed cum plures patres (teſte Ruperto) teneant hanc lucem fuiſſe creaturam Angelicã, quomodo intelligimus lucem à tenebris fuiſſe ſeparatã? nonne Lucifer dicitur princeps tenebrarũ, id eſt malorum Angelorum? reſpondet igitur Rupertus hãc ſeparationem lucis à tenebris eſſe bonorum Angelorum confirmationem in bono, & malorum condemnationem: ita enim ait, *Diuiſio iſta lucis & tenebrarum, terribile Dei iudicium factum inſinuat, de quo Pſalmiſta: tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi? ex tunc ira tua; quaſi diceret ex quo diabolus reſtitit, id eſt reſiſtere voluit tibi, tu iratus es, & reſiſtere non potuit; cecidit enim Angelus, & factus eſt diabolus: hoc terribile iudicium per diuiſionem inſinuatur lucis & tenebrarum: quæ enim ſunt iſtæ tenebræ? niſi omnes Angeli Sathanæ cum eodẽ ſuo principe? has vtique tenebras Deus luce quę diuiſit, quia malos Angelos à bonis ſeparauit, diuiſit, ſiquam ſeparatione immutabili, ita vt nec iſti qui ceciderant, reſurgere, nec illi qui cũ peccare poſſent, peccando cadere voluerunt, vlterius vnquam habeant vel poſſint peccãdo cadere*, D. Auguſt. ita etiam hunc locum litteraliter exponit de ſeparatione Angelorum a dæmonibus.

*Ruper. l. 1 cap. 13. Pſal. 75.*

### *Dæmonis malitia ſaluti hominum prodeſt.*

255 *Diuiſit Deus lucem à tenebris*, vidimus per tenebras intelligi dæmones. dubium moueo, ſi Deus ſciuit diabolum infenſiſſimum futurum eſſe homini, cur eum creauit? nonne ſufficiebat bonos Angelos efformaſſe? ad quid ergo malos cum ita nobis moleſti ſunt? non debemus, ait Ambroſius, in ſcripturis diuinis reprehendere, quod intelligere non poſſumus; ſunt enim plurima quæ non noſtro ingenio metienda ſunt, ſed ex altitudine diuinæ diſpoſitionis & verbi ſunt æſtimanda: attamen reſpondeo quamuis diabolus ſit nobis infenſiſſimus, malitia tamen eius, hominũ ſaluti maxime deſeruit, ita idem Doctor libro de Paradiſo cap. 2. *Diaboli malitia ad ſalutem prodeſt hominibus, non quod diabolus prodeſſe velit, ſed quod malitiam eius etiam repugnantis conuertit dominus ad ſalutem, huius malitia, Iob ſancti viri fecit eſſe virtutem, & patientiam clariorẽ, huius malitia iuſtitiam eius exercuit, vt certaret & vinceret. & victoriam corona ſequeretur, nemo enim niſi qui legitime certauerit, coronabitur.*

*Ambr. li. de Parad. c. 2. & Auguſt. l. 11. de Dei ciuit. ca. 17. Iob. 1.*

### *Deus non ſtatuit dæmonis curare peccatum ſicut hominis.*

256 *Diuiſit Deus lucem à tenebris*, diximus per has tenebras intelligi ſpiritus malos, ſed ſi per has tenebras peccatores Angeli intelligendi veniunt, cur eorum peccatũ ſicut hominis patefactum non eſt in Geneſi? non enim potior ratio videtur vobis quã altenus: Nota Deum non ſtatuiſſe reparationẽ lapſus Angelorum: Reſpondet ergo Albinus, *quia Angelicum vulnus non prædeſtinauit curare, hominis vero ſanare prædeſtinauit.* 257

*Alb. in Gen.*

### *A deſperationis occaſione reuocamur.*

*Diuiſit lucem à tenebris*, cum per tenebras diximus Angelos ſignificari, & iam inquiſitum, cur eorum peccatum a Moyſe prætermiſſum ſilentio, non gratia [illegible] inquirere, cur ſolum alij Prophetæ ſub quibuſdã figuris, ſicut ſub figura Babylonis Regis, Iſ. 14. & ſub figura principis Tyri Ezech. 28. illud peccatum dæmonis aperuerunt, non autem expreſſe? optima eſt reſponſio Floriani Nannij Caſij canon. regul. later. in ſua cate. argen. in ca. 1. Gen. dicentis, *ne propter ſui immanitatem homo acciperet exemplũ deſperationis, attendens enim homo peccatum diaboli non eſſe remiſſibile, poſſet deſperare, idem credendo de ſuo.*

*Iſa. 14. Ezech. 28 Florian in ſua catena argentea in Geneſ.*

### *Ita ſocietas impij periculoſa eſt, vt etiam ſi iuſtus ſit vt ſol, poterit illius conuerſatio obſcurari.*

*Diuiſit lucem à tenebris*, diximus ideo diuiſiſſe lucem à tenebris quia impius ſignificatus per tenebras non debet eſſe ſimul cum iuſto, per lucem deſignato: ſed qua de cauſa? nonne lux paulatim illuſtraret tenebras, ita vt conuerterentur in lucem? dico tamen optime vtrumque ſeparatum, quia impij cum iuſto, etiam ſi ſit ſol in virtute ſplendidiſſimus, ſocietas ita periculoſa eſt, vt eum facile obſcuraret, ſic Ticonius explicans illud 9. Apocalypſ. aſcendit fumus de puteo & obſcuratus eſt ſol ait, *obſcuratum dicit ſolem, peccatum enim malorum & ſuperborum obſcurant ſolem, id eſt Eccleſiam, & ſanctis ac iuſtis faciunt obſcuritatem.* 258

*Ticon. explicans illud 9. Apoc. aſcedit fumus de puteo.*

### *Ita periculoſa eſt malorum ſocietas, vt etiam Angeli puriſſimi, tenebræ videantur.*

*Diuiſit Deus lucem à tenebris*, nonne lux ſatis ex ſe ipſa diuiſa eſt à tenebris? non eſt ergo neceſſe vt ab aliquo præcipue Deo ſeparentur, diximus per has tenebras malos Angelos intelligi, per lucem bonos vt optime annotauit D. Auguſt. 11. de Dei ciuitate cap. 7. & 19 dicens, lucis nomine ſignificata eſt ſancta ciuitas, in ſanctis Angelis & ſpiritibus beatis: quo ſuppoſito, fateamur ideo neceſſarium fuiſſe, vt ipſemet Deus ſua voluntate infinita diuideret lucẽ à 259

*Auguſt. de Dei ciui. c. 7. & 19.*

nonſine myſterio, poſt enumerationem cœli. terræ, & marium, additum quod ſpiritus ſanctus ferebatur ſuper aquas, ſed ad declarandum eſſe eum qui omnibus, firmitatem præbeat, ratiocinatio eſt D. Cyrill. Alex. *quod ipſa elementorum natura non habeat ex ſe, vt corruptionem effugere poßit, ſed opus habet manu quæ ipſam contineat, vt bene ſit, oſtendit dicens, ſpiritus* Dei *ferebatur ſuper aquas; viuificat enim omnia Dei ſpiritus, omnia etiam illo opus habēt, non aliter poterunt firme in ſua eſſentia, quæ ſunt, perſiſtere.*

*Cyrill. Alex. lib. 2. contra Julian.*

### *Spiritus ſanctus deſcendens & aſcendens, affectum amoris erga nos maximum declarat.*

167 *Spiritus* Dei *ferebatur ſuper aquas*, videmus ſpiritum ſanctum ſuper aquas deſcendiſſe, nonne hic idē ſpiritus ſanctus deinde aſcendit in cœlum? ſi enim non aſcendiſſet, non dixiſſet Chriſtus Dominus. ſe enim ad nos miſſurum, cur igitur à nobis ad cœlos aſcendit, & à cœlis ad nos deſcendit? quia deſcendēs & aſcendens erga nos eximium declarat amorem, affectumque comprobat, ſic Ambroſ. *alius à nobis ad patrem aſcendens, alius ad nos à patre veniens paternum erga notat, piißimum affectum declarat, qui nunquam nos in tentationibus iſtius mundi & miſeriis, nec ſine aduocato, nec ſine conſolatione patitur.*

*Ambroſ. orat. in ſymb. Apoſtol. c. 3.*

### *Spiritus ſanctus ita hominem diligit, vt ſine eo inquietus eſſe videatur.*

168 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Ad aquarū igitur motum mouebatur hic ſpiritus Dei, quomodo cui propria immutabilitas, ita mouetur? cum moueri dicat acquiſitionem loci diuinæ immenſitati repugnantem? nota hominem nondum eſſe conditum; non immerito igitur ſpiritum Dei ita moueri, quia ita hominem diligit, vt ſine eo inquietus eſſe videatur, D ſic Rupert. *Ferebatur ſuper aquas, quia inquietus erat, quouſque vidit hominem creatum, ſuper quem requieſcere poßit.*

*Rup. Abb.*

### *Spiritus ſancti amor non refrigeſcit, etiam à nobis impeditus.*

169 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, per hunc ſpiritum amorem intelligimus, teſte Rup. dicente quid putamus eſſe hunc ſpiritum niſi amorem Dei? amorem non affectuum, ſed ſubſtantialem amorem, amor autem ſapit naturam ignis, cui aquæ contrariantur, eumque extinguunt: quomodo igitur hic amor tanquam ſuper aquarum multitudinem fertur, non autem immergitur aut extinguitur? dico ſpiritum ſiue Dei amorem aquis innatare, non autem extingui, imo ardentem & inæſtuantem eſſe, quia tanto amore flagrat, vt ipſas etiam aquas accendere videtur nec ab eis extinguitur, amor enim Dei etiam à nobis propter peccata noſtra (quæ aquis deſignantur) impeditus non refrigeſcit, quod Theodulus (exponens hunc locum Pauli ad Rom. 5. pro impiis mortuus eſt) ait, *Domini noſtri bonitatem hic contemplare, qui filium ſuum pro impiis peccatoribus dedit* Quaſi diceret, tantus fuit amor Dei, vt peccata hominum amorem illius non minuerent.

*Rup. li. 1. in Gen. cap. 8.*

### *Spiritus ſanctus ita diligit nos, vt cum eſſe non poßimus quod ipſe eſt, taliter operatur, vt ei ſaltem vniamur.*

170 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, non ita intelligas aquis ſuperferri, vt nihilominus non agnoſcas ſuper terram, quæ ſub aquis latebat etiam ferri: ſed cur non ſolum ſuper aqoas, ſed etiam ſuper terram? nota vtrumque ad plurium creaturarum productionem fœcundiſſimum ſuper aquas: igitur & ſuper terram fertur maxima vnione, quia cum eſſe non poterat, quod ipſe erat, taliter operatur vt creaturas ex eis formet, quibus nos ipſi vniamur: ſic Rupert. *hic ferebatur ſuper aquas, nihilominus & ſuper aridā quæ ſub aquis latebat, videlicet magno ſupra creaturam ſuam creator affectu ducebatur, vt quia non* B *poterat eſſe, quod ipſe qui creauerat, tales ex ea faceret formas, in quibus creatori coniungeretur, coniungeretque & congratularet creatura, hic amor, hæc bonitas creatoris ſpiritus ſanctus eſt.*

*Rup. li. 1. in Ioan. c. 8.*

### *Spiritum ſanctum recipiens debet vacare bonis operibus.*

*Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, ilico ſubiungit Moyſes, dixit Deus fiat lux, cur quæſo poſtquam aſſeruit ſpiritum Dei ferri ſuper aquas, ait Deum dixiſſe fiat lux; pluries diximus per ſpiritum Dei ſanctum intelligi; per aquas autem homines eum recipientes, aquæ multæ, populi multi, Apocal. per C lucem bona opera, ſic luceat lux veſtra coram hominibus vt videant opera veſtra bona; optime igitur additum fuit fiat lux, poſtquam dictum fuit, quod ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas, quia recipiens ſpiritum ſanctum, debet vacare bonis operibus, ita D. Anaſtaſ. Synaita, *per hoc, bonam vitam exigi à baptizato, quæ quidem tanquam lux luceat ante faciem eius.* 171

*Apoc. 17. Matth. 5. Anaſt. Syn. in hex.*

### *Spiritus Dei ſuper humiles requieſcit.*

*Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, quando quis fertur verbigratia ſuper currum, aut ſuper humeros, &c. ibi requieſcit, ſpiritus autem Domini cum ferebatur ſuper aquas, requieſcebátne in eis? nonne alibi dicitur ſuper quem requieſcam, niſi ſuper humilem? dico igitur ſpiritum Dei non ſuper aquas requieuiſſe, ſed ſolum ſuper humiles, quod D. Aug. expreſſe teſtatur, *ſpiritus tuus bonus ſuperferebatur ſuper aquas, non ferebatur ab eis, tanquam in eis requieſceret*, & D. Ambroſ. *eſto humilis & quietus, vt in tuo requieſcat Deus affectu.* 172

*Aug. li. 13. confeſſ. ca. 8. Amb. lib. 6. hexa. c. 8.*

### *Spiritus ſancti ſedes aqua quia, baptiſmum repræſentat.*

*Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, cur aqua diuini ſpiritus ſedes gratiorque cæteris creaturis? cœlum formatur, non legimus ſuper illud ferri, nonne alia elementa formata, in eis illum non conſpicimus; an aqua his omnibus ſuperior eſt vt ſola ſpiritus ſancti ſedes eſſe mereatur? ideo ſpiritus Dei ſedes, quia ſacramentum baptiſmatis iam ab initio figurabant, ſic Tertull *Solus liquor, ſemper materia perfecta, læta, ſimplex, de ſuo pura, dignum vectaculum Deo ſubiiciebat*, deinde poſtquam diuerſis præconiis eam eſt proſequutus, ait: *ſatis eſt ea præcerpſiſſe in quibus* F *ratio Baptiſmi recognoſcitur prima illa, quæ iam tunc etiam ipſo habitu prænotabatur ad Baptiſmi figuram, Dei ſpiritū, qui ab initio ſupernectabatur ſuper aquas, intinctos reformaturum.* 173

*Tertul. li. de baptiſ. ca. 3. & 4.*

### *Spiritus Dei præditus eſt, qui alteri non inuidens, ſinit eum manifeſtari.*

*Spiritus* Dei *ferebatur ſuper aquas*, cur ſpiritu Dei 174

honoratur aquæ potius quam alia elementa, cum A aquę inter ea primam non obtineat ſedem? audiamus quid de aquis paulo inferius dicitur, congregentur aquę quæ ſub cœlo ſunt, & appareat arida, & factum eſt ita: quaſi diceret Deus, terra non apparet, quia eam tegitis & occultatis; ne illi inuideatis, ſed eam ſinite manifeſtari, & factum eſt ita, inquit textus, id eſt terræ non inuiderunt, ſed eam, quid eſſet, manifeſtari permiſerunt: dico igitur non mirandum: ſpiritu Domini aquas ornari, quia Dei ſpiritu prędictus eſt, qui alteri non inuidens, ſinit eum manifeſtari, hunc conceptum confirmat, id quod in Pſal. dictum eſt, quoniam videbo cœlos opera digi- B torum tuorum, lunam & ſtellas quæ tu fundaſti; quæ verba expendens D. Greg. Mag. ait, dicturus lunam & ſtellas, cur pariter ſolem etiam non enumerauit? nota ſolem lunę & ſtellarum claritatem impedire tuo lumine, lunam autem ſtellarum ſplendori nec ſtellas lunæ obſtare, iure merito igitur ſol non enumeratur à Pſalmiſta quaſi ſua indignus conſideratione, eo quod quaſi inuidus aliorum manifeſtationem impediret: luna autem & ſtellæ celebrantur, quia non ſibi inuicem inuidentes, ſimul lucent & apparent. ſic D. Pet. Dam. *Multo aliquid altius habet* C *claritas ſolis, quam luna, quia etſi illa minores ſtellas obſcurat, non tamen penitus occultat, hic vero lucidius incandeſcens, ita ſibi ſyderum & lunæ rapit poſitionem, vt ſint quaſi non ſint, & videri non poſſint.*

Pſalm 8. Gre. Mag. hom. 13. in Ezech. l. 2. — Pet. Dam. ſer. de Aſſu.

*Spiritus ſanctus ab initio omnium conductor.*

175 *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Quomodo poteſt fieri quod ſpiritus Dei ferretur ſuper aquas? nonne ille potius tribus digitis fert vniuerſum orbem? ſi igitur fert, quomodo fertur? cum etiam ferri imperfectionem dicit in Deo. Reſponde ferri non tanquam impotentem & debilem, ſed tanquam omnium conductorem & aurigam, ſic optime D. D Hieron. *Rudis mundus necdum ſole rutilante, nec pallente luna, nec aſtris micantibus incompoſitam & inuiſibilem materiam abyſſorum magnitudine, & deformibus tenebris opprimebat, ſolus ſpiritus Dei in auriga modum ſuper aquas ferebatur*, expende illa vltima verba in aurigæ modum, id eſt conductoris & gubernatoris omnium.

Hie. epiſt. ad Oceanum quæ eſt 83.

*Spiritus ſanctus confuſionem abhorret.*

176 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Nonne Angeli ſunt longe aquis excellentiores? in eis igitur feratur E non autem ſuper aquas? aduerte tunc omnia confuſa fuiſſe, terra enim aquis cooperiebatur, aquæ locum ſuum minime occupabant, ſpiritus igitur Dei ſuper aquas fertur, vt confuſionem tolleret ordinemque ſtatueret, fauet Gloſſa ordin. *Spiritus Dei præerat fluctuanti & confuſæ materiæ, vt diſtingueret quando vellet.*

Gloſſ. ord.

*Trinitas cooperata eſt ad mundi creationem.*

177 *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Cum per ſpiritum Domini tertiam Trinitatis perſonam dica- F mus intelligi (teſte etiam ipſo D. Ambr. dicente, cum ſanctorum & fidelium ſententia congruenter ſpiritum ſanctum accipimus) quid igitur ſignificare voluit Moyſes, poſtquam aſſeruit in principio Deum condidiſſe cœlum & terram, addens, & ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas? nonne per principium verbum patris, per Deum ipſum patrem intelligimus? recte igitur ſubiunxit Moyſes ſpiritum Domi- A ni ferri ſuper aquas, ad innuendum Trinitatem ad mundi conditionem cooperatam fuiſſe, ſic Iunilius: *Bene vt vides, totius ſimul Trinitatis in creatione mundi virtutem cooperatam ſignat, dicens & Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas, poſtquam prius in principio ſcilicet in filio, Deum cælum & terram feciſſe prædixerat.*

D. Ambr. — Iunilius.

*Sanctiſsima Trinitas nobis notificatur.*

*Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Patrem agnouimus, filium non ignoramus, cur igitur illico men- 178 B tionem ſpiritus Dei fecit Moyſes? ſine dubio vt ſanctiſſima Trinitas nobis notificaretur, teſtis eſt Victor Epiſcopus de fidei ratione ad Hunnerium, *Primum igitur de veteris teſtamenti libris, poſt etiam noui, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum vnius docebimus eſſe ſubſtantiæ, lib. Geneſ. ſic inchoante, in principio fecit Deus cælum & terram, & ſpiritus Dei ſuperferebatur ſuper aquas, ille Iudæis interrogantibus quis eſſet? dixit principium qui & loquor, ſuperferebatur ſpiritus Dei ſuper aquas, vtpote creator virtute potentia ſua continens creaturam.*

Vict. Epiſ. de fidei ratione ad Hunneriũ.

C *Spiritus ſanctus non contentus, ſed omnia continens.*

*Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Aqua ergo erat 179 habitaculum Spiritus ſancti, & ipſa continebat ſpiritum Dei, imo ſpiritus Dei ipſam, & omnia alia ſanctus includebat: *Spiritus ſanctus Deus eſt* (inquit Beda) *qui in re non loco continetur, & diſtenditur, nec temporum mutationibus ſubiacet, ſed eſt vbique totus præſens*, & ita omnia continet.

Beda.

*Spiritus pacis amator.*

*Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* An de loco in 180 D locum vagatur ſpiritus Dei, ita vt nunc in aquis, terra, & in cordibus hominum reperiatur? aduerte quod elementa omnia in illo principio, naturali quadam confuſione ſibi inuicem aduerſabantur; fertur igitur ſpiritus Dei ſuper aquas, non per vagationem, ſed vt ſtabiliret inter omnia pacis vnitatem: audiamus Abſalonem Abbatem ſerm. 35. *Primus flatus ſpiritus ſancti fuit in creatione, ſecundus in incarnatione verbi, tertius in reuocatione hominis: de primo dictum eſt, quia ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas, quo ſpirante fluxerunt, hoc eſt confluxerunt, id eſt in vnum locum fluxerunt, quia congregata ſunt aquæ quæ ſub cælo* E *erant in locum vnum, vt appareat arida: elementa ſiquidem huius mundi naturali quadam confuſione ſibi erant aduerſantia: quippe frigida pugnabant calidis, ſiccis humida, donec tandem Spiritus ſanctus magiſterio ſtabili fœdere pacis confœderauit, ſollicita ſuo modo ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. quippe terra in gremio ſuo aquam ſuſcipit inſtabilem in ſe & vagam, aqua terram rigat per ſe ſitientem & aridam, & ignis caloris beneficio fructus terra educit, aër ſua temperie inuiolata conſeruat.*

Abſa. Abbt ſerm. 35.

*Spiritus hominis fertur naturaliter ſuper ſcientias.*

F *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Non eſt du- 181 bium per aquas ſcientiam intelligi, nam ſicut aquis ſitim extinguimus, ita cognitione rerum mentis deſiderium ſatiamus, inde eſt quod Deus conqueritur de mortalibus, cum ait: *Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas*; fons aquæ viuæ eſt ſcientia rerum diuinarum, ciſternę diſſipatæ ſunt ſcientiæ humanæ & naturales: ſed ſi ſcientiarum ſymbolum eſt aqua, quomodo ſpiritus Dei

Ierem. 2.

A ferebatur ſuper aquas? nam ſpiritus ſanctos ad eas acquirendas naturaliter non fertur, cum ſcientiarum omnium ſit fons & origo: aduerte queſo hominis ſpiritum non incongrue ſpiritum Dei appellari poſſe: nam à Deo prodiit, *Inſpirauit enim in eum* Eccleſ. 12. *ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem*, & quia in ipſum Deum redire debet, vnde eſt illud Eccleſ. 12. *& ſpiritus redeat ad eum qui dedit illum*, quo poſito recte dicemus ſpiritum Dei, qui aquis ſuperfertur, eſſe ſpiritum hominis, qui naturaliter fertur ad ſcientias acquirendas. Senſus eſt Noſter Lyranus. Lyrani, cum ait: *Spiritus Domini, id eſt ſpiritus hominis,* B *qui conuenienter dici poteſt ſpiritus Domini, eo quod eſt à Domino creatus, ferebatur ſuper aquas, id eſt naturaliter deſiderans ſcientias, quæ nomine aquarum de-* Prouerb. 5 *ſignantur, in plateis aquas tuas diuide, docendo ſcilicet publice.*

*Deus otium maxime odit, actionemque diligit,*

182 Abul. Philo. hæb. *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Hunc ſpiritum Dei diximus à multis accipi pro aëre, ita Abul. Phil. Difficultas eſt cum illud epithetum *Dei*, nulli antea creaturæ datum fuerit, non enim terra dicta eſt C Dei, aquæ Dei, cur igitur aër hoc epitheto decoratur, ita vt nuncupetur aër vel ſpiritus Dei? ſcio aliquos reſpondere dictum eſſe ſpiritum Dei, quia ille ventus vehementiſſimus & validiſſimus erat, mos enim ſcripturæ eſt, cum rem quampiam inſignem & eximiam ſignificare vult, adiungere ei nomen Dei, ſicut dicitur mons Dei, cedrus Dei, &c. ſed ad ſatisfaciendum noſtro conceptui, ſcilicet cur aër Dei epitheto decoretur, non autem terra? nota terram quaſi non operari, de ea enim dicitur, terra autem in æternum ſtat: aquæ ſimiliter ſi in aliquo loco contineantur, quaſi immobiles permanent, aër D autem eſt in perpetuo motu, nunquam ceſſat agitari, per quem operatio declaratur: decoratur igitur aër hoc inſigni *Dei* epitheto, non autem prædictæ creaturæ, quia hæ ab operatione ceſſant, & quaſi otioſæ manent, aër autem quaſi continuum otio bellum indixerit, perpetuò mouet & mouetur; nam Deus operi & non otio vacantes maxime diligit: neſcio ſi D Laurent. Iuſti. ad quam reſpiciens quæ D. Lauren. Iuſt. lib. de perfectionis gradib. c. 9. aliquando otium repręſentat, dixit, *Sicut aqua quæ caret decurſu, ac iacet in foueis putreſcit, ab humano vſu aliena efficitur, repleturque animalibus venenatis & noxiis, ita & corpus otij tabe confectum concupiſcentiarum carnalium parit inſaniam.*

*Deus eſt cum afflictis.*

183 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Cum hic ſpiritus ſit tertia perſona Trinitatis, cur ſuper cœlum Pſal. 113. quod ſedes beatorum & Deo dicatum (teſte Pſalmiſta) *cœlum cœli Domino*, non legimus ſuperferri? quid in aquis iucundius vel melius in eis reperitur, vt Spiritum ſanctum ad ſe attrahant? nota quod aquæ in ſacro textu ſignificant aliquando afflictiones, Pſal. 68. *Intrauerunt aquæ vſque ad animam meam*, & Pſal. 68. Cant. 8. Cantic. 8. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem*, quid igitur mirum ſi aquę tribulationes ſignificant, quod ſpiritus Dei eis ſuperferatur? quia F Deus in tribulationibus, & cum afflictis reperitur, Ber. ſuper Pſal. qui habitat. ſic. D. Bernard. *Vnde ſcimus quod nobiſcum eſt Deus in tribulatione, ex eo vtique, quia in ipſa tribulatione nos ſumus, quin etiam ſuſtinemus?*

*Egenus amor ſubiicitur, diues eminet.*

184 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Cum ſpiritus A ſanctus ſit in omnibus per præſentiam, potentiam, & eſſentiam, nonne optimus fuiſſet hic modus loquendi, ſpiritus Dei erat in aquis, non autem ferebatur ſuper aquas? nonne etiam de eo dicitur, quod tribus digitis appendit molem terræ? cum autem moles terræ aquis ſubiiciatur, deberet Moyſes dixiſſe, quod ſpiritus Dei ſubiiciebatur aquis. Nonne il- Iſai. 40. le ſpiritus deſignat amorem, qui creaturis omnino non indiget? bene igitur ſuperferri dicitur, quia diues amor non ſubiicitur, ſed ſemper ſupereminet: Eucherius in Gen. ſic D. Eucher. *Indigus atque egenus amor ſubiicitur rebus quas diligit, & ideo dictum eſt ſuperferri creaturæ* B *ſpiritum ſanctum.*

*Charitas aliis omnibus ſupereminet.*

*Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Dubium eſt, 185 cur poſt nominatum cœlum, terramque inuiſibilem & incompoſitam, tenebras ſuper abyſſum, aſſerat ſpiritum Dei aquis ſuperferri? quaſi hoc vltimum non potuiſſet aſſeri, niſi priori nominato? nonne ſpiritus Dei eſt charitas? aſſeramus igitur recte prius cœlum, terram, aquas nominatas fuiſſe, quam ſpiritum C ſuperferri; ſed poſtea additum, quia charitas omnia ſuperat, omnibuſque ſupereminet. Audi Auguſt. *Sequatur qui poteſt intellectu Apoſtolum dicentem,* Aug. li. 13. confeſſ. c. 7. *quia charitas tua diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis, & de ſpiritualibus docentem, & demonſtrantem ſupereminentem viam charitatis, & flectentem genua pro nobis ad te, vt cognoſcamus ſupereminentem ſcientiam charitatis Chriſti, ideo ab initio ſupereminens ſuperferebatur ſuper* Rom. 5. *aquas*, & de eadem charitate alibi loquens ait, *Vt enim oleum à nullo humore premitur, ſed omnibus diſruptis exilit & ſupereminet, ſic charitas non poteſt in ima* D *premi, ſed neceſſe eſt vt ad ſuperna emineat.*

*Angelica natura longè corpoream excellit.*

*Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Si omnem 186 traſcendit non ſolùm naturam terreſtrem, ſed & ſpiritualem ſpiritus Dei, cur ſuper aquas ſolum ferri Procop. Caietan. dicitur à Moyſe? aduerte Procopium, imo & Caietanum, per ſpiritum Dei Angelum intelligere. Quid vetat autem per illas aquas ſiue abyſſum quidquid corporeum productum erat ſignificari? dicamus igitur ſpiritum Dei ferri ſuper aquas, eſſe Angelum qui omne corporeum excellit in perfectione & ſu- Aug. in q. ex veteri teſta. part. 2. quæſt. 2. E perat, ſic D. Auguſt. *Moyſes cum creaturam hyleam id eſt confuſionem rerum deſcriberet, quæ vtique ſenſu bruta eſt, ſuper terram, abyſſum, & tenebras ſpiritum Dei ſuperferri interlocutus eſt, vt ex eo ſpiritu & loco in quo ferebatur ſuperior creatura, quam ſpiritalem dicimus, cognoſcatur, nam ex eo quod ſuperferri illum dicit, creaturam illam ſignificauit, quia omnis creatura Dei fertur virtute, à quo accepit vt ſit; nam quis ordo eſt vt Spiritus ſanctus ſuper aquas feratur quem conſtat vtique eſſe ſuper omnem creaturam? ſi enim Chriſtus in dextera Dei eſt ſuper omnes cœlos, illic eſt, & Spiritus ſanctus.*

*Spiritus ſanctus, præſens ſacramento Eucha-* F *riſtiæ, cœleſtes producit fœtus.*

*Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* D. Hieron. ait 187 pro eo quod in noſtris codicibus ſcriptum eſt fere- Hier. in q. Heb. in Gen. batur in Hebræo reperitur Merahephet quod nos appellare poſſumus, incubabat, ſeu confouebat, in ſimilitudinem volucris oua calore animantis: fouebat igitur aquas, vt eas fœcundaret ad cęleſtium

corporum partus; ſed illa incubatio aliquodne my-
D. Baſil. ſterium deſignat? D. Baſil. ait, *quod ſpiritus viuus & ſanctus à ſupernis cælorum ſedibus deſcendit atque incubat, manetque ſuper hanc Euchariſtiam propoſitam.* Nunc ergo attende illud quod dicitur, nempe quod ſpiritus incubabat ſuper aquas, & quod ait Baſil. ſpiritus ſanctus incubabit ſuper hoſtiam, & colliges quod ſicut ſpiritus Dei incubabat ſuper aquas, vt fœcundaret cœleſtium corporum partus, ſic ſpiritus ſanctus incubat ſuper Euchariſtiam, vt cœlitum generaret infinitam multitudinem.

*Religioſa corda etiam mundano pul-
uere ſordeſcunt.*

188 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, vix terra creatur, & iam Dei ſpiritus inſidet aquis, cur immediate ad terræ creationem ſpiritus Dei adiungitur aquis? ſane vbi creaturæ apparebant homini dandæ, hæc in primis fuit cordi, diuino ſpiritui, nimirum lauacra parare: nequit enim hominis affectus ire ad creaturas, quin inde contrahat neceſſitatem lauacri, pulchrè D. Ambroſ. ait, *In principio fecit Deus cælum & terram, de ſpiritu dictum eſt: ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas & bene in exordio creatura baptiſmi figura ſignatur, per quod habuit creatura mundari*: ſimul incipiunt & creatura & lauacra, vbi enim creatura eſt, & ibi neceſſitas eſt lauacri: nequeunt namque creaturarum negotia fieri, quin ſordes contrahantur; quas neceſſum eſt vt laues.

Ambroſ. in Exol. l. 2. de ſpiritu ſancto.

*Qui à principio Deo ſe ſubiecit, etiam poſt ingentia peccata ſi conuertatur, promptiorem Dei miſericordiam inuenit.*

189 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, contemplemur
Mat. c. 3. quæſo quid à Mattheo cap 3. dictum eſt, cum venit Ieſus ad Ioannem, vt ab illo baptizaretur, ait, baptizatus Ieſus confeſtim aſcẽdit de aqua, & ecce aperti ſunt ei cœli, & vidit ſpiritum Dei aſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe: triginta annos vixerat Ieſus in mundo, nec vnquam oſtendit hominibus cœlum adeo facile & promptum, nec ſpiritum ſanctum ſic de cœlis ad nos volantem, vt modo oſtendit cum aquas tangit baptiſmi: & cur ad has aquas ſic omnia cœleſtia facilia & prompta oſtenduntur? nonne diximus quod ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas, ab exordio creationis? ſicque illi tanquam ancillæ famulabantur? quid mirum igitur ſi quę à primordio Deo ſeruierant, etiam ſi poſt longiſſima tempora quamuis mille criminibus fœdatæ & ſceleribus inquinatæ, ſi ad idem reuertantur obſequium, & prompta & facilia cœleſtia omnia, & Dei aduolantem denuo inuenient ſpiritum? pulchre
Tertu l. li. de baptiſ. aiebat Tert. li. de baptiſm. *tum ille ſanctiſſimus ſpiritus ſuper emundata & benedicta corpora, libens à Patre deſcendit ſuper baptiſmi aquas, tamquam priſtinam ſedem recognoſcens conquieſcit.* Expende illa verba *priſtinam ſedem recognoſcens*, non longinquitas temporis, non interpoſitæ tantorum annorum noctes, non homicidia in aquia perpetrata, non latronum ſeu piratarum claſſes currentes per vndas, potuerunt obliterare priſtina aquarum ſeruitia, vbi aquæ ſeſe Ieſu ſubmittunt, abſque mora in illis diuinus ſpiritus recognoſcit priſtinam ſuam ſedem, & aduolat requieturus in illa, fœlix quicumque à primordio ſedem fecit Deo in animo ſuo, is vel poſt turpiſſima facinora & antiquata ſcelera, ſi conuertatur, ſi pœnitens ſeſe Deo ſiſtat, omnia cœleſtia prompta & aperta inuenit, & Dei ſpiritus recognoſcens priſti-
A nam ſuam ſedem, ocyſſime volabit ad illam.

*Ordo charitatis eſt, vt antequam ad alios mundandos accedas, teipſum prius mundes.*

*Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, cur non ſupra 198
aërem vel ſupra terram, vel ſuper ipſum igniaelemẽtum? aduerte aquam Dei virtute homines mundaturam: merito igitur ſolum ſuper aquam ferebatur ſpiritus Dei, quia quæ ſola ſanctificatura erat in
B baptiſmate, ſanctificatione indigebat, ſic exponit Tertul. li. de baptiſ. c. 4.
Tert. lib. de baptiſm. c. 4 *ab eo inquit quod ſuper ferebatur, id quod ferebat ſanctitatem mutuabatur; ita de ſancto ſanctificata natura aquarum, & ipſa ſanctificare concepit, aquis ſuperest ſpiritus ſanctificans eas, & ita ſanctificata vim ſanctificandi combibunt*, quaſi ſanctificare nequeat, qui non prius ſanctificetur.

*Mariæ illibata virginitas.*

*Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, alij vertunt ſpi- 195
C ritus ſanctus fouebat aquas ad modum auis oua incubantis, vt plures interpretes notauere, volucres oua fouent, fœcundant & animant, nihil tamen lædunt, fouent illæ oua, alas ſuper oua expandunt, formatur illa expanſione pullus, nulla immittitur ouo ſubſtantia, non læditur, non frangitur: cur igitur non dicemus ſpiritum ſanctum Mariam incubaſſe, non ſecus ac in primordio mundi aquas? potuit igitur illam fœcundam reddere ſine vlla virginitatis læſione, ſine vlla pudoris fractura, poteſt id viuificus animantis calor, in ouo, non potuit idem in Virgine Dei ſpiritus? Siſtendus hîc noſter S. Amadæus, qui Amadæus.
D de laudibus beatæ Virginis hom. 5. ita ſcribit: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, ſuperueniet in vbertate, in affluentia, in plenitudine, & in effuſione carnis & anima: cumque repleuerit te, erit adhuc ſuper te, & ſuper aquas tuas feretur, facturus in te quiddam melius & mirabilius quam cum ferebatur ſuper aquas à principio, vt materiam creationis ex diſtinctionẽ form à aque produceres.* Poterat pulchrius? poterat opportunius? ſuper Mariæ aquas fertur ſpiritus ſanctus, ſicut in prima mundi productione, quia ſicut tunc fœcundauit aquas, & illas velut auis oua abſque vlla læſione fouit, ita, imo & multo perfectius, Virginem ſua vmbra fœcundam reddidit, ſed eius virginitatem
E non imminuit, illibatus poſt conceptum ſtat virgineus pudor, ſub ſpiritalis columbæ alis formari in Virginis vtero Chriſtus potuit, frangi clauſtra virginea non potuêre Stat ſuper Virginis aquas ſpiritus, vt mundo decorem formamque ſuam tribuat.

*Per virginem ſpiritus Dei ſanctitas quæ ferè latuerat, innoteſcit.*

*Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, alij, mouebatur, 200
vel agitatione quadam concutiebatur, quia nondum homo conditus, qui eius quies futura erat. Sed
F cum vniuerſe homo ſpiritus requies ſit, id plenius iuſtiuſque de virgine, quæ ſanctior omnibuſque purior extitit, dici poſſe nemo inficiari debet aut iure poteſt. Sed virgo quæ ſpiritus ſancti requies fuit, imò quæ ſub eius vmbra fuit, an vmbram ei facere potuit qua eundem ſpiritum obumbraret? ſed cur vmbra ſpiritus ſancti dicitur? ſic enim eam vocat Methodius orat. in Hypop. aduerte quod pictores Methodius
mediis vmbris prominere faciunt quæ alioquin difficile cernũtur: cur igitur non dicemus virginem

ſpiritu ſancti vmbram dici ? quia virgo tamquam vmbra in claram ſpiritus ſancti cognitionem nos A duxit, qui fere antea latuerat. Religio eſſet hîc Ruperti verba deſiderari, qui in ca. 1. Matt. hæc ad hanc mẽtem habet: *ſpiritus ſanctus maxime ex hoc factoſum nominatur, quia quod in ea natum eſt (ait Angelus) de ſpiritu ſancto eſt: ante hac ſpiritus Dei, ſiue ſpiritus Domini dicebatur. Nec facile in omni ſerie veteris inſtrumenti reperies hoc inſigne vocabulum, ſcilicet (ſpiritum ſanctum) propter quod Dauid Pſ. 50. & ſpiritum ſanctũ tuum ne auferas a me: neque ipſe ſic abſolute ſpiritum ſanctum dixit, ſed tuum addidit, ſicut in cæteris ſcripturis legalibus, ſiue propheticis nuſquam abſolute, ſpiritus ſanctus: ſed relatiue ſcribitur (vt iam dictum eſt) ſpiritus Dei ſiue ſpiritus Domini. Ab hoc loco fere primũ ſonuit in auribus noſtris hoc venerendum & inſigne vocabulum proprium atque abſolutum, Spiritus ſanctus, vbi Angelus ad Mariam. ſpiritus ſanctus, ait, ſuperueniet in te, & ad Ioſeph, quod enim in ea natum eſt, inquit, de ſpiritu ſancto eſt: quam ob cauſam ? niſi quia (quod magna cum reuerentia cogitandum eſt) maxime ex hoc opere quod in Maria operatus eſt, claruit hic ſpiritus Domini, quod vere ſanctus ſit, quod vocabulum ſpiritus ſanctus venerabiliter ſonare non dubito, cum habenti aures audiendi licet hoc nomem ſpiritus Dei, ſpiritus Domini, ſatis & multum venerabile ſit.*

Rup. Abb — Pſal. 50.

### *Virgo ſanctiſſima non vult ſola Dei diuitias poſsidere, ſed amat alijs communicare.*

1048 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, non ſe ſub aqnis, non in viſceribus terræ abſcondebat, aquis ſuper ferebatur, vt omnibus ſeſe offerret, ſua beneficia omnibus communia faceret, quod tetigit Guillelmus Abbas S. Theodorici in meditationibns, dum ait: *ferebatur ſuper aquas, ſcilicet omnibus ſe offerẽs, ad omnes ſe exhibens benefaciendo, & vitia prouidendo, quod eſt proprium ſpiritus ſancti.* Diximus eo modo quo ſpiritus ſanctus ferebatur ſuper aquas, incubaſſe & virginem: cur ergo ſoli virgini non aſſidet ? cur in ipſa D ſola non requieſcit ? cur hoc non deſiderat beatiſſima virgo ? quia non vult ſola Dei diuitias poſſidere, amat aliis communicari, gaudet in ipſa Dei opes condi, vt tamen velit & in nos deriuari per ipſam. Quod recte obſeruat Philippus Abbas lib. 2. cap. 8. comment. in Cantica, explicans hæc verba, meliora ſunt vbera tua vino, flagrantia vnguentis optimis, ait, *virgo ſancta ſponſi vbera ſenſerat abundare, & eorumgratiam non apud ſe ad modum inuidorum clauſo ſpiraculo retentare, ſed foras deuotis & humilibus odorem ſuauiſſimum propinare, euſque beneficio mentes prius aridas meritorum copia ſaginare.*

Guill. Abb. — Phili Abb.

### *Miſere fallitur, qui ſine longa patientia laborum ſperat oblitterare peccata.*

1049 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*. Hier. incubabat, ſeu fouebat aquas: cum audis ſpiritum Domini illum diuiniſſimum intellige, qui iuxta Apoſt. ad Ro. 8. poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, id eſt nos gemere & lachrimari facit, veniam peccatorum poſtulantes. Hic ergo ſpiritus gemituum, lachrymarũque amator, iam à principio dicitur, quod incubabat ſuper aquas, cur incubabat ? vt auis pullos ex ouis eductura, multis diebus incubat ouis, ibique inhæmatur, longoſque receſſus patitur; ſic qui de ſpiritus ſancti gratia ex pœnitentiæ lauacro amat ſeſe in vitam ſuſcitare, non leuiter & curſim hoc lauacrum pertranſeat, ſed ibi debet multis diebus incubare, vt de diuturnitate afflictionis, & ærumnarum in vitam conualeat ſpiritualem. Hinc Tertul. B lib. de pœnit. hoc deſidioſis pœnitentibus opponebat, nunitum. *pœnitentia malorum leuius incubant*, quaſi in illo ſolo peccatum videatur iam cedere gratiæ, qui non leuius & curſim, ſed moroſiſſime incubat pœnitentiæ, diuturnos ſeceſſus amans, longaſque ſuſtinens afflictiones carnis: vt dicat Ruritius Epiſc. lib. 2. epiſt. 14 *Pœnitentia non eſt nomen otioſum, quæ ex qualitate nominis poſſidet laborioſa vocabulum: non enim poteſt pœnitens dici, qui pœnitenda committit; ſed ille qui prærerita peccata, ſeu maculas humilitate cordis, ſubiectione corporis, bonorum operum ſedulitate, C aſſiduitate orationum, continuitate gemituum, pectoris contuſione, lacrymarum profuſionibus detergit.* Itaque vt poſt peccatum ſalus habeatur, multiplicandi ſunt pœnitentis labores, longa gemituum continuatione, lachrymarum & afflictionum aſſiduitate eſt opus: numquam equidem auis quæ paſſim deſerit oua, fœtus excludet vitales, ſed quæ illis longa patientia incubat, & ſuper illos ſolitaria, & triſtis multis diebus confirmatur.

Hieron. — Rom. 8. — Tertul. — Ruri. Epiſ.

### *Quanta vis lachrymarum, quamque Deo grata.*

1050 *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, ſcio litteraliter D ſuper quaſnam aquas à principio mundi ferebatur: ſed myſtice quaſnam eſſe dicemus ? B. Vincent. Fert. audiamus ſerm. 2. de natiui. Virginis ſic loquentem? *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas, ecce hic promiſſio de virgine Maria ad Ioachim, cum eſſet cum paſtoribus, & fleret, idem de Anna: ſuper iſtas aquas lachrymarũ ferebatur ſpiritus Dei*, an vt ſpiritus Dei ſuperfertur aquis, lachrymiſque? vt ſtatim noſceremus quam charæ, quam gratæ ipſi ſpiritui ſancto. Sed quænam eſt vis lacbrymarum Ioachim & Annæ, ſuper quas E ferebatur? tanta vt mereantur obtinere virginem, à qua ille prodiret qui aquarum creator eſt: ſic teſtatur Antiocbus hom. 107. de Annæ lachrimis ita loquens: *Anna Ioachim vxor, ſtans in horto ſuo, cum petitionem obtuliſſes pro impetrando filio, promeruit accipere ſanctam virginem Mariam Domini ac Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti ſecundum carnem, matrem.*

B. Vincent — Antioc.

## *VARIETAS VERSIONVM, VERS. III.*

| | |
|---|---|
| *Vlg.* Dixit Deus fiat lux, & facta eſt lux. | *Hebræorum alij.* Iuſſit, præcepit. |
| *Cald.* Dixit Deus fiat lux: & fuit lux. | *Lipp.* Voluit Deus. |
| *Alij* Vertunt teſte Vatab. exiſtat lux. | *Caiet.* Erit Deus. |

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

Haia היה verbum, & eſſe & fieri ſignificat, & hinc eſt quod Caldaica editio & lux fuit dixerit, alij autem qui dixere *voluit*, vel *iuſſit*, non ſignificationem verbi Hebraici conſiderauêre, ſed Dei voluntatem præcipientis inſpexêre.

## EXPOSITIO TEXTVS, VERS. III.
### *DIXIT DEVS.*

ILlud dicere, non fuit vocalis expreſſio ſeu inſinuatio, ſed fuit tantum conceptio cum ipſius voluntatis imperio, ad quæ ſubſequuta eſt operatio. Dei enim facere eſt velle; vnde ſenſus eſt, *dixit Deus. fiat lux*, hoc eſt ſtatuit, iuſſit, & voluit efficaciter vt lux fieret, quæ eſt initium diſtinctionis operum Dei, non autem tenebræ, quæ illam præceſſerunt: quia non à negatiuo, ſed poſitiuo quale eſt lux, debet ſumi diuerſitas. *fiat lux*, de qua luce hic ſit ſermo, & qualis ſit, difficultas inſuperabilis fere: prætermiſſa tamen D. Auguſt. ſententia aſſerentis hanc lucem fuiſſe ſpiritualem, nempe Angelicam, prætermiſſa inquam, quia cum dies in quibus creatio conſummata, fuerint ſenſibiles & naturales, debuerunt confici ex luce ſenſibili & viſibili, ſeu ex præſentia & abſentia eius talis; autem fuit primus dies in quo facta eſt lux: & ita lux illa ſenſibilis & materialis fuit, ex illius enim abſentia & præſentia factus eſt: ſuppoſito quod ille fuerit ſenſibilis, videamus quænam illa fuerit. & omiſſis variis opinionibus quę apud doctiſſimum Pitigianum conſuli poſſunt, eam quæ mihi probabilior videtur propono, nempe quod illa lux quæ facta eſt primo die, eſt lux ſolis, quamuis tamen tunc informis & imperfecta: ſic expreſſe D. Dionyſ. Areopag qui

D. Dionyſ. Areop. de diuinis nominibus c. 4.

poſtquam de luce loquutus eſt, hæc verba expreſſa ſubiungit, *lux ea eſt ſolis etiam ſi tunc forma carebat, quam diuinus ille Moſes primos etiam illos tres dies noſtros definiſſe & diſtinxiſſe commemorat*, quid clarius dici poteſt? Ratio ſuadet, quia cum verba ſacræ Scripturæ debeant ſumi propriè, cum nullum inconueniens ſequitur, cur aſſeremus hanc lucem fuiſſe aliquod lumen ipſius ſolis illuminantis noſtrum Hemyſphęrium, & non proprie lucem? cum inconueniens nullum colligatur quod non etiam in ipſo lumine non reperiatur? ſi enim dicis miraculum fuiſſe ſolem aliquando extitiſſe ſine luce, obiiciam tibi maius miraculum fuiſſe, ſolem habuiſſe lucem perfectiſſimam (ſicut aliqui volunt) in illo primo inſtanti quando creatum eſt cœlum, & non illuminaſſe: ſol enim illuminat naturaliter, mediante ſua luce; ſi dicis quod impediebatur à nimiis tenebris, igitur cum Deus dixit fiat lux, nihil eſſet productum, niſi quædam luminis extenſio, quæ quidem non requirebat Dei imperium, cum naturaliter à luce ſolis emanaret: cum autem dicitur, quod fuiſſet miraculum quod ſi ſol ſine luce fieret, verum eſt poſtquam ſemel in ipſo ſole facta eſt: ante productionem autem illius non erat præternaturale ſolem ea carere, cùm ei non deberetur, ſed à voluntate Dei illam haberet & dependeret: cum igitur maximum ornamentum cœli ſit lux, cœlumque ſit corpus nobiliſſimum, debuit hac luce cœleſti decorari, luce inquam proprie ſumpta, & quæ de nouo facta eſt, cum expreſsè dixerit Deus fiat lux, factaque fuerit; ſi autem dixeris quod ſol productus fuerit quarto die & ideo hæc lux non potuerit eſſe ſolis, vide quæ ibi dicta ſunt à nobis in expoſitione verſus decimiquarti, cum autem ex hac luce non ignobiles poſſint prodire conceptus, eos in medium proponam.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deus non ex neceßitate agit, ſed libere.*

191 DIxit Deus fiat lux, hic dicere ſecundum phraſim Hebraïcam ſignificat idem quod iubere & decernere; decernere autem & iubere eorum eſt tantummodo qui ad agendum & rationem & conſilium adhibent: quo poſito, cur hoc modo loquendi vtitur Moyſes, dixit Deus id eſt iuſſit? vt inferre poſſemus. Deum non eſſe agens velut, agens naturale, neceſſitate quadam operans, ſed ratione, conſilio & libera voluntate lumen vniuerſumque orbem condidiſſe, ſic Caiet. *dicendo dixit Deus declaratur agens Deus à propoſito*, quod declarat Zach. *dicimus Deum ſemper fuiſſe opificem, vtpote habentē in ſe efficiendi rationem, & quandocunque velit, producentem, neque enim otium Dei vllo modo incuſamus, neque cum nihil efficit, opificis nomen ei detrahimus, ſed ex iis quæ effecta ſunt, opificem agnoſcentes ab omni habitudine & neceßitate, quippe qui Deus ſit, vnum, liberum eſſe arbitramur.*

Caietan. Zachar. Mitilinē. ſis Epiſc. de creatione mūdi contra Philoſophos.

### *Deus eſt omnipotens.*

192 *Dixit Deus fiat lux*, verbo imperat, vt lux fiat, quid nobis declaratur, Deum vnico verbo omnia condidiſſe? homo enim ſolo verbo, vel Angelus aliquidne naturaliter producunt? minime, omnipotentia igitur Dei declaratur, cum facilius ſit ei facere quodcunque fuerit libitum, quam homini id verbo exprimere vel cogitatione fingere: vnde D. Chryſoſt. *vides ineffabilem potentiam Dei, cui omnia cedunt, qui verbo & præcepto ſuo omnia condidit: attende enim quod dixit ſolum, & producta eſt lux, & abſceſſerunt tenebræ.*

Chryſoſt. homil. 3. in Gen.

### *Deus operationis effectu ſuam voluntatem declarat, non per organa corporea.*

*Dixit Deus lux fiat*, anne Deus habet organa corporea, vt poſſit loqui aliquid dicens? minime, non enim ita inſauè exiſtimandum eſt Deum eſſe corporeum, vt aliqui omnino dementes renuere? ſi igitur nihil loquutus eſt Deus, cur aſſerit Moyſes dixiſſe vt fieret lux? non intellexit Moyſes Deum locutum vocaliter per organum corporeum, ſed voluntatem ſuam expreſſiſſe per hunc effectum productum, nempe lucem: ſic D. Ambroſ. *dixit Deus, non vt per vocis organa quidem ſonus ſermonis exiret, nec vt lingua motus cœleſte formaret eloquium, atque aërem iſtum quidam ſtrepitus verborum verberaret, ſed vt voluntatis ſuæ diſpoſitionem proderet operationis effectu.* 193

Amb. in he.

### *Deus per verbum ſuum omnia condidit.*

*Dixit Deus lux fiat*, ſicut cum de cœlo terraque loquitur Moyſes, ait creauit Deus cœlum & terram, cur non dixit ſimiliter creauit Deus lucem? dicens quia lux fuit educta à potentia materiæ, ideo non vſus eſt termino creandi, ſed qua de cauſa ſaltem non ait, fecit Deus lucem? audi quod pater æternus dicit verbum ſuum, optima igitur locutio Moyſis, dixit Deus fiat lux, vt inſinuetur ſecunda ſanctiſſimę Trinitatis perſona quæ eſt verbum æternū, per quod lucem & vniuerſa condidit, ſic Iunilius, *altius intelligendum dixiſſe Deum vt fieret creatura, quia per verbum ſuum vel per vnigenitum filium ſuum fecit omnia, de quo manifeſtius Euangelium* Ioan. *in prin-* 194

Iunilius. Ioan. 1.

*cipio inquit erat verbum, omnia per ipſum facta ſunt, quod autem Ioannes ait, omnia facta per verbum* Dei; *hoc eſt quod Moyſes ait, quia* D*eus dixit fiat lux.* A

### *Deus magis in ſua paßione laboraſſe videtur quam in creatione.*

191 *Pſal. 148.* *Dixit* D*eus fiat lux*, ſolo verbo lucem & alia condidit, teſte pſalmiſta dicente, *dixit & facta ſunt*, vnóne verbo hominem reformauit? imo quos labores non exantlauit? quid non tolerauit? quis igitur non mirabitur, ita ſine labore mundum condidiſſe, reformaſſe autem non ſolum ſine maximo labore imo cum dolore inenarrabili? hoc ita factum eſt, vt diſcrimen in condendo homine & reparando agnoſcamus cùm in condendo fatigationem non ſenſerit (nam vt optime notat D. Auguſt Deus nec eum crearuit defeſſus eſt, nec eum ceſſauit, refectus, quippe apud quem (vt idem ait cap. 8) rerum condendarum tam facultas, quàm facilitas incomparabilis atque ineffabilis eſt, in reparando autem & reſtaurando expertus fuerit, ſic D Bernard. *Laborauit noſter dominus ſuſtinens, manus eius in laribus fermerunt, in vita paßiuam habuit actionem, in morte paßionem actiuam ſuſtinuit, dum ſalutem operaretur in medio terra. proinde memor ero laborum illorum quos pertulit in prædicando, fatigationem in diſcurrendo, tentationem in ieiunando, vigiliarum in orando, lachrymarum in compatiendo, horumque ſimilium quæ per eum & ſuper eum abundantiùs tranſierunt, ſane de omnibus quæ in cælo & ſub cælo ſunt, dixit & facta ſunt, & quid facilius dictu? ſed nunquid ſolo verbo factum eſt, cum te quem fecerat reficit? triginta tribus annis ſuper terram viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus, etiam habuit in factis calumniatores, in dictis inſultatores.*

*Aug. l. 4 de Gen. ad lit. cap. 13.* — *Benar. in ferìa 4. Hebdom. ſanct.*

B

### *Deus faciliimus in operando & celerrimus.*

196 *Dixit Deus fiat lux & facta eſt*, potes interrogare, cur hac phraſi vſus eſt Moyſes, dixit Deus fiat lux? aliqui non infimæ ſortis notæ auctores aſſerunt *dixiſſe* paſitum pro feciſſe, dicat igitur Moyſes expreſſe fecit Deus lumen: recte appoſuit Deus *dixit* & non fecit Deus, *vt celeritatem* (inquit Albinus) *vel facilitatem operis oſtenderet*, & optime, quaſi diceret, tam facilis eſt in operando, quod eius dicere ſit facere, ſic etiam Tertull.

*Albin. in Gen.*

### *Trinitas cum vnitate.*

197 *Dixit Deus fiat lux*, deinde ait fecit Deus poſtea Deus benedixit, cur ſub trina repetitione Deum nominat? ſi autem ſunt plures Dij, cur eos in plurali numero non exprimit? quis non videt Trinitatem perſonarum cum vnitate eſſentiæ ſignificari; obſeruatio eſt Idacij Epiſcopi, *ſi Trinitas non eſt* (inquit.) *cur in Geneſi dicitur fecit Deus, benedixit Deus, dixit Deus, ſi vnitas non eſt, quare tertio dixit Deus, & non Deos plurali numero commendauit?*

*Idac. Clarus Hiſp. lib. adu. Varimadum.*

### *Spiritus ſanctus præcedat operationem noſtram.*

198 *Dixit Deus fiat lux*, ſed antequam ad lucis formationem procederet, aſſerit Moyſes quod ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas; cur hoc præmittit antequam aliquid luminoſum operaretur? ſatisfacit D. Ambroſ. *merito præmiſſus eſt ſpiritus Dei, vbi diuina incipere habebat operatio*, quaſi diceret, quando bene operandum eſt, (quod per lucem declaratur) quod Spiritus ſanctus præcedat, neceſſe eſt.

*Amb. l. 1. hex. ca.*

### *Beatiſſima V. Maria eſt lux primæ diei.*

Dixit *Deus fiat lux & facta eſt lux*, quænam eſt illa lux? aliqui ſatis inſignes auctores tenuere hanc lucē fuiſſe quoddam corpus luminoſum, prius productum ipſo ſole (tenent enim eum quarto die formatum,) ſed cur ipſum ſolem primo die non condidit, a quo ipſa lux emanaret, ſed ipſam lucem? nulli dubium eſt ipſum Chriſtum dominum dici ſolem; *orietur timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ. Malach.* Reſpondetur igitur ex eorum ſententia, ideo ſolem productum in quarto & non in primo die, quia lux illa quæ repræſentat Beatiſſimam Virginem, primo debuit formari ex qua Chriſtus dominus ſol iuſtitiæ originem duceret: audi Albertum Magnum, *in hac prima die facta eſt nubecula, de qua poſtea factus eſt ſol, quid autem nubecula materia corporis ſolaris, niſi beata Virgo mater & materia corporis Chriſti?* 199

*Malac. 4.* — *Alb. Mag. ſuper miſſus eſt.*

### *Ita ſunt nobiles Angeli vt à Deo primi edocti fuere.*

Dixit *Deus fiat lux*, cum in cœli, terræ mariumque formatione non audierimus Deum loquentem, cur potius eum lucem produxit, loquitur, quàm cum cœlum & terram condidit? plures è patribus tenent hanc legem fuiſſe Angelicam naturam; nondum igitur Deus locutus fuerat, quia nondum creati erant Angeli qui diuinam vocem audire potuiſſent, ſed quid quæſo Angelis à ſe creatis exprimere voluit? Reſpondet Procop. *voluit eos docere ſe ipſorum eſſe creatorem, ne fortuito crederent ſe extitiſſe, omnem ſequentem creationem in conſpectu illorum peregit:* deinde pauló poſt addit, *loquutus dicitur, vt declararet, ſpirituales inſtruens creaturas, opificem & inditorem eſſe ſui operis* Vides quomodo Angeli primi à Deo edocti & inſtructi ſunt. 200

C

*Auguſt. Rup. Bed. & alij.* — *Procop. in Geneſ.*

### *Maximus amor Dei erga hominem.*

Dixit *Deus fiat lux*, antequam hominem conderet, quanta ad eius gaudium, oblectationē, ac vſum produxit, ſicut ipſam lucem pulcherrimam viſo, & omnia recreantem? nonne ſufficiebat homini formato hanc adminiſtrari? dico nimium Dei amorem erga hominem non potuiſſe differre, quin ante ſuam formationem ei liberaliter prouideret: ſic Lippom. *Ecce quomodo Deus voluit hominem beneficijs ſuis obruere, antequam conderet, omnibus iam ante creatis, quibus eſſet opus habiturus, ad gaudium, oblectationem, ac vſum quo prouocaretur ad Deum tam beneficum ſibi patrem amandum ardentius.* 201

D

*Lipp. Ep. Veronenſ.*

### *Amor Dei omnium rerum parens.*

Dixit *Deus fiat lux*, & ſic de aliis, fiant luminaria, &c. Has creaturas in quod principium referendas cenſebimus? dices in Deum, ſcio Deum omnium eſſe principium, ſed cùm Deus ſit intelligens & volens, volens autem vel tanquam indulgens vel tanquam puniens, quomodo in Deum has creaturas referemus? in eum tanquam amantem, quia amor Dei communis eſt omnium parens: ſic Rabi Moyſes, *quoties in cap. 1. Geneſis habetur & dixit Deus fiat lux, v.g. & ſic de ceteris, per volitionēs ſunt & imperia explicanda, nāmque à voluntate diuina, ſeu ab amore diuino, omnia bona deriuantur tanquam à principio.* 202

E

*Rabb. Moyſes.*

*Non eſt loquendum vbi quis non auditur.*

203 *Dixit Deus fiat lux*, cur quæſo eum cœlum, terramque aquas, & abyſſum refert Moyſes producta, non ait Deum loquutum ſed cum formauit lucem? diximus per lucis formationem, Angelorum creationem plures patres intelligere (adde & Procopium) cœlum autem, terra, aquæ & abyſſus ſunt inanimata: dico ergo ideo Deum non eſſe loquutum ante creationem Angelorum, quia cum alia eſſent inanimata auditusque incapacia, ſermonem noluit emittere, vbi non audiretur: ita quodammodo Procopius, *creatis Angelis qui iam ſubinde audire Dei vocem poterant, cætera deinceps non niſi voce interueniente creator condidit*, quaſi diceret nō autem antea vſus eſt ſermone, quia nullus erat qui exciperet.

*Procopius.*

*Gratia ad cælum nos euehit.*

204 *Dixit Deus fiat lux*, exponens Rupertus verſum hunc, intelligit Angelicam naturam, addens cap. II. nec vero pro ſimilitudine, ſed pro re vera lucem dicimus appellatam, inquit deinde ſupponens quod non in cœlo fuerunt creati Angeli, ſed extra illud deinde tranſlati. ſicut primus homo extra paradiſum fuit formatus, deinde in eo poſitus, inquirit, iuquā, cur de cœlo non fecit eos vt eſſent natura cœleſtes? Reſpondet, *quia non idcirco fecerat Deus cælum, vt inde eos crearet, ſed vt eos creatos ſola in cælum gratia ſubleuaret*, expende vltima verba, vt cognoſcas gratiæ virtutem eſſe, vt nos in cœlum euehat.

*Rup. Ab.*

*Neceſſaria eſt gratia, vt purificetur à tenebris peccatorum.*

205 *Dixit Deus fiat lux*, cur poſtquam tenebras nominauit, lucem voluit Deus fieri? nonne per tenebras peccatum intelligimus, per lucem gratiam? ideo bene iuſſit fieri lucem Deus poſt nominatas tenebras, quia niſi ſuperueniat lux gratiæ, tenebræ nempe peccata permanebunt; vide Drogo Hoſt. lib. 1. de Sacramento dominicæ paſſionis in fine, *anima mea inanis & vacua eſt, & tenebræ ſuper faciem abyſſi: dic vt fiat lux & fiet; iam creaſti eam vt aliquid ſit, crea eam vt lux ſit; dic vt fiat lux & fiet lux? hoc opus in D. Paulo operatus es, ab oculis eius cum baptizaretur tanquam ſquammæ ceciderunt, vt reuelata facie gloriam domini ſpecularetur*, deinde ſubiungit, *illumina Chriſte tenebras meas dic animæ meæ fiat lux & fiet.*

*Drog. h ſt. l. 1. de ſacramento Dom. Paſſion. Act. 9.*

*Opus præcedat præceptum imponendum.*

206 *Dixit Deus, fiat lux*, & deinceps multas Dei iuſſiones intuemur, fiat firmamētum, producant aquæ: cur tot præcepit? inſpice quid ante dictum fuerat; creauit Deus cœlum & terram, operatus ergo fuerat: non mirum igitur, ſi tot iubeat Deus, quia cum opera præceptis præponuntur, non indigne præcepta accipiuntur, quod D. Chryſoſt. notat exponens cap. 4. Matthæi, nempe quod antequam dominus doctrinam Euangelicam iuberet amplecti, mirabilia operatus eſt, infirmos ſanans, dæmonia eiiciens, rationem aſſignat: *priuſquam, inquit, ſublimem quandam viuendi introducturus eſſet (adde & iuſſurus) diſciplinam, & quæ numquam ab illis fuiſſet audita, authoritatem mandatis ſuis præſtrinxit claritate ſignorum*, ex quibus patet ſemper ad verba & præcepta imponenda, factis, & operibus præcurrendum.

*Chryſ. in c. 4. Mat.*

*Efficacior obedientia videtur ad aliquid efficiendum, quàm ipſius Dei præcipientis imperium.*

207 *Dixit Deus fiat lux & facta eſt lux*, ad imperium ergo eſſe lucem formatam videmus, & quæcunque à Deo creata ſunt, inſpiciamus aliud obedientis, *fiat*: inquit beatiſſima Virgo. *fiat mihi ſecundum verbum tuum*. ex hoc ſequitur admiranda verbi diuini incarnatio: quomodo ex *fiat* Dei imperantis ſolum ſequitur cœlum, terra, & quæ in eis continentur? & ex *fiat* obedientis creaturæ, admiranda incarnatio, quæ excedit non ſolum cœlos, ſed quidquid creatum illis perfectius? vt diſcamus virtutem & potentiam obedientiæ, quæ talis eſt vt in virtute videatur Dei præcipientis imperium excedere, ſic Andr. Hieroſ. ſerm. de Aſſumptione, *ecce ancilla domini ad obediendum facilis, ad ſeruiendum parata, dixit Deus fiat lux, fiat firmamentum, &c. facta ſunt, dixit Virgo; fiat mihi ſecundum verbum, & factum eſt opus omnium maximum, & fiat fuit Dei imperantis, fiat fuit obedientis, operantis Dei fiat ſequuntur & cælum operaque reliqua quæ cæli ambitus amplectitur, obedientis Virginis fiat, ſequuta eſt admiranda verbi diuini incarnatio.*

*Andr. Hieroſ. ſerm. de Aſſumpt.*

*Obedientia Deo præſtita excitat laudes etiam in creaturis mutis.*

208 *Dixit Deus fiat lux*, conditur firmamentum, & laudes Dei non annuntiantur, conditur terra firmaturque, & premit ſe ſilentio, conduntur luminaria, & ſtatim vox laudis auditur & aſtra & planetæ & Angeli ſeſe effundunt in laudes Dei, teſte Iob. 38. *vbi eras cum me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?* cur quæſo ſolum inter luminum creationes Dei laudes reſonant? quid ait noſter textus; dixit Deus fiat lux & facta eſt lux, nunne lux ilico diuino obediuit verbo; ſatisfacio ergo non eſſe mirum etiam mutas creaturas vt aſtra in Dei laudes prorumpere, quia obedientia Deo præſtita non ſolum in Angelis, ſed etiam in mutis creaturis laudes excitat: *cælum productum eſt*, inquit D. Baſil. Seleuciæ oratione 1. *& terra cum aquis cum voce auteuerteret; nulla lux vero cum producebatur, Deus voce præiuit, merito nunc loqui occupat, vt eius quod fit, ſenſu & admiratione Angelorum turbas moneat, quo imperium affectione rei comitatum conſpicati, eoque perculſi ſpectaculo, ad cognitionem & hymnum creatoris conuertantur*, dicit enim Deus cum Iob diſſerens: *cum aſtra faciebam laudabant me omnes Angeli mei; namque ſpectaculi ſtupore correpti, ſingula quæ fiebant, iteratis fauſtis acclamationibus conditorem proſequebantur*, quaſi vnum Dei imperium obedientia comitatum, efficaciſſimum omnium eſſet ad diuinas laudes celebrandas.

*Job. 38.*

*Baſil. Seleu. orat. 1.*

*Opera in tenebris facta non diligit Deus.*

209 *Dixit Deus fiat lux*, cur Deus incipiens diſtincte ſua opera, à luce orditur? ab alia creatura initium ſumere nonne potuit? incæpit à luce vt cetera omnia poſtmodum faceret in luce, ſed quid in hoc ſignificat? omnia enim ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: Reſpondet Hugo à ſancto Victore lib. 1. de Sacramentis cap. 8. *nobis ſignificauit, ſe non amare opera quæ in tenebris fiunt, quoniam mala ſunt, quia omnis qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur eius opera, quia mala ſunt.*

*Hug. Vict. l. 1. de Sacram. c. 8.*

### *Quod dat nobis Deus, vult eſſe optimum.*

210 *Dixit Deus fiat lux*, deinde addit Moyſes vidit lucem quod eſſet bona Oleaſter conſiderans Deum conſpexiſſe lucem vt videret ſi eſſet perfecta, inquit, nunquid opus tuum domine malum eſſe poteſt, aut in eo defectus aliquis contingere, vt examine opus ſit? aduerte ipſammet lucem pro nobis formaſſe, & noſtra vtilitate: Reſpondet ergo Oleaſter, *quia nobis eam erat traditurus, tanta ſolicitudine expendit*, quaſi diceret quia nobis eam largiri voluit ideo optimam eſſe decreuit. *Hieron. ab Oleaſt.*

### *Gaudium præcedunt moleſtiæ.*

211 *Dixit Deus fiat lux*, terram diſformem, tenebras, abyſſum habemus, deinde Deus ait fiat lux & facta eſt: cur poſt deformitatem terræ, horrendam abyſſum, & tenebras denſiſſimas, lux decora & radians? nota quod lux denotat gaudium, tenebræ autem triſtitiam: ad ſignificandum ergo moleſtias præcedere, ſubſequi autem gaudium & lætitiam, ſic Deus hunc ordinem obſeruauit in creatione, quod poſt tenebras fieret lux: ſic obſeruat Auguſt. 8 confeſſ. 3. *plus gaudet homo de ſalute deſperatæ animæ, & de maiori periculo liberata, quàm ſi ſemper ei affuiſſet; quanto maius periculum fert in prælio, tanto maius eſt gaudium in triumpho, iactat tempeſtas nauigantes, omnes futura morte palleſcunt, tranquillatur mare, exultant nimis, quoniam timuerunt nimis, edendi & bibendi voluptas nulla niſi præcedat eſuriendi moleſtia, vbique maius gaudium moleſtia maior præcedit.* *Aug. 8. confeſ. cap. 3.*

### *Creatura non eſt coæterna creatori.*

212 *Dixit Deus fiat lux, & facta eſt lux*: in Hebræo erit lux, nonne diuinum dicere menſuratur æternitate quæ caret præterito & futuro? quomodo ergo in dictione Dei, vtitur Moyſes verbo præteriti temporis, cum ait *dixit*, & verbo futuri dicens *erit lux*? reſpondeo ideo temporibus vſum fuiſſe præterito ſcilicet & futuro Moyſem in formatione lucis, vt hanc non eſſe Deo coæternam manifeſtaret: ſic inſinuat Caiet. *quamuis diuinum dicere menſuretur æternitate carente præterito & futuro, humano tamen more loquendi deſcribitur verbo præteriti tẽporis, & eſſe lucis verbo futuri temporis, ad ſignificandum quæ ab æterno dixit, nõ ſit coæterna lux, ſed erit in principio temporis lux, per hoc enim verbum futuri temporis erit, inſinuat Moyſes quæ de principio temporis intenderit dicendo in principio creauit, &c.* *Card. Caie.*

### *Homo omnia excedere videtur creata.*

213 *Dixit Deus fiat lux*, cum Iob ſermonem inſtituit de homine, ait, manus tuæ Domine fecerunt me, ecce quomodo hominem Dei manibus formatum teſtetur Iob, cur igitur præſtantiſſimam & excellentiſſimam lucem ſolo formauit verbo, & quidquid ab eo deinde creatum prodiit; ſine dubio vt exceſſus hominis ſuper alia creata denotaretur: id innuit D. Baſil. hom. 21. quæ eſt in aliquot ſcripturæ locos, dicens, *cum vidit Angelus hominem paruum quidem animal ſupra omnem creaturam honoratum; cum eſſet antiquior homine facile conſpexit, quomodo natatilia verbo tantum facta ſunt, omniaque in mari viuentia verbo? item terreſtria Elephantes, equos, boues, &c. quodque mirabilius eſt verbo ſolem & lunam tam quæ ſupra cœlos ſunt, quam quæ ſubtus in terra ſtagnant, conſpexit ſolum hominem manibus* *Job. 10.* *Baſ. ho. 21. in aliquot ſcripturæ locos.*

A *Dei plaſmatum eſſe, hunc ei honorem inuidit: cum namque præſtantiorem ſole animaduerit, quum ille verbo, hic manibus ſit conditus, & ille ob hominem conſtitutus, homo vero propter Deum, homo item vt Deus eſſet, ſol vt homini famularetur.*

### *Non tantum pater imperat, ſed filius & ſpiritus ſanctus, cum eiuſdem ſint naturæ, & conſenſus.*

*Dixit Deus fiat lux* optime animaduertit Steuch. in Coſmopeiam c. 1. Gen. hic *dicere* tropũ Hebraicũ ſiue Hebraiſmum eſſe, pro decernere, velle, vel iubere: quis ergo iuſſit vt lux fieret, an Deus pater, an filius, vel ſpiritus ſanctus? certe non ſolum pater, ſed ab eo genitus iuſſit necnon ab vtroque procedens, cum eiuſdem naturæ ſint & conſenſus: ſic Dydimus lib. 2. de ſpiritu ſancto, *porro Deus ſimplex & incompoſitæ ſpiritualiſque naturæ, neque aures, neque organa quibus vox emittitur habet, ſed ſolitaria incõprehenſibiliſque ſubſtantia, quæ quidem de filio & ſpiritu ſancto ſimiliter accipienda: ſi quando ergo legimus in ſcripturis, dixit fiat lux, & ſi quæ his ſimilia, digna Deo accipere debemus; neque enim ignorante filio, qui ſapiẽtia & veritas eſt, pater ſuam nuntiat voluntatem, cum omne quod loquitur ſapiens, verusq; ſubſiſtens in ſapientia, verusque ſubſiſtens in ſubſiſtentia, loqui ergo patrem & audire filium, vel è contrario filio loquente audire patrem eiuſdem naturæ in patre & filio conſenſuſque ſignificatio eſt.* 214 *Steu. in Coſmopeia in cap. 1. Gen.* *Dydimus l. 2. de ſpiritu ſancto.*

### *Deus lux beatiſſima, non debuit niſi lucem primùm effundere.*

*Dixit Deus fiat lux*; cum quodlibet animal in perfectione naturæ ipſam lucem excedat, ſi quidem vita ſenſuque caret, cur Deus exordium primæ diei ab animali non deſumit? quia Deus lux beatiſſima, non debuit niſi lucem primum effundere, hoc annotat Dracontius inſignis Poeta li. 1. de opere ſex dierum. 215 *Dracon. lib. de opere ſex dierum.*

*Clarus vbique Deus, nunquam mutabilis auctor,*
*Quem non obſcurãt quæcunque ex parte tenebræ,*
*Nec celantur ei quæcunque obſcura gerantur,*
*Principium factis lucem dat lucis origo,*
*Quæ mundo vita præmiſſa eſt, principe luce,*
*Quæ totum præceſſit opus, quod continet orbis,*
*Quæ ſolis præuenit iter lucemque coruſcam.*

### *Creaturæ Dei, verba ſunt ampliſſimam eius maieſtatem explicantia.*

*Dixit Deus: fiat lux & facta eſt lux*, quid ita? non lux, quæ pulcherrima inter creaturas locũ obtinet, exigui momenti eſt, vt Dei ſit vox? imo quia Dei verbum eſt, maxime æſtimanda, cum ampliſſimam Dei maieſtatem explicet, vnde optime Baſil. hom 1. hex. ait, *vniuerſa hæc mundi moles perinde eſt ac liber literis exaratus, palam conteſtans ac prædicans gloriã Dei, illiuſque auguſtiſſimam maieſtatem, arcanam alioqui & inuiſibilẽ abunde enuncians tibi intellectili creatura, quatenus attinet ad cognitionẽ veritatis.* 216 *Baſil. ho. 1. hex.*

### *Chriſtus Deus incarnatus, non neceſſitate ſed voluntate.*

*Dixit Deus fiat lux, & facta eſt lux*, non eſt dubium Chriſtum dominum luce deſignari, cũ ipſemet de ſe aſſerat, ego ſum lux mundi, illuminãs omnem hominem venientem in hunc mundum: quo poſito cur non dictum eſt à Moyſe; fecit Deus lucem, 217 *Ioan. 8.*

ſed ſolum facta eſt lux? cum dixerit fecit Deut cœlum & terram, non autem facta ſunt cœlum & terta? vt cognoſceremus hanc lucem nempe verbum, à ſe factum eſſe carnem, id eſt non neceſſariò, ſed ſponte & libenti animo fuiſſe incarnatum: obſeruatio eſt Anaſtaſij Syn. lib. 1. hexam. *hic non dixit: fecit Deus lucem, ſed & dixit Deus fiat lux, vt diſcas differentiam creationis, & generationis, & vt hæreticorum voces comprimamus, qui dicunt Deum verbum, nolentem & inuitum ſuſcepiſſe incarnationem, & quod propterea iuſſum paternum non poſſet recuſare, vt qui patrem amaret, inuitus tamen, & vt qui nollet repugnare, humanam ſubiit naturam; propter hoc ergo & eiuſmodi vitia, non dixit & fecit lucẽ, ſed fiat lux, id enim quod fit non habet fortaſſe conuenientiã cum effectu ad quem traducitur, vt quod cum efficiente minime conueniat, non ſic autem ſe habet generatio: nam quæ generantur collætentur cum generatione, alterumque eſt alteri gratum & acceptum, ſimulque exultant, & petunt perfectionem, quemodo etiam videmus fœtus exilire in maternis vteris, & feſtinare vt eximantur, & in plantis, ramos folia, fructus libenter creſcere: dixit ergo, facta eſt lux, non autem fecit lucem, vt per illud facta eſt, intelligas voluntarium propriumque & lætabundum.*

Anaſt. Syn. lib. 1. hexa.

### *Fides ante viſionem beatificam neceſſaria.*

218 Dixit *Deus fiat lux*, cum ſol ſit perfectiſſimus inter corpora luminoſa, cur prius ſolem non produxit quàm lucem? ſine dubio rectè deſignatur ſole beatitudo, fides autem Theologica, luce: nam ſicut Dei verbo effuſa eſt (nam dixit Deus fiat lux & facta eſt lux, ſic fides per Dei verbum nobis inſeritur, nam fides eſt ex auditu, auditus autem per verbum Christi; lux pulchritudo eſt vniuerſi, adeo vt ſine ipſa vniuerſum horreſcat, ac tenebris ſepultum, conſpici nequeat, fides venuſtas eſt animæ, eiuſque gratia ab ipſo Deo ſpectatur, nam ſine fide impoſſibile eſt placere Deo: merito igitur lux ſolem præcedit in creatione, quia fides neceſſaria eſt ante viſionem beatificam: myſticus ſenſus eſt D. Euchet. lib. 1. in Geneſ. *Dixit Deus fiat lux, id eſt illuminatio credulitatis appareat, prima enim die lucem fidei dedit, quia prima eſt in conuerſione fides, vnde & iſtud primum in Dei præceptis mandatum eſt, dominus Deus tuus vnus eſt, propter quam fidem ipſe dominus etiam viſibiliter in mundo apparere voluit:* Sed clarius Hugo Victo. de Sacramentis fidei lib. 1. part. 1. cap. 12. *primo in rationali illo mundo cordis humani creatur lux, & illuminatur confuſio, vt in ordinem redigatur: poſthac cum fuerint purificata interiora eius, venit lumen ſolis clarum & illuſtrat eam.*

Ad Ro 10. — Ad He. 11. — Euch. l. 1. in Geneſ. — Deut. 6. — Hug. Vict. lib. 1. de Sacramẽtis, par. 1. c. 12.

### *Neceſſaria cognitio propria eſt in anima peccatrice, vt Deum intueatur.*

219 *Fiat lux*, neſcio qua de cauſa primo apparuerunt tenebræ, deinde lux affulſit, tandẽ ſol conſpicitur? nõ eſt dubiũ animam peccatricem tenebris adũbrari, nã quiſnam mundus magis horret atra caligine, quam paruus hic ſiue microcoſmus, dum in criminũ nocte ſepelitur? hoc agnouit noſter Antonius de Padua Feria 5. in cap. Ieiunij, hunc verſum exponens, & tenebræ erant ſuper faciẽ abyſſi, peccatores, inquit, ſunt conſcientiis & operibus tenebroſi, idem habet in ſerm. diei cinerum, non eſt dubium etiam lucẽ ſymbolum eſſe cognitionis; meritò igitur hic ordo in rerum creatione obſeruatur, vt primo tenebræ fuerint, deinde lux affulſerit, quæ hanc caliginẽ fugauerit, deinde ſol viſus, quia in anima peccatrice tenebris adumbrata, neceſſarium eſt vt ſui ipſius cognitio effulgeat, qua intueatur quàm miſeranda ſit ſui ipſius conditio, quod Dei gratia destituta ſit, & exul paradiſi effecta, vt tandem ſolem iuſtitiæ contẽplari poſſit: moralitas eſt cit Hugonis eodẽ loco: *Ego puto, inquit, magnum hic aliquod Sacramentum cõmendari, quia omnis anima quandiu in peccato eſt, quaſi in tenebris eſt quibuſdam & confuſione; ſed non poteſt euadere confuſionẽ ſuam, & ad ordinem iuſtitiæ formamque diſponi, niſi illuminetur primũ videre mala ſua; ac igitur anima in confuſione iacens ſine luce facere non poteſt, & proptorea neceſſe eſt primũ vt lux fiat vt videat ſemetipſam, & agnoſcat horrorem, turpitudinem confuſionis ſuæ, & explicet ſe atque coaptet ad illam rationabilẽ diſpoſitionem, & ordinem veritatis; poſtquam autem ordinata fuerint omnia eius, & ſecundum exemplar rationis formamque ſapientiæ diſpoſita, tunc ſtatim incipiet ei lucere ſol iuſtitiæ; quia ſic in repromiſsione dictum eſt, beati mundo corde quoniam ipſi Deum videbunt.*

Ant. de Pad. Feria 5. in c. Ieiunij. — Hugo dictat. — Luc. 6.



### *Diſcat homo à Deo in luce opera ſua inchoare bona ſcilicet intentione.*

220 *Dixit Deus fiat lux*, nonne ab aliqua alia creatura opus ſex dierum aggredi potuit quam à luce? ſi enim lux neceſſaria eſt, vt alia illuminata conſpiciantur, certe Deus hac luce non indigebat, qua illuſtratus cuncta intueretur: aduerte rectæ intentionis ſymbolum eſſe lucem: quid igitur mirum eſt, Deum à luce opera ſua ordiri, ſic enim incipit, vt ab eo diſceremus bona ſcilicet intentione actiones noſtras aggredi, vt rectæ & puræ ſint: optime S. Paſchaſius, proſequitur munditiam cordis noſtri, & de exteriore docet metaphorice interioris hominis officium. *Quia ſicut oculis iſtis carnalibus omnia corporis membra ordinate ad operationem diriguntur: ita intentione mentis & luce fidei cuncta virtutum genera vt lucidum corpus perficiant, illuſtrantur*, deinde ſubiungit, *vult ergo Chriſtus & bona fieri & ex bono mentis propoſito illa oriri.*

S. Paſcha. Abb. l. 4. in Matth.

### *Nullum teſtem bona conſcientia veretur.*

221 *Dixit Deus fiat lux*, ſi ſine luce opera noſtra non conſpicerentur, cur initio operum tuorum eam condidiſti? ſic enim tuarum teſtis erit actionum: prudenter à luce opera ſua orditur Deus, quia bona conſcientia nullum teſtem actiooes ſuas conſiderantem veretur, quod ipſemet Chriſtus Dominus teſtatur Ioan 3. dicens: *omnis qui male agit, odit lucem, vt nõ arguantur opera eius; quia mala ſunt: qui autẽ facit veritatem, venit ad lucem vt manifeſtentur opera ſua*, en quomodo qui opera veritatis, charitatis, & aliarũ virtutum exercet, lucẽ non formidat; imo eam quærit, quia nullum teſtem qui eum condẽnet veretur.

Ioan. 3.

### *Deus auctor peccati non eſt.*

222 Dixit *Deus fiat lux, & facta eſt lux*, tenebras expertus ſum ſuper faciem abyſſi, ſed preceptum quo fierent ignoro, quomodo à Moyſe nõ refertur quod Deus dixerit fiant tenebræ? cum pluries dixerimus: tenebras deſignare peccatum: quid mirum non præcepiſſe eas fieri, qoia Deus auctor nullo modo eſt peccati, vnde Aug. tract. 1. in Ioan. *peccatum non per ipſum factum manifeſtum eſt, quia peccatum nihil eſt, & nihil fiunt homines cum peccant.*

Aug. tract. 2. in Ioan.

### *Impiorum conſortium à iuſtis vitandum.*

223 *Et facta eſt lux*, ilico ſubiungit, *& vidit Deus lucem quod eſſet bona, & diuiſit eam à tenebris*, cur

cum lucem bunam inſpexiſſet, ſine mora eam ab A ipſa ſeparauit caligine? in dubium reuocare non potes tenebris peccatores, luce iuſtos deſignari: bene ergo lucem productam ab ipſis volun ſeparari tenebris, vt innueret iuſtos conſortio ſeparari debere ab improbis, nec bonũ aliquid cenſeri quod malo fuerit admixtum, cum initiũ morbi ſit ægris ſana miſcere: ſic grauiter D Leo Mag. ſer. 4. de quadrag. *inimicis autẽ crucis Chriſti nulla conſenſione iungamur, ne impiorum conſortio ſanctitas fideliũ polluatur, luce ſeparetur à tenebris, & fugiãt filios diaboli filij veritatis.* nota, *lux ſeparetur à tenebris*, cum alluſione ad Dei opus atque conſilium, ſtatim enim vt lucem creauit, eam a tenebrarum conſortio diſiunxit.

*Initia rerum exactè conſideranda, ne quid in eis mali lateat.*

*Dixit Deus fiat lux*, nec contentus lucem feciſſe, B eam ad examen ſtatim adducit, *& vidit Deus lucem quod eſſet bona*, quod & in aliis operib⁹ obſeruandũ: ſtatim enim ac aliquid operatus, ſine mora periculũ facit ne aliquid mali deliteſcat: ſane nihil malũ & iniquum producere poteſt auctor bonitatis & virtutis. Quid ergo neceſſe erat de ſingulis, & de omnibus inquirere, an aliquid mali lateat? ſane ideo factũ arbitrari poſſumus, vt nobis palã fiat, quã ſit neceſſe ipſa rerum initia intueri, ne quid mali lateat: nam paruus error in principio magnus eſt in fine. Ergo inter naſcentis mundi exordia magnum examen adhibet Deus, & multam circumſpectionem, quam nõ dicitur adhibuiſſe procedente rerum ordine: vt nos doceat initia rerum exactè conſideranda. Fauet S. Petr. Chryſolog. ſer. 96. *audiſtis quemadmodũ factor mundi rerum principia bona ſtenit, nec vllum malum ab originis proceſſit auctore.* Petr. Chryſolog.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. IIII.*

*Vlg.* Vidit Deus lucem quod eſſet bona, & diuiſit lucem à tenebris.

*Septuag.* Quia bona, & diſcreuit Deus inter lucem & tenebras.

*Baſil.* Quod eſſet pulchra.

*Alij* Quod bene placens.

*Caiet.* Vidit lucem quod bona.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

TOb טוב idem eſt quod bonum, pulchrum, decorum, beneplacens, ſi aliqua lectio verbum *eſt*, omittit, ſubintelligendum, quamuis ſeptuaginta legant *diſcreuit*, inter lucem & tenebras, tamen eundem ſenſum habent quem vulgatus.

## EXPOSITIO PRIMÆ PARTIS VERSVS IIII.

E*T vidit Deus lucem quod eſſet bona.* Primo die D conditam lucẽ poſt aliquã moram ſeu durationem temporalem à mundi exordio, & poſitam in meridie, vt ſtatim perfecta illuminaret totum hoc hemyſphærium, cum ea proportione qua id nunc efficit ſol meridiano tempore (cum opera Dei ſint perfecta) exiſtimo: ideo conueniens fuit primum diem incipere a perfecta luce, quæ eſt meridiana: hanc igitur lucem approbans quam tamen intra ſe atque in ſapientia ſua, æternaliter inuariabiliterque cognouit eſſe, tunc per effectum ſe cognoſcere demonſtrauit, lucem illam conuenientem eſſe ac vtilem: ideo placuit ei vt eſſet, ſicut artifex qui primo concipit domum, & intelligit eius vtilitatem, non tamen hoc experitur niſi modo eum videt quod ſi bona, hoc eſt amæna, delectabilis & vtilis.

## CONCEPTVS IN HANC PARTEM VERSVS IIII.

*Quod Deo in æterna ſua ſapientia placuit hoc in eſſentia conſtitutum non diſplicet.*

224 V*Idit Deus lucẽ quod eſſet bona*, ſi ſubito Deus E vidit lucem quod eſſet bona, an antea neſciuit & viſio ei contulitne ſcientiam? minime equidem, nam ſi hominẽ cadere non poteſt, vt aliquid ignorans faciat, quanto magis in Deum, qui omnia æterno & ſtabili conſilio ſuo quomodo voluit, fecit? quomodo igitur intelligendum eſt nunc vidiſſe lucẽ bonitate præditam, cum ab æterno eum non ignorarit? nunc vidit, id eſt lux in eſſentia ſua conſtituta ſibi non diſplicuit, quæ in æterna ſua ſapientia placuerat: *dicendũ quod videre hic non ſumitur* (inquit Alber. Mag.) *ſecundũ quod eſt principium cognitionis quæ oritur ex ſenſibus, ſed ſumitur pro ſigno voluntatis: & beneplaciti artificis ad opus perfectum ad id enim quod bene placet, multiplicatur oculorum aſpectu frequenter, & hoc eſt quod dicit gloſſa ibidem, vidit Deus, id eſt placuit ei in ſua eſſentia, quod placuerat ei prius in ſua ſapientia.* Alb. Mag. 1. par. ſũmæ de quatuor canonic. q. 12. art. 12.

*Scientia Dei inuariabilis, nec augetur.*

*Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, ſciebat Deus lucẽ futuram bonã, videtur ergo ſcientia eius augeri, 225 cum ex productione noui obiecti aſſerat Moyſes Deũ vidiſſe, ſiue ſciuiſſe quod eſſet bona lux; dico obiecta quæ ſub ſcientia Dei cadunt, mutabilia, & variationi obnoxia, vt aliquando præterita, ſiue aliquando futura, nonnunquam præſentia, ipſam tamẽ ſcientiã Dei immutabilẽ, inuariabilẽ, & æternã eſſe nec alio modo noſſe futura, quã præſentia: ſic eleganter Diuus Auguſtinus, *Dei ſcientia nullo modo variatur, vt aliud in ea fiant quæ nondũ ſunt, aliud quæ iam ſunt, aliud quæ fuerant: non enim more noſtro, illa vel quod futurum eſt proſpicit, vel quod præteritum eſt reſpicit, ſed alio modo quod à noſtra-* Aug. l. 11. de ciuit. Dei, c. 21.

*rum cogitationū conſuetudine, longe lateque diuerſo*; deinde, *neque enim eius intentio de cogitatione in cogitationem tranſit: in cuius incorporeo contuitu ſimul adſunt cuncta quæ nouit*; ſubiungit, *tandē vbi ergo vidit bonum quod fecit, vbi bonū vidit eſſe quod faceret? nec quia factum vidit ſcientiā duplicauit, vel ex aliqua parte auxit, tanquam minoris ſcientiæ fuerit, antequam priuſque faceret quod viderit, qui tā perfecte operaretur niſi tam perfectu ſcientia cui nihil ex operibus eius adderetur.*

### *Dixiſſe & facere bonum eſt.*

216 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, cur poſt dicere & facere ipſius Dei additum eſt, & vidit Deus quod eſſet bonum? Reſp. ideo poſt dicere & facere illius addidiſſe bonum, vt intelligeremus facere & dicere illius optimum eſſe: ita Tertu. lib. 2. cōtra Marci. c. 4. *ſic benedicebat quæ benefaciebat, vt tibi totus Deus commendaretur bonus, & dicto & facere.*

*Tertu. l. 2. contra Marci cap. 4.*

### *Deus humano modo ſe attemperat.*

227 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, difficultatē hic modus loquendi ingerit, nam nonne Deus antequā produceret ipſam lucem, viderat ſua infinita cognitione quod eſſet bona? nam ſi homo qui aliquid per artem operatur, priuſquam fabricet quod intendit facere, & priuſquam formet, ſcit vſum eius quod elaborare ſtatuit, quanto magis omnium opifex, qui verbo omnia ex nihilo vt eſſent, produxit, ſciebat antequam lucem faceret, quod eſſet bona? quare ergo hac dictione vſus eſt? Nota cum homines magnū aliquid ſtudio non paruo elaborauerint, & finem laboribus ſuis impoſuerint, tunc tandem per experientiam declarant ea quæ fecerunt, & opus laudibus extollunt: aio ergo ideo dixiſſe Deum poſtquā formauerat lucē, vidiſſe quod eſſet bona, quia noſtro humano modo ſe attemperat: ita D. Chryſoſt. *dimittit ſe, & in vita humanam conſuetudinem, hæc omnia loquitur beatus ille propheta.*

*Chryſ. hom. 2. in Geneſ.*

### *Non ſolum in creatione, ſed etiam in formatione rerum Trinitas inſinuatur.*

218 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, certū eſt quod in creatione Trinitatis myſterium inſinuatur, perſona patris per Deum creantem, perſona filij per principium in quo creauit, ſpiritus ſanctus qui ſuperferitur aquis: ſed cum præter creationē ſit etiam rerum productio, reperiturne in ea idem myſteriū? nam quamuis duæ reperiatur nempe prima & ſecunda, in his verbis dixit Deus, vbi nam tertia exprimitur? nonne *vidit* ſignificat cōplacuit: amor autem complacentiæ nonne tertiam à voluntate procedentē, in quo eſt huiuſmodi amor, reſpicit? optime igitur non ſolū in creatione, ſed in formatione Trinitas inſinuatur, ſic D. Tho. par. 1. *Trinitas perſonarum inſinuatur in formatione, perſona patris in Deo dicente, perſona filij in verbo quo dicitur, perſona ſpiritus ſancti in complacentia quia vidit Deus quod eſſet bonum quod factum erat.*

*D. Thom. 1. part. q. 73. art. 3. ad 3.*

### *Non inordinatè ſed ordinatiſſimè tres perſonæ exprimuntur.*

219 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, diximus per hoc verbum *vidit*, declarari perſonam ſpiritus ſancti: ſed cum in ſacro textu, non ſolum ſenſus verborum, ſed etiam ordo eorum myſterioſus ſit, cur hoc verbum *vidit*, poſtremo loco appoſuit Moyſes, alia autem in medio & principio? ait enim primò *in principio creauit*, deinde *dixit*, qua de cauſa non dicit *dixit* Deus fiat cœlum, deinde creauit Deus lucem? dicimus per hoc verbum *creauit*, patrem exprimi, per *dixit*, filium, rectè igitur appoſuit creauit, & nō dixit In principio & vltimo vidit, vt Trinitas perſonarum ordinatè per hæc terna verba *fecit, dixit, vidit*, exprimeretur.

### *Sine Chriſto nihil bonum videretur.*

*Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, Deum cælos & terram creaſſe, abyſſum & aquas, non dixiſſe tamen Moyſem, Deum ea approbaſſe, comperimus, ſed ſolum poſtquam lucem formauit, fiat lux, & facta eſt lux, & vidit lucem quod eſſet bona; cur quæſo cœlum non dixit eſſe bonum, cur terram bonam, aquas bonas non nominat? cur antequam ad lucem ventum eſt nihil bonum dicit vidiſſe Dominum? cætera omnia præ ſe ferebantne inanitatem & vacuitatem? Nota quod Chriſtus Dominus eſt vera lux. *Ego ſum lux mundi*, verus ſplendor patris. Reſpondeo ergo, quod niſi appareat lux, nempe Ieſus Chriſtus, nihil bonum apparet, ſed terra inanis & vacua, & tenebræ ſuper faciem aquarū: ita eleganter D. Anaſt. Syna. lib. 1. hex. *ſi omnia quæ fecit Deus, ſunt valde bona, quomodo non dixit ſcriptura illas tenebras quæ erant ante lucem, eſſe bonas? ſed neque aquas illas bonas? neque abyſſum quæ obſcuraretur, bonam? dicens ergo & vidit lucem quod eſſet bona, oſtendit quod illa omnia quæ venerant ante verum lucem Ieſum, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, & terram obſcurarunt & demerſerunt, non eſſe bona.* 230

*Ioan. 8.*

*Anaſt. l. 1. hexam.*

*Ioan. 1.*

### *In verbo complacebat pater omnia condens.*

*Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, id eſt eā approbauit ſibi complacens, & ſic in ſingulis creaturarū, formationibus: vt conceptum exprimere poſſimus, inſpiciamus 3. c. Mathæi, vbi cum baptizaretur ſapientia incarnata, audiuit è cœlo, *tu es filius meus dilectus in te mihi complacui*: cur non dixit in te mihi complaceo, ac non illud opus inſigne humilitatis non complaceat? cur ergo de præterito & non de præſenti loquitur? nota quod ſimul cum patre omnia condidit verbum, iuxta illud Eccl. 24. *cum eo erā cuncta componens*, & in principio id eſt in filio Deus pater creauit cœlum & terram, & ſibi complacebant ea quæ ipſe faciebat filius. Reſpondeo ergo rectè dixiſſe non in præſenti ſed in præterito, in quo mihi bene complacui, quia ſic declarauit in creatione per quam omnia à filio fiebant, ſibi maxime complacuiſſe, ita obſeruat Rup. Abbas lib. 2. in Gen. c. 19. *non dixit in te mihi cōplaceo, ne putet hoc ſolum placere illi, quia inceperat mundū ſaluari in illo, quanquā hoc opus magnæ laudis ſit, ſed in te mihi complacui, conteſtans quod ille ſuper quem cum faceret omnia, complacebat ſibi per ſingula opera bonus operarius, videndo quod eſſet bonum.* 231

*3. Cap. Mat.*

*Eccl. 24.*

*Rup. Ab. l. 2. in G. cap. 19.*

### *Admonemur ne vt ingrati omnia aſpernemur.*

*Vidit Deus lucē quod eſſet bona*, deinde formatis aliquibus aliis creaturis ſubiungit Moyſes, *vidit Deus quod eſſet bonum*, ad quid hoc addidit, nonne eas formans Deus ſciebat eſſe bonas? non neceſſarium videtur fuiſſe vt adderet & vidit Deus quod eſſet bonum, forte propter ingratos omnia ſpernentes hoc appoſuit, vt ſic pro omnibus gratias agere- 232

*Theodor. q. in Gen.* mus, ita D. Theod. *vt perſuadeat ingratis non aſpernari, quaſententia diuina vocat bonu.* A

## *Quòd nobis vtile, Deus iudicat bonum.*

233 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, ſcio bonam dici, id eſt pulchram, ſed ſi pulchritudo ex membris inter ſe rite diſpoſitis, & ex coloris venuſtate formatur, quomodo lucem cuius natura ſimplex eſt, ſibique per omnia ſimilis, plena prædicatione quod bona ſit, poſſumus dicere? dices aurum bonum dici, nõ quia bene diſpoſitum eſt, ſed quia colore ſuo magna nobis oble&#x1d;ctamenta largitur: ſed teſtimonium Dei; reſpexitne ad hanc ſolam lucis bonitatem, vt diceret bonam quia iucunda eſt cernentibus? minime ſane, *ſed* (vt optime D. Baſil. Capp. Epiſcopus) *propter vtilitatem, qua poſtmodum ex ea fuit collata mortalibus, bonam dixit.* B *Baſil. Capp. Epiſc.*

## *Veritas lux eſt, quæ neſcit occaſum.*

234 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, hęc lux in occaſum non deſiit, ſed hæc lux cuius rei ſymbolum eſſe poteſt? nõnne veritatis? quis dubitat? ſic aſſerit noſter Bonau, ſerm. 4. in hex. dicens, lux animæ veritas eſt: ſed quomodo lux poteſt veritatem ſignificare, cùm veritas aliquando deſinat eſſe? ſed falleris, audi enim eit. Bonau. *hac lux veritatis neſcit occaſum, ita enim fortiter ierradiat ſupee animam, vt etiam non poſſit cogitari non eſſe, nec exprimi, quin homo ſibi contradicat; quia ſi veritas non eſt, verum eſt veritatem non eſſè, ergo aliquid verum eſt; & ſi aliquid verum eſt, verum eſt veritatem eſſe, ergo ſi veritas non eſt, veritas eſt; ſuper omnia enim prauales veritas.* C *Bona. ſer. 4. in hex.*

## *Dei ſapientia in modo rerum creãdarum elucet.*

235 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, quam dicendo, teſtatur Moyſes à Deo prodoctam: difficultas diſcutienda eſt, cur ſicur dictum à ſancto Propheta creauiſſe cœlum & terram, ſimiliter ab ea non eſt prolatum quod alias creaturas produxerit, vel ſine *dictione* factas? ſufficeret enim ad illarum naturæ cognitionem habendam Deique omniporentia: recte non ſolum rerum productionem aſſeruit, ſed quomodo formatæ ſunt ſcilicet Dei dictione, vt non ſolùm omniporentiam, ſed ſingularem illius ſapientiam cognoſceremus: id teſtatur D. Bern. ſerm. 3. Penth. *ſcia, in magno huius mundi opere cogitare debemus, videlicet quid ſit, quomodo ſit, ad quid ſit conſtitutus; in eſſe quidem commendatur potentia, in modo, ſapientia ſingularis elucet, in fine, vtilis benignitas & benigna vtilitas.* D E *Bern. ſer. 3. Penth.*

## *Examinandum eſt, an Angelus Sathanæ transfiguret ſe in Angelum lucis.*

236 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, ad quid Deus illam examini ſubiicit, nõne ſufficit quod illius creator fuerit, vt eſſet optima? aduerte Angelum Sathanæ in Angelum lucis ſe transfigurare; recte igitur ipſam, quam lucem condiderat, examinat, vt illius exemplo attentè conſideremus vtrum ſit verus Angelus vel lucifer qui lucis ſimilitudinem induere videtur: hoc nobis conſulit Hugo Vict. *non ſolum opera alia quæ in luce fecit, vidit Deus quod eſſet bonũ, ſed ipſam quoque lucem vidit quod eſſet bonũ & diuiſit lucem à tenebris, nam ipſe Angelus malus trãſfigurat ſe aliquando in Angelum lucis, & ingerit ſe* F *Hug. vict. lib. 1. de Sacram. part. 2. cap. 12.*

*ad decipiendam mentem, quaſi lux vera: ſed hæc lux non vocanda eſt dies, ſed nox. quia ſpeciem quidem lucis habet, ſed tenebras veras: propterea vidit Deus prius lucem an eſſet bona, vt non ſtatim credamus omni ſpiritui ſed probemus ſpiritus, ſi ex Deo ſint.*

## *Nec laudandum malum, nec bonum vituperandum.*

*Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, dignam equidem laude iudicauit ob bonitatem; ſed nonne ô Deus aliqui dixerunt bonum malum, & lucem tenebras, Iſa. 5. cur ergo tu laude dignam iudicas, quia bona eſt? vt hoc documento ſciamus non laudandum malũ, ſed bonum, nec bonum vituperandum, ſed malum: quod obſeruat D. Hieron. in c. 5. Iſ. *eiuſdem criminis eſt bonum, lucem, & dulce, contrariis vocare nominibus, cuius malum, tenebras, & amarum vocabulis appellare virtutum, hoc contra eos qui peccatum non putant, ſi bono detrahant. & non exiſtimant eſſe delictum, ſi laudent malum, vnde in Geneſi myſtico ſermone narratur quod diuiſerit Deus lucem à tenebris.* 237 *Iſaia 5. Hier. in c. 5. in Iſai.*

## *Placet opus ſuum artifici.*

*Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, non eſt dubium *toſ*, non ſolum bonum ſed etiam beneplacens denotare, certum eſt autem nihil ſibi diſplicens, Deum create voluiſſe, cur igitur dicitur vidit Deus lucem bonam eſſe? forte vt intelligeremus artifici proprium opus placere. quod annuit Alcimus Auit. lib. 1. de Orig. mundi. 238 *Alcimus Auit. lib. 1. de Orig. mundi.*

——— *placet ipſa tuenti*
*Artifici factura ſuo, laudatque creator:*

## *A Deo non antiquitas, ſed bonitas æſtimatur.*

*Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, ſi tenebræ lucem antecesſere & ea ſunt antiquiores, cur potius quàm lux à Deo non laudantur? certum eſt nullam continere bonitatem, cùm entis ſint priuationes, lucem autem quàm perfecta ſit quis ignorat? licet ergo tenebræ ſint antiquiores, non à Deo laudantur, ſed lux quia apud Deum non computatur annorum multitudo, ſeu antiquitas, ſed virtus & bonitas: & ſic non plurimorum annorum ſenex fidelis, ſed qui plura opera charitatis exercuerit à Deo æſtimabitur: *non aſpicitur* (inquit Orig. 10. hom. in Matth.) *ex quo quis vocatus eſt, ſed quantum operatus eſt.* 239 *Orig hom. 10. in Matth.*

## *Iuſti etiam examinabuntur ſtrictè in iudicio finali.*

*Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, quid purius & pulchrius luce? quid profuſius in commune bonum & vtilitatem? cur ergo examini Dei ſubiicitur vt approbetur bona? nonne per lucem iuſtos intelligere valemus, cum dicat ſuis Chriſtus Dominus, vos eſtis lux mundi? Reſpondeo ergo lucem quamuis pulcherrimam & puriſſimam ſupremi iudicij examen ſubire, vt num bona, num ad regulam diuini iudicij directa & ordinata videatur: ad declarandum quantãlibet mira ſanctitate, iuſtitia præcellentem, ſtrictum examen ſubiturum, vt à diuino iudice approbetur, ne opera noſtra, ſi ad oculos Dei, normamque diuinæ legis examinata, vacua videantur: quod Dauid Pſal. 101. teſtatur, dicens, *dies mei ſicut vmbra declinauerunt* quod animaduertit D. Bern. *quia ſine fructu*, & D. Hieron. addit, *ſi dies, quanto magis noctes? hoc eſt ſi lumen quanto magis tenebræ?* 240. *Pſal. 101. D. Hiero.*

*Virtus ita ſpecioſa eſt, vt non indigeat laudatore externo.*

241 *Et vidit lucem quod eſſet bona*, ſed vnde bona? aut cur peculiari eam laude non ornauit? ſed viſa contentus bonam inde commendauit? Nota quod lux imago eſt virtutis, rectè eam non laudaſſe, ſed ſolum vidiſſe dicitur, quia adeo ſpecioſa eſt virtus vt non indigeat laudibus & laudatore, ſed oculis ſolum & & viſu, ita vt eã laudare poſſis: ſic diſerte D. Chryſ. *tanta res eſt virtus, vt in admiratione habeatur, etiam ab illis qui eam non æmulantur, nam & ſcortator laudabit temperantiam & continentiam, & auarus condemnabit iniuſtitiam, & iracundus admiratur patientiam.*

*Chryſ. ho. 23 in c. 11. ad Hebr.*

*Operandum aliquid, quia bonum.*

242 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, tria nobis ſcienda ſunt de conditione creaturæ, quis eam fecerit, per quod fecerit, quare fecerit, ſi quærimus quis fecerit, Deus eſt: ſi per quid fecerit, dixit & facta eſt, ſed cur fecerit? nonne ait textus vidit Deus lucem quod bona eſt, dicamus igitur eam creaſſe quia bona eſt, vt inſtruamur ad Dei imitationem nihil operandum, niſi quia bonum: hoc obſeruat D. Proſper in ſententiis, *Si quare fecerit quia bona, nec auctor excellentior eſt Deo, nec ars efficacior Dei verbo, nec cauſa melior quam vt bonum crearetur à bono.*

*Proſp. in ſententiis.*

*Nullus dies vacuus ſit à bono opere.*

243 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, deinde factum eſt veſpere & mane dies vnus, & ſic in aliis ſex diebus, cur aliquem ex his vacuum non reddidit? nam diuerſitas pulchritudo quædam eſt, debebat ergo quieſcere in vno, in alio vero laborare. Reſpondeo nullum ex ſex diebus creationis fuiſſe vacuum ab opere, vt nos doceret nullo die nobis ceſſandũ eſſe ab actione bona, vnde D. Greg. *Caue, inquit, ne vacuus ab opere dies ſit ne præmium minuatur.*

*Greg. lib 8 moral. c 3.*

*Opera bona id habent, quod non indigeant externo laudatore.*

244 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, an quod vidit ignorabat? an comprobauit quod ante neſcierat? minime, quid eſt ergo quod vidit lucem quod eſſet bona? per lucem opera optima intellige, & dices nõ laudaſſe lucem quia externo laudatore egeret (bona enim opera de ſe laudabilia ſunt) ſed vt laudabilem hominibus teſtaretur, ita D. Ambroſ. lib. 1. hexam. cap 9. *Nec quod ignorabat, vidit, nec quod neſciebat comprobauit, ſed bonorum operum proprium eſt, vt externo commendatore non egeant, ſed gratiam ſuam cum videntur ipſa teſtentur, plus eſt quod probatur reſpectu, quam quod ſermone laudatur.*

*Ambr. l. 1 hexa. c. 9.*

*Bonitatis moralis ſolum eſt capax perſona.*

245 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, difficultas eſt cur non dixit & vidit Deus quod eſſet bonum in neutro? ſicut formata terra & apparente arida dictum eſt vidit Deus quod eſſet bonũ, ſimiliter formatis luminaribus. cui ergo formata luce ſimiliter non eſt enunciatum de ea: & vidit Deus quod eſſet bonum: ſuppono Rupertum per lucem litteraliter intelligere Angelos Reſpondeo ergo, illam lucem dici bonam, non bonum, terram autem bonum, & luminaria bonum, quia ſola creatura intellectualis bonitatis moralis eſt capax, aliæ autem irrationales & inanimatæ ſunt bonũ, id eſt res bona quoad vtilitatem, ita cit. Rupertus, vbi poſtquam dixit, quicumque bonus prædicatur ſiue homo, ſiue Angelus, non niſi reſpectu boni Dei rectè bonus prædicatur, quia cum nemo ſit bonus niſi vnus Deus quicunque bonus eſt, vel eſſe dicitur, non niſi in tantũ bonus eſt in quantùm bono Deo participatur, ſubiungit, *Proinde non dictum eſt, vidit Deus terrã quod eſſet bona, vel luminaria quod eſſent bona, quia cum bonitatis capacia non ſunt, dictum eſt autem de ſingulis vidit Deus quod eſſet bonum, id eſt res bona, bona inquam, id eſt vtilis res: ſola namque rationalis creatura diuinæ bonitatis, id eſt ſpiritus Dei capax eſt: & ideo homo vel Angelus tantummodo bonus abſolute dicendus eſt, vel in quantum homo, vel Angelus boni Dei particeps factus eſt.*

*Rup. li. 1. in Ge. c. 13.*

*Bonitatem Deus honorat & æſtimat.*

*Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, ſciebat Dominus 246
bonam lucem, antequam crearet, cur ait Moyſes vidiſſe Deum lucem quod eſſet bona, & ſic deinceps de aliis creaturis? non bonam laudat quia neſciebat, ſed quia bonitatem ita exiſtimat vt eam præconio velit extollere: ita Tertull lib. 2. contra Marc. c. 4. *non quaſi neſciens bonum niſi videret, ſed quia bonum ideo videns, honorans, diſpungens bonitatem operum dignatione conſpectus.*

*Tertul. li. 2. contra Marc. c. 4*

*Detrahendi occaſionem adimit Deus, & vult vt ei fidem adhibeamus.*

*Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, an quod ignorabat vidit? minime, vel id quod neſciebat ante, aut 247
quod non viderat comprobauit? cur igitur dictum eſt quod vidit? plures Dei opera accuſant, ponentes in cœlum os ſuum, rectè igitur quod fecit approbat, vt ipſomet Deo approbante, nullus occaſionem detrahendi operis habeat: ſic Catena Græca: *quare hoc appoſuit auctor, vt moneret ingratos non eſſe damnanda quæ bona ſuffragio diuino Deique ſententia cenſentur.*

*Cate. Græc.*

*Deus ſuperbiendi occaſiones adimit.*

*Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, creauit Deus
perfectiſſimũ hominem, quem D. Chryſoſt. hom 11. 248
ad popul non tam appellat fictilem, quàm auream ſtatuam, ſplendide fulgentem, & totius hominis nõ tam fabricam quàm harmoniam, & Philo hominem vocat ſacratũ templũ, rerum omniũ præſtantiſſimũ, & præſtantiſſimi exemplaris pulcherrimã imaginẽ, & D. Ambroſ admiratione plenus exclamat, *Pictus homo & pictus à Domino Deo tuo, bonum habes artificem atque pictorem, noli bonam delere picturam, nõ fuco ſed veritate fulgentem, non cera expreſſam, ſed gratia* Si ergo homo ita perfectus eſt, cur cum aliæ creaturę, vt ex diuino opificio nouæ recenteſq; procedebant, ſtatim à Deo laudabãtur, (vt patet de luce qua formata ait Moyſes vidit Deus quod eſſet bona, & ſic in ſingulis) ſolus homo ex ſui artificis manibus abiit illaudatus? non hominem imperfectum præ aliis poſſumus dicere, cur ergo ita factum eſt? nota quod aliæ creaturæ non erant ſanctitatis capaces, ſed ſolus homo: ideo igitur Deus eum non laudauit vt omnem ei adimeret ſuperbiendi occaſionem, ſingulari enim imbutus ſanctitate & virtutibus cũdecoratus, ſi inſuper à Deo laudaretur, exponeretur periculo incredibili contumeſcendi, aliæ creaturæ nulli periculo exponuntur cum ſint illius incapaces.

*Chry. ho. 11 ad popul.*

*Philo lib. de mundi opifi.*

*Ambr. l. 6. hexa. c. 8.*

### *Peccatum maxime Deo diſplicet.*

149 *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, cur continuo ſubiungit formata luce vidit Deus lucem quod eſſet bona? nonne poſt ſeparationem lucis a tenebris potuit hoc dicere? cum verſu 18 poſtquam dictũ quod Deus poſuit ſtellas in firmamento, ait Moyſes, vt præeſſent diei, & diuiderent lucem a tenebris, ſubiongit deinde & vidit Deus quod eſſet bonum: ſi ergo poſt diuiſionem lucis à tenebris ait, vidit Deus quod eſſet bonum, cur non expectauit ſeparationẽ lucis à tenebris, vt diceret: vidit Deus lucem quod eſſet bona? Rupert tenet per has tenebras primas, malos Angelos intelligi, tenet etiam expreſſe D. Auguſt. lib. 11. de Dei ciuitate cap. 19. ait enim, nõ mihi videtur ob operibus Dei abſurda ſententia, ſi cum illa lux prima facta eſt, Angeli creati intelligantur, & inter Angelos ſanctos & immundos fuiſſe diſcretum. vbi dictum eſt, & diuiſit Deus lucem inter & tenebras: vides ergo quod per tenebras peccatum Angelorum intelligit, aliæ autem tenebræ de quibus verſ. 18. eſt ſermo, ſunt naturales, quæ nullam malitiam moralem dicunt: ideo igitur non dixit ᵱ [sic] n t diuiſionem lucis à tenebris, & vidit Deus quod eſſet bonum, quia peccatum nihil bonum Deo videtur, imo ſummè diſplicet: hoc notat ſubtiliter D. Aug. lib. citato cap. 20. *Nec illud prætereundum eſt ſilentio, quod vbi dixit Deus fiat lux & facta eſt lux, continuo ſubiungitur, & vidit Deus lucem quia bona eſt, non poſtquam ſeparauit lucem à tenebris, & vocauit lucem diem & tenebras noctem; ne ſimul cum luce etiam talibus tenebris teſtimonii placiti ſui perhibuiſſe videretur; nam vbi tenebræ inculpabiles ſunt, inter quas & lucem iſtam his oculis conſpicuam, luminaria cæli diuidunt; non antè, ſed poſt infertur, & vidit Deus quia bonum, vtrumque placuit, quia ſine peccato, vbi autem dixit Deus fiat lux & facta eſt lux, ſtatim ſequitur & vidit Deus lucem quia bona, & poſtmodum infertur & ſeparauit Deus inter lucem & tenebras, vocauitque Deus diem lucem, & tenebras noctem, non hoc loco additum eſt, vidit Deus quia bonum eſt, ne vtrumque appellaretur bonũ, cum eſſet horum alterũ malum, vitio proprio non natura.*

*Aug. li. 11. de Dei ciui. cap. 20.*

### *Homo quia futurus peccator à Deo non laudatur.*

150 *Et vidit Deus lucem quod eſſet bona*, terram legimus aridam conſtitutam fuiſſe, aquas in vnum con- A gregatas, & ait Moyſes vidit Deus quod eſſet bonũ: cur ergo hominem inter alias creaturas perfectiſſimum laudatum non videmus? Reſpondet Rupertus, *licet homo diuinæ ſit capax bonitatis, non tamen dictum eſt, & vidit Deus hominem quod eſſet bonus, vt dictum eſt & vidit Deus lucem quod eſſet bona, quia videlicet homo non intellexit quod ſibi adhærere Deo bonum eſſet, & ita nondum ſingularem laudem meruit.*

*Rupert. in Gen.*

### *Oculorum Dei virtus.*

*Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, cum Deus omnia condiderit in ſua natura perfecta cur non ea bona eſſe, neque Dei laude digna dicit ſcriptura, dum B fiunt, ſed dum à Deo videntur? vt noverimus omnia creata a Dei aſpectu bonitatẽ trahere, & hoc (quod deinde in luce Ambroſ notat) de reliquis Dei operibus dici poteſt. *Vidit ergo Deus lucẽ. & vultu ſuo illuminauit, & vidit Deus quod eſſet bona*, Expende illud, *& vultu ſuo illuminauit*, ſuo proſpectu Deus luci ſplendorem, & iubar indidit, tanta vis ineſt diuinis oculis, vt ipſa lux ſit tenebræ, niſi à Deo cõſpiciatur.

*Amb. l. 5. cap. 19.*

### *Virginea Dei exemplo efferenda.*

C *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, lucem creatam commendauit, prior rebus producitur lux, vt per illam res aliæ illuſtrarentur: ſed cur prior commendatur? nonne diximus in præcedenti verſu Virginem ſanctiſſimam eſſe lucem primæ diei, cur ergo lux à Deo non commendaretur; vt hoc exemplo moniti Deiparam celebraremus, quę in illa luce latebat, nec aliquis facile à virgineis laudibus auocaretur. Nobis autem illam noſtram virginem ſignificaſſe affirmat inter alios Richardus à S. Lauren. lib. 7. de laudibus virginis, vbi Mariæ excellentiam in hunc modum colligit: *de hac luce dicitur Gen. 1. dixit Deus fiat lux, & facta eſt lux, diluuium erat Pſal. miſta Pſal. 118. tempus faciendi domine, diſſipauerunt legem tuam, & dominus, fiat lux, quaſi iam* D *diceret Maria illud Iſaiæ 46 dedi te in lucem gentium:* Deus *enim hanc lucem fecit, quando beatam Virginem de tenebris lucere & ſplendeſcere dixit 2. Cor. 4. ſed quia lux eſſet bona vidit, quando per eã mundi tenebras illuſtrauit, vnde ſequitur, & vidit Deus lucem quod eſſet bona: ſicut enim nemo bonus niſi ſolus Deus, ſic nulla anima Mariæ comparata inuenietur perfecta*, nimirum aliorum lux luci virgineę pariata nox quędã eſt, & ipſis tenebris ſimilis.

*Richard. à Laurent.*
*Pſal. 118.*
*Iſai. 49.*
*2. Cor. 4.*

## EXPOSITIO SECVNDÆ PARTIS.

## *ET DIVISIT LVCEM A TENEBRIS.*

D*Iuiſit lucem à tenebris*, id eſt tempus lucis à tẽpore tenebrarum, ſcilicet noctem à die, quia in die lumen eſt, in nocte autem tenebræ: diuiſio autem hæc intelligitur non per emiſſionem luminis elementi ignis, nec per nubem vel corpus lucidum quod ab ortu ad occaſum per Angelum voluebatur 24. horis vniuerſum orbem circumluſtrãs, dies omnino æquales & conformes efficiens; dies cum voluebatur ſuper noſtrũ hemiſphærium; noctes autẽ, cum ſuper aliud mouebatur: ſed per motum lucis licet exiguæ ſolis in orbem, ſicut nunc de facto fieri conſpicimus, conceptus verſum elucidabunt.

## CONCEPTVS IN HANC II. PARTEM VERS.

### *Deus ſumma facilitate cuncta operatur.*

151 E*T diuiſit lucem à tenebris*, forte arbitraberis Deũ lucem formaſſe, deinde productam eam à tenebris ſeparaſſe; ſed falleris, maiori enim facilitate & celeritate qua nec etiam loqui poſſumus, omnia operatur: *hinc intelligi licet*, inquit D. Auguſt. *Quanta diuini operis facilitate iſta dicantur effecta: non enim quiſquam eſt, qui ſic æſtimet lucem factam, vt eſſet confuſa cum tenebris, & ob hoc ſeparatione indigeret: ſed eo ipſo quo lux facta eſt, conſecuta eſt etiã diuiſio inter lucem & tenebras.*

*Nihil ita diuinæ maieſtati diſplicet, quàm confundere quæ ab inuicem ſeparari deberent.*

252 *Et diuiſit lucem à tenebris*, certum eſt ſimul compati non poſſe tenebras & lucem, luce enim accedente neceſſario tenebræ nullo modo erant futuræ, cur ergo annotat Moyſes Deum lucem à tenebris diuiſiſſe? ſatisfacit ſubtiliter Oleaſter, *quia nihil eſt quod ita oculos diuinæ maieſtatis offendit, quam confundere ea quæ voluit eſſe diſcreta: hinc reor, prohibuit agrum diuerſo ſemine ſeminari, animalia diuerſarum ſpecierum coire, veſtem diuerſis lidiis textam geſtare: ne ipſe auderet confundere, quæ ipſe tanta ſolicitudine curauerit diſcriminare.*

Oleaſter in Geneſ. Exod. 22.

*Deus ita hominem diligit vt ei quietem præparet, antequam creetur.*

253 *Diuiſit lucem à tenebris*, ſcilicet vt homo, tenebrarum durante tempore poſt diurnum laborem quieti indulgeret: ſed ſi homo adhuc non eſt conditus, non ſeparet lucem a tenebris, ſed poſt illius creationem expectet faciendam diuiſionem? tantus eſt amor erga hominem vt etiam ante ſuam formationem ei tempus requiei præparet: ita Ferus, *vide bonitatem Dei nondum erat homo, & iam Deus quietem poſt laborem prouidit & præordinauit.*

Ferus.

*Ab initio mundi damnatus diabolus.*

*Diuiſit Deus lucem à tenebris*, quænam eſt hæc diuiſio & ſeparatio? diximus ſecundum communem ſenſum, ſed cum plures patres (teſte Ruperto) teneant hanc lucem fuiſſe creaturam Angelicã, quomodo intelligimus lucem à tenebris fuiſſe ſeparatã? non ne Lucifer dicitur princeps tenebrarũ, id eſt malorum Angelorum? reſpondet igitur Rupertus hãc ſeparationem lucis à tenebris eſſe bonorum Angelorum confirmationem in bono, & malorum condemnationem: ita enim ait, *Diuiſio iſta lucis & tenebrarum, terribile Dei iudicium factum inſinuat, de quo Pſalmiſta: tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi? ex tunc ira tua; quaſi diceret ex quo diabolus reſtitit, id eſt reſiſtere voluit tibi, tu iratus es, & reſiſtere non potuit; cecidit enim Angelus, & factus eſt diabolus: hoc terribile iudicium per diuiſionem inſinuatur lucis & tenebrarum: quæ enim ſunt iſtæ tenebræ? niſi omnes Angeli Sathanæ cum eodẽ ſuo principe? has vtique tenebras Deus luceque diuiſit, quia malos Angelos à bonis ſeparauit, diuiſit, inquam ſeparatione immutabili, ita vt nec iſti qui ceciderant, reſurgere, nec illi qui eũ peccare poſſent, peccando cadere noluerunt, vlterius vnquam habeant vel poſſint peccãdo cadere.* D. Auguſt. ita etiam hunc locum litteraliter exponit de ſeparatione Angelorum a dæmonibus.

Ruper. l. 1 cap. 13. Pſal. 75.

*Dæmonis malitia ſaluti hominum prodeſt.*

255 *Diuiſit Deus lucem à tenebris*, vidimus per tenebras intelligi dæmones. dubium moueo, ſi Deus ſciuit diabolum infenſiſſimum futurum eſſe homini, cur eum creauit? nonne ſufficiebat bonos Angelos efformaſſe? ad quid ergo malos cum ita nobis moleſti ſunt? non debemus, ait Ambroſius, in ſcriptoris diuinis reprehendere quod intelligere non poſſumus; ſunt enim plurima quæ non noſtro ingenio metienda ſunt, ſed ex altitudine diuinæ diſpoſitionis & verbi ſunt æſtimanda: attamen reſpondeo quamuis diabolus ſit nobis infenſiſſimus, malitia tamen eius, hominũ ſaluti maxime deſeruit, ita idem Doctor libro de Paradiſo cap. 2. *Diaboli malitia ad ſalutem prodeſt hominibus, non quod diabolus prodeſſe velit, ſed quod malitiam eius etiam repugnantis conuertit dominus ad ſalutem, huius malitia, Iob ſancti viri fecit eſſe virtutem, & patientiam clariorẽ, huius malitia iuſtitiam eius exercuit, vt certaret & vinceret. & victoriam corona ſequeretur, nemo enim niſi qui legitime certauerit, coronabitur.*

Ambr. li. de Parad. c. 2. & Auguſt. l. 11. de Dei ciuit. ca. 17. Iob. 1.

*Deus non ſtatuit dæmonis curare peccatum ſicut hominis.*

*Diuiſit Deus lucem à tenebris*, diximus per has tenebras intelligi ſpiritus malos, ſed ſi per has tenebras peccatores Angeli intelligendi veniunt, cur eorum peccatũ ſicut hominis patefactum non eſt in Geneſi? non enim potior ratio videtur vnius quã alterius: Nota Deum non ſtatuiſſe reparationem lapſus Angelorum: Reſpondet ergo Albinus, *quia Angelicum vulnus non prædeſtinauit curare hominis vero ſanare prædeſtinauit.* 256

Ath. in Geñ. 257

*A deſperationis occaſione reuocamur.*

*Diuiſit lucem à tenebris*, cum per tenebras diximus Angelos ſignificari, & tam inquiſitum, cur eorum peccatum a Moyſe prætermiſſum ſilentio, non grauabitur [illegible] inquirere, cur ſolum alij Prophetæ ſub quibuſdã figuris, ſicut ſub figura Babylonis Regis, Iſ. 14. & ſub figura principis Tyri Ezech. 28. illud peccatum dæmonis aperuerunt, non autem expreſſe? optima eſt reſponſio Floriani Nannij Caij canon. regul. later. in ſua cate. argen. in ca. 1. Gen. dicentis, *ne propter ſui immanitatem homo acciperet exemplũ deſperationis, attendens enim homo peccatum diaboli non remiſſum nec remiſſibile, poſſet deſperare, idem credendo de ſuo.*

Iſa. 14. Ezech. 28 Florian in ſua catena argentea in Geneſ.

*Ita ſocietas impij periculoſa eſt, vt etiam ſi iuſtus ſit vt ſol, poterit illius conuerſatio obſcurari.*

*Diuiſit lucem à tenebris*, diximus ideo diuiſiſſe lucem à tenebris quia impius ſignificatus per tenebras non debet eſſe ſimul cum iuſto, per lucem deſignato: ſed qua de cauſa? nonne lux paulatim illuſtraret tenebras, ita vt conuerterentur in lucem? dico tamen optime verumque ſeparatum, quia impij cum iuſto, etiam ſi ſit ſol in virtute ſplendidiſſimus, ſocietas ita periculoſa eſt, vt eum facile obſcuraret, ſic Ticonius explicans illud 9. Apocalypſ. aſcendit fumos de puteo & obſcuratus eſt ſol ait, *obſcuratum dicit ſolem, peccatum enim malorum & ſuperborum obſcurant ſolem, id eſt Eccleſiam, & ſanctis ac iuſtis faciunt obſcuritatem.* 258

Ticon. explican illud 9. Apoc. aſcendit fumus de puteo.

*Ita periculoſa eſt malorum ſocietas, vt etiam Angeli puriſſimi, tenebræ videantur.*

*Diuiſit Deus lucem à tenebris*, nonne lux ſatis ex ſe ipſa diuiſa eſt à tenebris? non eſt ergo neceſſe vt ab aliquo præcipue Deo ſeparentur, diximus per has tenebras malos Angelos intelligi, per lucem bonos vt optime annotauit D. Auguſt. 11. de Dei ciuitate cap. 7. & 19 dicens, lucis nomine ſignificata eſt ſancta ciuitas, in ſanctis Angelis & ſpiritibus beatis: quo ſuppoſito, fateamur ideo neceſſarium fuiſſe, vt ipſemet Deus ſua voluntate infinita diuideret lucẽ à 259

Auguſt. de Dei ciui. c. 7. & 19.

tenebris, quia ex ſocietate tenebricoſa Angelorum A prauorum. quædam obſcuritas emanarat, ita vt nec ipſi beati Angeli viderentur claritate conſpicui? ſic citatus Auguſt. *ſolus quippe ille iſta diſcernere potuit, qui potuit etiam priuſquam caderent præſcire caſuros, & lumine priuatos veritatis, in tenebroſa ſuperbia remanſuros*: ſed ne hic conceptus tibi videatur difficilis, audi eundem Aug tract. 63. in Ioan. qui explicans illa verba Chriſti Domini dicentis, nunc clarificatus eſt filius hominis, ait, *exit Iudas, & clarificatus eſt Ieſus Chriſtus, exit filius perditionis & clarificatus eſt filius hominis, & exeunte immundo omnes mundi remanſerunt*, quaſi illud ſpeculum ſine macula Chriſtus Dominus aliquam obſcuritatem contraxiſſe viderentur ex ſocietate impij Iudæ, ita vt illo exeunte dicat ſe nunc clarificatum.

*Auguſt. tract. 63. in Ioan.* *Ioan. 13.*

### *Impij à Deo non approbantur.*

260 *Diuiſit lucem à tenebris*, cur ſicut de luce dixerat Moyſes vidit Deus quod eſſet bona? ſimiliter de tenebris non loquitur dicens vidit Deus quod tenebræ eſſent bonæ? diximus tenebris ſignificari impios, reſponſio igitur facilis eſt, nempe ideo tenebras non laudaſſe ſicut lucem, quia impios minime approbat Deus, ſic D. Eucherius, *Nullatenus dixit ſicut in omnibus operibus Dei vidit Deus, quia bonum, ne malum prænaricatorũ videretur approbare.*

*Eucher. in Geneſ.*

### *Amor bene ordinatus & peruerſus, diſtinxerunt bonos Angelos à malis.*

261 *Diuiſit Deus lucem à tenebris*, diximus per hanc diuiſionem lucis à tenebris, intelligi fœlicitatem ſanctorum Angelorum & condemnationem impiorum, non diximus autem vnde oriretur caſus tam miſer peruerſorum Angelorum: nam aſſerere quod inuiderint homini facto ad imaginem Dei hoc non eſſe verum videtur, quia inuidia ſequitur ſuperbiam, non præcidit, non enim cauſa ſuperbiendi eſt inuidentia ſed cauſa inuidendi ſuperbia: cum igitur ſuperbia ſit amor excellentiæ propriæ. inuidia vero ſit odium fœlicitatis alienę, vnde naſcatur ſatis in promptu eſt aſſerere, amando enim quiſque excellentiam ſuam vel paribus inuidet, quod ei coæquantur, vel inferioribus, ne ſibi coæquentur, vel ſuperioribus quod eis nõ coæquetur, ſuperbiendo igitur inuidus, non inuidendo quiſque ſuperbus eſt, ſi ergo non inuidia priuauit malos Angelos à ſocietate bonorum, quodnam ergo peccatum? nota quod dicitur Eccleſ. 10 *initium omnis peccati ſuperbia*, cui teſtimonio non inconuenienter aptatur illud quod Apoſtolus ait primæ Timoth cap 6. *radix omniũ malorum eſt auaritia*, auaritiam generalem intelligimus qua quiſque appetit aliquid amplius, quam oportet propter excellentiam ſuam, & quendam propriæ rei amorem. Hoc notato quis vetat dicere Angeli caſum ex peruerſo amore ſiue ſuperbia, conſeruationem autem bonorum ex amore bene ordinato? ſic D. Auguſt. lib. 11. de Gen. ad litt. cap. 16. *Diabolus cecidit qui vtique non amauit pecuniam, ſed propriam poteſtatem. propterea peruerſus ſui amor priuat ſancta ſocietate turgidum ſpiritum, cumque coarctat miſeriis iam per iniquitatem ſatiari cupientem*. deinde ſubiungit. *duos amores quorum alter ſanctus eſt, alter immundus, alter ſocialis, alter priuatus, alter communi vtilitati conſulens propter ſupernam ſocietatem, alter etiam rem cõmunem in poteſtatem propriam redigens, propter arrogantem dominationem: alter ſubditus, alter æmulus Deo, alter tranquillus, alter turbulentus, alter pacificus, alter ſeditioſus: alter veritatem laudibus errantium præferens, alter quoquo modo laudis auidus, alter amicabilis, alter inuidus, alter hoc volens proximo quod ſibi, alter ſubiicere proximum ſibi præceſſerunt in Angelis, alter in bonis alter in malis diſtinxerunt, conſtat in genere humano ciuitates duas ſub admirabili & ineffabili prouidentia Dei, cuncta quæ creata ſunt adminiſtrantis, & ordinantis, alteram iuſtorum, alteram iniquorum.*

*Eccleſ. 10.* *Aug. l. 11. de Geneſ. ad lit. cap. 16.*

### *Ex inobedientia primus Angelus cecidit, reliquis obedientibus in cœlo permanentibus.*

*Diuiſit lucem à tenebris*, per hanc diuiſionem lucis à tenebris ſeparationem bonorum à malis Angelis diximus; ita vt boni permanſerint in cœlo, alij ab eo expulſi ſunt: ſed quonam merito permanſit cœtus bonorum, & quo demerito alius cecidit? audiamus quæſo Hug Vict qui de ſpiritibus loquens ait, conditor Deus rationales ſpiritus quos fecerat, varia ſorte pro arbitrio omnipotentis voluntatis ſuæ diſpoſuit, illis quos in ſua puritate reliquerat, ſurſum in cœlo manſionẽ conſtituens; illos vero quos corporibus terrenis ſociauerat, deorſum in terrena habitatione diſponens, vtriuſque regulam proponens obedientiæ: ſed qua de cauſa regulam proponit obedientiæ. Acutè reſpondet, *Quatenus & illi vbi erant non caderent, & iſti ab eo vbi erant, ad id vbi non erant aſcenderent, vt cum iſti perueniſſent & illi non cecidiſſent, ſupra id quod facti erant, ad id ad quod facti erant, pertingerent, vt cum eo eſſent à quo facti erant.* 262

*Sententia Hug. Vict. l. 1. de Sac. qu. 6 t. 1.*

### *Bonum non ſequens exemplum indignus eſt redemptione.*

*Diuiſit lucem à tenebris*, qua diuiſione ſeparatio bonorum Angelorum à malis deſignatur, quo propter inobedientiam ex Hugone citato a cœlo expulſi ſunt, ſed cum Deus ſit ipſamet miſericordia, cur Angelos à ſe deficientes & aberrantes reuocare noluit? cum hominem a ſe per peccatum aufugientem ipſe omni modo inſecutus ſit, & veluti iniecta manu apprehenderit, iuxta illud Pauli ad Hæbr. 2. nuſquam Angelos, ſed ſemen Abrahæ apprehendit: vel cur ad hominum redemptionem, humanam carnem ſuſcipere, potiùs quam ad perditorum ſpirituum ſalutem, Angelum fieri voluerit? cum non diſſimilis eiuſdem creaturæ lapſus: & ſi ad dignitatem aſpicias, ſimilis Dei, vtrique creaturæ ob quam ad benefaciendum ipſe alliceretur, inſculpta imago, imo vero dignior omnino atque ſplendidior Angelorum natura atque conditio ſit: aduerte quod Ioanus Monachus libro 9. de verbo Incarnato cap 4 liberam Angelis immediatè poſt peccatum ad ſalutis viam denuo ineundam, electionem relictam ſupponit, qua conſpicientes alios optimos Angelos pietate conſpicuos, in Dei obſequio remanſiſſe, potuerunt à lapſu reuocari, & conſortes illorum gloriæ fieri, attamen cum vterque parens per tranſgreſſionem præcepti cecidit, nullus remanſit in humana natura, cuius virtutem imitari poſſet: quo poſito ideo Dei filius ex ſententia citati prædicti grauiſſimi authoris, non Angelum prò Angelorum ſalute, ſed pro hominis bono, humanam naturam aſſumpſit, quia Angeli peccato infecti, indigni redemptione videbantur, cùm habentes exempla virtutum quæ imitari poſſent, & contemptui habuere, quod quidem homini è contrario euenit, cùm natura vndequaque corrupta ac vitiata remanſerit, vnde Diuinæ benignitati maximè fuit conſentaneũ, nouum illius 263

*ad Hæb. 2.* *Ioa. Monachus vetuſtiſſim. auctor l. 9. de verb. incarnato cap. 4.*

virtutis

virtutis exemplar, quod omni labe careret, imitandum proponere: ſed id accipe à Iouio hunc in modum differente, *Ad hæc vero cum nos lapſi ſimus, nullum reliquum fuit exemplar, quod eandem naturam integram retineret: at lapſis dæmonibus, innumerabiles nihilominus incorporeorum acies, inuariatè conſiſtunt, quæ & diuinæ ordinationis exemplum, & nunquam flexæ rectitudinis ſpecimen exhiberēt: quapropter qui omnia ſapiēter, & ſupra quam dici poteſt, prouidet, ac facit Deus noſter, Deique verbū, cum iam natura humana prolapſa eſſet, non hanc ſolum ex infinita ſua in homines amoris vi adſumit, ſed per eam quoque omnibus, qui eiuſdem naturæ eſſent correctionem, incorruptionem, & alia iſta innumerabilia dona largitur, cum dæmonis tamen genus adſumere, neque iuſtum, neque vtile eſſe iudicet.*

*Humilitatem nos docent creaturæ inſenſibiles.*

264 *Diuiſit lucem à tenebris*, D. Chryſoſt. legit diſtinxit, quid eſt diſtinxit? id eſt vnicuique locum proprium diſtribuit, congruumq; tēpus definiuit, & ſuam cuique regionem aſſignauit. ſed num locum ſibi definitum obſeruare potuerunt? nunne ſua tranſgredientur tēpora, cum huiuſmodi creaturæ non ſint vllius præcepti capaces? minime egredientur, ſuam naturā agnoſcentes: ſed quid ſignificat quod creaturæ inanimatæ, ita morigeræ, vt intra naturæ ſuæ limites cohæreant? ſane vt ex his inſenſibilibus humilitatem colere diſcamus, nihil ſupra nos arroganter exiſtimantes: ſic Chryſoſt. *ſane hoc vnum ingratis ſufficere deberet, vt credant & obediāt his quæ à diuina ſacra ſcriptura dicta ſunt, ita vt vel elemēta imitentur, quæ curſum ſuū perpetuò ſeruant; & menſuram ſuam non egrediuntur, ſed agnoſcunt propriam naturam.* D. Chryſ.

*Non eſt aliquid iudicandum malum, niſi præuio examine.*

265 *Diuiſit lucem à tenebris*, quid eſt diuiſit lucem à tenebris? Hugo à S. Victore videtur dicere diuidere lucem à tenebris eſſe idem ac iudicare tenebras nō eſſe lucem: ſed expēdamus illud verbum *vidit* quod antepoſuerat Moyſes; vidit Deus lucem, quid eſt vidit? id eſt examini ſubiecit: ſed quid neceſſe fuit dicere ipſum ad diuidendam lucem à tenebris vidiſſe; an indiget aliqua ſcientia? Reſpondeo hoc dictum eſſe, vt nos qui ſæpe fallimur, non eſſe aliquid malum, iudicemus, niſi maximo præuio examine, ſic idem auctor, *quare prius vidit? quia noluit prius diuidere vel iudicare quàm vidiſſet.* Hugo à S. Vict. in Gen.

*Vbi diuiſio, ibi tenebræ.*

*Diuiſit lucem à tenebris*, mirandum maxime quod non ſemel potuit nominari diuiſio, quin inibi tenebræ inuenirentur; nam verſu 18. huius cap. vbi eſt ſermo de ſtellis, dicitur, & diuiderent lucem ac tenebras, vnde quæſo quod vbi diuiſionem audimus, tenebris eam coniunctam inſpicimus? niſi quod vbi vnitas & concordia non eſt, ſed diuiſio & diſcordia, ibi claritas & lux nequit eſſe, ſed ſemper tenebræ & obſcuritas reperiuntur. 266

*Maxima diſtantia eſt inter pium & impium.*

*Diuiſit lucem à tenebris*, cum nulla ſit maior diſtantia quam habitus & priuationis; tenebræ autem ſint priuatio, lux autem ſe habeat per modum habitus, ſuperfluum videtur aſſerere quod Deus diuiſit lucem à tenebris, cum ex ſeipſis ſatis diuiſæ ſint: cur ergo ita aſſeruit Moyſes? ſcimus luce pios declarari, impios autem tenebris; dico igitur non ſuperflue dictum fuiſſe, quod Deus diuiſerit lucem à tenebris, quia Deus pios ab impiis maxime diſtare facit: ſic Theophridus Abbas ſermone de ſanctorum reliquiis, *diſtantia grandi diuiſit Deus lucem à tenebris, id eſt pios ab impiis.* 267

*Theophr. Abb. ſer. de ſanctorum reliquiis.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERSVS V.*

*Vlg.* Appellauit lucem diem, & tenebras noctem, factumque eſt veſpere & mane dies vnus.

*Cald.* Et fuit veſpere & mane dies vnus.

*Pag.* Et fuit veſpere & fuit mane.

Profeſſores linguæ Hebraicæ ſub Rege Chriſtianiſſimo Franciſco Primo in annotationibus in Geneſim legunt, & fuit veſpera & fuit mane diei vnius.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

MEo iudicio, idipſum ſunt fuit veſpere, quod factum eſt veſpere, quod factum eſt mane, genitiuum aut nominatiuum caſum patitur dictio Hebraica, יום אחד Ium Echad.

## EXPOSITIO PRIMÆ PARTIS VERSVS.

VOcauit, id eſt effecit vt poſtea ipſi homines vocarent lucem (quæ à lucendo vel purgando dicitur, quia tenebrarum & ſordium purgatiua eſt, vbi lux enim non accedit, locus ſquallidus & ſpurciſſimus remanet) diem; & tenebras noctem, id eſt tempus in quo ſol nobis occultatur receſſu ſuo, non vero ſolaris radiorum ſplendoris defectu, vt fit in eclypſi.

## CONCEPTVS IN HANC VERSVS PRIMAM PARTEM.

*Donum non continuat Deus eo fine vt magis æſtimetur.*

268 A*ppellauitque lucem diē & tenebras noctē*, cur datam hominibus perfectiſſimam lucem noctre interrupit? nonne excellentius donum fuiſſet ſi continuum, ita vt lux numquam radios ſuos intermitteret? ideo hoc donum cum interruptione dedit, vt in maiori haberetur pretio, nec ita vileſceret: hoc aliquo modo expreſſiſſe videtur D. Auguſt. D. Aug.

ſerm. 5. de verbis domini, ait enim, *diu deſiderata dulcius obtinentur, cito autem data vileſcunt*, immuta verba, & dicas data continuò & ſine interruptione vileſcunt; quæ enim præ manibus ſemper habentur nullius pretij, videntur.

*Cùm quis in maiori honore conſtitutus, peccat, eo minus venia dignus.*

269. *Appellauit lucem diem & tenebras noctem*, diximus, per has tenebras vocatas noctē, intelligi Angelos malos, obſtinatos in ſuo peccato. cũ Deus ſit ſumme miſericors, cur peccatum eorum inſanabile reliquit, permittens obſtinationem eorum? homi nis tamen vulnus ſanauit? certum eſt maiori honore & digniori natura Angelum præditum quàm hominem, ideo peccatum eorũ inſanabile, quia quanto quis in maiori honore cõſtitutus ex malitia peccat, tanto indignior eſt venia: ſic Albinus, *Quanto ſublimior Angelus, tanto maior in ruina, homo vero quanto fragilior in natura, tanto facilior ad veniam.* *Albinus in Geneſ.*

*Deus etiam priuationum naturalium eſt author.*

270. *Appellauit lucem diem, & tenebras noctem*, cur Deus per ſe nomen indidit tenebris? nonne ſufficiebat nomen eis Moyſem impoſuiſſe? nota priuationes eſſe non entia, vt tenebras: per ſeipſum tenebris nomen Deus impoſuit, vt ſignificaret etiam ſe priuationum naturalium eſſe authorem, ita Caietanus, *Scripſit hæc Moyſes, vt manifeſtaret quod Deus eſt author non ſolum rerum naturalium; ſed etiam artificialium: qualia ſunt nomina, & quæ Deus ſingularia ſenſibilia, & priuationes (de quarum numero eſt obſcuritas) intime & nominatim nouit vt potè propria illis vocans nomina.*

*Diabolus nunquam pœnitebit.*

270. *Appellauit lucem diem & tenebras noctem*, quid eſt ſi conceptum præcedentem ſequamur, Deum appellaſſe tenebras noctem? nonne tenebras ex mente D. Auguſt. & Ruperti diximus eſſe dæmones? cur ergo eas tenebras noctem appellat? certum eſt quod non dicitur Deus appellaſſe tenebras noctem, vel quod Græce vel Latine, vel Hebraice fuerit loquutus, quippe qui nec linguam nec labia quę moueret, habuit. ſed quia ſententiam cuique parti firmam poſuit, quæ vlterius mutari non poteſt; Reſpõdet ergo Rupertus tenebras appellatas noctem, vt ſignificaret incommutabilem dæmonum condemnationem, & numquam ad pœnitentiam redituros: ſic enim ait, *Noctis appellatio, firma & ſtabilis eſt, ex ore eiuſdem incommutabilis Dei ſemel prolata, tenebrarum damnatio; vt quia venit illis per ſuperbiam, & de loco ſuo moti ſua ſponte ceciderant, & iniquitatem operati ſunt: iam ſemel expulſi non poſſunt ſtare incommutabiles apoſtatæ.* *Rup. lib. 1. in Gen. cap. 19.*

*Nunc Angeli peccare non poſſunt.*

*Appellauit lucem diem & tenebras noctem*, quid ſignificat lucem appellaſſe diem: certum eſt illam appellationem, non eſſe aliquo idiomate dictam, ſed illius ſententiam quam cuique parti firmam poſuit, quæ vlteriùs non mutaretur: quid eſt ergo Angelos poſt ſeparationem a tenebris, nempe à dæmonibus, ſortitos fuiſſe appellationem diei. Reſpondet idem auctor cap 19 per hanc diei appellationem ſtabiles eſſe in fœlicitate, ita vt nullo modo poſſent in aliquod peccatum incidere: ſic nempe ait, *hæc appellatio diei ſtabilimentum eſt fœlicitatis, firmamentum gratiæ & honoris, vt amplius lux illa quæ hoc nomen de Dei ore accepit, dieſque vocari meruit, iam non poſſit in tenebras conuerti, iam non valeat amoueri à fonte luminis æterni, tunc apoſtatantibus ſpiritibus lucifugis, in luce ſtare maluit; & idcirco iam in æternum lux decoris & pulchritudinis huius prouecta eſt eo, vt perfecta ſit ad ſimilitudinem patris luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.* 272. *Rupert. cit.*

## EXPOSITIO PARTICVLÆ ALTERIVS EIVSDEM VERS.

273. F*Actumque eſt veſpere & mane dies vnus*, luce (vt diximus) formata factum eſt veſpere ex occaſu illius, quia veſpera finem diei artificialis dicit, eâdem deinde ſub alio hemiſpherio migrãte & quaſi ad ortum progrediente, factum eſt mane, & ſic ex veſpere & mane factus eſt vnus dies naturalis 24. horarum: & hac expoſitione difficultas ſoluitur, quare non appoſitum eſt prius mane quam veſpere? quia mane dicit finem noctis præcedentis & initium diei ſequentis; quia igitur nox prima, diem non præceſſit, nox enim dicit priuationem lucis diurnæ conſtituentis diem, & ante lucem illam primam non fuit illius priuatio, hac igitur de cauſa prius mane non conſtituitur quam veſpere.

*Dies vnus*, vnus accipitur pro primo, aliàs quilibet etiam ſequentium vnus poſſet nuncupari; ſed maxima difficultas eſt, an hic primus dies ſicut & alij ſubſequentes ſint naturales, ſeu materiales, an ſpirituales ſeu intelligibiles fuerint? qui dies (inquit D. Auguſtin. libro 11 de ciuitate Dei cap. 6.) cuiuſmodi ſunt, aut perdifficile nobis aut etiam impoſſibile eſt cogitare, quanto magis dicere: nihilominus in eam inclinat ſententiam quæ affirmat opera illis diebus producta non per ſucceſſionem temporis & durationis, ſed ſimul facta; ac ideo coactus eſt dies *Aug. li. 11. de Ciui. Dei, cap. 6.* aliter interpretari & in mentibus ſanctorum Angelorum collocare: & conſequenter illos diſtinguere ſecundum quendã ordinem dignitatis rerum, quæ in ipſis factæ narrantur, non ſecundum ordinem prioris & poſterioris in duratione: ait igitur Moyſem per ſex creationis dies, intelligere varias Angelorum cognitiones, earumque modos & obiecta: exempli gratiâ, primus dies ſit cognitio qua tam ſe quam cœlum & terram cognoſcunt Angeli; ſecundus ſit cognitio qua cognoſcunt firmamentum diuidens aquas ab aquis, &c. Et vt explicet diem mane & veſpere conſtare, duplicem apponit in Angelis cognitionem, matutinam nempe & veſpertinam, matutinam qua res in ipſo verbo vel eſſentia Dei, veſpertinam qua eaſdem in proprio genere cognoſcunt, vnde fit quod ex cognitione matutina & veſpertina vnus dies intelligeretur compoſitus: addit autem ſenariam repetitionem diei eiuſdem propter perfectionem ſenarij numeri factam eſſe, vt perfectio operum Dei per ſenarij numeri perfectionem ſignificaretur.

Hanc ſententiam non perſuadet directè Auguſt. aliter quàm explicando illam, & ſupponendo eſſe poſſibilem, & ex difficultatibus, quæ reperiuntur in operibus ſingulorum dierum communiter (ſi de

naturalibus diebus intelligantur) tacite concluden- A
do hanc ſpiritualem intelligentiam eſſe aliis præfe-
rendam.

Fundamenta huius ſententiæ eneruantur nullo
negotio; nam cum aſſumit hunc locum cap. 2. Ge-
neſis, *Iſta ſunt generationes cæli & terra, quando*
*creata ſunt in die quo fecit Dominus cælũ & terram,*
*& omne virgultum agri*, vbi cõprehendere videtur
Moyſes non ſolum cælum & terrã vno die cõdidiſ-
ſe, ſed etiam plantas, arbores, quarum tamen pro-
ductionem alio diſtincto die à cæli & terræ creatio-
ne dicimus eſſe factam, facilis eſt ſolutio, dicendo
virgulta non eſſe facta in illo die in ſe & in actu,
ſed in potentia terræ, cæli, & aliorum elemẽtorum, B
quomodo omnia facta ſunt in primo inſtanti crea-
tionis: quæ ſolutio fundatur in ipſis verbis ſubſe-
quẽtibus Moyſis, cum addidit, & omne virgultum,
antequam oriretur in terra: non enim poterat ger-
men aut herba actu & in ſe fieri, antequam eſſet, vt
ergo denotetur in illa die ſolum in potentia eſſe fa-
ctum germen, additur antequam orietur: quæ fuit
expoſitio ipſiuſmet Aug. lib 5. de Gen ad lit. cap. 4.
*Aug. li. 5. Geneſ. ad litt. c. 5.* hæc tamen ſolutio nulla eſt, quia non proprie dici-
tur fieri & creari in ſua ſpecie, quando ſolum in po-
tentia eſt, communiter igitur dicitur in illa recapi-
tulatione capitis ſecundi, particulam *in die* qua
creauit Deus, non deſignare certum vnum diem, C
ſed indefinite ſumi pro quocunque die, in quo ali-
quid ex illis operibus factum ſit, ſiue ille dies fuerit
idem, ſiue vnus, vel plures.

Secundum fundamentum deſumptum ex 18.
Eccleſ, non eſt vrgentius, ſcilicet *qui viuit in æter-* *Eccleſ. 18.*
*num creauit omnia ſimul*. Si igitur omnia ſimul crea-
uit, non ſucceſſiue, certe per ſex dies; ſed quis non
videt vocem illam referendam eſſe non ad *creauit*,
ſed ad *omnia*? quaſi diceret, creauit Deus omnia ſi-
mul, id eſt omnia pariter, nullo excepto, vnde in
Græco eſt κοινῆ quod pariter vel cõmuniter ſigni-
ficat: *ſimul* igitur hic non deſignat identitatem tem-
poris ſed vniuerſa ſine exceptione comprehendit.

Dicendum eſt igitur hunc primum diem ſicut &
alios fuiſſe naturales & materiales, qui per ſpatium
& durationem vnius primi mobilis fiunt: quia lux
(verbi gratia) facta primo die, de corporali ſeu ſen-
B ſibili luce intelligenda eſt, ſicut è contrario tenebræ
quæ erant ſuper faciem abyſſi, etiam erant ſenſibi-
les per carentiam ſenſibilis lucis, quia oppoſitorum
eadem eſt ratio: hoc ergo ſuppoſito facilis eſt ratio,
nam primus dies ortus eſt ex luce quam Deus in
eodem primo die creauit, & ea diuiſione facta inter
lucem illam & tenebras, id eſt, inter diem quem il-
la lux conficit, & noctem quæ ex abſentia illius ſe-
quitur; ergo dies primus fuit verus dies naturalis, ex
ſucceſſione lucis & tenebrarum conſurgens: ergo
eiuſdem rationis fuerũt ſequentes dies. Hæc poſte-
rior illatio ex paritate, & ex modo loquendi appa-
ret; prior enim clariſſima eſt, quia diem naturalem
C appellamus illũ quem ſenſibilis lux motu ſuo per-
agit, vt ex eodem patet, vbi in quarto die dicitur fe-
ciſſe Deus luminare maius vt præeſſet diei: vbi euí-
denter ſignificatur ſenſibilis dies, vtramque tamen
ſententiam animi conceptibus enucleabimus.

## CONCEPTVS IN HANC SECVNDAM PARTEM VERS.

### *Ieſus Chriſtus vera dies.*

274. F*Actumque eſt veſpere & mane dies vnus*, ſi hic
dies fuit primus cur poſuit vnum, non autem
primum? quod autem debuiſſet ponere primum pa- D
tet, quia ſequens ad hunc vnum, dicitur ſecundus,
ſecundus autem dicitur in ordine ad primum: nota
quod Chriſtus Dominus in quantum verbum dici-
tur dies, Angelus autem ſimiliter; optime ergo dies
in quo Angelica natura eſt formata, non dicitur pri-
mus ſed vnus, quia alios dies præceſſit ab æterno,
nempe Chriſtus Dominus in quantum verbum à
patre genitũ: ita Rupertus in lib 1. c 20. *Numquid*
*iſte Angelicæ claritatis dies, quamuis pulcher dies*
*Rup. 1. in Gen. c. 20.* *vnus & dies primus? minime, abſit hoc, nã longe mi-*
*nus eſt illo die sãctificato & benedicto, in quo requie-*
*ſcit Deus, de quo in hoc libro poſt cæteros dies ita ſcri-*
*bitur: iſtæ generationes cæli & terræ, quando creatæ*
*ſunt in die quo creauit Deus cælum & terram, &*
*omne virgultũ agri, antequam oriretur in terra, om-*
*nemque herbam virentem priuſquam germinaret;*
*quem enim putas hunc eſſe diem in quo creatum eſt*
*omne virgultum, & omnis herba, priuſquam oriretur*
*vel germinaret in terra? quem inquam vel quid putas*
*eſſe hunc diem: niſi verbum illud, in quo omne quod*
*factum eſt, vita erat priuſquam fieret? bene ergo di-*
*ctus eſt hic non primus, ſed vnus dies, quia videlicet*
*ille alius primus dies, imo & dies dierũ eſt*, ſed ſi Chri-
ſtus Dominus verbum dicitur primus dies, cur ergo F
non dicitur ſecundus, in quo creata natura Angeli-
ca? præclare idem Rupertus ait, *videlicet quia dies il-*
*le non de ordine, nec de natura cæterorũ dierum, ſed*
*dierum originalis cauſa eſt; eorumque qui ex diebus*
*cæteris creatorem cognoſcentes glorificant, & gratias*
*agunt, eorum inquam perpetua merces eſt, vt requie-*
*ſcant in eo poſt laborem dierum iſtorum reſpirantes,*
*& ideo recte cæteris diebus in ordine non ſuppoſitus*
*ſed ſuperpoſitus eſt.*

D

### *Nihil fit à Deo fortuitum.*

*Factum eſt veſpere & mane dies vnus*, cum pri-
mus dies nominatur in ordine ad ſecundum, & ſic 275.
de aliis: an inops erat omnipotens manus Dei, &
infinita ſapientia, vt non poſſit vno die producere
omnia? producat igitur, ne tot dies conſumantur in
opere creationis. Ideo ſucceſſiue & non ſimul, non
vno die, ſed pluribus omnia condidit, non ex de-
fectu omnipotentiæ, ſed vt ordinem in creatione
agnoſceremus: ſicque non fortuito omnia facta exi-
ſtimaremus: ſic D. Chryſ. *idcirco non ſimul, ſed ſuc-* *Chryſ. hic.*
*ceſſiuè & per partes condidit, & doctrinam nobis* *Euch. in*
E *manifeſtã de rebus conditis per linguam beati huius* *Gen.*
*propheta tradidit, vt hæc diſcentes non accedamus*
*eorum ſententia, qui humanis rationibus mouentur;*
*enimvero non deſunt qui fortuito res omnes factas*
*eſſe aſſerant, quamuis hæc ita ſint facta.*

### *Ita ſunt perfecte vniti boni Angeli, vt omnes vnus dici poſſint.*

*Factumque eſt veſpere & mane dies vnus*, cur
non primus nominatur cum detur ſecundus? ſe- 276.
F cundus autem ad primum refertur, ne igitur no-
minetur vnus, D. Eucher. ait, *dies vnus iſta prior*
*factus propter concordiam reſiduorum Angelorum:*
*ſic appellatus, quorum propter vnitatem inſinuan-*
*dam non dies primus, ſed vnus*: collige ergo quod
ita ſunt perfectè vniti boni Angeli, vt omnes vnus
cenſeantur.

*Ab initio miſera hominis figuratur vita.*

*Factum eſt veſpere & mane dies vnus* : quidnã eſt
177 hoc, vt primus in orbe dies à veſpere non à mane in-
choetur, non ab ortu ſolis ſed ab occaſu decurrat?
nonne conuenientius fuiſſet dicere factum eſt ma-
ne & veſpere dies vnus? nam videtur quod prius
noctem quam diem ſignificare voluerit: ſed hoc nõ
eſt verum. nam præmiſit diem, diem vocauit Deus
*Pſal. 19.* lucem, & tenebras noctem: cur igitur voluit Deus
primum diem a veſpere non a mane inchoari? non-
ne ad veſperum fletus? ait Pſalmiſta, forte ea ratione
ſignificare rerum conditor voluit miſeriam morta-
lium, quibus ad ſedem & habitaculum conſtrueba-
B tur orbis, & vitæ conditionem, vt non niſi à veſpe-
*Hie. in c. 6.* re, ab occaſu & triſtitia, principium eſſent habituri,
*Ezech.* quippe a lachrymis vitam exordimur, *& primo oris*
*Aug 21.* *vagitu*, vt ait D Hieron in 6. Ezech. *laborioſa vitæ*
*de Ciuit.* *teſtamur exordia*, quod etiã leges apud D Aug. 21.
*Dei, c. 24.* de ciuit. Dei c. 24. & Bernard. ſer. 4. hebdo. pœnoſæ.

*Prius vitæ noſtræ apparet finis,*
*quam principium.*

278 *Factum eſt veſpere & mane dies vnus*, cur in primi
diei prçpoſitione veſpere prius meminit quam ma-
ne? nonne mane antecedit veſpere, cur ergo illud
C non præpoſuit? nonne veſpere ſignificat finem? dies
*Iob. 7.* nonne vita? *dies mei tranſierunt*, ait Iob, mane verò
principium demonſtrat? dico ergo prius veſpere
diei quam mane declaraſſe, vt fugacitatem vitæ no-
ſtræ oſtendat, cum illius finem videamus antea ha-
bere, quam eius initium: ſic fatur D. Baſil. *vt igitur*
*Baſilius* *primas diei Moyſes partes reddat, finem diei primæ*
*catena* *memorat*, quid ergo ſapiens vitam diligat, cuius fi-
*lipp.* nis prius apparet quam facies & principium.

*Tentatio iuſtitiam ſequitur, ſed*
D *non extinguit.*

279 *Factum eſt veſpere*, cur nõ dicitur & facta eſt nox?
vt myſticè exponamus: per lucem iuſtitiam & vir-
tutes alias intellige, ad quas ſequitur tentatio ſicut
vmbra: nota etiam cum nox eſt, lux non eſt, veſpere
autem luceſcit: dicamus ergo ideo poſt lucem, non
dixiſſe factam noctem, ſed veſperam, quia tentatio
virtutes electorum non extinguit, ſed ſequitur: ab-
ſcondit, ſed non deſtruit. ita D Greg. Magn. lib. 8. in
Iob. c. 6 *hoc Moyſes ſpiritualiter innuit, cũ facta cor-*
*Greg.* *poraliter temporũ momenta narrauit dicens: facta eſt*
*Mag. li.* *lux, atque paulo poſt ſubiiciens factum eſt veſpere:*
*8 in Iob.* *creator omnium quippe humanæ culpa præſcius: tunc*
*cap. 1.* *expreßit in tempore quod nunc verſatur in mente,*
E *lux quippe ad veſperam ducitur, quia nempe lumen*
*rectitudinis vmbra ſequitur tentationis, ſed quia*
*electorum lux tentatione non extinguitur, nequa-*
*quam nox, ſed veſpere facta perhibetur, quia tenta-*
*tio ſæpe in corde electorum lumen iuſtitiæ abſcondit,*
*ſed non interimit, & quaſi ad pallorem trepidatio-*
*nis pertrahit, ſed funditus non extinguit.*

*Semper inuigilare debemus maiori perfectio-*
*ni, quaſi ſemper imperfecti eſſemus.*

280 *Factum eſt veſpere & mane dies vnus*, cur matuti-
F num tempus non appoſuit prius, cum veſpertinum
*Steph.* antecedat? deberet ergo dicere factum eſt mane. &
*Cantua.* veſpere dies vnus: Stephanus Cantua. apud Gotfre-
*in allego.* dum in allego. Bibliæ ait, *bene poſt veſperũ ſequitur*
*riis Til-* *mane, quia veſpere ſignificat perfectionẽ operis, mane*
*mani.* *autẽ inchoationem*, quid inde elicis? Colligo quod

A qui attigerit perfectionem ad mane redeat, nempè
ad inchoationem virtutis, quaſi nihil operatus fuiſ-
ſet, vt ſic maximam aſſequatur perfectionem: vn- *Leo Pap.*
de D. Leo Pap ſer. de ieiun. *quantumlibet quiſque* *ſer. de ie-*
*iuſtificatus ſit, habet tamendum in hac vita eſt, quo* *iun.*
*probatior, & perfectior eſſe poßit.*

*Ita otium abhorret Deus, vt nunquam*
*ceſſet ab operatione.*

*Factumque eſt veſpere & mane*, de operatione 281
primi diei inquirendum reſtat, ſi Deus lucem ſecun-
dum plures in primo exortu eiuſdem diei, id eſt pri-
B mæ creauit, cum nihil aliud eâdem die feciſſe lega-
tur quam lucem, vtrumne vſque ad ortum ſequen-
tis diei quando firmamentum fecit, ceſſauit ab ope-
re? ceſſaſſe ab opere non eſt dicendus, cum ſolum
die ſeptima ab omni opere requieuiſſe reſtetur: ſic
Hugo a S Vict. lib. 1. de Sacram. c. 16. *Dicimus Deum* *Hugo à S.*
*in illis ſex diebus operationem ſuam ita continua* *Vict. l. 1.*
*perſeuerantia produxiſſe, vt nullo temporis inter-* *de Sacra.*
*uallo ab operatione deſierit: quia prima die lucem in* *c. 16.*
*exortu ipſius diei fecit. deinde vt curſu ſuo diem no-*
*ctemque diſtingueret, primum de oriente ad occaſum,*
*& rurſum de occidente ad ortum direxit, nec ſolum-*
*modo eius opus fuiſſe quod lux exorta eſt, ſed quod*
*directe ipſo gubernante curſum expleuit*: vides quo-
C modo Deus nullo modo otio indulget.

*Dies reſurrectionis generalis vnus dicitur,*
*ſine ordine ad alium.*

*Factum eſt veſpere & mane dies vnus*, eadem dif- 282
ficultas quæ iam repetita denuo proponitur, cur
Moyſes diem quo lux facta eſt, appellauit vnum &
non primum? cum tamen primum dici & ratio poſ-
ceret, & conſequentia narrationis: nam comme-
morans ſex reliquos dies, appellauit diem ſecun-
D dum, tertium, quartum, & ſic deinceps vſque ad
ſeptimum. Nota quod dies in quo formatus fuit or-
bis, poſtea erat nominandus dominicus, & in eo
efficienda, quæ à fidelibus expectatur, reſurrectio
mortuorum, futuraque conſummatæ fœlicitatis
noſtræ adeptio, in quo vnus erit perpetuus dies ſine
noctis viciſſitudine: dic igitur diem illum non pri-
mum, ſed vnum, quia cum eſſet figura diei reſur-
rectionis, vnus debet nuncupari ſine ordine ad ſe- *Baſil.*
cundum. ſic D. Baſil. *vnum appellauit diem, qui* *hom. 2. in*
*dierum primitiæ, ipſum inquam ſanctum dominicum* *hexa.*
*diem, quem reſurrectio domini præcipuo honore af-*
*fecit.*

*Dies perennis æternæ beatitudinis præ-*
E *ſignatur.*

*Et factum eſt veſpere & mane dies vnus*, cum 286
principium numeri aliorum ſex ſubſequentium
fuerit, primi appellationem ſortiri deberet. D. Ba-
ſil. ho 2. in hex. exiſtimat hoc die æternam fœli-
licitatem denotari, merito igitur non primum, ſed
vnum dicit, quia dies perennis æternæ beatitudinis
alium ſubſequentem non deſignat: confirmat Hu-
go Etherianus lib. de regreſſu animarum ab infe-
ris *futuri ſaeculi dies illa imago eſt, vnde à Moyſe* *Hugo*
F *non prima, ſed vna nominatur: & factum eſt (in-* *Ethe. l.*
*quit) veſpere & mane dies vnus, quaſi per circuitum* *de regreſ-*
*reducta frequenter eadem vna ſit, & octaua, quæ* *ſu anima-*
*nullam habebat varietatem, nil decliue poſt huius* *rum ab in-*
*temporis decurſum.* *feris.*

*Iuſti caſus in peccatum, ſi fiat reſurrectio per pœnitentiam, non ei imputatur.*

184. *Et factum eſt veſpere & mane dies vnus*, Stephanus Cantuarienſis, ait factum eſt veſpere & mane: quando iuſtus errat & cadit eſt veſper gratiæ, quando reſurgit, mane: eleganter hoc dictũ, nam quando iuſtus in aliquod delictum labitur, veſper ibi fit gratiæ, quoniam ſol ſiue lux Chriſtus, ſeu gratia obſcuratur, quando vero per pœnitentiam reſurgit; fit mane, quoniam Chriſtus & gratia illi luceſcit: ſed quid eſt quæſo, quod dixit factum eſt veſpere & mane, nec vllam noctis facit mentionem? nonne in die naturali nox reperitur? & ſi per veſperum & mane, caſum iuſti & reſurrectionem illius per pœnitentiam intelligimus, nonne etiam peccati nox interceſſit? cur ergo nox illa ſiletur? quia ſi iuſtus cadit & reſurgit, Deus veſper illud & mane vnum diem reputat, nec interiectam noctem mortiferi ſceleris quando in lethali iacuit delicto computat: quoniam quacunque hora ingemuerit peccator, iniquitatum eius amplius non recordabitur: & quamuis nox ſit aliquando prolixior, adeò vt ſæpè totum vitæ tempus viris impendatur, mitiſſimus tamen Dominus & miſericors, ſi ſubſecuta fuerit pœnitentia, ita obliuioni tradit, quaſi nulla nox interfuerit inter veſpertam lapſus & mane reſipiſcentiæ: ſic præfatus auctor, *non fit mentio de nocte, quia ſi fueris iuſtus & cadas & reſurgas, & Deus ex veſpere & mane vnum diem reputat, non noctem mortalis peccati computat, iuxta promiſſionem ſuam, quacunque hora ingemuerit peccator &c.*

*Ezec. cap. 18.*

*Citatus Stephanus.*

*Incarnatio verbi diuini protracta eſt, vt fides noſtra maiorem nanciſceretur ſoliditatem.*

185. *Factum eſt veſpere & mane*, Beda in Geneſ ait veſpera, peccatum rationalis creaturæ, mane renouationis illius figuratur: vnde fit quod Moyſes prius veſpere dicitur quam mane, quia hæc ex neceſſitate conſequuntur, vt primum præcedat caſus & tenebræ, & poſt ſubſequatur reparatio ſeu lux: ſed quorſum tandem veſpere protractum eſt ante reparationem. lego D. Auguſt epiſt. 49 quæſtionem hanc ſoluentem aſſerere Deum hominis reparationem protraxiſſe, quam ipſe ſua ſapientia nouit. & quod nobis eſt imperſcrutabile: non ignoro Theodoretum lib. 6. de curatione Græcarum affectionum dicere, vt quæ per Chriſtum efficienda erant figuris. & vaticiniis, præmonſtrari poſſent, addo tamen reparationem humani generis poſt labem delicti, mox factam, non fuiſſe, vt fides noſtra maiorem nanciſceretur ſoliditatem: quod agnouit Caiet. comment in 3. part. D. Tho. quæſt. 1. art 5 *ſi ſtatim fuiſſet incarnatus, inquit, fictio putaretur antiquorum, nunc autem ex quo Chriſti incarnationem tot non ſolum verba, ſed ſcriptura prophetarum præceſſerunt, tanta expectatio tot ſæculorum fuit de Meſſia, mens noſtra in fide ſolidatur: quam fidei ſecuritatem tetigit Apoſtolus bis de Chriſto replicans ſecundum ſcripturas: & propterea Eccleſia in ſymbolo poſt articulum reſurrectionis Chriſti, appoſuit ſecundum ſcripturas, quod refertur ad omnes præcedentes de incarnatione articulos; ita quod ſenſus eſt qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, incarnatus, &c. ſecundum ſcripturas, ne videantur incarnationis myſteria omnem humanam capacitatem excedentia, nouiter conficta.*

*Aug ep. 49. quæſt. 2. Theod. lib. 6. de curatione Græcarũ affectionum.*

*Caie. com. in 3 partem D. Thom. q. 1. art. 5.*



*Cum ſtudes actioni, cito ad contemplationem reuertere, ne nox peccati tibi ſuccedat.*

*Factum eſt veſpere, & mane dies vnus*, cur obſeruat Moyſes quod poſt veſperum ſequitur mane, cum inter vtrumque nox intercedat? obſerua mane figurã ſpeculationis, veſperum actionis, vnde quando intellectus contemplatur & meditatur, fit in ipſo homine mane: quia ſpeculatio illuſtrat animam: cum vero ad actionem proficiſcitur, fit veſpere, non enim tanta luce mentem hominis illuſtrat actio quam meditatio: oportet igitur a veſpertino ad matutinum tempus fit progreſſus, quia cum actioni externæ vacaueris, cito ad contemplationem redeundum; aliàs nox peccati ſubſequetur: hoc docuit Radulphus in alleg. Tilm. dicens, *mane fit anima, quoties per contemplationis & meditationis ſtudium æterno lumini ſe ingerit, veſperam autem patitur, mox vt ad tenebras exteriores actionis, elabitur, quæ tamen ne in noctem tenebroſam deſcendat, opus eſt vt lumen amiſſum citius repetat & ſtudiis ſpiritualibus ſe reſtituat; vnde Moyſes poſt veſperam ſtatim factam mane ſubiungit, dicens factum eſt veſpere & mane dies vnus, quod per omnes ſex dies repetitur: neceſſe eſt enim vt per omnes ſex mundi huius ætates, humana anima has viciſſitudines patiatur, donec ſeptima illucefcente, nulla amplius veſpera ſubſequatur.* 386.

*Radulp. in alleg. Tilm.*

*Aduerſitatem ſequitur proſperitas, fœlicitatem calamitas.*

*Factum eſt veſpere & mane dies vnus*, diem noſtram vitam denotari non eſt dubium; ſed cur annotat Moyſes diem confici veſpertino & matutino tempore? quis enim ita ſtupidus qui id non experiatur? aduerte mane proſperitatem; veſpere autem aduerſitatem comparari, nam ſicut mane quia ſol præeſt, fulgent & rutilant omnia, & veſpertino tempore ſole deficiente omnia palleſcunt: ſic proſperitatem fulgor comitatur, aduerſitatem pallor obſcuritatis: bene igitur ait Moyſes veſpere & mane diem conficere, mortalium enim vitam variis viciſſitudinibus proſperitas & calamitas ſubſequuntur: ſic obſeruat Hamerus in Geneſ. *Non ineleganter, inquit, ex iis ſcriptura veſpere & mane dies vnus Gregorius adagium exſculpſit, vt veſperam & mane referas ad infœlicia atque proſpera mortalis huius vitæ: hæc enim diu inuicem connexa, & ſibi perpetua coherentia ſunt; vt læta triſtibus, infœlicibus proſpera ſuccedere ſoleant, & fœlicium atque infœlicium mixtura ſemper quædam ſit.* 187.

*Hamerus in Geneſ.*

*Charitate omnes æquantur.*

*Factum eſt veſpere & mane dies vnus*, quomodo ea quæ ita differunt, vt veſpertinum & tempus matutinum, in vnum coaleſcunt? mane enim ex acceſſu lucis, veſpere autem fit ex illius receſſu; per veſpertinum tempus, illiterati, quia luce cognitionis deſtituti, intelliguntur, ſicut è contrario per mane, docti literis inſignes: quid mirum igitur in vnum diem coaleſcere matutinum & tempus veſpertinum, quia charitate (quæ luce figuratur) omnes cuiuſcunque conditionis adæquantur: *dies naturalis* (inquit Cæſarius Hiſterbacenſis Monach. Ciſter.) *lucem habet & tenebras, vnde factum eſt veſpere & mane dies vnus. per charitatem enim clerus & populus, idiota & literatus, peccator & iuſtus æquantur: hinc per Pſalmiſtam dicitur, & nox ſicut dies illuminabitur, ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius.* 288.

*Cæſarius Hiſterbac Monach. Ciſter. hom. 2. in ſecundam Dominicam Aduent.*

*Pſal. 137.*

*Scientia noſtra in comparatione diuinæ, eſt veſpera.*

289. *Factum eſt veſpere & mane dies vnus*, in expoſitiode ſententiæ Diui Auguſtini ſex dies ſpiritualiter intelligentis, per veſpere intelligitur ſcientia noſtra, id eſt, obiectorum in ſe, per mane, ſcientia rerum in verbo vel ipſius ſcientia creatoris, dubium eſt, ſcientia creata, verbigratiâ Angelorum dicitur veſpera, ſed non ſic nuncupari deberet, cum cognitio huiuſmodi ſit euidens & clariſſima: & ideo mane nuncupari deberet: ſatisfacit tamen tibi Diuus Auguſtinus 11. de Dei ciuitate c. 7. *Quoniam ſcientia creaturæ, in comparatione ſcientiæ creatoris quodammodo veſpereſcit, itemque luceſcit & mane fit cùm & ipſa refertur ad laudem dilectionemque creatoris, ſcientia igitur noſtra & Angelorum, reſpectu diuina obſcurata, eſt declarata per veſperam.* B

*Aug. 11. de Dei ciuis cap. 7*

*Eodem die quo creauit Deus mundum, eundem reparauit.*

290. *Factum eſt veſpere & mane dies vnus*, diximus hunc diem vnum dominicum fuiſſe, qui etiam & reſurrectionis Chriſti ſaluatoris, in quo quaſi compleuit reparationem noſtram: cur eodem die quo condidit orbem Deus, eodem reſurgere voluit? ſatis facit D. Gaudentius Brixienſis Epiſcopus tractatu primo in Exod. dicens, *Die Domin ca quæ dicitur in ſcripturis prima Sabbathi, in qua ſumpſerat mundus exordium, reſurrexit, vt qui prima die creauit cœlum & terram, prima etiam die omnem reparet hominem, propter quem fecerat mundum.* A

*Gaudent. Brixienſis tract. 2. Exod.*

*Fides prima inter alias virtutes.*

*Factum eſt veſpere & mane dies vnus*, auctores grauiſſimi dies creationis vel beatitudinis vel donis ſpiritus ſancti accommodauere. Sed D. Ailredus in alleg. Tilm. eos cum virtutibus confert, & diem primum cum fide: ait enim, *Si nobis fides quaſi primus dies, quo fideles ab infidelibus quaſi lux à tenebris ſeparamur*: ſed cur fidem primo diei accommodat? nam huic minime conuenire videtur; fides enim noſtra obſcurata eſt, teſte Apoſtolo dicente eſſe argumentum non apparentium; lux autem quæ primo die formatur, lucidiſſima eſt. meritò tamen diei primo fidem adaptat, quia ſicut primus inter alios dies primas obtinet, ſic virtus fidei prior eſt alijs virtutibus Theologis. 291.

*Ailred. citat. à Tilm. in allegoris ſuper Geneſ.*

*VARIETAS VERSIONVM VERS. VI.*

V*lg.* Dixit quoque Deus, fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis.

*Septuag.* Fiat firmamentū in medio aquę, & ſit diſcernens inter aquam, & factum eſt ita.

*Arias*, Sit expanſio in medio aquarum, & ſit diuidens inter aquas.

*Procopius*, Faciat diſtinctionem inter aquas, & aquas.

*Caiet.* Sit extenſio inter aquas.

*Vatab.* Sit extenſio vel diffuſio.

*Orig* Quod diuidet inter aquas & aquas.

*CONCORDIA VERSIONVM.*

RAkia רקיע, tam firmamentum quàm extenſionem ſiue expanſionem ſignificat, etenim verbum רקיע extendere, ſeu expandere, & ſtabilire ſeu firmare denotat.

## EXPOSITIO VERSVS VI.

*DIXITQVE DEVS FIAT FIRMAMENTVM IN MEDIO AQVARVM.*

HOc firmamentum quod iubet Deus fieri, exiſtimo eſſe aërem, non quoad ſubſtantiam, quia iam productus erat, ſed quoad munus & ſtatum firmamenti: non quoad omnem regionem, ſed ſolum aliquam: ratio eſt quia firmamentum diuidens aquas ab aquis, occupare debet totum ſpatium inter aquas ſuperiores & inferiores interiectum, ita vt ſicut ex parte ſuperiore, cœleſtes aquas proxime contingit & continet, ita inferiores aquas terreſtres ſub ſe immediate contineat & attingat: nam firmamentum eſt terminus vtriuſque aquæ, de ratione autem termini eſt vt immediate attingat ea quæ terminat & diuidit: neceſſe eſt igitur vt ſaltem ex inferiori parte aër ad firmamentum pertineat; vnde vlterius, cùm ſuperiores aquæ infra cœlos ignem & tertiam aëris regionem ſint, rectè concluditur ſolum aërem eſſe firmamentum diuidens aquas ab aquis. E F

Quæ autem pars aëris ſit firmamentum, quamuis probabile ſit eſſe mediam, probabilius tenetur eſſe infimam: media enim regio (nam de ſuprema non poteſt eſſe ſermo, quia nullas aquas, vel in ſe vel ſupra ſe continet) non videtur diuidere aquas ab aquis, quia aër ſecundæ regionis potius eſt locus continens ſuperiores aquas, & ita non attingit extremum vtrumque, ſed vnum tantum: potius igitur aër huius infimę regionis dicendus eſt firmamentum, quia eſt quaſi paries interiectus inter aquas ſuperiores & inferiores, & quaſi terminus vtraſque attingens & ſeparans: nam proxime ſub ſe continet aquas inferiores, ſuperiores autem non niſi ſupra ſe immediatè habet.

Si dicas autem non poſſe ſumi firmamentum pro illa parte aëris diuidentis aquas ab aquis, quia dixit Deus: fiant luminaria in firmamento, luminaria autem non ſunt in aëre, ſed in cœlo, firmamentum eſt igitur cœlum: reſpondebis, quod dicuntur poſita in firmamento cœli, quia per ipſum firmamentum, id eſt aërem, ſunt hominum oculis expoſita, & aſpectabilia: nam prout noſtra regio aëris magis minuſve pura fuerit & ſerena, ita vel clarius vel obſcurius ſplendorem illa ſuum atque pulchritudinem nobis oſtentant.

Nec tibi negotium faceſſat Pſal. 148. vbi dicitur, & aquæ quæ ſuper cœlos ſunt, tanquam quod pluraliter dicatur, ſuper cœlos propter firmamentum, non poſſit de aëre intelligi: ſed ſecundum phraſim

Hebræam nomen cœli caret ſingulari, & tantum dicitur pluraliter Samaim, hoc eſt cœli,

Aduerte autem nomen firmamenti non ſemper ſignificare corpus ſolidum, ita quod ſit corpus denſum ad modum cryſtalli, quia primò vox hebræa illi reſpondens Rakia ad huiuſmodi ſignificationem non cogit, quia vel tantum ſignat extentionem: vnde in antiqua Biblia eſt expanſio in medio aquarum, quæ in aere propriiſſimè reperitur. Secundò, admittatur firmamentum propter firmitatem dictum eſſe, nihilominus aëri optime conueniet, quia non oportet illam firmitatem in duritie aut denſitate corpo-

A ris ponere: nam D. Ambroſ. lib. 2. hexam. cap. 4. videtur ſupponere aërem dici firmamentum propter ſpiſſitudinem quam habet, nam ait loquens de aëre in quo fiunt tonitrua, niues, &c. firmamentum dicitur quod non ſit inualidum nec remiſſum, vnde concludit: à firmitate ergo firmamentum eſt nuncupatum, quod diuina virtute firmatum ſit: nam credibile eſt illam aëris partem peculiarem diſpoſitionem ad continendas aquas nubium ab auctore naturæ accepiſſe, cùm probabilis ſit ſententia tenens firmamentum eſſe cœlum; vtraque conceptibus illuſtrabimus.

*Ambr. li. 2. hexa. 4.*

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deus vnus, non plures.*

B

292. DIxit Deus fiat firmamentum, & deinde ait Moyſes *fecit Deus firmamentum*, videtur quod hîc ſint duo Dij, vnus qui dixit, alter qui fecit, ſi enim vnus eſſet, ad quid dixit, antiquam faceret, cum facere potuit ſine dictione? reſponde vnum Deum eſſe facientem & dicentem, quia eius dicere eſt operari: ita D. Ambroſ. *in Geneſi habes & dixit Deus, & fecit Deus*, & infra, *fecit Deus hominem ad imaginem Dei, ſed tamen non duo Dij, ſed vnus Deus, vtrobique igitur vnitas operationis ſeruatur & nominis.*

*Ambr. li. 1. de fide c. 2.*

### *Dei ſapientia maxime manifeſtatur in operum ſuorum formatione.*

293. Dixit *Deus fiat firmamentum*, hoc opus ſecundæ diei naturalis eſt, cum firmamentum hoc ſimul cum cœli & terræ creatione vno eodemque die potuerit efficere; cur eius formationem in alium diem nempe ſecundum diſtulit? certum eſt quod ſapientia Dei non ita eluceret in operum ſuorum conditione, ſi ab inuicem ea non ſepararet temporis duratione: dicas igitur expectaſſe diem ſecundum naturalem, vt efficeret firmamentum ad maiorem ſapientiæ ſuæ declarationem: ſic Ferus, *quanquam Deus potuiſſet vno momento omnia ſimul abſoluere, tamen noluit, vt ſic ſapientia ſua manifeſtior fieret, nobiſque magis cognoſcibilis.*

*Ferus.*

### *Deus maximè conſeruationis noſtræ ſollicitus.*

294. *Dixit Deus fiat firmamentũ in medio aquarum*, cum plures grauiſſimi patres teneant hoc firmamentum eſſe cœlum, ſuper quod reperiuntur aquæ veræ & naturales; qua de cauſa quæſo huiuſmodi aquæ conſtituuntur ſuper cœlum, cum ibi omnino inutiles eſſe videantur? poteſt etiam inquiri, cur etiam tot aquarum copia ſub cœlo reperiatur? nota ignẽ ſuapte natura voraciſſimum, ita vt poſſet non ſolum in inferiora, ſed etiam ſuperiora agere, niſi aquarum frigiditate temperaretur: reſpondetur ergo in eorum ſententia, non ſolum infra, ſed etiam ſupra cœlos aquas conſtituiſſe, vt omnium rerum à ſe conditarum incolomitatem maxime videretur æſtimare: ſic inter alios D. Baſi. *Cum Deus infinitatem prope vim ignei ardoris, propter multiplices, & ad plurima neceſſarios eius vſus, in cœlo & infra cœlum multifariam ſparſiſſet, eſſetque ſuapte natura ignis voraciſſimus, ac minimis mire creſcens initiis, ne ob eam cauſam vniuerſi ſalus atque incolumitas periclitaretur, ex aduerſo maximam & infra & ſupra cœlum vim aquarum oppoſuit, vt earum refrigeratione, tantus ignium ardor temperatus, non ſolum non obeſſet mundo, ſed etiam plurimum prodeſſet.*

*Baſil. ho. 3. in hexa.*

### *Dei opera admiratione plena.*

295. Dixit *Deus fiat firmamentum*, loquor in opinione eorum qui dicunt firmamentum eſſe cœlum: ſed cùm hoc nomen firmamenti dicat aliquid quod firmet, quomodo aliquid non intuemur quod ſit illius ſuſtentaculum? quomodo enim per ſe ſubſiſtere poteſt corpus ita ſolidum quale eſt firmamentum? ſuſtentaculum non videmus, firmamentum autem intuemur, vt illud non videntes & hoc conſpicientes

C Dei opera admiremur: teſtis Ferus, *firmamentũ nominat, vt in admirationem nos ducat audientes firmamentum dici, imo videntes firmum & fixum eſſe, cum tamen nullum videamus ſuſtentaculum,*

*Ioan. Ferus.*

### *Ad cognitionem verbi diuini ducimur quaſi nolentes.*

296. *Dixit* Deus *fiat firmamentum*, miror modum loquendi Moyſis; poſſet enim dicere: fecit Deus firmamentum, ſicut in principio cum ſermonem inſtituit de creatione cœli & terræ, ait, fecit Deus cœlum & terram, cur igitur ait, dixit Deus fiat firmamentum? Nota quod hîc duæ reperiuntur perſonæ, vna, nempe patris qui dicit; altera, nempe filij cui pater dicit: ex modo igitur loquendi Moyſis quaſi nolentes cognitionem verbi diuini amplecti debemus: ſic D. Baſil hom. 3. in hexa. *audite qui ſurdi eſtis, reſpicite qui cæci eſtis, ecquis quæſo ſurdus eſt, niſi qui non audit, magna adeo voce ſpiritum inclamantem? quis denique cæcus eſt? niſi qui non cernit ac conſpicit, adeo apertas, adeò claras de vnigenito Dei filio demonſtrationes.*

D

*Baſil. ho. 3. in hexa.*

E

### *Figura incarnationis verbi diuini à principio nobis manifeſtatur.*

297. Dixit *Deus fiat firmamentum in medio aquarum*, nonne aliud iam fecerat? creauit Deus cœlum & terram: primum cœlum, cur nobis inuiſibile; firmamentum autem viſibile, aqua autem inuenitur inter vtrumque? ſenſum myſticum inquiro, nonne in Chriſto domino eſt diuinitas nobis inuiſibilis; corpus autem viſibile, & præter hoc vtrumque, nonne etiam ſanctiſſimam animam habet? reſpondeo ergo

F cœlum inuiſibile, nobis firmamentum viſibile, mediam aquam inter vtrumque, ſignificare incarnationem Chriſti domini ab initio: ſic Anaſtaſ. *propterea duos cœlos fecit, alterũ quidem ſuperius quod habet eſſentiam, apud homines, non aſpectabilem, inenarrabilem, & inexplicabilem, in typũ & imaginẽ inaſpectabilis & inexplicabilis eſſentiæ eius diuinitatis: ſecundũ autẽ cœlũ à terra ſuſtulit, & ipſum poſuit aſpectabile, & ipſum poſuit firmamentũ, in figurã & typum carnis eius immaculatæ, quã quidem è terra acceptã ſur-*

*Anaſt. Sin. lib. 7. hexa.*

*ſum ſuſtulit, eſt autem horum quoque duorum cælorum intermedia aqua viua, ad imaginē & typū ſanctæ & viuificæ Chriſti animæ, quæ eſt media (vt dicit Gregorius Theologus) inter diuinitatem & carnis craſſitudinem.*

### *Quo quis perfectior in natura, eo obedientior.*

298 *Dixit Deus fiat firmamentum*, lucis & firmamenti creationem diuerſo modo factam fuiſſe nobis expoſuit Moyſes: de luce enim ſic ait, *fiat lux*, & ilico ſine vlla mora facta eſt lux, ita vt inter dictum & factum nihil interiaceat; de firmamento autem ſic, *fiat firmamentum in medio aquarū, & diuidat aquas ab aquis. & fecit Deus firmamentū, diuiſitque aquas quæ erāt ſub firmamento ab his quæ erāt ſuper firmamentum, & factum eſt ita.* vbi inter *fiat*, & *factū eſt*, multa intercedunt, vt quadam narrandi tarditate, difficultatem obediendi quodammodo explicaret? ac ſi non ſtatim ab illo imperio vocali ſequeretur obſequium, niſi interueniret media quædam operatio diuina: difficultas ergo eſt cur ad vnam tantum Dei vocem in medium prodit lux, firmamentum vero aliquam vlterius vim requirit, vt ſuo tandem loco ſtatueretur. Nota vt diximus per lucem intelligi naturam Angelicam, inter creaturas alias nobiliſſimum, per cælum corpus cæleſte: reſponde igitur, ideo paucioribus verbis Angelorum quam cæleſtium corporum creationem narrari, vt promptior illorum qui nobiliores ſunt, quam horum quæ ſunt rudiora & craſſiora, obedientia declararetur; ita D. Auguſt. teſtante etiam gloſſa, *Notandum eſt, inquit, quod prima die cum facta eſt lux, dictumq; eſt tantum fiat lux verbo, & facta eſt lux in opere, ſtatimque adhæſit increatæ luci lux creata, vt vicinior & omni creatura capacior: in ſecunda autē die quædā mora eſt & verborū multiplicatio, vt intelligamus iſtas naturas ad deſiciendū pronas eſſe, ad obediendū minus aptas*, quibus verbis ſatis exprimitur quo quis naturæ dignitate nobilior eſt, eo debet eſſe ad obediendum promptior.

*Aug. l. 2. de Gen. ad lit.*

### *Facilis gloriæ acquiſitio.*

299. *Dixit Deus fiat firmamentum in medio aquarum*, præſupponimus in opinione D. Theodoreti quæſt. 11 in Geneſim. propterea appellatum eſſe firmamentum, quod ex aqua, quæ prius erat fluxa & liquabilis, vehementiſſime ſpiſſata, fortiſſimeque indurata, concretum fuerit, ſed difficultas mouetur, cur ex igne vel ex aere ipſum cælum non formauerit, non autem ex aqua? cum non videatur eſſe materia magis idonea & apta quam aër & ignis: ſcio D. Bonauenturam aliquid conuenientius reperire in aqua quam in aliis duobus elementis, ait enim in aqua elementari tres eſſe proprietates, perſpicuitatem frigiditatem, & grauitatem, in perſpicuitate cælum formaliter conuenit cum vera & naturali aqua, in grauitate nullo modo conuenit, in frigiditate partim conuenit, partim autem minime, formaliter quidem non conuenit quia non eſt actu frigidum, at vero virtualiter & effectiue maxime conuenit, habet enim refrigerandi vim vt aqua, ex quo colligit Bonauentura aquam magis conuenientem fuiſſe materiam ad hoc cælum efficiendum quam alia duo elementa; ſed ad formationem conceptus myſtici nota per firmamentum quod vocatur cælum, gloriam deſignari, & ex alia parte nihil communius eſſe & vilius aqua, dico igitur ideo ex aqua formatum eſſe cælum, vt nobis declaretur quod facillime gloriam poſſimus comparare, hoc fere

*Bonau. in 3. ſen. diſt. 24. art. 1.*

A ſuadet Origenes, *Vide, inquit, clementiſſ. Domini benignitatem, non vult inducere ad laborem, non vult vt ipſe tibi facias habitaculum, iam te ad preparatā ducit habitationem, audi Deum dicentem in Euangelio Ioann. cap. 4. alij laborauerunt, vos in labores eorum introiſtis, quaſi diceret, quamuis tibi videatur quod labores, falleris; quia ſi labor tuus cōparatur cum gloria, dicendum eſt quod ipſa gloria tibi datur ſine labore.*

*Orig. ho. 7 in Exod.*

*Ioan. c. 4.*

### *Optimi gubernatoris eſt talem habere cooperatorem, vt ab eius voluntate nullo modo diſcrepet.*

B *Dixit Deus fiat firmamentum*, quis dixit? nempe maximus & præſtantiſſimus omnium gubernator Pater æternus: & ilico fecit Deus firmamentum, quis fecit? niſi diuinum verbum; nam omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, Ioannis primo capite; ſed illud notandum quod vt verbum patris omnia efficiat, pater tantum dixit illud *fiat*, nec verbum diuinum expectat amplius & omnia ſtatim adimplet, cur ô bone opifex non adhuc expectas patris vocem circa modum quo condenda ſunt vniuerſa, cur non interrogas patrem qualiter faciendæ ſunt creaturæ? & tu pater omnipotens cur amplius non alloqueris filium, cur pluries non dicis voluntatem tuam circa modum rerum creandarum? ſane iniurioſum C eſſet tanto opifici & imperfectum, pluribus egere mandatis & non habere cooperatorem, qui nulla etiam voce patris æterni audita, eius voluntatem executioni mandare perfectiſſime ſciret: do pulcherrima verba D. Zenonis lib. 3 ſerm. dicentis, *cum imperat pater orbem fieri, opus cum dicto completur à filio; quomodo autem quo:us aut qualis fieri debeat, præcipit nemo, interrogat nemo, nec enim ſine patris eſſe poſſet iniuria, ſi hac neceſſitate opus eſſet illi qui in ſinu patris commanens, voluntatis eius perfectionem didicerat, ſed habebat.* 300.

*Ioan. 1.*

*Zeno ſer. 1.*

### D *Prælatus, firmamentum inter Chriſticolas, diſcernit inter cæleſtes & homines terrenos, vt omnibus prouideat.*

*Dixit Deus: fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis*: prælati qui rite præſunt, firmamento comparari lepide queunt in eo quod vitæ innocentia puri ſint vt cælum, in fideque ſolidati, tegimine circummuniuntur, huiuſmodi namque E ſplendeſcunt iuſtitia, vt ſole: clementia vt luna: virtutibus, vt ſtellis: ſed quid eſt quod huiuſmodi firmamentum myſticum nempe Prælatus diuidit inter aquas & aquas? nota quod aquæ priores quæ ſunt aquæ cæleſtes, ſunt homines qui mente ſuperna tantum peruagantur, & vitæ puritate Angelos repræſentant quorum conuerſatio in cælis eſt: aquæ vero ſecundæ nempe terreſtres ſunt ſæculo dediti, qui æquoris more tumeſcunt, ſuperbia excandeſcunt, &c. vnde Iſaias 57. impii quaſi mare feruens quod quieſcere non valet: recte ergo firmamentum in medio aquarum, &c. quia Prælatus in medio F ſuorum conſidet inter cæleſtes & terrenos diſcernens, vt omnibus prouideat; ſed quomodo vtriſque prouidet, audi quæſo, *cæleſtes ad ſuperna (inquit Aſcanius) euolātes ſuperfert: quaſi dorſo, quod ipſos verbo & exēplo in celſitudinē ſāctitatis promoueat; terrenos autem vel ſceleſtos, legib⁹ quaſi motu regit, exēplis veluti luce illuſtrat, charitate vt igne fouet, vt ipſos ad vaporū inſtar ab imo cæni, à vita voluptatibus & illecebris cænoſa ſubleuet, & in uēra propria cōſiderationis exhortationibus* 301.

*Iſa. 57.*

*Aſcanius in Geneſ.*

*tionibus attollat, ſtatibus, nouiſſimorum memoratione condenſet, fulgoribus comminationum conterat, & in pluuiam lachrymarum ſalutaris pœnitentiæ ſoluat, hæc namque ſingula operatur cœlum motu & aſtris, contendit eadem exequi prælatus adhortationibus & comminationibus.*

### *Curioſi operum Dei inueſtigatores non debemus eſſe, ſed pij admiratores.*

302. *Dixit Deus fiat firmamentū*, cum tot difficultates emanarint, non ſolum inter Philoſophos, ſed etiam Theologos, circa materiam & naturam firmamenti, cur Moyſes ſolum ſimpliciſſime firmamentum eſſe deſcribit, non autem eius naturam aperit vt omnes ſedarentur controuerſiæ? ideo eſſentiam firmamenti non aperuit, ſed ſolum hoc eximium opus firmamenti propoſuit, quia non curioſi operum Dei inueſtigatores eſſe debemus, ſed ſolum pij admiratores: obſeruatio eſt Feri, *quamuis plura diſputent Philoſophi de figura cœli, Moyſes tamen rem ſimpliciſſime deſcribit, non enim doctos reddere voluit ſuos auditores, ſed pios, fideles, & deuotos & operum Dei admiratores.*

Ferus.

### *Ita pretioſæ ſunt afflictiones, vt in cœlum & gloriam conuertantur.*

303 *Dixit Deus fiat firmamentū*, cum plures teneant hoc firmamentum eſſe corpus cœleſte, inter quos venerabilis Beda in ſuo hexam. ait, nihil prohibet vt de aquis factum eſſe credatur, quæ enim cryſtallini lapidis firmitas, quæ ſit perſpicuitas nouimus, quem de aquarum concretione certum eſt eſſe procreatum; qui obſtat credi quod idem diſpoſitor naturarum in firmamentum cœli ſubſtantiam ſolidarit aquarum? quo ſuppoſito cur non ex terra formatum fuerit huiuſmodi cœlum, cum creaturam longe eo perfectiorem nempe humanam non ignoremus ex ea eſſe factam? Nota per cœlum ſiue firmamentum gloriam deſignari, aquas autem ſignificare afflictiones, teſte Hilario ſuper Matthæū 17. & Gregorio magno duodecimo moralium cap. 11 & iuxta illud intrauerunt aquæ vſque ad animam meam: dicas igitur non eſſe mirum ex aquis fieri cœlum, & in illud conuerti, quia afflictiones per eas ſignificatæ ita ſunt pretioſæ, vt in gloriam nomine firmamenti declaratam commutentur, ſic D Paulus ſecundæ ad Corinth. 4. *id quod in preſenti momentaneum eſt, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis.*

Hila. ſuper Mat. 17. Greg. 12. moral. c. 11. Pſal. 68.

2. ad Cor. 4.

### *Fides noſtra inconcuſſa manet inter diuerſa doctrinarum genera.*

304. *Dixit Deus fiat firmamentum in medio aquarum*, firmamentum notificat nobis myſticæ fidei ſoliditatem (inquit Anaſt. Syn.) in aquis ſacri baptiſmatis compactam, quemadmodum firmamentum in aquis congeſtum fuit; ſed ſi nihil mobilius & aquis inconſtantius, quomodo poteſt fieri & permanere in eis firmamentum? per aquas diuerſæ doctrinæ veniunt intelligendæ; bene igitur in medio aquarum fiet & erit firmamentum, quia fides noſtra ſemper inconcuſſa manebit inter diuerſa doctrinarum genera, ſic cit. Anaſt. lib. 2. in hexam. *etiam firmata fides fuit in medio aquarum, inconcuſſa in medijs fluctibus, ventis, procellis & innumerabilibus tempeſtatibus paſſionum, & hæreſum. ſic etiam eos qui ædificauerunt, miſit tanquam oues in medio luporum; virorum inquam, qui cæde ac ſanguine delectantur, dicens, in medio aquarum fiat firmamentum, nempe fides firma prædicetur, ne amplius diſcindantur, agitenturque, & diffundantur aquæ gentiles, alijs quidem dicentibus ſe eſſe Petri, alijs vero Pauli, alijs vero Cephæ: ſed firmetur eorum mare, vt ego ambulem ſuper eius aquas, & inhabitem & inambulem in cordibus eorum.*

Anaſt. Syn. l. 2. in hex.

### *Ratio ſit firmamentum diuidens carnem à ſpiritu ne eam inficiat.*

*Dixit Deus fiat firmamentum, & diuidat aquas ab aquis*, quare factum firmamentum vt diuideret aquas ab aquis? & partim ſupra atque infra aquarum natura conſiſteret? certe qui hæc propter ſe facta credit, hoc extra ſe quærere non deberet: nam in illo qui fabricatus eſt interius, mundo, quandam huius operis formam & exemplar habet, vbi terra quædam deorſum poſita, eſt ſenſualis natura hominis; cœlum autem ſurſum, puritas intelligentiæ eſt, & quaſi quodam immortalis vitæ motu vegetata ratio: duas vero iſtas iam diſſimiles in vno homine naturas magna quædam deſideriorum moles hinc inde fluctuantium, & in contraria ſæpe motu alterno tendentium oberrat, quia & aliud eſt quod ſubtus caro ex infirmitate preſſa appetit, & aliud quod ſpiritus ſurſum per contemplationem veritatis eleuatus intendit: ſed nonne multoties accidit vt contrarij motus gignant confuſionem? quid igitur interuenire debet vt inferiores motus ſuperiores non abſorbeant, & vt carnis deſideria ſpiritus affectum non inficiant? ratio, quæ diuidet ſpiritualia à carnalibus deſiderijs: hanc veritatem nos doceat Hugo à ſancto Victore de Sacramentis lib. 1. 1. parte cap. 19. *fit aliquoties, vt contrarij motus confuſionem gignant, niſi ratio media interueniens diuidat ab inuicem, & diſcernat voluntatis appetitus, deſideria quæ dijudicet, quid ſit videlicet, quod ex carne deorſū trahit, quid quod ex ſpiritu in ſuperna inhiat, ſummum illud & immortale bonum ambiens. Nam cum ipſa ratio fortiter iudicij cenſura quaſi firmamentum quoddam in medio ſe collocat, atque hinc ſuper cœleſtes aquas, illinc autem eas quæ ſub cælo ſunt, diſponit ſeparatim: non poteſt inferior corruptela ſuperiorem animæ puritatem inficere, neque ipſa quæ ſurſum eſt ſinceritas, ad ea quæ ſunt abiecta & vilia ſinitur ſeſe inclinare.* 303.

Hugo à S. Vict. lib. 1. 1. par. de ſacramentis c. 19.

### *Quamuis in magna conſtituamur dignitate, in eadem, qua antea, permaneamus humilitate.*

*Dixit Deus fiat firmamentū & diuidat aquas ab aquis*, nempe ſuperiores ab inferioribus, vt ex textu conſtat cum inferioribus erant ſuperiores & cœleſtes aquæ; ſed cum ſuper cœlos ſint conſtitutæ, ex tam infimo & vili loco, in alteratam ne naturam commutatæ fuere, & alias proprietates ſortitæ? ait Oleaſter, *facto firmamento ſeu diuiſione, non videntur mutaſſe naturam*, cur non eam mutauere in excelſo & ſublimi loco conſtitutæ? vt earum exemplo ij qui ex humili & abiecto loco ad eminentem fuere euecti dignitatem, ſuæ memores vilitatis, non priſtinam naturam deponant, ſed retineant. 305.

Oleaſter.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS VII.*

*Vlg.* Et fecit Deus firmamentum, diuiſitq; aquas quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper firmamentum & factum eſt ita. A

*Septuaginta*, Diuiſit Deus inter aquam quæ erat ſub firmamento, & inter aquam quæ ſupra firmamentum.

*Arias.* Fecit Deus expanſiooem, & diuiſit inter aquas quæ ſubter expanſionem, & inter aquas quæ ſuper eapanſionem

*Tertull.* Et ſeparauit inter aquam quæ erat infra firmamentum.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

NOs sbabemus & factum eſt ita, quod ſeptuaginta omiſerant, ſed in præcedenó verſu poſuetant nos autem minime, eur autem quod legimus firmamentum, alii autem eapanſionem, iam dictum eſt.

## EXPOSITIO VERSVS VII.

### *FECIT DEVS FIRMAMENTVM, DIVISITQVE AQVAS quæ erant ſub firmamento, &c.*

NOn leuis eſt difficultas de aquis ſuperioribus, quænam illæ ſint: nam tenêtes per firmamentum intelligi cœlum ſydereom, aſſerunt bas aquas eſſe veras: ſed non eſt credibile aquam longe grauius corpus aëre, non modo ſuper eum, ſed ſuper octo cœleſtes orbes eſſe poſitam; nam côtra verum ordinem eſt, quod corpus grauiſſimum & craſſiſſimum, quale eſt aqua, conſtituatut in loco ſuperiori cum illius naturalis locus ſit infra aerem, qui terræ ptoximus; nec dicendum quod hoc miraculo accidit: nam ex ſententia beati Aug. in reddenda ratione eorum quæ in prima rerum inſtitutione facta ſunt, ad omnipotentiam Dei & miraculum recurrere oon debemus.

Admittenda igitur eſt ſententia probabilior, nempe has aquas ſuperiores eſſe veras & elementares; non ſupra cœlum ſydereum, ſed aëreum, nempe mediam regionem aeris vel infimam, haſque non eſſe alias niſi aquas nubium, quæ ſuperiùs generantur ea vaporibus è terra & aquis immiſſis, deinde calore ſolis ſoluuntur, ex quibus imbres generati C ad irrigandam tettam decidunt. bæc ſententia facile tibi ſuadebitut, ſi attendas quod ſæpe nubes nomine aquarum in ſacro textu ſignificantur, vt Pſal. 17. tenebroſa aqua in nubibus aeris, lege c. 28. Iob & 26 diuiſit igitur Deus medio firmamento nempe media vel infima regione aeris, aquas ſuperiores, nempe nubes, ab inferioribus aquis, ſcilicet elementaribus, ſed quia altera ſententia babet etiam ſuos auctores, ideo conceptibus vtraque aperietur. *Pſalm.17. Iob.26.28*

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Omnia in verbo erant, antequam formarentur.*

307 FEcit Deus firmamentum, ſine dubio ille Deus eſt verbum ſed eur dictum eſt verbo vt faceret, eom ſine verbo videatur quod pater æternus ita formare poſſet? ideo verbo dictum fuit vt faceret firmamentum, illudque fecit, vt intelligeremus firmamentum antequam factum fuiſſet, in verbo præceſſiſſe, accipe D. Aug. ſic dicentem: *Cum audimus dixit Deus fiat firmamentum, intelligamus quod in verbo Dei erat vt fieret, in quo faciendum intus ante omne tempus præuidit, quidquid foras ex tempore Deus fecit.* *Aug li. 2. de Gen. ad litt.*

### *Verbum coæternum eſt patri.*

308 *Fecit Deus firmamentum*, diximus aliquando quod verbom *fecit* declarat perſonam patris facientem, ſicut in principio huius capitis legimus, fecit Deus cœlum & terram. verbum autem *dixit* perſonam filij: nam per dictionem habet eſſe à patre; eur igitur hîc prius opponitur, *dixit Deus fiat firmamentum*, cum diuerſus ordo debet ſeruari? ideo prius ponitur verbum *dixit* quod conuenit filio, & poſterius vebum *fecit* patri conueniens. quod tamen filio accommodatur; vt coæternitas filij cum patre deſignetur, ſic Ferus, *Hoc loco prius ponitur dixit, quam fecit, vt ſciamus filium patri coæternum.* *Ioan. Fer in Geneſ.*

### D *Pluralitas perſonarum denotatur.*

*Et fecit Deus firmamentum*, cur poſtquam dixerat Deus: fiat firmamentum, non ſubiungit Moyſes 309 factum eſt firmamẽtum, ſed Deus fecit? ſine dubio vt pluralitas perſonarum donotaretur: nam iuſſit pater fieri firmamentum, filius autem fecit, ſic teſtatur D Baſil. hom 3 in hexam. *At vero nec illud vt inexpenſum & vt annotatione indignum nos prætereat, quod poſteaquam præceperat Deus dicens fiat firmamentum, non dictum eſt ſimplici modo & factum eſt firmamentum, ſed fecit Deus firmamentum: & rurſus diuiſit Deus, fiat firmamentum, hæc vox profecto eſt cauſæ primigeniæ ac principis. fecit Deus* E *firmamentum, hæc effectricis eſt ſane creatriciſque potentiæ teſtis.* *Baſil. ho. 3. in hexam.*

### *Creaturæ habent eſſe in Deo vt in principio, in ſuo eſſe vt in proprio genere, & ad Deum ipſum vt ad finem referuntur.*

*Fecit Deus firmamẽtum*, ſi Deus iuſſerat quod fieret, certum eſt infectum manere non potuiſſe, imperium enim huiuſmodi efficax erat; cur igitur teſtatur Moyſes Deum illud feciſſe? tum, cur additum 310 eſt & factum eſt ita? cum indubitanter illud fecerit, ita vt aliquod horũ fiat, fecit, & factum eſt, videatur ſuperfluum?

nihil eqoidem; nam his tribus dictionibus demonſtrat creaturam eſſe in Deo vt in principio, in ſuo eſſe, vt in proprio genere, & ad Deum ipſum vt ad finem, ſic expreſſe noſter Alenſis: *propter hoc dico* (ſcilicet hæc tria fiat, fecit, & factum eſt) *ſine præiudicio meliorũ ſentẽtiæ, quod in omnibus operibus intelligitur triplex eſſe, nẽpe in Deo tanquam in principio, vt in proprio genere, & eſſe ad ipſum in quantum eſt finis & ita notatur perfectio: per hoc dicitur fiat, intelligitur eſſe in verbo: per fecit, eſſe in proprio genere, & tertium per id quod dicitur & factum eſt ita.*

Alex. Alenſ. part. 2. q. 5. membr. 6. art. 2.

*Virtus ab initio ſeparatur à peccato.*

*Diuiſit aquas quæ erant ſub firmamento*, nonne
311 omnes ſimul in vnum potuerunt congregari? nota quòd aquæ ſuperiores virtutem ſignificãt, quæ ſemper altum ſapiunt, inferiores autem peccatum: reſpondeo ergo ideo firmamẽtum poſuiſſe inter aquas & aquas, vt ſeparatio fieret virtutis a peccato, ita D. Ambroſius in hæc Pſalmi verba 38. adhuc puſillum & non erit; ait ergo, *Arbitror quod ideo firmamentum inter aquam & aquam Deus eſſe præcepit, vt à virtutibus peccata diſcerneret, & ſuperior aqua quæ laudet dominum, vacua erit erroris, inferior peccato erit obnoxia.*

Ambroſ. in Pſalm. 38.

*Conſolatio diuina impermixta eſt humanæ.*

*Diuiſit aquas quæ erant ſub firmamento*, D. Chry-
312 ſoſt. vertit: fiat paries, quid eſt paries qui diuidat aquas ab aquis? nota quòd per aquas inferiores conſolatio humana deſignatur, ſic Richardus a ſancto Victore, aquæ ſuperiores conſolationẽ diuinam denotant, ſic D. Hier. hoc notato, recte poſitum eſt firmamentum inter aquas inferiores & ſuperiores ſiue paries ad eas ſeparandas; quia conſolationes
D diuinæ, humanas non admittunt; ſed ab eis ſeparantur: ſic D. Laurentius Iuſtin. *Delicata eſt diuina cõſolatio, & non datur admittentibus alienam.*

Hier. cap. 9. in Zach.

Laur. Iuſti. ſerm. de Ramis Palma.

*Documentum ab initio datum eſt laborandi.*

*Diuiſit aquas quæ erant ſub firmamento*, cur vult
313 tam cito Deus firmamentum operari, ſcilicet diuidere aquas ab aquis, & ſic de aliis creaturis, germinet terra herbam virentem? &c. quia ab initio documentum præbet Deus vt operemur & laboremus, ſic D. Baſilius Seleucius oratione 12. dicens. *Exundans diuinæ bonitatis opulentia, mox vt creatæ res fuerunt, monit ad operationem, fecitque creaturam ſuæ bonitatis inſtrumentum, propterea hominum manibus terram fecit excoli.*

Baſi. Seleuciæ Epiſc. orat. 12.

**Prudentia eſt neceſſaria ad ſeparanda vitia à virtutibus.**

*Diuiſit aquas quæ erant ſub firmamento*, quid hoc
314 ſignificat? nam ſine firmamento potuit optime Deus eas ab inuicem ſeparare: nota quod per firmamentum diuidens ſignificatur diſcretio, per aquas ſuperiores, virtutes, per inferiores, vitia: non igitur immerito appoſitum eſt firmamentum inter aquas ſuperiores & inferiores, quia neceſſaria eſt diſcretio & prudentia ad ſeparanda vitia à virtutibus: ſic Hugo à S. Vict. l. Alleg. in Gen. cap. 2. *firmamentum inter aquas ſuperiores & inferiores diſcretionem inter vitia ſignificat, aquæ namq; inferiores deſignant vitia & ſuperiores aquæ virtutes, & quaſi firmamentum inter vtraq; aquas ponitur, quando per virtu-*

Hugo à S. Vict. lib. Alleg. in Gen. c. 2.

A *tem diſcretionis, virtutes à vitiis & vitia à virtutibus dirimuntur.*

*Lacrymæ ita honorantur, vt ſuper cælos ſint.*

*Diuiſit aquas quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper firmamentum.* ſuper firmamẽtum nempe cœlum ſunt aquæ, vnde Pſalm. aquæ quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Domini; myſtice autem loquendo quomodo reperiemus aquas ſuper cœlum? nonne aquæ lacrymas denotant? tantæ ergo dignitatis hæ aquæ extitère, vt aliquando ſuper cœ- 315
B los fuerint, ita D. Petrus Chryſologus ſerm. 93. vbi agens de Magdalenæ lacrymis rigantis pedes Domini ſic ait; *Vt Chriſti veſtigiis innixa percurreret per viam vitæ, quæ per viam cucurrerat mortis, lacrymis rigabat pedes eius, en mutatur ordo rerum? pluuiam terræ cælum dat ſemper, ecce nunc rigat terra cælum, imo ſuper cælos, & vſque ad ipſum Dominum imber humanarum proſilit lacrymarum, vt iuxta pſalmiſtam & de aquis fletuum cãtetur illud, & aquæ quæ ſuper cælos ſunt laudent nomen Domini, lacrymis rigabat pedes eius, ô quanta vis in lacrymis peccatorum! rigant cælum, diluunt terram, extinguunt gehennam, delent omne facinus, latam diuinâ promulgatione ſententiam.*
C

Pſal. 148.

Petrus Chryſol. ſerm. 93.

*Afflictiones aliis proſunt, aliis autem nocent.*

*Diuiſit aquas quæ erant ſub firmamento, ab iis quæ erant ſuper firmamentum*, cur cùm omnes aquæ ſint eiuſdem ſpeciei, ita aliquæ honorantur vt ſuper cœlos conſtituantur: aliæ autem in infimo & viliſſimo loco nempe terra ponãtur? nota quod per aquas afflictiones denotantur, vt iam diximus: meritò igitur aliquæ quæ ſuper cœlos ſunt cõſtitutæ, aliæ verò infra; quia aliquæ afflictiones per eas ſignificatæ ita nos extollunt, vt ſuper cœlos nos conſiſtere faciant; aliæ vero ita deprimunt, vt in infimum & viliſſimum locum detrudant: de tribulatione nos extollente ita loquitur Bernardus, *Via vitæ eſt tribulatio, via gloriæ, via regni*, & D. Greg. Meg. lib. 9. Moral. cap. 5. loquens de tribulatione impios deprimente, ait, *De his quos damnant flagella & non liberant, ſcriptum eſt Hieremiæ 5. percuſſiſti eos, nec doluerunt, his flagella in hac vita inchoant, & in æternum permanebunt.* 315

D. Bernar. Greg. Mag. li. 9. Mor. c. 5. Hier. 5.

*Vita prælatorum longe differt à ſubditorum inſtituto.*

E

*Diuiſit aquas quæ erant ſub firmamento, &c.* Eccleſia ſine dubio eſt firmamentũ quaſi in bono confirmata, quæ habet aquas ſuperiores, id eſt Prælatos, & inferiores id eſt ſubditos, ita Hugo Carenſis, *Firmamentum, Eccleſia, aquæ ſuperiores Prælati, inferiores ſubditi*, ſed quomodo diuidi poſſent huiuſmodi aquæ ſuperiores ab his quæ ſunt ſub firmamento cum ſint eiuſdem rationis & ſpeciei? notemus quæſo diſcrimen maximum eſſe inter affectiones qualitateſque aquarum ſupernarum & inferiorum (qui- 317.
F bus Prælati & ſubditi ſignificantur) quamquam eiuſdem generis vtræque exiſtant, nam aquæ ſupernæ primò vtpote à terra maxima intercapedine ſemotæ, terrenam affectionem nullam ferunt: hæ verò infernæ perpetuò diuerſis qualitatibus terræ afficiuntur, veluti quæ permeant terræ latebras; rurſum ſupercœleſtes aquæ à ſole attali nequeunt, quapropter nec in exhalatione vaporeſque redigi:

terreſtres vero hæ ſuper terram delabentes flagran- A te à ſole rapiuntur, atque in nubes laxantur: vndè ille nullum ſaporem niſi cœleſtē, puriſſimum, limpidiſſimumque ſuerunt: iſtæ autem & dulcedinem & amaritiem experiuntur. Quo poſito iure merito diuiſæ ſunt aquæ quæ erant ſuper firmamentum, ab his quæ erant ſub eo: quia Prælati ſupernis aquis denotari, longe differre debent in vitæ & morum inſtituto à ſubditis per aquas inferiores deſignatis: ſic Steph. Cantua. in Alleg. Tilm. *Diuiſit aquas ab aquis, quia vita Prælatorū longe debet eſſe à vita ſubditorum*, & merito: nam præſul ex comparatione aquarum cœleſtium cum inferioribus, vitæ inſtitutum ſublimius ab iis qui ſibi ſunt inferiores, gerere B debet, nulla enim terrena in eo debet affectio vigere, cum a terra longe euectus ſit, &c.

*Steph. Cantua. in Alleg. Tilm.*

*Haym. in Pſal. 146.*

### *Excitamur ad Dei laudes ex aquis ſuperioribus.*

318. *Diuiſit aquas quæ erant ſub firmamento, ab iis quæ erant ſuper firmamentū*, quamuis plures rationes aſſignentur à patribus, cur aquæ detineantur ſuper cœlos, non iucundum tamen erit ſi denuo inquiramus, quomodo aquæ ita craſſæ ſuper corpus ſubtile detineantur? nam ſiue myſterio ita factum non eſt, ſed vt conſpicientes opus tam admirabile & eximiū in Dei laudes excitemur, teſtis eſt D. Haym. in Pſalm. *Vt materia nobis ſit laudandi Deū, attendentes inter cætera, quod cum illæ aquæ quæ ſpiſſi corporis ſunt, teneantur ſubtiliſſimo corpore cœli, valide mirari poſſumus & laudes Dei ceſſare non debemus.*

### *Deus maxima celeritate operatur.*

*Et factum eſt ita*, hoc ſubiungere minime neceſſarium erat, ſi enim vt iuſſit Deus fieri firmamentum, Deus illud fecit, certo certius eſt illud ita factum eſſe, ſi autem dicis non ſuperflue, dematur igitur illud ſecundum, fecit Deus firmamentum, vel factum eſt ita: omnia rectiſſime dicta ſunt, vt denotetur quod Deus cuncta maxima cum celeritate condiderit, quaſi quod mox vt dixerit *fiat*, fuerit, mox factum apparuerit, *Ad ſignificandum* (*inquit Caiet.*) *quod diuinum facere nullum pertulit impediens, dicitur & fuit ita.* 319.

*Cajet.*

### *Creaturæ inſenſibiles obedientiam Deo præſtare nos docent.*

*Et factum eſt ita*, quomodo ita facilè inſenſibilis creatura Deo paret vt ad iuſſum illius, videamus habere ſuum eſſe? quis obſtabit reſpondere ita inſenſibiles creaturas Deo obedire, vt nos rationales ad Dei præcepta exequenda promptè moueamur, ſic D. Chryſoſt. *Vt diſcas magnam elementorū obedientiam, excellentemque virtutem opificis, ait, &* C *factum eſt ita, dixit ſolum, & opus ſecutum eſt.* 320.

*S. Chryſoſt.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS VIII.*

*Vlg.* Vocauit Deus firmamentum cœlum, & factum eſt veſpere & mane dies ſecundus.

*Septuag.* Et vocauit Deus firmamentū cœlum. & vidit Deus quod bonū, &c.

*Caldaic.* Vocauit & fuit veſpere & fuit mane dies ſecundus.

*Caietanus*, Et vocauit Elohim expanſioni cœlos, & fuit veſpere & fuit mane dies ſecundus.

*Vatab.* Et vocauit diffuſionem cœlos, & fuit veſpere & mane diei ſecundæ.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

*Baſil. Amb. Auguſt.*

Diximus ſuperiùs vnde orta eſt varietas lectionum circa firmamentum, ita vt alij transferant expanſionem, alij extentionem, & alij diffuſionem, ſed omnes eundē ſenſum habent: ſeptuag. hîc addiderunt, *Vidit Deus quod bonum*, quæ in Hebræo non reperiuntur, non tamen contemnenda. (licet aliqui exiſtiment addita eſſe ex errore:) nam ſeptuaginta editio habet εἶδεν θεὸς ὅτι καλὸν vidit Deus quod bonum; quam grauiſſimi patres Baſil. Ambroſ. Auguſt. & quā plures alij inſignis nominis eam ſequuntur: non tamen aliquo errore adducti; nam poſſumus exiſtimare ſeptuag. interpretes vel ex antiquiſſimo volumine ea decerpſiſſe, vel certe ſpiritus ſancti afflatu addidiſſe; quiquid autem ſit, in vtramque partem conceptus proferemus.

## EXPOSITIO TEXTVS VERSVS VIII.

*Vocauit Deus firmamentū cœlum*, firmamentū, id eſt mediam aëris regionem, vel probabilius; infimam diuidentem nubes ab aquis inferioribus: vocauit inquam cœlum, non cœlum quod à celando, id eſt occultando dicitur, quod omnia celet & tegat, quia hoc propriè conuenit ſphæræ cœleſti, ſed nuncupauit cœlum, nempe aëreum: ſicque concluſum eſt opus diei ſecundæ; cur autem non additum fuerit ſicut in primo die, & vidit Deus quod eſſet bonum, in conceptibus declarabimus.

## CONCEPTVS.

### *Deus hominum præceptor.*

321 *Vocauit Deus firmamentum cœlum*, cur firmamento nomen imponit Deus? certū eſt nomē à Deo rebus impoſitū earum naturā & proprietates exactiſſimè denotare, quas homo ex ſe perſcrutari non poterat: firmamento igitur dicas nomen impoſuiſſe vt hominum eſſet præceptor, & ab eo diſcerent quod ſine eo, omnino ignorarent: ſic Steuchus in Coſmopæia, *Vt natus Adā*, inquit, *iuxta proprietates, & naturas cuiuſque nomina animalibus indidit: ſic antequam naſceretur, eas res quæ creationem*

*Steuchus in Coſmop.*

eius

*tiam anteceſſerunt, aliquis neceſſario nuncupauit, & nuncupauit iuxta naturas & proprietates cuiuſque; quis autem & naturas earum norat & nomina poterat indere, niſi ſolus Deus? merito igitur iſtarum rerum primordialium nomina Dei nuncupationes fuiſſe dicuntur, quibus eas ipſas res eum appellantem, Adam audiuit.*

### *Boni Angeli confirmati ne cadere poſſent.*

464 *Vocauit Deus firmamentum cœlum*, cur alio nomine appellatur quam antea? nonne diximus per cœlum Angelos intelligi? reſpondeo ergo recte firmamentum cœlum, poſtea firmamentum dictum: quia nunc Angeli qui remanſerunt firmi & ſtabiles, ne cadere poſſit, permanent; ita D. Gregor. lib. 27. moralium cap. 24. *Virtutes Angelicæ quæ in diuino amore fixæ perſtiterunt lapſis ſuperbientibus Angelis, hoc in munere retributionis accepêre, vt nulla iam rubigine ſurripientis culpæ mordeantur, vt in contemplatione conditoris ſine felicitatis, ſine fine permaneant & in hoc quo ſunt conditæ æterna ſtabilitate perſubſiſtant: quod bene apud Moyſem ipſa de mundi origine hiſtoriæ verba teſtantur, cum & prius factum cœlum dicitur, & hoc idem poſtmodum firmamentum vocatur, quia vel natura Angelica & primo ſubtilis eſt in ſuperioribus condita, & poſt ne vnquam poſſit cadere mirabilius confirmata.*

Greg. Ma. li. 27 Mor. ca. 24.

### *Angelus in bono confirmatus nomine cœli dignus.*

465 *Vocauit Deus firmamentum cœlum*, citatus Gregor. ſed in Ezech. lib. 1. hom 8. ait, *poſſunt firmamenti nomine poteſtates intelligi, quod firmamentum quaſi aſpectus cryſtalli dicitur, quia videlicet cryſtallum forte quidem nimis eſt, ſed ex aqua ſolidatur, & natura Angelica, quando creata eſt, liberum arbitrium accepit, vtrum vellet in humilitate, perſiſtere, & in omnipotentis Dei conſpectu permanere, an ad ſuperbiam laberetur & à beatitudine caderet, per ſimilitudinem aqua fuit, ſed quia cadentibus aliis, ſancti in ſua beatitudine perſtiterunt, atque hoc acceperunt, in munere vt iam cadere omnino non poſſet in eis natura ſua, quia iam deiici mutabiliter non poteſt, quaſi magnitudine cryſtalli durata eſt*, En quomodo Angelus cœlum nuncupatur! ſed Angelus ad gloriam aſcitus, quæ cœlis conueniunt minime ſibi vendicare poteſt: nam cœlum Sole, Luna, Stellis micat innumeris, quibus natura caret Angelica, tum cœlum cœli domino eſt, ſed quæſo, quam perfecte omnia quæ cœlis tribuuntur, Angelis non denegantur patienter, licet iucunde, audire ſuſtine, cœlum perenne & incommutabile eſt, Angelus immortalis & incorruptibilis, nouem orbes ſub ſupremo clauduntur cœlo, quorum alij inſtellares nuncupati cæteros rapiunt, alij ſtelligeri cœleſtia moderantur, alij errones ſublunaria regunt: & Angelorum nouem ordines ſunt in tres diſpertiti claſſes. Hierarchia ſuprema Deo ſemper aſſiſtens; cæteris ardorem & lumen impertitur. Hierarchia media, cœleſtibus officiis atque muneribus eſt delegata; infima, quæ ſub cœlo ſunt, curat: Fulget cœlum Sole, Luna, Stellis; clarent Angeli cognomine meridiana, matutina, veſpertina, Rapiuntur cœli à ſupremo, & voluntas Angelorum præcipuam Deo obtemperationem præſtat, hi cœli ſunt de quibus Propheta; cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum; Deus quippe reſidet & quieſcit in Angelis, velut in nitidiſſimo throno, atque aurea ſede, pedibus vero nempe affectu ſuper hominem vti ſuper ſcabellum incumbit.

Greg. in Ezech. li. 1. hom. 8.

### *Bona opera celanda aſpectui hominum.*

*Vocauit Deus firmamentum cœlum*, cur quæſo firmamentum duplici nomine ſcilicet firmamenti & cœli gaudet? nonne prius illud firmamenti nomen ſatis erat, num poſterius hoc firmius pulchriuſue fuerit? nota quod cœlum à celando dicitur, firmamentum autem condecoratum ſyderibus, hominem virtutibus præditum ſignificat. Reſpondeo ergo optime firmamentum cœlum etiam dici, quia homo virtutibus ornatus tanquam variis diuerſæ pulchritudinis Stellis celari debet ab hominum aſpectu: ita Steph. Cantuar. in Alleg. Gotfr. *Quia mens iuſti quæ per bona opera firmamentum eſt cœlum dicitur, quia eſt ſculpta floribus, & conſcientiæ gloriam celat.* 664

Steph. Cant. in All. Tib.

### *Ea quibus nomen impoſuit Deus, non ſunt tranſitoria, ſicut ea quibus nomen homo imponit.*

*Vocauit Deus firmamentum cœlum*, quid ſibi vult quod aſtruit ſcriptura ipſum Deum firmamentum 325 cœlum vocaſſe, cùm ipſe homo fuerit qui animantibus nomina dederit? nam Deus deduxit omnia ad Adam, vt videret quid vocaret ea: nonne cœlum quoad ſubſtantiam manebit, Ecleſ. etiam 1 de terra dicitur, quod in æternum ſtat, Arabica verſio in æternum durat durabitque, cœlum etiam permanebit ſimiliter nam licet Matth. cap. 24 dicat Chriſtus Dominus, cœlum & terra tranſibunt non ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum qualitatem intellige. Reſpondeo ergo ideo Deum nomina impoſuiſſe cœlo & terræ, non autem animantibus, ſed hominem, quia quæ Deus vocat non ſunt tranſitoria, ita Rupertus lib. 1. in Geneſ cap. 28. *Cœli & terræ perennitatem ex eo ſcriptor idem innuit, quia Deus firmamentum cœlum, & aridam terram nominans, per ſeipſum vocabula impoſuit & in fine capitis ait, igitur eorum quibus nomina per ſemetipſum Deus impoſuit, & ipſorum quibus homo vocabula dedit, hæc obſeruanda diſtantia eſt, quia illa quidem quamuis mutata permanent, hæc autem tranſitoria ſunt.*

Ecleſ. 1. Matth. 24. Rup. li. 1. in Gen. c. 28.

### *Res in melius commutatæ, noua nomine ſunt decorandæ.*

*Vocauit Deus firmamentum cœlum*, retineat firmamentum appellationem, cur nomen indidit Deus? 326 aduerte commutationem in melius duplici modo contingere poſſe, vel ſecundum rationem naturalem, vel ſecundum rationem gratiæ: commutata ſunt in melius quamplurima, cum Deus hoc mirificum mundi opificium congereret, quapropter & lux dies, arida terra, congregationes aquarum maria, quæ ſublimatis atque in perfectius commotatis, ipſorum naturis nomina etiam præclariora vendicarunt, commutati quoque plures mortalium atque ad ſublimiorem conditionem euecti, nomina mutauere, quid mirum igitur firmamentum nouam ſibi vendicare appellationem, quia res meliorem ſtatum conſecutæ, nouo nomine ſunt decorandæ: quod erudite annotauit Oleaſt. *Res, inquit in melius commutatæ, indignæ ſunt quæ prioribus nominibus appellentur, hac de cauſa Abram in Abraham mutatus eſt, Iacob in Iſrael, quo docemur vt ſi quem ex peccatore iuſtum, ex malo bonum, aut in melius commutatum viderimus, nominis prioris ignominioſi obliuiſcamur.*

Hieron. ab Oleaſt.

### *Anima iuſti in Deo ſolidata cælum eſt.*

327. *Vocanit Deus firmamentum cælum. Mens iuſti,* inquit Steph. Cantuarienſ. in Allegoriis Tilmani, *quæ per bona opera firmamentū eſt, rectè cælum dicitur, quia & ſculpta eſt virtutum floribus, conſcientiæ gloriam celat.* Sed quomodo cælum anima dicitur? nunc enim quandoque ſerenum, nunc quandoque pluuias laxans. cælum geſtat lucida ſydera. imo in cælum, ait Lucifer, aſcendam: anima autem cum ſit cælo inferior, cælum eſſe intelligi non poteſt: imo propter hæc etiam meritò cælum nuncupari poteſt; nam anima iuſti ſerena eſt puritate & contemplatione, humida pietate & miſericordiæ operibus, & ſi cælum geſtat lucida ſydera, anima iuſti ſplendet exemplis, virtutum luminibus, & ſine dubio cælum eſt in quod cupit Lucifer aſcendere, cum ait aſcendam in cælum: nil enim magis exoptat Dæmon quā in mente iuſti conſidere eamque fœdare.

*Step. Cāt. in All. Til.*

*Iſai. 14.*

### *Virginitas tollit noxæ ſuſpicionem, non ſic coniugium.*

328. *Vocanit Deus firmamentum cælum, & factum eſt veſpere & mane dies ſecundus,* dum Deus formabat dies, in ſingulis bonum inueniebat, ſolum de die ſecundo quo duo dies conſtituebantur, non dicitur quod in eo viderit quod eſſet bonū. & quando Deus in aliis diebus præmittebat illud, nimirum vidit Deus quod eſſet bonum, cur in hoc ſecundo die illud omiſit? Conſtituebantur ibi duo dies, in quibus adumbrabatur coniugium, ideo cauit Deus ibi aſſerere abſolute & ſimpliciter eſſe bonū quando in ſola virginitate abſumitur omnis temporalis mali ſuſpicio, ait D. Hieron. lib. 1. aduerſ. Iouinian. *cum ſcriptura in primo, & tertio, & quarto, & quinto, & ſexto die expletis operibus ſingulorum, dixerit, & vidit Deus quia bonū eſt, in ſecundo die hoc omnino ſubſtraxit, nobis intelligentiam derelinquens, non eſſe bonum duplicem numerum, quia ab vnione diuidat, & præfiguret fœdera nuptiarum:* & quidem vbi eſt vmbra coniugii non poteſt abeſſe ſuſpicio mali, nimirum pœnalitatis temporalis, laboris multi ærumnoſæ ſolicitudinis, periculi inſidioſi, quorum malorum ſuſpiciones tollit virginitas; proh quam nihil timendum in virginitate appareat!

*S. Hieron.*

### *Opus imperfectum non approbat Deus.*

329. *Et factum eſt veſpere & mane dies ſecundus.* Cur quæſo, non dixit Moyſes & vidit Deus quod bonum eſſet, ſicut formatis luminaribus? nota quod hic orbis eſt tāquam pulcherrima domus, cuius tectum eſt firmamentum, terra, mare habentia ſuas ſpecies, tanquam illius fundamentum; tectum autem ſine fundamento quamuis in ſe ſit opus tamen eſt imperfectum reſpectu totius domus: Reſpondeo ergo ideo non approbaſſe per ſuam ſcientiam firmamentum, quia Deus opera imperfecta non laudat: ita Rupertus lib. 1. in Geneſ. cap. 3. *Decet vnum quid totum eſſe, quod iure dicatur benefactū eſſe, at vero firmamentum vna quidem & pulchra ſpecies eſt, veruntamen iuxta intentionem operantis vnum quid totum non eſt: quid enim intendebat ille artifex Deus cùm dixit fiat firmamentum in medio aquarum & diuidat aquas ab aquis? hoc vtique vt faceret mundi huius amplam domum, pulchram domum, cuius quaſi tectum hoc firmamentum eſt, & ſicut tectum domus pulchrum quidem opus eſſe poteſt, ſed nondum domus, niſi quando fundamento & parietibus ſuppoſitum eſt, atque idem non totum quid eſt, ſic firmamentum pulchrior quidem mundi pars eſt, ſed nondum mundus erat antequam terra & mare proprias haberent ſpecies quibus firmamentum præmineret, itaque iam laudare, iam dicere quod eſſet bonum nimis feſtinum fuiſſet.*

*Rupe. li. 1. in Gen. c. 3.*

### *Deo vnitas maximè grata.*

*Et factum eſt veſpere & mane dies ſecundus,* ſi inſpiciamus alios dies, operibus eorum Deum & laudem, vel benedictionem impertiſſe, teſte Moyſe, dixit enim & vidit Deus quod eſſet bonum in primo die, cernemus: cur ergo ſecundæ diei nec benedixit, nec opera illius laudauit? nota ſecundum numerum ab vnione diuidere: dico ergo nec laudare diem ſecundum, nec eius operibus benedicere, quia vnitatem primæ diei ſeparabat, ita D. Hieron. in c. 1. Agg. *quia non poterat ſecundus dies qui numerum facit, qui ab vnione diuidit, Dei eſſe ſententiâ comprobari,* ita etiam Rabanus Maurus, *intelligere nos in hac ſcriptura voluit, non eſſe bonum duplicem numerum qui ab vnitate diuidit:* Sed dices in Euangelio numerus binarius laudabilis eſt ac myſticus; nam Chriſtus Dominus miſit diſcipulos ſuos binos ad prædicandum: reſpondet noſter Bonauentura, quamuis binarius numerus minùs ab vnitate diſcedat, primò tamen habet rationem receſſus in ſe. idcirco per ipſam intelligitur diuiſio & receſſus ab vnitate virtutis & perfectionis magis quàm per alios numeros. 330

*Hieron. in c. 1. Agg.*

*Rab. Mau.*

*Bon. in s.*

### *Deus ita quaſi damnatorum exoſa habet tormenta, vt diem, quo locus in quo cruciantur, conditus fuerit, non approbauerit.*

*Factum eſt veſpere & mane dies ſecundus,* quid ô Moyſes non ſubiungis, vidit Deus quod bonum eſſet? in quo deliquit hic dies à præcedenti, vt Dei approbatione careat, & laudem eius non aſſequatur? Aduerte ex Hebræis, teſte Aſcanio in hunc verſum, gehennam hoc die fuiſſe conſtitutam; ne miremur igitur hæc verba citata Moyſem non poſuiſſe, quia Deus ita damnatorum tormenta quaſi habet inuiſa, vt diem quo locus in quo cruciantur damnati, conditus fuerit, non approbauerit: audiamus verba Aſcanii, *Antiqui Hebræi in Berem Rabach Gehennam ſecundo die productam tradunt, ob eiuſque dedecus, non dictum fuiſſe à Moyſe, vidit Deus quod eſſet bonum.* 331

*Aſc. in Gen.*

### *Ita exoſum habet Deus peccatum, vt diem quamuis opere perfectiſſimo abſolutum, quia in eo cecidit Angelus, non approbauerit.*

*Factum eſt veſpere & mane dies ſecundus,* an tibi excidit è memoria, Moyſes, diei huius approbatio, ita vt à Deo laudatum non aſſeras? aduerte ſecundùm aliquorum ſententiam, hoc die cecidiſſe peruerſos Angelos: non igitur ex obliuione diem hunc à Deo non approbatum omiſit, ſed vt ſignificaret ei peccatum ita exoſum eſſe, vt diem in quo ipſum firmamentum fecerit, & nomine cæli illud cohoneſtauerit, quia in eo Angelos peccatum commiſit non approbauerit; *huius diei opera (inquit Hugo Carenſis) non adhibetur benedictio, quia præuidit lapſum hac die futurum, vnde hac die celebrat Eccleſia Miſſam de Angelis ad honorem ſanctorum Angelorum.* 332

*Ita Deus habet exoſam diſcordiam, vt propter illius ſolam figuram, optima non approbet.*

333 *Factum eſt veſpere & mane dies ſecundus*, adderem ego, & vidit Deus quod bonũ eſſet, quid enim melius & pulchrius firmamento? in bonitate enim & pulchritudine ipſam lucem ſuperat, qua formata tamen vidit (inquit textus) Deus lucem quod eſſet bona. Nota quod binarius ſignum eſt diuiſionis, quia recedit ab vnitate; non miraberis igitur huic ſecundo diei non benedixiſſe, quia Deus ita exoſam habet diuiſionem, vt propter illius ſolam figuram, optima non approbet: teſtem adhibeo Hugo. à S. Vict. lib. de Sacra. part. 1. *vnde (inquit) fortaſſe quia binarius ſignũ eſt diuiſionis, quia primus ab vnitate recedit, non ſunt laudata opera, non quia bona non eſſent, ſed quia malorum ſignum eſſent.*

*Hugo à S. Vict. lib. de Sacr. par. 1.*

*A patre æterno approbantur quæ facta ſunt à filio.*

334 *Et vidit Deus quia bonum*, ſecundum ſeptuaginta interpretes ita lege, non ſecundum vulgatum, & ſic lectionem admittentes conceptus efformabimus, cur ſeptuaginta addiderunt: vidit Deus quia bonum? an cognouit quod neſciebat? minime tum etiam, cùm pater æternus dixerit: fiat firmamentũ, illudque fecerit filius, quiſnam, an pater vel filius vidit quia bonum? pater vidit, id eſt approbauit quæ à filio facta ſunt; non enim poſſunt non approbari ab eo: ſic D. Ambr. *quia enim facit filius quod vult pater, laudat pater quod facit filius*, nihil in illo degeneris inuenitur, cuius opus à paterna non degenerat voluntate.

*Ambr. in hexam.*

*Omnium rerum conditor optimus Deus.*

335 *Et vidit Deus quia bonum*, quis ita cæcus qui firmamentum conſpiciens, non iudicet opus mirabile & eximium eſſe? ſuperflue igitur addidit Moyſes quod Deus vidit firmamentum eſſe bonum, quia malum eſſe non poterat virtute Dei formatum: ideo bonum dicitur firmamentum, vt ex creaturæ bonitate optimum eſſe creatorem etiam nolentes confiteamur. accipe D. Ambroſ. *ſi firmamentum bonum quanto bonus eius creator, etiamſi Arrianus nolint, Eunomiani reclament, radicis degeneris fructus deteriores.*

*Ambr. in hexam.*

E *Deus longè excellit quoſcunque perfectiſſimos artifices.*

336 *Et vidit Deus quod bonum*, ſi manus ſeiunctim ſeparatur, ſi priuatim oculus, denique ſi vnum quodlibet membrorum parui microcoſmi iaceat ſeparatum, nemini hæc cuicunque tandem bona videri poſſunt, aut pulchra, ſin ſuo quæque pars ordine repoſita fuerit: quomodo igitur cœlum ſeu firmamentum quod eſt pars iſtius mundi maioris, cum nondum ſit aliis partibus illius, quæ nondum productæ fuerunt, vnitum; quomodo inquam bonum ſeu pulchrum Deo videri poteſt? pulchrũ enim eſt quod
F omnibus partibus cuique conuenientibus abſolutum: A ſuerte artifices humanos cum efficiunt plura ſeparatim, neſcire quid gratiæ afferat futura eorum connexio, Deus autem præuidit quæ futura
A ſunt, cum iis quæ iam facta ſunt, recte conuenire: meritò igitur antequam integrum opus creationis adimpletum fuerit, ſingulę partes ſibi pulchræ videntur, quia in perſpicacitate & in omnibus aliis, quoſcunque perfectiſſimos artifices excellit: *ſolent artifices* (inquit D. Ambr. lib. 2. hex c. 5.) *ſingula prius facere, & poſtea habili commiſſione connectere, & qui vultus hominũ vel corpora excudunt de marmore, vel ære figunt, vel ceris exprimunt, quemadmodum ſibi poſſunt membra ſingula conuenire, & quid gratiæ afferat futura connexio, & ideo aut laudare non audent, aut pro parte laudant; Deus vero tanquam æſtimator vniuerſitatis, præuidens quæ
B futura ſunt, quaſi perfecta iam laudat, quæ adhuc in primis operis exordio ſunt, finem operis cognitione præueniens; nec mirum ſi apud quem rerum perfectio non in conſummatione operis, ſed in ſua prædeſtinatione eſt voluntatis, laudat ſingula quaſi conuenientia futuris, laudet plenitudinem ſingulorum in venuſtate compoſitam; illa enim eſt vera pulchritudo, & in ſingulis membris eſſe quod deceat, & in toto, vt in ſingulis gratia, in omnibus formæ conuenientis plenitudo laudetur.*

*Ambr. lib. hexa. c. 5.*

C *Deus noſtræ ſe attemperans infirmitati, docet nos ſuſcipere quod probat, ſuamque immenſitatem & bonitatem celebrare.*

*Et vidit Deus quod bonum*, attende, inquit Diuus Chryſoſt. quanta verborum humilitas, propter noſtram infirmitatem docens nos per huius pulchritudinem cœli ſuam immenſitatem: quomodo ex cœli laudata bonitate, & pulchritudine, Deum immenſum agnoſcemus? plures enim cœlorum venuſtatem conſpexere, Deum tamen negauere; negauere quidem amentes & corde inſipientes, ſed rationis compos non poteſt conſpecta cœlorum pulchritudine non in Dei immenſi admirationem rapi: *quis* 337
D *enim* (inquit Chryſoſt. in Geneſ.) *non obſtupeſceret ac admiraretur quod firmamentum, tempore vigeſimo, & eandem ſeruat pulchritudinem, & quandiu accedit tempus, & ſuam cuſtodit venuſtatem? quid enim ſpecioſius eo quod laudem à ſummo opifice accepit? nam ſi nos hominum opus videntes abſolutum, figuram, ſitum, pulchritudinem, proportionem, &c. quod factum eſt à Deo, quis digne laudarit? præſertim cum ab ipſo Domino laudem accepit: quando igitur ſubleua oculos & ſpecta pulchritudinem cœli, magnitudinem, vtilitatem, tunc inde ad opificem aſcende, ſicut & ſapiens quidam dicebat ex magnitudine & pulchritudine creaturarum vniuerſi conditor decentior conſideretur.*
E

*Chryſ. homi. 4. in Geneſ.*

*Detrahendi occaſionem adimit Deus.*

*Et vidit Deus quod bonum.* Quamuis dictum non eſſet quod Deus vidit firmamentum eſſe bonum, ſine dubio pulcherrimum hoc opus laudibus extuliſſemus, quamuis in lectione ſeptuaginta illius bonitatis teſtimonium non accepiſſemus: nota aliquos ita eſſe impios, vt etiam diuino artificio non parcant: optime igitur talè teſtimonium à Deo nobis datum eſt bonitatis firmamenti, vt occaſionem detrahendi omnino amputet, ſic D. Chryſoſtom. *Videbis hoc per ſingulas facturas dici, & ita confundi & multis antea ſeculis confici linguas eorum, quæ acuturæ ſe erant contra opificium Dei, & comprimet dicens, vidit Deus quod bonum.* 338

*Chryſ. in Gen.*

## VARIETAS VERSIONVM VERS IX.

*Vlg.* Dixit verò Deus, congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt in locum vnum, & appareat arida & factum eſt ita.

*Septuag.* Et dixit Deus congregentor aquæ, quæ ſub cœlo ſunt in congregationem vnam, & appareat arida, & factum eſt ſic, & A Congregata eſt aqua, qoæ ſub cœlo in congregationes ſuas, & apparuit arida.

*Caietanus*, Congregabuntur aquæ, & videbitur ſiccum.

*Procop.* Cungregetur vt videri poſſit arida.

*Oleaſter*, Colligentur in locum vnum.

*Steucus*, Excauentor aquæ.

## CONCORDIA VERSIONVM.

PLura apud ſeptuag, abundant, qoæ in codicibos Hebræis non repetiuntur, ſcilicet congregata eſt aqua qoæ ſub cœlo in congregationes ſuas & apparuit arida יבשה labbaſa quod a יבש Libas deſcendit ſiccare & arere ſignificat, vnde fit quod vbi legimus apparuit arida, Caiet. habet & apparuit ſiccom, qui autem vertunt colligare ſiue ligare arbitrantur, קוה kauea, etiam id ſignificare.

## EXPOSITIO TEXTVS.

### *ET DIXIT DEVS CONGREGENTVR AQVÆ QVÆ SVB COELO SVNT.*

CVm ſuperficiē terræ vniuerſam cooperirent aquæ, iuſſit eas in ſua ſubſtantiali forma productas certumque non habentes locum, in vnum determinatum congregari: vel per condenſationem, minorem locū occupantes, cùm antea raræ & tenuiores operirent terrā, vel cum antea terra C æqualiter in orbē conglobata eſſet, hoc tertio die multis partibus profunde ſobſedit aliiſque in ſublime elatis extumuit, ita vt tom maximæ concauitates profundæque valles, excelſique montes fierent in quibus aquæ receptæ fuerunt.

Aduerte, quod quando ait Deus: congregentur aquæ in locum vnū, cū videamus diſſita eſſe plotima aquarum loca inter ſe, hoc loco vnus intelligēdus eſt de loco ſeparato à terra habitabili, ita vt iſtæ aquę in ſuū quęq; locū deſtinatæ cōfluxerint.

*Et appareat arida*, quæ prius erat aquis cooperta, ex earum congregatione in vnū locū, apparuit nō arenoſa ſic enim eſſet infrugifera, ſed exſiccata, Ita vt ab animalibus poſſet habitari, fructuſque producere, herbaſqoe germinare.

*Et factum eſt ita*, Deo namque iubente, mox cœpit aqua celerrimo motu non aliquot partes terræ diſcoopetiens, ſed eam in vniuerſum detegens, deſcendere, congregari, atqoe ad locum ſibi daſtinatum concurrere.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Quod Deus condidit, ornare non differt.*

339 D*Ixit Deus: congregentur aquæ in locū vnū*, quæ tanta eſt de aquis Deo ſolicitudo? nonc ſpiritus Dei eis vehitor, nunc eas ſeparat quæ ſub firmamento, ab his quæ ſuper firmamentum; Et tandem eas in vnom iubet locum congregari? aduerte niſi aquæ in vnū locum aggregarentur, nec terra ſuo ornamento venuſtaretur, nec illæ piſcibus fœcundarentur: recte igitur poſtquam terrā aquaſque produxit, iubet in vnum locum con-

*Viel. lect. 15.* gregari, quia quod Deus condidit, diu ornare non differt: obſeruatio eſt Vielm. lect. 15. *cum in die formationis lucis, ſuperna inferuaque corpora ſimul Deus ornaſſet; ſecunda, media corpora inter primum mobile & occeanum veluti roborauit, vt idonea eſſent retinendis aquis: ac denique tertia* E *in qua ſumus, geminum elementum ornaturus, ſuum antea locum aſſignat,* D *deſcribendo Deum facientem vniuerſum, modo loquitur more humane, diſtinguendo inter diuinum dicere, & diuinum facere, prius dicendo, dixit Deus, & poſtea fecit Deus, modo loquitur ſecundum ipſius Dei excellentiam, dicendo dixit Deus & fuit ita, vt intelligamus quod diuinum dicere eſt tam eminentis excellentiæ vt habeat in ſe & quod eſt dicere & quod eſt facere.*

### *Dicere diuinum maximæ eſt efficaciæ.*

*Dixit Deus congregentur aquæ*, cum ſermonē inſtituit Moyſes de formatione firmamenti non

340 ſolū dicere Dei appoſuit, ſed etiam facere, cor igitur vt congregarentor aqoæ in locom vnom, illius dicere ſolū neceſſariū fuit? aſſero ex ſolo Dei dicto

*Card. Caiet.* aquas eſſe in vnum locū cōgregatas, vt illios maximā efficaciam agooſceremus, ſic optime Caiet.

### *Verbum Dei maximæ virtutis & energiæ eſt.*

*Dixit Deus congregentur aquæ in locum vnū*, nō

ſolum mouit Deus eas de loco, ſed etiā ſtatuit in 341

loco; vt nō præterfluerent terminos ſuos, ſed manerent, videmos tamen mare frequenter vndoſū, ita vt in aliū fluctus eius tanqoā mons aquæ præruptus inſurgat, & tamen vbi impetū ſuū ad littus illiſerit in ſpumas reſoluitur: vnde tanta obedientia, vt aqua inſenſibilis agitata terminos ſooa non prætergrediatur? nōne dixit Deus congregentur aquæ in locū vnū? non eſt ergo mirum aquaa etiā agitatas non prætergredi limites ſuos, quia tantæ efficaciæ & virtutis eſt verbum Dei, vt de omnibus ad libitū ſuū diſponat: quod conſiderat D. Amb. dicens, *infirmiſſimo omnium velut ſubuſ-*

*di puluere, vis maris in tēpeſtate cohibetur & velut* *Ambr. in*

*habeni quibuſd. cœleſtis imperij à praſcripto ſibi fine* *hexam.*

*reuocatur violētiq; æquoris motus in ſe frāgitur atq; in reductos ſinus ſuos ſcinditur, hoc quis eſt qui cohi-*

*beat? niſi vis ſtatuti cæleſtis*, adde vel verbum Dei ita præcipientis. A

### *Vnitas vera forma rerum.*

342 *Dixit Deus: congregentur aquæ in locum vnum*, vel vt habet Auguſt. lib. imperfect. de Gen. ad litteram, congregetur aqua quæ ſub cœlo in congregationem vnam: cùm in numero ſingulari dixerit locum, locus autem non poteſt eſſe plures ſed vnus, ſuperque videtur vnum addidiſſe: ſed ait Auguſt. *ipſa forma commendatur nomine vnitatis, hoc eſt enim vere formari in vnum, aliquid redigi: quoniam ſumme vnum omnis formæ principium.*

*Aug. lib. imper. de Gen. ad litt.*

B

### *Vbi vnitas & concordia eſt, ibi claritas, & lux nequit non eſſe.*

343 *Dixit Deus congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt in locum vnum*, hæc aquarum congregatio & vnio die tertia facta eſt; qua peracta, ſtatim accedens ad opera quarti diei, dicit fiant luminaria in firmamento cœli; non antè fiunt luminaria in cœlo, non antè ſol creatur, (loquor in opinione probabili tenente ſolem productum, non primo ſed quarto die) quàm congregatio aquarum præceſſiſſet; ſed cur quæſo C creatio luminarium ſupponit congregationem & vnionem aquarum antecedenti die factam? certe vt declaretur, quod concordia & vnio, lucis & claritatis eſt præambula: hinc D. Anaſtaſius Synaita lib. 3. hexam. ait, *congregetur aqua quæ ſub cœlo, hoc eſt vniuerſa multitudo gentium quæ ſunt ſub cœlo, congregentur in congregationem vnam, congregetur genus humanum nempe aqua cui prius inſidebant tenebræ, veniat & congregetur in lucem*, quaſi nequeat fieri quod vbi vnitas & concordia præceſſit, non ſequatur claritas ſub qua omnia luceant.

*Anaſt. Syn. li. 3. hexam.*

### *Creaturæ inſenſibiles obedientiores Deo ipſo homine.*

D

344 *Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt in locum vnum*, ait Moyſes, & factum eſt ita, quod miror, eſt quomodo creaturæ inanimatæ ita congregentur ea ſola Dei voluntate, homines autem rationis capaces ei non obediunt? nam ipſe conqueritur dicens, quoties volui vos congregare vt Gallina pullos ſuos, & noluiſtis? quomodo ergo creaturæ rationis expertes congregantur? ideo huiuſmodi creaturæ Deo obediunt vt homo pudore confundatur voluntati Dei reſiſtens, ita D. Ambr. *non mediocris pudor eſt, imperio Dei inſenſibilia elementa parere, & homines non* E *obedire, quibus ſenſus tributus eſt ab ipſo authore, dictum eſt congregetur aqua & congregata eſt, & frequenter dicitur congregetur populus, & non congregatur.*

*Ambr. li. 3. hexa. ca. 2.*

### *In obediendo non fatigari docent creaturæ inanimatæ.*

345 *Congregentur aquæ in locum vnum*, ex illo Dei præcepto non ſolum aquæ congregatæ ſunt in locum F vnum, ſed perpetuò currit aqua, fontes labuntur in fluuios, in mare currunt flumina, lacus deriuantur in maria, nec vnquam ſuos curſus interrumpunt; quomodo non fatigantur? quomodo non deficiunt? niſi vt nos doceant creaturæ inanimatæ in obedientia nunquam defatigari, ſic fere D. Baſil. *iuſſit Deus currere naturam aquarum, & nunquam ipſa defatigatur illo perpetuo compellente ipſam præcepto.*

*Baſ. in hex.*

A

### *Creaturæ inanimatæ legem liberalitatis præbent auaris.*

*Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt in locum vnum*, has congregationes aquarum appellauit maria; quid ſignificat congregaſſe aquas in locum vnũ, ita vt concluſum ſit mare tanquam oſtiis, iuxta illud Iob: *quis concluſit oſtiis mare?* quomodo mare intra ſuos limites continetur, cùm elementum ita fluidum ſit? aliquando autem maximis tempeſtatibus agitatum, ita vt ipſa montium cacumina excedere videatur? cur ergo terram non inuadit? agros non depopulatur? ideo intra ſuos limites & terminos continetur, vt hominibus ratione præditis præbeat exemplum non ita cupiditate habendi flagrare, ita vt aliena ſinant: quod optime ſcribit D. Baſil. hom. 7. *auarus in vrbe malus eſt habitator, malus eſt in agris, nam mare terminos habet, nox item leges antiquas non egreditur, ſolus auarus nullum terminum habet, nullum circumſcribit tempus, rerumque ſucceſſione non cedit, ſed vim naturamque ignis imitando, omnia comprehendit, omnia paſcitur: quid ergo poſt hæc? nonne telluris tres tantum cubiti te expectant, nonne paruus lapis ad tui miſeri corporis cuſtodiam ſatis erit?* 346

*Iob. 38.*

*Baſ. item ho. 7. in diuites auaros.*

C

### *Deus largitur diuitibus facultates, vt eas pauperibus communicent.*

*Congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida*, cur arida omnino apparebit, ita vt in locum vnum congregentur aquæ? quænam eſt hæc prouidentia, ita vt locus vnus omnes aquas contineat? optima quidem eſt, ſi enim mare continet aquas, non ideo vt eas retineat, ſed vt per diuerſos terræ meatus emittat: ita inquit Baſilius hom. 6. non dantur diuiti facultates, vt omnes retineat, ſed vt pauperem earum participem efficiat, vnde D. Leo ſer. 1. de collectis, & ſerm. 8. de ieiunio 10. menſis, *O mi-* D *ra prouidentia, ô bonitas creatoris! vt vno facto duobus eſſet ſuccurſum, pauperibus poſſet Deus eas quas vobis contulit tribuere facultates, niſi pro ineffabili miſericordia ſua & illos iuſtificare vellet de patientia laboris, & vos de opere charitatis.* 347

*Baſi. ho. 6. in diteſcen.*

*Leo ſer. 1. de collect. & ſerm. 8. de ieiun. 10. menſis.*

### *Si circa bona terrena affectus nimium ferantur, anima virtutum germina non proferet.*

*Congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida*, vt poſſit germinare: dicemus per aquas affe- E ctus noſtros deſignari: ſed cur ita neceſſe eos conſtringi certiſque limitibus coërceri vt terra cordis noſtri fructificet? quia niſi per terrena bona affectus diffluant, animæ terra ſiue hortus paulatim areſiat, ſiue etiam ſylueſcat, neceſſe videtur: aſtipulatur huic cogitationi, imo eam perficit D. Bern. ſerm 32. ex paruis, dum locum in quem hæ aquæ conſtringendæ ſunt, ſic deſignat atque definit, vt certos illi vndique terminos aſſignet, ſtrictiſque limitibus circumſcribat: ſic etenim ibi: *vſque hodie in ciuibus Baby-* F *lonis aquarum effuſio, id eſt confuſio cogitationum terram facit inanem, & vacuam. Dum enim fluctuat circa carnem cogitatio vniuerſa, nullum ex ea ſpectare eſt fructum ſalutis. Diuidantur ergo aquæ ab aquis, quatenus anima quoque, vt dignum eſt, partem ſibi vendicet meditationis: ſane inferiores certis limitibus coërceantur, certis contineantur alueis, neceſſitatis terminos non excedant, proinde ſuperiores copioſius dilatentur.* 348

*Bern ſer. 32. ex paruis.*

### *Eccleſia vna eſt.*

349 *Congregentur aquæ in locum vnum*, quare non ait ſint plures congregationes, ſintque in diuiſis locis? cum diuerſa maria & aquarum congregationes non ignoremus eſſe? nam & Oceanum, mare dicimus, Thyrrenum, &c. ſed myſtice, nonne gentilis & Iudæus ſuas diuerſas congregationes habebant: diuerſiſque in locis & non in vno? reſpondeo ergo recte dici omnes aquas congregari in vnum locum, & non in plures congregationes, ad declarandam Eccleſiæ ex diuerſis collectæ vnitatem: ita D. Ambro. *Ambr. li. 3. hex. cap. 1.* lib. 3. hexa. c. 1. *hanc imitemur aquam, & vnam congregationem Domini vnam Eccleſiam nouerimus, congregata eſt hic quondam aqua ex omni valle & omni palude, ex omni lacu vallis & hæreſis, vallis eſt gentilitas, quia Deus montium & non vallium, ex omni igitur valle populus Catholicus congregatus eſt, iam non multæ congregationes ſunt, ſed vna congregatio, vna Eccleſia; dictum & hic congregetur aqua ex omni valle, & facta eſt congregatio ſpiritualis, & factus eſt vnus populus, & hæreticis & gentilibus repleta eſt Eccleſia.*

### *Figuratur quo die gentium multitudo Eccleſiæ vnitate congregata eſt.*

350 *Congregentur aquæ in locum vnum*, quo die hoc iuſſit Deus? tertio, cur potius hoc die quam ſecundo, aut quarto? Nota tres dies excipi poſſe ex diuinis hiſtoriis, Moſaïcum, Propheticum, & Euangelicum, de quibus id verificari nos erudit illud Chriſti *Luc. 19.* Domini Luc. 19. hodie, & cras facio ſigna, hodie, en dies Moſaicus, in quo patrata ſunt ſigna, tũ in Ægypto, tum in deſerto per Moyſem? cras, en dies Propheticos ſecundus quo exhibita ſunt portenta per Heliam, & Heliſæum, & cæteros Prophetas? tum vero tertio die emicuit Euangelium numeroſioribus ac longe inſignioribus miraculis, quam plenitudo fuit legis & Prophetarum: Dicamus igitur in figuram factum fuiſſe vt ſicut tertia die hebdomadæ primææ cõgregatæ ſunt aquæ in locum vnum, ita tertio die Euangelico congregatæ ſunt etiam nationes gentium quamuis ampliſſimæ in locum vnum, nempe in vnam Eccleſiam. Sed hoc præſtat legere in Anaſt. Syn. lib 3. hex. *die tertio* (inquit) *fecit Deus aquas in congregationem vnam, quamobrem? quoniam poſt primum diem Moſaicum, & ſecundum cultum Propheticum, tertio die nos gentes congregatæ ſumus in vnam fidei congregationem, per ſagenam Euangelij. Quamobrem dicebat etiam Chriſtus qui tertio die ſurrexit à mortuis, hodie & cras facio ſigna. Ecce duo dies, ſigna autem dicit, quæ facta ſunt in Ægypto, quæ in deſerto, & quæ per Moſem, ſunt hæc vt ſemel dicam primi diei, ſecundi autem quæ per Eliam, & Eliſæum, & qui deinceps ſecuti ſunt, Prophetas: tertio autem die eius aduentus dies lucidus perficitur, qui oſtendit per Euangelium perfectum, & omnibus numeris abſolutum eius ſtudium Eſt enim Chriſtus plenitudo ac complementum legis & Prophetarum. Et Paulus dicit, lex eſt ex omni parte perfecta, nempe lex Chriſti, ego autem per legem, videlicet Moſaicam, ſeruio legi peccati, vnde etiam quæ in Cana factæ ſunt nuptiæ, factæ ſunt tertio die. Cana autem interpretatur creatura, in qua creatura eo deſcendente, factæ ſunt incorruptæ nuptiæ vnionis verbi & noſtræ naturæ, in his nuptiis tertio die primum miraculum Chriſtus fecit in aqua, quoniam tertio die aquam gentium congregauit in vnam congregationem, cùm eam tranſmutaſſet vera vitis ab aqua in vinum lætitiæ, in congregationibus ſuis, nempe in lapideis petræ Eccleſiarum hy-*

*Anaſt. Syn. li. 3. hexam.*

*Ioann. 2.*

A *driis, quæ capiunt circa duas metretas veteris & noui teſtamenti, aut tres myſterij Trinitatis Dei, qui tertio die reſurrexit, qui tertio die dicit, congregetur aqua, &c.*

### *Multitudo gentium quaſi aquæ decliues in vnam congregata eſt Eccleſiam.*

*Congregẽtur aquæ in locum vnum*, deinde quaſi imperceptibili celeritate Dei præcepto obtemperaſſent, ſubiungit Moyſes, & factum eſt ita, ſi per locum vnum Eccleſiam intelleximus, & aquarum cõgregationem multitudinem gentium, tantane celeB ritate, audito Chriſti Domini imperio in Eccleſiam vnam gentilitas concurrit? tanta equidem, quanta aquæ decliues in vnum locum cõfluunt: teſtatur cita. Syn. *Deus iubet magna voce dicens, congregetur aqua, quæ eſt ſub cœlo in vnam fidei congregationem, quam quidem vocem Chriſti Dei cum audiſſent & aquæ, & fines, & genera Barbarica, quomodo tunc in creatione mundi, aquæ fluxamenta ac tremore magno impetu fluentes feſtinabant, currebant, accelerabant, non expectabant, vt quæ in vnam congregarentur & mouerentur congregationem, boreales, auſtrales, occidentales, orientales, orbis terrarum vndæ & fluenta ſe inuicem præuenientes, & in fluctus aſſurgentes, tanquã ab aliquo violento & diuino ſpiritu,* C *& qui ſupra ipſos ferebatur, actæ & impulſæ, & vna congregatio & mare eſſent omnes aquæ terræ.* 351

*Anaſt. Syn. citat.*

### *Iiſdem artibus condita eſt Eccleſia à Spiritu ſancto, quibus vſus fuerat in mundi creatione.*

*Congregentur aquæ in locum vnum*, &c. & multitudo gentium in vnam Eccleſiam congregatur: cur ante huiuſmodi congregationem aquarum ſpiritus Dei ſuper eas ferebatur? & tunc eo operante terra quæ earum multitudine erat operta, detegitur, & detecta eo quaſi leuiter ſufflante germinat? eo fouente aquæ volucres dederunt: obſeruate mecum D naſcentem Eccleſiam, ſpiritus ſanctus cunctis nationibus superfertur, eas animat ad vitam ſpiritualem, ſpiritus Dei tertio die baſes terræ inconcuſſas detexit, ipſe quoque fundamenta, ſcilicet Apoſtolos intrepidos manifeſtauit, tunc defluẽtibus aquis montes extulit, nunc Eccleſiæ montes, vtpote Antiſtites, qui prius offuſi erant tenebris & aquis, ſublimauit: tunc petræ apparuere, nunc Chriſtũ Petram, & petram nempe fidem Petri ſpiritus declarauit: tunc aquis congregatis ſpiritu vrente, terra quaſi Zephyri aura viguit, nunc ſegregatis infidelibus EcE cleſia ſpiritus ſancti gratia floruit: tunc aqua volucres dedit, nunc baptiſmus columbas innocentia, & vitæ puritate præclaras largitur, eo mediante: en vidiſtis ſpiritum Domini mundo naſcenti præſidentem, ſimulachrum ſuiipſius fuiſſe congerentis naſcentem Eccleſiam? quis vetat igitur dicere iiſdem artibus conditam Eccleſiam à ſpiritu ſancto, quibus vſus fuerat in mundi creatione? ſed non licet præclariſſima in hanc ſententiam Anaſtaſ. Syna. verba prætermittere: *Aqua ſanctificetur, præuenit enim præcurſor ad quem currebant etiam aquæ populorũ, & circumcurrebant quod ab eo congregarentur &* F *accumularẽtur, ille præcurſor veterum aquarum, & programma huius præcurſoris, figuraque & indicium aquarum credentium & ratione præditarum ad Chriſtum accurrentium, per illum antiquum aquarum præcurſorem conſtituti ſunt fontes aquarum, & reuelata ſunt fundamenta orbis terræ, per hunc præcurſorem aquarum gentilium firmata ſunt, & creata fundamenta Eccleſiæ orbis terrarum, illæ aquæ currentes reuelarunt per vehementem curſum omnes montes qui prius tecti fuerunt, præſignificantes præ-* 352

*Anaſt. Syn hexam.*

*curſorem gentium, reuelantes & oſtendentes montes Chriſti Eccleſiarum quæ prius tegebantur, & ſuffocabantur à tenebris, ante illum præcurſorem aquarum petra ſuper terram non cognoſcebatur, & ante præcurſorem aquarum Gentilium Chriſtum petram non cognouimus, illa aquæ congregatæ terra lucem oſtenderunt, & in concurſu aquarum Gentilium ortus eſt ſol iuſtitia, ante illum præcurſorem aquarum, volucres in terra non habitauit, & ante congregationem curſus Gentium, Spiritus ſancti columba non habitauit in nobis, ante illam aquæ congregationem terra nullo modo fructum oſtendit; quomodo nec ante congregationem Chriſti Eccleſia, fructum poſſedit humana natura, nempe virtutes, per congregationem prima aquæ panem homo comedit: & in congregatione noſtra nempe Gentium cœleſtis tibus in cibum apparuit, cœleſtia hæc omnia bona naſcuntur terræ hominis.*

## *Paſſiones noſtræ conſtringendæ ſunt.*

353 *Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt in locum vnum*, cur quæſo hoc non eſt dictum de aquis ſuperioribus, ſed ſolum inferioribus? Nota quod aquæ inferiores humanas affectiones adumbrant; non ergo immerito præcepit in vnum locum congregari, affectiones enim huiuſmodi ſunt conſtringendæ, & certis limitibus circumſcribendæ: ita Hugo Victor. *Aquæ quæ ſunt ſub cœlo conſtringendæ ſunt, & congregandæ in locum vnum, quia affectus animæ inferior, niſi certa lege conſtringatur, non poteſt apparere arida, nec germina producere ſicut Apoſtolus caſtigat corpus ſuum & in ſeruitutem redigit.*

*Hugo à S. Vict. de Sacrã. lib. 1 par. 1. c. 33.*

## *Charitas non reſtringenda.*

354 *Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt in locum vnum*, Cur aquæ ſuperiores non iubentur in locum vnum congregari ſicut & inferiores? nota quod aquæ quæ ſuper cœlos ſunt, ſignificant charitatem, ſicut enim charitas omnibus virtutibus ſupereminent, ſic aquæ cœleſtes elementaribus ſuperiores ſunt: dico ergo, ideo illas aquas ſuperiores non in vnum locum congregatas, tãquam certis limitibus coanguſtandas, quia charitas non eſt reſtringenda ſed dilatanda, ita cit. Hugo. *Aquæ quæ ſuper cœlos ſunt, non debuerunt in vnum colligi & in vnum coarctari, quia charitas ampliſicanda & ſemper dilatanda, nam charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis.*

*Hugo à S. Vict. cit.*

## *Anima Dei viſione indigna, niſi in fide Catholica Sacramenta receperit.*

355 *Congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida.* Quid? arida non apparebit niſi aquis in vnũ locum congregatis? tunc ſolum viſibilis a ſole reddetur, & ſi ſenſibus prædita tunc ſolem ſolum intueretur, cum à tribus diebus iam condita fuerit? quid hoc denotat? aduerte Petrum Abb. Cell li. de panib. cap. 4. per aquarum cõgregationes in locum vnum intelligere ſacramenta in fidei virtute recepta, per aridam ipſam animam: quo poſito cur appareret arida viſibilis, niſi prius in vnum aquis locum congregatis? quia anima Dei ſolis iuſtitiæ viſione digna non fit, niſi in vnitate fidei Catholicæ ſacramenta recipiens ſibi cõgregauerit: ita cit. Abb. *Regeneratio ſpiritus ad inuiſibilem pertinet cordis fidem, regeneratio vero ex aqua ad viſibilem id eſt ſacramentalem, hinc enim eſt quod in tertia die dictum eſt: congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt, &c. aliter non apparet arida niſi aquæ congregentur in locum vnum, quia non eſt vultibus diuinitatis anima*

*Petr. Ab. Cellen. l. de panib. cap. 4.*

A *digna niſi in vna fide Catholica omnia Eccleſiæ conſummauerit ſacramenta: in locum autem vnum bene dicuntur congregari omnes aquæ, quia in vnitate fidei & charitatis conueniunt tam ſacramenta, quam chariſmata omnia, tunc apparet arida ab immunditiis idolorum, & præcedentium delictorum. Tunc germinat herbam virentem & facientem ſemen, quia quod in viſceribus fidei eius latebat, erumpit in germen, & facit fructum rurſum in conſpectu Dei, & Angelorum atque hominum.*

## *Diuitum cupiditates in vnum, id eſt in vnam poſſeſſionem congregentur, vt aliis ad habitandum locus relinquatur.*

B

356 *Congregentur aquæ in locum vnum.* Cur tot aquarum immenſam voraginem vnu conſtringi loco Deus imperat? varias diffluant per prouincias? meliorem terræ partem poſſideant, quę vniuerſam antea cooperiebãt? aduerte per has aquas quibus vniuerſa facies terræ tegebatur, diuites denotari, qui ampliſſimam diuitiarum alluuiem reique familiaris immenſam copiam poſſident, atque violatis & contemptis ſæpenumero vniuerſis naturæ iuribus, agros agris, domibus domos, oppida oppidis, legitimis etiam dominis pulſis, fraudulentis artibus copulant, atque connectunt: merito igitur præcipitur aquis etiam immenſis, vt in vnum congregentur locum, quia diuitum etiam opulentiſſimorum cupiditates ad modeſtam rerum poſſeſſionem debent conſtringi, & quaſi coaceruari, vt aliis etiam ad habitandum locus relinquatur: ſic Oleaſt. *Quid aliud præſefert locus iſte; quem vt qui lata loca poſſident, eis cedant: & alios ſimul viuere ſinant, ſunt enim aliqui qui tam ample viuere volunt, vt aliis non ſit ad habitandum locus relictus, qui verba Domini apud Iſaiam cap. 5. audiant, Væ qui coniungitis domum domus, & agrum agro copulatis, adeo vt non ſit locus aliis, & nunc inquit habitabitis vos ſoli in medio terræ? quibus ſtatim comminatur dicens; ſi non domus multæ in deſolationem fuerint grandes, & pulchra abſque habitatore; quia enim proximis locum dare noluerunt, perdiderunt ſua: audiant hoc diuites: qui magna palatia ædificare volentes, pauperes cogunt domos ſuas vendere, & ab aquis & irrationabilibus diſcant, cæteris locum dare, ceſſerunt enim aquæ ſuo loco, vt terra poſſet fructificare, tibi vero non præcipitur tuum locum relinquere, ſed alienum non occupare.*

*Hieron. ab Oleaſt. in. Geneſ.*

*Iſai. c. 5.*

## *Peccatores & hæretici in inferno tanquam in loco ſibi debito locabuntur.*

357 *Congregentur aquæ in locum vnum* Quaſi ſibi debitum, imo plura poſſideant loca? Nota & peccatores & hæreticos propter amaritudinem peccatorum, aquas ſalſas & maria dici: quis igitur aſſerere prohibet in vnum ſolum aquas locum congregari? vt nobis denoterut quod hæretici & peccatores non alium niſi locum inferni poſſidebunt: fauet Hugo Carenſis, *Congregentur id eſt congregabuntur in locum inferni, vnde Iſa. 24. dicit: congregabuntur congregatione vnius faſcis in lacum, & claudentur ibi in carcere, & poſt multos dies viſitabuntur.*

*Hugo Car. in poſtilla. Iſa. 24.*

## *Præfiguratur ab initio reſurrectio.*

358 *Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt in locũ vnũ, & appareat arida* Cur die tertiu apparet quę aliis diebus ſepulta fuerat in tenebris? terra nõne hominem

A ſignificat? terra autem aquis cooperta & tenebris ſepulta quid aliud deſignat, niſi hominē mortuum & ſepultum? nonne per diem tertium reſurrectionem poſſumus intelligere, cum illo die reſurrectio Chriſti Domini fuerit facta? Reſpondeo ergo tertio die apparuiſſe terram, quæ antea aquis ſepulta fuerat, vt nobis myſterium reſurrectionis declaratum maneret, ita Anaſt. Synaita lib. 1. hexam. *Oportebat,* inquit, *terram à Deo ſtatim factam ab initio tanquam inferis traditam, tertio die exurgere, dicitur enim congregentur aquæ & appareat arida.*

Anaſt. Syn. lib. 1. hexa.

### *Sine gratia ſteriles ſumus.*

B

3,9 *Congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida,* in locum vnum congregata eſt, ita vt appareret terra arida, quid hæc aqua ſignificare poteſt? gratiam, ita apud Ioann. loquitur Chriſtus Dominus ſit fons aquæ ſalientis in vitam æternam, nonne homo terra eſt? Reſpondeo ergo ſi ſegregatur aqua id eſt gratia, apparebit homo limus ſterilis, ita D. Auguſt. in Pſalm. 142 in illum verſum anima mea ſine aqua tibi, *Abundat mare, inundat copioſum, diſcreta eſt aqua, apparuit arida anima mea, irriga eam quia velut terra ſine aqua tibi, & antece, ad faciendum fructum bonum.*

Auguſt. in Pſ. 142.

C

### *In religione commoramur vt fructificemus.*

360 *Congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida,* id eſt vt poſſit fructificare, cur in locum vnū aquæ congregantur? myſticè quis eſt ille locus vbi aquæ conueniunt? nonne ſeculum poteſt deſignare, in quo homines aquæ amatæ amaritudine peccati degunt? per aridam quę fructificare debet, homines religioſi, vitiis ſteriles, virtutibus fœcundi ſignificátur: dicamus igitur ideo Deum præcepiſſe aquas in vnum locum congregari, & terram apparere aridam, vt deſignet peccatores ſeparari debere à Religioſis, vt fructificare in operibus virtutum valeant: ita D. Euchet. *ſeculum* (inquit) *locus eſt, vbi aquæ amaræ congregantur, religio vero terra fructifera, fixit ergo Deus ſuperborum limites, & coercuit eos, ne turbulentis iniquitatum ſuarum fluctibus, aridam id eſt animam ſitientem Deum conturbent, liceatque & germinare bonorum operum fructum.*

D

Euch. in Gen.

### *Humana natura arida effecta Adæ peccato, verbo incarnato terra frugifera redditur.*

*Appareat arida.* Nempe quæ inanis & vacua
361 erat, quæque aquis in locum vnum congregatis à
Deo terra nuncupatur: vocauit enim (inquit Moyſes) Deus aridam terram. Quis non mirabitur hanc terram hoc nomine ſic dictam in 1. verſo Gen. *creauit Deus cælum & terram*, deinde aridam, tandem à Deo eandem terræ appellationem ſortitam fuiſſe, & dictam terram: cur idem nomen ſemper non retinet? Aduerte, quæſo, terræ nomine hominem deſignari, huncque triplici modo conſiderari, nimirum in ſtatu innocentiæ, peccati, & gratiæ: nam Adam primus homo, dum elargita ſibi à Deo primæua iuſtitia decorabatur, terra nuncupari potuit, cum ex ea fuerit formatus: vt culpę obnoxius factus eſt, tenebris ignorantiæ fuit obuolutus, & tunc de illo dici potuit: terra erat inanis & vacua, & tenebrę ſuper faciem abyſſi: & quia tunc nullum florem proferebat, arida terra dici potuit, tandem cum diuina miſeratione verbum caro factum eſt, & exſiccatæ ſunt aquæ culparum, Chriſti Domini expiatione, terra quæ erat arida, rurſum terra redit, & frugifera redditur: ne te moueat igitur quod terra, quæ ſic in principio dicta fuerat, deinde inanis & vacua & arida dicta ſit, & tandem nomen terræ germinantis retinuerit, quia per hoc ſignificatum eſt, quòd humana natura decora virtutibus, & deinde inanis & arida effecta peccato, tādem verbo incarnato priſtinum ſtatum gratiæ recuperauit: hoc edocet Anaſt. Syn. lib. 3. in hex. *oportet hoc quoque in loco adnotare, quod quando cum cælo Deus fecit terram, non appellabatur arida, frugiferum enim ac fertilem fecit Deus hominem, & non aridum: quando autem fuit ſuffocata à tenebris quæ ſupra eam erant & aquis, tūc facta eſt arida & mortua. Deinde eam Deus rurſum vocans ad antiquam illuminationem, eam transnominat, & ei reddit primum nomen, quando à tenebris Deo apparuit, ſtatim eam vocauit terram: quomodo dicit hiſtoria, quod Deus aridam vocauit terram? vtpote quod ab infertilitate ad fertilitatem per Chriſtum de cætero vocetur & renouetur homo, ei autem quod dico fert teſtimonium Propheta quoque in Pſalm. 94. aridam nominans, hominem, dicens de Deo, ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam finxerunt eius manus, hoc eſt hominem, qui dicit: Manus tuæ fecerunt me Domine, & finxerunt me, nullam creaturam ex iis quæ ſunt in cælo, aut in terra, finxit Deus ſuis manibus niſi hominem, qui ad eius factus eſt imaginem, de quo dicit Moyſes, vocauit Deus aridam terram. Vide myſteria admirabilia, terram in profundo ab aquis ſuffocatam nominat aridam: Cùm aquæ autem ab ea receſſerunt, & ſunt diuiſæ, & ea fuit exſiccata, non eam amplius nominat aridam, ſed terrā: quomodo enim conſtat citra controuerſiam, quod imagines & figuras nouæ in Chriſto creaturæ prius deſcribebat, & præfigurabat Chriſtus in vniuerſa ſex dierum creatione.*

Anaſt. Syn. lib. 3. in hex.

Pſal. 94.

E

## *VARIETAS VERSIONVM VERSVS X.*

*Vlg.* Et vocauit Deus aridam terram, congregationesque aquarum appellauit maria, & vidit Deus, quod bonum eſſet.

*Septuag.* Et vocauit, &c. collectionesque aquarum appellauit maria.

*Cald.* Et locum congregationis aquarum appellauit maria.

*Caiet.* Et vocauit Elohim ſicco, terram, & congregationi aquarum vocauit maria.

*Vatab.* Vocaueratque Deus ipſam aridam, terram, congregationem verò aquarum illarum, appellauerat maria.

*Oleaſt.* Et extenſiones aut colligationes aquarum vocauit maria.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

QVod nos & ſeptuaginta legunt, in plurali congregatiooes ſiue collectiones, Hebræus eodex & Calꝺæos habent in ſingulari locum vnum ſiue congregationem: forte vt aquarum vnitas denotetur, ſic autem legit Oleaſter colligationes aut eatenſiones quia מקוה Micueh inquit à קוה Kauah ortum habet quod eatendere aut colligare ſignificat.

## EXPOSITIO VERSVS X.

V*OCAVIT Deus*, Io ſua præſcientia inſtituit aridam ſic debere vocari, nóo enim tunc, ſed die ſeato cum formauit hominem, Hebræamque linguam ei indidit, tunc Deus aridam terram vocauit, iuſſitque à protoparente vocari Hebraicè, ארץ erets, id eſt terram; ita forte nominata eſt quaſi pedibus trita

*Congregationeſque aquarum vocauit maria*, quæ ita pluraliter dicuntur, propter plurimos ſinus. ſi enim hæc congregatio aquarum vocetur mare, tribuendum eſt modo loquendi Hebræorũ, qui vocant ים mare non ſolum oceanum, ſed quamlibet ma- B gnam aquarum congregationem, vt in Euangelio frequenter nominatur, mare Tyberiadis, & mare Galilææ, quæ tamen non ſunt niſi quidam lacus.

*Vidit Deus quia bonum*, cum Moyſes diſtuliſſet iudicium diuinum de bonitate ſecundæ diei, nunc opus tam ſecundæ, quam tertiæ cõprehendit, cum ait, *vidit Deus quia bonum*, vtilitas enim prouenıens ea expanſione cœlorũ conſiderata in ſecunda die, non eſt oobis manifeſta vſq; ad apparitionẽ terræ ea condenſatis aquis: ſicut à ſimili nihil dicitur de bonitate cœli & terræ vſq; ad factam lucẽ, quia bonitas illius creationis per lucẽ nobis manifeſtatur

## C O N C E P T V S.

*Deus artificialium auctor.*

362 V*ocauit Deus aridam terrã, congregationeſque aquarum appellauit maria*, cur ipſemet Deus ea ita appellauit: nonne per primum parentem vt animalibus, potuit etiam nomina mari imponere? Reſpondeo per ſemetipſum nomen voluiſſe dare, vt non ſolum naturalium, ſed etiam artificialiũ author denotaretur: ita Caiet. *Sic ſcripſit Moyſes, vt manifeſtum quod Deus eſt author non ſolum rerũ naturalium, ſed etiam artificialiũ, qualia ſunt nomina.*

*Non niſi rebus perfectis nomen imponi deberet.* D

363 *Vocauit Deus aridam terram*, deinde ſubiungit, *& congregationes aquarum maria*, cur ſolum poſtquam aquis terra diſcooperta eſt & aquæ ſolũ poſtquã in vnum locum ſunt congregatæ nomen a Deo accepere Nota tunc vtrumq; elementum potuiſſe dici perfectum, nam cum terra aquis obtegebatur, ita imperfecta erat, vt indigeſta, rudis, & nihilum nuncuparetur: aquæ autem vltimã non acquiſiêre perfectionem, quouſque naturalem locum obtinerent: merito igitur Deus nonc ſolum nomen imponit vtrique elemento, quia ſolum res perfectæ nomen tanquã eo dignæ accipere deberent: vnde D. E Chryſoſt. hom. 5. in Gen. ſic ait, *Ecce & aquæ nomen ſuum ſortitæ ſunt: nam quemadmodum optimus artifex arte ſua vas aliquod facturus, non antea nomen illi imponit, donec abſoluat: ita & miſericors Dominus nomina elementis non antea imponit, donec ea in propria loca ſuo præcepto ponat, igitur poſtquã terra nomen ſuum accepit & ad propriam formam peruenit, etiam aquæ congregatæ proprio vocabulo nominatæ ſunt.* F

*Nomen rebus congruè imponendum.*

364 *Et vocauit Deus aridam terrã*, Io Hebræo huic terræ dictioni reſpondet ארץ Erez, cur appellatione terræ ſiue Erez ipſam aridam nominat? Erez ſiccum ſignificat. terra autem in ſua qualitate ab aliis diſtinctiua eſt ſicca, nomine autem Latino ſic dicta quia vt ait Iunilius, quod animantium pedibus teratur: ne ſciſciteris ergo quare arida hoc nomen terræ vel Erez accipit, quia appellationes quæ rebus imponuntur, congruere debent, *appellauit ſiccum elementum erez* (inquit Conſtantius Ruſchonius in ſuis in Geneſim comment.) *quod ab ariditate ducitur, vt nomen rei congruat.* Iunil. Conſt. Ruſc. in Gen. comment.

*Eccleſia denotatur magnis perſecutionibus conculcanda, ſed non abolenda.*

365 *Et vocauit Deus aridam terram*, terræ nomine exiſtimat D. Bruno in allegoriis Tilmani, Eccleſiã D denotari. ſicut enim variis terra floribus decoratur, ſic Eccleſia pulcherrimis virtutum ornamentis eſt condecorata, &c. ſed quod mihi faceſſit negotium eſt quod terra à terendo dicitur, quia pedibus animalium teritur & conculcatur: quomodo autem hoc Eccleſiæ conuenire poteſt, quæ ſumma veneratione colitur & honoratur? aduerte terram licet pedibus animalium conculcatam, integram tamen permanere, & ſemper germinãtem: recte ergo Eccleſia, terrâ ipsâ deſignatur, quia licet pluribus perſecutionibus, pedibus animalium id eſt tyrannorũ conculcata, tamen ſemper permanet integra: ſic E Bruno cit. *Quare mutato nomine, inquit, aridam Deus vocauit terram? niſi quia iam tunc ſanctã Eccleſiam, quæ per terrã deſignatur, flagellandã, conterendam, multiſq; modis affligendam ſignificabat, terra enim à terendo dicitur, quam & colendo & calcando homines & cuncta animalia terunt.* D. Brun. in Alle. Tilm. Brun. citat.

*Auarus rectè aridus & ſterilis vocatur.* F

366 *Vocauit Deus aridam terram*, Quæ verba ſic põderat D. Anaſt. Synay l. 3. hexã. *Diuino myſterio, terram in profundo ab aquis ſuffocatam nominat aridã; cum vero aquæ ab eo receſſerunt, non amplius nominat eam aridã; ſed terrã;* Quodnã eſt hoc myſterium? niſi quia terra dum nihil operatur, dum nulli hominum indigentiæ ſuccurrit, ariditatis vitium incurrit, & vbi germinat, famelicoſque ſuo fructu ſatiat, & nudos veſtit, iam amplius arida nõ Anaſt. Syn. li. 3. hexam.

eſt, quid hoc deſignat? niſi hominem dum pauperum neceſſitati & indigentiæ non ſuccurrit, vere aridum & ſterilem nuncupari?

### *Abiecto peccato, Deo poſſumus fructificare.*

367 *Vocauit Deus aridam terram*, Cur quæſo cum dixit ſegregentur aquæ, non ait appareat terra, ſed ſolum arida, poſtea autem illam aridam vocauit terram? Origenes aquas iſtas peccata & vitia corporis noſtri intelligit: Reſpondeo ergo abiectis, & ſegregatis à nobis peccatis & vitiis, corpora noſtra apparere arida; tunc autem dici terram, quia incipiunt exercere bonos fructus operum, ita citatus author: *ſicut arida hæc ſegregata à ſe aqua, vltra non manſit arida, ſed iam terram nominat, hoc modo etiam corpora noſtra ſi hæc ab eis ſegregatio fiat, iam non permanebunt arida, ſed terra appellabuntur, ex eo quod fructum iam Deo ferre poterunt.*

Ori. hom. 1. in Gen.

### *Virgo Maria aquarum congregatio.*

368 *Congregationes aquarum appellauit maria*, Sicut plurimæ terræ partes non obtinuerunt aliud nomen, niſi ipſius terræ, cui plurimæ aquarum congregationes obtinent nomen maris & aquarum nomen retinent? Dicamus in ordine ad Virginem, cui nomen Maria, gratiarum dona continens, congregationes aquarum dictas eſſe maria. Vide D. Bern. *Sicut congregationes aquarum Deus appellauit maria, ita congregationes gratiarum appellauit Mariam*, & D. Bonau. in ſpec. 6. Virg. c. 7. *Sicut in mari aquarum, ſic in Maria ſunt congregationes gratiarum.*

D. Bern. Bonauen in ſpec 6. virg. c. 7.

### *Beatiſſima Virgo ſimillima Chriſto Domino.*

369 *Congregationes aquarum appellauit maria*, Dictum eſt has congregationes maria vocatas fuiſſe, in ordine ad Virgineam quæ nuncupatur Maria, & omnium gratiarum congregatio eſt: ſed cùm Chriſtus Dominus omnes contineat gratias, quomodo pura creatura ſicut Maria, erit omnium gratiarum collectio? Sufficienter reſpondebimus dicentes quia ſimillima fuit Chriſto Domino; non mirum eſt igitur quaſcunque gratias ſtatui ſuo poſſibiles poſſidere: ſed audi quæſo Richard. à S. Vict. *Ipſa ſingulariter ſpecies Chriſti, præ omnibus ſpecioſa, Chriſtoq; ſimillima, non ſolum ſpeciem Chriſti ipſa habens, ſed etiam in alii hanc reſtituens: Maria itaque ſupra homines eſt, in eo quod nunquam peccatum commiſit, ſicut homines, inter quos nullus inuentus eſt qui faciat bonum & non peccet. ſupra Angelos quoque eſt, quia eos puritate ſupergreditur, dum diuinitatem clarius illis contemplatur: nec tantum peccatum non commiſit, ſed etiam aliorum peccata deleuit: nec ſolum in ſe lucida fuit, ſed etiam lucis radios ex ſe emiſit, quia per eam mundus lumen gratiæ accepit: inter diuina itaque & humana, media & mediatrix eſt Maria, vt humana ſupergrediatur, dum tam ſublimia per filium operatur.*

Rich. à S. Vict. c. 35. in Cant.

### *Plures Eccleſiæ in vna Eccleſia.*

370 *Et congregationes aquarum vocauit maria*, nonne hanc aquarum immenſam multitudinem, vnam antea dixerat congregationem, cùm teſtatus eſt dixiſſe Deum: congregentur aquæ in locum vnum? vnitas loci vnam dicit congregationem, vnde verterunt ſeptuaginta, congregetur aqua in congregationem vnam; quomodo nunc igitur ait Moyſes, non vnam congregationem, ſed plures congregationes dictas eſſe maria? non tibi è memoria excidat dictum à nobis eſſe per vnum locum, in quem aquæ ſunt congregatæ, Eccleſiam vnam Catholicam intelligi: attamen plures ſunt Eccleſiæ particulares vt Eccleſia Gallicana, &c. non calumniis igitur Moyſem afficiamus qui cùm congregationem vnam aquarum dixerit, nunc in plurali congregationes nominet: forte enim voluit nobis exprimere vnam Eccleſiam Catholicam plures alias in particulari Eccleſias habere, hoc docet Anaſta. Synaita: *Et congregationes aquarum vocauit maria, quid mihi ad hæc dicis ô Hebræe? nam quod attinet ad hiſtoriam, contra factum eſt quam iuſſit Deus. Primum quidem erat vna congregatio, vnum mare, vnum pelagus, vnũ profundum, vna aqua, ſimul tota quæ erat ſub cœlis indiuidua, vnita, inſecabilis: quando autem dixit Deus, congregetur aqua in congregationẽ vnã, diuiſa magis fuit aqua quæ erat ſub cœlo, in multas aquas, tanquã ſi iam dixiſſet: Multæ ſunt congeries, multæ congregationes, maria multa. ſicut teſtatur ipſa dicta ſcriptura: quæ ſic habet: Congregata fuit aqua, quæ eſt ſub cœlo, in ſuas cõgregationes: Dicis itaq; Et vocauit Deus terrã aridam, & congregationes aquarũ vocauit maria. Age ergo rurſus litteræ velũ & operculum aperientes, ſpiritualia ſpiritualibus intelligamus eloquia ſpiritus, dicentes: vna & indiuidua aquæ congregatio recta, & in quam non cadit reprehenſio, & Eccleſiæ Catholicæ in Deum pietas ac religio: aquæ autem congregationes ſunt Eccleſiæ, quæ ſunt in loco religionum gentium, quomodo docet Paulus dicens: Dei Eccleſiis, Eccleſia Corinth. Ecce alia congregatio: Eccleſia Theſſalonicenſium. Ecce alia congregatio gentium, quomodo enim eſt vnum regnum cœlorum, habet autem multas manſiones, vt dicit Chriſtus: ita etiam vna eſt communis Chriſti Eccleſia, ſunt etiam ſingulares Eccleſiæ mundi rectæ fidei.*

Anaſt. Syn. lib. 3. hex.

1. Cor. 2.

### *Homo ratione criminum, mare amaritudine conſperſum.*

*Congregationes aquarum vocauit maria.* Inquiramus verũ mare in ſui exordio fuerit ſalſum & amarum? Patres autumant ſalſedinem eſſe ipſi aduentitiam, ſufficiat mihi aliquorum dicta referre Damaſ. lib. 2 Ortho. fid. c. 9 fit ſalſum mare ſole ſemper & aliis quod ſubtiliſſimum eſt, attrahentibus vnde & nubes conſiſtunt, & nubes gignuntur dulci euaporata aqua. Anſel. l. 1. de Imag. mun. c. 22 Oceanus idcirco perdurat ſalſus tot fluminibus ac fluuiis irrigatus quia exhauſto à ſole dulci, tenuiq; liquore, quẽ facile ignea vis contrahit omnis aſperior, craſſiorque relinquitur: ſed Theophil. Antioc. l. 2 ad Antol. hoc affirmat exp. eſſe: Aquæ potu ſalubres operiũt primam terræ ſuperficiem, quo poſito, cur mare nunc tanta conſperſum eſt amaritudine? Literalem habes rationem in patribus Dam. & Anſel. citatis ſed ſi hoc myſticè perſcrutari velimus, quomodo mare quod antea tanta dulcedine, nunc amaritudine refertum eſt? Humanam naturam rectè comparari aquæ certum eſt: omnes enim ſicut aqua dilabimur, dixit prudentiſſima mulier: humana autem natura poteſt conſiderari, vel in ſtatu innocentiæ, & tunc humana ſtirps velut aqua dulcis extitit, quid enim dulcius quam ſuauitate iuſtitiæ redolere? vel in ſtatu peccati, & tunc labe delicti polluta humana proſapia, mare effectum eſt iniquitatum amaritudine refertum. Quo poſito nõ indagemus quomodo dulciſſimum mare amariſſimum eſt, quia eo denotabatur, quòd natura humana in exordio ſui ratione iuſtitiæ originalis, ſuauis, deinde amaritudine infidelitatis, hæreſis, & aliorum criminum amaritudi- 371

Dam. li. 2. Orth. fidei cap. 9.

Anſel. l. 1. de ima. mũdi. c. 22.

Theophil. Antio. l. 2. ad Antolyc.

2. Reg. 14.

ne conſperſa fuerit. Nobis adſtipolatur toties citat. Anaſt. Syn. *Vnde ſtans, in præſentia, in aquarũ tractatione, & obſtupeſcens, nec malas, quide ac metallicas, amaraſq. & abhorrendas aquas, quæ ad ſapore accedunt bituminis, vel æris, vel alicuius metalli, ad quod non eſt ſenſui acceſſus, credo factas eſſe extra Dei myſterium, ſed credo eas ſpectare ad profundum aliquod exemplum, & nos docere quod totã quidẽ aquam, nempe genus humanũ, Deus in principio vnã bonã aquã fecit, vnius naturæ, vnius operationis, vnius poteſtatis ſimilẽ & indiuiduam: ſed qua eſt in aere operatio, terræq. diuerſa temperatura & qualitas, vel ſalſuginem redolens vel æruginem, vel aliquẽ alium inſuauem ex metallis odorem, aquam mutat ad ſuam proprietatem. Ita morum quæ eſt in locis diuerſitas, genus humanũ quod eſt vnũ, in multas fecit diuiſiones. Mihi autem intellige aquam à Deo creatam Catholicum fidem veritatis quam Deus fecit ab initio. Malæ autẽ ruſus ſunt aquæ impurarũ hæreſum diſciplinæ, quas aer, hoc eſt, malus princeps aeris diabolus, & amaricant, ſeu ad bituminis odorem accedens cor terrigenarũ hominũ, quod ſapit terreſtria, genuit, & conuertit, & ex bona malũ fecit, fidẽ alterauit: quod quidẽ factũ eſt etiam in aquis maris. Deus enim ab initio ipſam fecit aquam dulcem, mutata eſt autẽ tempore, ab aere & elementis effectũ ſalſum diuina permiſſione, præfigurans ac prius deſcribens humani maris mutationem, quod ex virtute eſt conuerſum in ſalſum vitium, quod Chriſtus mutauit in melius per mare baptiſmatis.*

*Anaſt. Syn. hex. lib. 1.*

### *Sacram ſcripturam audire, & intelligere nihil dulcius, exequi autem quod iubet aliquibus nihil videtur amarius.*

372 *Congregationes aquarum vocauit maria.* Certum eſt ſacram ſcripturam mari aptiſſime deſignari, quia profundos habet alueos, profunda ſcilicet prophetica ænigmata, ſenſuſque latentes & abditos, quaſi gemmas in profundis gurgitibus conſepultas: ſunt & in ea, inquit D. Ambr. fluuij dulces atq; perſpicui, ſunt & fontes qui ſaliunt in vitam æternam, ſunt & ſermones boni, ſicut & faui mellis, & gratiæ ſententiæ, quæ animos audientium ſpirituali quodam potu irrigent, & præceptorum moralium ſuauitate repleant; diuerſa igitur diuinarum ſcripturarum fluenta: ſed cum mare ſit amariſſimum, & ſcriptura ſacra nihil dulcius, vt vidimus ex Ambr. quomodo eo deſignari poterit? quia licet auditu & oculis ſit iucundiſſima, & ſuauiſſima; tamen, quia ad ea facienda nos prouocat quæ carni & ſenſui aſpera ſunt, nobis amariſſima videntur: ita Brono in Alleg. Tilm. *aquarum congregationes maria dixit, quoniam etſi audire & intelligere ſacras ſcripturas dulce ſit & ſuaue, facere tamen quod iubent, aſperum & amarum eſt.*

*D. Ambr. lib. epiſt. cap. 44.* *D. Bru. cit. in Alle. Til.*

### *Voluptates huius ſæculi, mare amaritudine ipſa amarius.*

373 *Congregationes aquarum vocauit maria;* mare cor voluptatibus, delectationibus, delicijſque fluidum denotare teſtis eſt D. Greg. Mag. quid appellatione maris (inquit) exprimitur, niſi corda carnaliũ nimidis cogitationibus fluctuoſa? ſed ſi delicijs, vt nomẽ ſignificationem præ ſe fert, nihil dulcius & iucundius, quomodo mare quo nihil acrius, eas denotare poteſt? cum a nobis dictum fuerit mare in ſui exordio dulciſſimum fuiſſe, deinde amarum redditum: Recte eo exprimentur voluptates huius ſæculi, quæ quidem cum in principio acquiruntur, ſuaues ſunt, & iucundiſſimæ, ſed poſtea & in fine ipſa mare amaritudine ſunt amariores: *Congregationeſque aquarum* (ait Hugo Carenſis) *id eſt delectationes temporales, quæ in amaritudinem terminantur, quamuis ſæcularibus dulces videantur Eſai. 57. in fine, impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum.*

*Greg. Ma. li. 8. in Job. ca. 11.* *Hugo Car. in poſtil. Iſa. 57.*

### *Præcepta Dei aſpera videntur, tamen Deum timentibus, iucundiſſima.*

*Congregationes aquarum vocauit maria* Petrus Ripa qui floruit ſæculo duodecimo, in lib. cuius titulus eſt aurora, exiſtimat maribus Dei præcepta intelligi, quod tibi ratione diſſonum videbitur, præcepta enim Dei pauciſſima, intellectu facillima, mare autem immenſum, & profundum eius quaſi non cognitum: aduerte tamen quod dictum eſt, mare & dulce fuiſſe, deinde amarum: & lepide præcepta eo denotari colliges: illa enim aſpera ſunt & amara his qui in carnis illecebris tanquam piſces in aquis dulcibus laſciuiunt, dulciſſima tamen vere Deum timentibus, & Chriſti qui toto pro nobis rigida & aſpera pertulit, conſiderationi ... mitis: præſtat autem audire cit. auctorem. 374

*Petrus Ri. in lib. cuius titulus eſt aurora.*

*Aſpera præcepto merito ma... ...at amarum;*
*Flumina dulcis aquæ dulcia iuſſa notant.*
*Aſpera ſunt, grauiter tormenta minando malignis;*
*Dulcia, ſpondendo præmia læta bonis.*

### *Opera Dei non ſatis laudare poſſumus.*

*Vidit Deus quod eſſet bonum.* Id eſt ſuum opus laudauit, nonne potuiſſet homo illud laudibus extollere? cur ergo idemmet Deus præconio extollit? ideo Deus ſuũ opus laudat, quia homo opera illius ſatis laudare non valet. Ita D. Chryſoſt. hom. 5. in Gen. *Nam quia natura humana imbecillis eſt, & opera Dei digne laudare non ſufficit, diuina ſcriptura acceptam ab ipſo opifice laudem nos docet, talem nempe ſortitus eſt dominũ qui talia fecit, quæ à nobis neque laudari ſatis poſſunt, quomodo enim vnquam opus pro Dei dignitate laudare poteſt humana natura?* 375

*Chryſ. ho. 5. in Gen.*

### *Aliquid bonum Deo videtur quia nobis vtile.*

*Vidit Deus quod bonum* Cui? an ſibi, vel creaturis? in memoriã reuoca quod ait regius vates: Domine bonorum meorum non eges, non ergo Deo bonum eſt quod videtur, ſed ſibi tale videtur, quia nobis vtile, neceſſarium non putandum eſt (inquit Baſil. hom. 4. hexam) quod ad hunc modum etiam Deo viſum mare eſſe bonum, ac iucundum, ſcriptura dicat, ſed bonum illic opificii creationis ratione diiudicatur, bonitatem autem illius & vtilitatem deſcribit D. Euſtath. cõment. in hexam. *Mare totius humiditatis quæ in terra latet, fons eſt, & origo maris aqua, quæ cũ vniuerſa terra cuniculoſa ſit, per meatus minime oculis obuios, effunditur, vt ex locis quibuſdam terræ cauernoſis manifeſtum apparet: fluidũ namque mare per anguſta loca excurrens, vbi obliquis & rectis exitibus curſum inflexerit, vi flaminumque ventorum terræ ſuperficiem diſrumpit, egreſſumque, vſu eſt efficaci ad potum, percolatum enim cribratumque dulceſcit. rurſus ſi locis feruidis relinquatur, eadem ratione à vento in exitum ductum ferueſcit: fons item eſt aquarũ, quæ aërem occupant illius enim aquæ per nubes attractæ, necnon à ſolis radiis calefactæ, mox nubis vmbra frigefactæ ter-* 397

*Pſal. 15.* *Baſil. hom. 4 in hexa.*

*... ubne ... apoſita dulceſcunt, ter- pegu... aſpergunt.*

*Rerum perfectio in prædeſtinatione diuinæ voluntatis conſiſtit.*

3.7

*Et vidit Deus quod eſſet bonum*, Si nondum terra germinauerat, neque aqua viua produxerat animá- tia, cur dicitur Deus videre quod eſſet bonum, ce- A dentibus aquis apparuiſſe aridam? ideo dictum eſt Deum vidiſſe terram & maria bona eſſe, quamnis neutrũ nihil produxiſſet, quia apud Deũ rerũ perfectio in decreto voluntatis ſuæ conſiſtit, & non ſolũ in operis consũmatione. ſic Iunilius, *Æſtimator vniuerſitatis prauidens, quaſunt futura, quaſi iam perfecta laudat: quia adhuc in primo operis exordio ſit, quia apud eũ rerũ perfectio non in conſũmatione eſt operis, ſed in prædeſtinatione eſt voluntatis.* *Iunilius in cate. lipp.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XI.*

VVlg. Erat, germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum, lignumque faciens fructum, & habens vnumquodque ſementem ſecundum ſpeciem ſuam, & vidit Deus quod eſſet bonum.

*Septuaginta*, Germinet herbam pàbuli, ſeminans ſemen ſecundum genus ſuum, & ſecundum ſimilitudinem; & lignum fructiferum faciens fructum, cuius ſemen in eo, ſecundum ſpeciem ſuam ſuper terram, & factum B eſt ita.

*Cald.* Germinet terra germinationem herbæ, cuius filius ſementis ſeminatur ſecundum genus ſuum, & arborem facientem fructus, cuius filius ſemẽtis in ipſo, ſecundum genus ſuum.

*Arias* Germinet terra herbam ſeminificantem, cuius ſemen eius in ea ſuper terram.

*Caiet.* Et herbabit terra germen, herbam ſeminificantem ſemen, lignumque faciens fructum cuius ſemen eius in ipſo, generi ſuo.

*Tertull* Fructificet terra herbam fœni, & lignum fructuoſum faciens fructum, cuius ſemen in ipſo, in ſimilitudinem.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

TAſde תדשא proprie ſignificat herbificet, & cùm non ſit in vſu, hinc eſt quod noſter vulgatus germinet vertit: vbi habemus arborem fructiferam, Hebræus legit arborem fructus, quia vice adiectiui ſæpe vtuntur Hebræi altero ſubſtantiuo, quod Latinè per genitiuum redditur: genus & ſpecies nunquam apud Hebræos confunduntur, vnde alij ſpeciem legunt, alij vero Genus.

## EXPOSITIO TEXTVS.

### *GERMINET TERRA HERBAM VIRENTEM.*

TErra hoc præcepto non tantum cauſaliter, ſed actu quidquid Deus ſibi iuſſit, vt cauſa materialis produxit, non enim credendum eſt in illo die, herbarum & arborum ſpecies non fuiſſe perfectas, ſed ſolum Deum tunc indidiſſe terris vim naturalem, & poteſtatem generandi, efferendique omnes plantarum ſpecies

*Et facientem ſemen*, Hoc eſt habentem in ſe rationem ſeminalem, ad producendum ſibi ſimile in ſpecie.

D *Et lignum pomiferum*, per lignum pomiferum deſignatur omne lignum frugiferum, quia per pomum intelligi ſolet in ſcripturis quicumque arborum fructus, vnde in Euangelio quo legitur, quod Ieſus quæſiuit fructum in ficu, habetur Marci vndecimo quod non erat tempus pomi illius.

*Cuius ſemen in ſemetipſo ſit*, in pomis enim & alijs fructuum ſpeciebus, ſunt grana vel ſemina, in quibus eſt virtus propagandi alias arbores.

## CONCEPTVS.

*Deus prouidentiam habet etiam rerum infirmarum.*

378 T*Erra germinet herbam virentẽ*, Dubiũ eſt, cur Deus prius pecoribus pabulum quam cibum homini præparat? videbatur enim quod prius debuiſſet volatilia & alia animalia, quæ hominis alimento deſeruiunt, producere, quàm herbam, quę eſt animalium proprius cibus: ideo prius prouidit cibum animalibus quam homini, vt colligeremus non ſolum hominis, ſed etiam rerum infirmarũ habere prouidentiam, ita D. Ambroſ. lib. 3. hexam. c. 7. *Forte mirẽtur aliqui, quo prius pecori pabulũ, quam cibus homini ſit creatus, in quo profundum Dei conſilium debemus aduertere, quod etiã minima quoque* E *non negligat, ſicut in Euangelio ſapientia Dei dixit, reſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater veſter cœleſtis paſcit illa.*

*Amb. li. 1. hexa. c. 7.*

*Matth. 6.*

*Vult Deus non ſolum noſtram vtilitatem, ſed etiam delectationem.*

*Germinet terra herbam virentem*, Cur dixit germinet, & non floreſcat, vel fructificet? ad quid enim prius germinare, quàm producere herbas? ideo gradatim voluit terram germinare, deinde herbas producere, quia non ſolum ea quæ condidit, ad vtilitatem formauit, ſed etiam ad iucunditatem: ſi enim primo non germinaret, deinde herbas proferret, ſed ſimul omnia florerent, agri, non conſeruarent

continuo

continuo venuſtatem, ita D. Amb. lib. 3. hexam c. 6, A *Quam decorum, quod non ſtatim fundere terræ ſemen iuſſit & fructus, ſed primum germinare, deinde herbeſcere campos ſtatuit, poſtea ſecundum proprietatem ſui generis ſemen adoleſcere, vt nunquam arborum vareret gratia, quæ grato primum decore vernaret, poſtea fructuum ſuggererent vtilitatem.*

Amb. l. 3. hexam. c. 9.

## *Deus optimus Medicus*

379. *Germinet terra herbam virentem*, Sine dubio non B ſolum herbas eſui neceſſarias, ſed etiam corporibus curandis ſalutares, imperio Dei terra produxit: difficultas eſt, cum nullæ tunc eſſent infirmitates ſubleuandæ, nondum enim commiſſum erat peccatum, ex quo originem traxere: cur tunc curandis corporibus ſalutaria produxit? nota quod Deus præuidit peccatum futurum, in pœnam cuius morbi venturi erant: dico igitur, cum proprium ſit optimi medici ante infirmitatem præuidere medicinam, ideo Deus à principio ex præuiſione futuri morbi, herbas curandis corporibus ſalutares terram producere iuſſit. conſentit D. Theod dicens, *Præſciens hominum genus ob peccatum diuerſis morbis tentandum iri, medicas herbas terram omnibus locis producere iuſſit, vnde ſalutaria medicamina conficerentur.* C

Theod. q. 13. in Gen.

## *Non ſolum virtutes; ſed & ſemina earum ſemper debemus habere.*

380. *Germinet terra herbam virentem, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram.* Nonne ſufficiebat terram producere arbores fructiferas? cur neceſſarium fuit vt fructus harum arborum haberent ſemina? vt ſemper ex his ſeminibus quæ in ſe habent, fructus poſſint afferre: myſtice loquentes, quid eſt, terram non ſolum germinare fructus, ſed etiam ſemen illius habere? nonne fructus virtutes deſignat? ideo D ergo non ſolum virtutes proferre debemus, ſed ſemper ſemina earum in nobis habere, vt ſemper fructificemus: ita Orig hom. *Debemus & fructificare fructum, & ſemina habere in nobis ipſis, id eſt omnium bonorum operum, omniumque virtutum ſemina in corde noſtro continere, vt hæc habentes fixa in mentibus noſtris, ex ipſis iam omnes actus qui inciderint nobis, ſecundum iuſtitiam geramus.*

Orig. ho. 1. in Gen.

## *Cum aliquid Deus imperat, vires dat, vt id impleatur.*

381. *Germinet terra herbam virentem lignumque pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum*, Nonne ſuffi- E ciebat quod terra non ſolum hominum, ſed animalium etiam eſſet domicilium, cur ergo eam ita agrauas, vt velis etiam eis omnibus alimenta præbere? anno tantum onus ferre poterit? ne mireris; Deus enim nihil imperat, quin vires præbeat ad id implendum; ſic D. Baſil. hom. 2. in hexam *Qui iuſſit vt hæc terra educeret, is ipſe præſtitit facultatem: germinet, inquit, non id quod habet amittat, ſed id quo non eſt prædita, conſequatur, actionis operationiſque Deo facultatem atque potentiam largiente.*

Baſ. ho. 2. in hexa.

## *Ab infidelitate reuocamur.*

382. *Germinet terra herbam*. Cum cœlum longe dignius F & excellentius ſit ipſa terra, prius exornare deberet ſyderibus quam terram decorare floribus & fructibus? cur igitur ita factum eſſe non legimus? Nota plures propter ipſum ſolem, cœlum tanquam numen adoraſſe, optime igitur Deus terram prius exornat floribus, quã cœlũ ſplendiſſimo luminari nempe ſole vt ſic homines ab infidelitate reuocaret, accipe Seuerianum, *Ne noua ſuperſtitione irretiremur Solem, lunam, & Aſtra vnquam Deos ſuſpicientes, terram prius exornat quam cœlum.*

Seuerian. Caten. Lipp.

## *Verbum Dei efficaciſſimum eſt.*

B *Germinet terra herbam virentem*, Quomodo terra 383.
ipſa infœcunda, protinus infinita quoque arborum atque herbarum genera protulit; cum fœcundiſſimam conſpiciamus tot temporum ſpatiis, & maximo cum hominum labore germinare; nonne dixerat Deus producat terra herbam virentem; &c non eſt igitur mirum protinus terram germinaſſe, & arbores produxiſſe, quia vox Dei præcipientis efficaciſſima, eſt, ſic D. Baſil. *Animaduertas velim, hac voce parua, præceptioneque adeo breui, terram ipſam perfrigeſcentem ac infœcundum, parturientem protinus vniuerſam, atque ad edendos fructus pergentem, ac properantem, & perinde atque amictu meſte lugubrique deiecto, ſplendidiore veſte ſeſe induentem, ornamentiſque ſuis ſe ſe propriis exornantem, ac C infinita ſtirpium genera procreantem.*

Baſ. in hex.

## *Incarnatio verbi diuini ab initio figuratur.*

*Germinet terra herbam virentem & facientem ſemen, lignumque faciens fructum iuxta genus ſuum,* 384.
Et hoc fuit tertio die; quarto autem cœlum, Sole, Luna, & ſyderibus exornauit: nam verſ. 14. dixit, fiant luminaria in firmamento cœli, & factum eſt veſpere & mane dies quartus; difficultas ergo nunc eſt, quare Deus in illo mundi exordio prius terram floribus ornauit, quam cœlum ſyderibus: cum cœlum ſit ſedes Dei, terra autem hominum. Pſalm. cœ- D lum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum; aptiſſime ad rem D. Anaſt. Synaita, in ſuo hexam lib. 1. rationem eſſe dicit quia prius terra erat Chriſtum Dominum hoſpitio exceptura *Ante cœlum*, inquit, *terra ornatur, quia ante Angelum terra genitis homines Deum per incarnationem vidimus.* Ex quo collige fuiſſe adumbratam in illo ordine ipſam incarnationem.

Pſal. 113. Anaſt. Syn. l. 1. hexam.

## *Lignum crucis magis neceſſarium eſt hominibus, quam ipſa luminaria.*

*Germinet terra lignum pomiferum*, Quod lignum E adumbrat viuificam crucis arborem iuſtis hominibus ſalutarem, ſic fatetur D. Anaſtaſius Synaita lib. 3. hexam. dixit Eccleſiæ vt germinet lignum crucis, ſed nobis ſolis fertile: dubium eſſe poteſt, cur ante ſtellas, ante ſolem, ante animantia, præmiſſa ſit à Deo ligni figurans ſanctiſſimam crucem creatio? dico ideo productionem ligni pomiferi præceſſiſſe ſyderum creationem, quia crux figurata per huiuſmodi lignum dignior & vtilior nobis eſt, quàm omnia ſydera cœli & quodcumque aliud creatum: nam vt optime Maximus Taurinenſis Epiſcopus hom. de cruce & ſepultura Domini, *Hoc dominico inquit ligno ſcinditur mare, terra colitur, cœlum regitur, homines conſeruantur, hoc etiam dominico ſigno inferna reſerantur*, Nonne conſpicis omnibus eſſe vtiliſſimam 385.

Anaſt. Syn. l. 3. hexam. S. Maximi Taurinenſis Epiſcop. hom. de cruce & ſepul. Dom.

G

*Lignum ſanctiſſimæ crucis cœlitum gloriam antecellit.*

386. *Germinet terra herbam virentem, & lignum pomiferum.* Noo contemnenda eſt quæſtio Theodoreti in cat. græca, vbi quærit cur Deus maluit antè & herbis & lignis ornare terram quàm ſtellis & aſtris cœlum? Adhuc cœlum erat inornatum, nulla ibi ſtella lucebat, nullus planeta videbatur, & iam terræ dabantur medicæ herbæ, fructifera ligna. Cur lignis terra veſtiur, antequam ſplendoribus ſtellæ? Rationem indagat Anaſt. Syn. in hea. 4. aiens: *Quando audies quod iubetur colere, nihil aliud intelliges quàm paſſionem crucis faciens fructum, & aſpectu pulchrū, & bonum ad veſcendum, nempe Chriſtum crucifixum.* Erat quidem in lignis adumbratio dominicæ crucis, quæ meritò antecedere debeat omnem gloriam & ornatum cœlitum.

*Theodoretus.* *Anaſt.*

*Virgo Maria vera mater Chriſti Domini.*

387. *Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum*, vt formeiut conceptus ſciendum eſt quod Eutichiana hæreſis in id impietatis prolapſa eſt vt verbi & carnis vnā non credat eſſe perſonam, verum etiam hanc eandem carnem non de ſacro Mariæ Virginis corpore aſſumptam, ſed de cœlo dicat fuiſſe deductam: hæc hæreſis, ſed ad confutandam illā nōne C loquens Iſaias 11. de Virgine ſanctiſſima ait, *egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet & requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini:* aſſume nunc authoritatem Geneſis adductam. & dices, quis dubitet germen de natura eiuſdem virgulti vnde prorumpit, ſubſiſtentiæ ſuæ formam accipere? aut quis negat cuiuſque ligni virgam naturæ ſuæ germina propagare? non enim aliud ea alio, ſed ſui generis ſpeciem vnumquodque lignum producere docet allata authoritas: *Si ergo generis ſui* (inquit D. Vigilius Trid Epiſ l. 3. cont. Eutb.) *natura germina & fructum propriæ qualitatis ex ſeſe ligna producunt, non dubium eſt Ieſſeicæ radicis virgam beatam Mariam, naturæ ſuæ germen, id eſt Dominum Ieſum, ex* D *ſuæ carnis materia protuliſſe.*

*Hæreſis Eutichiana.* *Iſa.* *Vigil. Trid. Epiſ. l. 3. contra Euty.*

*Sunt pauperes ob noſtram vtilitatem.*

388. *Germinet terra herbam virentem.* Et cur cùm eſſet Deus omnipotens, non præcepit vt fontes, & fluuij, vel terra vbique aurum producerent? hoc enim fuit ei poſſibile: potuit quidem, ſed noluit, quia tunc diuites fuiſſent omnes, quod non fuit expediens, quia paupertas vtiliſſima: ſic D. Chryſoſt. ſer. de Eleemo- E *An non potuit Deus præcipere telluri, vt proferat aurum elaboratum? noluit, ſed permiſit multos inopes, tam ob illorum quàm tuam vtilitatem, quandoquidem ad virtutem conducibilior paupertas, quàm diuitiæ, & his qui in peccatis ſunt, non parua conſolatio eſt, quod indigentibus ſubſidium ferunt.*

*Chry. ſer. de Eleemoſ.*

*Deo humilia maxime placent.*

389. *Germinet terra herbam virentem*, Cum terra omnium elementorū ſit viliſſima & infima, cur prius alia elementa non exornat, ſicut mare piſcibus, aerem volucribus? Nota terram inter elementa humillimam eſſe, non ſolum ſitu, ſed etiam quia omnium teritur, non ſolum hominum, ſed etiam viliſſimorum animalium pedibus: terram igitur Deus, quæ A aliis vilior & humilior eſt, prius condecorat, quia illi humilia maxime grata ſunt, accipe Ferum: *Hoc facto oſtendit ſibi maxime placere humilia, ſeque velle in humilibus & abiectis rebus operari.* *Ioa. Fer.*

*A creaturis ad Deum laudandum maxime inuitamur.*

*Germinet terra herbam virentem, &c.* Cum terram germinare, cum virentibus herbis obduci, vndare ſegetes, prata floribus renidere, ramos arborum fructibus pergrauari conſpicimus, an ita eorum omnium voluptate irretiri debemus, vt decori cor affigamus? Minime, ſed ex his hominibus mentem transferre ad ſpeciem increatam & immenſam, quæ hæc omnia dulcia quaſi radios quoſdam ex ſe diffundit, tenemur, linguamque mouere in eius laudem, qui B hæc terræ dona diſtribuit: ſic D. Theod. lib. 4. de prouid. *Rerum omnium conditori hymnos Dauiditos proferamus, cumque eo pariter & clamemus dicentes, quam magnifica ſunt opera tua Domine, omnia in ſapientia feciſti.* 390.

*Theod. l. 4. de prouid.* *Pſal. 90.*

*Sobrios ab initio mundi nos eſſe docuit Deus.*

*Germinet terra herbam virentem*, Scire vellem, cur prius Deus herbas, quæ ſunt cibus pecorum, quam pabulum homini creauit, nempe volatilia, piſes, &c. videbatur enim quod prius debebat prouidere de his C quæ neceſſaria erant homini, quàm pecoribus: ſapienter Deus prius anteposuit hunc cibum naturalem alius, nempe herbas, & fructus arborum, vt ſimplici victu ſubinc viueremus: ita D. Ambroſ. lib 3. hea. c 7 *Simplicem victum & naturalem reliquis cibis debuit anteferre, hic nempe ſobrietas eſt cibus, reliqui deliciarum atque luxuria, hic communis omnibus animantibus, ille paucorum, exemplum itaque frugalitatis magiſterium parſimonia eſt herbæ ſimplicis victus, oleriſque vilis, aut pomi contos eſſe oportere, quem natura obtulit, quem liberalitas Dei prima donauit, ille ſalubris, ille vtilis cibus, qui morbos repellat, qui reſecet cruditates, nullo hominum labore partus, ſed* D *diuino effuſus munere, tam dulcis, tam gratus, vt etiam repletis voluptati atque vſui ſit.* 391.

*Ambr. l. 3. hexi. c. 7.*

*In Eccleſia ſunt fideles ſimplices & alij eruditi.*

*Germinet terra herbam virentem & facientem ſemen, &c.* Septuaginta legunt germinet terra herbam pabuli, ſeminans ſemen ſecundum genus ſuum; certe non ſibi conſentientes erunt ſeptuag ſi litteram eorum conſideremus: nam loquens in fœminino gene- E nere ea regula Grammaticorum, deſinit in neutrum; germinet enim (ait) terra herbam pabuli, vel fœni, *ſeminans:* ſi ergo ad herbam deducatur ſeminantem, ſemen deberet habere: ſi autem ad *pabuli*, dicas conuenire, incongrue etiam equidem: deberet enim eſſe ſeminantis ſemen. Anaſt. Syn. ait legendū eſſe, germinet terra herbā pabuli, & deinde hîc poſitâ virgulâ, ſeminans ſemen ſecundum genus ſuum: ſed qua de cauſa ponitur diſcrimen inter herbam pabuli, & illud quod ſeminat ſemen ſecundum genus ſuum? aduerte duplicem herbarum claſſem eſſe; aliæ enim ſunt quæ pullulant, ſed ſemina non profundunt, & denotantur per *herbam pabuli*, ſignificantque aliquos fideles infrugiferos, qui ſemina verbi Dei, Euangelicæque prædicationis non proferunt, ſed exemplo dumtaxat ſanctimoniæ alios ad probitatem prouehunt: hæ ſunt quæ ſemina producunt, & denotant 392.

illud, *ſeminans ſecundum genus ſuum*, deſignantque fideles qui doctrina, & dono linguarum & ſcientiarum, Euangelicam doctrinam profundunt, ex qua noui procreantur Chriſticolæ Etudirè igitur poſuere ſeptuag germinet herbam pabuli, ſeminans ſemen ſecundum genus ſuum, vt denotarent in Eccleſia per terram pabuli, eſſe fideles ſimplices vel ineruditos, & per ſeminans ſemen, doctiſſimos: ſic Anaſt. Syn. l. 2. hex. *Illud germinet terra herbam fœni, dicatur à Deo ad animas infertiles: illud autem ſeminans ſemen ſecundum genus ſuum, mihi videtur quod Deus iubet choro Apoſtolorum, vnde poſt eius exitum qui eſt à patre inſeparabilis, dicebat de ſeipſo, exiit qui ſeminat ad ſeminandum ſemen verbi, ſecundum regionē in vniuerſa terra, quæ prius vocabatur arida, ſuper quam deſcendit tanquam pluuia ſuper vellus, Verbum Dei eam ſeminans.*

*Aug. Syn. l. 2.*

*Ex charitate ducimur ad proximi commiſerationem, & ad indigentibus ſubueniendum.*

393. *Germinet terra herbam facientem ſemen, & lignum pomiferum.* Nonne vtilitati hominum ſufficiebat quod terra herbam germinaret ſine ligno pomifero, & fructum faciente; & ſi lignum pomiferum vtile dignoſcitur, cur additum eſt ſecundum genus ſuum, vel ſecundum ſpeciem ſuam; Sine dubio vt myſtice denotaretur, quod homo ex ſui generis conſideratione, in cōmiſerationem aliorum excitaretur, indigentibuſque fructus miſericordiæ tribueret: ita ſentit D. Eucher. l. 1 in Gen. *Liceat et germinare bonorum operum fructus ſecundum genus ſuum, diligens proximum, in ſubſidiis neceſſitatum carnalium, habens in ſe ſemen ſecundum ſimilitudinem, vt ex ſua infirmitate compatiatur ad ſubueniendum indigentibus, producens & lignum forte robore, & fructiferum, id eſt beneficium ad eripiendum eum qui iniuriam patitur, de manu potentis, & præbendo protectionis ſpeciem, vmbraculo valido, robore iuſti iudicii.*

*Eug. Lug. Epiſ. lib. 1. in Gen.*

*Teſtimonium bonæ conſcientiæ ab hominum linguis non pendeat.*

*Germinet terra lignum pomiferum cuius ſemen in ſemetipſo*, 334. Cur in ſemetipſo habere ſemen neceſſium fuit; ſicut enim terra primo protulit ligna pomifera, ſic virtute ei indita, ſemper ea proferre potuit; cum terra germinans herbam & pomum pomiferum, ſignificet hominē ſancta deſideria, & bona opera proferentem; recte additum eſt, *cuius ſemen in ſemetipſo*, quia teſtimonium conſcientiæ illius à ſemetipſo, non ab aliis dependere debet: ſic moraliter expouit Hugo Caren. *In ſemetipſo ſemen habet, qui teſtimonium habet propriæ conſcientiæ, qui de ſe magis ſibi quàm adulatoribus credit, Eccleſ. 29. homo ſenſatus in ſapientia manet ſicut ſol, nam ſtultus vt luna mutatur; ſic & illi qui proprias conſcientias in aliorum linguis poſuerunt, modo magni, modo parui, modo nulli videntur, prout hominum linguis eos vituperare placuerit, vel laudare.*

*Hug. Care.*

*Eccl. 26.*

*Vnumquodque ſuo officio & munere fungatur.*

*Germinet terra herbam virentem, & pomiferum lignum*, Quibus omnibus, nempe iuſtis & 395. iniuſtis: equidem miror te ita in peccatores liberalem: cum enim propter ſcelera quibus animæ eorum fœdantur, indigni ſunt etiam ipſo corporis alimento, cur eis germinas? cur varios fructus ad delectationem etiam coràm ipſis producis? Accipe optimam rationem D. Chryſoſt. in c. 6. Matt. *quia terra iuſſa eſt miniſtrare non iudicare*, quaſi diceret, munus illius in herbæ virentis germine & ligni pomiferi productione conſiſtit; non autem in iudicio ferendo cuinam fructus ſui diſtribuendi.

*Chryſ. in ca. 6. Mat.*

*Vere Dei ſerui proprio nutu ad Dei obſequium feruntur.*

*Germinet terra herbam virentem & lignum pomiferum*, In cuius numero adſcribendum venit malum 396. punicum, cuius fragmento pulchritudinem & venuſtatem animæ comparat Salomon: ſicut fragmen mali punici ita genæ tuæ, ſed cur cum mali punici fragmine potius quam cum alterius pomi- cario ſponſæ genas ad illius pulchritudinem commodandam compoſuit; nonne alia mala pulchriora & nitidiora apparent? aduerte quod inter mala punica & cætera poma ſiue alios arborum fructus illud inter cedit diſcrimen, quod hi alienam manum qua rumpantur ſiue decorticentur, vt guſtui aptiores ſint expectant; malum vero punicum ſeipſum ſponte aperit, denudat, ac frangitur, vt pulcherrima ac ſuauiſſima grana ſua depromat, & ſumere volenti offerat recte igitur ſponſam, vel animam iuſtam, ſiue fidelem ſeruum Dei cum fragmento mali punici & non cum altero cuiuſuis arboris confert, ad innuendum quod ſeruus Dei à mancipiis diſcriminetur, quod hæc alieno ductu & manu; ille vero ſuopte nutu & ſuapte ſponte ad Dei obſequium feratur, & pulcherrima virtutum opera exerceat: id ibi ſic adnotante Philone Carpath. Antiſtite, *Comparatur ſancta anima malo punico, quia fines in ſinu ſuo cogitationum & deſideriorum optimorum grana pulcherrima, quæ ſe oportuno tempore promunt & aperiunt*, Bene ſe aperiunt, quin alterius manum præſtolentur, qua aperiantur, vt hinc ſuauiſſimi Dei guſtui fructus ſint.

*Cant. 4.*

*Phil. Carp. in cant.*

*Què quis meritis ſublimior, eò ſit humilior.* 397.

*Germinet terra herbam virentem*, Cuius nomine omnes plantæ comprehenduntur, ſiue floriferæ ſiue carentes floribus, inter quas non minimum locum tenet lilium, cui ſponſus animam humilem comparat, dicens, Cant. 2 *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Adæ*, cur potius ex aliis floribus venuſtatem ſponſæ ſuæ non deſumit? aduerte lilium principem inter reliquos flores locū obtinere, & eminentius caput omnibus attollere, & cum ad debitam celſitudinem peruenit, demiſſo capite ad terram inclinat: recte ergo lilio anima fidelis confertur, quia licet omnibus ſuperior roſtis, languido collo tamen & humili infimam ſe omniū prædicat, vt in Deipara cernere poſſumus, vt videre eſt apud Chryſol. ſerm. 142. ad finē, *Quæ vocatur ab Angelo Domina, ipſa ſe cognoſcit & confitetur ancillam: quia deuotus animus infulis beneficiorum, creſcit ad obſequium, augetur ad gratiam, non ad arrogantiam proſilit, non ad ſuperbiam, pertumeſcit.*

*Cant. 2.*

*Chr. ſer. 142.*

*Peccatum malorum origo.*

*Germinet terra herbam virentem*, Inter herbas & flores non ignobilem locum obtinet roſa de qua in- 398. quirimus vtrum tunc facta ſit ſine vllis ſpinis D. Baſil. negatiuam partem tenet, idem ſciſcitari poſſumus de herbis homini noxiis, atque lethalibus, vtrum tertio die eas terra protulit? plures ex ſanctis patribus exiſtimant quod ante hominis lapſum, terra nihil noxium produxerit? vnde igitur tot venena

in herbis: tot ſpinæ? tribuli? dico ex peccato tot mala originem duxiſſe, & in ipſius peccati pœnam? accipe D. Aug l. 1. de Geneſ. contra Manichæos cap. 4. ſic dicentem, *Per peccatum hominis terra maledicta eſt, non vt ipſa ſpinas, vel vt alij legunt pœnas ſcateret, quæ* A *ſine ſenſu eſt, ſed vt peccati humani crimen ſemper hominibus ante oculos poneret, quo admonerentur aliquando auerti à peccatis, & ad Dei præcepta conuerti; herba autem venenoſa ad pœnam vel ad exercitationem mortalium ſunt.*

*Aug l. 1. de Gen. ad lit. cap. 3.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERSVS XII.*

*Vlg.* Es protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum, lignumque faciens fructum, & habens vnumquodque ſementem, ſecundum ſpeciem ſuam, & vidit Deus quod eſſet bonum.

*Septuag.* Et produxit terra herbam pabuli, ſeminans ſemen ſecundum genus ſuum, & ſecundum ſimilitudinem: & lignum fructiferum faciens B fructum, cuius ſemen eius ſit in eo ſecundum genus, ſuper terram

*Cald.* Et produxit terra germen herbæ, cuius filius ſementis, ſeminatur ſecundum genus ſuum.

*Caiet.* Protulit terra herbam ſeminificantem ſemen generi ſuo, & lignum faciens fructum cuius ſemen eius in ipſo erit generi ſuo.

*Tertullianus*, Protulit terra herbam fœni; ſic Chryſoſtomus.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

SEptuaginta legunt herbam pabuli, ſiue fœninos autem virentem; ratio eſt quia דשא deſe ſignificat germen aliquid viride, & fœnum ſiue pabulum.

## EXPOSITIO TEXTVS.

E*T protulit terra herbam virentem*, Imperio Dei accepto protulit terra paſſiue, id eſt ad illam primam herbarum, & arborum productionem concurrit terra tantum paſſiue, non autem actiue virtute à Deo ſupernaturaliter accepta, id eſt terra tantum materiam miniſtrauit, Deus autem ſe ſolo actiue & efficienter ſubito produxit omnia genera, tam arborum quam herbarum vnde illud *protulit terra*, non aliud ſignificat quam materialiter terræ cauſalitatem ad generationem plantarum, nunc autem terra etiam effectiue concurrit, præſertim ſi ſemine ſit tributa.

Non eſt autem parua difficultas, quo anni tempore mundus ſit conditus, ex his verbis protulit terra herbam virentem lignumque faciens fructum: prima ſcientia eſt ipſius Abulenſis quæſt. 2. in primum caput Geneſ. Lyrani 1. & 7. Geneſis, arbitrantium mundum tempore Autumno conditum fuiſſe, menſe Septembri.

*Abulenſis. Lyranus.*

Probans, quia fructus maturi tam primis noſtris parentibus quam brutis animantibus ad alimentum D mox dati ſunt, ſed tempore Autumno; & præcipue menſe Septembri arborum fructus & maturi & ad vſum apti eſſe ſolent, videtur ergo quod Deus hoc menſe & hoc tempore arbores produxit & totum mundum.

Secunda ſententia à nobis tenenda eſt Damaſc. lib 2. fidei cap. 7, Auguſt. in quæſtionibus veteris & noui teſtamenti, quæſtione 106. Cyrill. Hyeroſolim Catecheſ. 14. & aliorum ſanctorum patrum aſſerentium mundum fuiſſe conditum verno tempore.

*Auguſt. Damaſ. Cyrill. Hierosol.*

Probatur, quia vernum anni tempus eſt optimum, ſed conueniens fuit vt mundo recens nato, optimum anni tempus largiretur Deus; ergo &c. maxime probatur quia vernum tempus eſt maxime E amœnum & temperatum, & ad res gignendas & conſeruandas, cùm tamen Autumno defloreſcant omnia, & ad corruptionem tendant

Secundo quia decebat principium anni eſſe principium generationis ex Geneſi gereret terra herbam C virentem, ſed Autumnus in corruptionem tendit, ergo verno tempore conditus eſt mundus.

Mundus menſe Martio conditus eſt: ita Magiſter Scholaſticæ hiſtoriæ, probatur quia congruum fuit quod eodem menſe hominem, & mundum produxerit Deus quo ſibi noſtram copulauit naturam; & hominum ſcelera profuſo in cruce ſanguine expiauit, ſed hæc menſe Martio patrata ſunt: Ergo. Et aliæ duæ priores rationes id ſere confirmant.

Mundus fuit productus, die 25. menſis Martij, ita D Hieronym. in lib. de Eccleſiæ ſcriptoribus, & alij, addentes eodem die creatum eſſe mundum & Chriſtum a mortuis reſurrexiſſe, atque adeo die Dominico, ita S. Leo Papa; quod quidem ſic probatur ex hymno qui ſolet dici die Dominica, primo dierum omnium (id eſt Dominica,) quo mundus extat conditus, vel quo reſurgens conditor nos morte victa liberat: ergo dicendum eſt tali die fuiſſe mundum creatum. *Leo Pap.*

Fundamento contrario reſpondeas primo huiuſmodi arbores habuiſſe fructus maturos in principio, qui ante Autumnum deciderunt, & alios immaturos qui in Autumno maturitatem ſunt aſſequuti.

An autem terra protulerit herbas venenatas, itemque roſas cum ſpinis, cùm probabilis ſit tam affirmans quam negans, & vtraque tam ſanctorum Patrum authoritate quam rationibus fulcita, elige quæ tibi magis arridebit.

*Lignum pomiferum*, D. Baſil. & Porcop. intelligunt cum frugiferis ſimul infrugiferas comprehendi arbores, etſi facta fuerit mentio pomiferarum, vtpote nobiliorum.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Deus habet prouidentiam.*

399. *Protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum*, Cur additum eſt, & facientem ſemen iuxta genus ſuum? nonne ſufficiebat dixiſſe protulit herbam terra virentem? Reſpõde optime additum fuiſſe, facientẽ ſemen, ad declarandam diuinæ prouidentiæ curam circa mundi conſeruationem: ita D. Ambr. hæc. lib. 1. cap. 5. *In quo nobis moderationis perpetuæ diuina prouidentia ſuffragatur.*

*Ambr. l. 1. hexa. c. 5.*

*Domini prouidentia etiam circa infima oſtenditur.*

400. *Protulit terra herbam virentem, & lignum fructiferum*, &c. Arborum, alqui delicatuli ſunt fructus, folia tamen ſunt denſiora, vt in ficu, cuius fructus delicati & molles, folia autem ſunt quædam opercula craſſiſſima: aliarum autem arborum quarum duriuſculi ſunt frondes, vt in nucibus licet intueri: cur fructibus folia non reſpondent, ſcilicet teneris tenera, duriuſculis duriora? Aduerte quod delicatior fructus maiori ſubſidio indiget, vt ab ardoribus ſolis protegatur, quam qui durior eſt: ſubſidium autem illud eſt folium craſſius & durius. Admiremur igitur diuinam prouidentiam etiam circa infima & inſenſibilia, nempe arbores, quarum fructus vt conſeruentur, eis præbet tutiſſima ſubſidia: ſic obſeruat D. Ambro. lib. 3. hex. c. 14. *Tanta Domini prouidentia, vt ibi mollior fructus, ibi folij denſitudo validius tegumentum tuendo deferat pomo; quod videmus in fructu ficulneæ. Delicatiora itaque validioribus munienda ſunt, vt & ipſe quoque Dominus per Hieremiam docet dicens, ficus bona iſta, ſic recognoſcam tranſlatos Iuda, quos emiſi de loco iſto in terram Chaldæorum in bona, & firmabo oculos meos ſuper illos in bona: tanquam delicatos enim velut quodam miſericordiæ ſuæ validiori ſepſit tegmine, ne teneri fructus maturius interirent, denique de ipſis etiam in poſterioribus dicit, Delicati mei ambulauerunt vias aſperas, quibus infra ait, conſtantes eſtote filij, & clamate ad Deum: hoc enim ſolum aduerſus omnes procellas atq; iniurias inuiolabile tegmen, impenetrabile munimentum, eſt; vbi ergo teneri fructus, ibi craſſiora tegmina & munimenta foliorum, contra autem vbi fructus validiores, ibi teneriora folia, vt malus arbor docet, fructus enim validus non multo indiget protectionis auxilio; nam ipſa protectionis craſſioris vmbra pomo plus nocere poſſet.*

*Ambr. l. 3. hexa. c. 14.*

*Hiero. 24.*

*Baruch. 4.*

*Idem conceptus confirmatur.*

401. *Protulit terra herbam virentem, &c.* Sed quomodo profert? v. g. herbam tritici, inſpiciamus, ſemen vbi terra illud gremio moderate humido, calidoque ſparſum ſuſcepit, mollitur: fitque ad res abunde gignendas idoneum, hinc primum à terra quæ ambit magis ſibi natura connatum atque affine attrahit, quo pinguefactum latius extenditur, ita vt ima ſede radicibus defigatur, erumpat ſuperiori, e datque radicibus pares numero ſtipulas germine in dies caleſcente, humor per radices adductus vnà ſecum medio calore defert alimentum, quod in ſtipulam, corticem, frumenti thecam, ipſum frumentum, atque ariſtas partitur, frumenti ſtipula nodis cingitur, vt veluti compages ſpicarum pondus ſuſtineant; ſed vltra hæc omnia cur ariſtis muniri voluit Deus, cum nec in alimentum cedant, nec in aliquod aliud commodum? aduerte plurimas eſſe aues & plurima alia animalcula quæ granis tritici ſatiari deſiderant; tanta eſt igitur Dei prouidentia, vt etiam infimæ herbæ inuigilet, eamque ariſtis tanquam telis muniat, vt ab eam diripientibus protegatur: hoc agnouit S. Euſt. in hexam. *Contra minorum*, inquit, *animalium morſus munitur, proſpiculis vallo ariſtarum.*

*D. Euſtach. eſ. in hex.*

*Homo ingratior ipſis creaturis inſenſibilibus.*

402. *Protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum* Septuag. legunt produxit terra herbam pabuli ſeminans ſemen ſecundum genus, & ſecundum ſimilitudinem; inſpiciamus quid in hominis conditione dicat Deus, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, inquiro an homo ſecundum ſimilitudinem ſuam operatus eſt ſicut herbæ; minime: ſcimus enim in peccatum cecidiſſe per quod ſimilis factus eſt diabolo: in hoc ergo agnoſcimus hominem creaturis inſenſibilibus eſſe ingratiorem: hoc notat D. Ambr. lib. 3. hexa. cap. 7. *Herba generi reſpondet ſuo, tu non reſpondes tuo generi, tritici granum ſparſum terræ generis ſui gratiam reddit, & tu degeneras, fruges non adulterant ſinceritatem ſui ſeminis, tu adulteras puritatem animæ, vigorem mentis, corporis caſtitatem.*

*Amb. lib. 3 hex. c. 7.*

*Ad perſeuerantiam incitamur.*

403. *Protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum, cuius ſemen ſit in ſemetipſo*, Nonne ſufficiebat dixiſſe, producat terra herbam virentem lignumque pomiferum faciens fructum? ad quid ergo addidit, cuius ſemen in ſemetipſo ſit? Orig. ho. 1. ait, non ſolùm iubet terræ proferre herbam fœni, ſed & ſemen proferre, vt ſemper fructum poſſit afferre, & non ſolum iubet lignum fructiferum, ſed & faciens ſemen, cuius ſemen in ipſo eſt ſecundum genus, nempe, vt ſemper ex his ſeminibus, quæ in ſe habet fructum afferre poſſit, id eſt, vt perpetuo perſeueret. Cur quæſo voluit Deus terram perſeuerare ſemper in fructuum germine? vt nos qui terræ mortales ſumus, inuitaremur ad perſeuerantiam in bonis operibus habendam, vnde optime idem Orig. proſequitur: *Si audimus verbum, & ex auditu ſtatim terra noſtra producit herbam, & hæc herba antequam ad maturitatem, vel ad fructum veniat, aruerit* (id eſt, non perſeuerauerit) *terra noſtra petroſa appellabitur: ſi verò ea quæ dicuntur, profundioribus nitantur in corde noſtro radicibus, ita vt fructum operum afferant, & ſemina in ſe habeant futurorum, tunc vere vniuſcuiuſque terra ſecundum virtutem ſuam affert fructum, id eſt veram perſeuerantiam poſſidet.*

*Orig. ho. 1. in Geneſ.*

*Orig. cit.*

*Vitæ noſtræ etiam fœliciſſimæ adiungitur aliquid infauſtum.*

404. *Protulit terra herbam virentem*, Et ſubito floribus omnigenis, herbarum viriditatibus terra veſtita eſt, ſurrexit floribus permixta roſa, dubium eſt, an ſpinis vallata? Sine dubio ſpinæ poſt peccatum additæ ſunt gratiæ vernantis roſæ: ſed cur Deus voluit roſam pulcherrimam & odoriferam ſpinis ſepire? rationibus aliis prætermiſſis, dico, vt roſa ſpinis vallata ſpeculum eſſet vitæ humanæ, quæ alias quamuis fœliciſſima, ſpinis curarum & afflictionum ſe-

piuntur: ita D. Ambr. lib. 3 hex. c. 11. *Surrexerat ante floribus immixta terenis ſine ſpinis roſa, & pulcherrimus flos ſine vlla fraude vernabat, poſtea ſpina ſepſit gratiam floris, tanquam humanæ ſpeculum præferens vitæ, quæ ſuæ perfunctionis ſuauitatem finitimis curarum ſtimulis ſæpe compungat. vallata enim elegantia vita noſtræ, & quibuſdam ſollicitudinibus ſepta, vt triſtitia adiuncta ſit gratiæ. vnde cum vnuſquiſque aut ſuauitate rationis, aut proſperioris curſus ſucceſſibus gratulatur, meminiſſe culpa eũ conuenit, per quã nobis in paradiſi amœnitate florentibus ſpinæ mentis, animique ſentes iure condemnationis adſcripti ſunt.* A

*Amb. lib. 3 hex. c. 11.*

## *Vitam noſtram eſſe breuiſsimam in prima creatione oſtendit Deus.*

405. *Protulit herbam virentem*, Septuag. & produxit terra herbam pabuli, vnde Regius Vates loquens de illa prima productione, ait: *producens fœnum iumentis, & herbam ſeruituti hominum*: cur quæſo Deus primã creaturam viuentem voluit eſſe fœnum? nonne fœnum parum durat, ſicut teſtatur Iſai. 48. omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis vt flos fœni, aruit fœnum, & flos decidit? vides ergo quod ideo primã herbam voluit eſſe fœnum, vt in eo vitam noſtram breuiſſimam eſſe agnoſceremus, nihilque in nobis permanens, & ſolidum eſſe: ita D. Ambr. lib. 3 hex. c. 7. *Quid creaturæ huius attexam miraculum, & ſapientiæ operatricis argumentum exprimam? in illo virentis herbæ munere, imago eſt vitæ humanæ, & naturæ, conditioniſque noſtræ inſigne quoddam ſpectatur, & ſpeculum elucet; illa herba & flos fœni, figura eſt carnis humanæ, ſicut bonus diuinitatis interpres organum ſua vocis expreſsit, dicens, clama, quid clamabo? omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis vt flos fœni*, deinde *hilariorum vitæ quaſi flos prætendunt iucunditatem, breuiori ſpatio occaſura, ſicut herba fœni, quod priuſquam euellatur exaruit, quæ nempe firmitudo in carne? quæ ſalubritas poteſt eſſe diuturna?* C D

*Pſal. 103.*
*Iſai. 48.*
*Amb. li. 3. hexa. cap. 7.*
*Iſai. 43.*

## *Bonis terrenis indulgentibus non benedixit Deus.*

406. *Protulit terra herbam virentem*, Cur plantis ipſius terræ vel arboribus non benedixit Deus, cum tamen animantibus benedictionem ſuam largitus fuerit, dicens creſcite & multiplicamini? Nota plantas & arbores propter radices ſuas terræ infixas denotare homines bonis terrenis deditos: optima igitur reſponſio eſt, ideo Deum non benedixiſſe plantis; quia homines bonis terrenis nimium inhiantes, à quibus Deus remouet ſuam benedictionem, ſignificant: ſic D. Auguſt. lib. de Geneſ. ad litt. rationem aſſignans cur Deus non benedixerit plantis, ait, *Quia per fibras & radices lateribus terræ inhærent.* E

*Aug. l. de Gen. ad lit.*

## *Obedientia non differenda.*

407. *Protulit terra herbam virentem, &c.* Nonne Deum iam audiuimus iubentem, vt terra germinaret, quomodo quaſi ratione prædita, illico & ſine mora Dei iuſſa exequens, protulit omne genus herbarum, &c. vt à creatura irrationali, ratione prædita diſceret, ſine vlla mora præſtare obedientiam, quod autem ſine dilatione vlla terra Dei iuſſa fecerit, accipe ab Alchimo Auit. lib. 1. de initio mundi.

*Alch. A uit. l. 1. de initio mundi.*

*Pulchra repentino veſtita eſt gramine tellus,*
*Accepere genus ſine germine iuſſa creari,*
*Et ſemen voluiſſe fuit; ſic vbere verbi*
*Frondeſcunt ſyluæ, tenerisque radicibus arbor*
*Donauit vaſtos, paruo ſub tempore ramos.* A

## *Talentum & beneficium acceptum à Deo, illud multiplicemus.*

*Protulit terra herbam virentem, &c.* Sine ſemine tunc omnia protulit, ſed nunc accepto vnico ſemine vel grano vnicuique deinde agricolæ centum reſtituit, aliunde ſolum vel plura profert? Experientia conſtat quod plurima. quid hoc nobis denotat? niſi quod accepta a Deo dona & beneficia, & cum fœnore reddamus multiplicata: ſic perſuadet Ambr. lib. 3 hexam. cap 8. *Fœneratum terra reſtituit quod accepit, & vſurarum cumulo multiplicat, homines ſæpe decipimus, & ipſa fœneratorem ſuum ſorte defraudans, terra fidelis manet.* 408. B

*Ambr. li. 3. hexa. cap. 8.*

## *Maxima eſt hominum ignorantia.*

*Protulit terra herbam virentem*, Sed an ſolum frugiferam, vel infructuoſam? ſalubrem, aut exitialem opportunã, aut pernicioſam protulit? vtramque: nam cum tritico aconitum, quod inter alimenta vitæ noxium reperitur, inter etiam alia vitæ alimenta, eleborum, aconita enim inueniuntur: ſed cur cum hominum ſit amator Deus, noxia miſcet ſalubribus in eorum detrimentum & imminens aliquando mortis periculum? colligentes enim ea faciſe decipiuntur: ſed obſerua quod ipſa animalia ea quæ ſibi nociua ſunt, deprehendunt & fugiunt? cur ergo diuinam accuſamus prouidentiam, ſi noxia nobis damnum inferant? potius de noſtra erubeſcamus ignorantia: cũm ea quæ ipſa animalia eſſe deprehendunt nociua non agnoſcamus: lege Amb. ſic l. 3. hex. c. 9. docentem. *Nam & id quod periculi eſt, per prouidentiam declinatur: & id quod ſalutis per induſtriam non amittitur, an non oues & capræ ea quæ ſibi noxia ſunt declinare didicerunt? & ſolo odore per quoddam naturæ miniſterium, cum ſint rationis expertes, rationẽ tamen euadendi periculi vel tuendæ ſalutis agnoſcunt, noxiaque pariter ac profutura diſtinguunt, ita vt plerumque cum armata venenis tela ſenſerint, notas petere herbas atque in his remedium vulneri dicantur adhibere? Cibus ergo illis medicina eſt, vt reſilire ſagittas videas è vulnere, & fugere venena, non ſerpere. Denique ceruis cibus venenum eſt. Coluber ceruum fugit, leonem interficit. Draco Elephantem ligat, cuius ruina mors victoris eſt, videõ ſumme vtrinque certatur ille vt pedem alliget quo caſus vincti ſibi nocere non poſsit; iſte ne poſteriore extremus pede, aut calle capiatur anguſta, vbi vel ipſe ſe non queat retorquere, & draconem graui proterere veſtigio, vel ſequentis Elephantis auxilium non habere. Ergo ſi irrationalia norunt quibus ſibi aut medicentur herbis, aut ſubſidiis opem afferant: homo neſcit, cui irrationalis ſenſus innaſcitur? aut tam alienus à vero eſt, vt quæ cuique apta ſint vſui, minime deprehendat.* 409. C D E F

*Ambr. li. 3. hex. cap. 9.*

## *Ex conſortio iuſtorum non exiguum capit peccator emolumentum.*

*Protulit terra herbam virentem, &c.* Præcepto obediens fœcundiſſimos ſtatim in partus proſiliit, non ſic cœlum, nec audit præceptum de producendo, nec aliquid parturit contentum luminibus ornari, quo quarta dies finitur; necdum incipit quinta dies, & ecce tibi aliud Dei præceptum intonat, producant aquæ reptile animæ viuentis, & ſtatim mille producunt reptilia, & piſcium innumeram muti- 410.

tudinem ; fœcunditatem producendi primo terræ A dederat Dominus, ſed illam cælis non tribuit, verum ruiſus eandem aquis largitur : & cur fœcunditas quæ cælis negatur, aquis conceditur? parturienti iam terræ de præcepto diuino proximæ, & vicinæ, & coniunctæ erant aquæ; ab vtriſque cælum erat remotiſſimum, quare quæ parturienti terræ próxima erat aqua, & ſimul iuncta, non potuit de terræ vicinitate in idem præceptum non ſurgere, & eandem fæcunditatem non habere, ait D. Baſil. Seleuc. oratione 2. *Cum aridã mari coronaſſet Deus non viſibus ineptũ oſtendit mare, ne quidẽ genitura oportebat, ad ſi quidẽ vicina terræ ad partus edendos non inferius videri.* Non potuit aqua vicini elementi non induere virtu- B tem, nec præceptum diuinum de producendo, terræ datum, & in terra obſeruatum non potuit non obſeruari, etiam in aquis, quæ erant vicinę ; ſic ſteriles in virtute, & peccatores aquis denotati, ſi fœcundis gratia ſpiritus ſancti, & bonis viris coniungantur, fiantque eis vicini, ex conſortio eorum non exiguum ad melius vitæ inſtitutum diſponendum capient emolumentum.

*Baſi. Seleu. ora. 2. in Gen.*

*Deus ſui imitatrices vult eſſe creaturas.*

*Protulit terra herbam virentem iuxta genus ſuum,*
411. Præceperat enim ei Deus ſic herbas & fructus producere : an ligna poſſunt aliter fructificare quàm iuxta C genus ſuum? ſi ergo neceſſitate naturæ ligna cogebantur ad edendos fructus generi ſuo reſpondentes, quid neceſſum fuit illud Dei imperium, quod producant fructus iuxta genus ſuum? ſane in illo imperio oſtendit diuinus artifex, quod ſibi maximé conducebat: nimirum quod creaturas ſuas faceret eſſe quod ipſe eſt, & cum ipſe in neceſſaria productione producat filium ſibi omnino ſimilem, ſic ſtudet vt creaturæ ſuæ producant fructus ſecundum ſpeciem ſuam, ſapienter & acute D. Aug. ait, *Qui habuit ergo filium totis ſimilitudinis partibus congruentem. hoc eſt, vnus vnicum, probus probum, bonus benignum, beatus beatum, maximus maximum, ſempiternus æternum, habuit vtique ante mundum creatæ ſobolis principatum, de quo rebus oriundis impertiebat exemplum, vt gig-* D *nentium germina ſuis reſpondere ſeminibus cogerentur.* Hoc erat ſtudium maximum Creatori vt innoteſceret mundo, quod cogeret vniuerſas creaturas in ſui ſimilitudinem : vt qui ab æterno ſibi ſimile producebat ſic omnes productrices creaturas trahebat in productionem ſuis generibus reſpondentium effectuum.

*Ambr. q. 9. hex. ve teſt. mix.*

*Seruus Chriſti humilitatem habeat, ſed charitatis igniculis feruentem.*

*Protulit terra herbam virentem,* Quæ nardum ſine
412. dubio complectitur, & cui ſe comparat ſponſa cum ait, *Nardus mea dedit odorem ſuum* Cant. 1. Hac autem nardo humilitatem deſignat ſuam ; ſed ſi humi- E litatem voluit denotare ſolum ; cur non dixit ergo ſuum nardos, ſine additione, quod dedit odorem ſuum? aduerte quod nardus humilis herba eſt, quam & calidę ferunt eſſe naturæ, hi qui herbarum vires curioſiùs explorarunt: quo poſito ſic ſatisfacit Bern. ſerm. 42. in Cant. *Per hanc mihi videor non inconuenienter hoc loco virtutem humilitatis accipere, ſed quæ ſancti amoris vaporibus flagret, quod propterea ſane dico quoniam eſt humilitas quam nobis veritas parit, & non habet calorem, & eſt humilitas quam charitas format, & inflammat, atque hæc quidem in affectu ; illa in cognitione conſiſtit,*

*Can. 1.*

*Bern. Serm. 42. in Can.*

*Chriſtus in Eucharistia omnium delitiarum cumulus.*

*Protulit terra lignum faciens fructum* Fructum proferre arborem mali non eſt dubium, cum ſponſa 413. Cant. 2. Dilectum malo comparet, ſicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios Adæ : ſub vmbra illius quem deſideraueram, ſed, & fructus eius dulcis gutturi meo, miror ſponſam, dilectum ſuum cum arbore mali conſerre, cum ſit communiſſima, & vulgaris, non autem potius cum alia, quæ & eam proceritate, pulchritudine, fructuum dulcedine ſuperet? animaduerte à pluribus partibus hæc verba intelligi de viuifica Chriſti carne in Eucharistia : quod cum ita ſit non ſine myſterio, malo Chriſtus Dominus comparatur, quia non vtcunque dulcis Chriſtus ibi eſſe perhibetur, ſed dulcis gutturi atque palato, quod non ſolum famem eius ſedet, ſitimque extinguat, ſed interiores omnes ſenſus mira ſuauitate atque dulcedine profundit : ita ad id loci D. Theod. *Sponſum appellat pomum, quod quidem & tactu molle eſt, & guſtu dulce, & odoratu ſuaue, & aſpectu iucundum, & venuſtum, & auditu amabiliſſimum, talis eſt Dominus noſter ac ſaluator & ſponſus, qui conuiuio ſuo ſenſus omnes noſtros explet ſuauitate.*

*Theodor.*

*Virtutum exemplum & imitatione à quocunque (ſi aliqua præditus ſit,) etiam infideli non dedignemur accipere.*

*Protulit terra lignum faciens fructum,* Non raro ficus quæ ligni pomiferi nomen poſſidet, in ſacro textu nominatur, Cant. 2. *ficus protulit groſſos ſuos,* 414. Luc. 6. *neque de ſpinis colligunt ficus* : ſed ne ſilentio premamus, quod de ficulnea ſcribitur, & conſtat experientia : ſic de ea loquens Euſtat. in hexam. ait, ficus domeſtici ne decidant, hoc præſtant agricolæ, groſſos ex caprifico decerptos, & inter ſe colligatos fico iniiciunt; animal enim quod in groſſo eſt minutiſſimum, fundo fici domeſtici inſidens, autam quæ circumfuſa ſpirat, impedit, ne fructus moleſtiæ ſit, ficuſque antequam mature ſcat, cadat : cur caprificus iuxta ficeta ponitur, vt ficuum imbecillitatem medeatur? nam ex eius propinquitate ſeruantur & matureſcunt fici fructus ; ſed nonne aliquod emolumentum ex hoc haurire poſſumus? aduerte caprificum denotare gentilem & hæreticum : ficum autem fidelem : hoc ergo tibi ſit documentum, quod ſicut non exiguam ficulnea vtilitatem depromit ad fructuum ſuorum vtilitatem & maturitatem ex propinquitate caprifici, propter aliquam ſibi naturalem inditam virtutem : ſic fidelis inſpecto aliquando hæretici vel infidelis vitæ ſecundum mores inſtituto, vt ſe in virtute perficiat, non exiguum ad mores ſuos rectius componendos ſumet emolumentum : hoc habet D. Baſi. hom. 5. hexam. *Quod ipſi quoque nos ab alienis à fide nec raro debemus deſumere, intentam animi acrimoniam, vimque bonorum operum efficacem ſi quando enim in vnum aliquem ritu Gentili viuentem, aut per erroneam hæreſim ab Eccleſia præciſum & diſſectum, vita alioqui continentis ſtudioſum, ac reliquæ moralis diſciplinæ non inſtrenuum cultorem, contemplatus fueris ; tanto tuum ad probitatem conſectandam ſtudium illius contemplatione intendito, & connitere vt aſſimilis fructiferæ fico euadas alacrem virium copiam colligenti ex agreſtium olynthorum præſentia, ſuorumque fructuum inhibenti defluuium, & accuratius eos ipſos enutrienti.*

*Luc. 6. Euſt. in hexam.*

*Baſil. ho. 5. hex.*

*Cum ſpe coniuncta tibi ſit miſericordia, aliæque virtutes.*

415. *Protulit terra lignum faciens fructum, &c.* Oliua inter huiuſmodi ligna infimum non obtinet locum, imo illius plures fit mentio in ſacro contextu, variiſque extollitur encomiis, & commendatur epithetis: nam Pſal. 51. dicitur fructifera. Ego autem, inquit Reg. Pſalm. ſum ſicut oliua fructifera, ſpecioſa Eccl. 24. Hier. 11. eam dici vberem & pulchram, in Oſeæ 14. erit quaſi oliua gloria eius. Neſcio cur iuſtus oliuâ toties denotatur, totque encomiis celebratur? ſi eam enim attentè conſideremus, aliquos in ea reperiemus defectus, profert enim fructus amariſſimos, arbor autem quantæve pulchritudinis, a fructus ſuauitate laudatur, radices agit potius in lapidibus quam in terra, ex quo prouenit non ſatis pingue poſſe alimentum habere, ſicque facile ſiccari, ramos non late diffundit, quod venuſtatem arboris minuit: cur ergo iuſtus & perfectus oliuæ imperfectæ ſymbolo denotatur? merito equidem, nam iuſtus multiplicas habet cum olea ſimilitudines: ſi enim hæc libentius in lapidibus quam in terra figit radices, pius etiam in rebus terrenis non figit amorem, ſed tantum in Chriſto lapide angulari: olea folia ſemper viteſcentia geſtat, & iuſtus ſemper ſpe vireſcit, ſpe videlicet ſancta, quæ virtutem fidei retinet: ſed ſoláne folia habet virentia, quibus pij ſpes deſignatur? minime quidem; ſicut enim arbor ex ſolis frondibus non collaudatur ſic fidelis ex ſola ſpe ſine operibus non æſtimatur: oleo igitur ramos late non diffundit, nec pius dignitatibus, aut diuitiis ſtudet dilatari: profert olea fructus ſed amaros, innumeros tamen, oleique dulcedinem retinentes: profert pius iuſta opera ſanctitatis exempla amaritudine mortificationis inſperſa ſed copioſa, oleumque pietatis in Deum & miſericordiæ in pauperes reddentia. Merito igitur fidelis non qui ſolum ſpe præditus, ſed perfectione Chriſtiana præclarus oliuæ fructiferę in domo Dei nomine inſigniri poteſt. Nobiſcum ſentit D. Baſ. ho. 5. hex. *Vide vt ſis oliuæ inſtar, non qualiſcunque ſed fructiferæ in domo Dei, ne quando ſpe nudus conſpiciaris, potius ſalutem retineto ſpe continenti reuireſcentem merito fidei, hoc enim pacto perpetuum plantæ iſtius imitabere virorem, ſed & exuperantem copiam fructuum oleæ æmulaberis, benigna ac perpeti collatione eleemoſynæ.*

*Peccator ſterilis, & amarus ob peccata, ſi Chriſtum Dominum in medio cordis ſui ſuſceperit, fœcundus meritis & ſuauis virtutibus euadet.*

416. *Protulit terra lignum faciens fructum, &c.* In cuius numero recenſenda eſt Amygdala, de qua ſermonem inſtituens D. Euſt. ait: *Floret prima omnium amygdala, poſtremaq; poma maturat, ſique dulcis ex amara, ima parte ſtipite circumforato, cuneoq; ex picea arbore idoneo, in internas partes adacto vſque ad medullam, ita enim ſuccos minime amabiles, in dulces ciboq; idoneos commutat: hoc idem ſalutare eſt & malo punico, acris ſucci, vbi namq; excepit cuneum, dulce euadit.* Sed ſi Amygdala proferente fructum amarum recte deſignatur peccator, cuius opera ipſa morte ſunt amariora, quomodo in modum agricolæ ſtirpium qualitates arte immutantis, animi habitus ſteriles peruerſos, affectioneſque mentis amaras ex peccato commutabit in vitæ dulcedinem? ſi cuneum ex pino pinguem, vel ſurculum piceæ per mediam adactum medullam ſuſceperis: ſed quis ille cuneus vel ſurcu-

*Euſtat. in hexam.*

A lus? Chriſtus equidem quem in ſuo corde inſeruerit, mox vitam mutabit, operaque ſua quaſi fruges dulceſcere, & pingueſcere agnoſcet, meritóque adeo onuſtari, quod vitam merebitur æternam: at quomodo per mediam medullam inſerendus eſt ſurculus? audias: cum adeo Chriſtum, in animam ſuam inſerere ſtuduerit, vt non viuat ipſe, ſed viuat in ipſo Chriſtus, iuxta dictum Pauli, *viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Chriſtus.* *Paul. ad Galat. 2.*

*Bona non à nobis ſolum, ſed à Deo proueniunt.*

*Terra protulit lignum faciens fructum,* Sed quæſo, hortum diuerſis arboribus conſitum frugiferis ingre- 417.
B diamur, imo cum ſponſa Cant. 5. dilectum inuitemus ad fructus horti deguſtandos, dicamuſque, veniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructus pomorum ſuorum: quid ais ſponſa? Nonne à te conſitus eſt ille arborum hortus; nonne tibi ceſſit in hæreditatem, vel pretio acquiſiuiſti? cur ergo non ais, veni in hortum meum, ſed in hortum ſuum; quia quæcunque poſſidemus potius Dei ſunt, non autem noſtra cenſeri debent: ſic enim ait Philo Carpa. *Propterea in hortum ſuum vocatur ſponſus à ſponſa ad ſuos fructus edendos, vt oſtendat nihil inter ſe habere diſiunctum, nihil ſeparatum, nihil diſſonum, inſtar vnius ſanctiſſimi patris amicorum, vtque illud*
C *nos ſalutariter admoneat, omnia bona noſtra ex ipſius gratia prouenire, ut ſi quæ boni ſponſæ ineſſe, quod non a ipſius ſponſi largiſſimo bonorum omnium fonte emanarit, id quod ipſe teſtatur, cum ait, ſine me nihil poteſtis facere.* *Cant. 5.* *Philo Car. in Cant.*

*Iuſtus non ſolum bonis operibus fructificet, ſed in eis perſeueret.*

*Protulit terra lignum quoque faciens* fructum, Per terram germinantē rectè intelligendus venit iuſtus: 418.
ſed tenetur ne herbam virentem & afferentem ſemen lignumque faciens fructum producere: An
D non ſufficit herbam virentem (per quam affabilitas & humilitas) vel fructum bonorum operum proferre; cur ergo & lignum iubetur habere. Sciendum quod in illa productione terræ, quatuor tanguntur, ſemen, fructus, herba, & lignum: per ſemen autem quod occultatur, virtualiterque plantam & fructum continet, intelligitur cogitatio hominis quæ occulta tenetur in corde, ex qua opera exteriora pro-
E cedunt: per fructum verò, bonum opus: per herbam tractabilem & mollem, affabilitas & humilitas, quibus homo aliis efficitur tractabilis & benignus: per lignum verò ſolidum & firmum, intelligitur virtus continentiæ & perſeuerantiæ. Quo poſito, rectè terra hæc omnia quæ iubet Deus, producere debet, quia iuſtus non ſolum piis cogitationibus & operibus fructificare debet, ſed etiam in iis perſeuerare: ſic Philippus Caletius Ordinis noſtri in ſua poſtilla ſuper Euang. 2. part. Dominicæ in ſexageſ. *Homo ſpiritualiter intellectus per terram bonam, debet proferre ſemen cogitationis mundæ, fru-*
F *ctum operationis bonæ, herbam humiliationis benignæ, & lignum durationis firmæ.* *Phil. Calet.*

*Licet meritum ex Dei ſit gratia, à nobis etiam eſt liberè operantibus.*

*Protulit terra lignum faciens fructum,* Quamuis Noë plantauit vineam, non eſt dubium tamen 419.
ab exordio mundi eam ex iuſſu Dei terram produxiſſe, ordinemque inter ligna fructifera tenere: ſponſa dilectū ſuum alloquens, cumq; vt in campum

egrederetur inuitatus ait. vineæ florentes dederunt A odorem ſuum, Cant. 2. cur ita loquitur? dicat odo- *Cant. 2.* rem dedere, ſuum non addat? per hanc vineam animam iuſti intelligi non te latet, per flores illius & bonum odorem, opera bona & merita quibus bonus odor ſumus Chriſti, verè loquitur igitur cum ait, vineæ dederunt odorem ſuum, non autẽ ſolum odorem, quia bona opera & merita cum ſint ipſius Dei, tamen etiam noſtra ſunt & à nobis libere operantibus fiunt, ſic acute expendit Origenes pronomen illud ſuum, adhunc modum: *Non ſine cauſa puto, quod nõ* *Ori. in Cant.* *dixit odorem dederunt, ſed odorem ſuum, vt oſtenderet ineſſe vnicuique animæ arbitrij libertatẽ, qua poßit agere omne quod bonũ eſt, ſed quia hoc naturæ bonum præuaricationis occaſione debilitatũ, vel ad ignominiã, vel ad laſciuiam fuerat influxum, vbi per gratiam reparatur, & per doctrinam verbi Dei reſtituitur, odorem reddit, ſine dubio illum quem primum conditor Deus indiderat, ſed peccati culpa ſubtraxerat.*

*Deus nihil in ſe creauit noxium.*

419. *Et vidit Deus quod eſſet bonum*, Quomodo poteſt fieri quod viderit omnes herbas eſſe bonas: Nonne conium inter alimenta vitæ noxium eſt, & niſi præuiſum, saluti maxime nocet? Nonne elleborum noxium eſt? quid de aconitis dicemus? & de aliis herbis venenatis? non ergo omnes herbæ, quas vidit Deus, erant bonæ: omnes tamen in ſe bonæ eſſe non deſinunt, quamuis alteri vel tibi non ſint vtiles, aliis A animalibus proficient? ita D. Ambr l. 3. c. 9 *Singula quæ generantur è terris, ſpeculam quandã rationẽ habent, quæ pro virili proportione complent vniuerſæ plenitudinem creaturæ, alia ergo eſui, alia potui, alia aliis naſcuntur vſui, nihil vacat, nihil inane germinat terra quod tibi putas inutile, & aliis vtile eſt, & ſæpe eadem quæ tibi noxia ſunt, auibus aut feris innoxiũ miniſtrant pabulum, ſturni veſcuntur conio, elleborum periti loquuntur eſcam eſſe & alimoniam coturnicum, in his igitur non ſolum nulla creatoris reprehenſio, ſed etiam incrementum eſt gratiarum.* *Ambr. l. 3. hex. c. 9.*

*Creaturæ monumenta ſunt, quibus homines ad factorem Deum recurrent.*

*Et vidit Deus quod bonum*, Quomodo in qualibet creaturæ productione, Deum collaudantem & 420. B approbantem refert Moyſes, cum in fine operum Dei, hoc teſtari ſufficeret: merito id non diſtulit, ſed Deum, bonitatem creaturæ in vniuſcuiuſque formatione, approbantem inducit, vt cognita bonitate & pulchritudine earum, a tanto opifice laudata, ad ipſum factorem mortales recurrerent: *Vidiſti* (inquit Diuus Chryſoſtom., homil. 5. in Geneſ) *quomodo per ſingula quæ facta ſunt, oſtendit laudantem opificem, vt homines poſtea hæc diſcentes, ex facturis ad* *Chryſoſt. hom. 5. in Gen.* C *factorem recurrerent; nam ſi creaturæ ſuperiores ſunt, quàm vt ab homine pro dignitate laudari poßint, quid aliquis de ipſo opifice dicere poßit?*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XIII.*

V*Vlg.* Et fuit veſpere & mane dies tertius, & factum eſt ita.

*Septuaginta*, Et fuit veſpere & fuit mane dies tertius.

## EXPOSITIO VERSVS VI.

E*T factum eſt veſpere & mane dies tertius*, Intelligendum eſt de die naturali, qui noctem includit, vt ſit ſenſus, factum eſt veſpere, id eſt ſpatium diei ſeu illuminationis illius peruenit vſque ad veſperam, ſeu noctis initium, ſole recedente ab hemiſphærio noſtro factum eſt mane vt oſtendat completionem diei naturalis.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Operum ſuorum Deus nos vult eſſe memores.*

421. E*T factum eſt ita*: Superfluum videtur hoc additamentum: quis enim dubitare poteſt, quod Deo efficaciter præcipiente aliquid non ita factum fuerit? Dico tamen hoc non ſuperflue additum, ſed *Chryſoſt. in Geneſ.* vt opera Dei memoriæ noſtræ magis inculcentur. Fauet Chryſoſt dicens, *Vide quomodo iterando frequenter doctrinam menti noſtræ dictorum infigit.*

*Præ alijs æſtimat Deus creaturas ſenſus capaces, ſed præcipue animam rationalem.*

422. *Factum eſt ita*, Poſt hæc verba, non addidit Moy- D ſes qood Deus plantis benedixerit, ſicut animalibus, dicens, creſcite & multiplicamini, licet plantæ ipſæ ſucceſſiones ſibi propagent, & adaugeantur; cur igitur in arboribus & plantis nulla eſt vſus benedictione Deus? Non benedixit plantis vel arboribus, ſed animalibus, quia præ aliis longe exiſtimat creaturas ſenſus capaces, ſic Gennad. *Voluit opinor Gennad. hac ratione monere nos, quanto faciat illa pluris quæ in cat. ſenſum vitamque participant quam inanima & ſine Lip. ſenſu*, ex quo collige, quod ſi tanti facit animalia E quia ſenſum habent, vt eis benedicat, quam benedictionem non largietur ſuper animas rationis capaces?

## VARIETAS VERSIONVM VERSVS XIIII.

*Vlg.* Dixit autem Deus, fiant lumi- A
naria in firmamento cæli, & di-
uidant diem ac noctem, & ſint
in ſigna, & tempora, & dies, &
annos

*Septuag.* Fiant luminaria in firmamento cœli, ad illuminationem ſuper terram, & diſcernant inter diem & noctem.

*Cald.* Fiant luminaria, &c. & ſint in ſigna, & in B tempora, & vt numerentur per ea, dies & anni.

*Caiet.* Et erit n. lux luminaria in extenſione cælorum, ad diuidendum inter diem & noctem, & erunt ad ſigna, & tempora, &c

*Procopius*, Sint luminaria vt præbeant lumen ſuper terram, & diſtinctionem faciant inter diem & inter noctem, ſint in diem & in varia tempora

*Vatab* Fi luminaria in expanſione cæli, ad diuidendum.

*Oleaſt.* Et erunt in ſigna & in collectiones dierum & annorum.

## CONCORDIA VERSIONVM.

HEbræus codex in ſeptuaginta interpretibus abundat, *Ad illuminationem ſuper terram.* Quæ forte additum ad clariorem intelligentiam, cur autem nos legimus firmamentum, alij autem expanſionem ſiue extenſionem iam diximus: non eſt cur Caietani ſingularem editionem ponderemus, id enim ſuo marte exiſtimo adinuenitle, cum cæteri omnes oppoſitum teneant, aduerte quod Mohadim dictum à vulgato, tempora, ortum habere à Ioad quod ſignificat congregare, maxime ad certum tempus: vnde מועד Mohed videtur *Exod. 9.*
ſignificare, collectionem ſiue hominum ad certum locum vel dierum, quare ab Oleaſt. potuit hic verti, & erunt in ſigna & in collectiones, nam & Exod. 9. dicitur & poſuit Dominus מועד Mohed, id eſt tempus ſtatutum, certum, aut certam dierum collectionem.

## EXPOSITIO VERSVS XIIII.

FIant luminaria in firmamento cœli. Per luminaria ipſa ſolem, lunam, & præcipuè ſeptem planetas intelligimus, ad opus quarti diei pertinentes cum ſtellis: ſed cum diximus cœlos in principio crea- C
tos perfectos ſecundum ſubſtantiam, magnitudinem, figuram, partium denſitatem, & raritatem, non exigua eſt difficultas de proprio effectu, ſeu termino, hoc die producto: quia niſi magna vis textui fiat, denotare videtur quod Deus hoc die produxerit ſolem, lunam, ſtellaſque ſimpliciter, & quoad ſubſtantiam eorum: quia cum dicat Moyſes Deum præcepiſſe luminaria fierent, videtur ſatis apertè ſignificare hæc omnia fuiſſe hoc illo die producta; ſubſtantia enim non dicitur ſimpliciter fieri, niſi quando ſubſtantialiter producitur.

Hoc tamen non obſtante, conformiter ad hæc quæ dicta ſunt in expoſitione primi diei, aſſerendum eſt proprium effectum ſeu terminum hoc die productum, non fuiſſe ſubſtantialem ſed accidentalem, nempe quoad maiorem lucem, & quoad motum. Explicatur prima pars de luce ſcilicet, quod D
ſol à principio habuerit lucem, ſed multò minorem quam nunc habeat, quæ hoc die aucta & conſommata, ideo primo die aſtra non apparebant, quia cum lux illa primi diei fuiſſet admodum tenuis, denſas illas cœli partes luce non potuit adimplere, qua aſtra perficeret. hoc modo explicata ſententia hæc facilis eſt, quia optime intelligitur, quomodo ſol potuit fieri in ratione luminis maioris, vt præeſſet diei, diem nempe lucidum efficiendo, antea enim illuminabat ſicut nunc aurora: hincque optime deducitur antea fuiſſe inſufficientem ad illuminandam lunam perfectè, & quantum neceſſarium erat vt præeſſet nocti.

Quoad motum qui illis datus eſt, explicatur, E
nempe quod fuerit proprius, ſiquidem ante hunc quartum diem, cœli non alio quam vno primo cœli motu communiter mouebantur; ab hoc autem die quarto cœlum lunæ monetur alio motu quam cœlũ ſolis, aliorumque planetarum.

Ad id quod oppoſitum eſt in principio, nempe quod dixit Deus: fiant, fieri autem dicit productionem ſubſtantialem, hoc non cogit, quia optime intelligitur de effectu quem Deus in hoc die fieri præcepit, ſcilicet de noua luce, & nouo motu eis indito: ſed quia contraria ſententia multos defenſores habet eam plurimis aperiemus animi cogitationibus.

*Et diuidant diem ac noctem*, Non ſicut primis tribus diebus, quia tunc deſtinatio diei ac noctis facta eſt tanquam inter lucem & tenebras, ab hoc autem die quarto facta eſt inter lucem & lucem, quia lux diei, eſt ſolis immediate, lux autem noctis, eſt lumen lunæ & ſtellarum: vnde paulo poſt ſubditur de luminaribus, vt luceant in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem.

*Sint in ſigna.* Non iudiciariæ aſtrologiæ dicentis, non ſolum animam inclinare; ſed etiam neceſſitare prognoſtica: quis enim ignorat hoc eſſe damnatum in ſacra pagina conſiliis, & ſanctis patribus? ſint igitur in ſigna huius vitæ vſibus neceſſaria tanquam ſerenitatis pluuiæ, gelu, ventorum ſignificatiua, nec non annuntiatiua, quando ſerendum, plantandum eſt, nauigandum, & plurima alia negotia vitæ humanæ commoda perficienda.

*In tempora dies, & annos*, Sol enim ſuo ad nos acceſſu vel receſſu, conſtituit quatuor anni tempora, ver, æſtatem, autumnum hyemem, quotidiano ſuo curſu dies, curſúque ſuo per Zodiacum annum conſtituit luna autem cum duo decies ſpatia ſui curſus peregerit, annum lunarem conficit, ſtellæ etiam ſunt in tempora, quia hæ in cœlum apparentes æſtiua tempora, illæ deſignant hyberna, ſuntque in annos, quia quæ in æquinoctio v. g. verno apparent, ſubſequentibus annis in eodem æquinoctio erunt.

## CONCEPTVS.

*Deus tanquam mater, nobis vt infantulis requiem procurat.* A

423. F*IANT luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem & noctem*, Cur Deus noctem eſſe voluit? nonne dies continuus eſſet gratior, & iucundior quam nox? Cogita viciſſitudinem diei & noctis eſſe vtilem, vt videlicet poſt laborem, requiem habeamus, & ideo diem noluit eſſe continuum: ita Diony. Char. *Hæc viciſſitudo eſt neceſſaria, nam tempus*
Dionyſ. *diurnum eſt aptius ad laborandum, & conueniendum*
Cha. in *atque ad diuerſa exercitia exequenda, tempus verò* B
Geneſ. *nocturnum eſt aptius ad quieſcendum*. Vnde in lib. de compunct. ait Chryſoſt. *quod ſicut mater volens in-*
Chryſ. l. *fantulum ſuum facere dormientem, operit oculos eius,*
de comp. *ſic Deus pater volens homines in nocte dormire, obducit viſui eorum caliginem, quaſi oculorum operculum.*

*Varia eſt diuinæ prouidentiæ ratio.*

424. *Fiant luminaria in firmamento*, Poſt luminaria creata fuere animalia, cum ſint ſenſu prædita, & ideo luminaribus nobiliora, cur eis poſteriora producta C fuere? ordo enim creationis creaturarum perfectionem comitari deberet; Aduerte oculos animalium excellentiſſimum lumen ferre non potuiſſe, & ideo
Theo. in Deus lucem (ex mente D. Theod. loquor) hoc quar-
Gen. to die in parua & maiora luminaria diſtribuit, vt eam oculi eorum poſſent ſuſtinere: meritò igitur in tot, lucem diſtribuit luminaria, ante creationem animalium. vt rationem ſuæ prouidentiæ miratemur, qui omnibus conuenienția diſtribuit, non autem nocua: ſic Athanaſ. quæſt. 85. inquit, *Poſt luminaria tandem animalia, creata ſunt; nam lucem illam magnam quam Deus fecerat, in luminaria diuiſit, quæ lux hinc inde*
Atha. q. *diſperſa imminuta eſt, quod niſi factum fuiſſet, non* D
85. in Ge. *potuiſſent animalia ſuſtinere magnum iubar & ſplendorem tanti ignis, atque huius rei gratia poſt Solem & Lunam ſunt animalia creata, vt illius ſplendorem perferre poſſent.*

*Ita Deus liberalis, vt omnes ſuæ magnificentiæ velit eſſe particeps.*

425. *Fiant luminaria*, Quorum commodo? ſolum enim terram formatam video, arbores, & plantas productas, cum autem ſine ſole habuerint eſſe, etiam abſque eius adminiculo idem conſeruare poterunt, an vtilitati animalium? an ipſius hominis? omnium equidem quæ ſub cœlo ſunt: liberalitatem enim in paucos Deus effundere non poteſt, *Faciendorum cœ-* E *lorum* (adde & luminarium, inquit D. Hilar. in Pſal.
Hilar. 135. exponens illud qui fecit cœlos intellectu) *ſola*
Pſal. 135. *miſericordiæ ſuæ cauſa eſt, neque enim eguit, vt fierent, in id vniuerſa fecit, vt plures bonitatis ſuæ copiis vterentur.*

*Ab infidelitate nos reuocat Deus.*

426. *Fiant luminaria magna*, Loquentes in eorum opinione qui ſuſtinent ſolem creatum in quarto die, inquirimus, cum naturæ incorruptibilis ſit, rerumque F ſublunarium cauſa, priorque præſtantia dignitatis ipſis arboribus & plantis, cur Deus eum condidit poſt plantas, cùm plantæ vltimum in ſua productione ordinem poſſidere deberent? Nota non ſolum Gentiles, imo etiam Iudæos prolapſos eſſe in huiuſmodi errorem, vt tenerent ipſum ſolem Deum eſſe,

A tum propter eximiam ſuam pulchritudinem, tum etiam quia rerum omnium cauſam vniuerſalem exiſtimabant: voluit igitur Deus prius terram germinare, arbores & plantas proferre, quàm ſolis radiis fœcundaretur, vt cum homines memoria repeterent mundi primordia, in quibus plantæ & arbores fuerunt ante ſolem, intelligerent quæ nunc ab illo pendere viderentur, ea non multum dependere Seuerian.
ab eo, ſicque Deo, & non ſoli cultum & honorem in Cate-
adhiberent, & eo modo ab infidelitate reuocaren- na lib.
tur: ſic Seuerianus, *Sed quare Deus terram prius cœlo*
B *exornauit propter futurum errorem circa plures Deos, vt ſolem, lunam, & ſtellas*, idem lege apud Procop. Baſil. hom. 5. hexa. D. Ambr. Chry.

*Ita Deus hominem diligit, vt futuro maximi epuli conuiua lucernas accendat.*

*Fiant luminaria*, Si nondum conditus eſt propter 427.
quem hæc luminaria iubet Deus fieri, cur non expectat hominis creationem? deinde luminaria in cœlo conſtituentur: Aduerte quod quando quis ad conui-
C uium vocatur, ne aliquid offendat oculos conuiuæ, locus in quo recipi debet, mundatur, dein paratur conuiuium, accenduntur lumina, accendunt miniſtri, deinde inuitatus accedit ad epulas: quid mirum igitur Deum hominis formationem non expectaſſe, ſed prius luminaria condidiſſe, quia ita eum diligit, vt futuro conuiuæ eorum quæ tertio die produxerat, lucernas accendat: cogitatio eſt Procopij, *Quæ haſtenus (inquit) commemorauimus, ſimillima ſunt magni epuli apparatui, primùm locus mundatur, ne quæ ſordes conuiuas offendant; conuiuium paratur, & inſtruitur, deinde lucernæ accenduntur, poſtremo, via quâ conuiuæ veniant, præcedentibus ſeruis & mi-* Proc. in
D *niſtris nempe brutis animalibus, nouiſſime accedit ad* Ge.
*id epulum, quaſi Dominus & rex rationalis creatura, nempe homo.*

*Plures perſonæ in Deo denotantur.*

*Fiant luminaria*, Cui dixit? Angelis ne? minime, creaturæ ne rationali? nequaquam? cui ergo? cum 428.
Moyſes non exprimat, nonne per verbum facta ſunt omnia? Dicamus igitur Deum Patrem hoc dixiſſe filio, vt inde plures in Deo perſonas agnoſceremus: *Cum perceperis eum qui dixit*, inquit D. Baſi. ho. 6. hex. *illico cogitatione cum ipſo copules eum eo velim qui audiuit, Deus dixit fiant luminaria, & fecit Deus* Baſil.
*duo luminaria, quis dixit? & quis fecit? nonne ani-* hom.
E *maduertis in hiſce duas eſſe perſonas? vbique dogma* 6. hex.
*illud Theologiæ, hac in enarratione myſtice inſperſum eſſe videtur.*

*Verbum naturæ humanæ vnitum eandem omnipotentiam & eadem attributa habet quàm antequam homo fieret.*

*Fiant luminaria*, &c. Exiſtimat Anaſt. Syn. l. 4. in
hex. quarto die ſolem à Deo conditum, illamque 429.
F lucem trium dierum præcedentium ſparſam per
totum orbem in eo poſitam fuiſſe, ſed quid ô Ana- Anaſt.
ſtaſi hæc lux denotat? lucem increatæ diuinitatis, Syn. l. 4.
quæ quocunque vult peruenit, nullum relinquens in hex.
locum in orbe terrarum vacuum; quando autem quarto die fabricatur ſolis orbis, & lux quæ eſt vbique præſens in eo ponitur, ſignificat quod diuina il-

la lux in quantum verbum, eſt in ſole iuſtitiæ, nempe Chriſto Domino per vnionem hypoſtaticam: ſed ô Synaita, lux illa quæ per vniuerſum orbem diffuſa erat, coarctari videtur & limitari, necnon à ſole circumſcribi, quomodo ſignum erit verbi diuini in Chriſto ſole iuſtitiæ? dicemuſne coarctari ſine omnipotentia, circumſcribi abſque immenſitate? ne dicas lucem in ſole coercen in arctum: nam etiam verbum à carne quam ſibi aſſumpſit, in ſuis nullo modo limitatur attributis: audiamus cit. Anaſt. *Quomodo lux poſt eius in ſole poſituram quarto die adeſt vbique, & per totam terram expanditur, ita etiam lux diuinitatis poſt incarnationem non eſt circumſcripta nec contracta.* A

Anaſt.

*Chriſtus ita lucis amator, vt non ſolùm ſe mundi lucem aſſerat; ſed & produxerit ſplendidiſſima mundi lumina.* B

430. *Fiant luminaria*, Dixit Deus inquam filio, cur hoc munus Angelis non imponit? vel cur ipſemet ſicut dixit, non condidit; quia verbum ita lucem diligit, vt non ſolum ſe poſtea mundi lucem aſſerat, ſed etiam omnis luminis principium ipſum, nempe ſolem voluerit condere: conſentit D. Ambr. lib. 4. hex. c. 2. *Deus pater dicit, fiat ſol, & filius fecit ſolem: dignum enim erat vt mundi ſolem faceret ſol iuſtitiæ: ipſe ergo eum in lumen adduxit, ipſe eum illuminauit, ipſe ei donauit fundendi luminis poteſtatem.*

Ambr. lib. 4. hexam. c. 2.

*Poſt bona opera lumen gloriæ datur in beatitudine.*

431. *Fiant luminaria*, Nonne debuit formare luminaria, nempe ſolem & lunam, priuſquam terra germinaret, vt terra calore ſolis percuſſa fœcunderur? per terram germinantem, nonne homines qui ſunt terra, ſignificantur, opera fructificantes optima? per hæc luminaria cur non intelligemus lumen gloriæ? non ſine ratione igitur, poſtquam præcepit terram germinare, luminaria poſuit in firmamento cœli, quia poſt opera vitæ huius optima, lumen gloriæ dabitur in æterna fœlicitate: ita D. Eucher. *Bene autem terra primò germinauit, deinde facta ſunt luminaria. quia poſt opera bona, venit illuminatio lucis ad contemplandam ſpeciem ſupernæ virtutis.* C

Eucher. in Geneſ.

*Sperandum in Deo & non in creaturis.*

432. *Fiant luminaria in firmamento cæli.* Per hæc luminaria, ſolem & lunam intellige; nonne terra fœcundatur radiis ſolis? nonne fructus matureſcunt illius calore? quomodo ergo ſolem formauit, poſtquàm terra iam germinaſſet, variiſque eſſet ornata floribus? optime terra prius germinat, & producit fructus, quam ſol exiſtat, vt edoceamur nequaquam in creatoris, ſed in Deo ſpem reponere, vtpote omnia bona largienti ſine ſolis adminiculo, cùm à principio ad terræ fœcunditatem non fuerit neceſſarius: ita fere D. Ambr. lib. 4. hex. c. 2. *Cum vides ſolem, attende terram quæ antea fundata eſt, attende herbam fœni, quæ præſtat ordinis priuilegia, attende ligna quæ plauduut, quod prænia luminibus cæli ea cæperunt, quod prætendit altitudo ſapientiæ & ſcientiæ Dei, vt prius inciperent eſſe ligna, quàm duo mundi luminaria, & quidem cæleſtes oculi firmamenti, niſi vt cognoſcerent omnes diuinæ teſtimonium lectionis, terram ſine ſole poſſe eſſe fœcundam; nam qui potuit ſine ſole prima rerum ſemina germinare, poteſt vtique ſemina accepta, natura & proprio fœtu ſine calore ſolis parta edere.*

Amb. lib. 4. hex. cap. 2.

*Bene operanti maior lux infunditur.* A

*Fiant luminaria in firmamento*, Terram primò videmus germinantē, deinde luminaria ſplendeſcere; cur prius terram virentibus nobilitat partibus? floribus ornat? ditat fructibus, & ornatæ & compoſitæ addit luminaria? Nonne luminaria præcedere debebant, cùm longe digniora ſint & terrâ excellentiora? per terram germinantem mentem hominis operibus bonis ditatam intellige per luminare maius, maiorem lucem gratiæ: dico ergo ideo prius terram germinare, deinde fieri luminaria, quia prius mens hominis ornanda eſt virtutibus, & poſtea maxima luce illuſtranda, bene operanti enim maior lux infunditur: ita D. Petrus Damianus lib. 2. Epiſt. 1. *Quid eſt quia prius terra germinet, protinus ſunt luminaria creata niſi quia prodeunte germine boni operis, lux in anima copioſior oritur, vt imitari valeat ſui veſtigia redemptoris, acceleret ergo terra mentis humanæ ſpiritualium ſegetum germinare prouentum, vt in rutilantibus infima lucis radiis illuſtretur.* 433. B

Dam. l. 2. Epiſt. 2.

*Lex gratiæ alias excedit.*

*Fiant luminaria in firmamento cœli.* Cur? vt luceant & illuminent terram, tertia vero die ait germinet terra herbam virentem, vellem ſcire ſi Deus prius terram condecorauit floribus, quam cœlum ſyderibus: quare pulchriores non fuerunt flores ſyderibus, cum prius creati fuerint quam ſydera? vt ſatisfaciamus, diſcendum eſt tertiam diem eſſe typum tertiæ mundi ætatis, in qua bonæ legis opera florebant, quartam vero diem quartæ mundi ætatis in qua pulchriora Regum & Prophetarum facta coruſcabant, hoc poſito reſpondet Rupertus, in proœmio lib. Reg. c. 1. *Pulchra terræ plantaria, quæ tertia die plantata, ſed pulchriora cæli luminaria, quæ 4. die facta vel in firmamento poſita ſunt, ſic nempe pulchra quædam & bona legis opera, quæ tertia mundi ætate in figuram futurorum præcepta ſunt, ſed pulchriora regum coronatorum & prophetarum facta & dicta, quæ in typo regis Dei in teſtimonium magni ac noui regis Chriſti reſplenduerunt:* Debebat addere, excellentior lex Euangelica ſcripta & naturali, cùm creaturarem cæli & terræ & verum ſolem iuſtitiæ contineret. 434. C D

Rup. in præ. lib. 1. Reg. c. 1.

*Lex Euangelica tanquam perfectiſſima & ſolida nobis datur.*

*Fiant luminaria in firmamento cæli*, Diximus ex Ruperto ideo pulchriora cæli luminaria ipſis terræ plantis, quia hæ ſolam legem naturalem, illa autem ſcriptam figurabant; nos autem addidimus ipſam Euangelicam legem longè excellentiorem, quia continebat ipſummet ſolem, nempe Chriſtum Dominum: ſed cùm ſit Deus liberaliſſimus perfectiſſimaque ſit lex Euangelica, cur ſtatim à principio eam non tulit populoque ſuo non expoſuit? maius enim donum eis conceſſiſſet; optima eſt reſponſio D. Cyrilli Alexandrini lib. de adoratione & cultu, in ſpiritu & veritate: *Euidentior quidem diſpenſationis modus, quomodo ſe habeat, Deo qui ſcit omnia relinquendus eſt nihilominus tamen vel in mediocrem notitiam, rationum bonarum cogitationes quæ ſunt certiores, nos adducunt, vel ſaltem vt diſpenſationis occaſionem ſcire videamur, itaque dicimus quod liberati ex Ægypto opus habebant inſtructione, & educatione quaſi puer vbi: erant enim adhuc craſſi, & ad abſurdu quæque facile ſeductiles nam his qui ineluibili & immodico carnis amore infirmi, & affectionibus quaſi ineuitabilibus obnoxii erant fere* 435. E

Cyril. Alex. l. de adoratione & cultu in ſpir. & veritate.

*impoßibile erat & minime integrum, vt ſtatim ar-
duam quandam ciuilitatem & vitæ rationem acci-
perem. qua tam præclara ſit ac admirabilis, vt am-
buletur quidem ſuper terram: nuncupatus autem
habeatur in cælis, ſecundum quod ſcriptum eſt: at
non perfectorum quidem eſt ſolidus cibus, paruulis
vero lac conducibilius eſt.*

### *Eccleſia quamuis perſecutionibus deficere videatur, tamen non deficit.*

*Fiant luminaria in firmamento cæli, & ſint in tem-*
436 *ra & dies & annos*, Lunam & Solem intelligimus
per duo luminaria, non ſolum autem per ſolem co-
gnoſcimus tempora, dies & annos, ſed per lunæ au-
gmentum & diminutionem: creſcit enim & decre-
ſcit; quid hæc luna ſignificat? Dei Eccleſiam? vt ſol
Chriſtum Dominum, cur quæſo Eccleſiam denotat
luna, cum ſit inconſtantię & varietatis ſymbolum?
vt Apocal. 12. innuitur, dum de illa muliere genero-
Apoc. 12. ſa dicitur, & luna ſub pedibus eius, id eſt omnis re-
rum humanarum inconſtantia: ſi ergo inconſtantię
ſignum eſt luna, quomodo conſtantiſſimam etiam
in aduerſis Eccleſiam præfigurabit? Nonne etiam
luna videtur deficere quę tamen integra ſemper
permanet? Reſpondeo ergo in hoc & non in alio
Eccleſiam repręſentare, quia Eccleſia quamuis per-
ſecutionibus & tyrannorum crudelitate, tormento-
rumque immanitate videatur deficere, integra ta-
men ſemper permanet, ita D. Ambroſ. 4 hex. cap.
Ambroſ. 4. hex. c. 2. 2. *Eccleſia, tempora ſua habet perſecutionis & pacis,
nam videtur ſicut luna deficere, ſed non deficit: obum-
brari poteſt, deficere non poteſt: quia aliquorum qui-
dem in perſecutionibus, diſceßione minuitur, vt mar-
tyrum confeßionibus impleatur & effuſi pro Chriſto
ſanguinis clarificata victorijs, maius deuotionis ſuæ
fidei toto orbe lumen effundat.*

### *Principes & Prælati etiam in maxima dignitate conſtituti inferioribus ſuis miniſtrare neceſſaria non renuant.*

*Fiant luminaria*, Ad quid? vt diuidant diem & no-
ctem, ſintque in ſigna, & quid amplius? in tempora,
437 &c. terramque illuminent; ſi pręclariſſima, & lon-
ge terrę elemento perfectiora, lucidiſſima, & in al-
tiſſimo loco conſtituta, cur tot obſequia terrę viliſ-
ſimę pręſtare iubentur? vt exemplo illorum diſcant
Principes, & in magna conſtituti dignitate, inferio-
ribus & infimę conditionis hominibus pręſtare ne-
ceſſaria, necnon etiam miniſtrare: *Vides* (inquit
Oleaſter) *quot & quanta terræ luminaria præſtent*
Oleaſ. annot. moralis in c. 1. in Gen. *miniſteria, nihil lucri ex ea ſperant, neque dedignan-
tur cum tam ſublimia corpora ſint, tam lucida, tam
pulchra infimo elemento terræ, ſcilicet tot præſtare
miniſteria: quo exemplo docentur principes, nobiles
& ſublimes, inferioribus cum opus ſit, miniſtrare, quo-
rum præcipuum munus eſt, inferiores ſuo conſilio di-
rigere & illuminare.* ſed veriſſimè hęc ſubiungit:
*proh dolor! non ſolum non dirigunt, ſed deuorant
pauperū bona, & cogunt vice verſa pauperes ſibi mi-
niſtrare, ex quorū ſudoribus viuunt & deliciantur.*

### *Miſera noſtræ vitæ viciſſitudo innuitur.*

*Fiant luminaria*, Inter quę locum non ignobilem
438 luna obtinet, cuius naturam & affectiones velim
conſideremus, eſt corpus ipſius magnum, & ſplen-
didiſſimum, poſt ſolem, nō tamen ſemper eius con-
ſpicitur magnitudo, ſed nunc quidem tota ſinuata



A in orbem & perfecta, nunc verò in deliquio, & im-
minuta conſpicitur, &c. cur lunam Deus tot muta-
tionibus obnoxiam in firmamento conſtituit? vt eſ-
ſet hyeroglificum exaratum in cœlo, in quod mor-
tales omnes ex quocunque climate non tantum
diu, ſed etiam noctu ſuſpicere poſſent, & ex hoc
colligere, quàm mutabilis eſt rerum mundanarum
viciſſitudo: quod eleganter declarat D. Baſil. hom. 6. Baſil. ho. 6. in hexam.
hex. *Eſt figurarum quædam mutationis* (inquit) *hu-
iuſce variæ ſapientis ratio creatoris: aut enim hoc
vult, vt exemplum nobis illinc euidens noſtræ natu-
ræ præſtetur. Nullam rem, inquam, humanam, fixam
& ſtabilem eſſe, ſed alias cùm non eſſent, exortas,
ad ſuum ſtatum pergere capeſcēdum: alias item cùm*
B *proprium attigerint vigorem, & ad ſummam adole-
uerint incrementi menſuram, rurſum quotidianis
decrementis ſenſim corrumpi, ac perire, & imminu-
tas aboleri atque intercipi. Nos igitur ex lunæ con-
templatione, quàm fluxa ſint noſtra perdiſcamus at-
que erudiamur, in mentemque celerrima rerum hu-
manarum nobis mutatio veniat, ac non magnifice no-
bis ipſis ob vitæ proſperitatem placeamus, non poten-
tatibus gloriemur, non ob incertas & inſtabiles diui-
tias efferamur, deſpiciamus carnem in qua potiſſi-
mum verſatur mutatio, curam animo diligentiam-
que adhibeamus, bona enim immobilia duntaxat*
C *eſſe conſtat.*

### *A creaturarum pulchritudine ad Deum laudibus extollendum commonemur.*

*Fiant luminaria*, Si diximus propter nimiam ſolis 439
pulchritudinem, radiorumque eius ſplendorem,
pleroſque eò impietatis deueniſſe, vt tanquam nu-
men colerent, cur Deus eum tantæ pulchritudinis
condidit; non autem exiguæ? ſic enim occaſio infide-
litatis adimeretur. Ideo tanta pulchritudine ſolem
condecorauit, non vt nobis occaſio idololatriæ da-
retur; ſed vt à ſolis pulchritudine ad Deum omnis
D decoris fontem, & venuſtatis originem, admiran-
dum & ſumme diligendum incitaremur: accipe D. Chryſ. in Ge.
Chryſoſt. *Cum videris cælum*, (adde & ſolem) *ad-
mirans eius formoſitatem, aſtrorum varietatem, cla-
ritatis eminentiam, ne ibi ſubſiſtas, ſed ad opificem
iſtum extende mentem, obſtupeſcere te facit lux ſolis
& admiraris eius multiplicem vſum: & quia vides
radios illuſtrantes tuos oculos, admiraris eius pul-
chritudinem, ſed neque hic ſubſiſtas: quia ſi futura
tam admirabilis eſt ſupra omnium opinionem & in-
tellectum: quantus eſt qui ipſum ſolo verbo & præ-
cepto produxit? ſi hac nobis conuerſaremur, Domino
vt deceret, gloriam daremus.*

E

### *Ad contemptum terræ ex ſua paruitate commonemur.*

*Fiant luminaria*, Cum ſolus ſol tantæ ſit magni- 440
tudinis, vt centies & ſexagies contineat totam quā-
titatem terræ, quis omnium corporum cæleſtium
magnitudinem comprehendere valebit? Quo ſup-
poſito mouetur difficultas, quomodo Deus homi-
ni, quem tanto amore diligit, habitaculum ita exi-
guum; quale eſt terra, cōceſſit? reſpectu enim ipſius
cœli punctum videtur; ideo tantæ magnitudinis ſo-
lem cum aliis ſphæris cæleſtibus effecit, terramque
F exiguæ paruitatis, vt hanc terræ globulum conſi-
derantes, deſpiciamus tanquam animis hominum
indignum, quorum capacitas ipſos cælos compre-
hendit.

### *Numerus quaternarius Deo acceptus eſt.*

*Fiant luminaria in cælo*, Quartus hic dies operum 441

Dei, in quo non ſine myſterio ſol conditus eſt potius quam in alio, cur enim tertio vel quinto formatum non legimus? Philo lib. de mundi opificio ait, ad declarandam huius operis ſingularem præſtantiam, & dignitatem ſymbolo numeri quaternarij: numerus autem quaternarius maxime perfectus eſt, hic enim primus ſolidi naturam oſtendit: illud pro laude huius numeri addidiſſe ſatis eſt, eum totius mundi generationi dediſſe initium: nam quatuor elementa ex quibus hoc vniuerſum conditum eſt tanquam à fonte manauerunt ex numero quaternario: adde hæc quatuor quibus annus diſtinguitur tempora: vnde animantes & plantę proueniunt, ſcilicet hyems, ver, ęſtas & autumnus: dico igitur ideo luminaria Deum quarto die condidiſſe, quia hic numerus maxime Deo gratus & myſterioſus, ſic Dydimus, *Luminaria magna ideo quarta die condita ſunt, quia quaternarius numerus honorabilis eſt.*

*Phil. Iudæ. li. de mundi opificio.*

*Dydimus in cat. hpp.*

## *In dignitate conſtituendi, prius ſunt examinandi.*

*Fiant luminaria in firmamento cæli*, Et proponamus opinionem Anaſtaſij Syn. lib. 4. hexa. qui vult,
442 quod de eadem ſolis luce ſermo ſit ſub eodem ſenſu, vt prius facta ſolummodo & quaſi examini propoſita, poſterius vero non tam de nouo producta, quàm in propria ſede conſtituta, vt illuminaret ſuper terram, dieique ac nocti prçeſſe dicatur; ſic autem ait, ſtellas quidem ſupra per iuſſum creauit in firmamento, ſolem autem & lunam cum per ſe ſuper terram tanquam Euam & Adam eſſet fabricatus, poſtea eos in altum ſublatos poſuit in firmamento: hac ſupoſita opinione, quid ſibi vult hunc ſolem & lunam non ſtatim apponi firmamento, ſed antequam apponerentur, examinari? Nonne hæc luminaria ſignificant eos qui aliis prçeſſe debent: recte igitur non ſtatim firmamento apponuntur, quia qui ad dignitatem ſumendi ſunt, debent prius examini ſubiici, quàm in ea conſtitui: hoc inſinuat Caſſiodor. lib 5. variarum Epiſtolarum, *Quamuis vltra deſideria ſupplicum frequenter nos præſtitiſſe beneficia gaudeamus, & quod eſt difficillimum humanæ ambitionis interdum vota ſuperemus, hæc tamen libentius amplectimur, quæ nos meritò feciſſe gloriamur, diu quippe trutinandus eſt is cui traduntur examina, taliſque debet à principe deligi, qualis ab ipſa lege poteſt dictari.*

*Caſſiod. lib. 5. variarū Epiſt. 4.*

## *Ab initio Deus amouit otium.*

*Fiant luminaria in firmamento cæli*, Cur quęſo ſo-
443 lem & lunam quę ſunt pulcherrimę creaturę, aſtra fulgentiſſima, non in primo die, ſed ſolum in quarto creauit? Nota quod huiuſmodi ſol & luna ſuis virtutibus ſecretis producunt ſimul cum aliis cauſis ſecundis varios effectus in terra: ideo igitur Deus non creauit ſolem & lunam in primo die, ne otio indulgerent, cùm adhuc nihil eſſet quod producerent, ita Seueria. in Catena, *Quia nondum erant terræ naſcentia, quæ luminarium calore fouerentur.* Hoc eſt, quia nondum erat in terris quod ab illis luminaribus ageretur: ac ſi præſtaret luminariā non eſſe quàm otio vacare.

*Seuer. in Catena græca.*

## *Tolerantiſſimi iniuriarum eſſe debemus*

*Fiant luminaria in firmamento cæli*, Vt conceptum
444 efformare poſſimus, recurramus ad illud Philipp. 2. in medio nationis prauę & peruerſę inter quos lucetis ſicut luminare in mundo, quid quęſo innuere vult Paulus, vt ſimus ſicut luminaria in mundo? inſpiciamus luminaria cœli, nonne varia imponunt teſtimonia luminaribus aſtrologi? Nonne falſa de eis confingunt dogmata & tamen ea libenter ſufferunt & patiuntur? Reſpondeo ergo nos velle Paulum fieri luminaria in mundo id eſt patientes in perferendis inimicorum iniuriis, contumelijs, & obiectionibus, atque adeo falſis conuitiantium teſtimoniis pro nihilo habendis, ad exemplum cœli & ſiderum quę tam multis procacibus Aſtrologorum dictis appetuntur, nihilominus patienter tolerant, ſuum ſplendorem non intermittentia: *Quanta*, inquit D. Aug. in Pſalm. 93. *de ipſis luminaribus fingunt homines, & patienter ſuſtinent quanta falſa de ipſis luminaribus quidam dicunt, & ferunt & tolerant, & non mouentur: conuitia fiunt ſtellis, quid illæ? numquid mouentur, aut non exercent curſus ſuos? Quare, quia in cælo ſunt: quædam de luna mentiuntur homines, non curat tamen verba hominum, illa quæ in cælo eſt, ſic & homo qui in natione peruerſa & tortuoſa habet verbum Dei, ſicut luminare fulgens in cælo*, deinde, *qui ergo de ſupernis cogitant, de ipſis cogitationibus ſupernorum patientes fiunt, & quidquid in terra committitur, ſic non curant donec peragant itinera ſua: & ſicut ferunt quæ in alios fiunt, ſic ferunt ea quæ in ipſos fiunt, quemadmodum luminaria: nam qui perdiderit tolerantiam, de cælo cecidit.*

*Ad Philip. 2.*

*Aug. in Pſal. 93.*

## *Non ſimus curioſi operum Dei inueſtigatores.*

*Fiant luminaria in firmamento*, Cum tot difficul- 445
tates verſentur circa magnitudinem horum luminarium, eorumque virtutem, ita vt tot ſint ſententiæ quot Aſtologi, cur Moyſes vt eas dirimeret, veritatem tum magnitudinis tum virtutis eorum non enucleauit? Quia noluit nos operum Dei curioſos inueſtigatores, ſed ſapientię eorum creatricis admiratores: accipe Rupertum, *Hoc ſolum de ſapientia ſcire contentus. quod ſacra teſtante ſcriptura creatrix diuina inſtituit, videlicet quod ad hoc poſuerit luminaria & ſtellas, vt lucerent ſuper terram.*

*Rup lib. 1. in Gen.*

## *Cùm perfectionem virtutum adeptus fueris, ne ab ea decidas.*

*Fiant luminaria*, Quorum numero adſcribitur
luna, cui ſtultus comparatur Eccleſ. 27. ſtultus vt 446
luna mutatur, in aliquo deſpicitur igitur luna? quod equidem miror, cum ſit præclariſſimum à Deo ſydus conditum: ſed cùm animaduerteris lunam, cùm perfectum lumen attigerit, illud diu non conſeruare, ſed paulatim imminui, & decreſcere, quod tibi non arridet, imo vituperas: cur non potiori etiam ratione eum qui perfectionem virtutum adeptus fuerit, & ab ea decidit non arguemus, inſipientemque nuncupabimus, cum D. Ambroſ lib. 4. hex. cap. 7. *Nam ſi te lunæ contriſtat occaſus*, inquit, *quæ ſe ſemper reparat ac reformat: multo magis contriſtare te debet, ſi anima profectu virtutis impleta cum fuerit, poſtea per inconſtantiam mentis atque incuriam è ſuo deflexa propoſito, ſtudia ſua ſæpe cōmutet, quod eſt inſipientiæ & inſcientia: vnde & ſcriptura ait, ſtultus vt luna mutatur, & ideo ſapiens non cum luna mutatur, ſed permanebit cum ſole: vnde non luna eſt particeps ſtultitiæ, quia non luna mutatur vt ſtultus, ſed ſtultus vt luna: Deniq; ſemen iuſti ſicut luna perfecta in æternum manet, & teſtis in cælo fidelis. Aliud eſt enim fungi miniſterio, aliud circumferri ingenio, & ſenſus infirmitate fixam non habere ſententiam, luna pro te laborat & propter voluntatem Dei ſubdita eſt: vanitati enim creatura ſubiecta eſt non ſpōte ſed propter eum qui ſubiecit in ſpe. Illa ergo non ſponte mutatur, tu ſponte mutaris, illa con-*

*Eccleſ 27.*

*Amb. lib. 4. hex. cap. 7.*

*gemiſcit & compartnrit in ſua mutatione, tu ꝯ om intelligis & gratularis frequenter: illa tuam redemptionem expectat, vt à communis totius creaturæ ſeruitio liberetur: tu & tuæ redemptioni & illius libertati affers impedimentum, tuæ ergo non ſuæ ſtultitiæ eſt, quod dum tu expectaris, & nec ſero conuerteris, adhuc & illa mutatur.*

*Virgo Deipara quanto meritis ſublimior eo humilior.*

447 *Fiãt luminaria, & ſint in ſigna.* A luminari minori ſignum peti poteſt, iuxta illud Eccleſ. 43 7. a luna ſignum diei feſti lumiuare quod minuitur in conſummatione: quomodo hoc intelligi poteſt? luna enim non minuitur in conſummatione, ſed poſt conſummationem. Obſerua Virginem Deiparam lunæ pulchritudine deuotari, ex illis verbis, pulchra vt luna, Cant. 6 quo poſito recte dicitur quod luna minuitur in conſummatione, quia Deipara in conſummatione, id eſt in ſumma perfectione conſtituta minuitur, id eſt maxime ſe humilem agnoſcit: cum enim ad ſummam matris Dei dignitatem euehitur, tunc ſolum ſe Dei ancillam fatetur. Sic obſeruauit venerab Cardin. Hailgrinus, locum Cantici cum auctoritate Eccleſię componens: ait autem, *De luna materiali nequaquam intelligi poteſt, quæ non antea minuitur, & poſtea creſcit, ſed è conuerſo: nec minuitur in conſummatione, ſed poſt conſummationem: ſed hic verborum ordo exprimit beatam Virginem, nam cum ipſa audiſſet ſibi promiſſam tantam magnitudinem, quod foret mater Dei, ſeſe minuit vſque ad ancillam, & in hac minutione concepit, & facta eſt luna plena.*

*Eccleſ. 43.* — *Cant. 6.* — *Hailgrinus Cardin. in cant.*

*Præcepta Dei ſunt aſtra myſtica poſita in ſigna fugiendi iudicij.*

448 *Fiãt luminaria, & ſint in ſigna,* Orig. ho. 1 in Gen. ait, ſicut luminaria iſta quæ videmus poſita ſunt in ſigna, vt luceant de firmamento his qui ſuper terram ſunt, hoc modo etiam Chriſtus illuminans Eccleſiam ſuam, ſigna dat per præcepta: ſed quid commune eſt inter aſtra & pręcepta, vt ſicut illa dantur in ſigna his, qui in terris commorantur, ſic hæc dantur Chriſticolis in ſigna? Hoc equidem commune habent, vt quemadmodum cœli luminaria lumen præbent his qui in terra verſantur, ne in atras caueas voragineſque latentes incidant, ita Chriſtus dat lumen præceptorum, vt ex ipſis per rectas ſemitas proficiſci diſcant mortales, profugereque ab ira superuenturã in die tremenda, quæ vt fur comprehendet reprobos: ſic Orig. cit. *Signa dat per præcepta ſua, vt ſciat quomodo quis accepto ſigno fugiat ab ira ſuperuentura, vt ne dies illa ſicut fur eum comprehendat, ſed vt magis peruenire poſſit in annum Domini acceptabilem.*

*Orig. ho. 1. in Geneſ.*

*Iuſti ſunt in ſignum cui contradicetur, & in ſigna pœnæ reproborum.*

449 *Fiãt luminaria, & ſint in ſigna.* Si luminaribus iuſti deſignantur, quomodo iuſti poterunt eſſe ſigna? non enim ſerenitatem, vel pluuiam deſignant, &c. ſicut luminaria. Aduerte quod Luc. 2. reperio Chriſtum Dominum fuiſſe in ſignum: ſic enim ait Euãgeliſta: hic poſitus eſt in ſignum cui contradicetur, aſſero ergo recte iuſtos poſſe dici luminaria poſita in firmamento Eccleſiæ, quia in ſigna ſunt impiorum contradictionis, & in ſignum pœnæ eorum futuræ, ſcilicet quod ſi ipſi inſontes tantis nunc premuntur doloribus, tantis affligantur cruciatibus, quod ipſi ſceleſti, omniumq; criminum rei, pœnas meritas iuxta delictorum grauitatem ſoluent, neque ab atrociſſimis ſupplicus in æternum eximentur: Hanc veritatem colligamus ex Steph. Cantuar. in Alleg. Til. *Eccleſia eſt firmamentum, luminaria viri iuſti, qui bonos & peccatores diuidunt, & ſunt in ſigna & tempora, id eſt in ſigna temporum, id eſt temporalis miſeriæ. Omnes enim qui volunt pie viuere, perſecutionem patiuntur; item duo tempora ſunt, vnum amatorum Dei, aliud amatorum mundi. In ſignum horum temporum ſunt, vt vnum expectemus, aliud caueamus: Præterea in ſignum ſunt pœnæ reproborum, quia ſi illi in vita præſenti ſic puniuntur, ſignum eſt quod reprobi in futuro plurimum puniantur.*

*Luc. 2.* — *Step. Cãt. in Alleg. Tilin.*

*Quod nobis inutile videtur, in hominum maximam cedit vtilitatem.*

*Et diuidant diem ac noctem* Cum lucis ſis amantiſſimus, & tenebris quaſi infenſus, imo cum tempore nocturno hominum infirmitates aggrauentur, triſtitia cor eorũm afficiatur, totiuſque vniuerſi pulchritudo non appareat, inutile mihi videtur diuidere diem noctemque adeſſe, ſed potius perpetuum lucere diem: ſed toto cœlo aberras, quod inutile enim arbitraris, ſicut noctem, in hominum maximam cedit vtilitatem. Audiamus Cyrillum illius commoda referentem. *Quid nocte ad ſapientiam vtilius? nam in ea ſæpe de* Deo *cogitamus, in ea diuinorum oraculorum lectionem, & meditationem meditationem meditamur: quandónam maiori mens noſtra contentione Pſalmos canit, aut preces fundit, nonne noctu? quandónam ſæpius ad noſtrorum peccatorum recordationem venimus, nonne noctu? Ne ergo male admittamus alium eſſe tenebrarum auctorem. Etenim bonam eas rem eſſe, & vtilem experientia docet.* 450

*Cyril. Hieroſ. cath. 9.*

*Viciſſitudo rerum eas nobis reddit iucundiores.*

*Et diuidant diem ac noctem,* Si immutabilis es, & in quem non cadit viciſſitudo, cur in rerum natura diuidens diem & noctem, ita vt ea elapſa dies ſuccedat, eam inſtituis? quia rerum viciſſitudo eas nobis reddit iucundiores: ſic D. Theod. ſer. 1. de prouid. *Tenebrarum luciſque varietas ipſam lucem nobis magis gratam reddit, vnde aurora meridie multo deſiderabilior eſt: vbi enim nos lucis ſatietas interdiu cœpit, nocturna quiete nobis opus eſt, hanc autem aſſecuti, ſatietatis faſtidium ponimus, & denuo nobis lux gratiſſima oritur.* 451

*Theod. ſer. 1. de prouid.*

*Solatium nulli denegat Deus.*

*Et diuidant diem ac noctem,* Quam innumeris pene ſyderibus decorauit, licet dies vnico ſydere ſolis decoretur, cur nox quæ longe inferior eſt die tot ſtellis ornatur? Aduerte plures iter facere etiam nocturno tempore, nautaſque curſum etiam ſuum tũc peragere, quibus aliqua lux licet exigua, eſt neceſſaria; merito igitur noctem tot ſyderibus adornauit, vt eorum luce etiam deſtitutis ſolatium præberet, *Lunam & ſtellas* (inquit Petrus Comeſt. c. 6. hiſt. ſchol.) *voluit illuminare noctem, ne nox ſine lumine nimis eſſet indecora, & vt operantes in nocte, vt nautæ & viatores ſolatium luminis haberent.* 452

*Pet. Comeſt c. 6. hiſt. ſcb.*

*Impiorum proſperitates diuinæ prouidentiæ dubium non ingerant.*

*Et diuidant diem ac noctem,* Hoc die quarto contigit: Regius vates de his luminaribus loquẽs, ait Pſ. 453

135. qui fecit luminaria magna, ſolem in poteſtatem dıeı, lunam & ſtellas ın poteſtatem noctis: inquiramus titulom huios Pſal. D. Aug. ait, quod de hoc die qoarto accepit hic Pſal. titulum, in quo docetur patientia adoerſus fœlicitates malorum: quid cōmune habet creatio luminarium cum patientia aduerſus malorum fœlicitates? aduerte luminaria quamuis conſpiciuot, quomodo impii proſperantur, iuſtique opprimūtur, non deuiate à curſu, à diuina prouideotia ſibi cooſtituto, nec eam accuſare: dico ergo quod merito hic Pſal. eſt de luminaribos, & de patientia iuſtorum aduerſus fœlicitates impiorum, qoia quantumuis eos in hoe ſeculo fœlices & beatos conſpiciamus, à diuinæ prouidentię rectà administratione admiranda, ex imitatione luminarium

*Hug. Caren. in poſtillis.* non recedamus: ſaoere videtur Hugo Carenſ eum ait: *Luminaria, id eſt iuſti inter vos luceatis ſicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes ad Philipp. 2. & rectè iuſti luminaria dicuntur, quia ſicut*

*Ad Philip. 2.* *luminaria quidquid de eis mentiantur (adde & quidquid proſperum in impiis viderint) non mutant*

*Prou. 13.* *curſum, ſic iuſti quidquid dicant mali (ſubiunge & quoque modo proſperentur) ſemper in bono perſeuerant: non enim contriſtabit iuſtum, Prouer. 13. quidquid ei acciderit.*

*Ab exordio mundi ſigna futuræ mundi conſummationis.*

*Vt ſint in ſigna*, An imminentium calamitatum?

454 vt aiu Diodorus eum Procopio, vel miraculorum? vt tenet Gręcus cit. Lippo. eum ait, facta ſunt alia ſi-

*Græcus cit. à Lip.* gna per ipſa luminaria, vt cum pendente Chriſto Domino in cruce hora ſexta occidit ſol: vel ſerenitatis? vt quorundam veris accidētium prognoſtica?

*Luc. 23.* &c. hæc veritati conſona: ſed deſtruuotne noſtram poſitionem? minime, nam aſtra poſſont dici in ſigna hoc eſt, in portenta futuræ conſummationis mūdi, his verbis hoc docuit D. Baſil. ho. 6. hex. *Iam vero*

*Baſil. ho. 6 hexam. Matt. 24.* *diſſolutionis etiam vniuerſi ſigna Dominus ſolem daturum, & lunam, & ſtellas prædixit, ſol ver-*

A *tetur in ſanguinem, & luna non dabit lumen ſuum, hæc vniuerſa conſummationis ſunt ſigna.*

*Deus vult nos memoriam habere ſuæ omnipotentiæ, nec non ante oculos ſuam bonitatem ponere.*

*Vt ſint in ſigna*, In qoę ſigna? nam ſignorum aliud 455
rememoratiuum, quod videlicet rem quę pręterit in memoriam ac recordationem adducit: aliud demonſtratioum, qood rem quæ actu eſt, ante oculos ſiſtit: mitto prognoſticum quod præſignat rem aliquam futuram: certum eſt enim, vt diximus, hęc luminaria eſſe in ſigna ventorum, ſerenitatis, &c. An igitur Moyſes intelligit ea eſſe in ſigna demonſtratiua & rememoratiua, non videtur ita intellexiſſe, quas res enim in memoriam adducet? ſed deciperis: nam vt optime diſſerit Vielm. lect. 21. *Sunt ſigna rememoratiua Dei omnipotentiæ, qui ex nihilo ea effecerit, & demonſtratiua eius bonitatis ac ſapientiæ.* *Vielmius lect. 21.*

*Ita Deus feſta celebrari ſatagit, vt à principio mundi, tempora quibus ſeruentur, dederit.*

C *Et ſint in tempora.* Oleaſter *in collectiones*, quid ais Oleaſter? Quænam poſſunt eſſe huiuſmodi collectiones? certorum, inquit, temporum aut dierum feſtorum, temporum igitur appellatione dies futuros ſolemnes arbitraris ſignificari: tempus igitur hìc non erit quod à Philoſophis menſura motus dicitur: quis ergo ſenſus fiant luminaria in tempora? niſi quod tempora hìc vocantur dies ſtati ae ſolemnes, qui obſeruari deberent ab Hebræis: illorum enim ſol & luna indices ſunt, ad ſolis enim ac lunæ curſum huiuſmodi dies celebrantur ac repetuntur: ita 456

D Steuchus cap. 1. in Gen. & ibidem Hamer. his verb. *Sunt hæc ſydera à Deo conſtituta in tempora, vt ſuis temporibus & certis diebus Iſraelitæ ſua feſta ſcirent, quæ ad ſolis lunæque curſus eſſent celebraturi.* *Steuchus c. 1. in Geneſ. Hamer. in Geneſ.*

## VARIETAS VERSIONVM VERSVS XV.

*Vlg.* Vt luceant in firmamento cœli, & illuminent terram, & factum eſt ita.
*Septuaginta*, Et ſint in illuminationem in firmamento cœli, vt luceant ſuper terram.

*Cald.* Et ſiot in luminaria, & fuit ita.
*Caiet.* Erunt luminaria in extenſione cœlorum, ad illuminatiooem ſupèr terram.

## CONCORDIA VERSIONVM.

OMnes hæ lectiones certe, quantum mea fert ſententia, idem ſonant, & eiuſdem rei fere ſunt deſcriptiones, nam ſi in Hebræo eſt על הארץ al aares id eſt ſoper terram, quæ propoſitio à Vulgato omittitur, ſenſum non variat.

## EXPOSITIO VERSVS XV.

VT *luceant, &c.* Licet enim luminaria ſemper luceaot in firmamento cœli, & proxima loca ei claro lumine perfundant, temporibos tamen opportunis terram illuminant: nam aliquoties aër nubiloſus impedit, ne vel lunæ cùm parua eſt, vel ſtellarum lumen appareat, ſed & ortus ſol, lunam ſtellaſque maiori lumine, ne terram illuminent, impedit: licet luminaria ſicut & omnia à Deo principaliter creata ſint ad ſui gloriam, deinde ad hominum & aliorum animalium vtilitatem, Moſes tamen ſolum ſecundam refert cauſam, ſcilicet terram illuminare, & factum eſt ita, ſicut enim Deus voluerat, effectum eſt.

CON-

## CONCEPTVS.

*Deus non ſolum noſtræ vtilitati conſulit, ſed etiam voluptati.*

457 V*T luceant in firmamento, & illuminent terram.* An non ſufficiebat Moyſem dixiſſe luminarium vtilitatem, ſcilicet vt terram illominarēt? ad quid igitur retulit, vt lucerent in firmamento? Non dubitas nihil ſpecioſius videri poſſe quam cœlum ſtellis in eo lucentibus diſtinctum & ornatum: merito igitur non ſolum retulit luminarium commodum, ſed etiam iucunditatē qua ex eorum intuitu afficimur, vt exprimeret Deum non ſolum noſtræ vtilitati cōſulere, ſed etiam delectationi: non diſſentit D. Chryſoſt. ho. 6. in Geo. *Animaduerte* (inquit) *an non omnibus pratis & hortis iucundius ſit ſpectare in media nocte cælum ſtellis diſtinctum, & ſtellarum varietate quaſi quibuſdam variegatū & ornatum coloribus, multum lucis ſuper terram effundere: nam & in hoc ordinatæ ſunt vt luceant ſuper terram.*

*Chryſ. ho. 6. in Geneſ.*

*Præcipue propter hominem ipſa formantur luminaria.*

458 *Vt luceant in firmamento, & illuminent terram,* Si omnibus creaturis homo præfertur, cur non ais ô Deus illius amantiſſime, vt illuminent hominē? non dixit, ſed qua de cauſa? quia ſuperfluum, nam ſi terra ſyderibus illuminatur, ob hominis emolumentum eſt: *Et quorſum voluit* (inquit Viel.) *vt illuminarent terram? niſi propter homines, quis hæc, rogo, non perſpicit, ô igitur beneficentiſſimum & liberaliſſimum opificem!*

*Viel. lect. 11.*

*Chriſtus non dæmones quantum ad gratiam, ſed ſolum Angelos & homines quoad gloriam & gratiam illuminet.*

459 *Vt luceant in firmamento, & illuminent terram,* Cur ita diminute procedis? dic quæſo vt mare illuminent, non autem ſolum terram luce ſua perfundant? per præcipuum ex his luminaribus Chriſtus

A Dominus intelligitur in Cantico Simeonis Luc. 2. lumen ad reuelationem gentium: per cœlos boni Angeli, per mare dæmones in quod a Chriſto miſſi ſunt: optime igitur dictum eſt quod illuminent terram, non mare, quia lumen myſticum Chriſtus dominus nullo modo dæmones, quoad gratiam, nec quoad gloriam, homines autem & Angelos quoad gratiam & gloriam illuminat: ſic Anaſt. Syn. in hex. *Fiant luminaria in firmamento cæli ad illuminationem ſuper terram, beati enim Angeli non ab vlla re creata illuminantur, ſed ab ipſo Deo, de quo dicit ſcriptura, lux iuſtis eſt perpetua, ad terræ ergo illuminationem*

B *facta ſunt luminaria, non etiam ad illuminationem eorum quæ ſunt in mari, quoniam ad abyſſum à Chriſto miſſi dæmones quorum typus ſunt ſtrepentes piſces, ſunt expertes cæleſtis luminis illuminationis, & ab eo alieni: quod ſi de aſtris ſenſibilibus dixit Deus, ſolum fiant luminaria, an non dixiſſet, ad illuminationem terræ & maris? plus enim quam iis, qui verſantur in terra, aſtra ſunt vſui, qui nauigant in mari. Ergo corporaliter quidem dicit ſcriptura de iis quæ à Deo vere conuenienter litteræ facta ſunt creaturis: per ipſas autem citra vllum mendacium præſignificant totum myſterium Chriſti & Eccleſiæ.*

*Luc. 2.*

*Anaſt. Syn. in hexam.*

*Iuſtus licet mundo obſcurus, tamen ſemper*
C *Chriſto Domino lucidus.*

*Vt luceant in firmamento* Luminaribus deſignantur iuſti, cur igitur abſolute non eſt dictum vt luceant, ſed cum reſtrictione in firmamento? diximus firmamentum Chriſtum Dominum denotare: quid igitur mirum ſi dictum eſt, vt ſolum in firmamento lucerent, non autem vbique? quia pluries iuſti, viles incogniti, & mundo ſunt obſcuri, Chriſto autem Domino ſemper lucidi & perſpicui: *Luceant in firmamento cæli* (inquit Hugo Card.) *id eſt in Chriſto, boni enim ſemper apud Deum lucidi ſunt, licet ſint in mundo deſpecti, Iob. 12. deridetur iuſti ſimplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus ſtatutum.* 460

*Hug. Card.*

## VARIETAS VERSIONVM VERSVS XVI.

*Vlg.* Fecitque Deus duo luminaria magna, luminare maius, vt præeſſet diei; & luminare minus vt præeſſet nocti: & ſtellas.

*Septuag.* Et fecit Deus luminare maius, in principatus diei, & luminare minus in principatus noctis, & ſtellas.

*Cald.* Fecit luminare maius, vt dominaretur in die, & luminare minus vt dominaretur in nocte, & ſtellas.

*Cniet.* Fecit Elohim duo luminaria grandia, luminare grande in poteſtatem diei, & luminare paruum in poteſtatem noctis.

*Vatab.* In dominatum diei, & minus luminare in dominatum noctis.

*Auguſt.* In inchoationem diei, &c.

## CONCORDIA VERSIONVM.

EXiſtimo illas varias lectiones in vnum coincidere, idipſum ſi quidem mihi videtur eſſe in dominium, principatum, & poteſtatem, & præeſſe, nec quantum ad ſenſum aliquid variare arbitror: quod autem Auguſtinus legit in initium ſeu inchoationem, ea forte poteſt eſſe ratio, quod ἀρχὴ ſcilicet Græcam vocem, ipſe inchoationem temporis ſignificare præſumpſerit, quanquam vere & proprie poteſtatem ſeu principium ex ethymologia vocis Hebraicæ hoc loco exprimere videbatur.

## EXPOSITIO VERSVS XVI.

F*Ecit Deus duo luminaria magna.* Per illa luminaria ſolem & lunam intellige, cùm autem audis lunam eſſe luminare maius, noli exiſtimare aliorum ſyderum eſſe maximam, conſtat enim apud peritos in Aſtrologia omnes ſtellas longe maiores eſſe luna, quæ ſolum in ſua magnitudine eſt trigeſima nona pars terræ, cum terra in ſe contineat tri- A geſies nouies magnitudinem lunæ, quam tamen aliæ ſtellæ ſuperant octies & decies; verum inter planetas non minimum locum occupat luna, ſed Mercurius, poſt quem ſequitur luna, quæ tamen nobis ſtellis maior eſſe videtur, quia cuiſſima & terræ viciniſſima, *& ſtellas*, quarum aliquæ nobis viſibiles, aliæ noſtrum viſum effugiunt.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Dei prouidentia admirabilis.*

461 [*Tert. lib. 2. aduer. Mar. Baſil. hom 6. hexam.*] F*Ecit duo luminaria, luminare maius*, Maius dignitate (teſte Tertull. lib. 2. aduerſus Marcionem) maius amplitudine orbis (ſic Baſil. hom. 6. hexam) denique maius lumine, maius virture & efficacia ardoris, maius ſitu, ſed cur hoc luminare in cœlo volubili & mobili poſuit? cur illud aliquo in loco immobile non cõſtituit? aduerte ſolem eſſe cœleſtium & ſubcœleſtium præſidium, ex cuius acceſſu & receſſu varia huic orbi prouenient emolumenta quibus careret, ſi diu eſſet immobilis, ſi enim ſuper hemyſphærium noſtrum conſtitueretur, nimio ſuo ardore nos combureret, & alij alterios hemiſphærij præ frigore nimio animas exhalarent: ne Deum igitur ſolem in cœlo volubili conſtituentem arguamus, ſed diuinam eius in hoc prouidentiam C miremur, quia omnia vt rerum natura & hominum vtilitas exigit, diſponit: ſed audiamus Rupert. lib. 1. in Geneſ. cap. 46. [*Rup. l. 1 in Gen. c. 46.*] *De quibus nec illud prætereundum eſt, quod maxime hominum cauſa firmamentum volubile eſſe oportuit, videlicet vt ſol, qui tanti eſt feruoris (vt ſicut ſuperius dictum eſt) fons ignis ætherei appellatus ſit, ad hoc factus, vt non ſolum illuminatio, ſed & temperatio mundi frequens eſſet, & cunctis partibus adeſſet, & ſtellarum ordo notabilis toties regyrans notior exiſteret: ſi quidem multo melius nunc eſt, cum ſol feruidus breuiter quidem, ſed frequenter adeſt, quia ſi ſpatio ſex men-* D *ſium deſuper terras exureret, itidem ſex menſium ſpatio ſub terra deliteſceret, tanquam lõgam noctem cum eadem prolixitate frigoris nobis relinqueret.*

### *Chriſtus Dominus iuſtos illuminans, & vrens peccatores, Eccleſia autem illuminans verbo veritatis & baptiſmo humectans.*

462 *Fecit duo luminaria magna.* Perſcrutari deſidero, quid prohibuit, quominus ſummus opifex, vbi cælum condidit, ſolemque & lunam in eo conſtituit, E qua de cauſa non fecit hæc duo luminaria etiam vnius operationis, virtutis, & efficaciæ, formæque & ſpeciei? ſed ſolem quidem fecit vrentem & illuminantem, lunam autem illuminantem quidem, ſed humectantem; cum dictum ſit, his duobus luminaribus Chriſtum & Eccleſiam ſignificari: dicemus conuenienter factum, non habuiſſe eaſdem operationes, vt Chriſtum & Eccleſiam ſciremus varios in nobis effectus producere: Chriſtus enim ſicut ſol illuminat quidem iuſtos gratia, & ſicut ſol vrit nempe improbos, qui indigent combuſtione: Eccleſia autem prædicatione veritatis illuminat F ignorantes, & baptiſmum præbens humectat: hæc [*Anaſt. Syn. in hexam. Luc. 12.*] contemplatio eſt Anaſt. Synait. *In typum Chriſti & Eccleſiæ hæc facta ſunt: nam iuſtos quidem hic ſol illuminat, eos autem qui vſtulatione opus habent, & peccatorum purgatione, vrit, dicebat vtique ignem veni mittere in terram: luna autem nempe Eccleſia* B *illuminat prædicans Trinitatem, humectat autem præbens baptiſmum.*

### *Non parui pendendi qui aliorum ornatu decorantur, quique aliorum laboribus vtuntur.*

*Fecit Deus duo luminaria magna.* Cur etiam luminare magnum lunam appellat? hoc enim titulo decorari non debet, nam ſi ſol luminare magnum dicitur, non ſolum propter ſui orbis magnitudinem, ſed etiam propter ſui luminis & claritatis exceſſum, luna nullo modo ſic nuncupari deberet, cum lumẽ ab ipſo ſole mutuet, & ex ſe non habeat: nihilominus C quamuis aliena luce decorata luna, nomẽn luminaris magni retinet, ad innuendum non paruipendendos qui aliorum ornatu decorantur, quique aliorum ſplendore vtũtur, quique aliorum labores in ſtudiis, vel aliis in rebus ſibi comparant, & mutuant: quod docet D. Iſid. Peluſ. lib. 3. epiſt 183. qui amico ſcribens cui detrahebatur, quod aliorum vigilias ſibi adaptauerat, ait, *Videris (vt nonnulli aiũt) alienis laboribus teipſum ornare, atque aliorum ſudoribus frui, cæterum aliqui hoc nomine te accuſant, ego vero nonnihil laudo.* Quod clarius ipſemet Chriſtus Dominus expreſſit, incipiens enim exordium D ſuæ concionis ait Mat 4. pœnitentiam agite, appropinquat enim regnum Dei, nonne ſermonem habens etiam ad populum D. Ioannes, quamuis antea eadem verba protulit Matth. 3. pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnũ cœlorum Quid ô verbum Dei, ſapientia increata, & in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei, non ab aliis concionis exordium verbis, quam ab iis quibus vſus eſt Ioannes, deptomis? Hugo Cardi. hoc conſiderans ait, *Non eſt dedignatus ab eodem inchoare prædicationem, à quo & Ioannes:* Quod equidem miror, cum tot illi noua, & inaudi- E ta ſuppeterent dicenda, ſed deſine mirari, hoc enim inter alia etiam ſic contigit, *vt non confundantur*, (inquit citatus Hugo) *prædicatores aliorum vti laboribus.*

[*Iſid. Pe… luſ. l. 3. ep. 183.*] [*Matt. 4.*] [*Matth. 3.*] [*Hug. Card.*]

### *Deceptio eſt humana, homines non à Deo ſed ab aliis quærere quæ Deus dare poteſt.*

*Fecit Deus duo luminaria magna.* Si à curſu motuq; ſuperiorum, germinat terra, ita vt à benigna influentia horum fructus colligamus, & ea quæ hominum alimentó ſunt neceſſaria hábeamos, quo- 464 F modo igitur prius terra herbam germinauit virentem, lignumq; produxit pomiferum? (quod eſt factum tertia die) quam ſol necnon luna cœlique per gyrum mouerentur? vt ſine dubio homines hęc non à fauore cœli, non à benigna ſyderum beneuolen-

tia, non à lunæ & ſolis motibus, ſed à Dei potius arbitratu & voluntate expectarent, à quo ſolo hęc inferiora expectanda, imo & expectanda ſunt, non ab aliis: quod egregiè notauit Philo lib. de mundi opificio, dum ſic ait: *Quarto autem die cœlum picturis ornauit, vt euidentiſsime imperij ſui potētiam oſtenderet, quippe qui prauidens opiniones nondum creatorum hominum, coniecturas veriſimiles & credibiles libenter ſequentium, quæ multam quidem rationis ſpeciem habent, non item ſynceram veritatem: & quod ſuis oculis magis credituri eſſent quàm Deo, admiratores ſophiſticæ, potius quam ſapientiæ: quodque ſolis ac lunæ curſibus annuorum terræ prouentuum, omniumque naſcentium cauſas accepturi eſſent ſyderum cœleſtium ambitibus: ne cui creaturæ adſcribere primas cauſas auderent, ſiue per imprudentiam, ſiue per ignorantiam nimiam, recurrant, inquit, mentibus ad primum huius vniuerſitatis generationem, meminerintque ante ſolem & lunam omnigenas ſtirpes, omnigenoſque fructus è terra proditos, atque ita ſibi perſuadeant, & impoſterum eam prolaturam, eos ex cœleſtis patris arbitratu quoties ei placuerit, non expectato cœli fauore, qui dedit quidem potentiam, ſed non liberam: nam ipſe quemadmodum auriga habenas aut gubernator clauum tenens dirigit, quà vult recto more ac lege ſingula, nullius ope indigens, atque hæc eſt cauſa, cur prior terra germinarit, & herbam protulerit, cœlum vero poſt ſic ornatum.*

*Philo. Iudæus li. de mundi opificio.*

## *Prælatus non caput aliorum ſe præbeat, ſed potius ſocium.*

465 *Fecit duo luminaria magna* Inter hæc luminatiā, aliquodne fuit primogenitum; ac alterius caput? quod primum? quod ſecundum? cur Deus principatum non conceſſit ſoli reſpectu lunæ & aliorum aſtrorum? cur omnia ſimul fuere producta? per ſolem nonne prælatos poſſumus intelligere? nam vere ſunt lux mundi, teſte Chriſto Domino, recte ergo ſol idcirco non fuit primò formatus, vt non caput aliorum ſed æqualem ſe crederet: vt prælati ſimiliter non aliorum capita ſed potius ſocios ſe prębeant, id notat D. Athan. ſerm. 3. contra Arri. *omnia paria cum ortum ſuum originemque adepta ſunt, non enim vllum ex aſtris, aut magnis luminaribus, ita apparuit vt hoc prius, illud poſterius in rerum naturam emergeret, ſed omnia eodemque die eodemque iuſſu ad eſſentiam ſunt vocata*, diſcant ex hoc prælati cum conſpicuis virtute clariſſimiſque ſubditis non primatum ſed ſocietatem æqualitatemque manifeſtare.

*Atha. ſer. 3. contra Arri.*

## *Bona cœleſtia ſolùm debemus attendere.*

466 *Fecit Deus duo luminaria magna.* Et de homine loquens Deus ait, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, cur appoſitum eſt in cœli & hominis formatione *fecit, & faciamus*, non vero in aliarum productione creaturarum? Quod Orig. notat dicens, *Fecit Deus duo luminaria magna, & nunc iterum faciamus, in his ſolis factura Dei adſcribitur, in aliis vero nuſquam*: Id ita fuiſſe factum ne dubites, vt nuſquam alia reſpiciat pro ſe facta, ſed ſolum cœlum & luminaria; ſi autem dicatur, quod Moyſes aſſerit, Deum cœlum & terram formaſſe, ita eſt: ſed vt intelligeremus terram à nobis non eſſe aſpiciēdam, poſtquam dictum eſt quod creauit terram, illico additur, terra autem erat inanis & vacua, vel vt alij, erat inuiſibilis & incompoſita, quaſi diceret, terra non debet aſpici, cum ſit incompoſita, imo inuiſibilis.

*Orig. in Gen.*

A

## *Talis eſt homo, vt etiam luminare minus reſpectu Dei videatur.*

*Fecit duo luminaria* Quęnam luminare maius & minus, nemini dubium ſit luminari maiori denotari diuinitatem, quoniam ipſa eſt fons vitæ, qua cuncta exiſtunt, fons lucis, præeſtq; diei, nempe æternitati & gloriæ: ſed quodnā eſt illud luminare minus? audiendus Theophilus dicens eo naturam humanā deſignari; quid eſt homo, vt luminare dicatur collatum cum luminari maiori diuinitatis? talis eſſe cenſetur, vt reſpectu ipſius Dei immenſi, infinin. &c. aliquod luminare videatur: *Aſtra* (inquit Theoph. 467

B Antioch. lib 2. ad Autol.) *typum magni myſterij præſeferunt, ſol enim Deum quodammodo repræſentat, luna hominem, vt ſol antecedit lunam potentia & gloria, ſic Deus plurimum excellit hominem.* En quomodo ille luminare minus eſt reſpectu Dei.

*Theoph. Antioch. lib. 2. ad Autol.*

## *A Chriſto Domino vita animæ, quo recedente, perit.*

*Fecit luminare maius vt præeſſet diei.* Scimus Chriſtum Dominum appellari ſolem iuſtitiæ, ſed quid 468

C commune habet hoc præſtantiſſimum luminare mūdi cum Chriſto Domino, vt ſi ſol illud nominetur eodem nomine Chriſtus dicatur: ſol enim perpetuò mouetur, Chriſtus immutabilis, ſol eclypſim & defectum luminis patitur, quod in ſaluatorem cadere non poteſt: obſeruā tamen quod ſi calor ſolis à corpore deficit, mox frigeſcit, ſtatimque vita deſtituitur, imo caloris, ſoliſq; ipſius virtus tunc in homine obruitur, cum affluentia humiditatis ipſum enecat: mirifica igitur ſimilitudine Chriſtus Dominus etiam ſol dicitur; nam ſpiritualem vitam animæ impartitur, quæ ſi à Chriſti gratia prælabitur, mox vita etiam orbatur æterna, & gratiæ pariter viuida vis opprimitur, quando delectationum & voluptatum copia adeo in ipſo exundat, vt ab illo ſuffoce-

D tur & extinguatur: ſic Anaſt. Syn. *Si ex homine recedat caloris operatio, ſtatim etiam vita ab eo ſeparatur, & ad mortem tranſmittitur, nos docente hoc exemplo quod ipſa Chriſti virtus omnia viuificat, & qui ab ea ſeparatur non habet vitam æternam, ſed eſt mortuus peccato.*

*Anaſt. Syn. hexa.*

## *A Chriſto Domino Eccleſia ſanctorumque cœtus ſuæ ſanctitatis lumen accipiunt.*

E *Fecit luminare maius & luminare minus, & ſtellas.* Quibus ſancti denotantur, ſicut & luminari minori Eccleſiæ: quod quidem mihi negotium faceſſit; nam luna & ſydera à ſole ſplendorem ſuum mutuant, lumenque accipiunt: Eccleſia autem & ſancti etiam ſi nullus ſol in rerum natura exiſteret, ſanctitatis ſuæ ſplendorem & gratiæ lumen haberent. non ergo ſtellis & lunæ nec Eccleſia nec ſancti debēt comparari? imo conferantur, quia à Chriſto Domino ſole iuſtitiæ, ſancti & Eccleſia lumine gratiæ illuſtrantur, & ſanctitatis ſplendore condecorantur, ſicut ſydera redduntur lucida à lumine 469

F quod à ſole depromunt: fauet cit. Syn. *Inuenimus lunæ & ſtellis lumen ſuppeditari à ſole, vt docent qui maxime verſati ſunt in externa Philoſophia, re nobis ſignificante, quod à Chriſto qui cadit ſub intelligentiam illuſtratur Eccleſia: & ſanctorum luminaria, ipſe enim eſt lux de qua dicunt iuſti & Eccleſia, ex eius plenitudine nos omnes accepimus, quibus etiam dixit ex aduerſo, vos eſtis lux mundi.*

*Anaſt. Syn.*
*Joan. 1.*
*Matth. 5.*

*Cum Chriſtus Dominus occiditur, Eccleſia non minuitur, ſed tunc perfecta redditur.*

470 *Fecit luminare minus* Quod ounc deficit, nunc autem in ſua eſt plenitudine, quo diximus Eccleſiam ſignificari, ſicut ſolo Chriſtum Redemptotem: ſed perſcrutemur quæſo promulgatam à Moyſe legem Iſraelitis Exod. 12. in quarta decima die menſis huius immolabit agnum multitudo filiorum Iſraël ad veſperam; certum eſt omnia in figura illis contigiſſe 1. Corinth. 10. nam agnus hic Chriſtus erat, quem mactauit vniuerſa multitudo filiorum Iſraël; Iudæorum, inquam, impietas, quando vociferabant crucifige, crucifige eum: ſed quid eſt, quod quarta decima die luminaris minoris, dum totum micat & reſplendet, & in tota ſua plenitudine ſplendeſcit, mactatur agnus luminare maius iuſtitiæ? certe vt edoceremur Eccleſiam tunc plenitudinem ſuam ſuſcepiſſe, necnon celſitudinem, cum Chriſtus in cruce vt agnus mactatus eſt: hoc præſtat audire à D Anaſ. Syn. cit. *Nonnulli dicunt lunam eſſe figuram ſcripturæ legis, & cultus qui eſt in ſynagoga, qui quotidie multos ſuſcipit diuini luminis defectus & diminutiones. Nos autem audientes quod ſol constructus ſit primus, & poſtea luna, nos eam exiſtimamus magis eſſe typum Chriſti Eccleſiæ vt coniugem Chriſti: hoc enim docemur per res ipſas. Die enim in quo fuit quarta decima luna in principio, eo die iuſſus eſt Iſrael in primis ſacrificare Paſcha in typum Chriſti; vnde etiam huc vſque eundem quartum decimum diem ſeruant Iudæi, neſcientes quid ſeruent, ſi ergo agnus Chriſtum præfigurabat, eſt perſpicuum, quod lunæ quoque dies qui eſt plena luna, ſignificat plenitudinem Eccleſiæ, propter quam Chriſtus eſt ſacrificatus.*

*Exod. 12.* — *1. Cor. 10.* — *Anaſt. Syn. hexam.*

*Maria luna myſtica peccatoribus auxiliatur.*

471 *Fecit luminare maius vt præeſſet diei, luminare minus vt præeſſet nocti.* Scio luminari maiori Chriſtũ Dominum deſignari, quoniam ipſe fons gratiarum, ſicut ſol fons lucis, & præeſt diei nimirum iuſtitia præditis, quoniam eſt aduocatus iuſtitiæ qui nobis meruit ſalutem atque omnium chariſmatum genera: ſed neſcio quomodo luminare minus nempe luna, Mariam denotare poteſt cum illo addito, vt præſit nocti: nam Virgo ſanctiſſima diei præſidet, ſi enim dies iuſtos ſiue Angelos, ſiue homines declarat, nonne illa eſt Angelorum & hominum regina? quomodo igitur ſi luminare minus eſſe dicimus, nocti præſidere aſſeremus? non dubitas noctem ſymbolum eſſe peccatorum, hi enim in tenebris ambulant: meritò igitur ſanctiſſimam Mariam lunam eſſe dicemus non ſolum quia ſicut luna lumẽ ſuſcipit à ſole, & radiatione ad nos reflectit, ita Deipara gratias omnes impetrat à Chriſto, & exuberanti pietate ad nos tranſmittit, ſed etiam quia præſidet nocti, id eſt peccatoribus, quoniam mater eſt miſericordiæ ad quam ſuſpiramus gementes & flentes in hac lacrymarum valle, ipſaque vt aduocata noſtra miſerantes oculos ad nos conuertit. hoc pauciſſimis verbis comprehendit Hugo Carenſ. dicens *Luminare maius Chriſtus, qui præeſt diei id eſt iuſtis; luminare minus beata Maria, quæ præeſt peccatoribus.*

*Hug. Caren. in Poſtil.*

*Eccleſia & iuſti inter tyrannos & impios lumen ſuum retinent.*

473 *Phil. Carp. in Cant.* *Fecit luminare minus vt præeſſet nocti, & ſtellas.* Philo Epiſc. loquens de hoc luminari, ait illi comparatur Eccleſia, propterea quod quidquid habet diuini luminis, id à ſole iuſtitiæ ſole illo immobili atque diuino, quamuis ſe ſe illi offert, accipit: ſtellis autem ſanctos denotari non eſt dubium, imo maximum; nam luna luminare eſt deſtinatum vt nocti præſit & non diei, ſtellæ autem nocturno tempore & non diurno lucere videntur: Eccleſiam autem quis dicet non diei præeſſe quocunque modo dies accipiatur? ſanctos etiam non lucere diurno tempore quis aſſeret? obſerua quæſo tyrannos & impios nocte recte deſignari: merito igitur Eccleſia nec non ſancti lunæ & ſtellis conferuntur, quia ſi hæc nocturno præſunt tempori ſanctorum cœtus & Eccleſia inter impios & tyrannos lumen ſanctitatis ſuæ retinent, & magno virtutum ſplendore emicant. *Quid per lunam* (inquit Greg. Mag. lib. 17. Moral. c. 10.) *niſi cunctæ ſimul Eccleſiæ? quid per ſtellas niſi ſingulorum bene viuentium animæ deſignantur? qui inter prauorum hominum conuerſationes dum magnis virtutibus eminent, quaſi in tenebris noctis lucent, vnde per Paulum quoque diſcipulis dicitur, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo.*

*Greg. Ma. l. 7. Moral. cap. 10. Ad Phili. 2.*

*Eccleſia in abſentia Chriſti Domini eius vices gerit, & mundo huic dominatur.*

*Fecit luminare minus vt præeſſet nocti.* Luna principatum ſibi noctis vendicare nequit quo vſque ſol non occumbit: non enim fulget niſi eo vndis immerſo, luna enim ipſo præſente fere tenebris obducitur: ſed quæſo quid nobis ſignificare poteſt dominium lunæ in noctem, abſente ſole? nonne ipſo præſente potuit Deus efficere vt ipſa luna luceret? potuit, ſed noluit; hoc enim modo denotat Eccleſiam nomine lunæ deſignatam in abſentia Chriſti Domini iuſtitiæ ſolis vices gerere, & mundi huius dominium eo modo quo poteſt, habere, *accommodatum exemplum eſt* (inquit Anaſt Syn.) *ſolis & lunæ ad Chriſtum & Eccleſiam: nam cum feciſſet Deus hæc duo luminaria magna ſolem ſtatim fixit ad ortum firmamenti, lunam autem ad occaſum, nos docente hoc exemplo, quod in principio aduentus Chriſti, ipſo Chriſto ſplendente in carne ſuper terram Chriſti non ſplendebat Eccleſia, adhuc enim ſtabat in occaſu peccati: cum autem Chriſtus occidens in cœleſtibus acceſſiſſet ad patrem, tunc orta eſt luna, tunc ſuam oſtendit operationem, tunc dominata eſt tenebris noctis, tunc illuminauit eos qui erant in tenebris, tunc principatus & poteſtates & principes tenebrarum huius ſæculi conculcauit, imperans & dominãs & ſubiciens omnem obſcuram ac tenebroſam diabolicæ operationis fraudem & poteſtatem, & ideo dicitur facta eſſe à Deo in principatus noctis, vt quæ poſt occaſum ſolis nempe Chriſti, ab ipſo illuminetur inaſpectabiliter, quomodo etiam luna à ſole.* 473

*Anaſt. Syn. hexam.*

*Sacerdos reſpectu ſæcularium principum, habet ſe ſicut ſol in comparatione lunæ.*

*Fecit luminare maius vt præeſſet diei, et luminare minus vt præeſſet nocti.* Scimus duo luminaria lunã & ſolem eſſe, ſed quid hæc duo nobis denotant? ſufficiebat enim dixiſſe, fecit luminaria magna, ad quid appoſuit diuerſitatem maioris & minoris? in mundo duo ſunt magna luminaria, ſacerdotium, & regnum: ideo maius & minus appoſuit, ad declarandum ſacerdotium & regnum duo luminaria magna eſſe, ſacerdotium autem reſpectu regni eſſe maius luminare: ita D. Ailredus ſer. 1. *Sunt & in Eccleſia ſãcta firmamẽto à domino creata duo luminaria magna ſacerdotiũ & regñ, rex & Epiſcopus, Princeps* 474

*Ailre. ſer. 1.*

*& Clericus, dies ſpiritalia, nox ſignificat temporalia: itaque luminare maius ſacerdotium vt præſit diei, id eſt ſpiritualibus, luminare minus regnum, vt præſit nocti id eſt ſæcularibus.*

### *Prælati debent ſubditis eſſe præſentes.*

475 *Fecit luminare maius vt praeeſſet diei, luminare minus vt praeeſſet nocti*, per luminare minus intellige lunam, quæ minima eſt non ſolùm reſpectu ſolis, ſed etiam reſpectu aliorum aſtrorum: tamen hoc proprium habet, vehementius quam reliqua, ſubiectis corporibus dominari, pluresque & admirabiles effectus habere, neque id à maiori lunæ virtute aut luce prouenire putandum eſt, cum à cęteris longe ſuperetur, ſed quia vicinior terræ, primo ſcilicet in cœlo reſidens, proprius ſubluoaria mouet corpora; quid ſignificat quæſo lunam tam paruæ magnitudinis, quia corporibus vicinior eſt, tam admirabiles effectus producere? Nonne luna ſignificare poteſt Prælatos, cùm Eccleſiam denotet? quia ergo proxima corporibus, ideo tam præclaros effectus procreat, ad declarandum, Prælatos, quo viciniores ſunt ſubditis, propiuſque ac freqoentius gregem ſuum inuiſentes, ac ſuis oculis perluſtrantes, eo vehementius operari in omnium animis, & permouendis & dirigendis ad ſtudium virtutis; ſed dices mittant viſitarores qui omnibus prouideant, mittantur quidem, ſed quales D. Bernard. ad Eugen. 4. cap. 4. in hunc modum præſcribit, *Qui miſſi, poſt aurum non abeant, ſed Chriſtum ſequantur, qui quæſtum, legationem non æſtiment, nec requirant datum ſed fructum, qui marſupia non exhauriant, ſed corda reficiant, & crimina corrigãt, famam prouideant ſua, non inuideant aliena, qui ad te ê oralate redeunt fatigati, ſed non ſuffarcinati.*

*Bernar. ad Eug. 4. cap. 4.*

### *Vnuſquiſque officio ſuo fungatur, & munere.*

476 *Fecit luminare maius vt praeeſſet diei, & luminare minus vt praeeſſet nocti.* Si quis videret ſolem præeſſe nocti & lunam diei, vniuerſum ordinem naturæ diceret inuerſum; non ergo fuit neceſſarium hoc aſſignaſſe? per ſolem, ſacerdotem; per lunam, principes, per diem, ſpiritalia, & per noctem, ſæcularia intellige. dico ergo optime dictum fuiſſe, ſolem vt præeſſet diei, lunam vt præeſſet nocti, quia vnuſquiſque intra officij ſui limites ſe continere debet, ſacerdos ſpiritualibus & non temporalibus, & è contra Rex adeſſe debet, ita D. Ailredus ſerm. 1. *Contra naturam eſt, ſi nocti præſit luna diei, princeps ad ſpiritualia ſacramenta conficienda ſe conferat, ſi ſacerdos ſæcularium negotiorum tenebris conſcientiæ ſuæ ſerenum obnubilet*, vnde ſic ſtatim pulchre exclamat dicens, *ô quam bene conueniebant hæc duo luminaria, quæ ſplendide ex hoc ſpiritualí firmamento lucebant, quam optime inter dies & menſes & tempora & annos diſtinguebant ꝙ Rex ſcilicet & ſacerdos, in ſuis ſe gradibus continentes.*

*Ailre. ſer.*

### *Alacri vultu ad mortem progrediendum.*

477 *Fecit luminare maius vt praeeſſet diei, luminare minus vt praeeſſet nocti.* Cur Deus luminare ita excellens nempe ſolem præeſſe ſolum diei voluit? nam ſignum eſt ſui occaſus & quaſi finis, veſpere accidente: ſed cum ſciat ſol finem ſuum, quomodo tam pulcher, quomodo tam rutilans ab ipſo primo lucis ortu, cum occaſum & interitum proſpiciat? hoc notat D. Zeno. ſerm. de reſurrectione. *Sed quotidie naſcitur, moritur, nec tamen inſtantis finis ſorte terretur, ſuos vt repigret curſus; vt horas aut momenta*

*Zeno.*

A *producat, vt ſaltem paulo diutius diei ſui demoretur in via, ſed fidelis, ſemper intrepidus ad ſepulchrum noctis contendit.* Hoc exemplo inuitari ad mortem intrepido & alacri vultu progredi, qood exemplum ſequutus eſt Saül qui certæ mortis reſponſo accepto, pugnam non diſtulit, non pigritauit conflictus, non inducias petiit, nihil horum fecit, ſed ab oraculo certus de interitu, certamen iniit, quod maxime notat Ioſeph. lib. 6. antiquitat. cap. 15. inquiens, *Quid magni eſt communem martis aleam ſubire inter ſpem & metum fluctuando, ſi fortuna affluxerit fauore eius vtri è contra nihil latum ſperantem & preſcium quod neceſſum ſit, in* B *pugna cadere, intrepide tamen & imperculſo animo, facto minanti occurrere, id vero generoſi & fortis viri facinus eſſe credo, hæc eſt Saulí noſtri laus.*

*Ioſeph. li. 6. antiq. c. 15.*

### *In mundo nihil ſtabile nec permanens.*

*Fecit Deus luminare maius vt praeeſſet diei & luminare minus vt praeeſſet nocti.* Nonne Deus fecerat duo luminaria magna? quomodo ergo. Cito appellat Moyſes vnum ex his luminaribus, minus? Notum eſt per illud luminare quod præeſt nocti lunam intelligi, quæ qoia cito defectum patitur, omnium rerum ſublunarium inconſtantiam deſi- C gnat: dico igitur non eſſe mirum luminare maius cito luminare minus appellari, quia quod conſtans tibi videtur, nihil inſtabilius & mutabilius eſt: audi D. Ambroſ. 4. lib. hexam. capite 8. *Conſidera in eo magnum eſſe myſterium, quod eius exemplo cognoſcis, ô homo, nihil rerum humanarum, & mundanæ totius creaturæ eſſe poſſe, quod non aliquando reſoluitur: nam ſi etiam luna cui tantum Dominus commiſit miniſterium, vt illuminet orbem terrarum, & creſcit & deficit, quia omnia ex nihilo ortu vſque ad perfectionem venerint, & iterum perfecta minuuntur; cur non id moderationis aſſumimus, vt neque adueeſis abiiciamus animum? qui enim omnia ex nihilo* D *fecit, facile quoque potens eſt ad ſumma perfecta prouehere, & non extollamur in proſperis, neq. e in poteſtate aliqua, diuitiiſque iactemus, in quo eſt facilis corruptio, crebra mutatio, ſed manentem in futurum animi gratiam perſequamur.* 478

*Amb. 4. li. hexam. c. 8.*

### *Abluendi ſunt oculi mentis, vt Chriſtum Dominum contemplemur.*

*Fecit luminare maius vt praeeſſet diei.* Certum eſt ſi matutinus ſolis luminaris maioris ortus quis ſpe- E ctare deſiderat, emundat oculos ſuos, ne quid pulueris, ne quid purgamentorum oculis eius inſideat, quo intuentis haberetur obtutus, neue aliqua caligo nebuloſa corporeos viſus ſpectantis obducat: nonne Chriſtus ſol iuſtitiæ? ad eum conſpiciendum egemuſne hac emundatione oculorum? non equidem materiali, ſed ſpiritali: abluendi enim ſunt oculi mentis & animæ acies purificanda, vt dignè eum contemplari poſſimus: ſic D. Ambroſ. conſulit lib. 4. hexam. cap. 1. *Primum iam diem ſine ſole tranſiuimus, ſecundum ſine ſole tranſegimus, tertium ſine ſole confecimus, quarto die iubet Deus fieri lumi-* F *naria ſolem, lunam, & ſtellas, ſol incipit, emunda oculos mentis, ô homo, animique interiores obtutus, ne quæ feſtuca peccati aciem tui perſtringat ingenij, & puri cordis turbet affectum.* 479

*Amb. li. 4. hexa. c. 1.*

### *Nulla creatura inuenitur, quæ oranti in . . . non ſeruiat.*

*Fecit Deus luminare maius vt praeeſſet diei.* Sol luminare maius à primo ſuæ conditionis inſtanti, ha- 480

buit quod ſit in lucidiſſimas præfecturas factus,
*4. Reg. 20.* ſed 4. Reg 20. Ezechias Rex dum pro ſalute obti-
nenda orat, ſic ad ortum ſuum trahit curcus ſolis, vt
in eius imperio ſit, quod ſol præcipites agat curſos,
vel longiſſioas per vndecim gradus ineat moras,
vnde Rex potuit ſic ſubiugare precipites equos ſo-
lis? de illo ait textus: Ezechias orauit Dominum di-
cens, Obſecro Domine, &c. quocirca ait D. Aſterius
*Aſterius.* ſerm. in illud Luc. 18. duo homioes aſcenderunt in
*Luc. 18.* templom, vt orarent apud Biblioth. Photij, *Oratio
Ezechiam ab orci faucibus liberauit, & ſolem primus
monſtrauit ſeruum eſſe, & ſeruorum vſui ſeruire.*
Regiam tenebat ſol ante Exechiam, noo facile in-
ueniebatur qui illius poſſet morari eqoos, regnabat
enim ſol & clariſſimis diebus præſidebat: Acceſſit
oratio Exechiæ, & ſic ſubiugauit ſolem, vt ex tunc
ſeſe ſol oſtenderet à regio culmine ad ſeruitutis ha-
bitum deiectum: poſt Ezechiæ orationem non re-
gnat ſol, ſed ſeruit, nulla enim creatura inuenitur,
quæ oranti iuſto non ſeruiat.

*Sancti diuerſis temporibus florent ſanctitate.*

481 *Fecit & ſtellas*, Quarum aliquæ ſub primis noctis
tenebris oriontur, aliæ rurſus in media nocte, aliæ
tandem aduentante die, & tandem lucifer maiori-
nus paulo ante aurorãm purpuraſcentem naſcitur:
cur eodem tempore non apparent? ſi quidem om-
nes ſimul in cœli firmamento Deus poſuit, in du-
bium reuocare non potes, ſtellis micantibus ſan-
ctos, diuerſis ſulgentes meritis deſignari: oe ſciſci-
tens ergo qoæſo, cur ſydera diuerſis temporibus,
oriuntur, & non eodem? hoc enim ortu vario in-
noitur, quod in firmamento Eccleſiæ, ſancti diuerſis
mundi ætatibus virtutom ſplendore lucere debe-
*Anaſt. Syn. in hexam.* rent: ſit nobis teſtis D Anaſt. Syn in hexam. *Propte-
rea aliæ quidem ex ſtellis nocte, adhuc creſcente er-
rore*, inquit, *exoriuntur, cuiuſmodi fuerunt Abel,
Enoch, Noë & Abraham. Aliæ autem rurſus in
medio lucis & tenebrarum, quales nouimus eos qui
fuerunt in lege. Aliæ autem rurſus procedente nocte
& die appropinquante, qui ſunt beati Prophetæ, &
Baptiſta, & maxime qui erant propinqui ſplendori
ortus Domini, quorum quidem Prophetarum vlti-
mus & omnium clariſſimus tanquam Lucifer ma-
tutinus, ſolis nempe Chriſti præcurſor Ioannes di-
cens: Ecce poſt me oritur mundo ſol iuſtitiæ, qui cum
eſſet ortus & egreſſus ex aquis Iordanis, diluculo
oſtendit duodecim domos diſcipulorum: qui ſunt ſtel-
læ quæ continent, & dominantur omnibus ſtellis
firmamenti, nempe Eccleſiæ.*

*Diuerſa ſanctorum vitæ inſtituta de-
ſignantur.*

482 *Fecit & ſtellas*, Quarum aliæ ſunt lætæ & velut
ſubridentes, luce nempe perſpicua rútilantes, aliæ
videntur mœſtæ & triſtes, luce nimirum quidem
ſubnitida palleſcentes, aliæ quæ polis proxime, non
volitare ſed ſtare perſpiciuntur, aliæ ſunt quæ circa
Zodiacom ſitæ, inquieta quaſi volitatione per am-
pliſſima cœlorum ſpatia decurrere videntur, cur tot
ſtellarum curſus? cur tot aſpectus diuerſi? eundem
habeãt curſom & aſpectum? imo diuerſos: ſic enim
non vnum ſanctorum inſtitutum: ſed diuerſa qui-
*Anaſt. cit.* bus cœlum conſequuntur, denotãtur: ita cit. Synai.
*Propterea ex iis aliæ quidem lætæ ſunt, tanquam
*Ad Philip. 3. & 4.* ſubridentes, vt is qui dicit, ſemper gaudete in Domi-
no, ſine intermiſſione orate. Aliæ vero mœſtæ & tri-
ſtes, vt ij qui audierunt eum, qui dixit, beati qui lu-
*Matth. 5.* gent. Aliæ rurſus diem feſtum celebrantes, vt ij qui
pro Chriſto ſunt accenſi, & dicunt: tranſiuimus per*

A *ignem & aquam: & aliæ acres, curſu contendentes,
vt ille qui ab Hieruſalem tranſit vſque ad Illyri- *Rom. 15.*
cum, & cum illic cum ſuo coniuge Petro occidiſſet
in occaſu, ambo occidentem illuminant.*

*Soli Deo ſanctorum numerus eſt cognitus.*

*Fecit & ſtellas*, De quibus Dauid Pſalm. 146. 483
qoi numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus *Pſal 146.*
eis nomina vocat: neſcio, cur Deum extollit, in eo
quod ſtellarum multitudinem numerat, cum hoc
aſtrologis ſit commune? dicũt enim qood ſtudio &
labore numerum earum conſequuti ſuere: ſed ni-
mis turpiter errant, nam vt optime Apollinarius, *Appoll. in hunc Pſ.*
B ſolus innumerabilium ſtellarum nouit numerum,
ſed quodnam encomium in Deo cognioo ſtella-
rum multitodinis; cum numeros arenæ maris qui
longe numerum ſtellarum excedit, ei non ſit inco-
gnitus? cum electi deſignentur per aſtra, recte Da-
uid eom laudat à numero ſtellarum innomerabi-
lium multitudinis, quia ipſi ſoli numerus patet præ-
deſtinatorum, ſic Baptiſta Folengius de æterna hic *Bapt. Folen. in hunc Pſ.*
proborum electione quorum nomina ſcripta ſunt
in cœlis, verba fieri arbitratur, *De quibuſque*, (ſic
D. Deum alloquens ediſſerit Auguſtinos) *quos tu
C tibi elegiſti de multis in templum ſanctum, ipſos
mundos, effundens ſuper eos aquam mundam, quo-
rum nomina numerumque tu noſti.*

*Diuerſis affectibus animæ ferimur
cœleſtia meditantes.*

*Et fecit ſtellas*, Quarum aliæ quædam pallidæ, 484
quædam claræ, quædam igneæ, cur cum in eodem
ſint firmamento, eoſdem aſpectus & effectus non
habent? aduerte cœlom animam, ſtellas affectus il-
lius ſignificare: quid mirum igitur ſi ſydera, alia pal-
lida, alia ignea, alia lucida, &c quia anima noſtra di-
D uerſis paſſionibus mooetur, nunc timore cum iudi-
cia Dei, & crimina attentè cooſiderat; nunc amore,
cum Deum optimum intuetur, &c. ſed hoc preſtat
audire à Ioanne Ruiſbrochio Priore Cœnobij viri- *Ioan. Ruiſ. Prior cænobij viridis vallis opuſc. de de vera contemp. c. 34.*
dis vallis, Opuſc. de ver. contemplat. c. 34. *Nos cum
in memoria noſtra vitia, & culpas, ac errata noſtra
coram potentiſſima Dei iuſtitia reputemus, & cor-
de trepidamus, palleſcimus ac etremur, nobiſcum
penſitantes, quomodo ſeuerum Dei iudicium tum in
morte noſtra, tum in extremo die ferre poterimus:
atque hactenus pallentibus ſtellis ſimiles ſumus:
quando autem intellectum noſtrum imaginibus nu-
datum ad æternam Dei ſapientiam erigimus, veri-
E tas quæ Deus eſt animæ noſtræ faciem irradiat, ſic-
que inter Deum, & nos ſplendoris emiſſio ac refle-
xio agitur, perinde ac ſi ſol radios mitteret ſuos in
cryſtallum, inter duos aureos montes poſitam, illic-
que tanquam ſtellæ cœli innocentes, puri, clari, atque
lucidi efficimur. Porro cum voluntatem, ſeu vim
amatiuam cum effectu & deſiderio ad Dei bonita-
tem ſublenamus, ſpiritus noſter igneſcit, redditque
æſtuantis ac impatientis amoris ſcintillas, quas tan-
diu ardere oportet, donec ſpiritus ipſe pro amore de-
ficiat, & hoc ipſo einſcemodi amantes ſpiritus, igneis
ac micantibus cœli ſtellis aſſimiles ſunt.*

F

*Animæ iuſtorum in conſpectu Dei
immundæ videntur.*

*Fecit, &c. & ſtellas*, De quibus loquens Iob ait, &
ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius: quid ais 485
Iob patientiſſime & doctiſſime? nonne vidit Deus *Iob. 25.*
cuncta quæ fecerat & erant valde bona? cum ſi lu-
men ſuum ab ipſo ſole mutuant, cur in conſpectu

A Dei qui ſol increatus eſt huius vniuerſi, immundæ videntur? Si per ſtellas diximus ſanctos denotari, noo eſt cur Iob dicentem ſtellas in conſpectu Dei non muodas aſſerentem arguamus: quia iuſtorum animæ ſi cum Dei puritate conferantur, impuræ cenſebuntur: ita D Greg. Mag lib. 17. Moral cap. 10.

*Greg. Mag l. 17. Mor. cap. 10.*

*Singulorum bene viuentium mentes nec à peccatorum maculis mundæ ſunt, ſi remota pietate indicentur, quia apud diſtricti iudicis oculos, ſua vnumquemque corruptibilitas inquinat, niſi hunc quotidie gratia parentis tergat.*

### *Anima verè fidelis nullo alio feratur amore, niſi diuino.* B

486 *Fecit & ſtellas.* Quarum ſphærica figura eſt, cuius nullum neque initium oec terminus conſpici poteſt: cur ſicut pœnæ ſunt numero infinitæ, ſic & figurâ non ſunt variæ, alię cornutę, (ſicut aliquando luna) vel aliæ quadratæ ad maiorem firmamenti venuſtatem? ſiquidem ex diuerſitate coouenienti pulchritudo ſuboritur. Ideo omnes ſtellæ ſunt ſphæricæ figuræ, (quæ perfectiſſima eſt) vt animæ iuſtorum eis denotatæ perfectio, quæ in amore ſolius Dei, & non terreno conſiſtit, ſignificetur: ita cit. auctor, C

*Ioa. Ruiſbrochius.*

*Præclaræ ac nobilis animæ vires in ſuis ſic ſe habent actionibus, etenim virtutes omnes ex Deo, & ad Deum operantur, ſicque viuunt in Deo, qui nec principium nec finem habet, omnis autem interna vita quæ rotunda non eſt, cornua & angulos habet alienæ intentionis & amoris alieni, ideóque falſa fictaque eſt, nec poteſt placere Deo.*

### *Animæ ſanctæ ſecundum diſpoſitiones à Deo variè illuminantur.*

*Et fecit ſtellas.* Cum à nobis dictum ſit, ſtellas à
487 ſole lucem & ſplendorem mutuare, inquiramus D vtrum lumen æquale ab eo recipiant, non equidem ſed qua de cauſa ab eo æqualiter noo illuminantur? an ex defectu ſolis illuminantis, vel non ęqualis earum diſpoſitionis? hoc ſecundum verum arbitramur, hocne myſterio caret? minime quidem, nam ex hoc diſcimus ſtellas myſticas, nempe iuſtorum animas, ſecundum inæqualitatem diſpoſitionum variè à Deo ſole iuſtitiæ illuminari: fauet cit. auct.

*Ioa. Ruiſbrochius.*

*Vires animæ non ſunt pellucidæ, ſiquidem ceu vaſa aurea aut vitra ſpeculorum, contra æternæ ſapientiæ Dei ſolem eleuatæ ac ſuſpenſæ ſunt, ibique claritatem ac calorem diſcriminatim accipiunt, prout ipſæ diſpoſitæ ſunt, & iuxta virtutum, quas offerunt Deo, præſtantiam & dignitatem.* E

### A *Derideamus Aſtrologos, ſtellas eſſe ſigna hominibus fatalia aſſerentes.*

*Fecit Deus, &c. & ſtellas,* Cur Deus, (Moyſes) in
firmamento ſtellas conſtituit? cur non ait in ſigna 488
poſita fuiſſe? vt derideamus Aſtrologos ſtellas eſſe ſigna hominibus fatalia aſſereotes, conſulamus Rupert. c. 47. l. 1. in Gen. *Notandum in hac repetitione & fecit* (inquit) *Deus duo luminaria magna, luminare maius vt præeſſet diei, & luminare minus vt præeſſet nocti, & ſtellas, notandum in hac repetitione, cum dicit & fecit Deus duo luminaria magna, & ſtellas, non addidit in ſigna, videlicet ne occaſionem daret illis qui putant in ſtellis ſigna eſſe fatalia; homines quippe creaturæ magis quam creatoris miratores, & à creatura mundi cognitum Deum non ſicut Deum glorificantes, aut gratias agentes in iſto quoque dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, dum ſtellis pene omnem creatoris adſcripſere poteſtatem, ita vt dicerent ex earum momentis, vita & mortis ſuæ fatalem pendere neceßitatem: huiuſmodi ſuſpicio de hac ſcriptura naſci non potuit: nam cum dixiſſet, & fecit Deus duo luminaria, ſic ſubiunxit, & ſtellas, vt in ſigna ſubaudire non liceat. Attamen & ſtella in quædam ſigna, & in quædam tempora ſunt, quam ſalua pietate Chriſtianus homo ſuſcipere vel attendere queat.* C

*Rup. lib. 1. in Gen. c. 47.*

### *In Eccleſia non ſolum iuſti, ſed peccatores continentur.*

*Et poſuit ſtellas,* Quarum aliquæ profecto inerrantes appellantur, quoniam io firmamento fixæ,
conſimilem orbiculationem ſemper peraguot; aliæ 489
autem errantes, quæ vagæ ex voo io alterum abeũt locum, cur omnes fixas vel errantes non condidit Deus? Aduerte per fixa ſydera fideles qui in firmamento probitatis ſolidati à bono non excidunt, intelliguntur: per erranoia autem, fideles qui in ipſa D iuſtitia non conſiſtentes, facilè à bono labũtur, & à Deo deficiunt: firmamentum autem diximus eſſe Eccleſiæ ſymbolum: rectè igitur diuioa diſpoſuit prouidentia noo omnes ſtellas in firmamento fixas eſſe, ſed aliquas errantes, vt nobis innueretur qood in Eccleſiæ firmamento fideles non omnes ſunt iuſti, ſed plures peccatores. Audiamus Theop. Anth. lib. 2. ad Autoly. ſic de ea re diſſerentem: *Aſtrorum poſitio & ordo, iuſtos & pios qui ſeruant legem & Dei præcepta denotat: nã illuſtriora aſtra ſuo ſplendore imitantur Prophetas, quapropter nullo modo* E *inclinantur, nec ex vno in alterum tranſcendunt locum, aſtra quæ ſecundum ab his locum dignitatis obtinent, referunt quaſi typus quidam, populum iuſtũ: aſtra mobilia quæ vaga ex vno in alterũ locũ abeũt, & planetæ nominantur, oſtendunt eos homines qui à Deo deficiunt, eiuſque legem & præcepta deſerunt.*

*Theophil. Antioc. l. 2 Autoly.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERSVS XVII.*

*Vlg* Et poſuit eas in firmamento cœli, vt lucerent ſuper terram.
*Septuag.* Et poſuit ea Deus.
*Cald.* Et poſuit ad illuminandum ſuper terram.
*Caiet.* Et dedit ipſas Elohim in extenſiune cœlorum, ad illuminandum ſuper terram.
*Bibl. antiqua*, Poſuit eas Deus in expanſione cœli.
*Aliÿ.* Et fixit in firmamentu.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

SEptuaginta habent in neutro, non tamen referunt illud pronomen ad ſola duo luminaria, ſed ad ea & ad ſtellas, ſicut cùm vulgatus legit *eas*, nõ excludit nec ſolem, nec lunam: ſumitur autem firmamentum pro

omnibus cœlis ita vt luminaria ſint in aliquibus, ſtellæ autem in alio. Caierani lectio habens *& dedit eas*, non ita accurata, quia denotat potius Dei munus quod congeſtus luminaribus dederit in obſequium noſtrum, quàm ſignificet ipſam aſtrorum poſitionem, Moyſes autem intelligit ipſum Deum ponentem aſtra eo modo quo dicemus in expoſitione.

## EXPOSITIO VERSVS XVII.

POSVIT *eas in firmamento cœli*, Per firmamentum hic intellige totam expanſionem corporum diaphanorum à cœlo ſtellifero vſque ad terrã; vnde quia firmamentum ſic ſumptum plura comprehẽdit, interdũ aliquid ei tribuitur ratione vnius partis, interdum verò ratione alterius, & ita in præſenti dicuntur ſtellæ poſitæ in firmamento, quia sũt in ſuperiori parte eius, ſcilicet ſub primo mobili.

Noli autem exiſtimare, firmamentum ipſius ſtellas præceſſiſſe: nam poſitæ ſunt in eo, quando cœlum illis conſtans in principio creauit, hoc autem die dicuntur poſitæ in firmamento, quod dictum eſt vel per recapitulationem, vel quia in eo poſitæ ſunt non ſimpliciter & abſolutè, ſed vt lucerent ſuper terram, cùm antea nulla earum lux appareret.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Dei facere poſitionem etiam loci denotat.*

490 POSVIT *eas in firmamento*, Quomodo dixit fiant in firmamento? & nunc ait fecit Deus luminaria, & poſuit ea in firmamento, quaſi ſint extra ipſum facta, & poſtea ibi poſita, cùm iam dictum ſit vt ibi fierent? hoc modo loquendi exprimit Moyſes C non ita Deum feciſſe vt homines ſolent, apud quos aliud ſit facere, aliud ponere: ſed faciendo poſuiſſe, & ponendo feciſſe: ita Ambr. Cathar. enarr. in Gen. *Quod ait & poſuit ea Deus in firmamento, nõ putes Dominum ea extra firmamentũ creaſſe, ac poſtmodũ in firmamento poſuiſſe, ſed creando fecit vt ibi eſſent.*

*Ambr. Cat. enar. in Gen.*

### *Pluralitas perſonarum denotatur.*

*Poſuit eas in firmamẽto cœli*, Quis poſuit? nam an-
491 tea dixerat Deus: fiant luminaria, deinde additum eſt, fecit Deus duo luminaria, & ſtellas, non ergo D eadem perſona videtur quæ fecit & poſuit ſtellas, cum eâ quæ dixit, fiant luminaria, certe duabus perſonis hoc accommodatur, vt pluralitas in diuinis agnoſcatur: ſic D. Baſil. in hex. *Cũ perceperis eũ qui dixit, fiant luminaria in firmamento, illico cogitatione cum ipſo copules eum velim qui audiuit, Deus dixit, fiant luminaria, & fecit Deus duo luminaria, quis dixit, & quis fecit? nonne animaduertis? in hiſce non concipis mente duas perſonas?*

*Baſil. in hexam.*

### *Ab idololatria reuocamur.*

*Et poſuit eas vt lucerent ſuper terrã*, Cur hoc ad-
492 ditum eſt à Moyſe? cum antea dixerat luminaria cõdita eſſe vt terram illuminarẽt? ideo toties idem repetit ſydera creata eſſe vt terram ſuo illuſtrarent lumine, non autem vt mortalibus dominarẽtur, vt ab idololatria nos reuocaret: hoc tenet Lipp. *Quod ſi idcirco à Deo fuerunt poſita vt illuminarent terram, non ergo vt dominarentur hominibus?* *Dominus eſt enim qui creauit ea ad vſum hominum, illius nutui omnia obediunt, diei præeſt ſol, nocti luna cũ ſtellis, ſæpe autem repetitur officium ſolis, lunæ, & ſyderum, ne quis credat talibus ſeruiendum vt Dijs, cùm ipſa ad nobis ſeruiendum creauerit Deus.* E F

*Lipp. in ſua Cate. in Gen.*

### *Viri excelſi in aliquo genere perfectionis, ſolum in dignitate conſtituendi.*

*Et poſuit eas in firmamento*, Hoc pronomẽ *eas*, ve-
493 rum eſt quod immediatè ad ſtellas refertur, mediatè tamen ad ſolem & lunam: dubium moueo cur in loco excelſo & ſublimi, quale eſt firmamentum, ſydera huiuſmodi conſtituit? nam ea collocare potuit terræ proxima & nobis vicina; certo certius eſt ſolem, lunam, & ſtellas, typum gerere virorum ſplẽdore ſcientiarum, virtutumque fulgentium merito: dicamus igitur prædicta in firmamento conſtituiſſe, quia ſolùm viri ſcientia illuſtres, virtutumque meritis præcellentes, in ſede ſublimi dignitatis conſtituendi ſunt: ita Aſcanius, *Antiſtitibus, Regibus, & Imperatoribus, maximum ſtatuit hoc loco documentum, vt ediſcant excelſos, ſublimioreſque viros in excelſis ſublimioribuſque dignitatibus collocare*, acutè ſicut veriſſimè ſubiungit, *prognoſticum funeſtum & exitiale eſt, quando ignitæ impreſſiones, faceſq; æthereæ volantes ad inſtar ſtellæ ad ſuperna efferuntur, vt ſunt cometæ; at certe indiciũ quoque eſt cladis humanæ maxime portentoſum, cum in Eccleſia ſancta Dei ſola carnis vel mundi dumtaxat habita ratione, non digni neque idonei ad purpuram, ad mitras, cæteraſque eminentiores dignitates efferuntur.*

*Aſca. in ſua gloſſ. magna in c. 1. Gen.*

### *Non ſynagoga, ſed Chriſtus & Eccleſia mundum illuminarunt.*

*Et poſuit eas in firmamẽto cœli, vt lucerẽt ſuper terram*, Miror quomodo Deus lucem primo die for- 494
matam in cœlo non poſuit, nec ei præcepit vt illuminaret terram: hoc autem ſoli & lunæ iuſſent in firmamento conſtituens: ſine dubio lux primigenia potuit eſſe typus ſynagogæ, cuius dignitas non enituit in toto orbe terrarum, ſicut ſol & luna Chriſti Domini, & eius ſponſæ ſymbolum. Quid mirum igitur, ſi lux in firmamento non ſit conſtituta, nec iuſſa terram illuminare, ſicut ſol & luna? quia ſynagoga occaſura erat, nec toti mundo fulgens erat futura: Chriſtus autẽ & Eccleſia in inconcuſſa perennitatis firmitudine, & in altum ſublimitatis euecti, ſuper vniuerſum orbem terrarum lucere debebant: nam in omnem terrã exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum: obſeruatio eſt elegãs Anaſt. Syn. lib. 4. hexa. *Lux ſingularis & ſimplex erat typus Monarchia & Iudaicæ fidei, eiuſque quæ ſunt ante legem, & eius quæ poſt legem, quæ quidem non potuit illuminare vniuerſam terram, propterea quod ea adhuc eſſet operta (quando Deus illam oſtendit lucem) aqua & tenebris erroris, quæ ſunt terreſtre operculum ſuper cor hominum: donec Deus fecit duo luminaria, quæ ſunt magna, illuceſcent ſuper terram, dico autem aduentum increati verbi Dei, & lunam nempe Eccleſiam eius ſponſam.*

*Anaſt. Syn. li. 4. hexam.*

VARIE-

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XVIII.*

V*lg.* Et præeſſent diei ac nocti; & diuiderent lucem & tenebras, vidit Deus quod eſſet bonum.

*Septuag.* Et habeant principatum diei ac noctis, & diſcernant inter lucem & tenebras.

*Cald.* Et vt dominentur in die & in nocte, & vt diuidant inter lucem & tenebras.

*Arias Mon.* Et ad dominandum in diem & in noctem, & ad diuidendum inter lucem & tenebras.

*Caiet.* Ad præſidendum in nocte, & ad diuidendum inter lucem & obſcuritatem.

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

Licet vulgatus non addiderit *inter* ſicut in Hebræo reperitur, liceṫque aliqua in aliis lectionibus mutata reperiantur, tamen diue. ſum efficere ſenſum non arbitror, quapropter non eſt cur de hac diuerſitate contendamus.

### EXPOSITIO VERSVS. XVIII.

E*T præſſent diei ac nocti*, Aliqui hoc referunt ad ſolem, & lunam & ſtellas, vt illa particula, *præſſent diei*, intelligatur de ſole, & quod ſubditur *nocti* ad lunam & ſtellas: ſed quia de ſole antea prolatum eſt, præſit diei, atque de luna quod præſit nocti, poteſt illud totum ad ſtellas referri, quarum etſi claritas in die non percipiatur, nihilominus ſemper vnius, ſeu alicuius hemiſphærii ſtellæ lumen ſuum effundunt ſuper terram, quoſdamque effectus producunt, quid nec ſoli nec lunę competunt.

*Et diuid. int lucem à tenebris*, Non completè & integraliter ſicut ſol, ſed incompletè, nempe quoniam lucem quam ſua preſentia diffundunt, ſuo receſſu tollunt ac ſubtrahunt.

### CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Angeli primo die creati, & boni à malis ſeparati.*

455 E*T præeſſent diei & nocti vt lucerent ſuper terrã, & diuiderent lucem & tenebras*, Non dictum eſt in principio, quod Deus creauit lucem? lucebat ergo: nonne ſimiliter dictum eſt, & diuiſit lucem à tenebris: ſi ergo iam erat lux ſuper terram, lucebat, & iam diuiſa erat lux à tenebris, quid neceſſe erat vt luminaria produceret quæ lucerent, & diuiderent noctem ac diem, ſiue lucem ac tenebras? imo, quomodo diuiderent quod iam Deus diuiſerat, & nemo rurſus confuderat? ergo aliquid videtur ſuperfluum: ne dicas ſuperfluere, nam hoc dictum eſt, vt intelligeremus primam lucem non fuiſſe corpoream ſed ſpiritualem, nempe Angelicam naturam, à qua tenebras, nempe malos Angelos ſeparauit,

Rup. l. 1. omnes tamen initio mundi creatos? ita Rupert. li. 1.

in Gen. in Gen. c. 44. *Illic de intellectuali luce, & ſpiritua-*

44. *libus tenebris dictum eſt: nam hic de corporeæ viſionis luce, & tenebris ſermo eſt.*

*Tanta hominum vtilitas curæ eſt Deo, vt quaſi eam ſolam ſatagere videatur.*

496 *Et præeſſent dies & nocti, & diuiderent lucem à tenebris*, Hæc quidem in noſtrum maximum commodum cedit diuiſio lucis à tenebris; ſi enim ſemper lux adeſſet, quonam modo quieſcere poſſemus? & ſi tenebris ſemper terra operiretur, vniuerſus orbis & omnia quæ in eo, cuſſi ne perirent. Sed inquiro, cum omnia fuere producta propter gloriam Dei,

Paul. cur hanc rationem ſilet Moyſes, & ſolam hominum

Bur. in vtilitatem memorat? quia ita Deo curæ eſt vtilitas

addit. noſtra, vt quaſi eam ſolam, non autem gloriam ſuã ſatagere videatur? ſiuet aliquo modo Burgeo. in additio. Notandum quod Moyſes in hoc loco cauſam productionis luminarium aſſignat ſolum ſecundùm quod ſunt facta ad hominum vtilitatem, vnde Deuter. cap. 4. de ijs dicitur, *quæ creauit Dominus Deus tuus in miniſterium cunctis gentibus*, quaſi diceret, mirum certe quod quamuis principaliter propter Dei gloriam producta fuere, eam tamen prætermittit rationem, ſolius hominum vtilitatis memor.

*Peccator fidelis quadam luce nempe fidei illuſtratur, ſed mortuæ, charitate deficiente.*

*Et præeſſent diei ac nocti*, Certum eſt tempus quo anima iuſtitiâ decoratur, diem nuncupari poſſe, 497
cum autem peccatis obruitur, noctem, iuxta illud Pauli Rom. 13. *Nox præceſſit, dies autem appropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum*; Chriſtus autem deſignatus luminari, præeſt diei ac nocti, animabus nimirum quæ degunt in die iuſtitiæ & quæ in nocte iacent impietatis: quomodo Chriſtus præeſt ſuo lumine animæ peccatrici, cum anima quæ in peccatis eſt, ſit mortua? aduerte quod in nocte, lux ſplendet quidem, ſed cum pallore & abſque aliquo fulgore: dico ergo Chriſtum Dominum præeſſe etiam nocti, quia animam peccatricem, fidelem tamen, luce fidei illuſtrat, ſed quia hæc fides mortua

eſt, lux etiam qua illuſtratur pallida eſt: ſic Aſcan. *In* Aſcan. in hunc verſ.
*anima quæ crimine obducitur, lucet quidem fides, ſed mortua: quoniam ruborem caloremque charitatis ſecum non deferr.*

*A Deo nihil niſi bonum.*

*Vidit Deus quod bonum*, Cur toties Dei opera ait
Moyſes ei placuiſſe? quis enim hoc in dubium vertere poteſt? quid enim magis vtile, decorum, & in- 498

cumdum cœlo, elementis, hominibus quam præſtãti ſſimi cœli luminaria ſyderaque fulgentiſſima? nihilominus aduertę aliquibus mala videri poſſe, cum eorum influentiæ aliquando ſunt nociuæ. Sed maxime decipiuntur ea mala dicentes: quia a Deo nihil niſi bonum prouenire poteſt, *In hoc quoque opere* (ait Lip.) *Domino creatori complacuit, omnia enim bene fecit, qui optimus eſt & fons bonitatis.*

*Lip. in cat. ſuper Gen.*

*Ad laudanda opera Dei prouocantur.*

499 *Vidit Deus quod bonum*, Et omnibus idem videri debet, non eſt ergo cur hoc innuatur, cum hoc luce meridiana ſit clarius; certum eſt non paucos ita inſipientes vt Dei opera accuſent, poſuerunt inquit Pſal. in cœlum os ſuum, prudenter igitur Moyſes ea quæ quarto die Deus condidit, toties ei placuiſſe aſſerit, vt a detractione operum ipſius Dei reuocaremur: ſic Iunilius in hexa. *Neceſſario ſancta ſcriptura multoties repetit, quod vidit Deus bona quæ fecit, & vt hinc formaretur pietas fidelium non probu- mano ſenſu, qui ſæpe & bonis rebus offenditur, quarum cauſas atque ordinem neſcimus, de creatura viſibili atque inuiſibili iudicare, ſed laudari Deo credere, & credere tanto quiſque facilius aliquid cognoſcere proficiendo, quanto religioſius antequam cognoſceret, Deo credidit.*

*Pſal. 72.*

*Iuni. in hex.*

*Ad obſequium Dei ex creaturis inſenſibilibus commouemur.*

500 *Vidit Deus quod bonum*, Scilicet quod lucerent illico ſtellæ ſuper terram, &c. quomodo creaturæ inſenſibilis ita obſequium Deo præſtant, vt ſine vlla renitentia exequantur quod ſibi imperatum eſt? ſi-

A ne dubio vt admoneremur a creaturis inſenſibilibus Deo voluntarium & iuſſiſſimum præſtare obſequiũ: ſic fere Berengoſius Abbas libello inſigni de myſterio ligni Domini, *Poſt primum vocis Domini ea mandatum, vnumquo .que in ſuo ordine eſt locatum, ita vt vnumquodque in ſuo loco & tempore ornatur & decida.* Vides igitur quomodo creaturæ inſenſibiles Deo præſtent obſequium.

*Beren. Ab libello inſigni de myſter. ligni Domini.*

*Peccatum non ex neceſſitate euenit, ſed liberè.*

*Et vidit Deus quod eſſet bonum*, Cur hoc addit 501
Moyſes cum ſciamus Deum malũ nihil producere? nota quod aliqui ita dementes fuere vt iniquitates
B ſuas tribuerunt influentiis aſtrorum, non autem ſuæ libertati; dico ergo, poſtquam dixit Deum creaſſe cœlum, ſolem, lunam & alia ſydera addidit, & vidit Deus quod eſſet bonum; ad declarandum noſtras iniquitates & peccata non eſſe referenda ad aſtra, cum ſint ex ſua conditione bona, & ideo malitiam influere non poſſet: hoc obſeruat D. Cyrillus Alex. in Ioann. cap. 3. l. 5. *Vide obſecro, quonam pacto hac impia obſcuritas in Dei redundet iniuriam & contumeliam: cumque qui in ſuis operibus omnibus laudandus eſt, oſtendit ob ſua opera reprehenſione dignum! ad hæc non recte propheta cœlos ad Dei laudem inuitaſſet dicens, laudate eum cœli cœlorum, à quibus cum ſcelerum clauſes ſecundum fatorum poſitores profluit, non laudandus eſſet Deus, ſed vel maxime reprehendendus, falſum enim eſſet, quod proponit Geneſ. quod vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona: nunquid enim poteſt ſuapte natura bonum,*
C *alios in mala pertrahere? aut alios ad mala perpetranda inducit, nonne protinus illud eſt malum?*

*Cyri. Alex. l. 5. in Ioan. c. 3.*

*Pſal. 148.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS XIX.*

*Vulg.* Et factum eſt veſpere & mane dies quartus.

*Septuag.* Et factum eſt veſpere, & factum eſt mane.

*Arias* Et fuit veſpere, & fuit mane.

*Hebræ.* Et factum eſt mane, & veſpere diei quarti.

*Oleaſter*, Fuit continuatio veſpere & mane dies quartus.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

Omiſit interpretes repetere, & factum eſt, quod legitur in Hebræo: ſed elegantiæ cauſa prætermiſit: lectio Hebræorum commendabilis eſt, nec ſenſum communem mutat, facto videlicet veſpere & mane diei quarti, completus eſt ille dies: quid Oleaſter intelligat lectori iudicandum relinquo.

## EXPOSITIO VERSVS XIX.

*Et factum eſt veſpere*, Cum hæc verba pluties ſint expoſita non eſt cur in eis immoremur; oleum enim & operam in toties repetendis perderemus.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Opera Dei ſemper memoria commendemus, vt eum ſemper veneremur.*

502 *Et factum eſt veſpere & mane dies quartus*, Cur omnia Dei opera dierum ſignatione exprimuntur? quid enim refert dies aſſignare cum rerum perfectioni nihil inferant? multum equidem refert ſingulos dies explicare, vt ſint quaſi loci memoriæ artificialis, quibus nobis vniuſcuiuſque operis Dei memoria ſuo loco imprimatur, vt Deũ in nos beneficum, præſtantiſſimis luminatibus in noſtrã conceſſis vtilitatẽ, veneremur: teſtatur D. Chryſ. ho. 6. in Gen. *Poſtquã abſoluit* (inquit) *ornatum cœli ſtellis illud decorũ fecit, duoque luminaria magna produxit, finem diei impoſuit, & dixit, & factum eſt veſpere & mane dies quartus; vides quod & hoc per ſingulas commemorat diuinas doctrinas frequenti admonitione noſtræ mentis infigere volens: hæc igitur omnia*

*Chryſ. ho. 6. in Gen.*

*bene commendemus memoriæ, ſcribentes ea in latitudine cordis, quo omnem negligentiam excutiamus, & nos ſana accurate teneamus dogmata.*

### *Irridentur dies infœlices, & infauſti ab aliquibus obſeruati.*

504 *Factum eſt veſpere & mane dies quartus,* Hunc nominare diem quæſo Moyſes prætermitte, quia plerique hunc diem cauere conſueuerunt, & inutile arbitrantur hoc numero aliquid ordiri: ſed iuremerito diem quartum inter alios etiam numerat, tanquam eum in quo tot præclara a Deo formata fuere, vt irrideatur ſtulta aliquorum obſeruatio circa dies infœlices & infauſtos: hoc acriter arguit D. Ambr. lib. 4 hexa. c. 9. *Pulchre vt arbitror ceſſit dies quartus, quomodo ergo quartum plerique conſueuerunt cauere,* B A *& putant inutile hoc numero aliquid ordiri, qui totus non a luce mundus emicuit. An ſiniſtris ſolcæpit auſpiciis? & quomodo aliis poteſt ſigna dare, qui ſibi eligere diem ſui neſciunt exortus. Aut quomodo ſigna eius probant, cuius ortum non probant? quid etiam de luna dicimus, quæ & quarto die cæpit, & quarta decima diem ſignat ſalutis, an diſplicet numerus quo celebratur myſterium redemptionis? Ideo demones declinandum fore perſuadent numerum eum quo deſtructa eorum nequitia eſt. Ideo gentiles nihil adoriendum aſſerunt, quia ſciunt tunc primum artes ſuas vacare cæpiſſe, & populos gentiles ad Eccleſiam demigraſſe, lunam certe quartam, ſi pura fuerit, neque obtuſis cornibus, dare reliquis diebus vſque ad exactum menſem indicium ſerenitatis exiſtimant: Nolunt ergo iiſdem inchoare exordiis, quibus ſerenitatas inchoatur.*

*Ambr. l. 4. hexam. c. 9.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERSVS XX.*

*Vlg.* Dixit etiam Deus, producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cœli.

*Septuag.* Producant aquæ reptilia animatum viuentium, & volatilia volantia.

*Cald.* Serpant aquæ reptile animæ viuentis, & auem quæ incolat ſuper terram, ſuper faciem aëris firmamenti cœlorum.

*Caiet.* Reptilificabunt aquæ animæ viuæ, & volatile volabit ſuper terram ſuper facies extenſionis cælorum. C

*Pagninus*, Repere faciant aquæ reptile, & volatile volet ſuper terram in ſuperficies firmamenti.

*Vatab.* Volatilia volitent coram expanſione, vel ante conſpectum & expanſionis cælorum.

*Chryſ.* Educant aquæ reptilia animarum viuarum.

*Procopius*, Reptificent aquæ reptile animæ viuentis, & auem quæ volitet in facie firmamenti.

*Lippo.* Serpant aquæ reptile, *alij* ebulliant, *alij* mouere faciant aquæ reptile.

*Alij*, Scaturiant aquæ ſcaturitionem animæ viuentis.

*Aſtanius*, Æſtuent, vel efferueant, eructent, promoueant.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

ISrezu, ישרצו non ita Latinè proprie verti poteſt, ſicut enim ſupra de terra dicendum fuerat, herbificet terra, ita nunc fingendum eſſet verbum, quanquam illud quidem aptum reperiri poſſet; tamen arbitror ſignificare generationem vel productionem aliquorum in magna abundantia & numero, qualis eſt piſcium; quod dixit vulgatus reptile: in Hebræo eſt ſeres, quod proprie reptile, non ſignificat, cum repere ſit terreſtrium; ſed interpres elegantius nomen inuenire non potuit, eodem enim modo ſerpunt piſces per aquas quo reptilia per terram, deſignat autem proprie motabile.

## EXPOSITIO VERSVS XX.

P*RODVCANT aquæ reptile animæ viuentis,* Hæc productio intelligenda eſt non actiuè ſed paſſiuè, & eſt ſenſus producant aquæ, id eſt diuina iuſſione producantur ex aqua tanquam ex materiali & paſſiuo principio reptilia, quæ ita dicuntur quæ non habent pedes, vel ſi habent breues, tamen nec in altum eleuantur, & talia ſunt quæ communiter degunt in aquis: *& volatilia,* id eſt aues, quas ſimul cum reptilibus Deus effectiue produxit, ſimul inquam vno die non ſolum piſces ſed aues producti ſunt, piſces ex aqua denſiori, aues vero ex aqua ſubtiliori, E quæ ad aërem accedit, vel in vaporem eſt verſa; aues enim ſunt temperamenti magis aërei, quã aquei.

Difficultas circa hæc animalia oritur, an hoc die facta fuerint imperſecta, quæ ex putrida materia aquæ generari ſolent per influentiam cœlorum? cui breuiter ſatisfacio dicens, huiuſmodi animalia à Deo facta fuiſſe, quæ poſtea ex putrida materia ſiue terræ ſiue aquæ generata ſunt, hæc enim ad decorem vniuerſi pertinent, Deus autem mundum perſectum & conſummatum feciſſe dicitur, ob idque nullis carentem ſpeciebus.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deo æque omnia facilia.*

503 P*Roducant aquæ reptile animæ viuentis*, creauitque Deus cete grandia & omnem viuentem atque motabilem? cur non appoſuit aliquod diſcrimen in modo producendi piſces maximos ab eo quo minimos formauit, ita vt maior labor inſinuaretur in productione balenarum quam in formatione piſciculorum? Reſpondeo eodem termino vſum fuiſſe ad declarandam productionem tam maximorum quàm minimorum piſcium, quia omnia æquè Deo ſunt facilia, ita D. Ambroſ. lib 5. hexam. cap. 2 *Producant aquæ reptile dixit Deus, breuis ſermo, ſed vehemens & latè patens, communem minimis & maximis*

*Ambr. l. 5. hexam. c. 2.*

*naturam infudit, eodem momento producitur Balena quo rana, eiuſdem vi operationis naſcitur, non laborat in maximis Deus, non faſtidit in minimis, nec doluit natura parturiens delphinas: ſicut non doluit, cum exiguos murices cocleaſque produceret.*

*Deus omnem aufert occaſionem ne in errorem incidamus.*

*Producant aquæ reptile animæ viuentis & volatile*
504 *ſuper terram*, Ad quid quæſo ſingularum creaturarum productionem in medium proponit? Nonne ſufficiebat in communi dixiſſe, creauit Deus cœlom & terrã, mare & omnia quæ in eis ſunt? Nota quod ſuot plures qui Deum negant, nonne plura dogmata hæterica ſunt, creaturas plores Deo eſſe? mondom ab æterno? dico ego ideo creaturarum ordinem diſpoſitionemque enumeraſſe maximâ diligentiâ, vt nobis omnis auferretur occaſio incidendi in eoſdem
B errores & peruerſa dogmata: ita Diuus Chryſoſt. hom. 7. in Geneſ. *Sunt inſenſati nonnulli, qui poſt tantam doctrinam diſcedere non formidant, faterique nolunt eſſe aliquem iſtorum viſibilium opificem, ſed alij quidem fortuito illa, ac per ſe eſſe dicunt, & conſidera quanta diaboli illuſio, quomodo abuſus eſt facili erroribus ſeruientium credulitate; ea propter diuinus Moyſes tanta diligentia nos docet, & hæc*

*Chryſ. ho. 7. in Gen.*

*auribus inculcat, ne idem & nobis eueniat, ſed ſciamus manifeſte & creaturarum ordinem, & quomodo quæque creatæ ſint: niſi enim noſtræ ſalutis curam habuiſſet Deus, ſatis erat dixiſſe, fecit Deus cœlum, terram & mare, & animantia, neque poſuiſſet ordinem dierum: ſed vt ingratis & male ſentientibus nulla relinqueretur excuſatio, ita diſtinguit manifeſtè, vt cognita omni veritate non vltra eorum erroribus implicemur.*

C

*Non omnis anima eſt rationalis.*

*Producant atque reptilia animæ viuentis*, Quid
505 opus eſt quæſo adijcere animę viuentis? nõne ipſum nomen reptilium ſatis viuentem animam exprimere poteſt? etenim & viuit, & ſentit omne quod repit, quamuis non omne quod viuit, repat vel repere poſſit? viuit namquo herba virens & afferens ſemen quam terra germinat, viuit omne lignum pomiferum, vel habens ſemen ſuum in ſemetipſo, ſed vita huiuſmodi ſicut ſine ſenſu ita & ſine motu; at vero omne quod repit viuit: quid igitur cum dixiſſet producant aquæ reptilia, addidit, animæ viuentis? nonne triplex eſt anima, vegetans, ſenſibilis & rationalis? merito igitur addidit animam viuentem, vt eam diſtingueret à rationali: ita Rup. lib. 1. in Gen. c. 29. qui poſtquam eandem difficultatem propoſuit, ſatisfaciens, ait, *Vt animam reptilium diſtingueret ab anima hominum, cum enim dicit animæ viuentis, ſubaudiri vult, & non etiam diſcernentis.*

*Rup. l. 1. in Geneſ. c. 49.*

D

*Ab imperfectioribus ad perfectiora eſt progrediendum.*

*Producant aquæ reptile animæ viuentis*, Quorſom
506 cum eodem die auium & piſcium efformatio contigerit, piſces ante alites producuntur? præcipuè cum præſtantius, & vicinius ſit cœlo elementum aeris, quod auibus venuſtabatur, quam aqua quæ piſcibus decorabatur? longe etiam perfectius animal auis quam piſcis cenſeatur? Dices piſces & aues vnica actione, & eodem forſan momento productos fuiſſe ex homo, namque in ſuperficie aquarum ad Dei præceptum & piſces repente ſe immerſiſſe gurgitibus, & aues ad aera euolaſſe credontur: ſed ad-

A mittamus effectam prius productionem piſcium quam auium, cur non ab auibus ſed à piſcibus producendus huic diei dedit principiũ? ſi confeſſus fueris aues piſcibus præſtantiores, dices ideo à piſcibus incœpiſſe, quia ab imperfectioribus ſemper ad perfectiora eſt conſcendendum: ſic noſter Bonn. *Secundus ordo qui eſt inter ea quæ producta ſunt eodem die attenditur ſecundum præcellentiam perfectionis naturæ, prius enim producitur quod imperfectum eſt, & deinde quod eſt perfectum, quia in eſt ordo vt à minus perfecto peruenjatur ad magis completum, & ideo ſcriptura prius dicit eſſe producta natalia, quæ ſunt minus perfecta, quàm volatilia.*

*Bonu. in 2. d ſt. 5.*

*Deus animantibus ea quæ ad conſeruationem ſuam ſpectant, adminiſtrat.*

*Producant aquæ reptile animæ viuentis*, Non ſolum
B eſſe, ſed mira tribuit ad vitæ conſeruationem piſci- 507
bus; propono dubium, quomodo plurima genera piſcium fouendi partus neceſſitate opportuno atque legitimo tempore, aduerſo etiam mari conueniunt coniuncto agmine? aquilonis flatus petunt? & ad illud ſeptentrionalium mare contendunt? per Propontidem & Euxinum pontum violento impetu natant? quis piſcibus hæc annuntiat loca & tempora? quis tribuit diſpoſitionem alios comitandi, ſeruandi ordinem, & tempore ſuo reuertendi? homines ſuum imperatorem habent, cuios expectatur imperium, præcedit teſſera, tribunis militum literæ diriguntur, dies ſtatuitur, & plerique ad dies ſtatutos occurrere nequeunt. Quis imperator præceptum dedit piſcibus? quis doctor hanc tribuit diſciplinam? qui metatores itinera diſponunt? qui duces iter dirigunt, vt nullus deſit occurſus? admiramini Dei prouidentiam, hoc enim fuit inditum à Deo, qui ad ſpeciei conſeruationem neceſſaria adminiſtrat: ita
C D. Amb. *Agnoſce quis ille ſit imperator, qui ordinatione diuina ſenſibus vniuerſorum ſuum infundat imperium, qui tacitis mutis animantibus naturalis diſciplinæ ordinem tribuit, nec ſolum magna penetret, ſed per minima etiam quæque ſe fundat.*

*Ambr. l. 5. hexa. c. 10.*

*Natura alimenta præbuit non gulæ vitium.*

508

*Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram* Nonne hæc omnia ſunt formata propter hominem? cur tantam abondantiam, matrem luxuriæ, illecebras ad gulam natura præbuit? reſpondet D. Amb. lib 5 hex. c. 1. *Nihil natura deliquit, alimenta dedit, non vitia præſcripſit, hæc tibi cõmunia dedit, ne aliqua velut propria vendicares tibi, ſuos fructus terra producit, tibi ſcaros & accipenſeres, & omnes fœtus ſuos generant aquæ, & his non contentus, interdicta tibi alimenta guſtaſti.*

*Ambr. li. hexa. c. 1.*

D

*Deus non denegat minimis induſtriam ad vitæ conſeruationem.*

509

*Producant aquæ reptile animæ viuentis*, Sed ſpecialem proprietatem Echini animalis exigui, vilis & deſpicabilis inſpiciamos, quod plerumque eſt iudex futuræ tempeſtatis aut tranquilitatis nauigantibus: nam cum ventorum procellam præſenſerit calculom validum accipit, eumque velut ſaburram vehit & tanquam anchoram, ne excutiatur fluctibus; itaque non ſuis ſe librat viribus, ſed alieno ſtabilit & regit pondere, quo ingenio iſta cullegit? quo doctore percepit? quis ei fuit tanti interpres ingenij? nonne Echinos hac vtitur induſtria vt vitam in ma-

ri agitato conſeruet? dico ergo Deum auctorem eſſe illius induſtriæ; quia præbet etiam minimis neceſſaria ad vitæ conſeruationem: ita D. Amb. lib. 5. hex. c. 9. *Vnde exiguo animali tanta ſcientia? quo magis in eo nihil eſt, quod tantam habere poſſit prudentiam, crede quod per indulgentiam Domini rerum omnium, id quoque munus præſcientiæ huius accepit:* Deinde ad nos conuertens ſermonem, ait: *Si Ecclium Deus viſitationis ſuæ non prætermiſit, ſi enim conſideret & futurorum informet indiciis, ſcilicet vt vitam conſeruet tua non conſiderat? imo vero conſiderat, ſicut teſtatur eius diuina ſapientia, dicens: ſi reſpicit volatilia, ſi præſtet illa, nonne vos plures eſtis illis?*

*Ambr. li. 5. hexam. c. 9.*

*Matth. 6.*

## *Deus animalibus ſecundum ſuam naturam præbet neceſſaria.*

510 *Producant aquæ reptile & volatile ſuper terram,* Circa volucres inquiro, quomodo Deus pedes incuruos atque ſinnatos, aliis latos, & membrana quadam digitus pedum ſibi copulatos atque coniunctos, aliis collum procerius, aliis breuius dedit? cur Deus tantam in eis diuerſitatem poſuit? nonne aliquæ vacant prædæ, vt quæ veſcuntur carnibus, nonne aliæ habent natandi vſum & conſuetudinem, nonne aliæ ſegniores ſunt corpore vt cygnus? ideo tantam diuerſitatem in eis poſuit, vt vnicuique ſecundum naturam ſuam præberet accommodata & neceſſaria: ita D. Amb. lib. 5. hex. *Admirabilis patet ratio naturæ, vt & illa ad volandum vel rapiendum cibum,* (his dedit pedes incuruos) *vſu accommodo fulciantur, & iſta ad natandum adiumenta habeant competentia* (his præbuit latos pedes) *quo melius aquis poſſint ſupernatare, & quaſi remis quibuſdam, ita pedibus ſuis membranæ illius extenſione, latioribus aquarum fluenta propulſent: Cygnus quoque cur proceriore collo vtatur, in promptu eſt, vt quia paululum ſegnior eſt corpore, nec facile poteſt aquarum inferiora penetrare, ceruicem extendat ad prædam, quæ quaſi præuia reliqui corporis, eſcam quam inuenerit rapiat, atque eruat à profundo.*

*Ambr. li. 5. hexa. c. 22.*

## *Ferendi ſunt coniugum mores.*

511 *Vt producant reptile animæ viuentis,* Certum etiam eſt ſerpentes, viperas, murenas, & alia huiuſmodi eſſe reptilia, nonne certum eſt viperam genus nequiſſimum beſtiæ, & ſuper omne quod ſerpentini generis eſt, aſtutiorem, vbi coeundi cupiditatem aſſumpſerit, murenæ maritimæ notam ſibi requirit copulam, vel nouam præparat, progreſſaque ad littus ſibilo teſtificata præſentiam ſuam, ad coniugalem amplexum illam euocat, murena autem inuitata non deeſt, & venenato ſerpenti expetitos vſus ſuæ impertit coniunctionis: quomodo natura voluit vt murena parêret ſerpenti venenato, & horrido? vt doceret coniuges inter ſe compari, & virum mores vel imperfectiones vxoris, & è contra ſuſtinere: ita D Amb. lib. 5. hex c. 7. *Quid ſibi vult ſermo iſte, niſi ferendos mores coniugum, & ſi abſens, eius appetendam præſentiam, ſit licet aſper, fallax, lubricus temulentus, quid peius veneno? quod in coniuge murena non refugit, vocata non deeſt, & ſerpentis lubricum ſedula charitate complectitur; ille tua mala perfert, & leni at in fœminæ leuitatem, tu virum tuum mulier non potes ſuſtinere? Adam per Euam deceptus eſt, non Eua per Adam, quem vocauit ad culpam mulier, iuſtum eſt vt eum gubernatorem aſſumat, ne iterum fœminea facilitate labatur: ſed horridus eſt, ſemel placuit, nunquid vir frequenter eſt eligendus? vipera abſentem requirit, vocat, & blando proclamat ſibilo, at-*

*Ambr. li. 5. hexam. c. 7.*

A *que vbi aduentare comparem ſenſerit, venenum euomit, reuerentiam marito deferens, verecundata nuptialem gratiam:* deinde conuertens ſermonem ad virum, ait, *ſed etiam tu vir depone tumorem cordis, aſperitatem morum, cum tibi ſedula vxor occurrit, propelle indignationem, cum blanda coniux ad charitatem prouocet, non es dominus ſed maritus, non ancillam ſortitus es, ſed vxorem, gubernatorem te eſſe voluit Deus ſexus inferioris, non præpotentem: vipera venenum ſuum fundit, tu non potes mentis duritiem deponere: ſed habes naturalem rigorem, debes temperare eum, contemplatione coniugii, reuerentia compunctionis.* B

## *Gula non patitur præſcripta habere alimenta.*

*Producant aquæ reptile animæ viuentis,* Reptilia autem ſunt piſces, circa quos moueo dubium, vtrum vnumquodque genus eorum præſcripta ſibi domicilia habeat, quæ non excedat? certum eſt quod norunt menſuram ſuam, non muris vrbium portiſque perſcriptam, non agrorum finibus limitatam, ſed menſuram eius quod oporteat, vt tantum ſatis ſit C vnicuique quantum ad vſum abundet, non quantum auiditas quædam immoderata ſibi vendicet; difficultas ſeſe ingerit, quomodo piſces inter animalia omnia hebetiores, inobedientiores, ita præſcripta ſibi domicilia habitent, vt illa non egrediantur, ad immoderata ſibi vendicanda alimenta? vt nobis ſint in exemplum, immoderatos non quærere cibos, ſed ſolum neceſſarios ad victum, tamen homines ſunt hebetiores piſcibus: nam leges naturæ violant, vt immoderatos ſibi acquirant cibos ad ingluuiem ſuam ſatisfaciendam: ita egregie annotat D D. Amb. lib. 5. hex c. 10. *Lex quædam naturæ eſt, tantum quærere quantum ſufficit ad victum, & nobis longe alia ſententia eſt, deficit terra hominibus, ſternuntur & maria, rurſus pro ſingulorum libidine, inciditur terra, mare infunditur, vt inſulas fatiant, vt poſſideant freta, ſpatia maris ſibi vendicant iure municipii, piſcium que iura ſicut vernaculorum conditione ſibi ſeruitii ſubiecta commemorant, his oſtrea, in fluctibus nutriuntur, his in viuario piſcis includitur, luxuria nec mare ſufficit, niſi apothecas habeant oſtrearum.* 512

*Ambr. li. 5. hexa. c. 10.*

## *Poſt Chriſtum genitum, & Eccleſiam productam per baptiſma fideles oriuntur.*

E

*Producant aquæ reptile, &c.* Si ex naturali rerum conſequentia terra ante aquas debet à Deo accipere procreationem pecorum, & quadrupedum, & reptilium quæ ex ea proceſſerunt, vt quæ protinus facta ſit poſt cœlum, & in ſcriptura nominetur & collocetur ante aquas: quomodo nunc aquæ loco primo decorantur? videmus enim quod in poſitione duorum luminarium, id quod in cœlo eſt primum, à Deo eſt ordinatum nempe ſol, deinde luna: aduer- 513
F te quod aquæ producentes reptilia animæ viuentis; ſignificant homines renouatos in vitam per baptiſmi ſacramentum, ſtatim igitur poſt producta duo cœli luminaria, prius aquæ quam terra producere debuerunt, quia poſt Chriſtum ſole deſignatum, & Eccleſiam lunâ, illico fideles per aquas baptiſmatis oriuntur: hoc habet D. Anaſt. Syn. lib. 5. hexam. *In cœlis quidem primas & primum locum ſol accepit, quoniam ſuper omnem principatum & poteſtatem, Chriſtus qui eſt ſol, qui percipitur intelligentiis, eſt in cœlis, vt qui ſit oſtium, & introducens ad patrem in terra autem vbi humiliauit ſemetipſum ſerui formam accipiens, voluntarie dedit primas partes tanquam proprio ſuo corpori*

*Anaſt. Syn. 5. hexam.*

*Eccleſia,dico autem myſterio baptiſmatis. Quomodo enim in cælis oſtium noſtrum & via ad Patrem eſt Chriſtus; ita etiam in terra oſtium noſtrum & via ad patrem eſt baptiſma ad Chriſtum per Eccleſiam, & ea de cauſa ante omnia, vita & viuens anima oſtenditur ex aqua & ſpiritu, & ſuper terram manifeſtatur, dicente Deo: educant, &c.*

### *Baptiſmus fideles perfectos & imperfectos futuros producit,*

514 *Producant aqua reptile & volatile*, diximus volatilia perfectiora eſſe piſcibus, cur animalia ſolum eiuſdem perfectionis non iubentur aquæ procreare? cum dictum ſit aquas, eas quæ ſunt baptiſmi denotare, recte producuntur aquæ perfecta & imperfectiora animalia, quia baptiſmo geniti alij perfecti alij perfectiores erant futuri. hoc docet Eucherius lib. 1. c. 6. in Geneſ. *Quinta die facta ſunt in aquis reptilia animarum viuarum, homines ſcilicet renouati in vitam per baptiſmi ſacramentum, facta ſunt & volatilia id eſt ſanctæ animæ ad ſuperna volantes*, Significat quod ex fonte baptiſmi geniti ſunt alij, qui quanquam terrenis negotiis impediti vitam communem, ſed immaculatam ducunt, alij cæleſtibus incumbentes, & ſingulari quadam vita ea quæ ſpiritus ſunt, affectantes.

*Eucher l. 1. c. 6. in Gen.*

B

C

### *Verbum Dei actiuos & contemplatiuos ſpiritaliter generat.*

515 *Producant aqua reptile & volitale*, Certum eſt aquæ nomine, verbum Dei ſiue doctrinam cæleſtem intelligi: ſed quomodo aqua huiuſmodi myſtica reptilia, nempe piſces & volatilia producere poteſt? animaduerte per reptilia ſeu piſces, denotari poſſe actiuos qui inter aquas humanæ miſeriæ natantes, operibus miſericordiæ incumbunt, vigiles & agiles diligentia & ſollicitudine, vt piſces: per volatilia autem, contemplatiuos, qui poſtpoſitis curis humanis, tanquam aues per aera volitant per ſublimitatem meditationis: eo quomodo aqua producit reptile & volatile? aqua enim cæleſtis & verbum Dei, actioni & contemplationi deditos generat ſpiritualiter? Fauet Hugo Carenſ. *Mar. liter inquit piſces, boni actiui, qui propter ſollicitudinem proximi iuxta terram repunt, aues, cõtemplatiui qui ſurſum volant.*

D

E

*Hug. Car.*

### *Ex afflictionibus alij emendantur, alij incorrigibiles, & obſtinati permanent.*

516 *Producant aqua reptile & volatile*, Tribulationes aquarum nomine gaudere omnibus perſpectum eſt, iuxta illud Pſal. *intrauerunt aquæ vſque ad animam meam*: ſed eſto aquis tribulationes deſignentur? quid comune habet tribulatio cum piſcibus & auibus? vtrique enim illius ſunt incapaces: obſeruemus piſces, dum procellis tempeſtateque agitantur ima maris petentes, vt quietem nanciſcantur, typum eſſe peccatorum incorrigibilium, qui cum aduerſa à Deo immiſſa ſentiunt, tunc vtique ſemet in vitæ laxitatem magis præcipitant, nec de vitæ emendatione vel parumper cogitant: alitibus autem qui præcognita aduerſa tempeſtate mox ab vndis in quibus ſedent, exiliunt, & vociferantes ad ardua & tuta loca confugiunt, ne imparatæ ab irruente turbine opprimantur, peccatores prouidi deſignantur, qui mox vt à longe iratam Dei manum ſentiunt, repente ex aquis voluptatum exeunt, vociferantes atque clamantes, oratione enim feruida Dei miſeri-

*Pſal. 68.*

F

A cordiam deprecantur, quo notato, dicamus recte aquis tribulationes denotari, ex quibus piſces & aues prodeunt, nam ex afflictione à Deo immiſſa, alij tanquam aues ad meliorem vitam ſe transferunt, alij autem tanquam piſces obſtinati, in aquis voluptatum & illecebrarum permanent: lege Card. Bellarm hæc dicentem concione 1 de tribul. part. 1. *A tribula tribulationis nomen aptiſſime deductum, tum quod tribulatio inſtar cuiuſdam tribulæ, dum premit ac terit, ſimul etiam purgat, tum quod tribulatio non minus bonos à malis ſeparat, quam triticum à paleis tribula ſeiungit. Pacis ac proſperitatis tempore omnes Chriſtiani eſſe videntur & Deo gratias agere, eumque laudare nouerunt, at ſi communis ac publica tribulatio acciderit, qualis eſt peſtilens morbus, qualis caritas annonæ, qualis aquarum eluuio; vt ea fuit quam initio huius anni paſſi ſumus, tum demum boni ſeparantur à malis, tum veri & probi ſerui Dei noſcuntur: tunc enim videre eſt aliquos qui ponunt in cælum os ſuum, & blaſphemis atque ſacrilegis maledictis impatientiam ſuam teſtantur, è contra aliquos maledictis impatientiam ſuam teſtantur, è contra aliquos qui ad exemplum ſancti Jobi nihil loquuntur aliud quam Dominus dedit Dominus abſtulit, ſit nomen Domini benedictum: & ſi bona ſuſcepimus de manu Domini, mala autem quare non ſuſtineamus?*

*Car. Bellar. concio. 1. de tribu. par. 1.*

*Iob. cap. 2.*

### *Præclaris initiis ſolent plerunque ſimiles reſpondere fines*

517 *Producant aquæ reptile animæ viuentis*, Præſupponamus ab aquis renaſci ad vitam gratiæ nos qui nati ſumus à limo terræ; & inueſtigemus, cur magis natura aquæ aſſumpta eſt, vt homines denuo ad vitam pariat, cur non ex terræ puluere & ex ſpiritu ſancto fecit Dominus matricem ad homines regenerandos, vt illam fecit ex aquis? ſi attendas originem elementorum omnium, aqua eſt quæ iubetur prius producere animas, dicitur enim terræ, germinet terra herbam virentem, deinde fiant luminaria, rurſus dicit euam producant aquæ reptile animæ viuentis, non terra, non elementum aliud, ſed ſolæ ab initio iubentur in primis producere animas, ex quo fuit oſtenſa natura aquarum aptior vt aſſumeretur poſtmodum ad efficiendam regenerationem animarum. ait Tertul. lib. de baptiſm. *Primus liquor quod viueret, edidit, ne mirum ſit, ſi in baptiſma aquæ animare nouerunt.* Vbi primordia tenuit aqua in generatione animarum; non miremur quod vbicunque poſt aliquid magnum ad animarum ſalutem efficiatur, ad id inueniantur aptiores aquæ, ſemper enim initia fœlicia & præclara fœliciſſimi & præclariſſimi progreſſus ſolent comitari.

*Tertul. lib. de baptiſma.*

### *Hypocritæ fugiendi à verè fidelibus, vt à ſaxatilibus lepradus.*

518 *Producant aquæ reptile animæ viuentis*, Inter huiuſmodi reptilia ſiue piſces, non infimum habet locum lepradus ſiue lepras, propter eximiam ſuam pulchritudinem: multiplici enim colore diſtinctus eſt, omneſque pinnas tranſparentes habet, leues, molles, luteo, rubro, cæruleo, viridi, & aliis coloribus maculatas; corpus denique totum tam exacte polymitum, vt maculas nunc cancellatas, nunc rectas, nunc in obliquum vbique ſparſas, in ipſo piſce cõperias, quanquam omnes fere ſquamas ad oram rubore ſuffoſas habeat, caput ipſum non ita multis coloribus cancellatum, ſed lineas hinc inde deductas ex cæruleo, viridi, albo, ac rubro mixtas oſtendit, oculos habet paruos, rotundos, quorum pupilla nigra eſt, quos ſi quando in gyrum contorqueat

cyaneum, deinde aureum, poſtremo argenteum, in cryſtallini coloris circulum fulgorem referre conſpicies; quid venuſtius hoc piſce excogitari poteſt? ſed naturam eius perſcrutemur: eius naturæ eſt, vt omnes ſaxatiles deuoret; itane tanta in pulcherrimo corpore crudelitas: quid commune venuſtas habet cum immanitata? Aduerte hypocritam rectè hoc piſce denotari, quid enim ſecundum virtutum ſplendorem in oculis hominum pulchrius apparet? pallent ora ieiuniis, oculos demiſſos & humiles habent, erga omnes commiſeratione ducuntur, modeſtia eorum eloquiis ineſt, &c. per ſaxatiles intelligendi ſunt vere fideles, qui petræ nempe Chriſto Domino ſemper adhærent: non miremur igitur tantam pulchritudinem in illo piſce cum immanitate coniunctam, quia typus eſt hypocritæ, qui virtutum omnium venuſtate ſpecioſus videtur, ſaxatiles autem omnes, nempe Chriſticolas detractione, falſis teſtimoniis, opprobriis, quantum in ſe eſt interimit: audiamus loquentem D. Ber. ſer. 66. ſuper Cant. *Oues ſunt habitu, aſtutia vulpes, actu & crudelitate lupi*, adde, & in piſcibus lepradi, *in malo bonorum boni apparere ſtudent, mali nolunt, vt liceat plus malignari.*

*Ber. ſer. 66. in cant.*

### *Peccatoribus voluptates ſuauiſſimæ videntur, ſunt tamen amariſſimæ.*

519 *Producant aquæ reptile animæ viuentis*, Nempe piſces, quibus equidem comparamur, iuxta illud Chriſti Domini dictum diſcipulis, faciam vos fieri piſcatores hominum: ſed quid commune eſt inter piſces & homines? nam piſces ratione carent, qua mortales ſunt præditi, homines ducem ſequuntur, & piſces nullum, &c. Aduerte quod proprium piſcium eſt in aquis marinis habitare, quæ tametſi claræ & perlucidæ eſſe videntur, & ad bibendum inuitant, tamen amariſſimæ ac ſalſiſſimæ ſunt, & ſitim non extinguunt, ſed accendunt; quo notato rectè piſcibus homines peccatores conferuntur, quia ſicut piſces in aquis ſalſiſſimis tanquam in dulcibus degunt, ſic peccatores deliciis vtuntur tanquam ſi ſuauiſſimæ eſſent, quanquam amariſſimæ ſint: ita Car. Bellarm. conc. 1. in feſto S. Andr. *Homines peccatores nunquid non ſunt in ijs rebus immerſi, quæ pulchræ eſſe & dulces videntur, & tamen amaræ ſunt, ſalſæ, ſatiare & ſitim ſedare non poſſunt.*

*Math. 4.*

*Car. Bellar. con. 1. in feſ. S. Andr.*

### *Lachrymarum abundantia extinguit æſtum concupiſcentiæ.*

520 *Producant aquæ reptile*, Piſces nimirum, quorum plures immoderato calore nimium læduntur, qui ad aſcenſum caniculæ præ nimio pereunt, vnde fit quod in æſtate à calidis littoribus in mare fugiunt profundum, calor æſtatis (inquit Ioannes à S. Geminiano in ſua ſumma de exempl.) feruor & flamma eſt concupiſcentiæ carnalis, quæ niſi extinguitur piſces nempe homines interimit: ſed quomodo extinguenda? inſpice aſtutiam piſcium, in profundum mare ſe iniiciunt: *ſic* (inquit cit. auctor) *fugiendum: in profundum maris, id eſt ad abundantiam lachrymarum prouenientium ex amaritudine cordis, vt lachrymarum refrigerium extinguat concupiſcentiæ æſtum.*

*Ioan. à S. Gemini. in ſumma ſua de exemp.*

### *Voluit Deus vt vbique in eo ſpem noſtram collocemus.*

521 *Producant aquæ reptile animæ viuentis*, Miror quod piſces immanes & noxij fuerunt producti: nam gla-

A dij, ſerræ, balenæ, zigenæ, & alia huiuſmodi hominibus ſunt offenſiſſima, imo turtur maritima venenata admodum; ſicut enim vipereos, ſi quis calcauerit, grauiùs quam venenum nocere perhibetur, & immedicabile vulnus ſerpere, ita etiam turtur aculeo ſuo, mortua amplius quam viua periculi afferre memoratur. Lepuſculus quoque timidum in terris animal, citam, & quæ facile non poſſit auferri, corruptelam inuehit: quo poſito inquire quomodo Deus ſciens homines mare, vtilitatis gratiâ B nauigaturos, ita noxios piſces procreauit, qui poſſent eis damnum inferre? reſpondet ad rem D. Ambr. l. 5. hex. c. 10. *Noluit te creator nec in mari ſaltem ab inſidiantibus eſſe ſecurum, vt propter pauca quæ noceant, quaſi in excubiis poſitus fidei ſemper, & ſcuto deuotionis accinctus, à Domino tuo debeas ſalutis ſperare remedium.*

*Amb. li. 5. hexa. c. 10.*

### *In irrationabilibus exempla habemus vitandi inimicitias.*

522 *Producant aquæ reptile animæ viuentis*, Circa quo- C rum productionem miror, quod inimicitias inter ſe maximas gerant; minor enim apud illos fit eſca maioris, rurſus ipſe maior à validiore inuaditur & fit eſca alterius: quomodo Deus hoc ita voluit, vt qui alterum deglutiit, ab alio deglutiatur? nonne omnes ſunt creaturæ illius? reſpondet D. Ambr. lib. 5. hex. *In ſignum dati, vt in his noſtrorum morum vitia viſeremus & caueremus exempla, ne quis potior inuaderet inferiorem, daturus ipſe potentiori exemplum iniuriæ, tu piſcis es, qui viſcera inuadis aliena, qui demergis infimum, qui ſedentem perſequeris vſque in profundum, D caue ne dum illum ſequeris, incidas ipſe in validiorem, & deducat te in alienas inſidias, qui tuas vitat, priuſque tuam ſpectet ærumnam, qui te perſequente propriam formidabat.*

*Ambr. li. 5. hexam.*

### *Exemplo animalium docemur aliena non rapere.*

523 *Producant aquæ reptile animæ viuentis*, Piſces intelligimus circa quos miror, quod vnumquodque genus eorum præſcripta habeat domicilia, non eſt libera eis vagandi poteſtas, quamuis aut intercluſa montibus copia, aut fluuiis interlabentibus tranſi- E tus impeditur; ſed vſus naturæ impreſſus vnumquemque ſe tenere, & vltra incolas prodire fecit ſuſpectum, non incurſat alienis ſpatiis, vt ea quæ in illis reperiuntur, ſurripiat comedens: ad quid Deus hos piſces docuit intra ſuos limites ſe continere, nec alienos inuadere? vt videlicet hominum eſſent exempla, qui ſuis à natura datis non contenti aliena præſumunt ſurripere: ita D. Amb. libr. 5. hexa. c. 10. *Vicini nomen quibus audiunt auribus? quibus oculis intuentur poſſeſſiones eorum? quemadmodum dies noctesque excogitant, vt aliquid proximi auferant? quantum aliena à piſcibus auiditatis rapina, habent ſuas regiones & habitacula diſtributa, manent in his inoffenſo F vicinorum limite, & nobis longe aliena eſt ſententia, mutare exilio domos, incolarum faſtidio teneri, aduenarum captare gratiam transferre terminos perpetuos, quos poſuerunt patres noſtri, agrum ad agrum iungere, domum ad domum.*

*Ambr. li. 5. hexa. c. 10.*

### *Inuidiam curat Deus auertere.*

524 *Producant aquæ reptile, &c.* Nonne terram ſufficiebat exornaſſe floribus, plantis & arboribus, cœlum condecoraſſe ſyderibus? cur ergo præbet aquis ornamenta ex tantorum multitudine piſcium? certum eſt terram nobilius elementum non eſſe quam aquas, ſicque poſſent ſi capaces eſſent inuidiæ, terræ

inuidere, ſi ea condecorata floribus ipſæ piſcium A ornamentis deſtituerentur: optimè igitur non ſolum terram condecorat, ſed aquas exornat, vt omnis æmulatio & inuidia ſubtraheretur: fere conſentit D. Baſil hom.7. in Hexam. *Recepit terra ſuum ornamentum è germinibus ſuis, recepit & cælum ſidereum flores, & proinde atque geminorum aſpectibus oculorum, ſocietate maiorum luminum eſt duorum condecoratum, reſtabat vt & aquis ſuum ornamentum redderetur.* Quaſi diceret, non ſolum terra debuit exornari, ſed & aquæ, ne interea aliqua naſceretur æmulatio.

*Baſil ho. 7. in Gen.*

B

### *Verbum Dei efficaciſſimum eſt.*

525 *Producant aquæ reptile & volatile.* Numera ſi potes omnia piſcium genera, vel minutorum, vel etiam maximorum, infinita prope ſunt, quis auium ex eiſdem aquis procedentium multitudinem enumerare poteſt? Vnde tam cito tanta reptilium & volatilium multitudo prouenit? nonne dixit Deus producant aquæ reptile & volatile? quid mirum igitur tantam animalium copiam originem habere: nam C verbum Dei cum ſit efficaciſſimum, eorum effectiuum eſt. Fauet D. Chryſoſt. *Sicut de terra dixit, ſolum germinet, & varia mox & multiplex florum, herbarum, & ſeminum genera condita ſunt, quot neque ſermone recenſeri poſſent. Sicut & hic dixit: educant, & continuò tot reptilium genera condita ſunt, verbum quidem breue eſt, & verbum vnum, genera autem animalium diuerſa & varia, ſed nulla te admiratio teneat: verbum enim erat Dei, & ſermo ipſius, his quæ fiebant ſubſiſtentiam largitus eſt.*

*Chryſoſt. in Gen.*

### *Otium Deus abhorret.*

D

526 *Producant aquæ reptile.* Dubium moueri poteſt, vtrum hoc imperio Dei non ſolum amnes lacuſque fœcundi fuere, & mare varia reptilium genera parturiit, ſed etiam aquarum pars quæ tunc limoſa erat? Hæc enim generationi apta minime cenſeri debet; aſſero tamen ex ea ranas eductas eſſe & ſimilia reptilia, ne otio, quod Deus maxime abhorret, torpeſceret: accipe D. Baſil hom.7 in Hexam. *Non etiam aquarum pars, ea quæ limoſa tunc erat, atque paluſtris otio indulgebat, aut expers muneris officijque creationis remanſit: ſed inde ranæ ſtatim, inde culices emergebant, nam & ea quæ nunc fieri conſpiciuntur, præteritorum ſane ſunt argumenta.*

*Baſi. ho 7. in hexam.*

E

### *Qui aliena rapiunt non manent impuniti.*

*Producant aquæ reptile*, Inter piſces non ſolum
527 quidam limo, quidam alga veſcuntur, alios, aliæ in humore naſcentes herbæ delectant, ſed alter alterum deuorat, & minor apud illos eſca maioris efficitur. Quid quæſo, denotat piſcis alium deuorans, niſi ho- F mines vim inferioribus afferentes eorumque fortunas rapientes? ſed quis finis piſcis alterum comedentis? Forſitan hamus, aut rete. Si igitur piſcis quaſi ſui criminis pœnam non euadit, tenendum eſt ad eius ſimilitudinem hominem alterius bona deprædantem impunitum non remanere. Sic D. Baſil. *Caue ne finis idem tibi, qui piſcibus euenire crebro ſolet, occurrat: hamus forſitan, aut naſſa; aut etiam rete: & nos enim omnino cum multa peregerimus atque iniqua, iudicium illud extremum, pœnam illam vltimam, multamque non euitabimus.*

*Baſi. in Ge.*

### *Obedientiam nos docent creaturæ irrationales.*

*Producat aqua reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cœli*, Miror non dictum fuiſſe: & produxerunt reptile animæ viuentis, cum 528 certum ſit illico piſces aquas produxiſſe, & omnia alia reptilia, vnde hoc? Vt doceremur tam ſubitam & promptam fuiſſe earum obedientiam, vt non indigeat ſacer textus illam nobis retuliſſe: quod miratur D. Ambroſ. lib.5. Hexamet cap. 1. *Venit mandatum, & ſubito aqua iuſſis fundebatur in partus, generare flumina, viuificare lacus, mare ipſum cœpit diuerſa reptilium genera parturire, & ſecundùm genus effundere quodcunque formauerat*, & inuehens in nos ait, *diuinæ legi piſcis obſequitur, & omnes contradicunt, piſces ſolemniter obaudit mandata cæleſtia, & homines irrita faciunt Dei præcepta, an contemptibilis tibi videtur, quia mutus rationiſque expers? ſed vide ne tu tibi incipias eſſe contemptui, ſi irrationabilior deprehendaris.*

*Ambr. li. hexam.*

### *Prædeſtinati alij, alij autem reprobi.*

*Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſecundum genus ſuum.* Quid ſignificat quæſo, aues 529 & piſces commune principium habere, diuerſa loca vero ſortiri? piſces enim in aquis deorſum remanſerunt, aues autem in aëre; nonne aues deſignant aliquando iuſtos & ſanctos? Ita Richardus de ſancto Victore: nonne etiam piſces ſignificare ſolent peccatores? Iſa.5. Ezechiel. 38. Dico ego, ideo ex eodem principio produci aues & piſces, diuerſaque loca deinde habitare, vt ſignificetur, homines iuſtos & impios quamuis ex eadem maſſa progenitos, diuerſam tamen ſortem habituros, alij enim ſunt reprobi & alij prædeſtinati: ita Hugo de Sancto Victore lib. 1. de Sacramentis cap. 27. *Piſces & aues idem principium habuerunt nempe aquam, ſed diuerſa loca ſortiti ſunt. Sic de eadem maſſa, corruptibilis naturæ vniuerſa generis humani propago trahitur, ſed aliis deorſum in ea quanati ſunt corruptione iuſte derelictis, aliis ſurſum dono gratiæ ad ſortem cæleſtis patriæ eleuatis, iudicij ſeruatur æquitas.*

*Richar. à S. Vict. de ſecuritate conſcient. c. 18. Iſai. 5. Ezech. 38.*

*Hugo à S. Vict. l. 1. de ſacra. c. 27.*

### *Maximus honos nil aliud quam aqua fluens.*

*Producant aquæ reptile animæ viuentis.* Inter varia piſcium genera, non infimum locum obtinet 530 purpura, cum ornet regum conuiuia, & amictus præbeat; purpura ergo ſignum maieſtatis regiæ. Vnde reprehenditur ille diues in euangelio, quod veſtiretur purpura: nam vt optime ibi Caiet. Luc 16. peccatum luxus immoderato veſtitu exteriori ſignificatur, purpura enim regum non cuiuſque diuitis eſt. vnde Chriſtus Dominus in irriſionem veri regis veſte purpurea induitur, ſed quid ſignificat ſymbolum Regiæ maieſtatis ex aquis prouenire? declarat etiam honorem regium ſicut aquam eſſe labilem, vnde D. Ambroſ. lib. 5. hex. cap. 1. *Aquarum eſt igitur quod in regibus adoratur, aquarum eſt ſpecies illa quæ fulget.*

*Luc. 19.*

### *Fides bona opera habeat.*

*Producant aquæ volatile ſuper terram*, Inter aues 531 phœnicem ſcimus eſſe, cuius naturam deſcribens Ambroſ. ait, quæ cum ſibi finem eſſe aduerterit, facit ſibi thecam de thure, & myrrha & cæteris odoribus, exponens ſpiritualiter quid ſit theca, ait, theca fides tua; ſed cur hanc thecam variis odoribus replet?

Nonne boni odores virtutes adumbrant? optime ergo ducit natura phœnicem implere thecam odoribus, vt nos doceret virtutem habere non ſolam, ſed virtutibus & bonis operibus comitatam, ita D. Ambroſ. lib. 5. hexa. ca. 13. *Factus ô homo tibi thecam expolians veterem hominem cum actibus ſuis, nouum indue, theca tua fides eſt imple eam bonis virtutum tuarum odoribus, hoc eſt miſericordiæ, caſtitatis, atque iuſtitiæ, & in ipſa fidei penetralia ſuauis factorum præſtantium odore redolentia, totus ingredere, ea te amictum ſi te exitus vitæ huius inueniat, vt poſſint oſſa tua pingueſcere.* (Ambr. li. 5. hex. c. 13. ſer.)

*Exemplum in auibus dedit Deus viduitatis ſeruandæ.*

532. *Producant aquæ & volatile ſuper terram ſub firmamento cæli*, Ex auibus ergo nunc ſeligo turturem quæ vbi primi coniugis proprii fuerit amiſſione viduata, pertæſum thalamum & nomen habet coniugij, eo quod primus amor fefellerit eam, dilecti morte decepta iterare coniunctionem recuſat, nec pudoris iura aut complaciti viri reſoluit fœdera, illi ſoli ſuam charitatem reſeruat, illi cuſtodit nomen vxoris: nonne omnibus inditum eſt à natura generare ſibi ſimile: ſi ergo turtur vidua pullos nondum fouit, quomodo viduitatem ſeruat nolens alteri miſceri coniugi? idcirco lex hæc data fuit turturi, vt mulieres viduæ diſcant viduitatem ſeruare, & à ſecundis nuptiis abſtinere, ita D. Ambroſ. *Diſcite mulieres quanta ſit viduitatis gratia, quæ etiam in auibus prædicatur, turtur non vritur flore iuuentutis, non tentatur occaſionis illecebra, turtur neſcit primam fidem irritam facere, quia nouit caſtimoniam ſeruare, primæ connubij ſorte promiſſam.* (Ambr. li. 5. hexa.)

*Principes debent eſſe manſueti.*

533 *Producant aquæ volatile ſuper terram*, Inter volatilia non ſolum aues perfectas ſed etiam apes intelligimus, de quibus dicitur quod ſibi regem habent non ſorte, quia in ſorte euentus eſt non iudicium, & ſæpe irrationabili caſu melioribus vltimus quiſque præfertur, neque imperitæ multitudinis vulgari clamore ſignatur, quæ non merita virtutis expendit, nec publicæ vtilitatis emolumenta rimatur, ſed mobilitatis nutat incerto, Rex ipſe aculeum habet ſicut aliæ apes, tamen eo nullos offendit: cur aculeo ſuo offendentes non lædit? vt Reges & principes circa ſubditos ſuos doceant habere manſuetudinem: ita D. Ambroſ. lib. 5. exam. cap. 21. *Apibus Rex naturæ clarus formatur inſignibus, vt magnitudine corporis præſtet & ſpecie, tum quod in Rege præcipuum eſt, morum manſuetudine, nam etſi habet aculeum, tamen eo non vtitur ad vindicandum, ſunt enim leges naturæ nō ſcripta literis, ſed impreſſa moribus, vt leniores ſint ad puniendū qui maxima poteſtate potiuntur.* (Ambr. l. 5. hexa. c. 21.)

*Hæretici in luce nihil vident, ſed ſolum in tenebris.*

534 *Producant aquæ volatile.* Non ſolum diurnas aues ſed etiam nocturnas iuſſit Deus procreari, inter nocturnas autem locum tenet noctua, quæ magnis & glaucis oculorum pupillis nocturnarum tenebrarum caliginem non ſentit horrorem, quo fuerit nox obſcurior eo contra auium cæterarum inoffenſos exercet volatus; exorta autem die & circumfuſo ſplendore ſolis, viſus eius hebeſcitur, quaſi quibuſdam erret in tenebris, cùm oculos maximos habeat: quid ergo huiuſmodi noctuæ repræſentant? Nonne per oculos corporis, mentales intelligere poſſumus, per lucem & ſolem Chriſtum Dominum & Eccleſiã, per tenebras, errores fidei? aſſero ergo optime dictum, noctuas habentes oculos nihil videre in ſolis luce, ſed ſolum in tenebris, quia repræſentant hæreticos oculos carnis habentes, cæcutire autem circa ſolem Chriſtum Dominum & lucem Eccleſiam, ſoliſque in tenebris errorum & dogmatũ videre: ita D. Ambr. li. 5. hexam. cap. 34. *Aſide deny, perpetuæ cæcitatis tenebris implicantur, habent in proximo diem Chriſti, & Eccleſiæ lumen, nihil videntes aperiunt os, quaſi ſcientes omnia acuti ad vana, hebetes ad æterna, & longa diſputationis anfractum producentes inſcitia propria cæcitatem, itaque dum cupiunt ſubtilibus euolare ſermonibus, quaſi noctua in lumine euanuerunt.* (Ambr. li. 5. hexa. c. 34.)

*Homines, Angeli fiunt baptiſmate.*

535 *Producant aquæ volatile ſuper terram ſub firmamento cæli*, Cur prius reptile quam volatile appoſuit? per aquas certum eſt baptiſmum repræſentari, per reptilia homines terreſtres, per volatilia Angelos, ex illo Iob, volucres cæli latet, id eſt Angelos Dico ergo ideo optime prius appoſitum fuiſſe aquatile quã volatile, quia repens mens humana, vbi aquam baptiſmi attigit, volucris ſiue Angelus gratiâ efficitur, ita D Anaſt. Syn. lib. 5. hexam. *Collocat piſces ante volucres dicens nobis Deus, quod reptilia & quæ humi, & in terra verſantur, animæ ſunt volucres cæli, volantes ſuper terram ſecundum firmamentum cæli, & admirationem omnium ſpiritualem Angelorum oſtendunt vitam, cuiuſmodi eſt illa volucris quæ volauit vſque ad tertium cælum, & dixit noſtra conuerſatio in cælis eſt.* (Anaſt. Syn. li. 5. hexam.)

*Aues rationem futuram docent.*

536 *Producant aquæ volatile ſuper terram*, Inter volatilia teſtis eſt D. Ambroſ. annumerari phœnicem, quæ cum finem ſibi adeſſe aduertit, facit ſibi thecam de thure & myrrha & cæteris odoribus, in quã impleto vitæ ſuæ tempore intrat, & moritur, de cuius humore carnis, vermis exurgit, paulatimque adoleſcit, & proceſſu ſtatuti temporis, induit alarum remigia, atque in ſuperioris auis ſpeciem formamque reparatur: quid Deus per hanc autem vult nos docere? non enim inter alias aues huius naturæ ſine vtilitate eſſe voluit, vt hoc modo reſurrectionem noſtram perſuaderet poſſibilem, & ideo credendam, ita D. Ambr. lib. 3. hexam 23 *Doceat nos hæc auis vel exemplo ſui, reſurrectionem credere, quæ & ſine exemplo & rationis perceptione, ipſa ſibi inſignia reſurrectionis inſtaurat, & vtique aues propter hominem ſunt, non homo propter aues, ſit igitur exemplo nobis quia auctor & creator auium ſanctos ſuos in perpetuum perire non patitur, qui auem vnicam perire non paſſus eam ſui ſemine voluit reparari.* (Ambr. l. 3. hexa. c. 23)

*A creaturis inſtruimur ad virtutem ſecundam.*

537 *Producant & volatile ſuper terram*, Inter eas aues variæ ſunt quarum plures non deſeruiunt hominis volitati, nec quoad cibum, nec quoad veſtitum, nec ſuis cantibus quoad voluptatem, exemplo ſit ciconia, & aliæ plurimæ: cur ergo eas procreauit: ita voluit Deus vt ab eis ad mores noſtros, & ad virtutem ſequenda inſtruamur: ita Procopius, *Semper à vilioribus eis qui ad imaginem Dei formatus eſt, docetur, & ad diligentiam incitamur*, ſed quæ ſunt illa auium ad-

miranda ingenia quibus inſtruimur? lege D. Ambr. ſed non me pigebit aliqua illius exempla ex pluribus in medium proponere ad noſtram inſtructionem, ait ergo: *A quibus nempe gruibus ſeruatur ordo militia, ſiue cum nocte excubias agunt, ſiue cum interdiu facto agmine incedunt ordinatiſsime.* Medium illud eſt ad hominum vel deſidiam, vel ſuperbiam vellicandam, quod ſingulæ obeant munia, & quæ prima duxit agmen, poſtrema ſubinde ſit, & quæ principatum inter omnes geſſit, ſuccedente ſibi in dignitate vicaria, ſponte in ordinem redigatur, & quæ in volatu præferens agmen, aut in excubiis pernoctauit, pauliſper deinde quieſcat: vnde nos alloquens, ait eodem in cap. 15. *Quem inuenias hominum quiſponte deponat imperium, & ducatus ſui cedat inſigne, fiatque volens numero poſtremus ex primo; nos autem non ſolum de primo, ſed etiam de medio ſæpe contendimus, & primos diſcubitus in conuiuio vendicamus, ac ſi ſemel delatum fuerit, volumus eſſe* A *perpetuum, ideo inter grues æquanimitas in laboribus eſt humilitas in poteſtatibus.*

Ambr. li. 5. eexac. c. 15.

*Noſtræ humilitatis, & vtilitatis admonemur.*

538 *Producant aquæ volatile ſuper terram* Non poſſum non mirari aquas cryſtallinas puriſſimum elementum, auium viliſſimarum, imo & reptilium venenatorum matrem eſſe, cum Deus hominem inter creaturas omnes nobiliſſimum ex limo terræ & viliſſimo puluere & abiectiſſimo creauerit: cur igitur creaturis ignobilibus tam nobile principium conceſſit, homini autem nobiliſſimo tam ignobile? vt homo tam viliſſimi principii memor, humilitatem amplectatur: accipe D. Hiero. Epiſt. 7. de viro perfecto, *vt ſicut homo de ſua origine gloriari nequeat, erubeſcere autem poſsit.* Hier. Epi. 7.

*VARIETAS VERSIONVM VERS. XXI.*

*Vlg.* Creauitque Deus cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem, quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundum genus ſuum, & vidit Deus quod eſſet bonum.

*Septuag.* Et fecit Deus cetos magnos, & omnem animam animalium reptilium, quæ produxerunt aquæ ſecundum genera eorum, & omne volatile pennatum ſecundum genus ſuum, B & vidit Deus quia bona ſunt.

*Cald.* Et creauit Deus colubros magnos, & omnem animam viuentem reptilium, quæ produxerunt aquæ ſecundum ſpecies ſuas & omnem volucrem quæ volet,

*Caietanus*, Creauit ſerpentes grandes, & omnem animam quæ repens quam reptificauerunt aquæ generibus ſuis, & omne volatile in genere ſuo.

*Lippo.* Et fecit dracones magnos.

*CONCORDIA VERSIONVM.*

HAthaninim התנינם proprie dracones ſignificant, & ſerpentes vel colubros, tamen & piſces qui eximiæ magnitudinis & formæ ſunt, etiam denotant vt cete & alios piſces maximos, qui nihil aliud ſunt in aquis quam dracones & ſerpentes in terris? nec hoc abſurdum tibi videatur, inuenimus enim alibi ingentes piſces dracones vocari, vt Pſalm. 148. dracones & omnes abyſſi. per abyſſos aquas copioſiſſimas intelligens per dracones maximos piſces; nam dracones terreſtres eodem loco citat remes id eſt ſerpẽtes: licet ſit bara in Hebræo, id eſt creauit, tamen alij vertere apte fecit, non enim ex nihilo producta ſunt ceti ſed ex aquis.

EXPOSITIO VERSVS.

CREAVITQVE *Deus cete grandia*, per cete non vna aliqua ſpecies piſcium intelligitur, ſed omnes grandioris formæ & vaſtioris corporis, ſi autem mentionem fecerit Moyſes cetium ſeu balenarum, cum tamen in plantis, ſiue animalibus ſpeciei nullius meminerit, ideo eſt quia non ita in aliis ac in piſcibus inueniuntur, quæ tam prodigioſam, & incredibilem corporis molem habeant.

*Et omnem animam viuentem & motabilem*, Per motabilem intelligit animam, quæ eſt principium mo- C tus localis, vt diſcernat inter opus diei tertiæ & iſtius, nempe quintæ: nam tertia die viuentia fuere producta, in plantis enim & arboribus vegetatiua, ineſt, ſed non mobilis ſecundum locum, *quam produxerant aquæ*, id eſt. quam produxerunt aquæ poſtea, ſcilicet poſtquã Deus creauit *ſpecies ſuas*, non enim ſicut natura humana quæ ſpecie, infima eſt, & ſolum habet ſub ſe indiuidua. ſic piſces & aues, variis enim ſpeciebus diſtinguuntur.

CONCEPTVS

*Deus nihil ex neceſsitate, ſed liberè produxit.*

539 CREAVIT *Deus cete grandia*, Si Deus dixerat antea, producant aquæ reptile animæ viuentis, per reptilia autem piſces intelliguntur, in quorum numero cete comprehendi nemini eſt dubium, cur ſpecialiter productionis ſolius cete mentionem fecit Moyſes? Nota aliquos exiſtimaſſe cete D & ſimilia in magnitudine animalia, non ex conſilio Dei, ſed per accidens tanquam ex neceſſitate materiæ producta fuiſſe: vt ſcias igitur Deum ingentium maris beſtiarum creatorem fuiſſe liberum, ſpecialiter, addit Moyſes, & creauit Deus cete grãdia: teſtis eſt Caietan. dicens, *mem mit: in primis draconum grandium, ad tollendum errorem exiſtimantiũ huiuſmodi animalia non eſſe producta ex intentione diuina, ſed velut ex neceſsitate materiæ.*

*Deus cum cauſis ſecundis concurrit.*

540 *Creauit Deus cete grandia, & omnem animam motabilem*, Si creauit Deus omnem animam viuentem atque motabilem, certè aquæ illam non produxêre, cum tamen illis hoc præceptum à Deo datum fuerit, producant aquæ reptile: cur igitur dictũ eſt quod ea quæ produxerunt aquæ, illa Deus ſimiliter creauit? vt certe agnoſcas cauſas ſecundas ſine concurſu Dei non operari, ſed ſimul cum illo. Thomæ Anglici eſt obſeruatio: *Aduerte ndum quod dicitur quod Deus illud creauit, & quod aquæ produxerunt, vt concludatur quod nulla creatura in ſua actione cauſam primam excludit, ex quo eum productione aquæ eandem produxit.*

*Thom. Anglic. in Gen.*

*Non ſolum in maximis, ſed præcipue in paruis elucet Dei magnificentia.*

541 *Creauit Deus cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem*, Certe minutiſſima ſunt inter piſces animalia, cur quæſo ita exigua Deus voluit aquas producere? in eis enim non ita apparere videtur Dei omnipotentia, faciliori enim modo parua fiunt quã maxima: certe deciperis, in paruis enim magis elucet magnificentia Dei quam in maximis? Audi Tertull. lib. 1. contra Marcion. cap. 14. *Cum & animalia irrides minutiora, quam maximus artifex, de induſtria ingenijs aut viribus ampliauit, ſic magnitudinem in mediocritate probare docens, imitare ſi potes opus ædificia formicæ ſtabula, araneæ retia, bombicis ſtamina.*

*Tert. lib. 1. contra Marcion. ca. 14.*

*Deus per ſe eximia facit.*

542 *Creauit Deus cete grandia*, Si dictum eſt verſu præcedenti quod producerent aquæ reptile, quomodo non iuſſit ſimiliter Deus vt producerent cete? piſces enim ſunt. Sed obſerua eximiæ magnitudinis eſſe, ita vt teſte D. Theod. ſæpe inſularum præbeant ſpeciem, ſi quando in ſummos fluctus enatarint: non igitur dictum, producant aquæ, ſed creauit Deus, quia eximia per ſe Deus operatur: ita Genna in cat. inquit, *In quo notandum, Deũ non dixiſſe producant aquæ cete; ſed Deum per ſe illa feciſſe, omnia ſcilicet eximia magnitudine prædita, quæ in aquis degunt.*

*Gen. in cat. lipp.*

C

*Deus omnium creator vult videri.*

543 *Creauit Deus cete grandia*, Cur memorat hoc genus piſcium maximum? cum nec volucres, nec ſtirpes proprio nomine commemorauerit? Dices quia in nullo genere eſt animal adeo vaſtum nec ita prodigioſæ magnitudinis, vt in piſcibus: ſed addo non ſine myſterio cete inter alios piſces nominaſſe, ſed vt ſignificaret Moyſes Deum omnium creatorem eſſe: ſi enim ita ingentes piſces produxit, multo facilius tibi perſuaſum erit exiguos feciſſe. *Dum meminit* (inquit Theod.) *cetorum qui excellunt magnitudine, ſatis euidens eſt etiam minores piſces ab ipſo creatus ſolo iuſſu.*

D

*Theo. in Gen.*

*Pater æternus genuit filium ſibi ſimilem.*

544 *Creauit cete grandia, &c. quæ produxerunt aquæ ſecundum ſpecies ſuas*, nõne Iudæi negant patrẽ conſubſtantiale ſibi produxiſſe verbum, hæretici autem nempe Arriani filium habere; ſed omnino diſſimilem aſſerunt, quomodo igitur Deus qui in ſe ſterilis eſt (vt volunt aliqui) vel qui filium habet, ſed diſſimilem, potuit virtutem conferre non ſolum animaA libus ſed etiam plantis & piſcibus, vt ſecundum ſpeciem vel genus ſuum ſibi ſimile producerent? imo ex hoc efficax argumentatio contra hæreticos deducitur, qui inſana libidine in Eccleſiaſtica dogmata inuehendi, deliramenta adeo aberrantia effutire non verecundantur, vt dicant Deum patrem infœcundum eſſe, vel ſi filium produxerit, minorem & ſibi inæqualem habuerit; ſed non omittenda aurea verba Rupert. lib. 1. in Geneſ cap 38. *Quærimus à Iudæis, pariterque ab hæreticis, quicunque impio ſenſu Deum patrem omnino ſterilem eſſe volunt negantes eum conſubſtantiale ſibi protuliſſe verbum, non credentes eum coæqualem ſibi genuiſſe filium. Vos Iudæi nullum, vos Ariani diſſimilem dicitis illum habere filium. Vnde ergo non ſolum animantibus; ſed etiam herbis terræ dedit habere ſingulis in ſemetipſis ſemen generis ſui, ſi in ſemetipſo nihil talis natura vel vigoris habuit? ſcitis igitur vnicornem quod Behemot, id eſt animal ſcilicet diabolus ſicut bos comedat: ſcitis inquã ſicut ligna ſyluarum quæ fructum non ferunt, ad nihil vtilia niſi vt excidantur & in ignem mittantur, quicunque Deum creatorem omnium, aut nullam aut diſſimilem ſibi genuiſſe blaſphemantes, dicitis filium. Natura Dei namque ſterilis eſt. quæ creatura ſua fertilitatem dedit, neque genitura eius degenerauit vt gigneret aliud Deus quàm Deum, qui dixit & factum eſt, vt vnumquodque lignorum ſeue herbarum afferret in ſemetipſo ſemen, non aliud quam ſecundum genus ſuum.*

*Rup. l. 1. in Gen. ca 38.*

*Iob. 4. Math. 7.*

*Ex creaturarum productione potentiam Dei & benignitatem poſſumus admirari.*

*Creauit Deus cete grandia & omnem animam viuentem atque motabilem*, Sed dices cuius gratia tot ſunt piſces in mari a quibus nullam vtilitatem accipimus? nec ad cibum nec ad veſtitum, nec ad aliquid aliud? dico tamen nullam creaturam vtilitate carere, vnde D. Chryſoſt hom 7. in Gen. non quia tu ignoras rationem factorum, accuſandæ ſunt creaturæ, audiſtis Dominum laudantem ſua ſententia dicentem, quod bonæ ſint, & quomodo tu inſanus dicere audes quare factæ ſunt? ſed (ô Chryſoſt.) concedo Deum illas laudaſſe & optimas eſſe, ſed quem fructum ex eis carpere poſſum cum propter hominem omnia ſint? Audias Chryſoſt. *Potes ex eorum creatione, benignitatem, & potentiam addiſcere, potentiam, quia ſermone & præcepto ex aquis talia animantia produci fecit; benignitatem autem, vt ea produxit, propriam eis regionem attribuit, ita vt nemini poſſent nocere, ſed ſui ſpectaculo ſupereminentem opificis potentiam docent.* 545

C

*Chryſ. 7. in Gen.*

D

*Creaturæ nos prouocant ad admirandam mundi creationem.*

*Creauit cete grandia*, Per cete omne draconum genus intelligitur, cuius quæſo gratiã cete ſunt facta? nobis enim nullo modo neceſſaria: nam quid commodi ex eorum creatione? Nota quod non omnia creata ſunt vt ſpecialiter ſeruiant homini, dic ergo aliqua eſſe creata vt cete vaſtæ magnitudinis, & formæ prodigioſæ, vt magnitudine corporis ſui prouocent nos ad contemplandam & admirandam mundi creationem: ita Procop *Quædam animalia à Deo formata ſunt vt inſeruiant homini, quædam vt nos inducant in ſpeculationẽ & contemplationem miraculoſa mundi creationis, quædam vt nos timore percellant, quædã ne metu omnis vacui negligentia obtorpeamus.* 546

*Proco. Gaz. in Gen.*

### *Prædeſtinatis omnia cooperantur in bonum.*

*Creauit Deus cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem,* Certum eſt quod literaliter iuſſu Dei producuntur ab aquis reptilia & volantia, myſticè autem Orige. per animam motabilem, ſeu vt habent ſept. reptilium animatum viuentium, intelligit malas cogitationes, per volatile bonas, per cete, draconem magnum & ſatanam. Dificultas ergo eſt in verbis ſubſequentibus, nẽpe vidit Deus quod eſſet bonum, vel vt habent ſeptuag. vidit Deus quod eſſent bona: ſi ergo ſunt bona reptilia, quomodo in malam partem ſumimus, nempe pro cogitationibus malis? non inficior in ſe malas eſſe, ſed reſpectu electorum quibus omnia cooperantur in bonum, bonas eſſe: ita Orig. hom. 1. *Ipſis ſanctis bona ſunt ea quæ illis aduerſantur, quia vincere ea poſſunt, & cum ea vicerint, maioris gloriæ efficiuntur apud Deum.* & paulo infra *quare non eſt ſcriptum & dixit Deus quia bona ſunt, ſed vidit Deus quia bona ſunt, id eſt vidit vtilitatem eorum, quia cum eſſent per ſe talia, bonos tamen poſſunt facere optimos.*

*Orig. ho. 1. in Gen.*

### *Maximè nos decet Deo eſſe gratos.*

547 *Et creauit Deus omnem animam viuentem atque motabilem* Certe plures ex piſcibus & auibus hominum alimento deſeruiunt, nonne ſatis erat Deum produxiſſe fructus terræ in neceſſarios cibos eorum, cum ſciret perplures eis male vſuros? & quamuis nullus abuteretur, cur poſt hominis formationem non diſtulit eorum productionem? ante creauit cibos delicatiſſimos piſcium & auium, vt ſic hominem ad immenſas ei grates referendas admoneret, cum ante ſuam creationem non ſolum neceſſaria, ſed & iucunda diſpoſuerit, ſic Ferus, *Cibos delitioſos piſcium & auium homini præparauit, etiam antequam eum crearet, vt vel ſic ad maiorem gratitudinẽ prouocaret.*

*Joan. Fer. in Gen.*

### *Homo creatus eſt ad immortalitatem.*

548 *Creauit Deus cete grandia & omnem animam viuentem atque motabilem,* cur addidit motabilem? Hugo de ſancto Victor. in Geneſim cap. 6. exponit motabilem de eſſe ad non eſſe, cur de eſſe ad non eſſe motabilem creaturam produxit, cum potius immutabilem deberet formare tanquam perfectiorẽ? ita factum eſt ad differentiam hominis cuius anima ad immortalitatem eſt creata: ita ſupradictus Hugo, *Quidquid nempe factum eſt, fecit Deus ad mutationem & mortem, hominem vero ad immortalitatem.*

*Hug. Vict. c. 7. in Gen.*

### *Patientiſſimi debemus eſſe piſcium exemplo.*

549 *Creauitque Deus cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas,* Quid ſignificat productio piſcium & quid illi deſignant? Caſſiodorus lib. de amicitia, explicat quomodo piſces in medio maris tempeſtatibus aguntur innumeris, & tamen patienter ſuſtinẽt tacentes & muti, quomodo tota tempeſtates tolerant, & non indigne ferunt? vt eorum exemplo patientes in iniuriis ferendis inſtruamur: ſic cit. auctor, *Fortitudo fit dies quintus, per quam in hoc mari magno & ſpatioſo, quaſi piſces ſpirituales procelloſa fluctuum molimina toleremus, & cohibeamus linguæ lubricum ſub cenſura ſilentij.*

*Caſſiod. li. de amicitia.*

### *Finis auari in barathrum corruere.*

*Creauit Deus cete grandia,* De quibus loquens in 550
malam partẽ Steph. Cantua. cit. in Alleg. Tilm. ait: *Nota quod ludus ceti ſignum eſt tempeſtatis, ita gaudium diuitum ſignum tempeſtatis æternæ,* neſcio quid cõmune habet ludus ceti & gaudium diuitum; ita vt ſicut ille ludus piſcis magnitudinis eximiæ ſignum eſt tempeſtatis in mari, ita gaudium diuitum damnationis ęternæ ſignum: Certe maxima inter vtrumque conuenientia, quia auarorum ludus eſt ingentibus faucibus per ſpacioſum hoc mundi mare in cæterorum morem cunctas opes deglutire; at cum ipſi ludunt, præſignificant futuram tempeſtatem, quoniam contra ſe diuinam prouocant ſuis cupiditatibus iuſtitiam, vt ſępius immatura morte pręuenti in barathrum corruant.

*Steph. Cantu. in Alle. Til. in Gen.*

### *Iuſti in tribulatione gaudent.*

*Creauit Deus cete grandia,* Experientia conſtat in tempeſtate ludere, quaſi gaudio ex procella & mentis agitatione afficerentur: ſi piſces ab aquis geniti 551
Chriſticolæ baptiſmatis ſacro fonte renati nuncupantur, liquido certe heroes, ſubliméſque in ſacra religione, quales ſunt eximij iuſti, certe poſſunt appellari: ſed ſi certe oborta tempeſtate lætantur, quomodo hoc iuſtis conuenire poteſt, cum ſint amatores pacis? Aduerte tempeſtate tribulationem qua quaſi procellis iuſti agitantur, intelligi; recte igitur cæterorum in tempeſtate gaudium iuſtis conuenit, quia ex tribulatione non contriſtantur, ſed lætitia afficiuntur, *Cetus,* inquit Steph. Cant. *gaudet in tempeſtate, ſanct. in tribulatione.*

*Steph. Cant. Al. Tilm.*

### *Matres in filios pietatem à creatura irrationali diſcant.*

*Creauit cete grandia,* De quibus Ambr. l. 5. hex. c. 3. 552
hęc habet verba: Cete ingentia, delphines & phocæ, aliaque cætera eiuſmodi cum ediderint partus, ſi quid forte inſidiarum terroriſque præſenſerint, circa catulos ſuos quenquam moliri, quo tueantur eos, vel teneræ ætatis pauorem materno affectu comprimant, aperire ora & innoxios partus ſuo dente ſuſpendente, interno quoque recipere corpore, & genitali feruntur alueo abſcondere] nonne creaturæ rationales ſunt piſcibus longe ſuperiores in perfectione: quomodo igitur quędam matres inueniuntur, quę non ſolum in alendis filiis laſſantur, aut nutricibus pręhent alendos delitiis indulgendi gratia, ſed quod omni immanitate crudelius, vel ſuffocant, vel eos crudeliter comprimunt, vel nouarum nuptiarum cupidæ, ſeu viri odio laceſſitæ ſponte eos interimunt, vel fame oppreſſæ in fruſtula concidunt, & concoctos deuorant; vt immanitas creaturę rationalis pręirrationali denotetur, & vt pietatẽ matres erga filios á piſcibus ipſis ediſcant, qui fœtus etiam ſuos vt ab inſidiis vel morte liberent, blandè in vtero iterum cõcludunt: ſed non omittamus verba Ambr. *Quis humanus affectus hanc piſcium pietatẽ poſſit imitari: oſcula nobis ſatietati ſunt, illis non ſatis eſt aperire viſcera, natoſque recipere, ac reuocare integros, atque iterũ fotu quodã eos ſui caloris animare, & ſpiritu alere; duoſque in corpore vno viuere, donec aut ſecuritatem deferant, aut corporis ſui obiectu natos ſuos defendant periculis: quis hæc videns, etſi poſſit obtinere, non tanta piſcium pietati cedat? quis non miretur, & ſtupeat? ſeruat natura in piſcibus, quod non ſeruat in hominibus. Pleraque ex ſuſpicione nouercalibus*

*Ambr. li. 5. hexa. c. 3a.*

*ſibus odiis appetitos ſuos occiderunt filios, aliæ in fame, vt legimus, partus proprios comederunt humanis pignoribus mater ſepulchrum facta eſt, piſcium proli parentis eſt vterus, ſicut murus, vallo quodam interiorum viſcerum pignora inoffenſa conſeruat.*

### *Opera noſtra celanda conſpectui hominum, & non inaniter aperienda.*

553 Baſil. ho. 7. in Geneſ. *Creauit omnem animam motabilem & omne volatile,* D. Baſil. hom. 7. in hexam. de fœtu piſcium ſic diſſerit, *Multa in vniuſcuiuſque generis ſucceſſione, differentia, nam ouis plurimis piſcium perinde vt aues incubant, ſed aqua ſuſceptum editum ouum animal nullo prorſus exhibito negotio fecit:* Cur aues ſuis incubant ouis, piſces autem aquis cõmittunt? per piſces poſſunt intelligi inanis gloriæ cupidi, per aues autem iuſti per oua quis dubitat opera noſtra nõ ſignificari? ne ſciſcitemur igitur cur oua piſces non fouent, ſed aquis (quibus vulgus deuoratur) committunt, aues autem eis incubant, quia iuſti veluti aues fœtus ſuos & opera, in nidis in conſciẽtiis vtique ſuis cõcludunt, ſtudentea ſoli Deo placere, inanis autem gloriæ cupidi vt piſces aquis oua ſua relinquunt, nempe vulgo cæco ſeu adulatorum turbæ inconſtanti, vt ea falſis laudibus & adulationis titulatione foueant.

### *In rebus terrenis nil ſolidum, ſola rerum apparentia.*

554 Abacuc. 1. *Creauit omnem animam metabilem,* Piſces videlicet quibus homines confert Abacuc, cap. 1. & *facies hominis quaſi piſces:* cur piſcibus in profundo pelago habitantibus homines ſuper terram degentes comparat? aduerte quod videntur in aquis ſydera tanquam in ſpeculis repræſentari, adeo vt mare ſecum videatur habere ſolem, lunam, & ſtellas, ad quas currunt piſces tanta aſtrorum pulchritudine delectati, & imaginibus ſimulachriſque aſtrorum altiora verioraque ignorantes gaudent: de quibus

Naziã. ad virginem. Nazianzenus carmine ad virginem.

*Cum ſol innitidis, Phœbeque, & ſydera limbis*
*Piſcibus irradiant, quanquam non illa, ſed vmbra*
*Vanaque proſpiciunt, veri ſimulach arenoſi,*
*Lætanturque vmbris & imagine lucis inani.*

Quo profecto rectè homines piſcibus comparantur, quia in mundi huius pelago, velut piſces natantes ad ſolas currunt imagines, & ſimulachra, nihilque lucidum & præclarum in illis apparet, quod verum ſit, & ſolidum, ſed inane verorum ſimulachrum merito dicebat Paulus 1. ad Corint. 7. *præterit figura*

1. Ad Cor. 7. *huius mundi:* quidquid enim in mundo viſitur, ſie gures ſolum eſt, & inane ſimulachrum, quod mundialiſſimus regum Salomon faſſus fuit illis verbis

Ecclef. 1. Ecclef. 1. *vanitas vanitatum, & omnia vanitas,* ex

Chryſoſt. ad Eutrop. quibus, ait D. Chryſoſt. ad Eutropium, *Hunc verſiculum ſi ſaperent, qui in poteſtate ſunt, in parietibus omnibus & in veſtibus ſcriberent, in foro, in domo, in ianuis, in ingreſſibus, & ante omnia in conſcientiis ſuis, vt ſemper eum oculis cernerent, & corde ſentirent: quoniam quidem multa ſunt rerum facies, multa imagines falſæ, quæ decipiunt incautos, imagines ſunt & inania ſimulachra, quæcunque ad gloriam faciunt humanam.*

### *Bona temporalia nocumentum animæ inferunt.*

*Creauit omnem animam motabilem, & volatile,* Piſ-

555 ces plurimi & aues facile hamo vel retibus deci-

A piuntur, vt legimus in Ecclef. c. 9. verſ. 12. *ſicut piſces capiuntur hamo, & ſicut aues laqueo comprehenduntur, ſic capiuntur homines in tempore malo:* ſed homines piſcibus & auibus cõparantur quoad capturam? Aduerte quod piſcis & auis aliqua ſpe oblectãte decipiuntur, & quo ſuauior hamus & auidius deuoratus, eò exitialius & ineuitabilius nocet: dicamus igitur rectè mortales piſcibus & auibus qui hamo vel retibus capiuntur, conferri, quia ſicut piſces & aues aliqua ſpe oblectaute decipiuntur & necantur, ſic homines mundanarum rerum hamis qui eis mortem inferunt, capiuntur: *Laqueus in hamo* (inquit D. Ambr. lib. de bono mortis c. 5.) *viſcum*

Ecclef. c. 9

Ambr. li. de bono mortis cap. 5

B *eſt in argento, nexus in prædio, clauus in amore, dum aurum petimus, ſtrangulamur: dum argentum petimus in viſco eius hæremus, dum prædium inuadimus, alligamur, quid in vanum quærimus lucrum pretioſa animæ detrimentum.*

### *Qui alienos inuadunt thalamos, viperis ſimiles ſunt.*

*Creauit omnem animam motabilem,* Murenam non dubitas inter piſces locum habere, quæ è gurgite vaſto inuitat ad complexus viperam, genus ſerpen- 556

C tum omnium exitioſiſſimum, quæ complexibus eius fruitur, ſymbolum certe eorum qui adulteram degunt vitam: ſed cur viperæ, & non alio minus inſenſo ſerpenti cohabitat? neſcio ſi id contigit, vt qui alienos habitant thalamos, ſciant, nomen & naturam viperarum ſortiti: ſic D. Amb. lib. 5. hex. cap. 7. *Diſcite ò viri, qui alienam permolere quærit vxorem, cuius ſerpentis ſibi aſciſcere cupiat contubernium, cui etiam comparandus ſerpenti ſit,* & D. Baſil. hom. 7. hex. *Diſcant iſ qui alienis inſidiantur nuptiis, cuinam reptili ſint ſimiles.*

D. Euſtath. com. in hex.

D *Adulator fugiendus, tanquam maximè nociuus.*

*Creauit omnem animam motabilem quam produxerunt aquæ,* Produxerunt etiam inter alios piſces polybum, de quo diſſerens D. Euſtat comm. in hex. ait *Polybus ad ſimilitudinem loci quem attingit, colorem mutat, adnatanteſque piſciculos ad prædam venatur:* non dubium eſt adulatorem polybo deſignari, ſiquidem ad ſimilitudinem eorum quibus familiariter agit, colorem vel morum ſpeciem mutat: verba enim aliorum, imo & ſonum imitatur, vt canat cum canentibus, ingemiſcat cum gementibus, rideat cum ridentibus, &c. cum iuſtis æquitatem ſimulat, cum

E peccatoribus vitia: ſed cur polybus ad ſimilitudinem loci colorem mutans ita crudelis, vt incautos piſces capiat & interimat? vt nobis ingenium adulatoris noteſcat, qui in aliorum morum ſe transfert ſimilitudinem, vt eos decipiat, rapiat, imo & animæ mortem inferat. *Similes ſunt* (inquit D. Ambro. lib. 5. hex. c. 8. *polybo, qui ingenium ſuum ſæpe commutant, & diuerſas nocendi artes mouent, vt ſingulorum mentes ſenſuſque pertentent, cum continentibus continentiam prædicantes, in cœtu intemperatum tãquam deniq; ab ſtudio caſtitatis, & demerſi intemperantiæ volutabris: vt qui eos audiunt aut vident, incauta facilitate ſe credant, eoque*

Ambr. li. 5. hexam. c. 8.

F *citius labuntur, dum diſtinguere non norunt, nec cauere quod nocent: dum grauior fit & magis noxia improbitas benignitatis obumbrata velamine, & ideò cauendi ſunt qui crines ſuæ fraudis, & brachia longe lateque diſpergunt, vel ſpeciem induunt multiformem. Et iſti enim polybi ſunt, nexus plurimos habentes, & calidorum ingeniorum veſtigia, quibus irretire poſſint quidquid in ſcopulos ſuæ fraudis inciderit.*

### *Deiparam ſine viro peperiſſe, etiam naturæ exemplo comprobari poteſt.*

558 *Creauit & omne volatile ſecundum genus ſuum.* Non eſt dubium potuiſſe Deum vniuerſi ſatorem ſpecies aliquas alitum ſtatuere, quæ ſine connubiis filios procreent, hoc in vulture comperimus, de qua Euſtat. comm. in heaam. *Vultur vento concipit, neque cum mari corpus commiſcet, viuitque annis centum.* Idem teſtantur Patres, D. Amb. lib. 5 hex. c. 20. D. Baſ. & alij.
*Baſil. ho. 7. hexam.*
Si ergo id auctor naturæ vulturibus contulit, vt ex ſolo vento conciperent, concubitui non indulgentes, cur Deiparæ id denegaſſe noſtræ religionis irriſores impudenter mentiuntur? Cúrque non aſſeremus Spiritu ſancto quaſi ſuauiſſimi venti flatu concepiſſe & peperiſſe? ſed Ambroſ. audiamus hoc non minori pietate quàm elegantia aperientem:
*D. Ambr.*
*Quid aiunt qui ſolēt noſtra ridere myſteria, cum audiunt: quod virgo generauit, & impoſſibilem innupta, cuius pudorem nulla viri conſuetudo temeraſſet, exiſtimant partum? impoſſibile putatur in Dei matre, quòd in vulturibus poſſibile non negatur? Auis ſine maſculo parit, & nullus refellit, & quia Virgo Maria peperit, pudori eius faciunt quæſtionem. Non aduertimus quod Dominus ex ipſa natura plurima exempla ante præmiſit, quibus ſuſceptæ incarnationis decorem probaret, & adſtrueret veritatem.*

### *Scientia diuinorum excreſcit ſummopere ex affectionum abnegatione, necnon ex candore animæ.*

559 *Creauit & omne volatile ſecundum genus ſuum,* Inter volatilia non infimum locum obtinet columba, cum quia in cibis delicatiſſima, tum quia maxime fœcunda, tum quia domeſtica, cuius præcipue oculi in ſacris etiam eloquiis laudibus efferuntur: ſponſus enim decorem dilectę oculis columbarum confert, ecce tu pulchra es, inquit c. 1. Cant. *oculi tui columbarum:* ſed vt conceptum exprimere poſſimus, aduerte quod ſponſa quaſi de nouo aliqua lux cognitionis ei illuxiſſet, decorem & pulchritudinem ſpōſi optime cognouit, dicens, ecce tu pulcher dilecte mi & decorus, & ideo ſponſus oculos eius columbarum oculis comparat. hoc poſito, cur quæſo perſpicacem animæ ſponſæ oculum acutéque cernentem non cum aquila, cuius acutiſſimus obtutus, & ad contuendum ſolem audaciſſima pupilla, ſed cum colūbæ oculis ſapiens compoſuit? Duo hic animaduerſione digna ſunt, vnum quod in columba candor & ſimplicitas, & affectuum vacuitas ſignificetur, vt ad honc locum obſeruauit D. Greg. Niſſ. ho. 4. in Cant. his verbis, quoniam ergo qui amplius non aſpicis ad carnem & ſanguinem, ad vitam aſpicit ſpiritualem, & ſicut dicit Apoſt. ſpiritu ambulans, & corporis affectiones ſpiritu mortificās, totus effectus ſpiritualis, non animalis, neque carnalis, hac de cauſa fertur teſtimonium de anima liberata à corporali affectione, quod habeat ſpeciem columbæ in oculis, hoc eſt quod character vitæ ſpiritualis illuſtratur perſpiciente animi facultate, hæc ille. Alterum obſeruandum quod peculiare id ineſt columbæ oculis. vt ſpeculi vicem gerant, & eorum quæ aſpiciunt in ſe imaginem concitent: quo poſito, recte columbarum oculos dicitur habere ſponſa, cùm pulchritudinem etiam ſponſi ſui haber cognitam, quia non aquila, id eſt non quilibet magno mentis acumine præditus, aut perſpicacitate intellectus ad ſponſum nempe Deum & ad eius myſteria penetranda ita eſt idoneus, ſicut exigua columba, id eſt
*Cant. 1.*

A anima quæ ob temporalium rerum contemptum, & carnalium affectionum abnegationem, columbæ oculos habet: nam dum cæleſtem ſponſum cui prima & candidiſſima columba intendit, illius pulchritudinem, & alia quæ in ipſo ſunt in oculorum ſimplicitate velut in terſo & puro oculo excipit: audi Nyſſenum, *Quod quidem mihi videtur hunc ſenſum indicare, quando quidem in columbis cernuntur facies eorum, qui fixis intuentur oculis. Dicunt enim ij qui ſunt præditi ſcientia huiuſmodi rerum naturaliū, quod ſimulachrorum incurſiones excipiens, quæ exeunt ex rebus aſpectabilibus, ita viſum in operationem deducit oculus.*
*Greg. Niſſ. cit.*
B *Hac de cauſa laus oculorum pulchritudinis eſt forma columbæ, quæ apparet in eorum pupillis, in quod enim defixerit oculos, eius in ſe ſuſpicit ſimilitudinē* Et poſt nonnulla, hæc ſubiicit. *Quoniam ergo purus factus eſt eius oculus, capax characteris colūbæ, propterea in eam etiam cadit, vt comēpletur ſponſi pulchritudinem. Nunc enim primum virgo in ſponſi formam intendit oculos, quoniam ſponſum habebat in oculis, nemo enim poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in ſpiritu ſancto 1. ad Corinth. 1. 2. 3.* Hactenus ex Nyſſeno, preme illud. quoniam purus factus eſt oculus eius capax characteris columbæ,
*1. ad Corint. 12. 3.*
C Necnon & id. Nunc primum in ſponſi formam intendit oculos, quoniam ſponſum habebat in oculis: quibus omnino aſtruit diuinam lucem in animam, ob illius puritatem atque candorem ſeſe infundere, non ſecus ac limpidiſſimo ſpeculo tota intuentium facies conſpiciendam ſe donat.

### *Prælati ſolum quæ ſunt Ieſu Chriſti intueantur.*

*Creauit, &c. & omne volatile,* Non ſolum ſolitarium ſed & domeſticum, quale eſt columba cui Eccleſiæ lumina comparantur, *oculi eius,* inquit ſapiens Cant. 5. verſ. 12. *ſicut columba ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lota:* per oculos in dubium reuocare non potes Prælatos intelligi, ij enim ſuos inſtar oculorum, inquit Nyſſenus in Eccleſia, ſed cur columbæ quæ lacte ſunt lotæ, dicuntur? dices vt eorum candor & innocentia denotetur: obſerua tamen quod vni inter humida hæc proprietas ineſt lacti, vt nullius rei vmbra vel ſimulachrum in eo conſpiciatur: bene igitur Antiſtites nempe oculi Eccleſiæ columbis lacte lotis conferuntur, quia ſicut oculi dum alia vident & aliorum membrorum duces ſunt, ſeipſos non vident, ſic Prælati perfectæ gubernationis lumen aliis miniſtrantes, ſeipſos non intueantur, & ſicut columbæ lacte lotæ non ſua nec aliena, &c. repræſentent, ſed ſolum quæ ſunt Ieſu Chriſti quęrant, quod eleganti penicillo illuſtrat D. Greg. Nyſſ. explicans prædictam authoritatem: ſic autem fatur, *Quo fit vt hæc Eccleſia ſanctorum ſit laus perfectiſſima, quod nihil quod non ſubſiſtit in rerum natura, nihil erroneum, nihil vanum præter ipſam rerum veritatem veluti vmbraculi quodam ſimulachro repræſentent, ſed ipſiſſimam veritatem intueantur, erroneis huius vitæ ſpectris & imaginationibus nequaquam aduitiſſis.* 560
*Cant. 5.*
D
E
*Greg. Niſſ. in Cant.*

F

### *Lachrymis propter commiſſa peccata effuſis nihil pulchrius.*

*Creauit, &c. & omne volatile ſecundum genus ſuum,* Turtur equidem ſecundum genus ſuum, turturem producit, cuius pulchritudo ad declarandam venuſtatem genarum ſponſæ ſpiritui ſancto inſeruit dicenti, pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis: hæc dicebat autem de Chriſti ſponſa lachrymis & triſtitię 561
*Cant. 1.*

ob

ob commiſſa peccata ad inſtar turturis, ſemper gementis, ſe tradente: ſed vt ſatisfaciamus inſtituto, conſideremus lectionem Tigurinam quæ ſic habet, pulchræ ſunt genæ tuæ propter margaritas: neſcio quid commune ſit inter turturem & margaritas; margarita enim lapis pretioſus qui in oſtreis reperitur, turtur autem ex volatilium genere: tamen optime dicuntur genæ ſponſæ pulchræ ſicut turturis, & propter margaritas, quia hoc denotatur quod lachrymæ ſponſæ propter commiſſa delicta decurrẽtes ſpecioſiores ſint pulcherrimis margaritis: accipe hanc veritatem à D. Chryſoſt. hom. 3. in Gen. de Dauidis oculis ob commiſſa peccata lachrymantibus ſic dicente, *Quid illis oculis formoſius, qui perpetuo lachrymarum imbre tanquam margaritis ornantur.* (*Chryſ. hom. 3. in Geneſ.*)

B

### *Vita iuſtorum in Dei obſequio eadem ſit, & ſemper conſtans in virtute.*

562 *Creauit, &c. omne volatile.* Quod aliquando in bonam, aliquãdo in malam partem in hac ſacra pagina ſumitur, vt coruus v. g. de quo nunc in bonam ſermonem habebimus, cum capilli ſponſi coruo conferantur, Cant. 5. comæ eius inquit ſponſa, ſicut elatæ palmarum nigræ ſicut coruus: ſed vt comprehendere mentem meam valeas, obſerua ex D. Paulino, iuſtos dici capillos capiti nempe Christo Domino inhærentes: ſic enim ait Epiſt. 4. ſumma ope enitamur, ita nos comparare, vt diuini capitis quod nobis per gratiam Dei Chriſtus eſt, crines & aurum eſſe mereamur: ex hoc enim capite pullulat illa cæſaries, de qua ſcriptum eſt, capillatura eius vt greges caprarum: quo poſito quomodo iuſti deſignantur crinibus nigris, ſicut corui, cum alibi cõparentur capillis albis & candidis? caput eius inquit D. Ioann. Apoca. 1. 14. *& capilli erant candidi tanquam lana alba & tanquam nix:* quomodo tam variis imo contrariis & omnino oppoſitis coloribus adũbrantur? ſi enim ſunt nigri ſicut coruus, quomodo candidi ſunt ſicut nix? Sane ſi attendis & rem examinas atque introſpicis, ambæ quidem imagines & vterque color eodem eunt, nec album à nigro diſcrepat, ſed tota iuſtorum qui in virtute durant & ſibi conſtant, vita, vnius ſine actionum diſſenſione coloris eſt: vel vide, quid elatæ palmarũ nigræ ſicut coruus, ſignificent? iis quidem hunc ſenſum reddent: Elatæ palmarum ſunt rami productiores & excellentiores interdum aurei coloris criſpantes, & ad excelſa ſemper tendentes, & nũquam vigorem ſuum amittentes. Vides capillorum ſiue diſcipulorum Chriſti conſtantiam, qui nunquam vigorem ſuum amittunt, ſed & ad anteriora indeſinenter ſeſe extendunt & fixi atque immoti in indefeſſo curſu ſtant? id ergo eſſe noueris, & nigrum tanquam coruum, & album tanquam niuem eſſe. Nimirum id nigri coloris proprium ac peculiare eſt, vt nullam ſuper ſe tincturam, ſiue alium colorem ſuſcipiat, hoc conſtantis animi ingenium eſt, vt ſibi conſtet, & ipſe vbique par ſibi, idemque ſit: ſic dicebat Ambroſ. Epiſt. 8. *Vetus dictum: aſſueſce vnus eſſe, vt vita tua quandam picturam exprimat, eandem ſeruans imaginem quam acceperas.*

(*Cant. 5.* — *Paul. Ep. 4.* — C — *Apocal. 1. verſ. 14.* — D — E — *Amb. ep. 8.*)

### *Parentes debent filios diligere.*

563 *Creauit, &c. & volatile ſecundum genus ſuum.* Circa aues miror cornices, quæ etiam volantes filios comitatu ſedulo proſequuntur, & ſollicitæ ne teneritudine deficiant, cibum ſuggerunt, ac plurimo tem- A pore nutriendi officia non relinquunt, nonne fœminæ cito ablactant illos quos diligunt? aut ſi ditiores ſunt, lactare faſtidiunt; pauperes vero abiiciunt paruulos & exponunt, & deprehenſos abnegant. & ipſæ diuites, ne per plures ſuum patrimonium diuidatur, in vtero proprios fœtus necant, & parricidalibus ſuccis, in ipſo genitali aluo, pignora ſui ventris extinguunt, priuſque aufertur vita quam traditur? quomodo ergo aues ita piæ in filios, matres autem in ſuos ita crudeles? vt pietate auium conſiderata exemplo earum filios ſuos vnice diligant: ita D. Ambr. lib. 5. hex. cap. 8. *Diſcant homines amare filios ex vſu & pietate cornicum.* (*S. Ambr.*)

B

### *Peccator veteri abiecto vitæ inſtituto nouum aliud amplectatur.*

*Creauit, &c. & omne volatile ſecundum genus ſuum,* 564 Inter aues præcipuum locum tenere tanquam omnium reginam Aquilam nemini dubium eſt, inquit D. Euſtat. comm. in hex. *Quod ſenio confecta oculorum acie obtunditur, & alæ eius ingraueſcẽtes efficiuntur;* ſed improuidáne erga volatilium reginam fuit natura? non equidem: quomodo igitur lippitudines oculorum eius conſumentur? ſcio Vincen. Belloua. in ſpec. C hiſtor. dicere: Aquila cum ſenectâ grauatur, nubes omnes volatu ſublimi ſuperat, vnde calore ſolis caligo oculorum eius conſumitur. Sed præſtat audire D. Epiph. in Phyſi. cap. 6. In altum ſeſe attollit, & in præruptam ſeſe proiicit rupem, ad quam roſtrum allidit, & ſe frigidis immergit aquis, aduerſúſque ſolares radios ſe opponit, tuncque ex oculis cadunt lippitudines, ac iterum iuueneſcit, hæc ille. Aquila ſine dubio cui præ ſenectute caligant oculi, peccatoris in peccatorũ multitudine inueterati, cui nulla lux fere affulget, typus eſt: nam ſi etiam aquila aduncum habet roſtrum, & ad terram vergens, D ita eſt & appetitus in peccatore: terrena enim tantum affectat: quid igitur illi ſupereſt faciendum, vt tanquam aquilæ renouetur iuuentus illius? vt abiecto veteri in peccatis vitæ inſtituto, nouum aliud amplectatur: nihil melius dici poteſt quã quod aſſerit cit. Epiph. *Tu igitur* (inquit) *ô ſpiritualis homo cum multitudine peccatorum fueris oppreſſus, in altum aſcende, hoc eſt in tuam ipſius conſcientiam, atque te ad petram ſcilicet ad fidem orthodoxam, proiice, defle peccatorum tuorum multitudinem, & perpetuis te aquis, id eſt lachrymis abſtergens, ſolis radiis incaleſce, hoc eſt, in cœtu fidelium, & in ſancto ſpiritu ad calorem pœ-* E *nitentiæ propera, lippitudines, id eſt peccata abiice, ſtatim enim renouabitur vt aquila iuuentus tua.*

(*Euſtat. com. in hexam.* — *Vinc. Bell.* — *Epiphan. in Phyſiol. c. 6.* — *Epiph. cit.* — *Pſal. 102.*)

### *Omnia bona in quantum Dei opus ſunt.*

565 *Et vidit Deus quod bonum.* Cur non ait Moyſes, & vidit Deus quod volatilia cœli, ſeu reptilia maris eſſent bona? nam de vtriſque erat ſermo: merito dixit, vidit Deus non quod bona, ſed quod bonum, id eſt Dei opus, quia res tantum bonæ ſunt in quantum Dei opus ſunt, *Verumtamen nec dixit*, inquit Ruper. lib. 1. in Gen. c. 53. *nec dicere ſcriptura debuit, & vidit Deus volatilia cœli, ſiue reptilia maris quod* F *eſſent bona, ſed vidit Deus inquit quod eſſet bonum, ſubauditur ſic factum eſſe, in quo non creaturæ huius (quod nullum eſt) laudatur meritum, ſed bonum creatoris ponderatur ingenium: ſimiliter cum dicitur, vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, non creaturarum prædicantur merita (ſed quod longè aliud eſt) creatoris commendatur ſapientia.* (*Rup. li. 1. in Gen. ca. 53.*)

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXII.*

*Vlg.* Benedixitque eis dicens, creſcite & multiplicamini & replete aquas maris, aueſque multiplicentur ſuper terram.

*Septuag.* Et replete aquas in maribus, volatilia multiplicentur ſuper terram.

*Cald.* Replete aquas maris, & volucris multiplicetur in terra.

A *Pag. & Vatab.* Replete aquas quæ ſunt in maribus, & volatilia multiplicentr ſe in terra.

*Caietan.* Et benedixit ipſa Elohim dicendo, fructificate & multiplicate, & replete aquas in maribus, & volatile multiplicabit ſe in terra.

*Oleaſt.* Multiplicate vos & replete aquas in maribus, & volatile multiplicet ſe in terra.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

QVod Latine eſt creſcite; Hebraice, eſt פרו peru, hoc eſt fructificate, idem vero eſt creſcere in animalibus quod fructificate in arboribus, elegáter itaque hoc in illud mutauit noſter interpres, cum fructificate Latinitati non ſatis cógrueret: ſecutus eſt præterea ſeptuaginta, qui & ipſi verterũt αὐξάνεσθε id eſt creſcite, quod autem Hebraicè & Grecè dictũ eſt, *aquas in maribus*, Latinus vertit aquas maris, ad euitandum, Hebraiſmum, parum igitur diſcrepant lectiones iſtæ, altera quę eſt veluti explicatio & paraphraſis alterius.

## EXPOSITIO VERSVS XXII.

B*ENEDIXIT eis dicens, creſcite & multiplicamini, & replete terram*, Quamuis herbæ & gramina creſcant, & multiplicentur, nulla tamen illis opus fuit expreſſa benedictione, etenim herbam virentem, ſeu lignum pomiferum eadem terra quæ germinat, multiplicat, & cadentia recipit ſemina; C etiamſi ſerentis manus deficit: & ideo multiplicandæ poſteritati ſolum ipſorum eſſe ſufficit, verum reptilibus ſiue volatilibus, ſi nullus fuiſſet appetitus, non ipſa creſcerent, aut multiplicarentur, eorumque genus periiſſet: benedictio igitur Dei hoc illis contulit, nempe appetitum, vim, & potentiam generandi ſibi ſimile, vt cùm non poſſint ipſa indiuidua ſemper conſiſtere, ſed pereant, manent ſaltem in prolibus: cum autem audis *creſcite*, non intelligendum eſt in magnitudine, reſpectu auium & piſcium tunc productorum, hanc enim iuſtam in prima ſua creatione habuerunt, ſed futurorum.

*Aueſque multiplicentur ſuper terram*, Dixit ſuper terram, non vero in aëre, quia quamuis naturaliter aues volent per aëra, nihilominus quieſcunt, & generant ſuper terram.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deus ſemper ſua auget beneficia.*

566 B*ENEDIXITQVE eis*, Nullam vſque in hunc diem Dei benedictionem audiuimus, productionem autem tum luminarium, tum plantarum, & arborum vidimus: quomodo igitur nunc auibus & piſcibus largitur benedictionem? Aduerte quod D benedicere eſt dona augere, quid mirum igitur ſi ſolum antea creauerit, vel aliquid fecerit, & nunc præter hæc benedixerit? quia Deus ſua ſemper au-
*Viel. lect. 23.* get beneficia: ſic Viel. lect. 23. *Vt video dicere Dei, efficit res, benedicere auget, & promouet ad meliora. Maledicere, bonum aliquod antea collatum ſubtrahit, quamobrem & cum in Euangelio Dominus ficulneam maledixiſſet, mox illa areſacta eſt, & vitã amiſit, & cum damnatis dicet: Ite maledicti in ignem æternũ, ſpem omnem*
*Matth. 21.* *illis adimet conſequendæ beatitudinis*, & poſt hæc: *Ergo Dei benedictio noua quadam eius beneficentia eſt prioris exhibiti beneficij auctio & incrementum; vt quod hic* E *dicitur, benedixitque eis, perinde dictum ſit, atque benefecit, ſiue beneficium auxit. Cum enim piſcibus dediſſet eſſe & vitam, nunc vim procreandi, & ad id perennitatem veluti quãdam, & immortalitatem munificentiſſime ſuperaddidit: ſic etiam cap. 24. legimus ſeruum Abrahæ*
*Geneſ. 24.* *teſtari, Deum hero ſuo benedixiſſe, hoc eſt opes & ſubſtãtiam plurimam tribuiſſe, auxiſſeque, vt diſerte videas, quod nunc dicebamus, Scripturam appellare Deĩ benedictionem, incrementum & auctionem ſuorum donorum.*

### *Trinitatis myſterium in creaturis elucet.*

*Benedixit illis Deus dicẽs, creſcite & multiplicamini & replete aquas maris, aueſque multiplicẽtur ſuper terram*, cur hæc tria verba benedictionis, creſcite, & multiplicamini, & replete repetiit? cùm vnus atque idem ſit ſenſus, quippe qui vno tantum verbo exprimitur, cur ſubiungitur aueſque multiplicentur ſuper terrã? vt in hac benedictione Trinitas & vnitas appareret: ita Rupert. lib. 1. in Gen. cap. 52. *Tria* 567
*ſunt verba benedictionis, ſed vnus idemque ſenſus, nec mirum, etenim tria nomina ſiue tres ſunt perſonæ eius qui benedixit, ſed vnus idemque Deus eſt.* *Rup. li. 1. in Gen. ca. 52.*

### *Verbum Dei efficaciſſimum eſt.*

*Benedixit eis dicens creſcite & multiplicamini*, Ex hac benedictione, quanta fœcunditas in ſucceſſione prolis apparuit, eiuſque conſeruatio vſque ad hæc tempora viget & vigebit in futura: ſed vnde virtus huius benedictionis? nullum enim illius ſignum apparet quo eis benedixerit, nonne benedixit *dicendo*? Quid igitur mirum tantam virtutem huiuſmodi benedictionem continere, cùm verbo Dei prolata fuerit? ſic Caietanus. *Benedicere Dei eſt beneſacere, & propterea ſignificanter explicatur, quod benedixit dicendo, diuinum ſiquidem dicere tam efficax eſt vt ſit beneſacere.* 568 *Card. Caiet.*

### *Benedictione Dei omnia ſubſiſtunt.*

A

569 *Benedixit eis dicens, creſcite & multiplicamini & repleſe terram*, inquiro, aliquodne genus ex tot piſcibus & pene innumeris auibus periit? minime, qua virtute à principio mundi vſque ad præſens tempus & in futurum ſic ſubſiſtit omne genus eorum? nonne eis benedixit? mirare igitur vim ac poteſtatem benedictionis diuinæ, cuius efficacia omnia ſubſiſtũt, ita D. Chryſoſt. hom. 7. *Quia animata creaturæ erant piſces & aues, volebatque illa animalia perpetuo eſſe, ideo benedixit ea Deus, creſcite & multiplicamini, verbum enim illud vſque ad præſentem diem illa conſeruat, & tantum præteriit tẽpus, neque vnum genus eorum imminutum eſt, nam benedictio Dei & verbum quod dixit, creſcite & multiplicamini, vt ſubſiſterent & durarent, illis contulit.*

*Chryſ. ho. 7. in Geneſ.*

### *Perfectioribus benedicit Deus.*

570 *Benedixit eis dicens, creſcite & multiplicamini*, Cur herbæ lignoque pomifero, non benedixit? Nonne creaturæ illis ſunt, ſicut piſces & aues? ſcio Lyranum dicere, quod iſta benedictio eſt ordinatio ad multiplicationem indiuiduorum per commixtionem maris & fœminæ, & quia multiplicatio per talem modum non eſt in plantis, ideo in productione earum non fit mentio de tali benedictione: tamẽ ad efformationem conceptus, nonne volatilia quæ viuunt vita ſenſibili, ſunt perfectiora plantis vita vegetatiua gaudentibus? dico ergo, ideo volatilibus, & non plãtis benedixiſſe, quia perfectioribus Deus ſuam benedictionem effundit. Ita Procopius, *Tacitè innuitur quanta ſit præſtantia animalium, ſi conferantur cum plantis & arboribus: nam propter animalia planta creata ſunt.*

*Lyranus.*

*Proc. Gazeus in Ge.*

### *Benedixit iis quæ ex aquis proueniunt, propter eos qui baptiſmi aquis lauari deberent.*

D

571 *Benedixit eis*, Nempe reptilibus & volatilibus, cur quæſo poſtquam terra produxit iumenta, reptilia, & beſtias terræ, eis non benedixit? an minoris bonitatis, & inferioris perfectionis ſunt animalia terreſtria quam aquatilia, aut volatilia? non videtur: nam vtraque approbauit eſſe bona, poſtquam enim ea terra produxit, dixit Moyſes, & vidit Deus quod eſſet bonum, ſicut de viuentibus productis ab aquis dixerat: cur ergo non benedixit terreſtribus ſicut & volatilibus? Animalia quæ prouenerunt ex aquis, quibus ſanctus Spiritus inſidebat, ſignificant regeneratos aquis baptiſmi: alia vero animalia terreſtria, infideles: Dicamus ergo animalibus ex aquis formatis, & non ex terra benedixiſſe, quia ſoli baptizati merentur benedictionem, non vero alij: ita Anaſt. Syn. hunc locum expendens, *Quæ ex aquis genita ſunt, omnia Deus benedixit, à terra vero genita animantia priuauit benedictione: nam præfigurabatur regeneratio per baptiſmum ex aquis, & proinde genitas animas, id eſt, regeneratas per baptiſmum, benedixit: animantibus autem & iumentis, & feris, ſerpentibuſque, & venenatis hominibus, qui ſunt peregrini, & alieni à regeneratione baptiſmi, nequaquam eam impertiit benedictionem, ſed eos reliquit abſque benedictione: quomodo autem & reptilia quæ ſunt rationis expertia, & mente carentia, piſces, & volucres potuerant audire vocem & benedictionem quæ dabatur? an non eſt manifeſtum, quod hæc propheticè prædicabantur de hominibus qui baptizabantur in Chriſtum.*

E

F

*Anaſt. Syn. hexam.*



### *Benedictione Dei amor conſeruatur.*

A

*Benedixit eis dicens, creſcite & multiplicamini*, Mirot quomodo animalia rationis prorſus expertia ita naturali amore copulentur, cum homines rationis capaces, tot inter ſe diſſideant inimicitiis? Nonne Deus benedixit huiuſmodi animalibus? non igitur mirum eſt amore inter ſe naturali ſociari, benedictio enim diuina amorem gignit & conſeruat: conſentit nobiſcum Ferus dicens, *Amorem alterius ad alterum benedictio contulit, magnaque huius benedictionis vis hæc animantia perpetuo amoris vinculo tenet.* 572

*Ioan. Ferus in Gen.*

B

### *Non ſolis Sanctorum meritis confidamus ſed bene operemur.*

*Benedixit eis dicens, creſcite & multiplicamini ſuper terram.* Difficultas eſt deſumpta ex Ruperto dicente, quare qui multiplicationem horum in benedictione fieri mandauit, herbam quoque virentem non benedixit, dicendo: Creſcite & multiplicamini, & replete terram? Genna. in Cate. ſic reſpõdet, quia plantæ & ſemina perſeuerant agriculturæ labore adiuta, animantia vero mutua inter ſe coitione, quaſi diceret, non benedicuntur plantæ, quia alienum expectant auxilium; animalia autem mutua coitione perſeuerant, id eſt, proprio labore acquirunt ſpeciei ſuæ conſeruationem. In hoc aliquidne myſticè exprimere poſſumus? ſine dubio ex hoc elicere valemus, Deum non benedicere eos qui alienis ſolum meritis & laboribus confidunt, vt fructificare poſſint, ſed potius qui operibus ſuis, & diligentia, bona opera producere ſatagunt: vnde optime D. Maxim. apud Anaſt. Nicen. qu. 4. *Eſt magna* (inquit) *inſipientia per preces Sanctorum quærere ſalutem, eum qui ſua affectione peruerſis delectatur.*

C

*Gennadi in Cat. gr.*

*Anaſt. Nic. quæſt. 4.*

### *Societas malorum nocet.*

D

*Benedixit eis dicens: Creſcite & multiplicamini, & replete aquas maris, aueſque multiplicẽtur ſuper terram.* Hanc benedictionem fuiſſe datam animalibus terræ, ſiue reptilibus non videmus, cur Deus illis benedictionem ſuam non largitur? an quæſo, animalia ſunt inferiora volatilibus & piſcibus? non equidem, Nota quod ſerpens inter animalia reptilia erat, cui Deus poſtea propter malitiam maledicturus erat. Liquidum eſt igitur, ideo Deum non elargitum benedictionem ſuam aliis animalibus & terreſtribus propter vnius mali futuri, nempe ſerpentis ſocietatem: ita videtur exprimere gloſ. ord. *Forte animalibus ſextæ diei non benedixit, quia inter ea erat ſerpens, cui poſt paululum erat ipſe maledicturus.* Ex quo deducere potes quod vnius mali ſocietas multum nocere poteſt aliis. 574

E

*Gloſſ. ordin.*

### *De virtute in virtutem debemus progredi, & quomodo.*

*Creſcite & multiplicamini*, Non eſt in eorum poteſtate creſcere eum opus ſit à Deo & natura: quis poteſt enim, inquit Chriſtus Dominus, ad ſtaturam ſuam adiicere cubitum vnum? ne ergo iubeat Deus vt creſcant, ſed hoc beneficio naturæ relinquat: aduerte quod per piſces & aues ex aquis ortum habẽtes, intelligũtur ij qui in ſacri baptiſmatis vndis vitam ſpiritalem accepere Ne arguamus igitur Deum ſui imperij, quia eo denotat quod fideles opera ſua perfectione, & meriti augmento debent augere: *Creſcite & multiplicamini* (inquit Steph Cãt. in alle. 575

F

*Step. Cãt. in alleg. Tel.*

*Til. ſemper incrementum bonorum operum, & multiplicationem deſiderat Deus, & replere aquas maris, quia in omnibus bonis deſiderat amaritudinem cordis, vnde myrrha & aloes cum vniuerſis vnguentis, quia cum bonis operibus noſtris oportet quod adſit carnis mortificatio, & cordis amaritudo.*

### *Angelis imperat Deus ſatagere, vt iuſti quorum ſunt custodes, in bonis operibus multiplicentur.*

576 *Et aues multiplicentur ſuper terram*, Modum loquendi ipſius Dei obſeruemus quæſo, num diuerſus eſt ab eo quo piſcibus iuſſit vt multiplicarentur? dixit enim eis, creſcite & multiplicamini, cur non dixit ſimiliter auibus: creſcite & multiplicamini, non autem aues multiplicentur per aues? iuſtos intelligi diximus. qui per virtutes effecti volucres, ad ſupernas ſcandunt ſedes. Anaſt. autem Syn. lib. 5. hex. obſeruat quod dixit Deus in tertia perſona multiplicentur aues, quia Angelis loquebatur, ſed cur Angelis? quia eis imperabat omnem nauare operam vt aues, id eſt iuſti in omni virtutum perfectione multiplicarentur. *Quam brem imperat Deu* (inquit cita. Anaſt.) *tanquam aliquibus aliis, eis iubens & dicens: multiplicentur volucres; non enim ad volucrum perſonam dirigit ſermonem, ſicut ad piſces.* Is autem cum hæc dubitaſſet, & dixiſſet, exponit quod nos hunc oporteat diſcere, *quod iis qui baptizantur, & iis maxime qui in virtutibus effecti ſunt volucres, a Deo dantur ſancti Angeli, qui eorum curam gerant, & prouideant ad illuminationem. Ad eos enim iuſſum dirigit Deus iubens & dicens, vt multiplicentur volucres, hoc eſt, qui cæleſtia ſapiunt, & obeant. Ipſe quoque Dominus nobis fidem facit, & docet Angelos eſſe cuſtodes eorum, qui credunt in ipſum. Dicit enim quibuſdam infidelibus, videte ne deſpiciatis vnum ex puſillis iſtis qui credunt in me; dico enim vobis quod Angeli eorum perpetuò aſpiciunt faciem patris mei. Forte quoniam valde exiguus futurus erat numerus earum volucrum, iuſtorum, inquam, ea de cauſa earum curam magis gerens Deus, iubet ſanctis Angelis, qui curam gerunt terreſtris creaturæ, volucres multiplicentur ſuper terram, quæ ex aquis ſunt generata, vel potius regenerata, & peccati virus ac fœtorem illic depoſuere & ad cælum euolant à fluxis & tenebricoſis, & multis tempeſtatibus agitatis aquis huius mundi, ad aquas quæ ſunt firmæ ac ſtabiles & tranquillæ, & nullis concuſſæ fluctibus, in excelſis per aerem ingredientes, vbi eſt ſitus ſol iuſtitiæ & eius coniux luna ſemper illuminata requieſcit, & ratione prædita ſtella cæleſti lumine orbem terræ dedacunt & illuſtrant, & aqua ſpiritualis quæ eſt ſupra cælos, abſque ſilentio laudat nomē Domini.*

Anaſt. Syn. l. 5. in hexa.

Matth. 8.

A

B

### *Dei honori conſulendum.*

*Et vidit Deus quia bonum.* Si toties diximus nihil Deum mali formaſſe, non eſt cur Moyſes aſſerat Deo cete viſa fuiſſe bona: nonne plures dixere, ad quid Deus producit cete ita monſtruoſæ magnitudinis, ita vt ob corporis vaſtam molem, interdum inſularum ſpeciem intuentibus offerant vbi in ſummam enatant aquam? Optime igitur dictum eſt à Moyſe poſt productionem piſcium tantæ magnitudinis, & vidit Deus quia bonum, vt omnis occaſio detrahendi adimeretur. Fauet Chryſoſt. *Hic donno temeritatem omni abſque ratione blaterantium comprimit, nam vt nullus dicere poſſit, cuius gratia cete facta ſunt, ideo poſtquam dixit, Fecit Deus cete magna & omnem animarum reptilium multitudinem, ſtatim addidit, & vidit Deus quia bonum.* 577

C

Chry. in Ge.

## *VARIETAS VERSIONVM VERSVS XXIII.*

VVlg. Et factum eſt veſpere & mane dies quintus.
*Pagn.* Et fuit veſpere, & fuit mane dies quintus.
*Alij.* Et fuit veſpera & mane diei quintæ.

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

DE ſimili modo loquendi in genitiuo caſu, vide iudicium quod ſupra protulimus.

## EXPOSITIO VERSVS XXIII.

F*Actum eſt veſpere, &c.* Nos qui non vna die, nec ſimul, ſed ſex diebus particulatim mundum conditum arbitramur, & per dies non apprehenſiones Angelicas, ſed dies noſtros naturales accipimus, pariter etiam per veſpere & mane non matutinam vel veſpertinam Angelorum cognitionem, ſed diei naturalis partes, duo videlicet crepuſcula, alterum inter diem & noctem quod exitus eſt diei, alterum inter noctem & diem, quod finis eſt noctis, intelligimus.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Munditia tanquam aues ad ſuperna nos attolit.*

578 F*Actum eſt veſpere & mane dies quintus.* Septem dies, ſeptem beatitudinibus adaptans Aſcanius, diei quintæ munditiam cordis aſſignat: nonne conuenientiùs cum die quarto quo condita ſunt luminaria, quibus nihil purius componeret, quàm cum die quinto quo aquæ volucres produxere? Optime cordis puritatem adaptat diei quintæ, *Quia ſicut aues*, inquit citat. Auctor, *mundos corde munditia, ad ſupernarum cæleſtiumque rerum contemplationem attollit & ſubleuat.*

Aſcan. gloſ. myſt. in Ge.

*Fortitudo vera illa eſt quâ aduerſa cum ſilentio toleramus.*

579 *Factum eſt veſpere & mane dies quintus*, Caſſiod. li. de ami. ſeptem virtutes cum ſeptem primæuis diebus creationis compoſuit, vt vnicuique virtutem diei accommodaret, & quidam cum in quintum diem in qua piſces creati ſunt, oculos coniecisſet, non aliam illi virtutem quam fortitudinem aſſignauit inquiens, *Fortitudo ſit dies quintus*; quod ſi reclames hæc ſibi rectè non conuenire, cum fortitudini aptior multo illa videatur dies, in qua Deus ſiue feroci‘ſſimas atque valentiſſimas terræ beſtias, leones, tygrides, elephantos, tauros, vrſos, & apros, ſiue etiam eam in qua homo à quo fortiſſimi Hectores, Achilles, Hercules, Sanſon, & alij procreati ſunt, in lucem ediduſſe dicitur: reſpondebo ex Caſſiod. nihil in fortitudinis ſymbolum aptius, quam piſces excogitari potuiſſe: quippe quibus ſub aquarum fluctuumque pondere, non vox, non latratus, non rugitus ſubeſt, ſed muti ſemper ſilenteſque perſiſtunt, vt fortiſſimorum virorum, qui ſub aquis tribulationum, contumeliarum, atque iniuriarum in conſtantiſſimum ſilentium componuntur, pulcher typus fuerint: ſed audi totam Caſſiod. ſententiam, *Fortitudo ſit dies quintus, per quē in hoc mari magno & ſpatioſo quaſi piſces ſpirituales procelloſa fluctuum molimina toleremus, & cohibeamus linguæ lubricum ſub cenſura ſilentij.*

*Caſſio. li. de amicitia.*

A *Cum noſtræ conſulimus poſteritati, miro modo quaſi donum ſpiritus ſancti nempe conſilij accipimus.*

580 *Factum eſt veſpere & mane dies quintus*, Potho Presbyter Prumienſis lib. 1. de magna domo ſapientiæ, ſeptem donis Spiritus ſancti dies ſeptem accōmodat, & cum in quintum diem deueniſſet in quo piſces ex aquis producti fuere, non aliud illi donum Spiritus ſancti quam conſilij tribuit: nonne huiuſmodi donum conuenientius diei ſextæ tribueretur, cum Deus quaſi conſilium inierit ad hominem formandum, dicens, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram? Aduerte miro modo piſces multiplicati, ſuæque conſulere poſteritati, atteſtantur enim qui piſcandi arti incumbunt, piſces naturæ ſexus non agnoſcere vt plurimum, nec inter ſe coire, ex ipſorum tamen ouis in aqua calore ſolis confota gigni piſces. prudenter igitur à Pothone aſſignatur quintæ diei conſilium donum Spiritus ſancti, quia cum noſtræ miro modo conſulimus poſteritati, hoc nobis ex dono Spiritus ſancti prouenit: ſubiicio verba Pothonis, *A die quinto quo Deus dixit producant aquæ reptile animæ viuentis, cognoſcitur Spiritus ſanctus quod ſit donum conſilij, quippe cuius potentia dum fertur ſuper aquas, hoc mirabile fecit in creatura eiuſmodi, quæ rationē non habet, ita conſulere nouit ſuæ poſteritati, vt homo rationalis nō ſufficiat admirari.*

*Potho Presb. Prumienſis. li. 1. de magna domo ſapientiæ.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXIV.*

*Vlg.* Dixit quoque Deus, producat terra animam viuentem in genere ſuo, iumenta, & reptilia, & beſtias terræ, ſecundum ſpecies ſuas, factumque eſt ita.

*Septuag.* Producat terra quadrupedia & reptilia, & beſtias terræ ſecundum genus ſuum.

D

*Cald.* Producat terra iumentum, reptile, & beſtiam terræ.

*Pagn.* Producat terra animam viuentem ſecundum ſpeciem ſuam, iumentum & reptile & beſtias terræ ſecundum ſpeciem ſuam.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

QVamuis תוצא Toze (quod eſt in futuro) æſtuare, ebullire de aquis dicatur, tamen de terra producere, emittere denotat, in aliis lectionibus non eſt diſcordia, niſi quod ſingulare aliquando ponitur pro plurali.

## EXPOSITIO VERSVS XXIV.

DIXIT *Deus producat terra animam viuentem in genere ſuo*, Terra verbo Dei fœcundata producit omnes animantium ſpecies, produxit, inquam non actiuè, non enim poſſibile eſt terram capacem tantæ virtutis eſſe, vt per ſe animalia cuiuslibet ſpeciei generare queat: ſed paſſiuè, id eſt, præbendo materiam, è qua per Dei virtutem actiuam facta ſunt animalia, vnde ſenſus verborum, producat terra, erit, producantur ex terra animalia.

*Iumenta* vocat domeſtica & manſueta animalia, quæ pedibus gradiuntur, vſuique hominum accommodatiſſima, quæ generali nomine dicuntur iumenta, quaſi iuuamenta, *reptilia*, nempe terreſtria; nam de aquaticis in opere præcedentis diei diximus, *& beſtias terræ*, nempe animalia ſæua & indomita.

Circa opus huius diei dubitari poteſt, vtrum animantia quæ ex coniunctione maris & fœminæ diuerſarum ſpecierum generantur, vt mulus, leopar-

E dus, & ſimilia, hoc die producta fuere? reſponſio mea affirmatiua eſt, quia hæc animalia in ſe ſpectata perfecta ſunt, & hominibus maxime vtilia, & per ſe ſubinde ad ſpeciem vniuerſi ſpectantia: debuerunt igitur cum aliis ab authore naturæ produci.

Sed dices, eorum generatio lege diuina eſt prohibita & damnata, vt Leuit. 19. *iumenta tua non facies coire cum alterius generis animantibus*, cum prohibetur ne quis diuerſi generis ſiue ſpeciei animalia applicet ad coitum, intelligendum eſt non abſolutè. Hebræi enim mulis vtebantur, ſed ad præſcindendam homini occaſionem ſimilis coitus cum F beſtiis, & eum remouendum ab imitatione idololatratum, qui colentes ſeptem planetas, omnemque militiam cœli, ad honorem coniunctionis planetarum has mixtiones faciebant: vnde fit, quod hoc præceptum graues auctores tantum intelligant figuratè & myſticè.

*Leuit. 19*

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Homo ſuam dignitatem conſideret, ne in varia labatur facinora.*

581 P*Roducat terra animam viuentem in genere ſuo, iumenta, reptilia, & beſtias terra*, Nonne omnia genera beſtiarum & piſcium in aluum natura proſtrauit, vt alia ventre repant, alia quæ pedibus ſuſtententur, demerſa magis corporis greſſu, & velut affixa terræ videas eſſe quam libera, ſiquidem erigendi ſe non habent facultatem, de terra victum requirunt, & ventris in quem deflectuntur, ſolas ſequuntur voluptates; ſolus autem homo faciem erectam habet erga cœlum: cur ergo non aliis animalibus; sed homini ſoli erectam habere faciem conceſſit? vt conſiderans quã diſſimilis ſit eis in natura, etiam diſſimilem ſe præbeat in operibus, nec eorum affectus imitetur quorum naturam auerſatur: ita D. Ambr. lib. 6. hexameron cap. 3. *Caue ó homo pecudum more curuari, caue ne in aluum te non tam corpore quam cupiditate deflectas, reſpice corporis tui ſpeciem & formam congruentem celſi vigoris aſſume, ſi ſola animalia prona paſcantur cur te in edendo ſternis ipſe, quem natura non ſtrauit? cur eo delectaris in quo natura iniuria eſt? cur noctes & dies cibo intentus pecorum more terrena depaſceris? cur illecebris corporalibus deditus ipſum te inhonoras, dum ventri atque eius paſſionibus deſeruis?*

*Ambr. li. 6. hexam. c. 3. Lege Bern. ſer. 24. in cãt. de hoc diſſerentem.*

### *Deus non minus mirabilis in paruis, quam in magnis.*

582 *Producat terra animam viuentem, iumenta, & reptilia.* Inter reptilia quis poteſt dubitare exigua eſſe & minuta? vermes enim & pulices reptilium nomen ſortiuntur, cur ita exigua animalia iubet Deus terram producere? maior enim virtus illius eluceret in maiorum formatione animãtium; ſed falleris, Deus enim mirabilior apparet in paruis quàm in maximis formandis animalibus? teſtis eſt D. Auguſt. in Pſalm. 118. *Attendat charitas qua diſpoſuit membra culicis, vt habeant ordinem ſuum, habeant vitam ſuam. vnam beſtiolam breuem, minutiſſimam conſidera, quam volueris, ſi cõſideres ordinem membrorum ipſius, & animationem vita, qua mouetur, pro ſe fugit mortem, amat vitam, viget in motu continuo ſibi, quis diſpoſuit iſta; expaueſcis in minimis laudem magnam.*

*August. in Pſal. 128*

### *Deus non ſolum homini neceſſaria, ſed & iucunda præparat.*

583 *Producat terra animam viuentem & iumenta.* Cum inter animalia plura non deſeruiunt hominum cibo, nec neceſſaria ſunt in ſubleuandis eorum laboribus, vt ſimiæ? ſuperflua videtur eorum generatio, cum propter hominem omnia condita ſint: quis dubitat ſimias maximam homini præbere voluptatem? quid miraris ergo inter alia animalia homini neceſſaria, eas produxiſſe? quia Deus hominis ita amantiſſimus eſt, vt non ſolum neceſſaria, ſed & iucunda & delectabilia præparet. Fauet nobis D. Damaſc. *Eduxit terra creatore iubente diuerſa genera animalium, reptilium, & ferarum & iumentorum, ad opportunum hominis vſum, & quædam ad eſcam, vt ſerues, oues, alia vero ad miniſterium, puta camelos & equos, alia ad iucunditatem vt ſimias.*

*Damaſc. cit. à Lip.*

### *Deus vt ab eo auxilium petamus, occaſiones præbet.*

*Producat terram animam viuentem in genere ſuo, iumenta & reptilia & beſtias terra*, Cur Deus beſtias ſaltem feroces & venenatas creauit? Nonne ſciebat Deus hominem ſui immemorem futurum? dico ergo ideo ea animalia formaſſe, vt eis territus homo, auxilium à Deo petere cogeretur: ita D. Theod. quæſt. 18. in Geneſ. *Cum Dominus Deus animaduertiſſet nos ad ignauiam procliues, beſtias & reptilia condidit veluti lora quadam & terriculamẽta, vt per ea nos terrẽs ad ſe traheret, atque eius auxilium imploraremus.* 584

*Theo. q. 18. in Geneſ.*

### *Exempla ſanctorum imitanda.*

*Producat terra animam viuentem iuxta genus ſuum*, Si nullum erat tunc genus formatum, quomodo præcipiebat Deus terram ſecundum genus ſuum producere? myſticè ſatisfaciamus, terra caro noſtra eſt; anima viuens, virtutum germina; genus noſtrum ſunt ſancti: dicamus ergo, ideo Deum iuſſiſſe vt terra producat animam viuentem ſecundum genus ſuum, quia caro noſtra per mortificationem germinare debet virtutum germina ad imitationem ſanctorum, eorumque vitam imitari, ita Diuus Eucher. *Tunc produxit terra animam viuentem, quando caro mea abſtinens ab operibus mortuis, viua virtutum germina parturit, & præcipiet Deus, vt producat ſecundum genus ſuum, id eſt vitam imitando ſanctorum, ſecundum quippe genus noſtrum viuimus quando in corpore ſanctos viros quaſi proximos imitamur.* 585

*Euch. in Ge.*

### *Deus multiplicauit Eccleſiam non ſynagogam.*

*Producat terra animam viuentem*, Cùm vero animalia marina produxit, ait, producant aquæ reptile animę viuentis, Septuaginta transferunt, producant aquæ reptilia animarum viuentium: dubium oritur, cur Deus producens animalia marina, vſus fuit termino plurali, producens vero terreſtria, termino ſingulari? Nonne per animal terrenum, populum Iudaicum, per marinum Gentilem obumbrari certum eſt? proindeque nemo optimè vſum fuiſſe termino plurali negat in productione animalis marini, ad ſignificandam Eccleſiam fœcundam; termino vero ſingulari in productione animalis terreni ad innuendam ſynagogæ ſterilitatem: ita Anaſt. Syn. *Quia nempe*, inquit, *ex ſynagoga vnus Iſrael, ex Eccleſia innumerabiles gentes proceſſerunt.* 586

*Anaſt. Syn in hexam.*

### *Hominis dignitas ſuper alia.*

*Producat terra animam viuentem, iumenta & reptilia & beſtias terra*; nonne homo etiam eodem die formatus eſt? cur ergo illius creatio ſimul cum animalium productione non numeratur, ſed poſt plura alia ab eo dicta tandem illum creauit? ideo ſimul creationem hominis cum animalium productione non appoſuit, ſed poſt multorum enumerationem, vt dignitas illius & excellentia præ aliis agnoſceretur. ita D. Auguſt. *Aduertenda eſt quædam coniunctio & diſcretio animantium; nam eodem die factus homo quo beſtia, ſunt enim ſimul terrena animantia, & tamen propter excellentiam rationis, ſecundum quam in imaginem Dei & ſimilitudinem efficitur homo, ſeparatim de illo dicitur: faciamus hominem, &c.* 587

*Aug. l. imp. de Gene. ad litt. c. 16.*

### *Hominis dignitas maxima.*

588 *Producat terra animam viuentem*, non dixit, producamus, nunc non loquor de animæ hominis creatione, quæ ita perfecta eſt, vt à ſolo Deo formari poſſit, ſed de corpore illius: nonne potuit etiam terræ præcepiſſe vt illud produceret dicens, producat terra corpus hominis, cum ſit ex limo ſuo formatum? audi Pſalmiſtam dicentem, *manus tuæ Domine fecerunt me & plaſmauerunt me*: an perfectiſſima animalia quæ excedunt, ipſius corpus hominis, vt ſic in perfectione, manibus Dei formata legimus, vel ſolum iuſſu Dei facta? producat terra animam viuentem, ſolum ait, vt homo ſuam etiam dignitatem non ſolum ex animæ, quæ eſt ad imaginem Dei, creatione, ſed ex corporis formatione agnoſcat & attente conſideret: ita D. Ambr. in Pſal. 118. Octon. 1. *Beſtias non fecerunt manus tuæ, me autem feciſti, me ſuis manibus figuraſti, hoc eſt non figuraſti beſtias manibus tuis, non reptilia, non volatilia; me autem manus tuæ fecerunt, non mediocre opus eſt quod paratum eſt, non vile igitur parauit Deus, noſce te ipſum homo.*

Pſalm.118.

*Ambroſ. in Pſalm 118 Octon. 1.*

### *Per peccatum beſtiis comparamur.*

589 *Producat terra animam viuentem in genere ſuo*, Inſpiciamus hominis formationem, inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem; nonne diſcrimen eſt aliquod inter animalia terræ & hominem? cur ergo aſſerit Moyſes hominem factum eſſe in animam viuẽtem, ſicut de terreſtribus animalibus? nonne præuidebat Deus hominem peccatum commiſſurũ? hac de cauſa igitur voluit propter peccatum, eius animam comparare animæ terreſtrium animalium: ita Rupertus lib. 2. in Geneſ. cap. 22. *Quare tantum honori huius facturæ detractum eſt? hoc ſolum dicente ſcriptura, & factus eſt homo in animam viuentem, hæc nempe dictio quæ ſupra deſcripta eſt, longe minor eſt, ſi quidem iumentum quoque in animam viuentem factum eſt; cum autem dixiſſet, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, videlicet quia qui factus eſt homo rationis dono non bene vſus eſt, & honorem ſuum non intellexit ſed comparatus eſt iumentis, rectè illi iam formato à ſcriptore quaſi detractum eſt illud, quo ſuperior eſt iumentis.*

*Rup. 2. in Gen. c. 22.*

### *Peccati plures ſunt defectus.*

590 *Producat terra iumenta, reptilia, & beſtias terræ*, Cur tot diuerſas ſpecies diſtinctè nominauit: nonne omnes vnico verbo potuit comprehendere dicens, producat animalia? myſticè ſatisfaciamus, iumentum, ſtultitiam ſignificat; reptilia, varias animi & peruerſas cogitationes; beſtiæ, beſtiales affectiones: reſponſio igitur hæc eſt, ideo tot Deum animalia diſtinxiſſe, vt cognoſceremus terram maledictam, ſcilicet peccatum, varios defectus in nobis producere: ita liquet ex teſtimonio D. Ambr. lib. 6. hexa. cap. 2. *Hoc loco non ignorat quaſdam beſtiarum pecorum & ſerpentium terræ ſpecies aliò retuliſſe, vt hac ad immanitatem criminum, ſtultitiam peccatorum, nequitiam cogitationum referrent.*

*Amb. lib. 6. hexam. c. 2*

### *Amor terrenorum radix omnium malorum.*

591 *Producat terra reptilia, iumenta & beſtias terræ*, Per terram intelligit Hugo Carenſ. carnem noſtram terrenorum amore obrutum; ſed quomodo huiuſmodi caro terra illa deſignata has tres animalium

A ſpecies producere poteſt? ex illa enim nec reptilia terræ, vel beſtiæ aut iumenta egrediuntur; aduerte per iumẽta, libidinibus agitatos, per reptilia, cupidos & auaros qui humi repunt & terram comedũt, per beſtias, tumentes ſuperbia intelligi, quæ omnia comprehendit Ioann. in his verbis: omne quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ: en vides quomodo ſub his tribus vitiorum generibus quæcunque alia comprehenduntur? ne mireris igitur terram, hæc tria animalium genera emittere: nam ab homine terrenorum amore illaqueato, omnium criminum genera producuntur: ita Hugo Card. *Tria ponit Moyſes, reptile, beſtias, iumenta: per quæ ſignificantur illa tria Ioan. Omne quod eſt in mundo, &c.* B *hæc tria de terra oriuntur: quia de amore terrenorum vniuerſa malitia ortum habet 1. Timot. 6. Radix omnium malorum cupiditas; per reptile ſignificantur cupidi, qui circa terram repunt; per iumenta luxurioſi, Iohelis 1. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo; per beſtias ſuperbi, Iob. 29. Conterebam molas iniqui.*

*1. Ioan. c. 2.*

*Hug. Card. in poſt.*

*1. Tim. 6.*

*Iohelis 1.*

*Iob. 29.*

### *Si Deus nos in aliquo propter noſtra peccata punit, in alio ex miſericordia nos ſubleuat.*

C *Producat terra reptilia, iumenta, & beſtias terræ*, Cur tres ſpecies diſtinxit manifeſtè ſcriptura, iumentorum, reptilium & beſtiarum? aduerte quæſo à reptili, nempe ſerpente Euam ſeductam, à beſtiis terræ Deo volente in pœnam peccati damna non exigua accipere; iumenta autem maxime nobis inſeruire, tum ad iter faciendum, tum ad onera ſubleuanda: ſed cur Deus noluit omnia animalia nobis eſſe infenſa, ſed aliqua nobis vtilia? quia ita Deus miſericors, quod ſi in aliquo propter delicta nos punit, in alio ex miſericordia nos ſubleuat: fauere videtur D Rupert. lib. 1. in Gen. cap. 55. *Nota diligenter iudiciorum Dei inueſtigabilium prouidentiam: ab vna namque ſpecie, id eſt à reptili homo ſeductus eſt, ab vna id eſt à beſtiis terræ iuſtè peccator idem infeſtatur, ab vna id eſt à iumentis miſera hominis debilitas miſericordia Dei refouente iuuatur.* 592

*Rup. l. 1. in Gen. ca. 55.*

### *Qui dulcedine rerum cœleſtium vult frui, carnalium deſideriorum fluctibus non ſuccumbat.*

593 *Producat terra*. De hac loquens Regius Pſalmiſta E ait, *viſitaſti terram, & inebriaſti eam*. quid putas eſt cauſæ, quod ſolam terram Dominus dicitur inebriaſſe? cur non etiam mare? an non vtrumque elementum à Deo productum? aduerte mare in perpetuo motu eſſe, per quod deſignantur qui variis carnalium deſideriorum fluctibus aguntur: terrâ autem quæ permanens eſt, denotantur ij quos ſæcularium curarum procella non exagitat: bene ergo dicitur à Regio Propheta, quod Deus terram viſitat, & eam inebriat; non autem mare, quia dulcedine rerum cœleſtium inebriari non merentur, qui carnalium deſideriorum fluctibus exagitantur, ſed qui mentis ſtabilitatem tranquillam poſſident: ita Ri- F chardus à S. Vict. lib. qui dicitur Benjamin minor, cap. 38. *Scimus quia mens quæ per varia deſideria fluctuat, quam adhuc ſæcularium curarum procella exagitat, ad illud internũ gaudium non admittitur, & illo torrente voluptatis non potatur, quanto minus inebriatur? ſcimus quia mare ſemper fluctuat, terra autem in æternum ſtat, ſic & cætera elementa ſemper in motu ſunt, & ſola terra ſtante, ſtare cætera neſciunt: quid igitur per*

*Pſalm. 64.*

*Richar. à S. Vict.*

*terram niſi fixam cordis ſtabilitatem debemus accipere?* A
*debes igitur fluctuationem cordis reſtringere, & ad vnius*
*veri gaudij deſiderium cogitationum, affectionumque*
*motus colligere, qui ſe cupis, vel credis illo vera ſobrieta-*
*tis poculo inebriandum fore.*

### *Merita pro æterna vita coaceruanda.*

*Producat terra animam viuentem*, E terra formica
594 prodit, cuius variæ ſunt proprietates: nam tempo-
ris hyberni pabulum æſtate ſibi ſedulò condit, &
licet hyemis incommoda nondum adſint, ocioſa
tēpus non conſumit, ſed inceſſabili quodam inten-
toque ſtudio legendi ſemina tantiſper incumbit, B
dum ſufficiens alimentum in cellulis ſibi recondat:
quid quæſo hæc diligentia formicæ nobis denotat,
Pro.6.v.6. & conſilium, Sapientis nobis dicentis vade ad for-
micam piger, & conſidera vias eius & diſce ſapien-
tiam? potius à nobis ſapientiam ediſcere quam nos
ab ea, deberet: ſed obſerua, precor quòd æſtatis tem-
pus certe vita noſtra eſt, qua coruſcat radius gratiæ,
2.Cor.6. hortamur vos ne in vanum gratiam Dei recipiatis,
ait enim, tempore opportuno exaudiui te, tempus
hyemis iudicij ſeu mortis tempus eſt, quo abſce-
dente ſole gratiæ & miſericordiæ, iuſtitiæ tempus
exurgit, quo pòſito prudenter à ſapiente ad formi-
cam mittimur, addiſcendæ ſapientiæ gratiâ, quia C
illius exemplo, ne deficiamus inopia meritorum,
tempore hyemis nempe mortis, huius vitæ æſtate
congerendæ ſunt ſegetes, id eſt bona opera coacer-
Anaſ.Ny. quæſt. 46. in ſcript. uanda, vt in æternum viuamus. Conſonat Anaſt.
Nyſen. quæſt. 46. in ſcripturam, dicens, *Formica iſta*
*quæ parant ſibi in æſtate alimentum, gentes ſunt quæ per*
*fidem in Chriſtum parant ſibi vitam æternam per bona*
Cyri.Hie. Cath.6. *opera*, ad hæc D. Cyrillus Hieroſ. Cath. 6. *videns*
(inquit) *formicam in æſtate ſibi theſaurizantem cibos,*
*imitare, & theſauriza tibi ipſi fructus bonorum operum* D
*in æterna ſæcula.*

### *Ieiunium dæmonem profligat.*

*Producat terra reptilia & beſtias terræ ſecundum ge-*
595 *nus ſuum*, inter reptilia ſerpentem nouimus, cuius
naturam omittens, quid illi contingat ſciamus, ait
Amb.li.5. hexa.ca.4. D. Ambroſ. quod ſi ieiuni hominis ſputum guſtaue-
rit, moritur, cur Deus voluit ſerpentem tam cau-
tum ieiunij hominis ſputo tam facile necari? vt nos
doceret virtutem ieiunij contra ſerpentem damna-
tum: ita D. Ambroſ. lib. 5. hexam. cap. 4. *Vides quanta*
*vis ieiunij ſit, vt & ſputo ſuo homo terrenum ſerpentem*
Atha.li.de de virgin. *interficiat*, & D. Athan lib. de virginitate, *Vide quid*
*faciat ieiunium, dæmones fugat.*

### *Nullum mortis genus pertimeſcendum.*

*Producat terra animam viuentem iuxta genus ſuum,*
596 *iumenta & reptilia & beſtias terræ*, Inter huiuſmodi
animàlia plura nociua ſunt, quæ quamuis ante pec-
catum innoxia creata ſunt teſte Auguſt. non niſi
peccatoribus nocere cœperunt: in vindictam ergo
offenſæ nobis nocent, vel ad probandam virtutem:
A difficultas eſt ſi animalia noxia viuos homines vti-
liter probant, aut ignoranter docent, cur in eſcas
ſuas dilacerant etiam cadauera eorum? dico non ſi-
ne vtilitate Deum id velle, ſed vt nullum genus
mortis pertimeſcamus: ita D. Auguſt. citatus, *Hinc* Aug. li.3.
*fit quædam prudentibus admonitio, vt ſe ita commendent* de Gen. ad
*fideli creatori, omnia maxima & minima occulta nutu* litt.
*adminiſtranti, cui etiam noſtri capilli numerati ſunt, ne*
*propter inanes curas exanimatorum corporum ſuorum* Matth.10
*vlla genera mortium perhorreſcant, ſed pia fortitudinis*
*neruos ad omnia præparare non dubitent.*

### *Humilitas in innocente tutior.*

*Producat terra, &c. iumenta & reptilia & beſtias* 597
*terræ*, quæ animalia vt notat D. Auguſt. lib. imp. de Aug.l.im.
Gen. ad litt. cap. 16. imperfectiora & magis noxia de Gen. ad
fuere, difficultas eſt ſi homo paulo minus ab Ange- litt.c.16.
lo eſt, teſte Dauid: minuiſti eum paulominus ab An-
gelis, & excellentior ipſis cœlis; cur ergo potius be-
ſtiis terræ ſociauit in creatione? cur illum formauit
in die qua animalia produxit? vt illum in debita hu-
militate conſeruaret, & ſi ſe quantū homo ex futura
inter Angelos dignitate erigeret, tantum de præ-
ſenti inter beſtias vtilitate deprimeret.

### *Luxuriæ occaſio nobis adimitur.*

*Producat terra reptilia & iumenta*, Diximus in ex- 698
poſitione litteræ eodem die producta fuiſſe à Deo
animalia quæ ex diuerſis ſpeciebus oriuntur, vt mu-
lus, leopardus, &c. tamen Deus hoc prohibet Leuit. Leuit. 17.
c.17. cùm ait iumentum tuum non facies coire cum
alterius generis animantibus, cur Deus prohibet
quod ipſemet approbat? in expoſitione litteræ ra-
tionem præbuimus, ſed myſticè loquentes cur præ-
cipit Deus iumentum non coire cum alterius gene-
ris animantibus, cùm muli ex hac coniunctione
prouenientes maxime nobis neceſſarij ſint? idcirco
Deus hoc prohibet, vt omnis occaſio cuiuſlibet lu-
xuriæ nobis adimatur: accipe Guillelmum Pariſien- Guillel.
ſem de leg c.12 *Vt ordo naturæ commendaretur, vt fla-* Pariſ. de
*gitium ſodomiticum declinaretur, vt attēderetur, compreſ-* leg cap.12.
*ſionem concupiſcentiæ gratam Deo eſſe, vt quia vix fit ea*
*commixtio niſi præſentibus aliquibus hominibus, occaſio*
*libidinis præſcinderetur.*

### *Inducimur ad patientiam.*

*Producat terra iumenta, reptilia, & beſtias terræ*, Sci- 599
E mus plura ex his animalibus eſſe ferociſſima, homi-
nique infenſiſſima, alia venenata: cur ergo Deus iuſ-
ſit illa producere? nonne nobis ſunt occaſio patien-
tiæ, ſi iniurias nobis ab eis illatas ſuſtineamus? aſſe-
ro ergo hæc animalia nobis infenſa, terram iuſſu
Dei produxiſſe, vt ad patientiam habendam incita-
remur: ita D. Aug. lib. 3. de Gen. ad lit. c. 17. *Animalia* Aug.l.3.de
*noxia viuos homines aut pœnaliter lædunt, aut ſalubri-* Gen. ad.
*ter exercent*, ſcilicet ad tolerantiam, *aut viriliter pro-* litt.cap.17.
*bant ad patientiam.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERSVS XXV.*

*Vlg.* Fecit Deus beſtias terræ iuxtà ſpecies ſuas, & iumenta, & omne reptile in genere ſuo, & vidit Deus quòd eſſet bonum.

*Septuag.* Et omnia reptilia ſecundum genus eorum

*Caiet.* Et fecit Elohim beſtiam terræ generi ſuo, & iumentum reptile terræ generi ſuo.

### CONCORDIA VERSIONVM.

NOn eſt cur eam aſſignemus: non enim diſerepant hæ lectiones in ſenſu, ſed parumper in verbis, vel vſurpantes ſingulare pro plurali.

## EXPOSITIO VERSVS XXV.

ET *fecit Deus beſtias terræ*, Hoc eſt multiplici diuerſitate iuxta ſenſum ſuperius dictum, intelligentia enim horum verborum ex præcedentibus petenda eſt; an autem ſit maior numerus animalium terræ quam aquatilium, probabile cenſeo maiorem eſſe multitudinem in aquis degentium, quam in volatilibus & terreſtribus inueniatur, quod probatur ex illo Pſal. 103. *Hoc mare magnum & ſpatioſum manibus, illic reptilia quorum non eſt numerus*, vocat enim ſcriptura piſces nomine reptilium, & per exaggerationem, dicit eorum non eſſe numerum, quia eorum eſt maxima multitudo, & vt denotetur diuerſitas non tantum in numero, ſed etiam in ſpecie, adduntur illa verba, *animalia puſilla cum magnis*: nam in his extremis media ſubintelligi debent

*Pſal. 103.*

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deus in operando celerrimus.*

600 FECIT *Deus beſtias terræ & iumenta*, Cur Moyſes ordinem verborum tranſmutauit: nam antea iumenta priorem locum obtinebant in productione animalium terreſtrium? dixerat enim Deus producat terra iumenta, deinde beſtias; hic autem Moyſes primò beſtias apponit, quàm iumenta: Dico non conſiderandum ordinem ipſorum verborum, nam verbo citius cuncta produxit animalia, obſeruatio eſt Iunilij; *Notanda tranſmutatio verborum, tamen intelligendum quia dicto citius omnia quæ voluit fecit, nihilque differt quid loquela humana prius in creaturarum ordine nominet, quaſi diuina prouidentia condidit ſimul cunctas.*

*Iunil. Epiſ. in hexam.*

### *Deus circa infima prouidentiam habet.*

601 *Fecit Deus beſtias terræ*, &c. Quibus perfectis non legimus Deum benedixiſſe ſicut piſcibus & auibus; optima tamen eſt animaduerſio Caietani dicentis, aduerte quod ex induſtria Moſes omittit benedictionem animalium irrationalium terreſtrium, ad inſinuandum quod non aſſumpſit prouinciam ſingula ſigillatim explanare, ſed multa ex induſtria omittit, quæ tamen ex manifeſtatis percipi poſſunt: quo ergo ſuppoſito quod benedixerit Deus animalibus terreſtribus vt creſcerent, & multiplicarentur, ad quid hæc benedictio? nonne ſine ea appetitu prolis habendæ ferrentur? Nota quod maiora animalia præcipue quæ rapinæ vacant, minutiora potuiſſent conſumere; rectè igitur eis benedixit, quia vi benedictionis cuiuſlibet ſpeciei etiam infimæ & minutiſſimę conſeruatio deperdi non poteſt, ſicque Deus prouidentiam ſuam circa infima declarat. Fauet Diodorus, *Ex ea voce qua creſcere & implere mundum animalia iuſſit, ſecuritatem cuique conſeruationis comparat, ne genus aliquod infimum à valentiori quandoque conficeretur.*

*Dioder. in Cat. Græc.*

### *Deus omni ratione ſatagit nos ab omni infidelitate reuocare, & ad cultum ſui promouere.*

602 *Et fecit Deus beſtias terræ*, Hæc omnino ſuperflua mihi videtur eſſe repetitio: nam cum iuſſiſſet Deus terram eas producere, ſubiunxit Moyſes, & factum eſt ita; ſi ergo vt Deus iuſſerat effectum eſt, iuſſerat autem vt beſtiæ terræ producerentur, ſuperfluè addit, *& fecit Deus beſtias terræ*. Aduerte plura ex animalibus tanquam numina ab ipſis mortalibus culta fuiſſe, non ſuperfluè igitur addit & repetit à Deo factas eſſe beſtias terræ, vt omni ratione qua poſſet ab idololatria reuocaret; ſi enim factas eſſe à Deo declarat, Deos non eſſe euidenter demonſtrat: ſic Lippom. *Repetitio eſt familiaris admodum in litteris, hoc in loco tamen minime otioſa pro ſerioſa & diligenti non ſolum doctrina, ſed & inculcatione & exhortatione legentium, vt ſemper fideles meminerint hæc omnia non ad cultum producta, ſed ad vſum, ſolatium, fructum, ab eo conditore quem colere deberent, venerari, & ſuſpicere, & per omnia obediendo iuſſis ipſius.*

*Lipp. in cat.*

### *Deus ita hominem diligit, vt ea quæ ſunt ſuo miniſterio dicata, cum eo creauerit.*

603 *Fecit Deus beſtias terræ, iuxta ſpecies ſuas & iumenta*, Sed quæſo, cur iumenta quæ irrationabilia ſunt, ſexto diei cum homine deputantur? non autem reptilia maris ſeu volatilia cœli, cum nec minus hæc quàm illa rationis expertia ſunt? cur ergo in hunc diem diſtulit eorum formationem? Nota quòd nec reptilia, nec volatilia hominis obſequio deputata ſunt ſicut iumenta; dico ergo rectè eodem die hominem cum iumentis formaſſe, quia amore tanto Deus hominem proſequitur, vt ea quæ ſuo ſeruitio deſtinata ſunt, eodem die ſimul & cum produeat: ita Rupert. lib. 1. in Gen. c. 54. *Rectè cum homine diei ſexto computantur, quia cuius homo, eiuſdem partis mundi ſcilicet terra, ornatus quoque iumentorum genus eſt, & eius potiſſimùm deſtinata ſeruitio ſunt, ſicut videmus: quia neque volatilia, neque reptilia quæ produxerunt aquæ, ſed ſola iumenta cooperantur & laborant.*

*Rup. l. 1. in Gen. ca. 54.*

### *Quilibet etiamſi plurimis meritis prævalidus, ſi voluptati adhæſerit, facillimè eneruatur.*

604 *Fecit Deus beſtias terræ*, Inter quas vrum conſtitue, cum præ omnibus animalibus terribilis ſit aſpectu, duo habens cornua in modum ſerræ, proceras arbores quatiens, illas diſſecat, ramoſque præſcindit, nec eſt vllum animal illo fortius, paſcitur non longè ab Oceano, continuò verò vt bibit veluti ebrius ludit, cornibuſque tanquam bos terram petit; eſt autem illic arbor dicta tanus viti ſimilis, & alba ramis, quos cùm vrus capite concutit, cornu vincitur, accedit venator, & cornu alligatum deprehendit, il-

lumque opprimit; quomodo animal viribus ita potens, cornibuſque tanquam duabus ſerris ornatum omnia diſrumpit, omnia præſcindit, & tamen exigua ranus ramis ſois tanquam vinculis detinetur, quouſque ab aliquo confodiatur? aduerte quod vt animali præſtantiſſimo & fortiſſimo cornua geſtanti in modum ſerræ, homo deſignatur præ omnibus potens virtute animæ intelligentis, qua omnia moderatur ſuo imperio, & ſua ſagacitate omnia cogens animantia, duo habens cornua, nempe teſtamenta, quibus contra aduerſas poteſtates vtitur tanquam armis; vel intellectum & voluntatem, intellectum fidei lumine illuſtratum, & voluntatem gratiæ ſuauitate delibatam; ranus autem voluptatem, ſicut venator diabolum deſignat; quid mirum igitur vrum viribus excellentem, ramuſculis rani nihilominus irretiri, & ibi à venatore interfici: quia deſignat hominem etiam plurimis meritis prævalidum, bonis operibus fortem, & potentem in Deo qui cum confortat, qui tamen his cornibus myſticis munitus, ſi voluptati carnis adhæſerit, facile alligabitur, quoniam & in intellectu a fidei veritate caligare, & in affectu à rerum ſpiritualium & cœleſtium amore declinare incipiet: vnde peritus à venatore diabolo, & voluptati mancipatus abſque vllo negotio eius præda & victima efficitur: ſed præſtat ex Epiphanio hanc veritatem in Phyſiol. cap. 3. haurire. *Tu ô ſpiritualis homo conſidera quanto te vro generoſiorem fecerit Deus: loco enim duorum cornuum duo dedit tibi teſtamenta, nouum videlicet & vetus, quæ cornua ſunt contra poteſtates aduerſas, vt ne te circũueniat diabolus, ait enim Proph. Pſalm. 43. in te inimicos noſtros ventilabimus cornu, oceanus copiam diuitiarum ſignificat, ranus vero voluptatem, qua implicitus homo fidem negligit: venator igitur hoc eſt diabolus illum aggreditur, quem voluptatibus mancipatum, fidemque negligentem inueniens in ſuam poteſtatem redigit.*

*Epipha. in Phyſ. c. 3.* — *Pſal. 43.*

### *Verus regularis quæcunque facillime tolerabit: otio autem deditus monachus; nullo modo.*

605 *Fecit Deus beſtias terræ, & reptilia in genere ſuo?* Quisnam ranas reptilium non adſcribit numero? quæ duos ordines ſortiuntur: aliæ enim ſunt terreſtres: aliæ aquaticæ: terreſtris ſolis ardorem æſtiuum perfert, gelidos imbres & ventos & hybernas tempeſtates ſuſtinet: aquatica autem ingruente hyeme ſe in profundum mergit, vt tepidioribus aquis fruatur, ſole vero micante emergens placidè incaleſcit, & eo torrente, ſe denuo in profundum proiicit. D. Epiphan. cap. 22. in Phyſiol. confert laborioſos regulares & ocioſos his duobus ranarum generibus, terreſtri nempe laborioſum, otio deditum aquatico: quod mihi equidem rationi diſſonum videtur, quæ enim inter ranam & monachum ſimilitudo? Nam ranarum cantus importunus: religioſorum autem Deo & hominibus ſuauiſſimus: merito tamen verus regularis rana terreſtri ſignificatur, quia nec proſperis aduritur, nec aduerſis conteritur, ſed libenter aduerſa omnia incommoda, famem, ſitim, &c. tolerat: necnon minus apte aquatica rana religioſus otio indulgens exprimitur, quia arridente proſperitate extollitur, irruente aduerſitate proiicitur, omni ſtudio ad commoda capranda peruolat, omnis impatiens incommodi. Quod eleganriori ſtylo nobis deſcripſit D. Epiphan. *Terreſtris hæc rana calorem ſolis excipit, & gelus, imbre, ventos & hybernas tempeſtates ſuſtinet. Aquatica vero nihil horum tolerare poteſt, verum ingruente hyeme ſeipſam in profundum demittit: ſole vero micante emergens placidè incaleſcit: cùm autem ſolis calor increuerit, ferre illum non poteſt, ac denuo in profundum ſeſe deiicit: ſic & qui ocioſe degunt monachi, minime poterunt famem ſitim, ſuditatem, continentiam, & humicubationem tolerare. Qui verò ocio non indulgent, libenter ieiunant, atque omnia ſuſtinent.*

*Epiph. c. 22. in Phy.*

### *Prælati, ſiue concionatores, non ſua, ſed quæ Ieſu Chriſti quærant.*

606 *Fecit Deus beſtias terræ & iumenta*, Si plurima ex eis in hominum cibum cedere debent, quomodo ſtrictu iubet Deus præcepto, ne ſanguis eorum inſeruiat, ait enim Leuit. 7. *ſanguinem omnino animalis non ſumetis in cibum, tam de auibus quam de pecoribus.* Cur non comedent ſanguinem pecoris vel volucris, cum noxius non videatur, ſed ſuauis? Aduerte per volucres intelligi eos qui ſatis ſunt docilis ingenii, vt à concionatoribus erudiantur: per pecora autem rudes, & per ſanguinem illorum propriam ſubſtantiam, vel bona eorum. Bene ergo iubet Deus, ſi aliquod in ſacrificium ſibi pecus vel volucris offeratur, quòd eorum ſanguis in cibum non cedat, ad denotandum quod ſi aliquos verbi miniſterio in ſacrificium Deo offerant concionatores, vel Prælati, eorum ſanguinem non comedant, id eſt, eorum bona non quærant, ſed Ieſu Chriſti gloriam, & animarum ſalutem. Sic illum Leuitici canonem explicat venerabilis Radulphus: *Doctores ſancti cum eruditione ſua quemquam ad ſcientiæ ſtudium prouehunt, quaſi ſpiritualem ouem offerunt: huius autem ſanguinem non comedant, quia amorem diſcipulorum non conuertunt in ſe, ſed ad Chriſtum tranſmittunt. Plane enim iram ſponſi prouocat puer, qui ad ſponſæ miniſterium deputatus loco ſponſi amari ſe affectat. Vnde beatus Apoſtolus fidelis miniſter Eccleſiæ. Non noſmetipſos, inquit, prædicamus, ſed Ieſum Chriſtum Deum noſtrum.* Hæc ille. Nec quæ ſubdit omittenda: *ſed nec pecorum, ſi quæ Deo immolant, ſanguinem edant, quia cùm ſimpliciores erudiunt, peſtem cupiditatis quam de eorum cordibus excludunt, & ipſi quoque à ſe abiiciant, Caſtigo, inquit, corpus meum, & in ſeruitutem redigo.*

*Leuit. 7.* — *Radulp. in Leuit.* — *2. Cor. 1.* — *1. Cor. 9.*

### *Petitiones noſtræ ſint rerum ſpiritualium, rarò corporalium, niſi quæ ſint omnino vitæ neceſſaria.*

607 *Fecit Deus beſtias terræ, & reptilia.* Quæ ſane pluribus aliquando conſtant pedibus, nihilominus huiuſmodi reptilia Deo abominationi eſſe comperio, ait enim ipſemet Deus Leuit. 11. 42. quidquid ſuper pectus quadrupes graditur, & multos habet pedes, abominabile. Cur abominabile, ſi illud ſicut alia feciſti animalia? Sed quod maiori admiratione dignum eſt, quod hominem quem cum duobus pedibus creauit, vult vnum tãtum habere: ait enim Prouerb. 25. *Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, ne quando ſatiatus oderit te.* En quomodo vnum ſolum pedem habere hominem præſupponit? vnóne homines ambulare ſolent? Cur igitur ſicut abominabile eſt illi quadrupes ſuper pectus gradiens, nunc etiam ſignatè præcipit ſubtrahere pedem tuũ, & non pedes tuos, quaſi vnico conſtares, de domo proximi tui? Obſerua eo ſub cortice quo ſapiens frequentem aditum ad amici domum præſertim aliquid petendi cauſa vetuit, denotare quod non à Deo vero amico corporalia, ſed ſpiritualia petere debemus: nam cum alter pes ad ſpiritualia, alter ad corporalia ſiue temporalia referatur, vnum tantum pedem in domum amici inferendum: altero ab illa ſubſtracto

*Leuit. 11. 42.* — *Prou. 25.*

ſubſtracto ſiue perrato illato, id omnino ſignificat nonniſi ad ſpiritualia bona petenda domum Dei, qui verus amicus eſt, verus proximus eſt, frequentius adeundam: atque omni temporalium bonorum ſollicitudine ablata, vix aut ne vix quidem niſi pro iis quæ ad vitam tranſigendam ſunt neceſſaria, preces ad Deum fundendas eſſe. Aduerte inſuper per reptile quadrupes gradiens ſuper pectus, multoſque pedes habens intelligi rebus terrenis ſemper intentum; non miremur igitur, & huiuſmodi reptilia Deo eſſe abominationi, & velle vt vnum ſolum pedem in domum amici inferamus, altero ſubſtracto, quia rebus terrenis nos indulgere prohibet, vultque petitiones noſtras ſolum eſſe rerum ſpiritualium, non autem corporalium, niſi quæ ſint omnino neceſſariæ. Sub hoc ſenſu prædicta verba intellexit S. Nilus in Aſcetico dicens: *Multiplici pedum numero monetur, qui rebus corporeis circumagitur: idcirco ſapiens ille Prouerbiorum auctor, ne duos quidem hominem ſapientem vult habere pedes, ſed vnum tantum: cumque raro ad res corporeas monere. Raro, inquit, infer pedum tuum ad amicũ tuũ, ne forte nimià familiaritate ſatiatus oderit te. Si enim raro ad amicum acceſſerit rebus egens corporis neceſſariis, amicus erit, quemadmodum diſcipulos ſuos Christus appellat: Vos, inquiẽs, amici mei eſtis Ioan 14. 15. Sin frequentius & nihil aliud ſpectans, vt multi ſolent, inuiſus erit. Quid enim exorabit? aut quomodo non eris deteſtandus, qui rebus huiuſmodi ſemper intentus, nunquã ad rectam viuendi rationem animum excitauit?*

*S. Nilus in Aſce. exponens vtrumque locum tam Leuit. quã Prouer.*

### *Deus hominibus terrenis non benedicit, nec eis complacet.*

608 *Fecit Deus beſtias terra, & factum eſt ita.* Subiungit Moyſes, non tamen quod eis Deus benedixerit, quod quidem miror; nam volatilibus benedictionem ſcimus impertiſſe, verſ. 22. benedixit eis dicẽs, creſcite, &c. Cur igitur ab animalibus donum benedictionis ſuæ ſubtrahit? per animalia terreſtria, homines rebus terrenis dediti veniunt intelligendi. Meritò igitur Deus benedictionem ſuam ab huiuſmodi animalibus amouit, quia homines terreni eo ſunt indigni beneficio: pulchre id annotauit Theophil. Antioch. ad Autol. lib. 2. *Sexto die cum Deus conderet quadrupedia, beſtias & reptilia terreſtria, reticit benedictionem, eamque reſeruat homini, quem ſexto die creare inſtituerat: cæterum quadrupedia & beſtiæ quædam, pulchrè nobis depingunt homines quoſdam, qui Deum ignorant, impia patrant, terrena ſapiunt, nec vnquam ad pœnitentiam conuolant.*

*Theop. Antioc. ad Autol. lib. 2.*

### *Hæretici licet ſibiipſis maximi videantur, tamen maxime puſilli.*

609 *Fecit Deus beſtias terræ, &c.* Cum inter omnes ſit calliḋiſſima vulpes, vt ab eius verſutiis caueamus, eam comprehendere & vincire debemus, iuxta cõſilium Sponſæ dicentis Cant. 2. capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas: vulpibus hæreticos intelligi apud omnes compertum. D. enim Ignatius ad Philadelphienſes ſcribens ait: Quiſquis ſententiam ſequitur aliam quam Epiſcopus ſuus Catholicus, eum non eſſe Chriſti, neque paſſionis eius participem, ſed vulpem & Chriſti vineæ corruptorem. Et meritò vulpes dicuntur: nam ſicut iſta ſunt fraudulenta animalia quæ in foſſia vel ſpecubus ſe abſcondunt, cumque apparuerint nunquam rectis itineribus, ſed tortuoſis anfractibus currunt, ſic hæretici in dictis, pactis, factis, quàm ficti, ſimulati, vafri, aliud in corde conditũ, aliud in lingua promptum habentes: vulpes teſte D. Auguſt. in Pſalm. 80, animal maximè fœtens, quem odorem ſpirat doctrina hæreticorum, v. g. Caluini, quæ eſt quædam inuitatio ad omnium cloacam libidinum, proſtibulum licentiæ, & ſacrilegarum nuptiarum conciliatrix: ſed quod miror eſt, cur hæreticos paruulas vulpes, & non potius elephantes, vel tauros validiſſimos nominat? cum vrbes & prouincias tortuoſis anfractibus prorepentes amputarunt ita validè, & Catholicos pluribus in locis oppreſſere: meritò tamen dicuntur vulpes, non quæcumque ſed paruulę, quia licet ſibiipſis maximi & viribus doctrinæ potentes videantur, tamen maximè puſilli, & facile conuincuntur: nobis adſtipulatur D. Iuſtus Orgel. ibi: *Paruulas vulpes dicit, quia nihil magni ſecundum rectam fidem continent intelligendo, omne enim quod ſapiunt, nihil eſt.*

*Cant. 2.*

*Ignat. ad Philadelph.*

*Auguſt. in Pſal. 80.*

*Iuſt. Orgel. in 2. Cant.*

### *Commiſſo peccato, pœnitentia remedium quæramus.*

*Fecit Deus & beſtias terræ.* Non eſt dubium quod nobis inter beſtias terræ ſit notiſſimus ceruus, eius quæſo ad mores componẽdos naturam indagemus: nemorum ſyluas & montium, vt velociſſimus curſor concito gradu perluſtrat, ſerpentiumque cauernas odore indagat, & ſicubi ſerpens delitęſcitẽ veſtigio ſubodoratur, ſtatimque nares ad limẽ cauernæ admouet, halitumque trahit: prodiens igitur ſerpens in fauces cerui ſeſe ingerit, ille obuium deuorat, & illico ad aquarum fontem decurrit: quod ſi trium horarum ſpatio aqua ſe explere non poteſt, moritur: ſi autem aquæ potus obtingat, ad annos plurimos vitam protrahit. Sed cur ad aquarum fontem currit? dices vt virus aquarum copiâ extinguatur: verum nonne aliud huic veneno poteſt inueniri remedium? minime, quomodo natura aliud non docuit. Si myſticè loquamur, vlterius non progredieris inquirens, cur fons aquarũ à Deo ad veneni ſubleuamen datus eſt? Serpens peccati typus eſt, quoniam ipſius ſuggeſtu peccatum ingreſſus eſt mundum, afflatu, ingluuie videlicet voluptatis ipſum attraxit. Fontes aquarum ſunt ſacramenta, præcipuè baptiſmus & pœnitentia in quibus hauriuntur aquæ ſalutares. Bene igitur ceruus ad conſopiendum & penitus adimendum virus ſerpentis, trium horarũ ſpatio currit ad fontem aquarum; ſin autem, moritur, ad denotandum quod qui ſerpentis veneno ſeu delicti culpa infectus, tres horas, vitę pręſentis curriculа, iuuentutem, ſcilicet virilitatem & ſenectutem patitur elabi, non guſtatis aquis ſacramentorum, in mortem corruet ſempiternam: nobis fauet D. Epiph. lib. 5. in Phyſ. *Tu ſpiritualis homo, tres habes reſtaurationes, baptiſmum ſcilicet inſtaurationis, filialis adoptionis gratiam, & pœnitentiam: ſi quãdo ſerpentem id eſt peccatum intra cordis receſſus deprehẽderis, ad fontes aquarum, hoc eſt, ad Scripturarum ſcaturigines ſtatim confuge, ſanctam videlicet gratiam (quemadmodum Propheta interpretantur) hauri: nam ſi pœnitẽtiam egeris, ab eo iterum deleto, diuinitus viues,*

610

*Epiph. li. 5. in Phyſ.*

### *A luxuria reuocamur.*

611 *Et fecit Deus beſtias terræ, &c* Suppoſito quod diximus, quod in his animalibus terreſtribus, ſicut aereis & aqueis benedictio intelligenda venit (ex Caiet.) vt ſecundum ſpecies ſuas multiplicarentur ex coniunctione maris & fœminæ. Dubium moueri poteſt, nonne naturaliter inditum eſt cuilibet generandi ſibi ſimile? Superflua ergo videtur bene-

dictio Dei;ſi quidem eis data eſt, vt ex coniunctione maris & fœminæ indiuidua eiuſdem ſpeciei multiplicarentur:non ſuperfluè data eſt, quia ita naturaliter animalia coitum auerſabantur, vt neceſſaria fuerit benedictio ad ea in actum Venereum compellenda: Sic Gennad. *Ne in ea rem ſponte ſua nempe in concubitum ferri videantur:ſed compelli potius imperio Creatoris ad generis conſeruationem merito talibus verbis animantium generè benedixit.* Si igitur animalia quaſi coactè generationi vacaſſent, quomodo homines ita facile ad actum Venereum feruntur.

Gennad. in Cat. Gr.

### *Per peccatum experimur omnia nobis nociua.*

612 *Fecit Deus beſtias, iumenta, & reptilia.* Ex his animalibus plura ſcimus eſſe venenata atque nociua, vt ſcorpiones, aſpides: cur Deus cum hominem tanto amore proſequatur, ei infenſa creauit? Ante peccatum innoxia erant, ne putes huiuſmodi exitium & venenum in animalibus ortum & originem habere ex Dei bonitate, ſed ex primi parentis peccato. *Fortè*, inquit D. Euch. *in primordio innoxia facta ſunt huiuſmodi animalia, & poſt pe.catum nocere cœperunt: bona enim condita ſunt, ſed male agentibus data ſunt in flagellum.*

Euc. Lugd.

### *Ad fidem mouentur per animalia.*

613 *Fecit Deus beſtias terre & reptilia.* Cur Deus authorem ſe conſtituit beſtiæ exitialis, reptilis venenati, animalia nociui, cùm ſumma eius bonitas abhorrere deberet à ſimili hominibus nocumento? Huiuſmodi enim animalia homini ſunt infenſiſſima: nihilominus dico hæc animalia quæ tibi videntur nociua, maxime eſſe vtilia, vt fides noſtra nempe ſtabiliatur & intendatur. Ita D. Baſilius in Hexamer. *Nemo Creatorem eam ob rem incuſare velit, quod animalia venenata exitialiaque vita noſtra etiam creauit; ipſa enim fera fidei demonſtrationes ſunt. Confidis in Domino? ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem: fidem habes? ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſcorpiones: quod ſi fide careas, non tam feram exitialem, quam fidei vacuitatem metuere debes: vipera licet Paulum momordit, non nocuit illi, quia plenus erat fide.*

Baſil. in he. Pſalm. 90. Luc. 10. Act. 28.

### *Non varia hominum ſpecies.*

614 *Fecit Deus beſtias terra ſecundum ſpecies ſuas,* Deinde addit: *Et iumenta in genere ſuo.* Cur ſi homo longè omnibus his ſuperior, Deus non iuſſit quod fieret ſecundum genus ſuum? vt innueret in humana natura non eſſe plures ſpecies ſicut in animalibus, reptilibus: &c. Ita Aug. de Gen. ad lit. lib. 3. c. 12. *Poteſt nunc fortaſſe ſufficere propterea de homine non dictum eſſe ſecundum genus, quia vnus fiebat, de quo etiam fœmina facta eſt: non enim multa genera hominum ſicut herbarum, piſcium, volatilium, &c. vt ſic dictum accipiamus, ac ſi diceretur generatim.*

Aug. de Ge. ad lit. l. 3. c. 12.

### *Homo ſolus ad imaginem Dei conditus.*

615 *Fecit Deus beſtias terra ſecundum ſpecies ſuas.* Cur de homine non ita dictum eſt, Faciamus hominem ſecundum ſpeciem ſuam, ſed ſecundum ſimilitudinem noſtram? ad denotandum non animal etiam perfectiſſimum, ſed ſolum hominem ad Dei imaginem conditum fuiſſe. *Animalia & planta* (inquit D. Th. 1. par. q. 72. ad 3.) *producuntur ſecundum genus, & ſecundum ſpeciem ſuam, quaſi longè à ſimilitudine Dei remota, homo autem dicitur formatus ad imaginem & ſimilitudinem Dei.*

Th. 1. pa. q. 72. ad 3.

### *Quod in hominum vel vtilitatem, vel iucunditatem cedit, Deo bonum videtur.*

*Et vidit Deus quod eſſet bonum.* Cur toties ſuum opus approbat Deus? ſi enim ab eo procedit, quomodo mali rationem induere poteſt? Nihilominus omnia animalia bona Deo videntur: nam cum homini vtilia & iucunda ſciebat, non potuerunt non bona ab eo approbari: ſic Beda, *Vidit Deus bonum, quia præparata erant quæ homini famulari debebant.* 616

Ven. Beda in Gen.

### *Quæ homini nocere non poſſunt, Deo bona videntur.*

*Vidit Deus quod eſſet bonum.* Si tot pernicioſa Deus condidit animantia; beſtiarum enim nomine Moyſem noxias & ſæuas ſignificaſſe, Patres affirmant vnanimi conſenſu, quomodo ait Moyſes ea Deum approbaſſe? Aduerte huiuſmodi animalia ante peccatum, homini nocumentum inferre non potuiſſe: meritò igitur ei bona videntur: quod enim homini nocere non poteſt, etiamſi in ſe noxium ſit, Deo complacet. *Homo ante peccatum*, inquit D. Tho. 1. par. q 72. *ordinate fuiſſet vſus rebus mundi, vnde animalia venenoſa & noxia non fuiſſent.* 617

Tho. 1. p. q. 72.

### *Vt ſapientiam ſuam homo exerceat, plura ſunt condita.*

*Vidit Deus quod eſſet bonum.* Imo plurima ex eis mala videri deberent. Plurimæ enim ſunt viperæ, plurima ſunt terræ marique diſperſa, quæ peſtifera ſunt: Si igitur mala, cur ea condidit, ſi omnia noſtri gratiâ ſunt facta? Fortè hæc omnia noxia formauit, & tamen non ei mala, ſed bona videntur: quia vt homo ſapientiam vel cognitionem exerceret, etiam condita ſunt: mens eſt Lactantij lib. 7. c. 4. *Idcirco data eſt homini ſapientia, vt cognita bonorum malorumque natura in appetendis bonis, & declinandis malis vim ſuæ rationis exerceat: niſi ergo eſſent mala quæ caueret, quæ à bonis vtilibuſque diſtingueret, non eſſet ei ſapientia neceſſaria.* 618

Lact. lib. 7. cap. 4.

### *Optimum eſt connubium matrimoniale.*

*Et vidit Deus quod eſſet bonum.* Dubium eſt cur non addit, Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, cum id dictum ſit de aquis, quæ produxerunt animantia? Ratio eſt, quia quod de prima creatura animæ viuentis dictum eſt, etiam de ſecunda nobis intelligendum eſt, maximè quia in huius diei operibus plura alia erat ſubiuncturus: Sed dices, ſi intelligendum eſt, cur homini formato id expreſſe ait: creſcite, & multiplicamini, & replete terram, nonne etiam poterat ſubintelligi? Satisfacio ergo hoc neceſſariò fuiſſe repetendum in hominis formatione, ne aliquis nuptias eſſe malas diceret: ita Rab. Maur. lib. 1. in Gen. cap. 7. *Porro de homine facto hoc neceſſario iterare curauit, benedixit, Creſcite & multiplicamini, ne quis honorabili connubio ineſſe peccatum, thorũq; fœditati, & fornicationi putaret eſſe cõparandum.* 619

Ra. maur. li. 1. in Gen. cap. 7.

### *Quo maior vtilitas, eo maior videtur bonitas.*

*Et vidit Deus quia bona ſunt.* Sic ſecundum Sept. cur, quæſo, in numero plurali bonitas eorum appro- 620

batur? cum perfecta luminarium formatione, quæ tamen plura ſunt, numero ſingulari vſus eſt Moyſes, dicens: Et vidit Deus quod eſſet bonum, etiam ſecundum lectionem Septuag. Nota longe maioris vtilitatis eſſe animalia, alia enim ad cibum, ad veſtitum, alia & ad voluptatem. Sol autem cum luminaribus non ita vtilis; optime igitur approbationem Dei ſignificans Moyſes, circa animalia protulit in numero plurali dicens: Et vidit Deus quod eſſent bona, quia A quo maior vtilitas, eo maior videtur bonitas. Obſeruat Procop. *Hoc loco vſus eſt numero plurali, in ſingulari cum loqueretur de luminaribus recte ſingularem numerum accommodauit ſermoni de luminaribus: nam & ſi aſtra, & luminaria plurima ſint, attamen eadem omnium cum lux, tum vtilitas eſt, ſcilicet vt lucem præbeant mundo inſtituta, in aquatilibus vero & terreſtribus animalibus in vnoquoque genere plurimæ inſunt differentiæ, & contemplationem habent haud vulgarem.* Proc. Gaz. in Gen.

## *VARIETAS VERSIONVM I. PARTIS VERS. XXVI.*

V*lg.* Ait: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.

*Cald.* Faciamus hominem ad imaginem noſtram, ſicut ſimilitudo noſtra.

*Caiet.* Faciamus hominem ad imaginem noſtri, ſicut ſimilitudinem noſtri.

*Arias.* Faciamus hominem in imagine noſtra, ſecundum ſimilitudinem noſtram.

*Oleaſt.* Faciamus hominem in vmbra noſtra, ſecundum ſimilitudinem noſtram.

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

E*Elem* צלם Varia eſt ſignificatio: ſcilicet, vel ſimilitudinis, vel ſtatuæ vt Danielis 2. vel ſimilitudinis vmbratilis, vt vult Oleaſter: exiſtimat enim מ m aduentitium eſſe, ſicque remanere *tſel*, quod vmbram denotat: dicitque tſelen à radice tſalal deduci, quod obumbrari ſignificat, a quo & tſel vmbra deriuatur, non omnino reiicienda eſt expoſitio, vt in aliquo conceptu videbimus, ſed noſtra potius admittenda, quæ rei veritatem & hominis dignitatem melius exprimit.

## EXPOSITIO VERSVS XXVI.

E*T ait: Faciamus.* Verbum *faciamus* numero plurali prolatum non reſpicit Deum loquentem Angelis quoniam Deo non ſunt cooperati in hominis productione, præſertim quantum ad animam, in qua imago & ſimilitudo Dei conſiſtit: ſed eſt verbum Dei Patris ad Filium, ad Spiritum ſanctum, aut ipſiuſmet ſanctiſſimæ Trinitatis ad ſeipſam; & quod non fuerit loquutus Angelis patet, quia Moyſes oſtendit expreſſe hominem eſſe factum ad imaginem Dei, non autem Angelorum: poſtquam enim dixit, faciamus hominem ad imaginem, ſtatim ſubiicit & creauit Deus ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum: vides quod Angeli non ſunt cooperati hominis productioni.

*Hominem*, Hebraicè dictum Adam à voce Adama, quæ terram ſignificat, & quidem rubram, quod ex terra factus ſit homo, & teſte Ioſeph. ex terra rubra: nam ipſe talem ſibi perſuadet fuiſſe terram rudem atque intactam (& vt vulgo dicunt) virgineam. Licèt hominis nomen videatur ſolum ſupponere pro viro, non tamen exiſtimandum eſt, hic ſolum pro eo ſumi, non autem pro fœmina comprehendi, elicitur ex verbis quæ mox ſubiungit Moyſes dicens: creauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem, maſculum & fœminam creauit eos.

Non eſt tenendum vocabulo hominis ſolum intelligi debere hominem interiorem, id eſt ſpiritum & animum hominis, ſed integrum totumque hominem ex animo & corpore conſtitutum: nam ea quæ poſtea homini iubentur, vt generatio & multiplicatio prolis, non interiori ſolùm homini, ſed potius exteriori competit.

*Ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Vt clarè concipiatur quomodo ſit Dei imago in homine. Primo dicemus, quid ſit illud in Trinitate, reſpectu cuius homo dicitur imago. Secundum quid ſit illud in homine reſpectu cuius dicitur eſſe imago Dei,

C Quoad primum tria ſunt in Trinitate, vnitas eſſentiæ, trinitas perſonarum, ordo originis, per quem eſt diſtinctio realis trium perſonarum. Creatura ergo quæ repræſentabit nobis Trinitatem tanquam imago, debet habere hæc tria per medium imitationis & expreſſionis, hæc enim conditio requiritur ad rationem imaginis: nam imago eſt repræſentatio totius immediatè, ipſiuſque cuius eſt imago imitatiua & expreſſiua.

Vt ſecundum percipiamus, præſupponendum ex noſtro ſubtili Scoto, in nobis eſſe actum intelle- Subtiliſſim. Scot.
D ctionis & actum volitionis, iſtos autem actus aliquomodo eſſe in poteſtate noſtra, quando obiectum in diſt. 3.
eſt præſens; oportet ergo ponere in nobis aliqua q. 91.
principia actiua iſtorum actuum productiua, nempe intellectum & voluntatem. Hoc ſuppoſito certum eſt imaginem Dei non conſiſtere in actibus primis tantum, neque in actibus ſecundis tantum, quia actus primi ſunt tantum duo, intellectus ſcilicet & voluntas: ſimiliter actus ſecundi ſunt tantum duo, intellectio ſcilicet & volitio. Stando ergo præcisè in actibus ſecundis vel primis, non habemus Trinitatem, ſed dualitatem.

Imago Dei in homine conſiſtit ſimul in actibus primis & ſecundis. Sic noſter Scotus, hoc modo in-
E telligit, anima habet aliquam perfectionem ſecundum quam formaliter eſt actus primus, reſpectu notitiæ genitæ, & habet aliam in ſe perfectionem ſecundum quam recipit formaliter notitiam genitam, & habet in ſe aliam perfectionem ſecundum quam recipit formaliter volitionem: iſtæ tres perfectiones dicuntur memoria, intelligentia & voluntas, vel anima in quantum habet ipſas: anima igitur inquantum habens actum primum totalem reſpectu intellectionis, ſcilicèt anima vel aliquid animæ, & obiectum ſibi præſens in ratione intelligibilis, dicitur memoria, ipſa etiam anima in quantum re-

cipiens notitiam genitam dicitur intelligentia, ac A perfecta intelligentia vt eſt ſub illa notitia: voluntas etiam dicitur perfecta in quantum eſt ſub illo actu perfecto volendi: accipiendo igitur iſta tria ex parte animæ, vt ſunt ſub iſtis tribus actibus, in iſtis, inquam, tribus eſt conſubſtantialis ratione illarum trium realitatum quæ ſunt ex parte animæ: ſed eſt diſtinctio & origo ratione iſtarum actualitatum receptarum ab anima. Hæc expoſitio Scoti ſubtiliſſima & veriſſima: ſenſus eſt ergo verborum iſtorum: *Faciamus hominem ad imaginem noſtram*, id eſt, formemus hominem cuius anima ſit vnitatis eſſentiæ noſtræ, & trium perſonarum noſtrarum expreſſiua & B imitatiua. Anima autem eſt vna ſecundum ſubſtantiam, & eſt trina ſecundùm tres potentias ſuas, origineſque diuinas repræſentat, vt eſt ſub actibus ſuis.

Hæc imago Dei in homine eſt naturalis quæ peccato deperdi non potuit, eſt enim ipſi naturæ intimè & indelebiliter impreſſa, vt amitti non poſſit, niſi & natura deleatur.

Præter hanc imaginem naturalem, altera eſt in homine imago Dei ſupernaturalis, quæ ſita eſt in gratia & iuſtificatione hominis, qua ipſe diuinæ fit conſors naturæ, quæque in gloria & vita æterna formabitur & perficietur; in hac gratia conditum eſſe Adamum, etiam ad litteram intelligi eſſe ad imaginem Dei ſancti Patres conſentiunt, hæc imago ab hominis voluntate pendet, quæ ipſo peccante deperditur, ſed per gratiam reſtauratur.

*Et ſimilitudinem noſtram.* Multi exiſtimant imaginem & ſimilitudinem non diſtingui, eſſeque hic hendiadin, quaſi diceret ad imaginem ſimilitudinis, hoc eſt, ad imaginem ſimilem, vel ſimillimam; tamen mihi videtur eſſe aliqua ratio differentiæ: nam imago & ſimilitudo habent ſe ſicut ſuperius & inferius: imago enim eſt ſimilitudo, ſimilitudo autem non eſt imago; dico igitur hominem Deo verè ſimilem cum ſpeculatur Deum, vt obiectum, actus enim huiuſmodi, eſt ſimilitudo obiecti. Vnde cum D. Auguſtinus negat in homine eſſe imaginem Dei, quando contemplatur temporalia, intelligendus non de imagine naturali, nec ſupernaturali, ſed de hac ſimilitudine quæ eſt ratione actus.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Myſterium Trinitatis occultatur irrationali creaturæ, & panditur rationali.*

620 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Difficultas eſt, cur Moyſes procedente per quinque dies integros rerum omnium primæua molitione, ſolum inducit Deum loquentem in numero ſingulari; ad productionem autem hominis eum in plurali numero iubentem in medium adducit, Faciamus hominem? Nota quod per illa verba concors omnium Patrum & Doctorum ſententia diuinæ Trinitatis myſterium agnoſcit, nempe in verbo *faciamus*, pluralitatem perſonarum, in reliquis verò ad imaginem & ſimilitudinem, diuinitatis vnitatem. Alloquitur autem æternus Pater Filium & Spiritum Sanctum eiuſdem naturæ & potentiæ coæquales. Beda hoc agnoſcit myſterium Trinitatis in hominis productione, & non in aliarum formatione creaturarum. Sic enim ait: Cùm in aliis operibus Deus dixerit, fiat, hic, faciamus hominem, inſinuans pluralitatem perſonarum propter Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, & tamen diuinitatis vnitatem intelligēdam ſtatim admonet, dicēs: Et fecit Deus hominem, hoc notato. Reſpondeo ideo hoc myſterium Trinitatis non fuiſſe reuelatum in aliarum creaturarum formatione, quia illius cognitionis incapaces & indignæ, ſed ſolum in hominis productione, cui huius myſterij fides detegitur. Ita D. Baſil. 9. in Hexam. *Hactenus nondum apparuit qui doceretur, atque adeo in abyſſo diuinæ cognitionis præconium hoc tegebatur, deinde iam ipſius hominis ortus certò expectatur, detegitur paulatim ipſa fides, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.*

*Ven. Beda.*

*Baſil. ho. 9. in Hexam.*

### *Pater & Filius æquales ſunt.*

621 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Diximus quod per hæc verba myſterium Trinitatis declarabatur. Nonne ſufficiebat ad intelligentiam plurium perſonarum verbum, faciamus? Cur ergo addit ad imaginem & ſimilitudinem noſtram? ad declarandum Filium eſſe æqualem Patri & Spiritum Sanctum vtrique; ita ſubtiliter Rabanus Maurus lib. 1. in Geneſ. c. 7. *In eo quod ſequitur ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, vna & æqualis ſubſtantia eiuſdem ſanctæ Trinitatis indicatur, quomodo C enim eſſet vna imago & ſimilitudo, ſi minor Patre Filius, ſi minor eſſet Filio Spiritus Sanctus, ſi non conſubſtantialis eiuſdem poteſtatis eſſet gloria Trinitatis?*

*Rab. Maur. li. 1. in Gen. cap. 7.*

### *Filius Patris imago, Spiritus Sanctus vtriuſque ſimilitudo.*

*Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Nonne ſic potuit ſermonem ſuum diſponere Moyſes: Faciamus hominem ad imaginem noſtram & ſimilitudinem noſtram: Nota quod in hoc imago & ſimilitudo differunt, quod imago vnius imago eſt: ſimilitudo autem nunquam minus quam duorum ſimilitudo: Filius nonne imago Patris? Reſpondeo ergo non dixiſſe ad imaginem noſtram, ſed ad ſimilitudinem noſtram, vt Filium qui eſt imago, Spiritum Sanctum qui eſt Patris & Filij ſimilitudo, declararet: ita Rupertus lib. 2. in Geneſ. cap. 2. *Eſt Filius imago Patris, Sanctus autem Spiritus ſimilitudo Patris & Filij, ergo non rectè dici potuiſſe: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, quia profectò Filius ſicut non Patris ſimul, & Spiritus ſancti, ſed ſolius Patris eſt, ſic non Patris & eiuſdem Spiritus Sancti, ſed ſolius Patris imago eſt: è contra rectiſſimè dictum eſt ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, quia vel Spiritus Sanctus ſicut Patris & filij communis bonitas vel dilectio, ſic eorundem communis ſimilitudo eſt.* 622

*Abb. Rup. l. 2. in Gen. cap. 2.*

### *Chriſtus verus Dei filius.*

623 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Cui dixit meus, Faciamus hominem, & habeat noſtram imaginem? anne alicui filio adoptiuo ſicut Angelis? Quis hoc aſſerit? Scio Philonem lib. de opificio ſex dierum ex Iudæos ita ſentire, ſed Concilium Sirmienſe apud Hilar. libro de Synod. dicit anathema iis qui hunc locum explicant de Angelis: ibi eſt ſermo Patris ad alias perſonas. Videmus igitur ſi Pater dicit Filio: Faciamus homi-

*Philo lib. de opif. ſex. die. ſentio quod Deus per illud verbum Faciamus, loquatur Angelis. Cōc. Sirm.*

nem ad imaginem noſtram, non vtique filio adoptiuo, ſed naturali eiuſdem eſſentiæ, nec non operationis colloquitur, ita egregie D Ambroſ. lib. 1. de fide cap. 7. *Cui dicit Pater, faciamus hominem: niſi ei quem verum Filium ſciret, in quo niſi in vero ſuam imaginem recognoſceret, non eſt vnum adoptiuus & verus, nec filius diceret vnum ſumus, ſi ſe cum vno qui verus non eſſet, ipſe conferret, faciamus ergo, aut Pater, qui dixit verus eſt: poteſt-ne ergo verus non eſſe ille qui fecit, & quod dicenti defertur, facienti negatur? Quomodo autem niſi verum filium ſciret, committeret ei voluntatis ſuæ vnitatem & operis veritatem?*

Amb. li. 1. de fide c. 7.

### *Verbum carnem aſſumit.*

624 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Secundùm illam veritatem (inquit D. Bernard. ſerm. in natiuit. Domini) hominis cum Deo coniunctio fuit diuino munita ſigillo, ad imaginem quippe & ſimilitudinem ſuam creauit Deus. Sed hoc ſigillum diúne perſeuerauit in homine? Audi eundem Bernard. ſed heu diruptum eſt ſigillum, promittens melius, væ væ fregit quod erat manu diuinitatis impreſſum? ſed quid erit Domine? nunquamne reparabitur opus tuum, & qui ceciderit non adiiciet, vt reſurgat? Sed quis ſigillum hoc infractum reficere poteſt? Nonne verbum diuinum fecit? dico ergo, verbum diuinum carnem humanam ſumens, perfectius omne infractum reficiet. Sic idē Bernard. *Non eſt qui reficiat niſi qui fecit, itaque propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, dixit Dominus, & expreſſius & robuſtius pono ſigillum meum, qui non ad imaginem meam factus: ſed eſt ipſa imago, ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius, ante ſæcula genitus, verbum quod erat in principio apud Deum: itaque factum eſt, vt qui Patris imago inuiſibilis in viſibili noſtra natura materia velut in cera molli exprimeretur, vt ita nos etiam participata ſimilitudine, & ſibi & Deo ſimiles redderet eoque pater quaſi annulo ſuo ſignatorio, quos vellet, ſignaret.*

Bern. ſer. in nat. Domin.

### *Chriſtus Dominus vt creator dedit imaginem ſuam homini, vt redemptor ipſius hominis imaginem habet.*

625 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Non ſolum homo conditus eſt ad imaginem patris, ſed etiam filii, dubium mouetur, nonne ipſe filius patris ad ſimilitudinem hominis eſt factus, teſte D. Paulo ad Philipp. 2. dicēte: ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus? Si ergo homo eſt imago & ſimilitudo ipſius filij Dei quomodo ipſe filius Dei eſt imago ipſius hominis? Reſponſio eſt quod Chriſtus Dominus vt creator. dedit imaginem ſuam homini, vt redemptor hominis ipſius imaginem habet: ſic ſanctus Idiota lib. 3. contemplationum cap. 5. *Tu es creator & redemptor meus, hominem namque creaſti & redemiſti, nam creando factus eſt homo ad imaginem & ſimilitudinem tuam, ſed redimendo factus fuiſti Domine totius bonitatis & clementiæ ad imaginem & ſimilitudinē hominis, quia temetipſum exinaniſti formam ſerui accipiens. magnum autem eſt habere ſimilitudinem tuam; ſed maius eſt quòd tu aſſumpſeris imaginem & ſimilitudinem noſtram maius inquam ratione dignitatis & vtilitatis: quis ergo diffidere poſſit Domine Deus meus, quin miſerearis illius quem feciſti ad imaginem & ſimilitudinem tuam? nemo certe: ſed multo quoque minus dubitare valeat Domine, quin tu miſerearis illius, propter quem exinaniuiſti temetipſum formam ſerui accipiens.*

Ad Phil. 2.

S. Idio. li. 3. contemplat. c. 5.



### *Chriſtus Dominus verus Dei conſiliarius.*

626 *Faciamus hominem.* An aliquis quæſo in conſilio ſocius erat? illud enim verbum faciamus, conſiliarium reſpicere videtur: ſed quis poſſet eſſe Dei conſiliarius? cum dicat D. Paulus ad Rom. 11. quis conſiliarius eius fuit? & ante Iſaias cap. 40. Nota quod idemmet Propheta ait: Vocabitur nomen eius magni conſilij Angelus, &c. Rectè ergo Pater æternus hominem condere volens, verbum ſuum quaſi conſiliarium habuit. Sic Seuerianus: *Iſaias agitur de vnigenito filio Dei, puer, inquit, natus eſt nobis & filius datus eſt nobis, natus eſt puer, & filius datus eſt, quod non erat factus, id quod erat datus, & vocatur nomen eius magni conſilij Angelus, qui filius eſt, quantum ad ipſum nomen puer humanitate, admirabilis certe conſiliarius, ad quem reſpexiſſe videtur, cum dixit, faciamus hominem.*

Ad Ro. 11. Iſa. 40.

Seuerian. in Cat. Græc.

### *Chriſtus Dominus nihil aſſumſit niſi veniens à Patre.*

627 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Excitatur quæſtio, cur filius Dei ad cuius imaginem factus eſt homo, aſſumpſerit naturam humanam à primo parente ſatam? cur aliquam aliam nouam aliunde ſibi non aſſumpſit? Si enim monumentum nouum elegit, vt in eo ſuum cadauer requieſceret, cur non elegit ſibi naturam hominis nouam quæ nihil veteris Adami haberet? nonne ex illis verbis Geneſeos, Faciamus hominem, primus homo è terra formatus manibus Dei Patris innuitur? Filius ergo Dei naturam humanam aſſumpturus, eam ſibi vniuit, in qua Dei Patris manus impreſſæ adeſſent, vt ſic nihil acciperet niſi à Patre. Sic D. Irenæus lib. 5. aduerſus hæreſ. *Habuit ergo & ipſe carnem & ſanguinem, non alteram quandam, ſed illam principalem Patris plaſmationem in ſe recapitulans.*

Irenæus l. 5. aduerſ. hær.

### *Per Chriſtum Dominum reparatur imago & ſimilitudo Dei in nobis deperdita.*

628 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Et cùm duplex ſit imago naturalis & ſupernaturalis, ſcimus ſupernaturalem à primo parente per inobedientiam fuiſſe deperditam; ſed quis eam reparare poterit? Ipſe enim homo quamuis ex ſe eam amiſerit, ex ſe recuperare minime poterit, quis ergo eā reſtituet? nullum alium agnoſco, niſi Chriſtum redemptorem, qui ideo venit & aſſumpſit carnem noſtram, vt quod perdideramus in Adam, in ipſo reciperemus: accipe D. Irenæum lib. 3. aduerſus hæreſ. cap. 22. *Quando incarnatus & homo factus, longam hominum expoſitionem in ſeipſo recapitulauit, in compendio nobis ſalutem præſtans, vt quod perdideramus in Adam, id eſt, ſecundum imaginem & ſimilitudinem eſſe Dei, hoc in Chriſto Ieſu reciperemus.*

Iren. l. 3. aduer. hæreſ. c. 22.

### *Chriſtus quo die formauit hominem, eodem tempore venit ad eum reformandum.*

629 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Pſ. 91. qui totus de Chriſto reparatore eſt, titulum habet, laus Cantici ipſi Dauid in die ante Sabbathum, quando fundata eſt terra, quem quidem titulum etſi noſter Lyranus putet imaginarium, ſeu

Pſal. 92. eſt de Chriſto Domino.

A ex alicuius imaginatione poſitum, quod in Hebræo non ſit; neque in Hieronymi tranſlatione, legitimus tamen habendus eſt, nempe vulgatæ editionis auctoritate probatus; ſiue autem Dauidis ſit Pſalmus (ſicut communis opinio fert) ſiue Moyſis (vt Hebræi contendunt) non eſt dubium in eo ad primam mundi creationem illudi, & illius reparationem pulchrè deſcribi. Huc enim vel ipſa prima verba Pſ. reſpiciunt, Dominus regnauit regno, ſcilicet comparato per crucem. Sed quid ſibi velit titulus Pſal. & quid in Geneſi reſpiciat in die ante Sabbatum, quando fundata eſt terra? Nonne dies ante ſabbatum fuit ille in quo formatus fuit primus homo? Quid ergo nobis innuere vult? niſi quod eodem die

B quo formauit hominem, eodem tempore venit ad eum reformandum. Audi D. Aug. eod. Pſal. *Quid ſibi vult titulus hic ex libro Gen. Non eſt difficile cognoſcere, in titulo enim tanquam admonemur in limine, quod intus quæramus, inde ante Sabbatum quando fundata eſt terra, inuenimus Dominum ſexto die feciſſe hominem. Sicut ergo ſexto die fecit Deus hominem, ſic inuenimus ſexto ſæculo veniſſe Ieſum Chriſtum, vt reformaretur homo in die ante Sabbatum: ſed quomodo fecit illud Deus? quomodo fundata eſt terra? Chriſtus venit vt fundaret terram, fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Ieſus Chriſtus, ſcilicet in die*

C *ante Sabbatum crucifixus.*

Aug. in Pſ. 92.

### *Spiritus ſanctus Dei opus inceptum perficit.*

630 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Quaſi in hoc ſumma hominis perfectio cōſtituta eſſet ad imaginem & ſimilitudinem Dei fieri; factus eſt homo: videamus vtrum habeat ſimilitudinem Dei? ait textus: Creauit Deus hominē ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum: dubitabis quomodo Deus qui dixerat, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, ſolum creet

D illum ad imaginem ſuam, & non ad ſimilitudinem? ad ſimilitudinem Dei, inquit D. Baſil. per bona opera præuenitur, his primus parens in initio per ſuam inobedientiam caruit, quando ergo & quis hominem ad Dei ſimilitudinem deducet? Audi Rupert. *Non peruenit ad ſimilitudinem Dei, quia non eſt imitatus donum Dei; memor igitur hic ſcilicet in die Pentecoſtes Spiritus ſanctus illius propoſiti, Ecce venit ad partem ſuam operandam, ad facturam hominis perficiendam, vt perduceret hominem ad ſimilitudinem Dei, hæc enim & Spiritus ſancti pars, vt diuinam in homine ſimilitudinem conſtituat.*

Rup. cit. à Lipp.

E

### *Homo liber eſt in ſuis actionibus.*

631 *Faciamus hominem, &c.* Si Deus præcognouit hominem hunc malitia deprauatum iri, quare ipſe qui ſummè bonus eſt, eum ſtatuit creare? Certe videtur habuiſſe in votis vt eſſet, quem præcipitaret in tartarum, ibidem perpetuis flammis excarnificandum; Deus hominem creauit non neceſſariò peccantem, ſed liberè, liberum enim eum condidit, vt virtutem amplecteretur, vel vitium. Sic Procop. *Homo ita inſtitutus eſt, vt quaſi medias conſiſtat inter vtrumque tam*

F *vitium quam virtutem, in quamcunque partem cupit poteſt ſe inclinare, & quidem homo in hunc mundum progreſſus eſt, quaſi rex quiſpiam libero arbitrio donatus planeque liber.*

Procop. in Gen. Lege idem in Tert. l. 2. contr. Marc. cap. 8.

### *Homo conditus eſt vt Creatorem ſuum admiraretur.*

*Faciamus hominem.* Cur præceſſit cœlum & creaturæ aliæ hominis formationem præuenerunt, ita vt in vltimum locum conijceretur eius creatio? An non omnia dignitate ſingulari excellit? Sicut ergo dignitate præcedit, ita & creatione anteire alia deberet. Nota quod ſi homo primus omnium formatus fuiſſet, nihil haberet quod admiraretur. Dicamus igitur omnes alias creaturas præueniſſe hominis formationem, vt conditus illicò vniuerſum contemplans in ſui opificis admirationem raperetur: Lege Proco. ſic dicentem: *Vt homo magnifico exciperetur, præceſſit cœlum, præuenit ſol, homo acceſſit, quorundam ſpectator, & quorundam Dominus futurus: nam decebat vt contemplaretur exactè hoc mirabile huius vniuerſi opificium, & deinde raperetur in admirationem opificis.* 632

Proco. cit.

### *Homini maxime debet ineſſe conſilium.*

*Faciamus hominem.* Diximus quaſi conſilio habito Deum ſtatuiſſe hominem producere, tamen ſol fit, & nullum præcedit conſilium, cœlum quoque cui nihil in creaturis viſibilibus ſimile reperitur, verbo ſolo perficitur, & opus tam mirabile, nec vnde fiat, nec qualiter, intimatur, ſic & aliæ creaturæ verbo tantummodò producuntur vnius: ad hominis autem ſolius conditionem, cum conſilio quodammodo conditor vniuerſitatis accedit, qua de cauſa, quæſo? ideo hominem cum conſilio accedit producturus, vt homini in actionibus ſuis conſilium ſemper ineſſet: ſic fere D. Greg. Mag. lib. 9. Moral. cap. 36. *De ſolo igitur homine dictum eſt, faciamus, cum de aliis creaturis legatur, dixiſſe Deum, vt fierent & facta ſunt, & hoc quia rationabilis creatura condebatur, vt cum conſilio facta videretur.* Adde, & vt ipſa conſilio vteretur. 633

Greg. Mag. l. 9. Moral. cap. 36.

### *Homo omnis boni factus eſt particeps.*

*Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Si Deus non aliam ob cauſam creauit hominem, niſi quia bonus eſt, vt bonorum ſuorum eum participem faceret, cùm ipſa bona ſint in multiplici differentia: cur ea ſuis nominibus non comprehendit, vt ſciremus quorum eſſet particeps? Dixit ad imaginem ſuam velle eum formare, quia nomine imaginis complectitur omnia bona quorum particeps futurus eſſet homo: ſic D. Greg. Nyſſ. *Quia bonorum ipſorum multa probatur eſſe congeſtio, quæ non poſſis numero facile comprehendi, idcirco generali quadam voce vniuerſa ſcriptura complectens ſignificare curauit, cum ad imaginem Dei factum hominem retulit; hoc enim æquale eſt, ac ſi diceret humanam naturam omnis boni factam eſſe participem. Si enim bonitatis eſt plenitudo diuinitas, & huius boni imago eſt, profectò & in plenitudine ſic omnis boni hæc imago iuxta primæuam formam ſimilitudinem poſſidet: eſt igitur in nobis totius boni totiuſque virtutis & ſapientiæ, & quidquid illud eſt, quod optimum poſſis intelligi.* 634

Greg. Nyſ. de hominis opif.

### *Homo præcipuarum creaturarum habet dignitatem.*

*Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Dubium eſt cùm plures alias creaturas producere voluit, non dixit, faciamus, ſed iuſſione fiat lux, fiat firmamentum, ſolum de aliquibus præcipuis dictum eſt, quod Deus fecit cœlum & terram, 635

A fecit duo luminaria magna: cur factura non attribuitur aliis, ſed ſolùm his & homini? ideo eodem eſt vſus termino, *faciamus*, cum creauit hominem, & ſolem, & lunam, cœlum & terram, vt declaret illarum nobilium creaturarum habere dignitatem: ita Orig. ho. 2. in Gen. *In his ſolis factura ipſius Dei aſcribitur, in aliis verò nuſquam, ſed tantummodo ſol & luna, & ſtellæ, cœlum & terra, & nunc homo a Deo factus eſt, omnia verò reliqua iuſſione eius facta eſſe dicuntur: ex hoc ergo conſidera quanta ſit magnitudo hominis, qui tam magnis elementis, tamque præcipuis adæquetur, qui habet honorem cœli, propter quod ei cœlorum promittitur regnum, habet & terræ honorem, quoniam quidem in terram bonam, & terram viuorum fluentem lac & mel ingredi ſperat, habet honorem ſolis & lunæ, habens repromiſſionem fulgere, ſicut ſol in Dei regno.*

Orig. ho. 2. in Geneſ.

### *Homo omnium creaturarum rex.*

636 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Cur quæſo hominem vltimum creauit? certè exiſtimabis ad extrema reiectum eſſe, quod vilis ſit & abiectus: nonne vt deſignetur alicuius regni monarcha, regnum præſupponi debet? ideo hominem poſt alias creaturas cõdere Deus decreuit, non propter ſuam vilitatem, ſed vt omnium creaturarum regem & imperatorem conſtitueret. Ita D. Greg. C Nyſſ. c. 2. de opifi. hominis: *Conſentaneum non erat Imperatorem exiſtere, priuſquam eos quibus eſſet cum poteſtate præfuturus, properato nempe ante omnia imperio tum proximum erat regem deſignari, idcirco vniuerſitatis eius creatori, qui imperaturus erat, quandam ſedem regiam præſtruxit.*

Greg. Nyſ. c. 2. de opif. hominis.

### *Homo quaſi omnium creaturarum ſumma.*

637 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram,* Cur perfectiſſimam creaturam vltimam condidit Deus? D dico vltimam non condidiſſe tanquam viliorem, ſed tanquam omnium aliarum ſummam, & compendium. Ita D. Theod *Qui in ſe irrationalem atque rationalem, viſibilem atque inuiſibilem, mortalem atque immortalem rerum creatarum naturam complecteretur, ac veluti ſumma quædam omnium dici poſſet.* Et D. Ambr. epiſt. 38. *Rectè nouiſſimus creatus eſt, quaſi totius ſumma operis.*

Theo. in qq. in Gen. — Amb. ep. 38.

### *Homo aliquid amplius habere videtur quàm Angelus.*

638 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* E An cœlum ad imaginem Dei formatum eſt? an Angelus? Scriptura non dicit: cur ergo cùm homo Angelo ſit inferior, quomodo non imaginem Dei, ſed hominem habere dicit? Ad denotandum hominem digniſſimum eſſe & excellentiſſimum, & in aliquo eſſe ſuperiorem Angelo, non tamen in imagine, ſed in pluribus aliis. Ita D. Amb. in Pſ. 118. octo. 1. in illũ verſ. Manus tuæ fecerunt me & plaſmauerunt me. *Cœlum non ad ſimilitudinem, homo ad ſimilitudinem. Angeli ad miniſterium, homo ad imaginem, eſto & Angeli ad imaginem, Scriptura tamen de* F *homine locuta eſt, quod ſit ad imaginem: habemus nempe aliquid quod fortaſſe non habent: vbi enim abundauit peccatum, ſuperabundauit & gratia, à nobis carnem ſuſcepit quando filium hominis in Dei ſede conſtituit, non lego Angelos in Dei ſede niſi ſtantes, niſi miniſterium deferentes: non lego Angelos, ſed homines conſepultos Chriſto, & in Chriſto reſſuſcitatos.*

Pſal. 118. Ambroſ. in Pſ. 118. oct. 1.

### *Homo ſui immemor eſt, Deus autem illius memor.*

*Faciamus hominem, &c.* Quid ſignificat hoc nomen homo? Scio communiter terrenum interpretari, ſed nonne obliuiſcentem denotat? ita ſane Euſebius affirmat. Cur quæſo creaturam tam nobilem, nomen tam indignum (quale eſt obliuiſcentis) ſortiri voluit, cum ſecundum naturam ſuam nobilem nomen etiam inſigne poſſidere deberet? ideo nomen obliuionem denotans, ſortitur homo, quia immemor eſt ſui, Deus autem ſua miſericordia infinita B illius memor. Sic Euſe. *Nam & nomen ipſum Adam terrigenam atque terrenum poteſt ſignificare: Adam enim apud Hebræos humus dicitur, quamuis per tranſlationem rubram corpoream que naturam ſignificet, ita terrigenam atque terrenum, ſeu corporalem hominem hac appellatione ſignauit, verum etiam hominem illi אנוש Enos appellant, quo vocabulo non terrenam, ſed rationalem naturam ſignificant: propriè autem ſi verbum de verbo Latinè exprimas, Obliuiſcentem Enos denotare videtur, qualis certe natura rationalis corpori alligata efficitur: quod enim verè incorporeum, diuinum & rationale eſt, non ſolum tranſacta meminit, ſed futurorum etiam propter ſublimitatem ſpeculationis prænotionem habet: quod autem carni* C *coniunctum eſt, & carnis pondere premitur, vt ignorantia & obliuione inuolutum rectè Iudæorum ſermo אנוש Enos, id eſt obliuiſcentem appellauit. Ita enim eſt apud quendam Prophetam, Quid eſt אנוש Enos quod memor es eius, aut filius hominis quia viſitas eum? quaſi dicat: Quis eſt iſte homo, iſte dico, obliuiſcens, quod tu qui es Deus memor es eius? quamuis ſit ipſe obliuioſus, aut filius Adam, id eſt, terrenus homo.* 639

Euſeb. li. 2. c. 9. de præp. Euang. — Pſal. 8.

### *In homine tanta eſt rationis præſtantia, vt propter eam ad illum condendum conſilium ineat Deus.*

*Faciamus hominem, &c.* In reliquis Dei operibus ſolam voluntatem effectus ſequutus eſt: nam dixit Deus, fiat lux, & facta eſt lux: fiat firmamentum, &c. In ſolo autem homine, ac ſi ſecundum conſultationem ortus eius procederet, dixit: faciamus hominem; vnde hoc diſcrimen? dices, vt hoc modo declararet naturæ hominis præ cæteris omnibus excellentiam: ſed contra: nam homo præ plurimis animalibus mole puſillus, & exigui corporis exiſtit: quid enim opus eſt de cœleſtibus corporibus habere ſermonem, quæ vniuerſo tempori coextenduntur: ratione autem pulchritudinis non ſolum cœleſtia, verùm etiam multarum volucrum alæ, innumeri flores, lapidumque coloraturæ humanum decorem ſuperant, atque illa in intrinſecis ſuis partibus plurimum habent venuſtatis; homines verò illam ſuperficie tenus duntaxat, (ſi omnino ſit) ſeruant: nam ſi quis pellem carne denudauerit, ſi quid ei ſpecioſum apparuerit, in poſterum certe non erit ſpectabile niſi cum horrore: ratione vero roboris ridiculum exiſtimo dicere, quam non parum cedat homo plurimis animantibus: cur itaque circa hunc ſolum tanta creationi eius prouidentia, & quaſi conſultatio quoad ſermonis figuram adhibetur? non dubitas hominem cæteras in ſua ratione ſuperare dignitate creaturas: quo poſito optime ſatisfacit Philoponus lib. 6. de mundi creatione cap 1. *Manifeſtum eſt id fieri ad naturam rationis declarandam, qua ad Deum accedit, per quam etiam ob intelligendi excellentiam, cuncta ipſi ſubdita fecit: tanta autem eſt huius natura, vt ipſemet etiam vniuerſorum conditor ratio ſeu verborum appellari voluerit.* 640

Philop. l. 6. de mundi creatio. c. 1.

A

### *In homine Deus honorandus.*

641 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Cur imaginem tuam in terris habere deſideras? Nota quod in abſentia Regis aut Imperatoris eius imago colitur & honoratur; propterea igitur eum Deus voluit ad imaginem ſuam formare, vt in abſentia ſua, in ipſa imagine coleretur & adoraretur: ita Procopius, *Quemadmodum in vrbibus, abſentis Regis vel Imperatoris venerantur imaginem, ſic Deus, cum nequeat cerni ab vniuerſa creatura, imaginis loco poſuit hominem, vt omnes creaturæ dum inſeruirent homini, ſic colant ſupremū numen huius vniuerſi opificē.*

*Proc. Gaz. in Gen.*

B

### *Non omnis homo Dei ſimilis eſt.*

642 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Nonne omnis homo ad imaginem Dei factus eſt? non eſt dubium, poſſumus etiam ſimiliter hominem Deo ſimilem dicere, ſic videtur dicendum: nam Deus ſtatuit hominem non ſolum ad imaginem, ſed etiam ad ſimilitudinem ſuam producere. Falleris tamen; ſic Philaſt. de hæreſib. *Imaginem, id eſt animam Paganorum, Iudæorum, hæreticorum, & omnium dici poſſe declarauit in communi generatione; ſimilitudinem autem non omnium, ſed Sanctorum & Chriſtianorum eſſe declarauit, qui in fide, vita, & bono opere permanentes Angelorum cæleſtium merita in futurum conſequi promittuntur, vt Patriarchæ, Prophetæ, Sacerdotes, Iudices, atque Euangeliſtæ & Martyres, qui Trinitati credentes, & in vita præclara permanentes, Angelorum gloriæ copulari à Domino nuntiantur; ſimilitudo enim ex doctrina legis, fide, vita, ſtudio & opere cognoſcitur vera, vt quæ à Deo facta eſt, legi eius diuinæ conſentiens.*

*Philaſt. l. de hæreſ. to. 4. Bibl. S. PP.*

C

### *Nullus homine ſuperior in terra.*

643 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Quid eſt ad imaginem tuam, ô Deus! velle hominem formare? Quis enim tibi ſimilis poteſt eſſe non creatura, quæ infinitè à tuis perfectionibus diſtat. Nota Deum in cælo neminem habere ſuperiorem; hominem igitur fecit ſibi ſimilem in terra, quia in ea nullus eo ſuperior, ſatisfacit D. Chryſoſt. hom. 7. ad pop. Antioch. *Principatus imaginem dicit, vt quemadmodum nullus eo in cælo ſuperior eſt, ſic ſuper terram nullus ſit homine ſuperior.*

*Chry. ho. 7. ad po. Ant.*

D

### *Homo maxima eſt Deo cura.*

644 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Non hominis ſicut aliarum creaturarum natiuitas, inquit D. Cyril. Alex. improæmeditata condita eſt, quoniam enim eximium & magnum quid, imo vltra rationem & ſermonem, & miraculum intelligitur, & eſt, quod ſumma natura ſibi ipſi aſſimilare animal, vt capax erat, conſilium cœpit; ſed cum Deus omnia agnoſcat & futura omnia ſciat, ad quid conſilium init & deliberat? nonne prænouit hominis naturam? reſpondet optime D. Cyril. Ale. lib. 2. contra Iul. *Optimus Moyſes diſpenſatiuè quodammodo cum conſiliis præmiſſis honoratum eſſe hominem dicit, & vt deſignet, quod non ſimplicem, & vt quis dicere poſſet ab aliis differentem natiuitatem afferat, ſed dicet rem quæ multum Deo curæ ſit.* Quaſi diceret, Nihil quod magis Deum ſollicitum reddit, quam homo; & ideo quaſi conſilio præhabito eum condidit.

*Cyril. Ale. li. 2. contra Iuli. Apo.*

E

F

A

### *Homo imaginem Dei habet vt eum imitetur.*

645 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Cur Deus impreſſit tam vili creaturæ imaginem ſuam? vt imitaretur eum, cuius imaginem præ ſe ferebat: ſic D. Leo ſer. 1. de ieiu. decimi menſis. *Si fideliter atque ſapienter creationis noſtræ intelligimus exordium, inuenimus hominem ideo ad imaginem Dei conditum, vt imitator ſui eſſet authoris, & hanc eſſe naturalem noſtri generis dignitatem, ſi in nobis quaſi in quodam ſpeculo diuinæ benignitatis forma reſplendeat.*

*Leo ſer. 1. de ieiunio 10. menſis.*

B

### *Homo maiori in pretio eſſe videtur quàm Angelus.*

646 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* In creatione Angelorum eſt ne ita factum? minime, fiat lux (inquit Deus) per hanc lucem Angelos plures dixere authores. Quomodo ergo in hominis formatione tantus verborum apparatus & non in Angelorum creatione? ita quidem conſulitur ad ſignificandum quòd Deus magis homines æſtimare videtur, quoad aliquid, quam Angelos. Vnde D. Dam. ſerm. 23. in nat. Ioann. Baptiſt. *Reuerendum reuera priuilegium, nec vlli traditum creaturæ, creatur illa ſublimior numeroſitas Angelorum, & elementorum omnium ordinatur variata connexio, ſed omnipotentis præſentia opus tantum alta taciturnitate proſpectat, vt vero venit ad hominem, & nobilis creatura creari diſponitur, accingit ſe Trinitas ad creandum, & conſilium accipit ſapientia, vt creaturæ dignitas creatoris priuilegio clara eſſe monſtretur.*

*Damia. ſer. 23. in nati. Ioan. Bapt.*

C

### *Homo Dei requies.*

647 *Et faciamus hominem, &c.* Hæc coniunctio & copulatiua, videtur ſuperflua; ſufficiebat enim dixiſſe, faciamus hominem; pulchrè tamen Moyſes hunc textum precedēti copulat per coniunctionem, cùm enim dixiſſet de creatione animalium brutorum, vidit Deus quia bonum, ſtatim ſubdit, & ait: Faciamus hominem, quaſi dicat, non requieuit Deus in aliis creaturis irrationabilibus, & ideo hominem in quo requieſcat, ſtatuit creare. Sic Ferus, *et* & faciamus hominem, *Quaſi dicat non contentus fuit beſtias creaſſe, niſi & homines rationales crearet; non enim beſtias habuere vult, ſed homines ratione vtentes, quod ſi non quieuit Deus creatis beſtiis, multo minus in cordibus beſtialibus quieſcet.*

*Ioan. Ferus in Gen.*

D

### *Homo creatur vt Deum cognoſcat & diligat.*

E

648 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Quid denotat Deus, cùm imagini & ſimilitudini ſuæ hominem conformem producere ſtatuit? ſine dubio vt ſecundum imaginem eum cognoſceret, & ſecundum ſimilitudinem proſequeretur amore. Sic Richard. *Opifex Deus fecit creaturam rationalem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, vt per hoc quod facta eſſet ad imaginem Dei, Deum cognoſceret, & cognoſcendo & poſſidendo Deum diligeret, & poſſidendo beata eſſet.*

*Rich. l. 1. de Eman. c. 2.*

F

### *Deus amorem in hominis formatione declarat.*

649 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Ex mente D. Ambr. in his verbis: *Faciamus,* laborantis

*Ambr. ſer. 10. in Pſ. 118.*

A laborantis Dei affectum exprimiis, dubium ergo eſt, cur in illius formatione Deum ſe laborare, ſignificare voluit? Nota quod ea quæ labore facta ſunt, magis à nobis diliguntur. Dico ergo ideo Deum laborantem in hominis productione introduci, vt dilectionem qua eum antequam crearet proſequebatur, laborando aperiret.

### *Immenſa eſt Dei bonitas.*

650 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Nonne homo ſuperbia & elatione plenus ſimilem ſibi neminem in hac vita cupit videre? imo eo ipſo quod alium ſiue litteris, ſiue fauore, ſiue nobilitate, aut aliis huiuſmodi ſimilem conſpicit, eum B ſtatim toto animi conatu, ab illo ſtatu deiicere, & vt poteſt quodammodo annihilare intendit, quomodo ergo Deus hominem ſibi ſimilem producere molitur? *In hoc* (inquit noſter Philippus Diez conc. 3. domin. in albis) *immenſa Dei bonitas apparuit, nam cum eſſet ſummus, cui nullus par eſſe poteſt, tamen ſibi ſimilem, & quem etiam ipſe condidit, voluit habere.*

*noſt. Phil. Diez. cõc. 3. do. in alb.*

### *Homo maximè tenetur Deum diligere.*

651 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Tanta dignitas humanæ conditionis eſſe cognoſcitur, vt non ſolo iubentis ſermone, ſicut alia ſex dierum opera, ſed conſilio ſanctæ Trinitatis & opere maieſtatis diuinæ creatus ſit homo. Dixit enim Deus; *Faciamus hominem*, ad quid? Cur ſicut aliæ creaturæ, formatus non eſt homo ſolo ſermone, ſed Trinitatis conſilio? Vt nimirum maiori amore Deum proſequeretur qui talia dignatus eſt ei conferre: ita D. Ambr. lib. de dignitate conditionis humanæ cap. 10. *Vt ex prima conditionis honore, intelligeret, quantum deberet ſuo conditori, dum tantum conditione, mox dignitatis priuilegium præſtitit ei conditor, vt tanto ardentius amaret conditorem, quanto mirabilius ſe ab eo eſſe cognitum intelligeret, nec ob hoc ſolum quod conſilio ſanctæ Trinitatis ſit excellenter à conditore conditus, ſed etiam quod ad imaginem & ſimilitudinem ſuam ipſe creator omnium eum creauit, quod nulli aliis ex creaturis donauit.*

*Ambr. li. de dign. condi. hu. c. 10.*

### *Anima hominis incorporea eſt.*

652 *Faciamus hominem.* De quo poſtea loquens Moyſes ait: factus eſt homo in animam viuentem. Difficultas proponitur, num iuſſit Deus terræ, vt produceret animam viuentem? per quam intelliguntur E creaturæ animam ſenſitiuam habentes: ſed eum huiuſmodi animæ ſint corporeæ, an anima hominis corporea erit? ita videtur eſſe, cùm textus de vtraque anima loquens, vtramque ſolum viuentem appellet: quæſo, nota cùm eſt ſermo de homine, dicitur quod eſt imago Dei: anima ergo illius incorporea erit: nam incorporei imago eſt, quod de animalibus negatur. Ita Claud. Mammert: *Diuinæ iſtud authoritatis oraculum nec eloquio eludi poteſt, nec argumento falli, nec virtute vinci, nec arte vitari: ſi imago Dei eſt humana anima, incorporei videlicet imago eſt, ſi incorporei imago eſt, incorporea vtique ipſa eſt: at ſi incorporea non* F *eſt, incorporei prorſus imago non eſt: ſed incorporei imago eſt, incorporea igitur eſt: nam quia creata eſt, non eſt Deus quia imago Dei non eſt corpus.*

*Cla. Ma. Vien. Pre. de ſtatu animæ lib. 2.*

### *Anima noſtra ex nihilo.*

A

653 *Faciamus hominem.* Noua res dicta à Deo deſcribitur, *faciamus*, hactenus ſiquidem deſcriptum eſt, dixit Deus, erit lux, dixit Deus, fiant luminaria, fiat firmamentum, &c. Deinde dicitur, terra germinet, modo quo dixit Deus: faciamus hominem, quæ eſt ergo hæc nouitas qua ſignificat ſe facturum hominem? Nota quod in reliquis à cœlo, & terra nihil ſignificatum eſt per modum creationis efficiendum, vt patet diſcurrendo per ſingulos dies: dico igitur hanc nouitatem in verbo *faciamus*, conſiſtere, quod ſcilicet animam hominis ex nihilo deberet creare: B accipe Caietan. *Ad inſinuandum decreuiſſe Deum ab æterno quod hominem faceret ipſe, per ſe ipſum creando intellectiuam animam hominis, ex nihilo deſcribitur, quod Deus dixit, faciamus hominem.*

*Card. Caie. in Gen.*

### *Anima rationalis dignitas indicatur.*

654 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Gen. autem 2. cum eſt ſermo etiam de homine, ſic habet textus, quia accepit Deus puluerem de terra, & plaſmauit hominem, non mirum eſt quod ibi ſit plaſmatio, vbi erat puluis, vbi erat materia: ſed C cur cùm primò ait: *Faciamus hominem*, non dixit plaſmemus hominem? Nota quod hic eſt ſermo præcipue de animæ creatione, in qua ſola eſt imago & Dei ſimilitudo: dico ergo non dixiſſe, plaſmemus hominem, ſicut de corpore, quia animæ illius tanta dignitas eſt, vt non ſit niſi ſpiritualis in naturæ perfectione excedens omnia, præter Angelos. Ita D. Amb. in Pſ. 1 8. octo. 1. *Merito dupliciter habes ſcriptum de homine. Primo enim, faciamus hominem ad imaginem. Secundo autem loco ita ſcriptum eſt, quia accepit Deus puluerẽ de terra, & plaſmauit hominẽ, vbi puluis ibi plaſmatio, vbi autẽ non puluis, ibi non terra, non materia,* D *ſed incorporeum, ſed admirabile, ibi non materia: immateriale quidenim ſecundum imaginem eſt, non eſt in corpore, nec in materia, ſed in anima rationali: ibi operatur, ibi oſtenditur homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei, vbi iuſtitia, vbi ſapientia, vbi omnis forma virtutis aſſimilatur.*

*Geneſ. 2.*

*Amb. in Pſ. 118. octo. 1.*

### *Virtute Deo ſumus ſimiles.*

655 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, Cur addidit ad ſimilitudinem? aliqui dicunt eſſe hic hendyadin, quod ad imaginem & ſimilitudinem, id eſt, ad imaginem ſimilitudinis: ſed cùm plures Patres hæc duo diſtinguant, dico addidiſſe ſi- E militudinem imagini, ſignificans quod magni Dei debemus habere ſimilitudinem, id eſt, virtutes, quibus illi ſumus ſimiles: ſic D. Baſi. ho. 18. hexa. & D. Chryſoſt. ho. in Gen. *Imaginem dixit ob principatus rationem, ſimilitudinem, vt pro viribus humanis Deo ſimiles ſiamus, manſuetudine, lenitate, quod & Chriſtus dicit: Similes eſtote patri veſtro, qui in cœlis eſt.* Ita etiam D. Bernar. ſer. 1. Annuntiat. & D. Theod. quæſt. 2. in Geneſ. idem habent.

*Chry. ho. 9. in Gen.*

### *In noſtra poteſtate ſitum eſt virtutem acquirere.*

F

656 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Subinde verò nonniſi ad imaginẽ Dei efformatum videmus, & creauit Deus hominem ad imaginem, quid? conforme-ne eſt Dei genium hominum moribus, qui grandia pollicentur, minora exhibent? abſit, vt liberaliſſimus fons, vel paululum promiſſionum ſuorum decurſum cohibeat. Quid

otioſe ne? prius imago & ſimilitudo confunduntur? negat Baſil. ho. 1. in Gen. alteruttam vocem myſterio caruiſſe: quid ergo dicemus, cur dictum non ſit, Creauit Deus hominem ad ſimilitudinem ſuam? nonne aſſerimus Deo fieri ſimiles virtutibus? merito igitur non dictum eſt ad ſimilitudinem Dei factum hominem eſſe, quis etiam in ſua poteſtate eſt mediante auxilio Dei virtutes aſſequi: ita Orig. lib. 3. periarch. *Imaginis dignitatem in prima conditione perceperit, ſimilitudinis vero ſibi poſſibilis perfectionem ipſe ſibi eam propria induſtria ſtudiis ex Dei imitatione conſciſcit.* Vnde optime Rupert. in hæc verba: *Eſt ergo inexcuſabilis cum ad ſimilitudinem Dei non peruenit, quia videlicet bono inſtrumento, ad hoc propter quod ſibi datum eſt, vti noluit.*

*Orig. lib. 3. periarch.*

### *Difficulter acquiritur virtus.*

657 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Notat D. Greg. Nyſſ. quod hic Deus conſultationem inſtituit, & quaſi ſtudium adhibet, & laborantem inſinuat. Quare hanc difficultatem in hominis formatione reperit? certe homo iuſtitia originali virtutibuſque animæ fiebat creatori ſimilis. Deus igitur quaſi laborans repræſentatur, quia hoc bonum non repente, ſed multo oleo magnoque ſtudio haberi certum eſt: quo ſpectans Rupert. l. 2. Trin. c. 2. ait: *Non dicit Scriptura quod dixit Deus: fiat homo ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Et factus eſt homo, ſicut dixit: fiat lux, & facta eſt lux quare? videlicet quia non repente, ſed operoſe agendum erat: vt conſummatus homo ſtaret ad creatoris ſui imaginem & ſimilitudinem.* Quis hominum ſperet in ſe virtutem & iuſtitiam naſcituram? cum ipſe artifex diuinus non aggreditur hominem iuſtum facere ſine conſultatione, ſine ſtudio, equidem oleum & operam debes adhibere, quiſquis cupis iuſtitiam adipiſci.

*Rup. l. 2. de operib. Trin. c. 2*

### *Ingenita primo parenti virtutes.*

658 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Ad imaginem dixit Doroth. doctrina 12. Quia animam immortalem & incorruptibilem, & ſui iuris fecerat; ad ſimilitudinem autem propter virtutem. Sed cur ad ſimilitudinem ſuam fecit hominem? nonne ſatis erat creaſſe ad imaginem? additum eſt ad ſimilitudinem, vt ſciremus, inquit idem Doroth. virtutes ei cum anima infudiſſe. *Hinc (inquit) ſæpe vos moneo ne virtutes a nobis eijciamus, & vitia introducamus, ſed vt procul à nobis vitia omnia pellamus, vt aliena, virtuteſque vt proprias admittamus: naturaliter enim nobis virtutes ingenita ſunt a Deo, vitia autem nequaquam à natura nobis ſunt.*

*Doroth. doctrin. 12.*

### *Imago Dei in homine eſt inuiſibilis.*

659 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Cùm Deus de ſe loquens, dicat: Ego ſum qui ſum, & non mutor, quomodo ergo homo Dei imaginem poſſidet, cuius vultus omni conuerſioni ſubiectus? momentis omnibus immutatur, labore, ætate, languore, gaudio, triſtitia, nunc enormi pinguedine, nunc macie deformis, totque fuerint vultus, quot animi fuerint motus, nulluſque prorſus dies, quo iugiter ſibi ſimilis eſſe videatur. Igitur in Deum cùm hæc non incidant, & in homine aliter non ſint, Dei imaginem habere non poſſumus? Nota Anthropomorphitas, quorum author fuit Andæus, vnde & Andæani ſunt dicti, putarunt hominem eſſe imaginem Dei ſecundum corpus. Reſponde ergo imaginem Dei ſecundum hos hæreticos mutabilem eſſe, ſed falluntur; in nobis enim imago Dei eſt inuiſibilis; quod optime obſeruauit D. Zeno Epiſc. Veronen. lib. 2. ſer. 2 & ſeqq. nempe 3. & 4. *Habemus plane imaginem & quidem manifeſtam ex eo ipſo quod non eſt portantibus nota, incomprehenſibilis ergo Dei imago inuiſibilis ſit neceſſe eſt. Denique oculis non eſt ſubiecta mortalibus: nam neque ingreditur corpus noſtrum, neque cum de corpore egreditur, a quoquam deprehendi poteſt, tantumque poteſtatis habet, vt cum ſui domicilij ſepto teneatur, tamen quidquid volueris omnibus momentis illuſtret; non ergo carnale hoc indumentum imaginem Dei debemus accipere.*

*Zeno Vero. l. 2. ſer. 2. 3. & 4.*

### *Ex imagine Dei ad cognitionem diuinæ Trinitatis deuenimus.*

*Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem* 660
*noſtram.* Si imaginem Dei vnius & trini habemus, imago autẽ eſt expreſſiua obiecti, certe in cognitionem diuinæ Trinitatis deueniemus, cum tamen Theologi profiteantur, nihil in rebus creatis eſſe, per quod tanti myſterij cognitionem habere poſſimus? non euidenter quidem, ſed quaſi coniecturaliter, quis impedit fidelem ex imagine Dei Deum Trinum agnoſcere poſſe? accipe S. Edmundum Archiepiſ. Cantua. in ſpeculo Eccleſiæ. *Per talem rationem venit homo ad iſtam cognitionem Dei, quod ipſe eſt vnus Deus in ſe & in ſua ſubſtantia, & Trinus in perſonis. Iſtud enim videt homo in ſeipſo: nam ipſe videt bene, quod ſemper à principio habuit homo in ſeipſo potentiam, & poſt potentiam, ſapientiam, & tunc incipit ille cognoſcere apertè, quod ipſe in anima habet poteſtatem, & in illa poteſtate ſcientiam, & de ambabus venit amor, & quando videt homo, quod ita eſt in ſeipſo, ex hoc intelligit, bene quod ita eſt, in Deo qui eſt vltra illum, videlicet quod in Deo ſit poteſtas, & de illa poteſtate venit ſapientia, & vltra quod venit amor.*

*Edmundus Archi. Cant. in ſpe. Eccl.*

### *Imago Dei per gratiam ſplendet in nobis.*

*Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem* 661
*noſtram.* Si diximus imaginem differre à ſimilitudine, quomodo agnoſcemus nos eſſe Deo ſimiles, cum inter vtrumque tanta ſit diſſimilitudo? Si autem hanc ſimilitudinem mediis virtutibus acquiſiuimus, quomodo in nobis apparebit? tanta eſt gratia Dei, vt efficiat, quod ipſa imago ad quam facti ſumus, ſplendeat in nobis, & vt ſimilitudo inſit & appareat. Sic S. Diadocus Epiſcopus Photices de perfectione ſpirituali: *Cum cœperit mens multo ſenſu ſuauitatẽ Dei guſtare, ſcire nos oportet tunc gratiam incipere veluti depingere in imagine ſimilitudinem, vt enim pictores primum quidem vno colore figuram hominis depingunt, poſtea vero eidem colori paulatim imponentes ſpeciem ſimilis picturæ vſque ad capillum ſaluam retinent, ſic gratia Dei primo quidem quod erat ad imaginẽ Dei factum in eum ſtatum qui erat cũ factus eſt homo per baptiſmum concinnat, & aptat: cùm autem videt nos toto animo pulchritudinem ſimilitudinis concupiſcere, ſtareque in ſua officina nudos, ac nullius admiratione rei captos, tunc virtutem virtuti addens, inſtar florum ſpeciemque animæ à claritate in claritatem transferens formam ſimilitudinis Dei adhibet, ita vt ſenſus quidem declaret formari in nobis illud quod eſt ad ſimilitudinem.*

*Diad. Epiſ. Photices de perfec. ſpir. cap. 89.*

### *Imago Dei in homine ad eum conuerti nos excitat.*

*Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem no-* 662

*ſtram.* Cur Deus voluit in homine eſſe imaginem ſuam, cum indignus tanto honore eſſet, nec ferre in ſeipſo Dei imaginem valeret? Nonne ſufficiebat veſtigium Dei ſicut in aliis creaturis eſt, habere? Deus ideò imaginem in homine ponere decreuit, vt eam homo intuens cito ad Deum conuerti valeret. Sic D. Auguſt. lib. 11. de ciuit. Dei cap. 28. *Quoniam igitur homines ſumus ad noſtri creatoris imaginem creati, cuius eſt vera æternitas, æterna veritas, vera Trinitas, & in iis quidem rebus quæ infra nos ſunt, quaſi quadam eius alibi minus, alibi magis impreſſa veſtigia colligimus. In nobis autem ipſis eius imaginem continentes, tanquam minor ille Euangelicus filius ad noſmetipſos reuerſi ſurgamus, & ad illum redeamus à quo peccando receſſeramus.*

Aug. li. 11. de ciu. c. 28.

## *Qui ieiunat, imaginem Dei habet.*

663 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Quamuis omnes homines impreſſam habeant in ſe imaginem Dei, nonne aliquis inter eos præ cæteris eam habere poteſt, cùm inter imagines aliqua magis aſſimiletur prototypo quàm altera? Dico hominem ieiunantem præ cæteris imaginem Dei repræſentare. Sic D. Ambroſ. lib. de Elia & ieiunio: *Quid eſt ieiunium niſi ſubſtantia & imago cæleſtis?* Deinde proſequitur, *Ieiunium refectio animæ, cibus mentis eſt. ieiunium vita eſt Angelorum, ieiunium culpæ mors, remedium ſalutis, radix gratiæ, fundamentum caſtitatis.*

Ambr. li. de Elia & ieiu.

## *Homo delet Dei imaginem, ſi vultum ſuum liniat.*

664 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* An mulier hanc imaginem delere poteſt? Qui ſupra imaginem diuerſos colores apponeret, non conuenientes imagini, huiuſmodi imago agnoſceretur? minimè. Dico ergo mulierem à Deo non agnoſci coloribus variis depictam additiſque ſuæ imagini. Ita D. Ambroſ. lib. 6. hexam. cap. 8. *Deles picturam mulier, ſi vultum tuum materiali candore oblinias, ſi acquiſito rubore perfundas, illa pictura vitij non decoris eſt, illa pictura fraudis, non ſimplicitatis eſt, illa pictura temporalis eſt, aut pluuia, aut ſudore tergitur, illa pictura fallax & decipit, vt neque illi placeas cui placere deſideras, qui intelligit non tuum, ſed alienũ opus ſuum eſſe deletum: deinde ſi quis adulterat opus Dei, graue crimen admittit, graue enim crimen eſt, vt putes, quod melius te homo quam Deus pingat: graue eſt, vt de te Deus dicat, non agnoſco colores meos, non agnoſco vultum quem ipſe formaui. Reiicio ergo quod meum non eſt, illum quære qui te pinxit, cum illo habeto conſortium, ab illo ſume gratiam cui mercedem dediſti.*

Ambr. li. 6. hexam.

## *A ſuperbia reuocamur & inuidia.*

665. *Faciamus hominem ad ſimilitudinem noſtram.* Quid ais, ô Deus! nonne communi prouerbio dicitur, figulus figulo inuidet? quia nullus ſibi ſimilem vellet habere, cum ſe omnibus aliis ſuperiorem arbitratur; quomodo ergo non ſolum homini non inuidet: imo vas luteum à ſe figuratum ad tantum honorem euehit, vt ſibi increato figulo ſimile efficere non renuat? vt Dei exemplo ſimilem habere non detrectantis, à ſuperbia quæ nullum æqualem nobis eſſe, vel ab inuidia qua nobis ſimiles perſequimur, reuocemur. Quod Oleaſter rectè deduxit: *Arguit locus iſte,* inquit, *hominum ſuperbiam, qui volunt ſibi ſimilem aut æqualem non habere, qui ſi viderint vicinum creſcere, non ſolum inuident, ſed deturbant eleuatum, ſi poſſunt, nunquid maior es Deo qui ſui ſimilem non ſolum patitur, ſed facit? nec hoc ſolum, ſed puluerem ita euehit, vt omnium creaturarum ſuarum dominium ei tribuat: ita vt æqualem ſibi feciſſe arbitreris.*

Olea. in Ge.

## *Ad Dei contemplationem ex noſtra formatione excitamur.*

666 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Miror quod ſolus homo ex omnibus animantibus erectis oculis verſus cœlum tueri formatus. Cur ita compoſitus eſt, vt faciem ad cœlum, & quaſi Deum ſpectantem haberet. Dico ideo Deum faciem homini erectam dediſſe, vt ad contemplationem ſui & cœli incitaretur ex ſua formatione, ita Lactant. Firm. lib. 7. diu. proemio c. 5. *Ex omnibus animantibus ſolis ita formatus eſt homo, vt oculi eius ad cœlum erecti, facies ad Deum ſpectans, vultus cum ſuo parente communis ſit, vt videatur hominem Deus quaſi porrecta manu eleuata ex humo ad contemplationem ſui excitaſſe.*

Lact. Firm. li. 7. de diui. præm. c. 5.

## *Per virginitatem Deo ſimiles ſumus.*

667 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* In quo Deus immortalis tibi homo poteſt eſſe ſimilis de puluere terræ formatus viliſſimo? nonne Deus virgo eſt? quamuis filium habeat, tamen ſine corruptione intellectus eum genuit? Dico ergo virginitate Deo ſimiles fieri. Sic liber de Caſt. perperam adſcriptus Sixto ſummo Pontifici in Biblioth. ſanctorum Patrum, cautiſſimè legendus, cùm Pelagianos errores redoleat, ſed ad intentum meum Catholice ſic ſcribit: *Quid poteris de virginitatis bono dicere? dicam in primis quod Deo in hac parte ſit ſimilis dum integritatis ſanctitate perſiſtis. Hinc primum virginitatis bonum reſpice, quod illud diuina magnitudo poſſideat, amplectenda res homini quæ Deo digna eſt.* Deinde ſubiungit: *Vide quanta beatitudo ſit, ita ſe in præſenti aliquem exhibere, vt Deo poſſit ſimilis inueniri. Paruum ergo bonum putas hominem ſicut à primordio factus eſt, Dei ſimilitudinem etiam in corporis integritate ſeruare, & tantæ maieſtatis ſimile aliquid habere perpetuum: qui primus ad imaginem Dei factus eſt, incorruptus eſt creatus? neque enim aliud prima natura debuit poſſidere, quam quod eſt primum, primus enim virginitatis, & incorruptionis ſtatum in ipſo humani generis principe dedicatus eſt.*

Liber de Caſt. in Bib. Patr.

## *Dei ſimilitudinem habemus benefacientes inimicis.*

668 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Ad quam ſimilitudinem? cum tot enumerentur à Diuo Bernardo de vita ſolit. ad Fratres de monte Dei: ſed ad rem, nonne ait Chriſtus Dominus: Eſtote miſericordes ſicut Pater veſter qui in cœlis eſt, qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos? dico ergo ſimilitudinem Dei eſſe in nobis, cum ſicut Deus non ſolum amicis, ſed etiam inimicis benefacimus: ita D. Auguſt. *Accedis vtcunque anima humana, interior homo, recreatus ad imaginem Dei, qui tanto longè eras factus, quanto inieras in diſſimilitudinem, non enim locorum interuallis acceditur ad Deum, aut à Deo receditur, diſſimilis factus longè receſſiſti, ſimilis factus, propè acceſſiſti; vide quomodo nos vult accedere Dominus faciens primò ſimiles, vt accedamus, eſtote, ait, ſicut pater veſter, qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos; in quantum autem*

D. Bern. de vita ſoli. ad Fratres de mõte Dei.

Auguſt. in Pſal. 99.

Luc. 6.

*in te charitas creſcit, efficiens te, & reuocans te ad Dei ſimilitudinem, perueniet vſque ad inimicos, vt ſcilicet ei ſimilis quantum accedis ad ſimilitudinem, tantum proficis* Pſal. 70. *in charitate*, idem habet Pſal. 70. vbi poſtquam propoſuit id quod habet Pſalm. Domine quis ſimilis tibi? ait, *Non in abyſſo, non in inferno, non in terra, non in cœlo; omnia enim tu feciſti, quid enim Deus? nonne ad ſuam ſimilitudinem vocat? nonne ipſe eſt qui dicit, diligite inimicos veſtros, orate pro eis qui vos perſequuntur, hac dicens ad ſimilitudinem Dei nos hortatur.*

### *Caſtitate Deo ſumus ſimiles.*

669 *Faciamus hominem ad ſimilitudinem noſtram*, Toties dictum eſt nos ſimiles Deo eſſe, ſed cum ſimilis habeat comparatiuum, quomodo Deo erimus ſimiliores? ſane nos Deo ſimiliores erimus, cum caſtitatem ſpiritus amplectemur: ita D. Aug. lib. 5. de ciuit. Dei c. 14. *Tanto Deo quiſque eſt ſimilior, quanto ab immunditia mundior, qua in hac vita ciſi non funditus eradicatur ex corde, quia etiam bene proficientes animos tentare non ceſſat, ſaltem cupiditas gloriæ ſuperetur dilectione iuſtitiæ.*

Aug. l. 5. de ciuit. Dei c. 14.

B

### *Similitudinem eius habemus cum ſumus benefici.*

670 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* In quo, quæſo, Deo poſſumus aſſimilari, cum ſimus ita ei diſſimiles? ille æternus, nos temporales: ille ſcientiſſimus, nos ignorantiſſimi: conſtat tamen nos ei aſſimilari, cum Dei in benefaciendo exempla & opera ſequimur & imitamur: ita D. Hilar. Canon. 2. ſuper Matt. *Dignitas originis in operum conſiſtit exemplis; nunquam vero homines propius ad ſimilitudinem Dei accedunt, quam cum benefici ſunt amatores, & imitantur Deum, cuius perfecta ſunt opera, in perfectione diligendi & benefaciendi.*

Hil. Can. 2. ſuper Mat.

C

### *Peccator ſimilis diabolo.*

671 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram* Pluties diximus mediantibus virtutibus ſimiles nos Deo eſſe, per quas ſumus filij Dei adoptiui, hanc ſimilitudinem certe non habent illi, quibus Chriſtus ait: vos ex patre diabolo eſtis, nam cum filij ſint diaboli, & filius ſimilis ſit patri, quomodo qui ſimilitudinem Dei habebant, ita eam amiſerunt vt ſimilitudinem diaboli induerent? nonne hi peccatores erant, quibus Dominus loquebatur? non eſt mirum igitur ſimilitudinem non Dei, ſed diaboli habere, quia peccatum ſimiles diabolo efficit: ita Philipp. Abb. bonæ ſpei in Cant. fol. 339. *Imaginem Dei in te repræſentas, quandiu non peccas, ſi vero aliquando peccato conſentis, recedente imagine Dei a te, ipſi diabolo aſſimilaris, qui peccando & ſuperbiendo a Deo receſſit, & ſeipſum, qui erat ſignaculum ſimilitudinis gloriæ Dei, ſicut Ezechiel Propheta dicit, irrecuperabiliter damnauit, & perdidit.*

Ioan. 8.

D

Phili. Abb. bonæ ſpei in Cant.

E

Ezech. 28.

### *Rex Dei imago.*

672 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & præſit.* Cur poſtquam hominem conſtituit formare, addidit illico, præſit, vel vt dominetur, iuxta aliorum verſionem? nonne præſidere, & aliis dominari proprium eſt regis? ne miteris igitur poſtquam dicit, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, ſubiungere, vt præſit, quia rex vere Dei ipſius imago eſt: ita D. Greg. Nyſſ. orat. 3. in prædicta verba, *Quanam difficultate conſulis? an vt oſtendat te perfectum eſſe apud eum, vbi ergo quæremus quod imaginem referas? nimirum in his quæ dixit, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & præſit: regia ergo dignitas ornata eſt Dei imagine.*

F

Greg. Nyſſ. orat. 3. in hac verba.

A

### *Rex quilibet cum conſilio gubernet.*

*Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Cur non ad alias creaturas producendas, ſed ad ſolum hominem formandum videtur conſilium inire? Nonne homo mundum gubernaturus erat? illi enim dicitur vt præſit omni creaturæ, dico ergo cum conſilio formaſſe hominem, vt homo mundum gubernaturus, ſui artificis in ſeipſo formando, conſilium imitaretur: ita videtur D. Grego. Niſſ. lib. de opifi. homin. c. 3. & 4. interpretari. *Rem (inquit) admirandam, ſol creatur nulla deliberatione præcedente, eodem pacto cœlum quibus duobus nihil eſſe par creatis in rebus poteſt, ad ſolius hominis fabricationem creator ille quadam cum conſideratione accedit; nam naturam condidit, velut inſtrumentum quoddam regno adminiſtrando idoneum*, quaſi diceret: creatus eſt homo cum conſilio, vt cum conſilio gubernaret. 673

Greg. Nyſſ. l. de opif. hominis ca. 3. & 4.

### *Homo ſe deprimat, ſolum enim eſt umbra quadam.*

C

*Faciamus hominem ad imaginem noſtram.* Oleaſt. ad *vmbram noſtram.* Si homo omnia Dei ſublunaria excedit in perfectione dignitate & opera, itane vilis & abiectus vt ſolum vmbra cenſeatur? ne dicas igitur eum vmbram eſſe, imo aſſeras. vt homo ſic, nihil eſſe quam vmbram agnoſcens, ſe deprimat: audite cit. auct. *Eſt vmbra ſimilitudo illius cuius eſt vmbra, imperfecta tamen & longè ab eo diſtans. ſic licet homo ad Dei ſimilitudinem ſit factus, eſt tamen ſimilitudo imperfecta valde Deum repræſentans.* 674

Oleaſt. in Gen.

### *Deus laborem redemptionis indicat ab initio.*

D

*Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* D. Baſil. hic aſſerit & D. Ambr. hic & in Pſ. 118. quod Deus in hoc quod ait, faciamus, de ardua re conſultans deliberet, cur Deus cui omnia leuia, ſed etiam difficillima, facillima ſunt, de hominis formatione quaſi de re difficili conſultans deliberet? nonne hic homo quem condere decernit, aliquando redimendus erat? Optime igitur Deus quaſi de re ardua, conſulit, cum hominem formare molitur, quia maximos labores exantlare pro eius redemptione aliquando debebat: ita Rupert. *An tibi videtur paruum conſilium his paucis ſanctæ Trinitatis dictiunculis eſſe ſignificatum? magnum plane conſilium in illo ſapientiæ conſilio, in illo talium perſonarum patris & filij & ſpiritus ſancti, non tam ſenatu quam ſoliloquio venerando de nobis, peccatoribus habitum eſt, an putas eorum quicquam quæ circa nos acta, vel agenda ſunt, illi defuiſſe? plane omnis noſtra in medio cauſa poſita eſt, mors vel perditio noſtra quæ futura erat, illi perſpecta eſt, & inde totum conſilium habitum, vt vnaquæque perſona ſuam partem ſuſciperet, vt ſcilicet tunc quidem pater conderet, poſtea filius in plenitudine temporis perditum redimeret, ſpiritus ſanctus remiſſionem peccatorum, & carnis reſurrectionem perficeret.* Expende illa verba, in plenitudine temporis filius perditum redimeret, quaſi diceret: ſi Deus in hominis formatione deliberauit tanquam de re ardua, non eſt mirum, cum hominem poſtea tanto cum labore & dolore redimere debebat. 675

Amb. Baſi.

E

Rup l. 2. in Gen. cap. 1.

F

Totus

*Totus Deus occupatur in Virgine formanda.*

676 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Cur vtitur verbo faciamus in plurali, cum ad alia efficienda ſolum vſus fuerit verbo imperatiuo fiat lux, vel alio æquiualente? Tert. lib. de carnis reſurrectio ait, recogita totum Deum illi occupatum & dedicatum, manu, ſenſu, & opere, conſilio, ſapientia, prouidentia, & in primis ipſa affectione: cur ibi totus Deus, cum homo ſit ita vilis & abiectus certe artifex in efficiẽdo vaſe aureo, totus occupatur manu, oculis, cogitatione, quia auri ſiuſtulum non cadit ſine detrimento rei familiaris, verum figulus ſic argillam tractat, quaſi nihil agat, cum omnibus ſermones miſcens: cur ergo Deus in argilla humana totus occupatur manu, ſenſu, conſilio, prouidẽtia, ſapientia? videamus quid dicat D. Iren. inſinuans huius rei cauſam, ait, *Adam de rudi terra, & de adhuc virgine habuit ſubſtantiam:* ne ergo miremur, quia vbi à virginitate homo initiabatur, ibi neceſſum fuit totum Dominum occupari.

*Tert. l. de reſur. carnis.*

*Ire. l. 3. adu. hær. c. 31.*

*Per peccatum mors.*

677 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Cur non addidit ſecundum genus, ſicut in aliis creaturis? nam terræ dixit, germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum, & producat terra animam viuentem in genere ſuo, quid eſt ſecundum genus ſuum: ait D. Aug. lib. 3. de Gen. ad lit. cap. 12. hoc eſt ſecundum genus, vbi & ſeminum vis, & ſimilitudo intelligitur ſuccedentium decedentibus, quia nihil eorum ita creatum eſt vt ſemel exiſtere, vel permanſurum, vel nullo decedente ſucceſſurum: cur ergo de homine non ita dictum eſt, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram ſecundum genus ſuum, cum hominis propagatio manifeſta ſit? reſpondet D. Aug. *Quia Deus non ita fecerat hominem vt moreretur, ſi præceptum ſeruare voluiſſet, & ideo non erat neceſſarius deceſſori ſucceſſor, ſed poſt peccatum comparatus eſt pecoribus inſenſatis, & ſimilis factus eſt eis, vt iam filij ſæculi huius generent & generentur, quo poſſit mortalium genus ſeruata ſucceſſione ſubſiſtere.* Ita intelligendus eſt, vt ante peccatum non generarent cum libidine, ſicut poſt peccatum.

*Aug. l. 3. de Gen. ad litt. cap. 12*

*Ex peccato Deus laborare videtur.*

678 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Deum repræſentari laborantem in his verbis dixi, ſed quando quæſo laborauit illa maieſtas, quæ nec afficitur paſſione, nec labore perſtringitur? nota ea quæ diximus, nempe per diuiſionem lucis à tenebris intelligi ſeparationem bonorum Angelorum a malis, qui in ſuperbiam ceciderant, Deumque grauiter offenderant; dico ergo, ideo Induci Deum laborantem, quia ex peccato quod commiſſum fuerat, laborare videbatur ſic D. Damian. hom. 51. de Sancto Mich. Archangelo, *Audi quomodo plurimus ei labor incubuit, cum illum peſſimum præſumptorem de cælis ad inferna detruſit.*

*Dam. ho. 51 de S. Mich.*

*Non detractemus obedire.*

679 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram,* Quærit D. Theodor. quæſt 20 in quo hæc imago & ſimilitudo conſiſtat & reſpondet: nonnulli dixerunt ad imaginem Dei creatum eſſe hominem ſecundum facultatem dominandi, argumento



A clariſſimo vſi ex eo quod creator ſubiunxit, & dominetur piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtiis, & vniuerſæ terræ, & omnibus reptilibus repentibus ſuper terram; quemadmodum enim ipſe tenet imperium, ita dedit homini dominium animalium irrationalium; deinde paulo poſt ait, *& ſic homo vocatus eſt Deus, quia imago Dei appellatus eſt,* homo ergo ſimilis videtur quod ſicut Deus rebus omnibus, ita homo ſaltem aliquibus dominatur: ſed cur quæſo Deus voluit ſibi ſimilem in dominio, hominem, iuriſdictionẽque quam habet in alios ſimilem eſſe cum eo? vt qui homini obedirent, Deo B ibi perſuaderent obedire, cum agnoſcerent imaginem Dei in homine conſiſtere in officio dominandi aliis, a fortiori confiterentur prototypum omnibus dominari, omnẽſque ei ſubiici.

*Otium Deus nos vitare docuit.*

*Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram,* Pluries diximus, cur ad hominis formationem: ait, *faciamus,* cum in cæteris creaturis formandis ſolũ dixerit *fiat,* fiat lux & facta eſt lux: vt formemus tamen conceptum. notanda ſunt verba D. Ambroſ. ſerm. in Pſalm 118. agnoſcitis laboran- C tis Dei affectum, ſic enim etiam dixit, & facta ſunt, mandauit & creata ſunt. vt homo fiat ſpecialis quidem Dei accedit hortatus, vt tanquam laborantis Dei in huius creaturæ munere ſignificetur operatio, Deus quidem laboris eſt expers, ſed tamen ſcripturæ verba quid aliud oſtendunt niſi ſtudioſam eius operationem? hæc ille: cur ergo Deus in hominis formatione & in aliis creaturis laborẽ manifeſtare voluit? vt te laborare doceret non autem otio indulgere, ita D. Ambroſ. *Si Deus maioris quodã ſtudio te creauit, cur ipſe tui ſtudium relinquis? ſi Deus in te laborauit, qui laborare non nouit, cur ipſe fugitans ſis laboris?* Expende tria vltima verba, cur ipſe fugitans D ſis laboris? Quaſi diceret ad laborem natus es, non ad otium, indulge ergo labori: otio autem noli vacare. 680

*Amb. ſer. 8. in Pſ. 118.*

*Grati maxime debemus eſſe.*

*Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram,* Nonne aliæ creaturæ inanimatæ gratias ſuo modo referunt ſuæ creationis? inuitaui enim omnes creaturas homine inferiores ad Deum laudandum tres pueri in fornacem Babylonicam miſſi; an homo eis ſuperior propter ſuam perfectio- E nem longe excellentiorẽ gratias tenetur Deo reddere ampliores? maxime, propter imaginem enim quam Deus ei impreſſit aliis creaturis inferioribus minime conceſſam maiori gratitudine debet erga Deum ferri, ita D. Bern. ſer. 19. in Pſal. qui habitat. *Agamus fratres gratias factori noſtro, primum quod nobis præſtitit quod nos ipſi ſumus, ſi quidem ipſe fecit nos, & non ipſi nos, cogita autem, qualem te fecit ſecundum corpus egregiam naturam, ſecundum animum magis, vt pote imagine creatoris inſignem, rationis participem, capacem beatitudinis, porro ſecundum ambo ſimul, præ cæteris maxime admirandum.* 681

*Bern. ſer. 19. in Pſal. qui habitat.*

F

*Abſentes Deo ſumus per illius diſſimilitudinem.*

*Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram,* Diximus toties, quod ſimiles Deo ſumus per virtutes, & confirmat D. Bernard. de vita ſolitaria ad fratres de monte Dei, alia eſt magis propinqua Deo ſimilitudo, in quantum voluntaria, qua in 682

virtutibus conſiſtit, in qua eius virtutis magnitu- A dine ſummi boni quaſi imitari geſtit magnitudinem. per hanc autem ſimilitudinem Deo ſumus propinqui, & ille nobis. ita D. Auguſt. lib. 9 de Dei ciuitate cap. 16. in fine, quanto Deo ſimilior tanto propinquior; ſi ergo ſimilitudine, nempe virtutum amore, ſumus propinqui, ſine dubio illius diſſimilitudine ſumus à Deo remoti, & à nobis ille abſens, dubium ergo eſt ſi Deus vbique præſens, & vt ait D. Beroard. citatus, Deus vbique eſt, & totus in ſua creatura, quomodo poteſt à nobis fieri abſens? nam abſentia & præſentia eiuſdem perſonæ non ſibi compatiuntur: dico diſſimilitudine nos ab eo remoueri, eumque à nobis fieri abſentem: ita D. Auguſt. B in Pſal. 99. *Non locorum interuallis acceditur ad Deum aut receditur, Deo diſſimilis factus, longe receſſiſti, ſimilis factus proxime acceſſiſti,* & lib. 9. cita. *nulla eſt ab illo alia longinquitas quam eius diſſimilitudo.*

*Aug. l. 9. de Dei ciuit. c. 16.*

*Aug. in Pſ. 99.*

### *Beatitudo Dei communicari poteſt, non autem minui.*

683 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram,* ait Rich à ſancto Victore lib. 1. de Emanuele c. 1. vt eum faceret beatitudinis ſuæ eſſe partici- C pem; ſed cum aliquid pluribus communicatur, nonne diminuitur? ſi ergo pene infinitos homines ad imaginem ſuam creauit, vt eis gloriam ſuam tribueret, nonne minuetur? minime equidem, beatitudo enim Dei communicari poteſt, non autem minui: ita Richard. *Deus ſumme bonus & immutabiliter bonus, ſciens ſuam beatitudinem communicari poſſe, & minui non poſſe, fecit creaturam rationalem vt eam faceret beatitudinis ſuæ eſſe participem, fecit autem eam ad imaginem & ſimilitudinem ſuam.*

*Richar. à S. Vict. l. 1. de Eman. c. 1.*

### *Auaritiâ Deo ſumus diſsimiles.*

684 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem* D *noſtram,* Imago hæc ſumitur pro exemplari, quaſi diceret, faciamus hominem ad exemplar noſtrum, & nos quaſi imaginis illius exemplar referamus ac repræſentemus; per quid autem ſumus Deo ſimiles? liberalitate, nam in omnes liberaliſſimus, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & ſuper malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos: quomodo ergo erimus diſſimiles? nonne auaritia liberalitati eſt cōtraria? dicamus igitur auaritiam nos Deo diſſimiles conſtituere? ita Auguſt lib. 9 de ciuitate, cap. 16. in fine, *Incorporali, illo æterno & incommutabili tanto eſt anima hominis diſſimilior, quanto rerum temporalium mutabi-* E *liūmque cupidior.*

*Aug. l. 9. de ciuit. ca. 16.*

### *Superflua eſt annuntiatio Veritatis cum non auditur.*

685 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram,* Diximus cum ſanctis patribus myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis per hoc verbum *faciamus* exprimi, dubium ergo eſt, cum hæc veritas inter fidei noſtræ dogmata principalem locum teneat, cur à primo die non eſt declarata, ſed ſolum ſexto die prolata? hoc die ſolum ſcimus hominem eſſe conditum F omnis veritatis capacem, optime igitur hæc veritas antea non annuntiatur, quia ſuperflua eſt illius annuntiatio, cum non ſit qui eam percipere poſſit: ſic Iunilius, *Donec is qui diſceret non erat, in profundo fuit abdita prædicatio deitatis, vbi vero cœpit hominis expectati creatio, reuelatur fidei & euidenter doctrina veritatis emicuit.*

*Iunil. Epiſ. in cat. Sipp.*

### *Deus non punit hominem ſed peccatorem.*

686 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram,* Si ergo homo habet imaginem Dei, quomodo eum Deus punit, vel damnando, vel ſeuere caſtigando? quis enim ita iracundus qui ſuam imaginē comburere vel dilacerare vellet? nullus equidem. Nota quod ſcriptura eum hominem dicit qui eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei, peccantem autem, non hominem, ſed aut ſerpentem, Sap. 2. aut equum hinnientem fœminis, Hier. 5. aut vulpeculam, aut iumentum vocare conſueuit, Nolite fieri ſicut equus & mulus in quibus non eſt intellectus Pſalm. 4. & Luc. 17. de Herode loquens, dicit e huic B vulpi, & Luc. 3 generatio viperarum à Ioanne plebs Iudæorum dicitur: ne dicas igitur, Deum hominem, ſed peccatorem punire, ita D. Ambr. in Pſalm. 118, octog. decimo, verſu manus tuæ Domine fecerunt me. *Deus* (inquit) *non punit ſimilitudinē ſuam, ſed eum punit qui ad ſimilitudinē Dei factus eſt, hoc quod accepit ſeruare non voluit: punitur ergo illud quod ad ſimilitudinem Dei eſſe deſiſtis, hoc eſt peccatū tuum, nam ſuam Deus non damnat imaginem, nec illam in incendium mittit æternum, ſed magis vindicat imaginem ſuam de eo qui imagini illi fecit iniuriam, vt per malitiam quod eras ho-* C *mo eſſe deſineres, & non fieres mulus ex homine, vindicatur ergo imago non condemnatur, vindicatur quaſi expulſa, non condemnatur quaſi rea, poſtquā enim peccaſti aliud eſſe cœpiſti, & illud quod eras eſſe deſiſti: quomodo ergo punitur quod in te non inuenitur? nam ſi inueniatur in te imago Dei & ſimilitudo, non ſupplicio incipis dignus eſſe, ſed præmio: ita imago illa, quia ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus es, non condemnatur, ſed coronatur: condemnaris autem in eo quod ipſe mutatus, vt fieres ex homine ſerpens, mulus, equus, vulpecula, his enim nominibus iam nos ſcriptura damnauit, quia exuti cœleſti imaginis ornamento, etiam nomen hominis amittimus, qui gratiam hominis non tenemus.*

*Sap 2.*
*Hier. 5.*
*Pſal. 4.*
*Luc. 3.*
*Ambr. in Pſal. 118. Octo. 10.*
*Pſal. 118.*

D

### *Tantum Deitatis habes quantum liberalitatis & beneficentiæ.*

687 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Imago Dei in homine etiam in hoc conſiſtit, quod ſicut erga omnes liberaliſſimus eſt, ita homo Deum in beneficentia debeat imitari, ſed cur creaturus mulierem hæc eadem verba non profert? An in muliere non eſt Dei imago? ei ineſſe non eſt dubium. ſed vndenam colligit D. Nyſſenus cum Deus id non dixerit? ex eo quod in pauperes benefica ſit, E quaſi impoſſibile ſit vti beneficentia & liberalitate erga egenos, & Dei imaginem in ſe non habere: ſic enim, ait, oratione 1. in verba cit. *Vidi ego fœminam clam honeſtiſſimo vtentem furandi genere, hæc inſcio marito de re familiari pauperibus largiebatur: pro viri fœlicitate, pro familiæ proſperitate, pro incolumitate filiorū impertiebat, celans virum, ſed pro ipſo viro, pro ipſo donabat qui factum neſciebat, id enim præſtabat in gratiam illius, qui videt in abſcondito nec benefacta ſua diuulgabat, Et mulier igitur habet, vt ad imaginem Dei ſit.* Non poteſt non capere etiam infirmum vaſculum totam Deitatis imaginem, quando capit in pauperes be- F neficentiam: ſunt enim res mutuo ſe comitantes & diuinitas & benificentia.

*Greg. Nyſſ. ora. 1. in hæc verba facia.*

### *Deus ſine præſcriptione temporis honorem & dignitatem hominibus largitur.*

688 *Faciamus hominem ad imaginem noſtram, vt præſic. &c.*

*&c.* Nódum homo primum agit diem, & iam oeus circa perfectionem eius oſtendiitur ſolicitus, quid? Nondum primus dies hominis venerat, nondum prima hora humanæ vitæ apparebat cur ergo principatus vt præſit piſcibus & titulis honoris ei a te parantur? Vt edoceamus ne vllum eſſe tempus non à oeo paratum honori hominum, vel ante ipſam hominum conditionem, ad quod ans D. Baſil. Seleu.

Baſil. Sel. orat. 1. orat. 1. ait, *Nondum formatus homo à conditore conſiderantia & Dei conſiliis commendationem & præmium accepit. Faciamus, inquit, hominem ad imaginem noſtram, antiquiorem conditione ſua honorem ſuſcipit.* Nulla temporis taxatio eſt ad præſtandum honorem hominibus, vel ante tempus vitæ humanæ, eius honoris tempus à oeo paratur.

*Tantus eſt Dei erga hominem amor, vt dono acceperit ab eo quod nullo modo vi potuit obtinere Angelus.*

689 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Nóne Angelus oeo voluit eſſe ſimilis, cum ait, conſcendam io cœlum, ſimilis ero altiſſimo, & tamen hanc ſimilitudinem conſequi non potuit? Quomodo igitur eam eſt homo adeptus? Quid dicam? Neſcio, niſi quod tantus eſt oei erga homines amor, vt dono acceperint ab eo, quod nullo modo vi potuit obtinere Angelus: Fatet Hugo à S. Vict.

Hugo à S. Vict. citat. in alleg. Tilm. in alleg. Tilm. *Vt diaboli ſuperbia confunderetur, hoc homo in Dei dono accepit, quod ipſe peruerſè rapere voluit, & obtinere non potuit, vt etiam in hoc in imagine Dei appareret.*

*Bonum quod vni & non pluribus communicatur, bonum minime videtur.*

690 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram,* Deinde creauit Deus hominem, ait Moyſes, cur non dixit faciamus Adamum, & creauit Deus Adamum ad imaginem ſuam, cum hunc ſingularem produceret? Nonne maximum eſt beneficium ad imaginem Dei & illius ſimilitudinem produci? Meritò igitur non hunc ſingularem hominém in particulari nominauit, cum ad imaginem ſuam formare voluit, quia hoc ſingulare beneficium nó vni ſoli, ſed omnibus erat communicandum: quod eruditè declarat D. Gregor. Nyſſen, de hominis opi-

Greg. Nyſſ. de hominis opifi. c. 16. ficio cap. 16. *Creatum hoc quod ad Dei imaginem traditur, non hic Adami nomen adiectum habet, ſicut in hiſtoria ſequentibus narrationibus, ſed nomē hominis creati vniuerſi poſitum eſt, non vt de indiuiduo, idcirco per hāc hominis appellationem, qua totum genus vniuerſe comprehenditur, admonemur, quod prouidentia poteſtaſque Dei totam hominum naturam in illa creatione prima complexa ſit: non enim imago & gratia benigni Dei vel parti naturæ, vel vni alicui conceſſa eſt homini peculiariter, ſed facultas illa ad genus vniuerſum æqualiter pertinuit.*

*Deo in nobis imaginem ſuam depingenti, eadem ſolicitudine vt ei ſimiles efficiamur vigilare debemus.*

691 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram,* Hoc beneficium à Deo accepiſſe teſtatur

Pſal. 118. v. 73. Iob. 10. v. 8. regius Dauid Pſal. 118. 73. cum Iob. 10. 8. dicente manus tuæ Domine fecerunt me & pſalmauerunt me in hominis formatione non vnam, ſed duas oeo manus aſſignat vterque, cum ipſe oeus vnam tantum manum adhibuiſſet in productione totius vniuerſi, ego manu mea ſolidaui cœlum, & manus mea

Iſai. 66. fecit hæc, cur manus pluraliter dixere Dauid & Iob cum de hominis formatione loquuntur, oeus autem cum de vniuerſi creatione ſolum in ſingulari,

Ambr. in Pſal. 118. *Manus mea.* Reſpondet o Ambroſ in cit. Pſalm. in hominis conſtitutione videtur non abundare, quod vt toti mundo vt fieret abundauit, ſed quare. Quia nimirum cœlum & quidquid cœlorum ambitu cótinetur, nec rationali anima præditum, nec oei imagine & ſimilitudine conſtat, leui manu & potuit & debuit perfici, oei vero in homine imago non niſi vtraque manu quaſi maxima cura & ſtudio elaboranda & depingenda fuit, vtraque ergò manu operatur artifex, ſed vnam oe ſolum ab animato corpore exigis? Sine dubio vtramque, vt reſpondeat operanti, qui hoc indicat; Nonne ipſe oauid qui ſe oei manibus plaſmatum aſſeruit eodem Pſalm. fatetur de ſe, anima mea in manibus meis ſemper [illegible] tuam non ſum oblitus, cur non dixit [illegible] in manu, ſed in manibus; Quia [illegible] cumque ſed omni videlicet ſtudio [illegible] cum ipſi indeſinenter aduigilabat [illegible] imago perfecta & nulla ex parte eſſet clauditas: aduigilabat vtique mente & opere cum oei legem perfectè cuſtodiret

Lud. Char. in hunc Pſ. quod adootat Ludolp Chart. in hunc Pſalmum, *Legem tuam non ſum oblitus imo iugi meditatione illam teneo in mente & perficio in opere.*

*Reges ſuos tegere ſubditos & obumbrare debent.*

*Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris.* Verbum [illegible] radah, quod hic habetur vbi legimus præſit, ſignificat extendere & obuelare, transferturque ad dominium quod qui dominatur extendat potentiam ſuam ſuper ſubditos, quid parum eſt ſi ſolum in eos potentiam ſuam extendat, hoc enim eſt dominantium proprium: parum quidem eſſet ni & patrocinium extenderet, vt velut ſub pallio ſuos contineat. Olea- 692

Oleaſt. ſter hic ad nudam potentiam reſpiciens, ait: *Præſis piſci, id eſt, piſcibus maris ſeu dominetur.* verbum hebraïcum, radab, videtur proprie ſignificare, exten-

1. Reg. 6. dere, quemadmodum radah, 1. Reg. 6. variarde, id eſt, & extendere fecit ſuper Cherubim, & ſuper palmas aurum, vnde redid. id eſt, velum, vel exten-

Cant. 5. ſio, quo fœmina operitur, aut caput operit. Cant 5. tulerunt redidi, id eſt, velum meum, aut operimentum meum. Sic Iſa. 3 vebaredidim, id eſt, & vela. Putatem pannum lineum, ſeu velum, quo fœminæ nobiles Italæ, & Orientales operiunt ſe, cum extra domum egrediuntur: & exinde ſignificat dominari, quod dominus poteſtas extendatur ſuper ſubditos ſuos, vnde veri poſſet, & extendat ſe in piſces maris. Sed extenſio iſta etiam ad auxilium extendi poteſt, quo ſuos tegere, fouere, ac velut adumbrare reges debent ac principes, quod ſignificatum eſt

Iud. 9. etiam Iud 9. v. 15. vbi Rhamnus in regem electa lignis reſpondet: *Si verè me regem vobis conſtituiſtis, venite & ſub vmbra mea requieſcite.* Septuag. ὑπόστητε ἐν τῇ σκιᾷ μου *Subſiſtite in vmbra mea.* S. Aug. q.

Aug. q. 44. 44. *Confidite in protectione mea:* quibus verbis innuitur, regentis & imperantis eſſe protegere, ac obumbrare eos, quos regit, quibus imperat.

*Arbor vitæ Concionat. Tom. I. Pars I.*

M 2

## VARIETAS VERSIONVM II. PARTIS VERS XXVII.

VVl. Et præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtiis & vniuerſæ terræ, omnique reptili quod mouetur in terra.

*Septua*. Et habeat principatum piſcium maris, & volatilium cœli, & pecorum, & omnis terræ, & omnium reptilium repentium ſuper terram.

A *Calde*. Et dominetur in piſces maris, & in volatilia cœlorum & in iumenta, & in omnem terrá, & in omne reptile quod reptat ſuper terram.

*Cart*. Et ſubiugabunt in piſce maris, & in volatili cœlorum, & in iumento, & in omni reptili reptanti ſuper terram.

*Catena Græca*, Imperent beſtiis terræ, volatilibus cœli, &c.

### CONCORDIA VERSIONVM.

IRdu quod hic eſt futurum, eſt tertia perſona pluralis numeri à verbo רדה *Rada* non ſolum præeſſe, ſed dominari, imperare ſignificat: quod autem verterit noſter interpres in ſingulari, præſit, Hebræus autem codex legit in plurali, ex diuerſa relatione vel ad hominem ſolum, vel ad hominẽ & poſteros ſuos, prouenit.

## EXPOSITIO II. PARTIS VERSVS XXVII.

VT *præſit piſcibus maris & volatilibus cœli*, id eſt, omnibus iſtis ſit dignior, & eis præcipiat, eis quoque ad libitum vtatur. hæc autem poteſtas ſuper animalia competit homini, eo ipſo quo fuit ad imaginem Dei formatus, præſertim quamdiu Dei præceptis obediens permanſit: ſi autem dicas hoc contrarium eſſe veritati & ſenſui, nam ſcimus quod etiam pro ſtatu innocentiæ corpora cœleſtia non fuiſſent homini ſubiecta nec ſol, nec ſtellæ; reſponde, quod homo pro illo ſtatu habuit duplicem præſidentiam ſuper omnem creaturam irrationalem, s. ſcilicet præſidentiam naturalis dignitatis, 2. præſidentiam finis bonitatis, quia ſicut omnibus fuit natura ſuperior, ſic ad eius vtilitatem omnia ſunt producta, & propter ipſum; reſpectu autem eorum quæ poſſunt nutus humanos aliqualiter recipere, habuit etiam tertiam præſidentiam imperij.

Inquires, quale hoc fuerit imperium hominis in animalia tam in ſtatu innocentię quàm poſt peccatum, cùm non ignores dominium duplex eſſe, nempe ius ſiue poteſtatem dominij, vel eius vſum & exequutionem, quod ius ſeu poteſtatem dominij in ſtatu innocentiæ, ampliſſimumque vſum antè peccatum habuerit, quis dubitat? poſt peccatum autem poteſtas & ius etiam in eo remanſit, ſiquidem hoc homini debetur propter naturæ rationalis excellentiam, huiuſmodi autem naturæ dignitatem

C minime perdidit homo propter peccatum, illum enim bona naturæ non deſtruit, nec peccando homo Dei imaginem naturalem amittit, propter quá potiſſimum cunctis animalibus præeſſe & dominari dicitur: poſt peccatum autem exequutio huius dominij diminutiſſima eſt, cũ & paucis animalibus imperare poſſumus, & his cum magno labore: ſi autem animalia plurima homini obedirent, non ordinaria & ſine miraculo cenſenda eſſet obedientia.

*Et vniuerſæ creaturæ*, per vniuerſam creaturam intellige corpoream non Angelicam, ſed corpora cœleſtia quæ in obſequium illius ſunt condita.

## CONCEPTVS.

*Homini maxima beneficia confert Deus.*

693 ET *præſit piſcibus maris, & omni creaturæ, &c.* Quæ merita quæſo in homine reperiuntur, vt Deus concedat ei regimen animalium, ita vt ea ſubiugare & moderari commodè valeat? nulla equidem, vnde ergo ei tam eximium beneficium contigit? certe ex maxima Dei liberalitate in eum quem ab initio quo conditus eſt, beneficiis cumulat plurimis: teſtem adhibeo Lippom. *Vides quomodo beneficiis ſuis Deus hominem veluti obruerit, antequam conderet omnibus iam antè creatis, quibus eſſet opus, habiturus ad gaudium, oblectationem, ac vſum, vt prouocaretur ad Deum tam beneficum ardentiùs amandum, ecce quomodo concedit ei, vt regere poſſit animalia cuncta, nullis præcuntibus ad Deum conditorem meritis.* Lip. in cat.

D ſi orbis dominium, & in omnia animalia poteſtatem; ſed poſt tam magnificam erga homines liberalitatem, aliquodne vlterius beneficium tribuet? audi, plantauit Dominus paradiſum voluptatis à principio in quo poſuit hominem; cur poſt conceſſum vniuerſum orbem homini, cogitat nouum paradiſum, delitiarum hortum ei tradere? quia neſcit Deus ſiſtere in donis exhibendis, ſed ſemper de præſtantiori alio exhibendo cogitat: pulchrè ad hæc Baſil. or. 2. *Non eſt contentus prioribus, neque rebus dilargitis ſua dona circumſcribit, neque donatoris deſiderium vniuerſa terra, nec conceſſum mare ſatiauit, ſed extructam manu ſua paradiſum delitioſum, ſedem dilecto conceſſit.* Baſ. or. 2. in hæc verb. plur. Deus

E Non potuit diuinum largiendi deſiderium conceſſo orbe ſatiari, & ideo nouam aliquam, & præſtantiſſimam paradiſi ſedem excogitauit, ad quam hominem ſuum perduceret.

*Neſcit Deus ſiſtere in donis exhibendis, ſed ſemper de præſtantiori alio exhibendo cogitat.*

694 *Et præſit piſcibus maris, &c.* Vide diuinam munificentiam Dei erga hominem, vt ei concedat vniuer-

*Hominem liberum & dominum, fieri ſeruum peccati maxima miſeria eſt.*

*Præſit piſcibus & volatilibus cœli* Sed hunc hominem ſeruum deinde peccati nonne agnouimus? ſi 695

ergo

ergo mancipium eſt peccati quod nihil cenſetur, quomodo dominus eſt & aliorum gubernator? quia eius ſumma dementia dominum fœlicem, ſeruum peccati miſerum conſtituit: ſic D. Baſil. ho. 5. in hex. *Animal itaque es ô homo imperio natum, ecquidem miſeram hanc affectuum ſeruis ſeruientem? quid te deturbas ultroneus è faſtigio prærogatiuæ iſtius tuæ dignitatis? ecquid te dedis peccato in vile mancipium? cur tu apte ſponte mancipium te & captiuum conſtituis diaboli? ſcinit te ac iuſſit Deus in creaturis principem locum tenere, & ecce tanti principatus naturæ delati dignitatem à te extenuis & repellis.*

Baſil. ho. 5. in hexam.

### *Hominis maxima dignitas, rationalitas.*

696 *Et præſit piſcibus maris & volatilibus cœli.* Vnde hæc tanta dignitas homini, quod plenum & perfectum ſuper beſtias principatum habuerit? ſed nonne hæc animalia ſunt irrationalia, homo autem ratione præditus? quid miraris ergo hominem eis dominari, cum in eo ſit maxima dignitas, nempe rationalitas, cuius gratia in ratione carentes belluas principatum habet: ſic Ruper. *Vnde piſcibus maris & volatilibus cœli, beſtiis quoque homo præeſt? niſi ex eo quod ipſe rationalis eſt, illa autem irrationalia ſunt, hæc quippe differentia multum omnibus illis hominem præponit, quia non quomodocunque illis præeſt, vt ſolummodo dignior ſit, ſed ita etiam vt omnium illorum domare naturam poſſit, ad hoc vt illis præſit homo, rationalem illum eſſe ſatis eſt.*

Rupert. in hæc verba.

### *Homo conſolationem à Deo accipit etiam poſt peccatum commiſſum.*

697 *Præſit piſcibus maris.* Dicemus non omnium animalium principatum hominem deperdiſſe propter peccata, ſed ſolum aliquorum, vt tigrium, leonum, & aliorum, quæ non conferunt vitæ noſtræ vtilitati, quod mirum eſt, cur Deus non abſtulit ab homine dominium in equos (verbi gratia) boues, &c. Si non permiſit eum dominari in pulices, muſcas & ſimilia quæ longe inferiora ſunt præcedentibus? ideo Deus voluit hominem dominari in hæc animalia domeſtica, vt inde conſolationem in calamitate mutuaret: ſic Hugo à ſancto Vict. in annot. ſuper Gen. *Primus parens debuit quidem dominari animantibus, ſed per peccatum amiſit dominium in maximis & in minimis, retinuit tamen in mediis dominatum ad conſolationem.*

Hugo Vict. annot. in Gen.

### *Non creata ſed diuina manus eſt: quæ nouit rem à principio perfectam producere.*

698 *Et præſit piſcibus maris, &c.* Cur primam manum operi humano adhibiturus, non dixit, faciamus hominem & præerit piſcibus maris? ſatis enim fore dictum, videtur, quando nondum nato homine ſufficiens eſſet quod expectaret illum poteſtas futura, dicat ergo de futuro Dominus, faciamus hominem & præerit: non autem de præſenti vt præſit, rationem inſinuat verbum illud *faciamus* pro ſolo homine dictum, vbi enim oſtenditur operans manus, diuina, rem à principio perfectam nouit producere & exordia & coronidem ſimul coniungit, ad hæc. D. Baſil. Seleu. orat. 2. inquit, *Vidit hominem non egentem vtere, non in naturæ officina luteum embrionem, non accretionem vteri tumore deſignatam, non per tempus manentem quo de ventris corpore captiuus exſoluatur, neque poſt partionem reticulis faſciarum reformatum, ſed vidit hominem immortali manu editum, & Dei digito ex tempore perfectum abſolutumque ſimulachrum, vidit ſimul fictum, ſimul regem factum, nam præſit, inquit, piſcibus,* Quam aliter homo ex naturæ viribus aut ex Dei manibus naſcitur, à natura primum embrio fit, deinde infans, ſtatim puer, poſtmodum iuuenis, deinde vir, &c. Vbi autem Dei manus acceſſit, infirmitatum moras abſtulit, ſimul fictum, ſimul perfectum, ſimul regem oſtendit.

Baſil. Sel. ora. 2.

### *Nec Angelus nec homo propter ſuam leuitatem poteſt onus prælaturæ ferre ni ſuperbiat, ſed ſolus Deus trinis.*

699 *Præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli.* Hinc contigit cecidiſſe à principatu eodem die quo formatus fuit, nam ex ſuperbia comedit de ligno vetito, nolens cognoſcere ſuperiorem cui obedire teneretur: ſimiliter de primo Angelo qui aliorum fuerat quaſi princeps conſtitutus inquirere poſſumus quomodo elatus cecidit, nam conſideratione dignum, quod vterque gratia Dei ornatus, & virtutibus excultus, in principatu tamen neuter potuit ſubſiſtere ne ſuperbiendo caderet. Reſpondeo omnem creaturam tam Angelicam quam humanam ita leuem eſſe, vt non poſſit principatū ferre ni cadat, ſed ſolus Deus humiliter illum ſuſtinere poteſt: ſic Rupert lib. 2. de victoria verbi Dei cap. 12. *Illum in apice altitudinis Angelicæ conſtituit, illum patrem multitudinis ſanctorum, & Dei filiorum eſſe volens in paradiſo collocauit; magna vtriuſque altitudo, illius in principatu Angelico, iſtius in propagando genere humano, neuter pondus tanti honoris humiliter ferre potuit, vt pote vterque creatura leuis, vnde autem leuitas vtriuſque creaturæ? niſi ex propria conditione? & vt manifeſtius dictum ſit, vnde vterque leuis niſi quia de nihilo vel de non exiſtentibus creata eſt? quia ergo tam Angelus quam homo de nihilo creatus, creatura leuis eſt, & niſi ipſum per quod creata eſt Domini verbum increatum per amorem ſuſcipiat nullius ponderis eſt, nullum Dei donum ſiue beneficium ferre poteſt humiliter, tandem concludit, comprobatum eſt ex duobus, ſcilicet ex Angelo ſummo & ex homine, qui prior conditus & pater omnium fuit conſtitutus, quia principatum omnium nullus humiliter ferre poteſt, niſi Deus increatus.*

Rup. Abb. li. 2. de victoria verbi cap. 12.

### *Prælatus inter eos quibuſcum participat naturam eandem, non ſe extollat.*

700 *Et præſit piſcibus maris.* Cur non dixit præſit animantibus, cum ſimul cum homine fuerint procreata, eadem enim die nempe ſexta fuerāt formata ſicut & homo nōne piſces à nobis ſe iunctiſſimi ſunt, animantia autem proxima, aſſero ergo dixiſſe primò hominem dominari piſcibus, & non animantibus, vt imperium ſuum non exerceat Prælatus in ea quæ ſibi proxima ſunt, quanto magis in hominem qui ſibi coniunctus eadem naturæ ſpecie eſt: ita D. Greg. Nyſſ. orat. 1. *Vbi eſt imperandi vis, illic & imago Dei, præſit piſcibus, primum nobis imperium datum eſt in ea quæ habitatione ſeiuncta à nobis ſunt, non dixit præſit animantibus, quæ ſimul ſunt cum ipſo educata, ſed piſcibus, qui vitam in aquis degunt, longè ergo à diuino exemplari abeſt, qui inter ſuos ſeſe excellit, qui præ his cum quibus naturam & habitationem participat, imo & educationem, efferri & ſuperferri auet.*

Greg. Nyſſ. or. 1. de hominis epiſ.

### *Propheta futura prævidet.*

701 *Et præſit piſcibus maris & volatilibus cœli,* Diuus Chryſoſt hom. 9. in Gen. vertit, in plurali dominen-

cur piſcibus maris & volatilibus cœli; cur ſi tunc vnicus homo erat formatus, in plurali eis loquitur dicens, domineotur? non hac in re errauit; quia licet tunc vnicus eſſet homo, loquentem tamen tanquam pluribus inducit Moyſes Propheta, futuros plures præuidens, quia Propheta de futuris loquitur tanquam de præſentibus ita D. Anaſt. de paſſione Domini,

Anaſt. de Paſſio. Domini.

*Quemadmodum conſpicientes ea qua ſunt ſub oculis videndo non fallimur, nec aliter videmus quam ſunt, ſic & Propheta futura tanquam præſentia videbant, & qua videbant, fieri erat neceſſe, nam qua fiebant omnino oportebat videre, & rurſum quemadmodum nos qua videmus oculis omnium neceſſe eſt vt ſint, ſi quidem videmus ea qua ſunt, nec poteſt aliter fieri quam vt videmus, ſic & Propheta que præuidebant, oportebat omnino eſſe, nec aliter fieri poterant, quàm quemadmodum præuiderant, nā ſi futura non præuidiſſent non fuiſſent Propheta.*

*Spiritualia, deinde corporalia.*

702 *Et præſit* (inquit) *piſcibus maris & volatilibus cœli & beſtiis terra*, Cur non dixit faciamus hominem, vt veſcatur ligno fructifero quod meo imperio terra produxit? nota imperium hominis ad animā ſpectare, quare Deus voluit hoc imperium habere deinde veſci de omni ligno quod eſt in medio paradiſo; quia priora debent eſſe ſpiritualia quam corporalia: ita D. Baſil ho. 2. hex.

Baſil. ho. 2. hexam.

*Qua concernunt caracteres ſecundas obtinent, nam primas ſibi aſſerit primigenia præſidendi authoritas attributa anima, nobis enim ſtatim conditis delatum eſt ius imperij.*

*Quot ſunt terrenis immerſi in populo, tot Sathanæ inſtrumenta ſunt ad perditionem noſtram moliendam.*

703 *Præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli omnique reptili quod mouetur ſuper terram.* Nonne bonum homini fuiſſet cum piſcibus, cum volatilibus, cū quadrupedibus? cur igitur concludit ſub ſuo dominio etiam reptilia, in quorum numero eſt ſerpens? vt inde colligamos, quod vbi repentia in ſuo regno habuit, non potuit non habere inſtrumenta ſuæ perditionis à diabolo eaoſādæ. A*ſtabat homini leo*, inquit D. Baſil. Sel. or. 2.

Baſil. Sel. ora. 2. in Gen.

*blandè ſubſultans, lupus inter oues pacate agebat, & ſerpens hominis erat ſubiectus arbitrio: ſic enim factum eſt, vt linguam diabolo commodarit ad inuehendam confuſionem.* Nota connexionem prudentiſſimè excogitatam, ex quo inter hominis ſubditos ſerpens humi reptans, & terrā veſcens apparuit, inde iam factum eſt vt diabolo in promptu eſſet lingua, in promptu eſſet inſtrumentum, quo perniciem & confuſionem inferret mundo heu nocentiſſimam terrenorum hominum conditionem! ſane qui humi repat, homo qui immergitur terrenis lucris, adeo diabolicis aptus inſidiis, vt vnus valeat integrum mundum peruertere.

*Qui peccat, humanam naturam exuit, & non ſolum ferinam ſed plures ferinas induit.*

704 *Et præſit piſcibus maris & volatilibus cœli.* Quaſi ratio naturaque hominis ſita ſit in dominium omnium animalium ſed D. Chryſoſt. per piſces, beſtias terræ, & volucres altiori ſenſu intelligit varios animi motus, quibus homo imperaturus erat: ergo ſi quæras in quonam humanæ naturæ ratio ſita eſt, qua homo & Deum imitatur, & reliquis animantibus præponitur, id tibi præſens locus ſubiicit, ſcilicet, vt ſibi ſuiſque affectibus imperet, ſed ſi ita ſe

A res habet, quomodo ait Regius Vates, homo cùm in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt eis? quia homo cum ad imperandum beſtiis conditus eſſet, Pſalm. 48 vltro hunc honorem à ſe abiecit, & ſe beſtiarum vitiis immergens earum etiam naturam induit; imo addit Chryſoſt. multo illis deterior & inutilior homo redditus eſt, quia brutorum mores in hominum vtilitates inflectimus, at hominū vitia ſibi aliiſque hominibus multum nocent, & homo cum in honore eſſet (ait Chryſoſt. in hunc Pſalm.) non intellexit, Chry. in hunc Pſ. 48. comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.

B Hinc mihi videtur Propheta declarare & quod animal rationis particeps, cui fuit traditum regnum interitis eo declinauit, vt eſſet minus vtile, abiectum, quam bruta, dum in rebus vanis laborat, & ea quæ ſunt ſaluti ſuæ contraria molitur. Expendit cur non dixit comparatus iumento, vel alteri beſtiæ. ſed in plurali beſtiis, comparatus eſt iumentis, & ſimilis factus eſt eis. Quia non vni beſtiarum & iumentorum generi, ſed multis, vel omnibus, vnus homo variis belluarum generibus ſimilis factus eſt, cùm animalia inter ſe differant, naturā & viribus, nec alterum alterius naturæ ſe inſerat, ſed vnumquodque inter cancellos proprij generis ſe

C contineat: at idem homo lupus factus eſt, dum lupi rapinam imitatur, & vulpes dum dolos annectit, & equos dum Veneri indulget, &c. ſubdit Chryſo. Chryſoſt. *Hi qui de futuris nihil ſciunt ſunt brutis deteriores: neque hi ſolum, ſed qui ſceleratam & perditam vitam agunt, vt puta qui fiant ſerpentes, ſcorpij, & lupi propter improbitatem, & oues, & boues propter ignorationem, & canes propter impudentiam. Et ideo vocat eum brutum Propheta, quoniam cum ignorationis iugo ſe ſubmiſerit, bruto deterius dicitur. Illud enim eſt vtile & aptum ad agriculturam, hic autem qui ſe ſubiecit ignorationi, illo etiam in hoc eſt factus deterior.*

*Mulier humilietur, non enim eſt viro ſimilis.*

D *Et præſit piſcibus maris & vniuerſa terra*, Sine dubio ſicut Deus eſt omnium imperator in cælo & in terra, ſic vir omnibus quæ ſunt in terris dominatur, ſed eodemne priuilegio gaudet mulier? Minime quidem ſed eum ad imaginem Dei & ſimilitudinem eius formata fuerit, ſicut vir, cur etiam totius creaturæ principatū non habet? Non vtique omni creaturæ dominatur, ne ſuperbiat, ſed humilietur, agnoſcens ſe viro inferiorem ſic Diodorus. *Gaudet illa quidem priuilegio viri, ſed caput eius vir eſt, cui ſubiicitur, vir autem mulieri nequaquam, idcirco B. Paulus virum tantummodo facit ad imaginem Dei, mulierem* 705

Dio. in cat. lippi.

E *autem decus ipſius viri.*

*Deus à ſe conditum hominem ſupremâ donat regiâ dignitate.*

*Præſit piſcibus maris & volatilibus cœli*, hominem decreuerat creare, & vt decreuit ſic fecit nihil moratus eſt, ſed temporis momento perfectum & regiom à ſuis manibus editum contemplatur ait enim præſit piſcibus maris. Nonne ſatis erat imaginem ſuam dediſſe, quod ſummum eſt humanæ naturæ 706

F beneficium? cur ergo regiam etiam dignitatem concedit? quia Deus hominem à ſe conditum ſupremâ adornat dignitate: ſic D. Baſil. Seleu. orat. 2. *Vidit hominem immortali manu editum, & Dei digito ex tempore perfectum abſolutumque ſimulachrum, vidit ſimul fictum, ſimul regem factum, nam præſit, inquit piſcibus*

*maris.* vno eodemque momento Adamus in hominis perfectione, & regiâ dignitate ab omnipotente Deo elaboratus conſpicitur.

*Nullo magis claret Dei miniſter quam in puniendis proteruis.*

707 *Præſit piſcibus maris & volatilibus cæli.* Ecce tibi qui imaginem Dei habet, qui vices Dei gerit in creaturis gubernandis, vt iubetur præeſſe piſcibus, animantibus, reptilibus: at in piſcibus, in volucribus, in animantibus multa ſunt præſtantiſſima, & ad humanos vſus apta, & quæ clariſſimè referant virtutes humanas: in reptilibus autem nihil non venenoſum, & in viuentium malum inclinatum; qua-

A licet ergo Dei vices homo aget in regno? at omnia ſimul & etiam venenoſa reptilia ducendo ad paſcua? abſit, imo nullo magis ſe Dei vices agere oſtendit, quam venenoſa & mala exterminãdo, ſit Ana. Syn. lib. 7. hex. *Qui dominatur animalibus, & piſcibus, & volucribus iuſſu Dei, dicit, leoni, veni, & venit, & aquilæ, ingredere, & ingreditur, & piſci, appropinqua, & obedit, & draconi, pereat, & ſtatim expirat.* Espẽde quid dicat draconi verus Dei miniſter & vicarius, nimirum draconi dicit, *pereat*, qui cum aliis animãtibus blandè egit, blanda & ſuauia illis verba faciens, draconi nullum ſuaue verbum, ſed lethale, ſed prorſus exterminans facit, ſic verus Dei mini- Anaſt. Syn

B ſter inde claret, quod proteruis peccatoribus ruinam patiat.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXVIII.*

**V***lg.* Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum, maſculum & fœminam creauit eos.

*Septuag.* Fecit Deus hominem ad imaginem Dei, maſculum & fœminam creauit eos.

*Caiet.* Creauit hominem ad imaginem ſui, ad imaginem Elohim creauit illum.

*Arias Mont.* Creauit Deus hominem in imagine ſua, in imagine Dei creauit illum.

*Tertul.* Figurauit ſeu finxit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem viuacitatis ſuæ, maſculum & fæminam fecit eos.

*Baſil.* Fecit Deus hominem, ad imaginem Dei factus eſt homo

C *D. Chryſoſt.* Fecit Deus hominem, ſecundum imaginem Dei fecit illum.

*Gre. Nyſſ.* Deus hominem condidit, & ad imaginem Dei eũ condidit, marem & fæminam fecit eos.

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

**F**ACILIS eſt equidem, licet enim in Hebræo ſit ברא *Bara*, id eſt creauit, tamen alij rectè dixere, fecit, condidit, &c. quia homo non ex nihilo factus, vt dicatur propriè creari, ſed ex præſuppoſitâ materiâ, & ideo fecit Deus, condidit Deus hominem, rectè dicitur. abundat in Tertulliano ad ſimilitudinem viuacitatis ſuæ, in Hebræo enim nec Græco codice legitur.

## EXPOSITIO VERSVS XXVIII.

**C***REAVIT Deus hominem.* dicitur Deus creaſſe hominem quantum ad animam propriè loquendo de creatione, ex nihilo enim eam creauit.

*Ad imaginem Dei creauit illum*, hic eſt Enallage perſonæ frequens apud Hebr. Deus enim de ſe quaſi de alio in tertiâ perſonâ loquitur, vt infrà habetur, quomodo Deus pluit ignem & ſulphur à Domino

*Maſculum & fœminam creauit eos*, Noli quæſo audire Hebræos aſſerentes quod à prima conditione natura humana formata eſt in vtroque ſexu, id eſt, quod Deus creauit ſimul in naturâ humanâ maſculum & fœminam, ita vt licet haberent duplicia

D membra, ſicut duo capita, quatuor pedes, tamen ita coniuncti erant vt vnum continuum indicarentur, nec poterant ab inuicem ſeparari niſi Dei virtute quod poſteà effectum eſt.

Sed hoc omnino falſum eſt, quia cap. 4. dicitur quod Deus ſumpſit coſtam de latere viri, de qua mulierem formauit, item quando Adam dixit hæc, nunc ergo de carne mea & os de oſſibus meis, non eſſet vera nec propria locutio, quia non magis eſſet Eua de oſſibus Adæ quam Adam de oſſibus Euæ: dicendum eſt ergo quod primum hominem Deus produxit, ex cuius coſtâ poſteà, licet eodem die, fæminam formauit.

## CONCEPTVS.

*Diſtinctio perſonarum in Trinitate.*

708 **C***Reauit Deus ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum*, Certum eſt in præſentibus verbis pluralitatem perſonarum ſignificari, ſcilicet faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, vt optimè probatur, nam ſi te numerus ſcandaliſat Trinitatis quaſi non connexæ in virtute ſimplici, interrogo quomodo vnicus & ſingularis pluraliter loquitur, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, cùm debuerit dixiſſe faciam hominem ad imaginem & ſimilitudinem meam, vt pote vnicus aut ſingularis fallit, aut ludit, vt cum vnus & ſolus & ſingularis eſſet numeroſè loqueretur? aut nunquid Angelis loquebatur vt Iudæi interpretantur, quia nec ipſi filium agnoſcunt? an quia ipſe erat Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, ideo pluralem ſe præſtans, pluraliter ſibi loquebatur; imo quia ſibi erat filius ſecunda perſona, & tertia ſpiritus, ideo pluraliter pronuntiauit *faciamus*, hoc animaduerſo, cur ait, Deus ad imaginem Dei fecit illum? ſuperflua enim videtur repetitio, nam

antea dictum fuerat, fecit Deus hominem ad imaginem ſuam: dico tamẽ non ſine myſterio addidiſſe ad imaginẽ Dei feciſſe illud, ſed vt diſtinctio perſonarum denotaretur, ſic Tert. aduerſus Praxeam c.12. *Sequens ſcriptura diſtinguit inter perſonas, & fecit Deus hominem ad imaginem Dei fecit illum, cur non ſuam, ſi vnus qui faciebat & non erat ad cuius faciebat? erat autem ad cuius imaginem faciebat, ad filij ſcilicet qui homo futurus, certior & verior imaginem ſuam fecerat dixi hominem qui tunc de limo formari debebat, imago vero & ſimilitudo.* *Tert. c. 12. aduerſus Praxeam.*

A

### *Trinitas non plures dij, ſed vnus Deus.*

B

709 *Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam*, Vel vt alij, *fecit*, nonne dixerat Deus faciamus? cur ergo Moyſes non ſubiunxit *fecerunt*? ideo in ſingulari fecit Deus, Moyſes appoſuit, vt denotaret ſanctiſſimam Trinitatem non plures Deos eſſe ſed vnum. Sic Cerealis Epiſcopus aduerſus Maximum cap. 10. *Oſtenditur pariter operatores, vt vnum Deum eſſe monſtrares, ſequitur ſcriptura & fecit deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, non dixit fecerunt dij, cum dixiſſet faciamus hominem ſed dixit Deus fecit hominẽ.* *Cereal. Epiſcopus aduerſus Maximũ. 10.*

C

### *Deus mirabilis artifex.*

710 *Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam.* Nonnẽ mirabimur, quiſnam duram oſſium hominis ſubſtantiam condidit, quis hoc effecit, vt nerui tãquam vinculis quibuſdam inter ſe conſtricti ſeſe contendant, ac membra circa commiſſuras inflexa laxentur; quis humores velut fermentauit ac ſanguine perfudit; mollemque nobis ex terra carnem indidit; dices id efficere ſine dubio parẽtes, ſed falleris, nullus enim alius artifex eſt tam eximij operis niſi Deus ſic Methodius apud D. Damaſc. in Paralelis, *Solus ille præſtantiſſimus artifex Deus ratione præditam & animatam imaginem ſuam ex humido ac perexiguo ſemine, in matris vulua efficiens, ac velut è cera effingens, quis enim eſt qui prouidet ne fœtus humoris copia, & cõpreſſione vaſorum obrutus intus præfocetur; aut quis poſtquam vtero geſtatus eſt, ac tandem in lucem prodiit ex imbecilli & exiguo magnum & pulchritudine & robore præſtãtem reddit; niſi idem ipſe vt iam dixi, præſtantiſſimus artifex Deus, qui efficiente ſua potentia formas inſtar pictoris cuiuſpiam in diuerſum mutat.* *Methodius Martyr apud Dama. in parelelis.*

D

### *Potentia Dei nullo arctatur tempore.*

711 *Creauit Deus hominem*, Voluit inquit Procopius in determinata illa verborum ſignificatione oſtendere vniuerſum mortalium genus à Deo eſſe conſtructum, non enim vnà cum reliquis creaturis nomen hoc traxit vt appellaretur Adam, ſed hoc nomen impoſitum eſt condito homini, non ſolum vt declaret qui ſit, ſed qui in vniuerſum ſit; ſed ſi in his verbis *Creauit Deus hominem* voluit Deus oſtendere vniuerſum mortalium genus ab eo eſſe conditum; cur non eſt vſus non ſolum præterito, ſed etiam futuro verbo; ideo ſolum verbum præteritum appoſuit, quia potentia Dei ad omne mortalium genus condendum nulla temporis arctatur differentia: ſic Procopius, *Deum dicit hom͡o, intelligi vult vniuerſum hominum genus quia potentia Dei nec præterito nec futuro arctatur.* *Proc. in Ge.*

E

F

A

### *Chriſtus Dominus in quantum Deus vera Dei & ſubſtantialis imago, in quantum homo illius ſimilitudo quam in nobis reparauit.*

*Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum.* Quidnã eſt hoc, quod ſcriptor cum retuliſſet Deum dixiſſe faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, ſubſecutus vnum ex duobus omiſit dicens, & creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum? nunquid caſu aut obliuione conditionem hominis in ſuo ſermone diminuit, quam in Dei dictione tam nobiliter, vtraque parte extulit? Diximus quod imago rationem & mentem hominis reſpicit, & ſimilitudo autem virtutes quibus Deo ſumus ſimiles: nonne Deus præuiderat hominem per peccatum hanc deleturum ſimilitudinem, cumque Moyſes hæc ſcriberet iam deleuerũt, dico ergo non addidiſſe Moyſem, creauit illum ad ſimilitudinem ſuam, ſed ſolum ad imaginem, quia cum hæc ſcripſit Moyſes, homo eam amiſit, & nondum ſecundus venerat nempe Chriſtus Dominus qui vt Deus vera patris imago eſt, & vt homo veram illius & perfectam ſimilitudinem habet: ita Rupert. Abbas lib. 2 in Gen cap. 6. *Sciens er quod Deus intendiſſet in verbis eius expreſſit, & quid accidiſſet ipſe in ſuo ſermone prudenter obſeruauit, cum nempe diceret Deus, faciamus hominem, ipſe vtique illum ad imaginem & ſimilitudinem ſuam facere intenderat, cum autem hoc iſte ſcriberet, homo per peccatum Dei ſimilitudinem amiſerat, & quidem non erat iſte quod illud Dei propoſitum nullus auertere poteſt, verumtamen certa nondũ perſona conſurrexerat, in qua abſque vlla contradictione recuperata, mõſtraretur illa diuina ſimilitudinis gloria, quæ in illa prima hominis perſona perierat, erant ſancti, erant homines iuſti: quorum ex præcipuis erat hic ipſe Moyſes, ſed nonniſi ex fide & ſpe venturi hominis, qui ſic ad imaginem Dei & ſimilitudinem fieret naſcendo de virgine, vt in ſe ſpes Adæ perditam Dei ſimilitudinem refunderet.* 712 *Rup. Abb. l. 2. in Gen. cap. 6.*

B

C

D

### *Homo memor ſit ſuæ perfectionis.*

*Creauit Deus hominem, ad imaginem Dei creauit illum*, Non ſufficiebat ſemel dixiſſe creaſſe Deum hominem ad imaginem ſuam, abſque alia additione ad imaginem Dei creauit illum? Non equidem eſt ſuperfluum ſed vt maiori tenacitate recordaretur ſuæ eximiæ perfectionis: ita Rab. Maur. *Quod prius dixerat ad imaginem ſuam, confirmationis gratiã geminauit, addens ad imaginem Dei creauit illum, vt diligentius inſinuaret nobis quales à Deo facti ſumus, & ſpeciem recipiendæ Dei imaginis arctius noſtris mentibus inculcaret.* 713 *Rab. Mau. in Geneſ.*

E

### *Homo imago Chriſti ſaluatoris.*

*Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum*, Neſcio qua de cauſa hoc modo loquitur ad imaginem Dei creauit illum? Deberet dicere, ſicut primò Deus ad imaginem ſuã creauit illum? Nota quod ſubſtantialis imago Dei patris, eſt Chriſtus Dominus, vides igitur optime dictum fuiſſe, quod Deus creauit hominem ad imaginem Dei, voluit enim ſignificare quod Pater æternus creauit illum ad imaginem filij ſui qui eſt etiam Deus, ita Orig. homil. 1. in Gen. *Non dixit quia Deus fecit hominem ad imaginem ſuam, ſed ad imaginem Dei fecit illum, quæ eſt ergo alia imago Dei ad cuius imaginis ſimilitu-* 714 *Orig. ho. 1. in Gen.*

F

*ſimilitudinem factus eſt homo? Niſi ſaluator noſter qui eſt primogenitus omnis creaturæ, deque ſcriptum eſt, quia ſit ſplendor æterni luminis, & figura expreſſa ſubſtãtia Dei, ad huius ergo imaginis ſimilitudinẽ factus eſt.*

### *Omnes creaturæ homini ſunt ſubditæ.*

715 *Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, &c.* Sicut rectitudinem animæ contulit, ſic vultum erectum habere conceſſit, quod tamen animantibus denegauit: ſed cur ita demiſſum habent animantia vultum, erectum autem homo? vt hac demiſſione hominem ſuperiorem confiteantur: fauet Procop. B *Hunc corporis habitum ſeu dominationis inſigne nactus eſt homo cæteris animalibus in terram inclinatis, quo geſtu docent ſe humano imperio eſſe obnoxia.*

Proc. Gaz. in Gen.

### *Homo omnium creaturarum perfectio.*

716 *Creauit Deus hominem,* Nempe vltimo die operum ſuorum, cum tamen alias creaturas in ſua creatione debere præcedere videatur? nota quod ab imperfectis ad perfecta progredi ſolet natura, vltimum ergo hominem condidit tanquam inter alia perfectiſſimum: ſic Procop. *Nec abs re nouiſſimus omnium creatus eſt, ſed quaſi natura ſignificet ſe vna quadam via inſiſtentem ad perfectionem contendere.* C

Proc. Gaz.

### *Coniuges ita vniri debent amore, vt quod de vno dictum ſit, de alio dictum intelligatur.*

717 *Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam &c.* Cur quæſo non dixit de muliere formatam eſſe ad imaginem Dei, ſicut de homine dixerat? nam mulier illius etiam imaginem habet: ideo non dixit de muliere, ſed tantum de viro fuiſſe formatum ad imaginem Dei, quia ita ſtricto amoris vinculo vniri debent eſſe coniuges, vt quod de vno dicitur de alio D dictum cenſeatur? ita Rab. Maur. *Fœmina etiam ad imaginem Dei creata eſt, ſecundum id quod & ipſa habebat mentem rationabilem.* ſed addendum de illa, hoc non poſuit ſcriptura quod propter vnitatem coniunctionis in illa intelligendum reliquit.

Rab. Maur. in Gen.

### *Matrimonij leges debent eſſe inuiolabiles.*

718 *Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, maſculum & fœminam creauit eos.* Cur Deus non plures fœminas creauit, vt hominum citius multiplicatio fieret? noluit Deus producere plures fœminas ſed maſculum & fœminam ſolum, vt leges inuiolabiles matrimonij contra intemperantiam coniugum doceret, ita D. Chryſoſt. hõ. 32. in Math. E *Maſculum & fœminam creauit eos, non maſculum & multas fœminas, neque maſculos & fœminam, vt vna fœmina nullum maſculum putet factum eſſe in mundo præter vnum, & vnus maſculus nullum putet fœminam eſſe factum in mundo niſi vnam.*

Chry. ho. 32. in Mat.

### *Matrimonium à Deo inſtitutum.*

719 *Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, maſculum & fœminam creauit eos.* F Cur quæſo in productionibus reliquorum animalium nulla eſt facta mentio maris & fœminæ, cum in eis vterque ſexus vigeret? ideo marem & fœminam explicuit in ſpecie humana, vt matrimonium inter eos à Deo à principio inſtitutum eſſe declararet: ſic Card. Caiet. *Reſeruata eſt diſtinctio ſexus explicanda in ſpecie humana, quia* A *in hac ſolu inſtituit Deus commixtionem maris & fœminæ per modum coniugij.*

Car. Caiet. in Gen.

### *Matrimonij actus debent eſſe ſecundum rectam rationem.*

*Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, maſculum & fœminam creauit eos.* Cur creationem maris & fœminæ immediatè appoſuit, poſtquam aſſeruit ad imaginem Dei eſſe conditos, cum nondum eſſet formata mulier potuiſſet differre maris & fœminæ vnionem? ideo immediatè poſtquam aſſeruit ad Dei B imaginem eſſe formatum hominem, adiunxit marem & fœminam eos creaſſe, vt ſecundum rationem reſpondentem imagini Dei, actus matrimonij exercerent, ita Card. Caiet. *Propter hoc enim ſcriptura appoſuit creationem maris & fœminæ immediatè creationi hominis ad imaginem Dei, vt intelligeremus vſum maris & fœminæ in ſpecie humana debere eſſe ſecundum id quod ſumus ad imaginem Dei, hoc eſt ſecundum rectæ rationis ordinem, quod eſt eſſe per modum coniugij, & non ſecundum appetitum ſenſitiuum, vt reliqua animalia coeunt.* 720

Car. Caiet. in Gen.

### C *Mulier etiam Dei imaginem habet.*

*Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum,* Cur quæſo id bis repetit? 721 Nonne optimè intellexiſſemus hominem ad Dei imaginem fuiſſe formatum quamuis ſemel hoc enuntiaſſet? Dico idem bis repetiiſſe vt non ſolum virum ſed etiam mulierem ad Dei imaginem formatam ſignificaremus: ita Rupert. lib. 2. in Geneſ. *Quia homo non vnius tantum ſed vtriuſque ſexus nomẽ eſt, & vterque ſexus ad imaginem Dei creatus eſt, quia vterque rationalis eſt, rectè propter ſexus duos duplicem poſuit enuntiationem creationis ſecundum imaginem Dei, igitur dum ſecundum repetiit ad imaginem Dei creauit* D *illum, & poſtea ſubiungit, maſculum & fœminam creauit eos, aperta ſignificatione innuit quod tam maſculum quàm fœminam, vel quod non magis maſculum quàm fœminam fecit Deus ad imaginem ſuam.*

Rup. lib. 2. in Gen.

### *Similes Deo ſumus in baptiſmo.*

*Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum.* Cur bis ad imaginem Dei 722 creatum fuiſſe hominem nec ſemel ad illius ſimilitudinem formatum eſſe dicit? ſcio D. Aug. lib. imperf. de Geneſi ad litteram reſpõdere: nonnulli putant ideo non repetitam ſimilitudinem neque di- E ctum, & fecit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem Dei, quia tunc tantummodo ad imaginem, ſimilitudo autem poſtea ſeruabatur in reſurrectione mortuorum, tamen cum ſint plures patres vt D. Baſil hom. 11. hexam. D. Hieron. in Ezech. 28. S. Chryſoſt. hom. 9. in Gen. Damaſc. lib. 2. de fide c. 12. qui teneant imaginem & ſimilitudinem in homine eſſe diuerſas: inquirimus, cur non ad ſimilitudinem Dei creauit illum? ideo non dixit ad ſimilitudinem Dei tunc fuiſſe factum, quià baptiſmo reddimur ei ſimiles: ita D. Baſil. *Vbi per imaginem animæ impreſſam mea obtinui rationis vſum, verum chriſtianus* F *effectus vtique ſimilis efficior Deo,* & D. Hieron. vbi ſup. verſ. In ſignaculum ſimilitudinis, ait, *Necundum quod imago tunc facta ſit tantum, ſimilitudo in baptiſmate compleatur.*

Baſi. Dam. Hieron. in Ezec. c. 28.

bonis

*Bonis operibus Deo ſuemus ſimiles.*

723 *Fecit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum,* Cur ſilet de ſimilitudine & ſolùm de imagine loquitur? cum dixerit, faciamus hominem non ſolùm ad imaginem ſed etiam ad ſimilitudinem? operibus bonis Deo ſumus ſimiles; ideo prudenter non appoſuit Deum nos feciſſe ad ſuam ſimilitudinem, vt id operibus bonis aſſequeremur: ſic Orig. lib. 3. Periarch c. 6. *Hoc ergo quod dixit, ad imaginem Dei fecit eum, & de ſimilitudine ſiluit, non aliud indicat, niſi quod imaginis dignitatem cum prima conditione perceperit, ſimilitudinis vero perfectionem ſcilicet in conſummatione, propria induſtriæ ſtudiis ex Dei imitatione conſciſceret.*

Orig. lib. 3. Periar. c. 6

*Summo amore nos proſequi debemus ad inuicem.*

724 *Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, maſculum & fœminam creauit eos,* Difficultas eſt, cur vnicum hominem & vnam mulierem, cum plura animalia in eadem ſpecie produxerit, nonne conuenientiùs fuiſſet plures homines formaſſe, quam plura animalia, ideo vnicum produxit hominem, & vnicam mulierem, ex quibus ortum haberemus; vt à communi parente conſiderantes nos originem trahere, ſtrictiori vinculo amoris ad inuicem coniungeremur: ita Beda, *Maſculum vnum & fœminam vnam in principio creauit Deus, non vt cetera animantia quæ in ſingulis generationibus creauit Deus plura, vt humanum genus firmiori copula conſtringeret, cum ſe ex vno ortum meminiſſet.*

Vene. Beda in Gen. Legi Aug. l. 12. de Dei ciuit. c. 26.

*Vult amari Deus vt Pater.*

725 *Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam,* Cur addidit ad imaginem noſtram, vel ſuam? ſufficiebat dixiſſe, creauit hominem, ſicut quando dixit, faciamus hominem, cur addidit ad imaginem noſtram? nonne filius eſt imago patris nõ autem ſeruus? dico ergo ideo addidiſſe ad imaginem ſuam, vt homo ſciret Deum diligere, ſicut patrẽ filius, ita D. Chryſ. hom. 42. in Matth. *Non vult Deus vt timeatur ab hominibus quaſi Dominus, ſed vt diligatur quaſi pater, qui adoptionis ſpiritum dedit hominibus, nam ſi cõſideramus ab initio creati hominis cauſam, intelligimus quia Deus magis ſe patrem voluit eſſe hominum quàm Dominum, non enim dixit tantummodo, faciamus hominem ſed faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, ſimilari autem filiis conuenit ad patres ſuos.*

Chry. ho. 42. in Mat.

*Caſtitatis amator Deus.*

726 *Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, maſculum & fœminam creauit eos;* Difficultas eſt cur ſicut in principio maſculum & fœminam creauit eos vt ſimul matrimonio vnirentur, cur poſteà noluit virum & mulierem ex vno vtero naſci vt ſimul contraherent, ſicut videmus plura volatilia? Ideo hoc noluiſſe colligitur, quia cum ſit amator caſtitatis, in libera hominis poteſtate reliquit matrimonium contrahere: ſic D. Chryſ. in c. 9. Matth. hom. 32. *Deus quamuis maſculum & fœminam creauit propter neceſſitatem filiorum generandorum, tamen ſemper caſtitatis fuit amator & continentiæ auctor, ideo illum typum non ſeruauit in hominibus, vt ſi quidem vult homo nubere ſecundũ primam diſpoſitionem creationis humanæ, intelligat quid eſt vir & vxor: ſi autem noluerit nubere, non habet neceſſitatem nubendi propter coniunctionem natiuitatis, ne forte videatur propter ſuam continentiam alterum perdere.*

Chry. in ca. 9. Math. hom. 32.

*Qui virtutem colit, temporali alimento carere non poteſt.*

*Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, &c.* Tanta cum iuſtitia & ſanctitate fuit homo creatus, vt rectè poſſit dici Dei imago & ſimilitudo, quo conſiderato, cur tam ſerò ad hominis creationem acceſſit? Nam ſi poſt creata vniuerſa, cur ſanctiſſimus homo non creatur à Deo ante beſtias agri, imo ante olera & arbores? Quia quaſi timuit Deus iuſto homini inopiam & ideo omnia antè creauit, olera terræ, fructus arborum, poma, ne poſſet homo qui à Deo iuſtus & ſanctus creabatur videri ſub inopia: rem hanc attingit D. Baſil. *Non enim ante omnia fecit hominem ne pauper inopſque foret,* Vir enim iuſtus alimento temporali carere non poteſt, quod expendit Clemens Alexan. 3. Pædag cap. 7. *vir ergo bonus nunquam laborat inopiâ, quamdiu habuerit ſaluam in Deum confeſſionem, licet enim ei petere & accipere ea quibus indiget, à patre vniuerſorum & propriis ſuis.* 727

Baſil. ho. 21. in aliquot ſcrip. loc. Cle. Ale. 3. Pædag. c. 7.

*Occaſionem merendi præbet Deus.*

*Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum.* Si Deus dixit ſe voluiſſe hominem ad imaginem & ſimilitudinem formare, cur Moyſes hoc tacuit, ſed ſolum ſit quod Deus ad imaginem ſuam fecerit? ſcio D. Greg. Nyſſ. ora. 1. in verba, faciamus hominem, dicere quod vt efficiamur ad eius ſimilitudinem, propoſito & voluntate conſequimur, atque eius quod ad artificium pertinet & voluntatem poteſtas nobis ineſt re autem & factis ipſa præſtamus: ſed cur voluit Deus vt hanc ſimilitudinem aſſequeremur, & non nobis conceſſit ſed ſolum poteſtate? voluit Deus nobis præbere anſam merẽdi, vt tribueret præmium: ita D. Greg. Nyſſ. cit. *Poteſtatem tribuens vt ei ſimiles redderemur permiſit nobis vt eſſemus illius ſimilitudinis effectores quo merces operis noſtri foret, ne noſtra ſimilitudinis laudem auferret: deinde quamobrem coronaris, ſi creator omnia dedit? Quomodo tibi patet aſcenſus, in cælum? Vnum igitur dedit, alterum inchoatum reliquit, vt te ipſe perficient dignus fias quod à Deo præmium & mercedem conſequaris.* 728

Greg. Nyſſ. ora. 1. in verba faciamus hominem.

*Qui coloribus vultum depingit, opus Dei adulterat.*

*Creauit Deus hominem ad imaginem,* Si quis pictor varios colores pulcherrimæ imagini ab excellentiſſimo pictore elaboratæ adhiberet diſconuenientes, nonne grauiſſimam iniuriam inferret huiuſmodi pictori? Quod ergo crimen committit qui vultum ſuum coloribus linit, diſſimilem reddens ei, quem Deus largitus eſt? Sine dubio qui vultum coloribus depingit, opus Dei perfectiſſimum ad imaginem ipſius factum adulterat. Teſtis eſt D. Cyprianus de diſciplin. & habitu Virgin. *Nuptas puto & omnes omnino fœminas admonendas, quod opus Dei & facturæ eius adulterari nullo modo debeat adhibito flauo colore, vel nigro puluere, vel rubore, aut quolibet denique lineamenta natiua corrumpente medicamine: dicit Deus, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, audet quiſquam mutare & conuertere quod Deus fecit: manus Deo inferunt, quãdo id quod ille formauit, reformare & transfigurare contendunt, neſcientes quia opus Dei eſt omne quod naſcitur, diaboli quodcunque mutatur.* 729

Cypr. de diſcip. & habitu virg.

*mutatur, tu te ne exiſtimas impune laturum tam improba temeritatis audaciam? Dei artificis offenſam. Vt enim impudica circa homines, & inceſta fucis lenocinantibus non ſis, corruptis violatiſque qua Dei ſunt, peior adultera detineris, quod ornari te putas impugnatio eſt iſta diuini operis.*

*Ad gloriam ſæpius inuitamur.*

730 *Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum,* Nonne ſufficiebat dixiſſe ſemel hominem eſſe creatum ad imaginem Dei, vt ei fidem haberemus: Nota quod plures tenent imaginem & ſimilitudinem idem eſſe, deducunt etiam ex eo quod quamuis Moyſes dixerit bis hominem eſſe formatum ad imaginem, non addidit ſimilitudinem, pro eodem eigu ſumitur, quo ſuppoſito, obſerua quod ait Ioan. 1. Cant cap. 3. ſcimus quoniam eum apparuerit ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt, vnde D. Auguſt. ſerm. 118. de diuerſ. cap. 5. iam ſimiles illi quando deficiemus & D. Bern. de vita ſolitaria ad fratres de monte Dei, eſt autem Dei ſimilitudo quædam quam nemo viuens niſi cum vitam exuit, habet, &c. non immerito igitur bis repetit ad imaginem Dei, vel illius ſimilitudinem nos eſſe formatos, vt ad gloriam in qua perfectam Dei ſimilitudinem habebimus, incitemur: ita D. Iunilius, *Sæpius repetit vt diligenter inculcaret nobis quales à Deo facti ſumus, & ſpem accipienda Dei ſimilitudinis arctam mentibus noſtris infigeret.*

*1. Ioan. c. 3.*
*Auguſt. ſer. 118. de diuerſ.*
*Iunilius in cat. lip.*

## *VARIETAS VERSIONVM I. PARTIS VERS XXIX.*

*Vlg.* Benedixit illis Deus & ait, creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſubiicite eam.
*Septuag.* Benedixit eos dicens creſcite, & replete terram, & dominamini eis.
*Calda.* Et benedixit eis Deus, & dixit eis Deus, creſcite & replete terram, & roboramini ſuper eam.
*Pagni.* Et benedixit eis Deus, & dixit ad eos, creſcite & multiplicate vos.
*Caiet.* Fructificate & multiplicate, & implete eam, & acquirite eam.
*Vatab.* Creſcite & replete terram, & domate illam.
*Tertul.* Creſcite & in multitudinem proficite.
*Procop.* Benedixit eis dicens fructificate; & augeſcite.
*Baſil.* Benedixit Deus hominem dicens creſcite.

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

Licet in Hebræo ſit, dixit ad eos, tamen prudenter omiſit vulgatus hęc duo *ad eos*, nam eiſdem loquebatur quibus benedixerat benedixit autem eis, dixit textus, & ſic iterum ad eos vel eis omittendum erat elegantiæ gratia: in Hebræo eſt [illegible] peru quod fructificare vertit Caiet. ſed impropriè dictũ eſt in hominibus, licet idem verbum proprie plantis & arboribus adaptetur, lectiones aliæ verbum, non ſenſum mutant.

## EXPOSITIO VERSVS XXIX.

*Benedixit illis*, Quæ data fuerat auibus & piſcibus benedictio explicite, implicitè autem terreſtribus, iteratur in hominibus, ſi autem dicatur quomodo benedixerit eis, cum nondum fœmina formata fuiſſet? Dicitur, quoniam benedictin data viro ſpectabat etiam ad mulierem: *creſcite & multiplicamini*, Per naturalem coniunctionem maris & fœminæ; quamuis enim aliqui patres alium futurum fuiſſe multiplicationis medium in natura humana ſi ſtatus innocentiæ perſeueraſſet aſſerant, ſed Guido Helnenſis Epiſcop. in libro quem aduerſus hęreſes ſcripſit, inter prophana Armenorum dogmata connumerat, nam certe naturalia membra hoc teſtantur quorum vſus ſicut & cæterorum in ſtatu innocentiæ fuiſſet.

Aduerte quod ſi hic datum præceptum generationis eſt, id non ſingulis hominibus ſed toti ſpeciei, id eſt omnibus hominibus in communi datur ne ſinat ſpeciam humanam intermori ſi autem nolis dicere eſſe præceptum, ſed ſolum eſſe benedictionem qua vſum matrimonij approbat inter homines quibus virtutem & fœcunditatem indidit, poteris probare à ſimili ex piſcibus & auibus, quibus quamuis dixerit, creſcite, vtique tamen legem non tulit.

*Et replete terram*, Semine veſtro, videlicet prolis multiplicatione, nõ quod primi parentes per ſe immediate terram repleſſent, ſed mediãtibus poſteris.

*Et ſubiicite terram*, Aratro ſcilicet, & aliis inſtrumentis ad ſemina fundenda, licet in his nullus fuiſſet labor, ſed virium exercitium & ſuauis oblectatio, *vel terram* inhabitare, expulſis vel domitis feris quæ veſtro ſubiicientur imperio.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

731 *Et benedixit, & dixit, Creſcite.* Si tanta liberalitate erga hominem vſus fuerat, vt eum ad imaginem ſuam condiderit, quo nihil pretioſius exiſtimari poteſt: cur denuo eis benedixit? nam benedicere diuinorum eſt beneficiorum largiri; ideo non contentus hominem ad ſuam imaginem formaſſe, ei benedixit, quia pauca non poteſt conferre beneficia, ſic Ferus: *Nondum ceſſat manus benigniſſima creatoris, ſed inſuper benedicit, hoc eſt, maioribus beneficijs accumulat hominem, benedicere enim Dei, eſt beneficia præſtare.*

*Idẽ. Ferus.*

*Virginitas præferenda nuptiis.*

732 *Benedixit eis dicens: Creſcite & multiplicamini, & replete terram.* Laudandæ ergo nuptiæ, quas Deus ad propagationem generis humani, terramq; replendam ſupernæ gratia benedictionis inſtituit: ſi igitur laudandæ, cur Verbum diuinum non aſſumpſit naturam humanam ex viro & muliere non ſolum iunctis matrimonio, ſed etiam per naturalem propagationem, nó autem ex virgine quamuis matrimonio copulata? quia virginitas longe excedit nuptialem thalamum, ideo ex virgine maluit carnem humanam aſſumere: ita Raba. Mau lib 1. in Gen. c. 7. *Magis honoranda, maiori eſt benedictione digna virginitas, quæ poſtquam impleta eſt terra hominibus, caſta mente ſimul & corpore, agnum quocumq; ierit, id eſt, Dominũ Ieſum in cœleſtibus ſequi, canticum nouum quod nemo alius poteſt cantare, deſiderat. Deus namque ac Dominus noſter qui in primordio mundi naſcentis feminam ex virili latere formauit, & mutata illorum coniunctione terram eſſe implendam doceret, ipſe in fine ſaeculi aſſumpſit virum de carne Virginis, totius contagionis experteẽ, tota diuinitatis plenitudine perfectum, vt virginitatis ſe gloriam potius quam nuptias diligere probaret.* Ra. Mau. l. 1 in Gen. cap. 7.

*Virginitas cœlum replet.*

733 *Benedixit eis dicens: Creſcite & multiplicamini, & replete terram.* Cur additum eſt à Deo replete terram? nonne ſufficiebat dixiſſe multiplicamini ſuper terram & replete, ſine additione *terram*? Dico terrá addidiſſe, ad differentiam virginitatis quæ cœlum replet, ita gloſſ. interlin. *Replete terram hominibus ſcilicet, nuptiæ enim terram replent, virginitas cælum.* Glo. interl.

*Adimpleri virtutibus debemus.*

734 *Benedixit, dicens: Creſcite & multiplicamini, & replete terram.* Ad quid addidit Deus, replete terram? Si enim ait, multiplicamini, neceſſarium eſt vt repleant, quomodo nempe multiplicari poſſunt ſuper terram, & non eam replere? Scio additum eſſe ad maiorem benedictionis expreſſionem: ſed ſpiritualiter, caret-ne myſterio hæc repletio? minime, inſinuare enim vult quod terram corporis noſtri per ſingulos ſenſus virtutum actionibus replere debemus: ita D. Greg. Niſſ. ho. 2. in hex. *Carnem nobis ad miniſtrandum datam bonis actionibus replete. Repleantur oculus earum rerum aſpectu quæ recta ſunt: repleantur manus operibus bonis: repleantur itidem pedes ad viſendos pauperes, & ad ea quæ exequenda proficiſcentes, omnia denique membra noſtra repleantur obſeruatione mandatorum Dei, hoc ſignificat ea vox, Replete.* Greg. nyſſ. ho. 2. in hex.

*Benedictio Dei piſcibus data ac auibus, longe abundantior eſt in homine.*

735 *Benedixit, dicens: Creſcite & multiplicamini.* Nihil ſane eximium nobis contulit Deus in hac benedictione, quod non auibus & piſcibus conceſſum fuerit: perinde enim ac cætera animantia creſcis, ab eo enim principio quod primum perquam puſillum fuit, lenta quidem acceſſione, ac ſtatim progrediente ad ſtaturæ perfectionem promoueris, itidem ſane piſces & aues ſimul atque concipiuntur, & per gradus ætatis adoleuerint, ad perfectionem incrementi prouehuntur. Nihil ergo nobis prærogauit benedictio Dei quod non ſit aliis commune: ſed notat in illo verbo, *creſcite*, non ſolum incrementum naturæ, ſed virtutis & perfectionis potes intelligere: A Dico ergo benedictionem homini conceſſam longe abundantiorem eſſe quam cæteris creaturis: ſic Baſil. *Quæ exigebat neceſſitas naturæ eadem tibi cum cæteris communiter erogauit, cæterum peculiares repoſita ſunt tibi prærogatiua,* & ho. 11. ſubdit: *Creſcite igitur, ſed incremento nimirum perfectionis ad Deum prouehentis incremento, quod interiorem hominem moderetur & ornet.* Baſil. in ho. 11. in hex.

*Benedictio Dei ad paucos non ſe extendit.*

*Benedixit eis dicens: Creſcite & multiplicamini.* Cum 736
B animalia creſcant & multiplicentur ſicut & hominum genus, cur Deus ſimilem eis non contulit benedictionem? Reſpondeo benedictionem Dei non eſſe ſolitariam, nec ad paucos ſe extendere, hominum enim ſpeciem & omne animalium genus comprehendit: ſic Procop. *Animalia comprehenduntur ſub eadem benedictione, quam Deus homini impertitus eſt, cum ſe licet eodem die quo homo creata ſunt.*

*Iuſti ſunt qui verè terram ſibi ſubijciunt.*

*Benedixit dicens: Creſcite & replete terram, & ſubijcite eam.* Hæc benedictio potius videtur prauis & in- 737
C iuſtis hominibus quam probis conuenire? Nonne eam armis & potentia ſibi ſubjciunt? cum ergo tantam benedictionem impiis elargitur? ſed nonne qui terram contemnit ſibi ſubiicit? Exiſtimo ergo potius electis & iuſtis hanc benedictionem conuenire, quod terram contemnentes ſibi eam ſubiiciant: ita Rupert. l. 2. in Geneſ. cap. 9. *Soli electi quorum eſt vita viuentium, hanc terram quam corporibus repleuerant, libertati animorum ſibi ſubiiciunt, quippe qui ſolum Deum proponentes terrena omnia fortiter contemnunt; an & reprobi terram ſibi ſubiiciunt, dum illam aratro vertunt, aut etiam armis capiunt? ita planè qualicunque modo terram ſubiiciunt. Sed hic vel ille modus ſubijciendi de benedictione Dei non eſt, cum è contra propter peccatum dictum ſit homini in ſudore tui vultus*
D *veſceris pane tuo, & arma non benedictionis gratia, ſed cupiditatis inuenit immanitas.* Rup. lib. 2. in Gen. c. 9.

*Coniugium liberum eſt.*

*Creſcite & multiplicamini.* Si tenemur præcepto 738
matrimonium contrahendi, quomodo tot à nuptiis abſtinent, voto ſe conſtringentes generationi nunquam vacare? Conſideremus eadem verba dicta fuiſſe auibus & piſcibus & tamen erga ea præcepti vim non habuiſſe, cum illius non ſint capacia; dicamus igitur cum Oleaſtro, non eſt cur hæretici nobis Olea. in
hanc obiiciant auctoritatem qua probent omnes Ge.
E matrimonio contrahendo teneri, vnicuique enim in particulari liberum eſt ab eo abſtinere, licet multitudini præceptum impoſitum. Subiicio verba Oleaſt. *Aduerte quod non imponitur hic homini præceptum coniugij, ſed libera facultas ad illud: nam etiam Iudæi vſque hodie dicunt. Quod ſi quis ſtudio legis vacare cupiens vellet à coniugio abſtinere, licite poſſet.*

*Anima ſpiritui perfectè ſemper non vnita, illegitimos, nempe vitioſos fœtus producet.*

F

*Creſcite & multiplicamini.* Dixit Deus viro & fœminæ legitimè & vinculo vnitis ſtrictiſſimo, nonne 739
potuit dicere vnicuique eorum diuiſim & ſeparatim, creſce & multiplicare: vt huic ſatisfaciat difficultati Origenes, per marem & fœminam intelligit animam

animam & ſpiritum: quo poſito reſpődere videtur, A
ideo hoc præceptum mari & fœminæ perfectè vnitis datum fuiſſe à Deo, vt creſcerent & multiplicarentur, ad innuendum quod niſi anima cum ſpiritu, & è contra perfecte, & in omnibus vnirentur, fœtus ſolum illegitimos & adulterinos haberent. Subiicio
Orig. hom. 1. in Gen. verba Origen. homil. 1. in Geneſ. *Iam vero ſi anima coniuncta ſpiritui atque eius, vt ita dicam, coniugio copulata declinet aliquando ad corporis voluptates, ſenſumque ſuum in delectationes carnis inclinet, aliquando vero videatur obtemperare ſalutaribus monitis ſpiritus, aliquando vitiis carnalibus cedat; talis anima velut adulterio corporis maculata, neque creſcere, neque multi-* B
*plicari legitimè dicitur, quoniam filios quidem adulterum imperfectos ſcriptura deſignat.*

### *Maiorem perfectionem ſemper adipiſcamur.*

740 *Creſcite & multiplicamini.* An ne hominis in poteſtate ſitum eſt, creſcere cum opus ſit naturale? minime. Quomodo ergo eis hoc præcipit Deus? mea ſententia eſt hanc accretionem intelligi etiam poſſe
perfectionis, in qua proficere quotidie poſſumus: C
Baſ. ho. 11. hexam. ita D. Baſil. homil. 11. in Hexamer. *Anima creſcit dum quotidiana propagatione ſe ad perfectionem promouet, nobis dictum eſt, creſcite, ratione mira interioris hominis, quo ſe promouente recte ad Deum contendimus, iſtiuſmodi erat Paulus, qui dum adniteretur, proqui virili ſe extenderet in anteriora eorum: ipſa extenſio in hoc ſita eſt, vt ad ampliora iam quæſitis, quotidiana propagatione nos extendamus.*

### *Nuptiæ à Deo approbatæ.*

*Creſcite & multiplicamini.* Hæc hominum multi- D
741 plicatio, nonniſi per coniunctionem maris & fœminæ erat perficienda: Sed cur voluit Deus benedictionem ſuam præcedere hanc coniunctionem? nam ex his verbis ſolis, creſcite & multiplicamini, ſine dubio fœcunditas prolis prouenisset. Nota aliquos nuptiis detraxiſſe, dicentes non eſſe licitas; optime ergo benedixit, antequam diceret: creſcite & multiplicamini, vt nuptias & matrimonium ab
Iunil. Epiſco. in cat. Lip. eo approbari intelligeremus: ſic Iunilius: *Si benedictione creſcis & multiplicatur genus humanum, & quanta ſunt maledictione digni, qui prohibent nubere, & diſpoſitionem cœleſtis decreti quaſi à diabolo compertam condemnant; non ergo damnanda ſunt nuptiæ, quas ad* E
*propagationem generis humani, terramque replendam ſuperna gratia benedictionis inſtituit.*

### *Paucis non poteſt benefacere Deus.* A

*Creſcite & multiplicamini.* Cur hominum multi-
plicationem quos peccatores futuros non ignorat, 742
deſiderat? nonne ſufficiebat creaſſe primos parentes? ideo multiplicationem generis humani ſtatuit vt pluribus poſſet beneficia largiri, ſic Ferus: *Hoc verbo oſtendit ſibi non ſatis eſſe vni homini benefacere, ſed plures habere vult, quibus benefaciat.*

### *Deus vnitatis amator.*

B *Creſcite.* Dixit Deus? Quibus maſculo & fœminæ
quos antea creatos fuiſſe dixerat; dubium ſane non 743
exiguum, ſi mulier nondum producta eſt: nam illius formationis mentio fit ſolum in ſequenti capite: cur ergo dicit Deus, creauit maſculum & fœminam cum nondum formata eſt? Scio Hebræos imo Gregor. Venet. tom. 1. Probl. 17. dicere Adam & Euam ita creatos eſſe, vt in lateribus ſibi inuicem cohærerent, eſſentque quaſi vnum, ſed poſtea Deũ ab inuicem eos ſeparaſſe, ſed hoc abſolute repugnat Greg. Venet. to. 1. probl. 29. reiicienda ſentent.
C verſ. 18. cap. 2. Senſus communis eſt, quod Moyſes loquatur per anticipationem: ſed adhuc fateor Deum ita eſſe vnionis amatorem & oſorem diuiſionis; vt eos non diuiſos, ſed coniunctim nominari voluerit: ita explicat Orig. homil. 1. in Geneſ. & litteraliter. *Quia omnia quæ à Deo facta ſunt coniuncta eſſe & compaginata videntur, vt cœlum & terra, ſol & luna: ita ergo vt oſtenderet, quoniam & homo Dei opus eſt, & non ſine harmonia & competenti coniunctione prolatus eſt, idcirco præueniens, ait maſculum & fœminam fecit eos.* Orig. ho. 1. in Gen.

D

### *Deus otij inimicus.*

*Replete terram, & ſubijcite eam.* Subijciendam tradit non ſubiectam, iſta autem terræ dominatio vel 744
ſubiectio, nihil aliud videtur eſſe quam terræ vindicatio à beſtiis & animantibus, quæ plantis & ſegetibus aliquod damnum inferre poſſent; alii etiam arbitrantur, hanc etiam ſubiectionem intelligendam eſſe aratro, ita vt etiã in ſtatu innocentiæ homines vacaſſent agriculturæ. Sed qua de cauſa hominem ab hoc labore non exemit? cur onus impoſuit? non in laborem & onus, ſed ad otium animæ inimicum fugiendum. *Deus enim* (inquit Oleaſt.) *eum otioſum* Oleaſter
E *noluit, ſed quod ſuum erat ab animantibus vendicare* in Gen.
*conceſſit, vbi ſua repetere cunctis licere docuit.*

## *VARIETAS VERSIONVM II PARTIS VERS. XXX.*

*Vlg.* Dominabimini piſcibus maris, & volatibus cœli, & vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram.

*Septuag.* Principamini piſcium maris & volatilium cœli: & omniũ pecorum, & omnis terræ, & omnium reptilium repentium ſuper terram.

*Calde.* Dominamini omni animanti, quod reptat ſuper terram

*Pagnin.* Dominabimini piſcibus maris & volatilibus cœli, & omni beſtiæ reptanti ſuper terram.

*Caietan.* Subiugate in piſce maris, & in volatili cœlorum, & in beſtia quæ repens ſuper terram.

*Arias Montan.* Dominamini in piſces maris, & in volatiles cœli, & in omnem beſtiam reptantem.

*D. Chriſoſt.* Dominemini omnibus pecoribus, & omni terræ, & omnibus reptilibus repentibus ſuper terram.

*Procop.* Dominemini in piſcem maris, & in volucrem cæli, in omne animans quod reptat ſuper terram.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

RAdah, רדה non ſolum dominari, ſed ſibi aliquid ſubiicere denotat, plura abundant apud Septuag. ſcilicet, *Omnis terra & omnium pecorum*, abundant, inquam, quia in Hebræo non inueniuntur, forte ea addidere maioris expreſſionis hominis imperij gratiâ.

## EXPOSITIO II. PARTIS VERSVS XXX.

E*T dominamini piſcibus maris.* Et hoc exponitur ſicut prius: ſolum inquires vnde fieri poſſet, quod animalia illis paruiſſent: dico ex naturali poteſtate quam homo ad ea ſubiicienda haberet, vel ea cogendo, vel eis imperando quantum capacia ſunt: cum autem inter ea aliis ſunt ferociora, nihilominus ratione, arte & induſtria tam aquatilia vel volatilia mitigaſſet, & quodammodo inſtruxiſſet ſecundum eorum capacitatem.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deus maxime prouidus eſt.*

744 D*Ominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli.* Quæritur cuius eſſet vtilitatis homini dominatus in piſces, volucres, & animantia terræ? cũ in hoc ſtatu innocentiæ, nec ad veſtitum, nec ad cibum, nec ad alimentum contuliſſent? Nota Deum præuidiſſe hominem peccaturum, & ſic veſtimentis, cibis carnium opus habiturum: dico ergo ideo primis parentibus in animalia principatum conceſſiſſe, quia maxime prouidus eſt futuræ noſtræ neceſſitatis: fauet Iunilius. *Quia peccaturum præſciebat Deus hominem, & mortalem peccando futurum, quem immortalem ipſe creauit, ideoque ea illi ſocia primordia aliter inſtituit, quibus ſuam mortalitatem fragilis poſſet tueri, vel alimentum videlicet ex his, vel indumentum, vel laborem, vel itineris haberet adiumentum.*

*Iunil. Epiſ. in Ca. Lip.*

### *Referendæ gratitudinis rationem inueſtigare peruerſi cordis eſt.*

745 *Dominamini piſcibus maris, &c.* In quo non ſolum largitus eſt ad ſuſtentationem, ſed etiam ad conſolationem & delectationem: ſed dices; Quid neo debemus cum hæc omnia ſine labore præſtiterit: dixit enim & facta ſunt omnia: nemo negat peruerſiſſimi animi ſignum eſſe gratitudinis occaſionem requirere, ſed teneri gratias referre pro quocumque beneficio accepto. Conſentit D. Bernar ſer. 14. in Pſal. Qui habitat: *An idcirco minus deuotus eſt, minus obnoxius, minus gratus, quod hæc quidem ſunt de nihilo, ita de nihilo fecit, peruerſi cordis eſt occaſiones gratitudinis inueſtigare, nemo id facit, niſi qui etiam gratis eſſet ingratus: puto enim neutrum tibi propterea minus vtile, quod præſtanti minime difficile fuit.*

*Ber. ſer. 14. in Pſ. Qui habitat.*

### *Punit Deus vt benignus.*

746 *Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram.* Qui quidem dominatum retinuit in animalia quouſque gratiam à Deo acceptam præcepti diuini tranſgreſſione non amiſit. Tranſgreſſione autem facta feræ quæ ante obedientes erant, ſibi rebelles & inobedientes eſſe cœperunt: dubium eſt, cur non omnes, ſed ſolum aliquæ quæ illi minus ſunt vtiles, tam quoad veſtitum quam quoad cibum? Nonne Adam totum mandatum trangreſſus fuerat, & totam legem ſubuerterat? Debebat ergo totaliter hoc dominio priuari, vt pœna culpæ reſponderet? dico ideo principatum in aliqua quæ magis vtilia reliquit, non autem totaliter abſtulit, quia non vt nimium ſeuerus, ſed vt benignus, & miſericordiæ plenus, in nos animaduertit. ita D. Chriſoſt. hom. 9. in Gen. *Benignus Deus bonitate ſua noſtra vincens delicta, non omnem honorem abſtulit, neque toto deiecit principatu: ſed ea duntaxat animalia à noſtra poteſtate alienauit,* C *quæ non multum ad huius vitæ vtilitatem conducunt, quæ vero vitæ noſtræ multum ſeruiunt, & vtilia & neceſſaria, ea in ſeruitute & ſubiectione ſua dimiſit.*

*Chry. ho. 9. in Gen.*

### *Inobediens Deo meretur inobedientiam creaturarum irrationalium.*

*Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus ſuper terram.* Si ita eſt, quomodo videmus nec piſces maris, nec volatilia cæli, nec animantia terræ ſubiici homini? creaturæ ergo irrationales Deo nolunt obedire: ſed nonne primi D parentes tranſgreſſi ſunt Dei præceptum? Quid mirum igitur creaturas irrationales inobedientes eſſe homini, quia homo Deo inobediens creaturarum ratione carentium non meretur obedientiam: ita Rab Maur. lib. 1. in Gen. c. 7. *Non quæſitu indignum eſt, quare non etiam nunc cunctis homo dominetur animantibus, poſtquam cum ipſe ſuo conditori ſubiectus eſſe noluit, perdidit dominium eorum quæ ſuo conditor iure ſubiecerat.* 747

*Rab. Mau. l. 1. in Gen. cap. 7.*

### *Non eſt cur homines glorientur ex prælatione.*

E

*Dominamini piſcibus maris, volatilibus cæli, & animantibus quæ mouentur ſuper terram.* Dubium eſt cum futuri eſſent plures homines ſicut plura animalia, cur Deus non dixit, dominamini hominibus, ſed animalibus? ideo non dixit hominibus, ſed ſolum animalibus, vt nullus gaudeat de principatu, cum in beſtias ſolum primo parenti conceſſerit: ita fere gloſſ. interlin. nam vbi habemus vt præſit, addit naturæ irrationali, & D. Greg. *Omnes homines æquales natura genuit, ſed pro variis meritis aliis alios diſpenſatio Dei iuſta ſed occulta præponit, vt humana formidine peccare metuant, qui diuina iudicia non metuant, non* F *autem præpoſiti ex hoc timore ſuperbiant, in quo non ſuam gloriam, ſed ſubditorum quærant iuſtitiam, non enim hominibus, ſed beſtiis dominantur.* 748

*Gloſ. inter. Gre. Niz. in Apolog.*

### *Prælati debent eſſe humiles.*

*Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, &c.* Aliud ſecretum in hoc verbo *dominamini*, inſpiciamus, 749

mus.Hebraice eſt *Vrdu*, pro quo redditur dominamini, imperate:ſi à radice רדה *Radah*, deriuetur, idem eſt quod imperare, dominari, ſi autem à radice *Laradh*, ſignificat deſcendere, quid quæſo commune habet deſcenſus cum principatu ſiue dominio? Multum certè, quia qui aliis vult dominari ſicut ſuperior, debet deſcẽdere & humiliari ſicut inferior:ita cit. D. Greg. *Manu humana conſiderationis premendus eſt tumor elationis, ſi nempe apud ſemet ipſam mens deſcenderit de vertice culminis, inueniet planiciem naturalis aquitatis, non præeſſe gaudeat, ſed prodeſſe.* — *Greg. cit.* — A

B

*Honorum apex, occaſio ruinæ.*

750 *Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram.* Sequenti cap. eorum ruina & peccatum refertur, quid eſt, ſummum eorum hoorem referri hoc in cap. deinde in alio eorũ inobedientiam? Cur non priùs eorum tranſgreſſio proponitur, deinde eorum dignitas? debuit priùs eorum honorem referre quam caſum & ruinam, vt ſignificetur quod aſcenſus ille ad honorem fuerit illis occaſio ad perditionem, quo alluſit Dauid dicens: Homo cum in honore eſſet nõ intellexit, Pſal 48. *Quaſi diceret*, inquit D. Bernard. Epiſt. 237. *honor abſorbuit intellectum.* Vnde videtur protoplaſtres totam ſuæ ruinæ occaſionem ex honore deſumpſiſſe. — *Pſal. 48.* *Bern. epiſt. 237.* — C

*Fœmina etiam principatus particeps eſt.*

751 *Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram.* Si nondum eſt mulier formata, vt tenet D. Chryſoſt. cur eis in numero plurali principatum concedit? Ita loquutus eſt vt ſignificaret mulierem eſſe dominatus participem;ita D. Chryſoſt. homil. 8, in Geneſ. *Vide miſericordiam Domini, antequam mulierem produxiſſet, participem illam fecit imperij, & benedictionis honore dignatus eſt, ne quis igitur dicat ſolum virum, non vero etiam fœminam principatus prærogatiua donatam à Deo, vterque ad imaginem & ſimilitudinem Dei efformatus eſt, vterque imperium ſuper animantia obtinuit.* — *Chry. ho. 8. in Gen.* — D

*Creaturæ ſi nobis nociuæ ſunt, ex culpa noſtra euenit.*

752 *Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus quæ mouẽtur ſuper terram.* Hanc benedictionem non eſſe veram compertum habemus:non enim dominamur feris, quemadmodum pollicitus eſt, ſed ipſa nobis potius. Poſſumus tamen dicere quod mox vt apparuerit homo, feræ fugam capiunt. Sed dices aliquando fame vrgente, vel ex aliqua alia occaſione ab eis damnum accipimus, non ergo eis dominamur? Reſponſio eſt, ſi nobis damnum inferũt ex propria culpa noſtra prouenit: ita D. Chryſoſt. hom. 9. *Hoc non fit ideo quod illis in nos ſit imperium, ſed ob noſtram offenſionem.* Deinde paulo poſt ſubiungit: *Quod autem terrori nobis ſint beſtia, hoc non arguit falſam Dei promiſſionem: nam ab initio non ita res ſe habebat: ſed timebant & tremebant beſtiæ, & venerabantur Dominum, vbi autem per inobedientiam, fiduciam & gratiam apud Deum, amiſimus, etiam principatus noſter mutilatus eſt.* — E — A — *Chryſ. ho. 9. in Gen.* — B

*Inducit Deus ad propriam cognitionem.*

*Dominamini piſcibus maris, volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram.* Per peccatum autem amiſit homo huiuſmodi dominium in maxima, v.g. leones, vrſos &c. Dubium ergo eſt, cur ſaltem non reliquit illi minimorum dominium, vt pulicum, muſcarum, &c. Nemini dubium eſt, ideo etiam abſtuliſſe homini minimorum animalium imperium, vt infirmitatem & ſuam vilitatem agnoſcat:ita Hugo de S. Victor. *Per peccatum autem amiſit homo dominium in maximis beſtiis, & in minimis: in maximis, vt in leonibus, vt agnoſcat ſe propriam dignitatem amiſiſſe, in minimis, vt in pulicibus & in muſcis, ad cognoſcendam ſuam vilitatem, Vnde Dominus exercitum muſcarum miſit contra Ægyptum, vt notaretur eorum vilitas.* — 753 — C — *Hugo à S. Vict. in Ge.*

*Cogitationibus peruerſis dominemur.*

*Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus terræ.* Myſtice hoc exponamus. Quid animalia ferocitate plena ſignificant cogitationes peruerſas, impias, & deteſtabiles, ſi huiuſmodi animalia ferocia cogitationes peruerſas denotant, quomodo eis dominari poſſumus, eaſque vincere, & repellere, nonne dominaris leonibus, lupis, &c. Aſſero ergo ſi Deus tibi dedit dominium huiuſmodi animalium, impiarum cogitationum non recuſabit: citatur D. Chryſoſt. pro hac ratione dicens: *Quemadmodum in terra animantium alia ferociora ſunt, in anima cogitationes ſunt magis irrationales, aliæ ferociores & agreſtiores: domandæ igitur illæ ſunt, rationis magiſtranda imperio. Sed dices, quis domare poteris, Quid dicis ô homo, leonibus imperamus, & animos eorum manſuetos facimus, & mentis ferociam in manſuetudinem mutare non poteris?* — 754 — D — *Chryſoſt.* — E

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXXI.*

*VVLG.* Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam.

*Sept.* Ecce dedi vobis pabulum ſeminale ſeminans ſemen quod eſt ſuper omnem terram, & omne lignum quod habet in ſe fructum ſeminis, vobis erit in eſcam.

*Chald.* Ecce dedi vobis omnem herbam, cuius granum ſementis ſeminatur, quæ eſt ſuper faciem vniuerſæ terræ, & omnem arborem in qua eſt fructus arboris, cuius granum ſementis ſeminatur, vobis erit ad veſcendum.

*Pagn.* Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen, quæ eſt in ſuperficie omnis terræ, & omnis arbor in qua eſt fructus arboris, ſeminans ſemen, vobis erit in eſcam.

*Arias.* Dedi vobis omnem herbam ſeminificantem ſemen, quæ in ſuperficie omnis terræ, & omnem arborem in qua fructus arboris ſeminificans ſemen.

*Antiqua Vulgata.* Et dedi vobis omnem herbam producentem ſemen quæ eſt in ſuperficie totius terræ, & omne lignum in quo eſt fructus

arboris producentis ſemen, vobis dedi in eſcã. A
*Vatabl.* Permitto vobis vt comedatis omnem herbam.
*Caiet.* Dedi omnem herbam quæ ſuper fines totius terræ, & omne lignum cuius in ipſo fructus ligni ſeminificans
*Tertul.* Ecce dedi vobis omne fœnum ſeminans ſemen ſuper terram, & omne lignum quod habet in ſemetipſo fructum ſeminis ſementiui, vobis erit in eſcam.
*D. Chryſoſt.* Ecce dedi vobis omnem herbam ſatiuam, ſeminans ſemen quod eſt ſuper omnem terram, & omne lignum quod habet in ſeipſo fructum ſeminis ſatiui, vobis erit in cibum.
*Procop.* Omnem herbam viridem dedi vobis in cibum.

## CONCORDIA VERSIONVM.

ESeb עשׂב licet herbam proprie ſignificet, tamen quia in alimentum concedebatur, ideo hanc dictionem Septuag. tranſtulerunt ad pabulum, ſi Procopius addidit viridem licet non inueniatur expreſſe nec in Hebræo nec in Græco codice, tamen ſubintelligebatur.

## EXPOSITIO VERSVS XXXI.

ECCE *dedi vobis omnem herbam.* Duo ciborum genera dantur hominibus & aliis animantibus, ſcilicet herbæ & fructus arborum, ſed non indifferenter, quia fructus naturæ humanæ magis conueniunt, ideo intelliguntur propriè ſibi conceſſi, herbæ autem brutis conuenientiores, ideo eis datæ, licet aliqua animalia fructibus arborum veſcantur, ſicut homines aliquibus herbis in cibos vtuntur.

Sed dices, cùm homines in illo ſtatu haberent quaſi corpora immortalia, cur cibis indigerent? indigebant certè alimentis, quia licet eſſent immortales per extrinſeca adiumenta, nihilominus habebant corpora animalia quæ naturali ordine ac modo generari, & creſcere, & conſeruari deberent, quod ſine alimentis non fit: Sed cum inter homines alij adulti, alij infantes, inquiri poteſt quomodo pueruli nutrirentur, ſine dubio vſque ad certum tempus ætatis, in qua ſolidiora corporis membra haberent alendi erant lacte matris, ſicut nunc nutriuntur: hic enim modus alimenti naturalis eſt infantibus paruulis.

An autem adulti carnibus vterentur, reſponſio eſt negatiua, quia fructibus paradiſi ligoorum ſufficienter alerentur: an autem in ſtatu innocentiæ licitus & honeſtus fuiſſet vſus carnium: negatiua eſt reſponſio. non quidem ex ſpeciali prohibitione poſitiua Dei, quia tale præceptum prohibens non inuenitur, ſed ex ipſa lege naturæ, quia in illo ſtatu habebat homo à Deo parata alimenta, & maximè proportionata, & conuenientia corpori perfectè temperato, quale tunc habebat: ergo ſuperuacaneum C & inordinatum eſſet carnes animalium in cibum quærere, quia nulla ratio niſi gulæ, vel ſuperfluæ voluptatis ad id mouere poterat.

Cùm autem ſint aliqua animalia carniuora, poteſt dubitari an antè peccatum ſolùm herbis & fructibus veſcerentur, non autem carnibus: affirmatiua & negatiua probabilis eſt, tamen in affirmatiuam magis propendo quia per peccatum quæ natiua ſunt his animantibus non ſunt immutata, ſi autem aliquando herbis veſcuntur, ideo eſt quia carnibus carent quas tunc habuiſſent.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deus habet prouidentiam noſtri vt optimus Medicus.*

755 ECce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen, & vniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem, Scimus herbas non omnes eſſe accommodas imo aliquas admodum noxias cur ergo Deus nõ creauit omnes tanquam cibos vtiles hominibus? Nonne quæſo præuidit Deus hominem propter peccatum diuerſis infirmitatibus affligendum? Ne igitur miſeris eum tanquam optimum medicum non ſolum conſuliſſe herbas ad cibum neceſſarias, ſed etiam
*Theo. q. 13.* infirmitatibus curandis vtiles: ita D. Theodoret. quæſt. 13. in Geneſ. *Præuidens Dominus quod homines in morbos prolaberentur, vt potè qui ſententiam mortis propter peccatum receperant, iuſſit terram herbas producere non tantum eſui aptas, ſed etiam morbis repellendis.*

### *Deus magnam hominum curam habet.*

756 *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna vt vobis ſint in eſcam,* Nonne ſufficiebat terram formaſſe quam homo colens poſſet ex ea cibos habere? Cur ergo illi paratos cibos ſine labore conceſſit? Placuit eo ſine labore homini cibos conferre, ad declarandum in eum maiorem curam & ſollicitudinem: ita D. Chryſoſt. *Magna Domini erga hominem quem condidit, oſtenditur cura, ſine labore ipſius hominis liberaliſſimè alimenta præbet, tam illi quam famulis, hoc eſt animalibus: & ne affligeretur homo, quaſi non ſufficeret ad alenda tot & tanta animalia, priuſquam de hoc cogitaret bona Deus præueniendo, demulcet, cum & oſtendit quod tam ipſe quam iumenta, & bruta omnia præcepta Domini omnem copiam terra ſuppeditante ſit habiturus.* *Chryſoſt.* E

### *Deus homini præcipuè dedit eſcas, animalibus vero propter eum.*

*Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, vt ſint vobis in eſcam, & cunctis animantibus terræ.* Sed cur Deus dixit hominibus, ecce dedi vobis omnem herbam, & erit vobis ad eſcam, animalibus autem non dixit, quia dedi eis eſcam, ſed ſolum, erit eis ad eſcam? quia homini præcipuè ſunt F data, ideo dictum eſt dedi, aliis vero animantibus propter hominem, & ſecundariò, ideo ſolum dixit, erunt vobis in eſcam: ita ferè Orig. ho. 1. in Gen. *Ideo cautiſſimo vſa eſt ſermone ſcriptura diuina, qua hominibus quidem ait dicere Deum, dedi vobis hæc ad eſcam, vbi autem ad beſtias venit, non iubentis ſed quaſi prædicentis ſignificatione dicit, quia hæc etiam erunt ſerpentibus, beſtiis, & volucribus ad eſcam.* 757 *Orig. ho. 1 in Geneſ.*

Ita

*Ita Deus hominem curat, vt antè creationem ſuam neceſſaria ad victum præparet.*

758 *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, &c. vt ſint vobis in eſcam* Quo die fuerunt producti huiuſmodi cibi? Die tertio, homo autem die ſexto, cur quæſo priùs cibos hominis neceſſarios produxit, quam hominem condiderit: Quia Deus ita hominem ſollicitè curat, vt antequam ſit in natura, quæ ſibi neceſſaria ſunt ad victum præparet ita D. Greg Nyſſeo. *Nullus antequam cibi parati ſint conuiuam domum inducit, ſed omnibum primùm eleganter inſtructis ædibus, cænaculo, menſa ſplendidè exornatis, rebus deinde ad victum neceſſariis omnibus comparatis conuiuam excipit, ita opulentus ille ſumptuoſuſque conuiuator noſter, domo prius eleganter ornata, epuloque magno conſtructa, quod omnis generis delicias haberet, tum demum hominem introducit.*

Greg. Nyſſ. de hominis opif. c. 2.

*Deus hominis animæ non ſolum curam habet ſed etiam corporis.*

759 *Ecce dedi vobis omnem herbam in cibum*, Nonne ſufficiebat hominem ad Dei imaginem ſuam creaſſe? Ad quid ergo cibos præparat tam herbarum quã fructuum? Nota imaginem Dei animam reſpicere: optimè igitur addidit formato homini ad imaginẽ ſuam, ecce dedi tibi omnem herbam, vt declararet non ſolum animæ ſed etiam humani corporis ſollicitum eſſe. Hoc teſtatur Ferus. *Sicut ſupra benefecit animæ hominis, ſic nunc benefacit & corpori, vt ſciamus eum & animæ & corporis noſtri curam gerere.*

Ioa. Ferus.

*Homo maxime Deo confidere debet.*

760 *Ecce dedi vobis omnem herbam*, Cur non expectas bone Deus vt homo conditus ad conſeruationem ſuam poſtulet alimentum? nam ſi facile, & ſine labore illud conſequatur, parui pendet, ea enim quæ ſine ſtudio conſequimur nobis vileſcunt ideo Deus cibos homini parauit antequam ab eo poſtularentur, vt doceret maxime in eo fidendum qui in neceſſariis non deficit. Sic breuiter Ferus, *Omnem diffidentiam nobis hoc verbo tollit.*

Ioa. Ferus.

*Ipſis brutis irrationaliores ſumus in appetendis cibis.*

761 *Ecce dedi vobis omnem herbam vt ſit vobis in eſcam, & cunctis animalibus*, An feræ terminos ſibi à Deo præſcriptos quoad cibos egreſſæ ſunt? nonne ſemper in eis manſerunt quæ enim feris ſunt obſonia? quæ condimenta? quæ coquorum artes earum voluptatibus obſequuntur? nullæ prorſus, quomodo ergo homo ciborum ſibi à Deo tranſgreditur terminum, delicatè viuens, obſonia quæreos? illæ ne ſunt hominis viuendi rationes? hæc certè; vt indicetur magis rationis expers quam ipſa animalia irrationalia, cum illa permiſſionem Dei non tranſgrediantur ille vero non ſe contineat inter præſcriptos ciborum limites.

*Eſus carnium fuiſſet maxime nociuus.*

762 *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram vt ſint vobis in eſcam*, Non ſolum primis parentibus ſed etiam poſteris; dubium cur ſicut poſt diluuium hominibus carnium eſus & vini conceſſus, ſic primi non fuerint huius beneficij participes, non ignoras quanta cum intemperantia, & libidine vixerunt vſque ad diluuium, omnis quippe caro inquit textus corruperat viam ſuam; merito igitur carnium eſus illis eſt denegatus, vt plurima inde vitarentur crimina. Sic Procop. c. 9. Geneſ. *Fortaſſis non citra diuinam prouidentiam, nec carnium, nec vini vſus ante diluuium frequentatus eſt, ſi enim vt docet ſcriptura, tanta fuit dementia illorum mortalium, vt aquis domanda fuerit, quid eueniſſet ſi carnium, & vini vſus fuiſſet cognitus?*

Proco. c. 9. in Gen.

*Creaturis debemus vti, non frui.*

763 *Ecce dedi vobis omnem herbam, &c.* Cum loquatur de præterito ſignificat ſe iam homini dediſſe tam arborũ, quam herbarum vſum in alimentum, aliàs deberet dicere, ecce ego do vobis omnem herbam in cibum ſi ergo iam dederat, cur iterum repetit dicẽs ecce dedi vobis ideo toties repetit homini herbas dediſſe, vt ſciret ſolum ſe ipſis vtendum, non fruendum: ſic Lipp. *Non eſt battalagia ſed fidelis, & diligens inculcatio, vt creaturis vtamur, ſolo Deo fruamur.*

Lippo.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXXII.*

*Vlg.* Et cunctis animantibus terræ, omnique volucri cœli, & vniuerſis quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuens, vt habeant ad veſcendum, & factum eſt ita.

*Septuag.* Et omnibus beſtiis terræ, & omnibus volatilibus cœli, & omni reptili repenti ſuper terram, quod habet in ſe animam vitæ, & omne pabulum viride in eſcam, & factum eſt ſic.

*Calde.* Et omni beſtiæ terræ, & omni volatili cœli, & omni reptili quod reptat ſuper terram in qua eſt anima viuens, omnem herbam virentem ad veſcendum, & fecit ita.

*Ara.* Et omni beſtiæ terræ, & omni volatili cœlorum, & omni reptanti ſuper terram, in quo anima viuens omne olus herbæ in eſcam, ſic etiam Pagnin

*Caietan.* Et omni reptanti ſuper terram, cuius in ipſo anima viua, omnis viriditas herbæ ad eſcam.

*Vulg. antiqua.* Et omni beſtiæ terræ, cunctiſque volucribus cœli atque omnibus reptantibus ſuper terram, in quibus eſt anima viuens, omne olus herbæ erit in eſcam.

*Vatab. Ait*, quidam vertunt, vniuerſus viror herbæ.

*D. Chryſoſt* Et omnibus feris terræ, & omnibus volatilibus cœli, & omni reptili ſuper terram quod habet in ſeipſo animam vitæ, & omnem herbam viridem in cibum.

*Oleaſt.* Et omnem viriditatem terræ.

## CONCORDIA VERSIONVM.

I*Free* primutipliciter interpretatur, vnde lectionum varietas oritur, nam olus, ſatiuum, & cibarium dicitur, hinc fit quod noſter interpres non verba, ſed ſenſum tranſtulit: nam vbi in Hebræo babemus omne olus herbæ ſit vobis in eſcam: dixit ille vt babeant ad veſcendum: *Ierec* etiam ſignificat viride, viriditatem, olus viride, & tam de arboribus, quam de berbis dicitur.

## EXPOSITIO VERSVS XXXII.

E*T cunctis animalibus cœli*, Dum dicitur quod berba, & arbores datæ fuerint in cibum cunctis animalibus, non intelligitur quod dederit mandatum beſtiis, vt non comederent carnes: cum ergo ex natura ſua inclinarentur ad eas comedendas ſicut nunc, dicendum erit quod carnibus veſcerentur, quod ergo dicitur quod herbæ & fructus arborum dati ſint in cibum cunctis animantibus, intelligendum eſt ſuppoſito quod eis nutriri vellent, non tamen quod nihil haberent comedendum, niſi berbas & fructus, vel intelligitur quátum ad animalia quæ ſolis berbis vtuntur: obſerua tamen animalia quæ nunc carnibus veſcuntur, per aliquantum tempus eis abſtinuiſſe.

*In Auibus eſt anima viuens*, Hnc additum eſt propter illa animalia, quibus ſolus eſt ſenſus tactus, vt ſunt conchæ, & ſimilia, quæ ſaxis bærent, immobi-
A liaque videntur, coniunctúmque habent alimentum quo nutriuntur.

*Et factum eſt ita*. In boc ſignificatur, quod dicente Deo hæc ſibi in eſum conceſſa cognouit bomo, non quoſt ſtatim ediderit, ſi enim ad omnia ſupra dicta referamus, quod ait *factum eſt ita*, conſequens eſſet vt illi iam multiplicari ſextâ die, quod poſt plurimos factum eſt annos, vel, *& factum ita*, id eſt, omnia quæcumque imperauit conditor opere perfecta ſunt & omnia in congruo ordine ſunt conſtituta.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Deus non ſolum creat, ſed conſeruat.*

764 E*T cunctis animantibus terræ ſcilicet dedi herbam ad veſcendum*, Quid tibi curæ ſunt animalia, vt non ſolum eis dederis eſſe ſed alimentum conſtitueris? quia Deus non ſolum dat eſſe ſed etiam conſeruat:
Car.caiet. Sic Caiet. *Poſtquam deſcripta productio rerum omnium, & prouiſum conſeruationi ſpecierum animaliũ corruptibilium, per virtutem generatiuam ſupererat, vt prouideretur conſeruationi animaliũ in indiuiduis per alimentũ.*

*Nihil quantumque vile & abiectum videtur, à ſua prouidentia excludit Deus.*

765 *Et cunctis animantibus terræ, omnique volucri cœli, & vniuerſis quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuens*. Si dixerat animantia terræ, & volatilia nonne cuncta animalia comprehendetur quę vitam habebant? non ergo erat opus repetere, & in quibus eſt anima viuens? nam ſint animalia vel volatilia, vel terreſtria (nam hic de piſcibus non eſt ſermo) habent vitam; Nota quod aliqua animalia ita ſunt abiecta, vt non moueantur, ſed immobilia adhærent ſaxis: non ſuperfluè igitur dictum eſt, in quibus eſt anima viuens, cum eſt ſermo de cibis conceſſis animalibus: ſed ad innuendum nullum qualecumque abiectum, & vile animal à ſua prouidentia ex-
Rup.Abb. l.2.in Gen. cap.1. cludere Deum: ita Rupert. Ab. lib.2. in Gen. c.1. *Ne quid deeſſet, addidit, & in quibus eſt anima viuens, ſunt nempe quædam, viuentia quidem ſed immobilia, quibus ſolus ceſſit ſenſus, cunctis aliis cogitationibus deſtitutis, qualia ſunt quæ ſaxis barentia nutriuntur, nec iſta diuinam excepiſſe prouidentiam ſcriptura indicat, dum non contenta dixiſſe, & cunctis animantibus terræ, & vniuerſis quæ mouentur in terra, addidit inſuper, & in quibus eſt anima viuens.*

*Laudandum poſt mortem.*

766 *Et cunctis animantibus*, *&c.* deinde ſubiungit, *& factum eſt ita*. Cum omnia opera ſua Deus laudauerit, cœlum, terram, maria, noctem & diem, quod iſta proficerent ad vſum laboris, illa ad fructum quietis, laudauerit feras, beſtias, vbi ad hominem ventum eſt, ſolus non laudatur, propter quem omnia generata ſunt, poſtquam enim ait Moyſes quod Deus creauit illum, deditque ei imperium ſuper omnia. addit: *factum eſt ita*, non autem, vidit Deus quod eſſet bonum, ſicut de luce, vidit Deus quod eſſet bona & de aliis iam ſupradictis creaturis: quæ
D igitur cauſa? anne homo aliis vilior vt non mereatur à Deo laudari? nota quod in beſtiis nihil aliud reperies quam quod videtur, in bomine autem nihil eſt ita inferius quam quod videtur, quia cum anima & corpore conſtat, hoc vtique in eo ſeruit quod videtur, illud autem in eo regit quod non videtur, habet ergo mentem occultam inconſtantem variis agitatam cogitationibus & deſideriis: ne igitur obſtrepas ſi non laudetur in exordio ſicut aliæ creaturæ, ſed cogites reſeruari laudandum in finem vitæ: ita D. Ambroſ. de Inſtitut. Virg. cap.3. *Merito alia in exordio laudentur, iſtius laudatio non præmittitur* Ambroſ. de Inſti. Virg. cap. 3.
E *ſed reſeruatur, quia aliorum gratia foris, huius intus eſt, aliorum in natiuitate, huius in corde: quid enim tam altum, & tam profundum quam mens hominis? Quaſi inuolucro quodam corporis tegitur, & occultatur: vt eam haud facile quiſquam introſpicere & ſpeculari queat: idcirco ergo homo ante non laudatur quia non in forenſi pelle, ſed in interiori homine ante probandus*, deinde ſubiungit. *Præclara quidem ſpecies & præſtantior cæteris animantibus, ſed irrationabilia ſpecie corporis æſtimentur, ea autem quæ rationis plena ſunt, communem laudem ſequeſtrent: homo igitur non tam vultu quam affectu admirandus emineat atque excellat, vt in his laudetur, in quibus*
F *etiam Deus, prophetico iudicio laudatur, de quo ſcriptũ eſt terribilis in conſiliis ſuper filios hominum, cuius opera coram Deo luceant, qui bona ingibus operibus facta contexat, & ideo laudatio eius non in exordio ſed in fine eſt, nemo enim niſi legitimè certauerit coronabitur, ideoque tibi Sapiens dicit, ante mortem non laudes hominem quemquam, qua ratione hoc dixerit ſuperius docuit dicens, quia in fine hominis nudantur opera eius*

*Humiles nos vult eſſe Deus.*

767 *Et cunctis animantibus terræ, omniq; volucri cæli,* Ex quo manifeſtum eſt, quod animalia ſimul cum homine communibus veſcerentur alimentis, ſed quomodo Deus voluit hominem, & animalia cibos habere communes? Nonne homo in natura nobilior animalibus? Cibi ergo delicatiores conſtituendi erant, dico tamen ideo ſtatuiſſe hominem, & animantia cibis communibus nutriri, vt vilitatem ſuam agnoſceret, & non extolleretur: ſic Thom. *Ratio quare Deus voluit vt homo, & animalia cibos haberent communes fuit, quia voluit ei dare occaſionem ſuæ humiliationis ne nimis ſuperbiret, & de conſideratione ſuæ prælationis, & dignitatis.*

Tho. Angl. in Gen.

A *Domini domeſticis ſuis cibos & neceſſaria præbeant.*

*Et cunctis animantibus terræ.* Scilicet dedi herbam in eſcam, quod tibi obſequium præſtant animantia in quo tibi volucres miniſtrant. vt tanta cum ſollicitudine cibos præpares? hoc exemplo docere voluit, dominos miniſtris ſibi obſequentibus cibos & neceſſaria non denegare cum ad id teneantur. *Commonet locus ille* (inquit Oleaſt.) *eos qui miniſtros habēt, victum illis præſtare, quid quæſo miniſterii bone Deus ab iis, quos tam ſumptuoſè alis, conſequeris! quid tibi aues? quid bruta? quid homines præſtant? tantùm abeſt, vt iniurij ſint, ſed quia creaueras prouidere dignatus es: quot ſunt homines, quot ſunt nobiles in mũdo qui cũ multa miniſteria à ſeruis recipiãt, indignos eos pane ſuo reputant?* 768

Oleu. in Ge.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXXIII.*

*Vulg.* Viditque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, & factum eſt veſpere & mane dies ſextus.

*Septuag.* Et vidit Deus omnia quæcunque fecit, & ecce bona valde, & factum eſt veſpere & factum eſt mane dies ſextus.

*Pagni.* Et vidit Deus omne quod fecerat, & ecce bonum valde, & fuit veſpere, & fuit mane dies ſextus.

*Caietan.* Et vidit omne illud quod fecit, & ecce bonum valde.

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

NEſcio cur noſter Vulgatus omiſit: *& ecce*, dictio enim non paruam emphaſim habet, nam demonſtrat non futuram, non expectandam ſed præſentem haberi totius vniuerſi bonitatem: licet in hæbreo omnia alia ſint in ſingulari, non refert tamen quoad ſenſum, quod habeamus in plurali numero.

## EXPOSITIO VERSVS XXXIII.

V*Iditque Deus cuncta quæ fecerat,* Ne miteris non dixiſſe de homine in particulari eſſe bonum, cum iam de illo hoc debeat intelligi quem dixerat toties Moyſes ad imaginem Dei factum eſſe, cæterum introducto homine valde bona viſa ſunt omnia quæ condiderat, quod quaſi nexus omnium videatur homo: ſi autem cum in particulari videbat creaturam, dicebat bonam poſitiuè, non autem ſuperlatiuè ſicut nunc de omnibus loquens; ratio eſt, quia quodlibet ens duas bonitates dicit, prima eſt bonitas ſpecialis in natura ſua, cui datur quædam D benedictio, alia eſt bonitas in quantum eſt quædam pars vniuerſi, quia vniuerſum eſt maximum bonum naturale, creatum, continens quemdam ordinem perfectiſſimum: ſingulas res Deus bonas vocauit, ſed omnes ſimul valde bonas, ex eis enim conſurgit quidam ordo admirabilis vniuerſi.

*Et factum eſt veſpere, & mane dies ſextus.* Hic concluditur opus diei ſextæ, quæ intelligenda venit iuxta expoſitionem ſuperius traditam, nempe de die naturali & ſenſibili, ſucceſſione temporis ab alijs diſtincta.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Solus Deus ex ſe bonus.*

769 V*Idit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona,* Si nihil eſt ſuperius ſuperlatiuo, & creaturæ ſunt valde bonæ, Deus in bonitate non excedet eas, Nota propter Deum omnia entia creata bona dici: agnoſcimus igitur omnia valde bona eſſe, non quia non alia ſit maior bonitas ſed propter Deum, qui ſolus ſubſtantialiter bonus eſt: nobis fauet D. Greg. Mag. 9 mor. cap. 22. *Omnia quæ creata ſunt bona ſunt Moyſe atteſtãte qui ait, vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, ſed hoc ſolum bonum per quod hæc omnia bona ſunt, quæ bona non principaliter, de quo bono Veritas per Euangelium dicit nemo bonus niſi ſolus Deus:* Hier. Ferrarien. in expoſ. Pſalm. *Qui regis Iſrael intende ait. Nomen tuum bonitas tua eſt, non eſt enim bonus niſi ſolus Deus; ita ergo ſolus bonus, ſibi ſoli bene hoc nomen conuenit, nomen ergo tuum id eſt bonitatem tuam inuocabimus vt adiuuet nos.*

Greg. mag. 9. mor. c. 22

A

*Solus Deus cuncta cognoſcit perfectè, & ea laude vel vituperio digna ſolus iudicat.*

*Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona,* Cur poſuit Moyſes vidit Deus cuncta? ſufficiebat enim dixiſſe vidit quæ fecerat; tum etiam cur poſtquam aſſeruit Deum vidiſſe, ſubdit, & erant valde bona, cum mala eſſe non poſſent à bonitatis fonte emanantia? recte dixit: *vidit Deus cuncta*, quia ſolus 770

Deus eſt qui cuncta cognoſcit, qui cuncta diſcutit, & nota habet, homines enim licet nonnulla nouerint multò plura ignorant, iure etiam merito addidit, *& erant valde bona*, his enim verbis innuit hoc diſctimen eſſe inter ſcientiam humanam & diuinam, quod diuina ſcientia ducit ad laudandum ea, quæ Deus fecit, nam cum ea quæ à Deo condita ſunt, perfecta ſint, Dei cognitio illa laudanda proponit: at vero ſapientia, & cognitio humana frequentiùs noſtrum, & eorum quæ fecimus deſpectũ inducit, quia multa in nobis, & in operibus à nobis factis contemnenda inſpicit, verumque ex Philone notauerim lib. 6. de migratione Abrahæ, his verbis? *Quis eſt igitur finis rectè ſapiendi? ſeipſum & omnem creaturam damnare ſtultitia: nam agnoſcere ſuam ignorantiam finis eſt ſcientiæ, cum vnus ſolus Deus eſt: ideo pulcherrimè Moyſes inducit eum & patrem omnium rerum, & iudicem dicens: Vidit Deus quæ fecerat, & erant valde bona, nemini enim decebat totam creaturam diligenter perſpicere niſi & qui creauerat.* Expende ex Philone verba illa totam creaturam &c. quaſi dicat homini quidem datur, vt partem aliquam creaturæ & quæ de foris apparent, conſpiciat, totam vero introſpicere & luſtrare nulli datur niſi Deo.

*Philo l. 6. de migratione Abrahæ.*

*Maxima Dei miſericordia erga nos inſinuatur.*

771 *Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona,* Quamuis plura ſint noxia hominibus, vt potè animalia propter venenũ, vel propter immanitatem, cur ea non permiſit nobiſcum commorari ſed in ſolitudinibus degere? propter maximam erga hominum genus miſericordiam, vt ſcilicet ab eis facilè cauere poſſet, eorumque crudelitatem fugere: mens eſt Theod. q. 18. in Gen. *Deus ſocordium etiam hominum curam agens ea in remotiora loca relegauit, & ijs nocturnum tempus ad eſcam quærendam largitus eſt, in ipſa enim nocte:* ait Pſalm. ) *pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ, reptilibus vero antra præbuit, vt in eis latentia, humano generi non noceant.*

*Theod. q. 18. in Gen. Pſal. 103.*

*Deus etiam noſtræ conſulit voluptati.*

772 *Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona,* Si Deo bona videntur, quia nobis vtilia vt pluries diximus, plura ſunt facta quæ noſtræ non conducunt vtilitati. quid enim prodeſt pſittacus? Non in alimentum non in medicinam? Quid ſimia, cuius etiam carnes nociuæ: na dicat igitur Moyſes, & erant valde bona? Imo dicat, ſi enim aliqua ad medicamenta ſubminiſtranda, vel ad alimentum non præſtant certè in his noſtræ etiam Deus conſulit voluptati, audiamus Damaſc. lib. 2. orth. fidei cap. 1. *Eduxit etiam & mundi opifice mandante omnia genera animalium, reptilium, ferarum, cicurum, ac pecudum, vniuerſa quidem ad hominis oportunam vtilitatem, ſed horum hæc ad cibum: vt ceruos, oues, capreas, & huiuſmodi, hæc ad miniſterij vſum vt camelos, boues, equos, & aſinos, & id genus; illa vero ad voluptatem vt ſimias, & auium picas, pſittacos, & ſimilia. Et plantarum, & herbarum hæ quidem fructiferæ ſunt, & eſui accommodatæ, hæ, odoriferæ, & floridæ, nobis ad delectationem tributa, vt roſa & huiuſmodi: hæ ad membrorũ curationem. Non eſt enim animal aut planta, in qua operationem quamdam hominum vſui conducentem non impoſuerit conditor rerum atque opifex.*

*Dam. lib. 2. orth. fidei cap. 1.*

*Propter Chriſtum omnia reparaturum morte ſua, cuncta valde bona videntur.*

*Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona,* 773
Cur ſexta die, omnia ſibi viſa ſunt valde bona cum ſolum antea bona? Nonne Chriſtus Dominus omnia in homine qui eſt microcoſmos morte ſua feria ſexta reſtaurare debebat; Collige ergo ideo omnia ſibi valde bona viſa hoc die, quia eodem præuidebat omnia ſe reparaturum: ita fere D. Aug. lib. 3. de Gen. ad litt. cap 24. *Non ſigillatim vt in cæteris etiam de humana creatura dixit, & vidit Deus quia bonum eſt, ſed poſt hominem factum ſubintulit de omnibus, & vidit Deus omnia quæ fecit, & ecce valde bona: prætermiſit hoc dicere vt illud potius diceret quod futurum aliquid prænuntiaret, moderatum eſt vtique, vt diceretur, & quod in præſenti verum eſſet, & preſcientiam ſignificaret futuri nempe humanum per peccatũ lapſus, eiuſque per Chriſtum reparationis, quod igitur dictum eſt: vidit Deus cuncta quæ fecerat, & c. tum ad præſentem bonitatem refertur, quia vniuerſum à Deo conditum ſapienter ac pulchrè diſpoſitum ſeu ordinatum, & in vno homine microcoſmo eleganti ſummâ collectum eſt, tum etiam ad futuram, quæ ſexta ſimiliter die erant omnia in homine quaſi collecta per Chriſtum Deum, & hominem inſtauranda.*

*Aug. l. 3. de Gen. ad litt. cap. 24.*

*Redemptio generis humani proprium opus Chriſti Domini.*

*Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona.*
Certum eſt omnia filium cum Patre operati, ſecun- 774
dum illud, vſque modò Pater operatur & ego operor: inter cætera opera quæ Deus omnipotẽs per filium ſuum cõdidiſſe creditur, quoddam admirabile & ſpeciale opus idẽ feciſſe legitur Iſa. 28. opus eius alienum fuit ab eo, vt faceret opus ſuum. priùs fecit opus alienum; quid eſt quod inter opera quæ fecit, vnum opus fuit alienum ab eo, & vt opus feceret ſuum, priùs opus fecit alienum? nonne omnia ſimul cũ patre operatur? neſcio ergo quare opus aliquod eſt illi alienum? vt hoc teſtimonium difficillimum enucleetur, & latens ſacramẽtum quod in hac ſententia continetur, aperiatur: Nota hoc exemplom, quidam dominus ſeruo ſuo ait, vade priùs operari in vineam meam, & poſt hæc operaberis in vinea tua, & ſcias pro certo quod nullatenus in vinea tua, operaberis, niſi prius in vinea mea operatus fueris. audiens igitur ille, operatur domini ſui vineam, & poſtea operatur in propria, ſic fecit opus alienum, vt poſtea faciat proprium, anne proprium erat mori, pati ipſius Dei, minime non erat alienum, proprium autem ipſius hominis peccatoris, redimere autem proprium ipſius Dei: Dico ergo ideò priùs opus alienum feciſſe, quam proprium quia pati mori priùs debebat, vt redemptionem proprium opus efficeret: ita Phil. Ab. bonæ ſpei in Can. f. 339. *Dominus Ieſus Chriſtus priùs fecit opus alienum, vt poſteà faceret opus ſuum, naſci enim, pati, crucifigi, mori, & reſurgere alienum opus fuit ab eius diuinitate, ipſe inuiſibilis, impaſſibilis, immortalis, vt pote Deo patri & ſpiritui ſancto coæternus & conſubſtantialis; opus namque proprium filij Dei redemptio extitit generis humani, ſed niſi prius naſceretur, moreretur, & reſurgeret, nullo modo genus humanum libero arbitrio ſuo perditum à morte redimeret, fecit ergo filius Dei opus alterum, vt poſteà faceret opus ſuum, quia prius ſuſtinuit mortem quæ non conueniebat eius diuinitati, vt poſteà genus humanum redimeret, quod congruebat ſuæ diuinitati.*

*Iſa. 28*

*Phili. Abb. bonæ ſpei in can. f. 339.*

A

*Donec Chriſtus hominem redemiſſet non viſus eſt Deo bonus.*

775 *Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona* de homine tamen ipſo in quo erant omnia inſtauranda, & poſtremam veluti manum acceptura id omnino tacitum eſt, qua de cauſa ita factum eſt? Quia homo nondum erat perfectus, vnio enim illi hypoſtatica deerat oe abſolutus, nondum enim erat per Chriſtum reparatus, vnde fit quod ſibi nondum homo viſus eſt bonus: ita Pintus de Chriſto crucifixo lib. 2. titul. 1. loco 2. *Id omnino tacetur,* B

*Pintus de Chriſt. crucifixo l. 2. tit. 1. loco 2.* *nempe quod eſſet bonus, quod nondum eſſet plane perfectus & abſolutus, donec per hypoſtaticam vnionem, & abſolutam in cruce reparationem per Chriſtum, & in Chriſto poſtremum, & nobiliſſimum tam ſibi quam toti vniuerſo complementũ acciperet, ſicque vniuerſum quod & in ſe iam conditum, & in homine quaſi collectum, bonum viſum erat quando tamen poſtremo in homine ipſo inſtauratum eſt, & ad perfectionem completam adductum iam non quomodolibet viſum dictumque bonum, ſed conſummatum eſt: Ioan. 19.*

*Ioan. 19.*

*Chriſtus morte ſua reparator vniuerſi, ſicut illius creator fuerat.* C

776 *Vidit Deus cuncta quæ fecerat,* Cœlo & terra conditis, luminaribus in firmamento poſitis, homine formato, vniuerſoque orbe completo, ait Moyſes, & factum eſt veſpere & mane dies ſextus, ſexto ergo die à verbo omnia perfecta ſunt, quo quæſo die idem verbum factus homo pro ſalute generi humani fuit oblatus? nonne feria ſexta, die nempe veneris? cur quæſo hac die pro vniuerſo mortem ſubire voluit? nam in eius libera voluntate ſitum erat qua die cruci affigi vellet, vt videlicet indicaret quod ſicut vniuerſi totius erat conditor, ita eiuſdem erat reparator & conſummator: ita Rup. lib. 6. de diuinis off. c. 1. *Et conſummatum eſt dixit in cruce, quia ſexta crucifixus Dominus reſtaurationis impleuit arcanum, ſicut ſexta die factus homo, & tota mundi fuerat creatura perfecta.* D

*Rup. de diuinis offic.*

*Beatiſſima Virgo eſt conſummatio & perfectio totius creatæ Naturæ.*

*Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.*
777 Cur non ait Moyſes completa & perfecta fuiſſe, cum perfectio entis aliquid addat ſuper bonitatem eius? quomodo ſatis faciemus huic difficultati? dicentes, non aſſeruiſſe Moyſem omnia opera Dei fuiſſe tunc conſummata, quia conſummationem, & complementum eorum diſtulit Deus vſque ad partum Virginis, quæ totius creatæ naturæ dicenda eſt conſummatio: ita Bernardin. *Omnes naturas mundi perfectione Virgo ſacra compleuit, Deus quidem licet in mundi creatione nihil produxerit imperfectam, ſed omnia perfecta ſicut eorum exigebat natura, tamen vltima perfectionis conſummatio vſque ad partum Virginis dilata eſt, & ſoli Virgini reſeruata: omnia namque entia vnum ens nobiliſſimum appetebant, viuentia vnum nobiliſſimum viuens, ſentientia vnum nobiliſſimum ſentiens, conceptiones vnum nobiliſſimum conceptum, natiuitates optimum naſcibile, rationalia ſingulariſſimum rationale, ſpiritualia excellentiſſimum ſpirituale, & breuiter omnes creaturæ appetebant vnum quoddam optimum purum creatum, his autem ſic exiſtentibus imperfectis prouiſum eſt mundo de vna fœmina ſuper omnibus benedicta, quæ vnico ſuo partu omnibus generibus rerum ſummam & vltimam perfectionem adduxit.* E F

*Noſter Ber. ſenen. ſer. 6 de glor. B. Virgin.*

A

*Ita perfecta eſt Maria, vt nulla alia perfectior à Deo produci poſſit potentia ordinaria.*

*Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona* 778
Diximus in præcedenti conceptu non eſſe dictum à Moyſe opera fuiſſe conſummata, quia complementum illis deerat, nempe beatiſſima Virgo Maria, quæ omnium fuit vltima perfectio: nunc inquirere potes, vtrum vlterior perfectio entibus creatis contingere poſſit, vel à Deo creari; Ratio enim videtur ſuadere, nam ſi pater æternus ab alia muliere vellet originem ſumere, hæc mulier vlterior perfectio orbi addita eſſe videretur, ſed falleris, nulla enim creatura à Deo perfectior in natura humana creari poteſt: ita Bernardin. *Aduerte quod hæc benedicta puella, tantam perfectionem attulit vniuerſo, quod vlterioris perfectionis non eſt capax, nec Deus poteſt ordinaria poteſtate ipſum perficere vlteriori perfectione, imo ſi ipſe Pater vel Spiritus ſanctus de fœmina naſceretur, nihil accreſceret orbi, quia quidquid nobilitatis, quidquid diuinitatis, & quidquid æternitatis, & totum in orbem diffuſum eſt, & productum in illo æterno ſuppoſito quod generauit beatiſſima Virgo Maria, inuenitur.* B C

*Bernar. Senenſ. cit.*

*Virgo Maria non ſolum enti creato ſed increato quaſi perfectionem addidit.*

*Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona.* 779
Tamen non acceperunt conſummationem vſque ad partum virginis, eorum enim vltima fuit perfectio, ſed in excellentiã virginis Mariæ ſciſcitemur vtrum non ſolum entibus creatis perfectionem addiderit, ſed etiam enti increato: Nobis ſatisfaciet affirmatiue citatus Bernard. *Nec virgini magnum eſt quod perfectionibus orbis vltimam perfectionem adduxit, cum etiam ipſi vniuerſitatis auctori nonnullas perfectiones adduxerit, puta æterno principio inceptionis exordium, æternitati diuinæ temporalem periodum, infinitati immenſæ quantitatem corpoream, ſpeciei æternæ pulchritudinem nouam, pro quibus omnibus ſcriptum eſt, omnis conſummationis vidi finem, qui ſcilicet eſt beata Virgo Maria.* D

*Bernar. ci*

*Talis eſt homo, vt omnia Deo propter eum valde bona videantur.*

*Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona.* 780
Cur nunc quæſo omnia illi valde bona videntur, cum antea ſingula bona videbantur; vidit Deus lucem quod eſſet bona, &c. nota quod homo cum hæc dixit conditus fuerat optimè igitur dixit Moyſes viſa Deo fuiſſe omnia quæ fecerat valde bona: quia talis eſt homo, vt propter eum omnia videantur optima, ita Rob. lib. 2. in Gen. c. 11. *In vltima hominis creatione cuncta collaudata ſunt, nam propter hominem cuncta, & omnium eſſentias in ſe continet homo, ita in eo ſubiecit cuncta, & quia e dignitate præeſt omnibus, recte cuncta complacent, & valde bona iudicantur.* E

*Rup. lib. 2. in Ge. c. 11*

F

*Omnia hominis gratiâ condita ſunt.*

*Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona.* 781
Qui Deum curam inferiorum non habere cenſuerunt, & omnia contingenter euenire ideo eſt quia permixtim plura quæ ſunt mala videmus, quæ hominis gratiâ non potuerũt eſſe facta, nam inquiunt

quæ

quæ vtilitas poteſt in muribus, & in blattis, & ſerpentibus reperiri? Ex quo concludunt eſſe mala, & ſic gratiâ hominis non eſſe facta, nec per conſequens illius habere prouidentiam, cum hæc moleſta & pernicioſa ſint homini: dico tamen quamuis aliqua eſſent omnino mala, nihilominus hominis habere prouidentiam, cum non ſolum bona ſed etiam gratiâ hominis hæc mala facta eſſent vt ea

Lact. Fir. l. de ira Dei cap. 13. fugeret. ſic Lact. Firm. lib. de ira Dei cap. 13. *Deus cum formaſſet hominem veluti ſimulachrum ſuum, inſpiranit ei ſapientiam ſoli, vt omnia imperio & ditioni ſuæ ſubiugaret, omnibuſque commodis vteretur: propoſuit enim ei, & bona & mala (conceſſo quod eſſent) quia ſapientiam dedit, cuius omnis ratio in diſcernendis bonis maliſque poſita eſt: non poteſt enim quiſque eligere meliora, & ſcire quod bonum ſit, niſi ſimul ſciat reiicere ac vitare quæ mala ſunt: inuicem enim alterutrum connexa ſunt, vt ſublato altero vtrumque tolli neceſſe ſit: propoſitis igitur bonis maliſque, tum demum opus ſuum peragit ſapientia: equidem bonum appetit ad vtilitatem, malum reiicit ad ſalutem, ſicut homini innumerabilia data ſunt, quibus frui poſſet, ſic etiam mala quæ caueret.*

### *Homo non laudatur quia futurus inobedient prauidetur.*

782 *Et vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona*, Quomodo creaturam tam nobilem qualis eſt humana, non approbat in particulari, ſicut alias, dicens & vidit Deus quia bonum: non enim minorem bonitatem poſſidet quam quodlibet aliud ens creatum, de quo tamen dictum eſt, & vidit Deus quia bonum? Nota Deum præuidiſſe hominem futurum inobedientem, mirum igitur non eſt à Deo ſpecialiter non eſſe laudatum, quia homo etiam ſi ſit ſolum futurus peccator non dignus eſt laude: teſtis eſt D. Auguſt. 3. de Geneſ. ad litt.

Aug. 3. de Gen. ad lit. *Præſciebat Deus hominem peccaturum nec in ſuæ imaginis perfectione manſurum, non ſigillatim, ſed cum cæteris eum dicere voluit bonum velut intimans quid eſſet futurum.*

### *Homo bonus dicendus cum in paradiſo conſtitutus fuerit.*

783 *Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona*, Quamuis pluties inquiſitum ſit à nobis cur cum ſingulas creaturas ſigillatim, dixerit bonas, & nunc omnes optimas vocet, cur ſemel ſaltem hominem bonum non dixerit? Nota quod fœlicitas in paradiſo omnium bonorum eſt aggregatio, tumque optimus cenſendus qui ea fruitur. Dico igitur non bonum in hac vita hominem vocatum fuiſſe, quia vſque in paradiſum tranſlatus ſit, hoc nomen non videtur abſolute promereri: ſic interrogatiue loquens D. Auguſt. lib. 3. de Geneſ. ad litt.

Aug. l. 3. de Gen. ad lit. *Poſuit primo reddi homini ſigillatim, quod ſigillatim: cæteris quæ antea facta ſunt, redditum eſt, cur ergo non ait factum eſt, an quia perfectus nondum erat quia nondum erat in paradiſo conſtitutus?* Et quamuis aſſertiue non loquatur Auguſtinus, incongruum tamen non videtur id aſſirmare, quia tunc ſolum abſolutè bonus dicendus eſt, quando bonorum omnium aggregatione fruetur in æterna fœlicitate cuius participes nos efficiat Chriſtus Dominus.

### *Homini maxima pietas conueniens.*

784 *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, &c. & factum eſt veſpere & mane dies ſextus*, Non defuere Patres qui cunctam hiſtoriam ſeptem dierum ſimul complectentes, ad myſticos ſenſus redegerunt, inter quos D. Hieron. comm. in cap. 12. Marci, eam ſeptem donis ſpiritus Sancti adaptat, ad ſextumque diem deueniens ait, *Homo ad Dei imaginem factus, quod eſt pietatis donum*, Cur potius ſexto quo homo conditus eſt hoc donum tribuit, quam aliud nempe conſilij, cum inter omnes alias creaturas ſublunares ſolus ille illius ſit capax, donum enim pietatis non illi conuenire videtur, homo enim eſt homini lupus, & aliquando omnes belluas crudelitate ſuperat: prudenter tamen diei ſexto donum pietatis accommodat, quia vere homini nihil ita decens ac conueniens quam pietas.

Hier. com. in cap. 12. Marc.

### *Gloria homini præparata.*

*Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*, 785
Non contentus fuit hoc ſemel dixiſſe, ſed pluties repetiiſſe ante hominis formationem, cur quæſo toties id repetiit? Propter hominem hic mundus conditus eſt: dicam igitur toties iſtius mundi creaturas dixiſſe bonas, vt declararet quanta bona præparatet cui hæc omnia bona obſequi debebant: ita Tertull lib. 2. contra Mar cap. 4. *Interim mundus ex omnibus bonis conſiſtit, ſatis præmonſtrans quantum bonum pararetur illi cui præparabatur hoc totum quantum boni poteſt præparari, niſi gloria quæ aggregatio omnium bonorum.*

Ter. l. 2. contra Marc. cap. 40.

### *Creaturæ flagellum Dei ad homines puniendos.*

*Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona*, 786
Non diceret cuncta, ſed ſolum quæ fecerat, vel non adderet, & erant valde bona, quia cum plura nociua ſint, eorum conditorem Deum negarent, vel malorum auctorem aſſererent: ſed neutrum dixeris quæſo, omnium enim conditor eſt Deus, & ſi nociua quædam videntur, ea tamen deſtinata ſunt in bonum, nempe vt flagellum ſint ipſius ad noſtrorum punitionem criminum: ſic D. Baſil. hom. 9. hexam. *Nemo creatorem ob eam rem incuſare velit, quod animalia venenata exitio vitæ necique parata noſtræ in rationem rerum induxit, vel adeo quiſpiam & inſtitutorem educatoremque puerorum accuſet, in ordinem redigentem inuentutis ingenium ad improbitatem, ad libidinem luxumque propenſum, plagis verberibuſque caſtigando ac coercendo.*

Baſi. in ho. 6. in hexa.

### *A creaturis ad Deum glorificandum incitamur.*

*Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona*, 787
Cur ita bona appellat? Non ſufficiebat bona dixiſſe? Valde bona nominat, quia eis ad Deum glorificandum nos inducimur. n. Chryſoſt. in Pſalm. 148. *Adeo bona, vt eum qui fecit gloria afficerent, & ſpectatorem ducerent ad eum laudandum, qui erat fabricatus, hanc ergo dicit laudem Propheta qui dixerat, laudate cæli cælorum, pulchritudinem eorum quæ facta ſunt, quæ ei qui illa fecit, laudes & hymnos comparant.*

Chryſoſt. in Pſal. 148.

### *Ea quæ nobis à Deo dantur, omnibus vtilia ſunt.*

*Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona:* 788
Cur non exprimis quibus vel ad quid bona: Cur non ait lux eſt bona ad illuminandum hominem?

Fructus

Fructus boni ad nutriendum hominem, & ſic de alijs operibus quæ bona eſſe vidiſti'nien non dixiſſe nec quibus, nec ad quic ona ſunt ſed abſolutè bona, vt intelligamus non ſolum nobis ſed omnibus vtilia, non ſolum ad vnum ſed ad plura poſſe deſeruire: ſic D. Hieronymus lib. 2. aduerſus Iouinianum, Tom primo. *Quis noſtrum leonem, quis viperam, quis vulturem, quis ciconiam, quis miluum, quis reptantes in liſtoribus vermiculos unquam comedit? Sicut igitur hæc proprios vſus habent, ita poſſumus dicere & cæteras beſtias, piſces, aues non ad vſum, ſed ad medicinas creatas; carnes viperæ vnde theriaca conficitur quantis rebus apta ſint norunt medici, ſegmenta eboris in medelas varias aſſumuntur, fel hyenæ oculorum reſtituit claritatem, & ſtercus eius, & canum putrida ſanat vulnera: & quod forſitan legenti mirum ſit, hominis fimus quantis curationibus proficiat, Galenus docet: aiunt Phyſici quod pellis colubri quæ exuitur decocta in oleo mire dolorem aurium mitiget, quid ita inutile videtur neſcientibus vt cimices? ſi ſanguiſugæ faucibus hæſerit fumo eius excepto ſtatim euomitur, & difficultas vrinæ huius appoſitione laxatur, pauimus podagra ſeruorum mitigat, &c.*

*Hie. l. 2. aduerſ. Iouin.*

### *Deus maxime concordiam approbat.*

789 *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Si in ſingulorum creatione ſolum dictum eſt, & vidit Deus quod eſſet bonum; cur non addit, & vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona? quid nunc amplius habent creaturæ, vt eas valde bonas affirmet? nonne nunc omnes creaturæ ſunt quaſi ſingulari concordia vnitæ? recte igitur eas valde bonas prædicauit, quia concordes erant Fauet D. Aug. lib. de bo. vid. c. 6. *Vbi omnia nominata ſunt, additum valde bona, meliora enim quædam ſingula quam alia ſingula, ſed meliora ſimul omnia, quam qualibet ſingula,* & D. Hier. in regu. monae. ad Paul. & Euſt. *Omne ſecundum Philoſophos tantum habet bonitatis quantum habet vnitatis, propterea in exordio mundi vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona.*

*Aug. lib. de bono viduit. cap. 6.*
*Hier. in regula mona. ad Paul. & Euſt.*

### *Non approbatur à Deo ordinem iuſtitiæ non ſeruans.*

790 *Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona.* Creatis primis parentibus, datoque eis dominatu in animantia, volatilia, & reptilia, non ait Moyſes, & vidit Deus quod eſſet bonum ſed ſolum in communi, *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*, Nonne luminaribus productis addit Moyſes vidit Deus quod eſſet bonum? nonne reptilibus & volatilibus formatis addit Moyſes, vidit Deus quod eſſet bonum? cur ergo hoc de homine tacuit? nota quod certum quemdam ordinem iuſtitiæ ſtabilem animalia ſeruant, ita vt non tranſgrediantur quæ à Deo ſibi iuſſa ſunt, nonne luminaria in lumine ſuo & curſu idem obſeruant, homo autem omnia violat? hæc igitur eſt ratio propter quam Deus in formatione hominis non addidit vidit Deus quod eſſet bonum, quia qui rectum ordinem non ſeruant, indignus eſt Dei approbatione: ita Rupertus libro primo in Geneſim, cap quinquageſimo tertio, *Si tam ſtabili iuſtitia viueret homo, quam certo ordine ſeruant ea quæ prædicta ſunt, ſtatutum benedictionis imperium, recte formato homine, ſicut dictum eſt, & vidit Deus lucem quod eſſet bona, ſic nihilominus ſingulariter diceretur, & vidit Deus hominem quod eſſet, bonus.*

*Rup. lib. 1. in Ge. c. 53.*

### *Bona terrena bono increato comparata, non merentur nomen bonitatis.*

791 *Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona.* Cur quæſo bona, quæ ſunt mutabilia & caduca, & quotidie deficientia valde bona nuncupat? valde enim bonum eſt illud quod eſt ſtabile, immutabile, æternum: dico Moyſem non loqui de bonis creatis in ordine ad Deum, quia vt ſic bonorum nomen non merentur poſſidere: ita Caſſ. Collect. 23. c. 3. *Sunt revera bona in hoc mundo commorantibus, nobis autem ad vſum vitæ, aut ad corporis medicinam, aut ad aliquam cauſam ignotæ nobis vtilitatis accommoda; hæc tamen omnia nec boni nomen tenebunt ſi futuro illi ſæculo comparentur, vbi bonorum nulla immutatio, nulla eſt veræ beatitudinis formidanda corruptio:* deinde addit, *ergo quia nihil eſt per ſemetipſum ſtabile, nihil immutabile, nihil bonum niſi deitas ſola; omnes vero creaturæ vt beatitudinem æternitatis, vel immutabilitatis obtineant, non hoc per ſuam naturam, ſed per creatoris ſui participationem & gratiam, tenere meritum bonitatis creatori ſuo collata non poſſunt.*

*Caſſ. Coll. 23. cap. 3.*

### *Opera noſtra examinanda ſunt.*

792. *Et vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona* Id eſt examinando ea probauit; cur Deus eſt quæ noſtrò vſui præparat tanta cum ſollicitudine examinat & approbat? an opus tuum domine malum eſſe poteſt vt examine opus ſit? certe nullus defectus in eo potuit eſſe: ſed edocemur hoc loco opera quæ Dei obſequio dedicamus, examini maximo ſubijcienda: ſic D Baſil. exponens hunc locum, vidit lucem quod eſſet bona, ait: *Neceſſarium erat cum Dei opera facimus ſollicitos eſſe vt talia eſſent quod illa merito poſſent præſentari, & cum facimus ſemper ſuper hæc ſollicitari, vt ſolent qui magnis operibus ſollicitantur: ſed indignum certe videtur quod tanta maieſtas ſic ſollicitetur, ſed ſic examines quod noſtris vſibus operaretur: ſed his voluit nos docere, vt quoniam ipſe, quæ nobis erat munera traditurus tanta ſollicitudine expendit, nos etiam quæ eo iubente aut volente facimus, talia fabricemus, vt nullus in eis defectus inueniatur, commoneamurque talia in his facere opera, tam probata, toties examinata, vt Deus noſter toto corde, & hilari oculo illa videat & accipiat:* idem habet Oleaſter.

*Baſil. in hex.*

### *Mundus in prima conditione perfectiſſimus.*

793 *Et vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona.* Pagn. ex Hebræo habet, & ecce vidit Deus omne quod fecerat & erat valde bonum, cur apponitur *ecce*? nam ſuperfluum videtur, ad quid enim declarandum ponitur? nota etiam in Hebræo, vbi nos legimus *Deus*, eſt *Elohim*, quod Caietanus transfert, iudex. cur hoc in loco *ecce*, & non *iudicis*, ponitur? primo ſatisfacit Caietanus, dicens, apponitur aduerbium *ecce*, ad demonſtrandum non futuram, non expectandam, ſed præſentem haberi bonitatem. Circa ſecundum ait, *iudicium diuinum circa totum vniuerſum deſcribitur*, quaſi diceret: non eſt cur aliquis ita temerarius ſit, vt aſſerat aliquid ex creatis non eſſe perfectum, cum Deus perfectiſſima eſſe iudicauerit.

*Card. Caie.*

### *Superfluitas à Deo non approbatur.*

794 *Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona.* Cum aliquid ſuperfluum in quocunque opere reperitur bonitate indiguum cenſetur, cum ergo in

vniuerſo

vniuerſo terrarum orbe plura videantur ſuperflua,
756 ad quid enim tot arenarum indiuidua, tot arborum folia, & his ſimilia? non deberet aſſerere Moyſes quod cuncta quæ fecerat Deus ſibi viſa optima: ideo vniuerſus orbis Deo videtur optimus, quia non ſolum perfectus, ſed nihil in eo ſuperfluum, alias non approbaretur, ſuperfluitas enim maxime Deo exoſa: ſic fere Caietanus: *Vniuerſum eſt ita bo-*
Car. Caie. *num, quod nihil ei deficit, quod nihil habet ſuperflui, quod nullam deſiderat additionem*, expende illa verba, quod nihil habet ſuperflui; quaſi diceret: à Deo non approbaretur, ſi aliqua ſuperfluitas in eo reperiretur.

*Diuini ſpiritus eſt nihil non bonum in alijs non videre.*

795 Vidit *Deus quæ fecerat & erant valdè bona.* Sane inter creaturas aliquæ erant non valde bonæ, ſaltem ille ſerpens qui tot traxit mala, & ſeruiuit malo, abſque vlla iniuria poſſet dici non valde bonus: ſed potius vilis & malus. Cur ergò vbi viliſſima erant reptilia, vbi erat malitiæ inſtrumentum ſingulare, imo vbi erat ipſe diabolus, nihilominus omnia valde bona apparent? nota cui apparebant, apparebant Deo, dicitur enim quod Deus vidit, diuinus autem oculus nihil ſciuit videre non bonum,
Theod. & non bonum valde, ex quo ſapienter Theodoretus homilia ſecunda de Natiuitate, quæ habetur tomo ſexto com. ep. capit. decimo. *Omnia proinde qua aſpicis oculo à perturbationibus immuni aſpice, & vt Deus videbis omnia eſſe valde pulchra, abijce paſſionem, & ſummum mox in Dei opere decorem, & venuſtatem comperies.* Si oculus ſimplex, diuinaque luce fuerit plenus, tibi nihil non bonum, & ſplendidum, & venuſtum in aliis non videbis.

*Numerus ſenarius myſterioſus eſt.*

796 *Et factum eſt veſpere & mane dies ſextus.* In hoc die ſexto Deus vniuerſum perfecit orbem, cur potius die ſexto quam ſeptimo? vel ſaltem cur non perfecit die quinto? nota quod illi numeri perfecti traduntur, qui ex ſuis partibus conficiuntur, nullo exceſſu vel defectu animaduerſo, ſenarius autem numerus ita ſe habet, & inter numeros primus perfectus; euidens igitur eſt non ſine myſterio Deum die ſexto perfeciſſe omnium creaturarum ſpecies, & vniuerſum orbem, quia numerus ſenarius perfectiſſimus hoc complementum requirebat: ſic Pro-
Procop. copius, *Ille numerus poſitus eſt, non vt tempus oſtendat, ſed virtute quadam peculiari Dei opificij & potentia numeri, neceſſitas igitur poſtulabat vt mundus qui perfectus & vndique abſolutus erat, in primo & perfecto conſiſteret numero.*

*Gloria hominis principium habet ſed non finem.*

*Et factum eſt veſpere & mane dies ſextus.* Illa veſpera non fuit initium alterius condendæ creaturæ,
797 non enim hunc diem ſextum ſequebatur alia creaturæ formatio, ſed ſolum quies, requieuit enim Deus die ſeptimo ab omni opere quod patrarat; in diebus ergo omnibus quibus omnia creabantur veſperam terminum conditæ creaturæ, mane autem initium condendæ alterius accipiebamus: ac per hoc quinti diei veſpera terminus eſt conditæ quinto die creaturæ; mane autem quod poſt ipſam veſperam factum eſt, initium eſt condendæ ſexto

A die creaturæ, qua condita tanquam eius termino facta eſt veſpera: & quia nihil aliud condendum reſtiterat, ita poſt illam veſperam mane factum eſt, vt non eſſet initium condendæ alterius creaturæ, ſed initium quietis vniuerſæ creaturæ in requie creatoris. Cur quæſo in ſexto die, cum nulla alia poſtea condenda eſſet creatura, non mutauit ordinem dicens, & factum eſt mane & veſpere dies ſextus? nonne ſeptimus dies qui ſequebatur erat dies requiei gloriam deſignantis? quis igitur inficiabitur optime diem ſextum concluſiſſe non per veſpere ſed per mane, quia erat initium requiei ſignifi-
B cantis noſtram gloriam habituram initium, veſperam autem, id eſt, finem minime: ita Diuus Augu- Aug. l. 4. in
ſtinus libro quarto in Geneſ. capite decimo octauo, Gen. c. 18.
*Ideo non abſurde intelligitur ſexto die completo poſt eius veſperam factum eſſe mane, non quo ſignificaretur initium condendæ alterius creaturæ ſicut in cæteris, ſed quo ſignificaretur initium manendi & quieſcendi totius quod conditum eſt in illius quiete, qui condidit, qua requies Dei nec initium nec finem habet, creatura autem habet initium, ſed non habet terminum, & ideo ſeptimus dies eidem creaturæ cœpit à mane, ſed nullo veſpere terminatur*, & Diuus Anſelmus in Paulum ad Hebræos cap. Anſel. in
C 4. *Sicut enim ſabbathum in quo Deus requieuit non legi-* Paul. ad
*tur habuiſſe veſperam, ſic requies iuſtorum non habebit* Heb. 4.
*finem, quia ſicut Deus ceſſauit ab operibus, ſic iſti ceſſabunt perpetualiter ab omni opere, liberi penitus ab omni laboris anxietate.*

*Gloria caret labore.*

*Factum eſt veſpere & mane dies ſextus.* Et ſic dici-
tur in alijs quinque diebus, cum autem diei ſeptimi 798
meminit ait Deus ſanctificauit, non addit factum eſt veſpere dies ſeptimus, cum etiam ſeptimus fuerit dies ſicut & alij: cur hoc non addidit? Nota quod
D ſabbatiſmus gloriam ſignificat propter requiem qua fruebantur Iudæi poſt laborem ſex dierum: ita Diuus Auguſtinus libro quarto de Geneſi ad litteram cap. 28. Ratio igitur cur diei ſeptimo non appoſuerit Moyſes veſpere aut noctem, ſicut in aliis diebus, eſt: quia huius diei quieti, lucis, & gloriæ nullus apponendus eſt labor amplius, ſignificatus per noctem, vtpote qui futurus eſt æternus, dies lætitiæ, abſque timore alicuius moleſtiæ & laboris:
ita D. Auguſtinus libr. decimo de ciuitate cap. 22. ad Aug. l. 1. de
finem ex eo quod ſabbathum requiem ſignificat, Dei ciui. c.
ait: *Vna requies poſt aliam requiem, vt nunquam per-* 22. ad fine.
*ueniatur ad finem feſta excipient feſta, & gaudia illa*
E *fœliciſſima noua excipient gaudia.*

*Omnia quæ ſunt in rerum natura non ſolum in commun, ſed in particulari, Deum ſuum eſſe conditorem palam & coram omnibus prædicant.*

*Factum eſt veſpere & mane dies ſextus.* Qui conclu- 799
dimr in approbatione ipſius Dei circa omnia quæ condita fuerant, vidit enim Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona, vel quia fidei demonſtra-
tiones (vt ait D. Baſ. ho. 9. hex.) confidis enim in Baſi. h. 9.
F Domino, ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis; hexam.
vel quia in ipſis Dei ſapientia elucet, qui fecit om- Aug. de Ge
nia in numero, menſura, & pondere, vt habet Aug. cõtra Ma-
de Gen. contra Manich. libr. 1. cap. 16. ſed cur non ni. l. 1. c. 16.
dicemus ideo bona videri, quia ad Deum cognoſcendum omnes creaturæ non ſolum in communi, ſed etiam quælibet in ſua ſpecie ad Deum vnum cognoſcendum & confitendum nos quaſi reluctan-

tes ma-

A tes manu ducit, ſubijciam ſi tibi impottunnm non fuerit vel iniucundum, magno conquiſita labore patrum teſtimonia, qui nobis perhibent hanc & proclamant veritatem: totius mundi machina primo vnum eſſe Deum nos edocet, ſic Clemens Pap.

*Clm. Pap. lib. 8.*

*Sed etſi ipſe alijque Græcorum Philoſophi de factura mundi ſilere voluiſſent, nonne omnibus intellectum habētibus palam eſſet? quis enim eſt exigui ſaltem ſenſus homo qui cum cernat domum omnia quæ ad vſus neceſſaria sūt habentem, cuius cameram in ſphæra gyrum videat collectam, eamque vario ſplendore, & diuerſis imaginibus depictam, luminaribus præcipuis & maximis adornatam; quis inquam eſt, qui huiuſmodi fabricā videns, non*

B *ſtatim pronuntiet à ſapientiſſimo & potentiſſimo opifice eſſe constructam?* quæ in cœlo hoc prædicāt, ita Atha.

*D. Athan. orat. contr. idola.*

*Quis enim cæleſtem ambitum, curſum ſolis & lunæ, aliarumque ſtellarum ſitus, rationeſque actas in orbem, contrarias quidem & diuerſas, ſed tamen in diuerſitate illa ordinem ſuum æqualiter ſeruantes, non ſecum ratiocinetur, illa non à ſeipſis creata eſſe, ſed alium eſſe earum rerum conditorem, gubernatoremque.*

*D. Ambr. l. 4 hex. c. t.*

Sol idem confitetur, teſtis eſt D. Ambroſ. Oculus eſt enim mundi, iocunditaa diei, cœli pulchritudo, naturæ gratia, præſtantia creaturæ: ſed quando hunc vides, authorem eius conſidera, quando hunc miraris, lauda prius ipſiua creatorem; ſi tam gratus eſt ſol,

C qui conſors & particeps eſt creaturæ, quam bonus eſt ſol ille iuſtitiæ? Dies & noctes Deum eſſe annuūt, non diſſentit Cyril. Hieroſolym. Cath. 9.

*Cyril. Hie. Cath. 9.*

Perſpice autem quomodo ordine pulchro ſibi mutuo dies correſpondent, æſtate aucti, & hyeme diminuti, vere autem & autumno æqualitate interuallorum mutuo decorari, & noctes quoque ſimiliter perficiunt, de quibus Pſaltes ait: *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam*: nam his qui non habent aures hæreticis, modo non clamant per hūc optimum rerum ordinem, ſed dicunt, nullum eſſe alium Deum præter ipſum opificem, definitorem, & gubernatorem vniuerſorum.

*Pſalm. 18.*

D Anni tempora id proclamant: adſtipulatur D. Athan. orat. contra idol.

*Atha. orat. contr. idola.*

Quis oculis viciſſim animaduertens, hyemem concedentem veri, ver æſtati, æſtatem autumno, eáque inter ſe contraria cum aliū infrigidet, aliud feruefaciat, aliud foueat, aliud corrumpat, omnia tamen iſta æqualem, innoxiúmque vſum hominibus conficere: conſideret eſſe aliquem iſtis præſtantiorem, qui omnibus æqualitatem præbeat, omniáque gubernet, quamquam ſub oculos noſtros non veniat. Ipſa elementa quamuis inter ſe contraria idem præbent teſtimonium, ita citat D. Athanaſ. Quis item cernens contrarias in ſe naturas, coaptataa tamen

E eſſe, & concordiam & harmoniam tenere, veluti quis videns ignem frigido, & ſiccum humido commixtum eſſe, atque hæc ſibi inuicem non reſiſtere, ſed vnum quaſi ex vno corpus abſoluere: non ſecum cogitet, foris & ſeorſum eſſe eum ab iſtis qui iſta ad hunc modum coniunxerit. Quæ in aëre idem prædicant vt habet Diuus Theodo. lib. 4 de Græcarum affectionum curatione:

*Theod. li. 4. de græc. aff. curatione.*

Ego itaque vehementer admiror naturam aëris inconſumptam perſiſtere, cum tamen tot numero homines, tótque animalia rationis expertia, illum ſpirando & attrahant &

F emittant, ſoliſque adeo feruentes radij permeādo traijciant: ſed enim vndique mundum intuenti miraculum miraculo ſuperadditur. parum vero abeſt, ne confidenter dicam miraculum hoc loco pro miraculo non habendum eſſe, cum ſit enim mundi opifex Deus omnipotens, quæcunque ab eo fiant, decet admirari quam minime, ſed auctorem profecto decet laudari quam maxime. Imbres & venti



A non contradicunt huic veritati, ſicut reperitur apud Clem. Pap. lib. 8. Recognitionum?

*Clem. Pa. lib. 8. reco.*

Quid autem & de his, quæ vel in terris, vel in mari videmus, nonne euidenter edocemur, Dei in his non ſolum opus eſſe ſed & prouidentiam? nam quod in terra montes excelſi, certis quibuſque habentur in locis, vt ea his velut compreſſus & coanguſtatus aër ordinatione Dei cogatur, & exprimatur in ventos, ex quibus & fructus germen concipiant, & æſtiuus ardor temperiem ſumat Aqua, flumina, fontes, id reſonant, vt habet cit. Clem. Quid de fontibus dicemus & fluuiis, qui perenni in mare fluunt meatu? & per diuinā prouidentiam nec illis abundans deficit curſus, nec

B mare tantas aquarum recipiens copias, vllum ſentit augmentum. Terra non ſilet, imo hanc veritatem annuntiat, vt habet D. Chryſoſt. hom. 3. de incomp. Dei natura:

*Chryſ. ho. 2. de incō. Dei natu.*

Quid de ipſa terra? qui continet gyrum terræ? qui fecit terram quaſi nihil, tam ingens corpus, tam opus arduum animaduerte quot montium moles, quot mortalium gentes, quot ſtirpium, quot quadrupedum, reptilium, denique animantium genera ſuo dorſo ſuſtineat tellus? ſed tamen hanc talē tantamque Deus facile adeo condidit, vt Propheta, quod ne exemplum quidem tantæ facilitatis haberet, perinde ac nihil factum tradiderit. Germina,

C lapides, & alij terræ partus ſubſcribunt eidem veritati, ſicut legimus apud D. Greg. cit.

*Greg. cita.*

Age & plantarū diſcrimina conſidera, adeoque in ipſis foliis artificioſa ratione diſcutiens, qui hæc ſimul aſpectu ſint iocundiſſima, ſimul fructibus vtiliſſima, tum fructuum & varietatem, & abundantiā, præcipue vero eorum qui maxime neceſſarij ſunt, pulcherrimam ſpeciem. Deinde ſpecta facultates radicum, ſuccorum, florum, odorum, qui non ſuauiſſimi tantum ſunt, ſed ad valetudinem curandam idonei, ad hæc colorum gratias & qualitates, tum lapidum ſumptuoſa pretia fulgoreſque, etenim hæc omnia velut in publico quodam epulo natura tibi propoſuit, &

D quibus vtaris, & quibus oblecteris, vt ſi non aliunde ſaltem ex beneficiis quibus te affecit, Deum agnoſcas. Piſces quamuis muti non ſilebunt quin id omnibus patefacient. Perpende mihi, inquit D. Greg. loc. cit. natatilem illam naturam, quæ per aquar lubrico fertur libramine, ac per liquidum elementum quaſi volat, quæ cum in proprio aquarum ſpiritu, perinde atque deliciis ſuis verſetur, in aëre hoc noſtro periclitatur, non ſecus atque nobis periculum eſt in aquis, nonne Dei verbo huiuſmodi piſces producti fuere? Aues quoque tanquam ſuo conditori gratiſſimæ, eum eſſe ſignificant, vt habet D. Cyrill.

*Greg. cita.*

E Hieroſ. Cathe. 9. Quis poterit perſpicere aëreorum volatilium naturam, quomodo hæc linguam quidē habent canoram, iſta autem varia pennarum ornantur pictura: illa vero ſuper alia omnia in medium aërem elata ſtare & nihil moueri videntur. vt accipiter diſtentis alis ſtat immobilis, ſpectans ad auſtrum, quis hominum poterit viſu conſequi aquilā exaltatam? quod ſi auem exaltatam non potes conſpicere, quomodo factorem omnium vis conſiderare? Cum omnes aliæ creaturæ in vnius Dei cognitionem ducūt auerténtne ab illius notitia terreſtria animalia? minime, Nam nonne per prouidentiam

*Cyri. Hie. Cath. 9.*

F factum eſt, inquit Cle. Pap. 8. recog., vt cum ſenecta temporis animalia reſoluerentur, per progeniem reparentur, & mira quadam diſpenſatione prouidētiæ, naſcituro pecori lac præparatur in vberibus, ac ſtatim vt natum fuerit, nullo docente, ſcit vbi alimoniæ ſuæ horrea requirat; gignuntur autem non ſolum mares ſed & fœminæ, vt ex vtroque rurſus conſtare poſſit poſteritas. ſed ne vi putant ho-

*Clem. Pa. l. 8. recog. cap. 8.*

mines, viderentur hæc naturæ quodam ordine, & non diſpenſatione fieri conditoris, pauca quædam ad indicium, & documentum prouidentiæ ſuæ mutato ordine genus ſeruare iuſſit in terris, &c. Imo & minima quæque in eis nonniſi maximum & diuinum artificem adſtruunt, ſi attente Tertul. legas lib. 1. aduer. Marcio. c. 14. *Ad humilia* (inquit) *deficiam vnus opinor de ſepibus floſculus, non dico de pratis; vna cuiuſlibet maris conchula, nõ dico de rubro; vna tetraonis pennula, taceo de Pauo, ſordidum artificem tibi pronunciabis creatorem? at quum & animalia irrides minutiora, quæ maximus artifex de induſtria, ingeniis, aut viribus ampliauit, ſic magnitudinem in mediocritate probari docens.* Non eſt cur hominem huius rei teſtem in medium adducamus, cum hoc luce meridiana ſit clarius: tamen ſi excutias in tanta luce, nobiſque conſentire renuas, conſule Lactan. libr. de opificio hominis, Caſſiod. lib. de anima. Theod. ſerm. 4. de prouid. & ante eos Clem. Pa. lib. 8. recog. qui inter plurima lectu iucunda habet: *Sed veniamus adhuc, ſi videtur, etiam ad noſtram id eſt hominis ſubſtantiam, qui eſt paruus in alio mundus, & conſideremus quanta ſit ratione compoſitus, & ex hoc præcipue ſapientiam conditoris intellige: qui cum ex diuerſis ſubſtantiis conſtet, id eſt, mortali & immortali: per artificem prouidentiam conditoris ſocietatem diuerſitas non refugit: & quidem longe ſe ſubſtantiis, alia namque de terra ſumitur, & à conditore formatur, alia vero ex immortalibus ſubſtantiis datur,* tandem omnibus creaturis palam Deum artificem ſuum conclamantibus ſilebitne Angelica natura omnium perfectiſſima? non equidem, vobis ego ſubjicio D. Chryſoſt. ho. 2. de incomprehenſib. Dei naturæ de ea ſic diſſerentem: *Sed cur de cælo, terra, mari, & natura hominum loquar? cælũ ſuperet ipſum noſtra oratio, & vlterius pergat ad Angelos: noſtis denique vnum quemuis Angelum repõdi, paremq; eſſe vniuerſæ huic viſibili creaturæ, vel potius multo nobiliorem præſtantiorẽque: nam ſi homine iuſto dignus non fit vniuerſus mundus vt Paulus auctor eſt, qui dicit: quibus dignus non erat hic mundus, longe minus ad dignitatem poſſit accedere Angeli, qui omni homine iuſto ſuperior eſt admodum & præſtantior; verumtamen millia Angelorum ſunt innumerabilia, millia mille Archangelorum: adde ſedes, dominationes, poteſtates, principatus, cætus incorporees, virtutes innumeras: denique genera cæleſtia innumerabilia, quæ omnia Deus creauit tanta cum facilitate, quantam nemo valeat verbis exprimere, ſatis enim illi ad omnia fuerat voluiſſe.* En quomodo omnia valde bona à Moyſe dicuntur, quia nos deducunt in notitiam Dei optimi maximi cui ſeruire regnare eſt!

Tert. l. cõt. Marci. c. 14.

Lact. li. de opific. ho. Caſſiod. l. de anima. Clem. Pa. l. 8. recog.

Chryſoſt. hom. 2. de incom. Dei natura.

SYNOPSIS

# SYNOPSIS

# CAPITIS SECVNDI.

DEVS COMPLETO IN SEX DIEBVS OPIFICIO, ſeptimum benedictione ac ſanctificatione dignatus, Hominem in Paradiſum variis arboribus & fluminibus inſignitum tranſtulit, cui Euam ex ſe formatam coniunxit.

## *VARIETAS VERSIONVM.*

*Vlg.* Igitur perfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum.

*Septuag.* Et conſummata ſunt cælum & terra, & omnis ornatus eorum.

*Cald.* Et perfecti ſunt cæli, & terra, & omnis exercitus eorum.

*Caietan.* Et fuerunt finiti cæli, & terra, & omnes exercitus eorum.

*Alij vertunt*, Et omnis militia eorum, alij, omnis victus eorum

*D. Auguſt. eodem modo legit*, & conſummati ſunt cæli & terra.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

RAtio cur aliqui verterunt conſummati, hoc eſt quia כלה *Chalach* ſignificat perficere & conſummare; ſi autem exercitum vel militiam pro ornamento legant, ideo eſt, quia צבא *Tſebaa*, vtrumque ſignificat,

## EXPOSITIO VERSVS I.

IGitur cum in Hebræo non ſit diſtinctio per capita, apponitur quaſi dictorum epilogus hæc dictio *igitur*.

*Perfecti ſunt cæli & terra*, Quemadmodum in principio præcedentis per cælum & terram intelliguntur omnia corpora cæleſtia, imo & intellectuales, & ſpirituales ſubſtantiæ, & omnia elementa, ita hoc loco per cælum & terram, eadem intelliguntur, quæ omnia perfecta id eſt completa creata atque diſtincta ſunt.

*Et omnis ornatus eorum*, Ornatum eorum vocat Angelos, quamuis expreſsè non legamus ſimul fuiſſe cum cælis creatos, & omnia quæ tam cæli quam terræ ornatui deſeruiunt, nempe ſydera, plantas, animalia: ſi autem aliqui vertunt pro ornatu, militiam; ideo eſt quia cæli & terræ ornatus velut exercitus, & propter multitudinem ſtellarum, arborum & herbarum quæ ordinate, & ad modum exercitus, munera ſibi à Deo deſtinata exequuntur.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Deus nihil imperfectum relinquit.*

1. PErfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum, Nonne Deum ſciebamus creaſſe cælum & terram, & ea perfeciſſe, perpoliſſe, & conſummaſſe? Quid ergo nobis denuo refert perfectum cælum & terram? Voluit ſcilicet nobis innuere nihil imper-

*Ter. l. de cultu fœm. c. 3.* fectum in Dei operibus eſſe, ſed omnia valde perfecta & conſummata, vnde optimè & argutè reprehendit Tertul. lib. de cultu fœmin. cap. 3. mulieres à Deo formatas pulcritudini ſuæ aliquid addere quaſi non eſſent opus Dei perfectum, *Quod naſcitur*, inquit, *opus Dei eſt, ergo quod fingitur diaboli negotium eſt, diuino operi, Satanæ ingenia ſuperducere quam ſceleſtum eſt.*

*Creaturæ ſuperiores pugnant pro Deo contra impios.*

*Perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum.* 2

Quiſnam eſt ille ornatus cæli? Sunt ſydera, ſol, luna: ſed dubium quod moueo, conſiſtit in hoc quod vbi habemus omnis ornatus eorum, in Hebræo legitur, *& omnis exercitus eorum*: Nunquid creaturæ quas diximus ornamentum cæli, merentur nomen exercitus? Vbi milites? Vbi duces ſine quibus nullus exercitus cenſetur? Recte creaturæ exercitus dicuntur quia contra impios & Deo rebelles pro eo pugnant & armantur, ſic Oleaſter & probat ex illo Iob.38. *Nunquid ingreſſus es theſauros niuis, & theſauros grandinis, vidiſti quos reſeruaui ad tempus anguſtiæ?* *Abacuc 3. & Ezech. 32. hac etiam de cauſa vocari in ſcripturis Deum exercituum propter multitudines tum Angelorum, tum etiam Aſtrorum quæ eius imperio dimicant aduerſus inſenſuos.*

*Oleaſt. in c.2. in Gen.*

### *Non ſolum Deus vtitur creaturis ſuperioribus tanquam vltricibus peccatorum hominum, ſed etiam inferioribus.*

3. *Perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum,* In Hebræo exercitus eorum, licet per exercitum videantur ſolum aſtra denotari, quæ ita dicuntur propter multitudinem eorum copioſam, vel quoniam ordinate egrediuntur, quemadmodum exercitus ad munia ſibi à conditore ordinata, tamen cum hoc pronomen *eorum* poſſit ad terram & ad cælum referri, per exercitum eorum, poſſumus intelligere nō ſolum ſydera cæli, ſed etiam alias creaturas inferiores: quo poſito cur omnes huiuſmodi creaturæ exercitus dicuntur? Improprie enim ita vocari mihi videtur, nam exercitus vel ad debellandos hoſtes, vel ad proprium regnum tuendum deſeruit; ad protegendum autem orbem eo non indiget. quis enim eum auderet impugnare: Nec ad debellandos hoſtes, quia innumeras Angelorum habet legiones, qui tanquam milites ſtrenui pro eo decertant; nihilominus recte omnes creaturæ exercitus eius poſſunt nuncupari, quia ſicut milites vindictam à quibus eorum princeps detrimentum paſſus eſt, deſumunt; ſic Deus vtitur creaturis tanquam vltricibus peccatorum hominum à quibus offenditur, ſic D. Auguſt. lib. 1. de mirab. ſacræ ſcriptur. cap. 19 qui loquens de plagis Ægypti à Deo immiſſis: ait, *Iſtarum modus plagarum ex terra, aquis, animantibus, aëre, igne, nubibus, cælo, Angelis conuenerat, vt oſtenderetur quod contra contumaces & rebelles ſeſe pariter vniuerſus orbis armabat*; & Oleaſter, *exercitus vocatur quia eis, veluti reges ſuis copiis, Dominus hoſtes ſuos debelat, & deſtruat, vt patet Ezechielis 38. indicabor cum eo, ſcilicet Gog, & Magog peſte & ſanguine, & imbre inundante: & lapidibus grandinis, & Iohelis 2. Dominus dedit vocem ſuam coram exercitu ſuo: quia multa ſunt valde caſtra eius quia fortia facientia verbum eius.*

*Aug. l. 1. de mirabilib. ſacræ ſcri. cap. 19.*
*Oleaſt. cit.*
*Ezech. 38*
*Iohel. 2.*

### *Iuſtitia in mundi creatione diſtributiua obſeruatur.*

4. *Perfecti ſunt cæli & terra & omnis ornatus eorum,* Diximus in Hebræo haberi, & omnis exercitus eorum, & optime, quia omnia à luce vſque ad hominem incluſiuè producta, exercitus cœlorum & terræ poſſunt nuncupari, eo quod tam cœleſtia quam aërea, quam aquatica, quam terreſtria, vegetabilia, quam terreſtria animantia, ſunt gradatim ordinata inter ſe ad ſimilitudinem exercitus, ita quod aſtra ſunt ſic condita, & ordinatè diſpoſita, quemadmodum ſi eſſent exercitus corporum cæleſtium, & ſic aliæ creaturæ, ita vt quælibet ſuum ordinem & locum poſſideat, ſicut in exercitu duces & milites; nunc reuoca quæſo in memoriam creationem cœli & terræ, nam ibi dicitur, quod creauit Deus, in Hebræo *Elohim*, id eſt iudices, cœlum & terram: cur nomen iudicis cum exercitu iungitur: nomen potius Regis vel Imperatoris iungatur aut ducis ſtrenuiſſimi tanquam exercitui conuenientiſſimum? Recte tamen nomen iudicis cum exercitu connectitur, vt ſciamus in mundi conſtitutione, ordinem iuſtitiæ diſtributiuæ ſeruatum fuiſſe, ſic Caietanus, *Ex hoc ordine apparet ratio, quare Deus ſub nomine iudicis, deſcriptus ſit creator cælorum, & terræ, & reliquorum, relucet ſiquidem in tot exercitibus opus iuſtitiæ diſtributione.*

*Card. Caiet. in Gen.*

### *Ita perfecti ſunt Angeli, vt ornatus ipſius cæli dicantur.*

*Perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum,* Quis ille ornatus? Dices ſydera, ſolem, & lunam, ſed nonne ſententia plurimorum Patrum eſt, Angelos eſſe creatos eodem die quo fuere cœli? Quis vetat ergo dicere Angelos tantæ perfectionis eſſe, vt ipſius cœli Empirei ornamenta dicantur? Accipe D. Eucherium. *Ornatus ſpiritalis cæli, Angeli ſunt & principatus.* 5

*Eucher. in Gen.*

### *Tantæ dignitatis eſt homo vt paucis verbis non poſſit exprimi.*

*Perfecti ſunt cæli & terra,* Cum nobiliſſimus inter creaturas Dei ſit homo, cur in recapitulatione operum Dei non memorat, dicens, perfecti ſunt cæli, homo, terra? &c. Dico hominem non memoraſſe, ſed expectaſſe longiori ſermone formationem illius proponere! quia tantæ perfectionis eſt præ aliis creaturis, vt paucis verbis non poſſit exprimi! fere conſentit Ferus, *Quia propter hominem hoc ſcribere incepit, idcirco nunc in hoc capite omiſſis aliis creaturis latius proſequitur hominis formationem.* 6

*Noſt. Ioan. Ferus.*

### *Debemus progredi de virtute in virtutem.*

*Perfecti ſunt cæli & terra & omnis ornatus eorum,* Vel vt habent ſeptuag. & conſummati ſunt cælum & terra & omnis ornatus eorum: certum eſt hominem minotem mundum vocari. ſi ergo mundus minor dicitur in ordine ad mundum maiorem, neceſſe vt ad ſuæ plenitudinis incrementum, contendens ipſam mundanæ conditionis ſpeciem imitetur, & dicatur conſummatus, ita eſt: de virtute enim in virtutem debet tendere vſquequo conſummetur. ſic Petrus Damianus, *Sicut viſibilis ac corporeus mundus per ſuarum molem partium ac multitudinem cōſummatus eſt; ſic & homo noſter interior, paulatim ad ſui plenitudinem veniat per augmenta virtutum.*

*Petr. Da.*

### *Ad cœleſtia contemplanda prouocamur.*

*Perfecti ſunt cœli & terra & omnis ornatus eorum,* Nonne dixerat præcedenti cœlum & terram perfecta eſſe; cur denuo ſubiūgit & omnis ornatus eorum, quaſi diceret non mare piſcibus, conchis, gemmis, non aër auibus, non tellus animantibus, arboribus nemora, horti & pomaria plantis, non floribus prata pulchriorem, & pretioſiorem ornatum habent quam cœli aſtris, luminibuſque diſtinctum, habeant quam cœli aſtris, luminibuſque diſtinctum, cur quæſo de ornatu cœli loquitur omiſſo terræ ornamento; 8

A namento nempe vt calcata terra ad cœlum diligendum innitemur, vt à terrenarum rerum ſtudio auocemur, & in amorem cœli pelliciamur: vnde optime Clem. Alex. pro ornatu vel virtute, quod idem eſt, ſicut habet Pſal. omnis virtus eorum, vertit *exercitus*, quaſi aduerſus homines ſuos præliatura exercitus ducat aſtrorum, illa reſpublica cœleſtis, quod terrenis rebus deditì obliuiſcantur cœleſtia.

*Clem. Al. aduer. Gen. Pſal. 41.*

## *Iuſti bona opera perficiunt, mala imperfecta relinquunt, impij autem è contra.*

9 *Perfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum.* Admonet nos locus iſte ad Dei imitationem, opera B noſtra non ſolum inchoare, ſed etiam ad perfectum perducere. Sed cum in duplici diſcrimine ſint opera nempe peruerſa & pia, vtraque perficere ne debemus, vel aliqua inchoata & imperfecta relinquere; mala equidem aut non incipere, aut incœpta ad finem perducere non debemus: ſed tanta eſt impiorum cæcitas vt praua opera imperfecta minime relinquant, & à bonis incœptis cito deſiſtant, iuſti autem è contra, quia bona incœpta perficiunt, & à malis cito remouentur. conſulamus Oleaſtr. ſic dicentem, *Hoc videbis*, inquit, *inter bonos & malos intereſſe, in bonis & malis operibus perficiendis, quod boni* C *omnia bona abſoluunt, mala vero imperfecta relinquunt: cuius rei ex ipſa ſcriptura exempla accipe cœperat ſanctus rex Dauid cogitare, & eum Propheta tractare, quod ipſe habitaret in domo cedrina, arca vero Dei ſub pellibus eſſet, tentauit adducere in domum ſuam, ſed videns Hozah pœnas dediſſe, quod eam tetigiſſet: opus depoſuit, ſed nuſquam quieuit quoſque, quod cœperat abſoluit. Vnde & in Pſalm. de eo dicitur votum Domino vouiſſe, quod non eſſet cubiculum ad requiem intraturus, neque in ſtratum lectum aſcenſurus, neque ſomnum oculis ſuis daturus: niſi inuento loco tabernaculo Dei Iacob Vides quid negotij fuerit in perficiendo bono opere, quod vero raro* D *aut nunquam malum opus inchoatũ perficiant, eius ſancti Regis exemplo probabimus, cui cum Rex Saül perſequens in antro occurriſſet, & milites ſanguinis ſitibundi, vindictam ex hoſte conſulerent, non ſolum non ſumpſit, ſed quod oram chlamydis Regis præcidiſſet, vehementer doluit, ægre ferens quod ſeſe vindicare cœpiſſet: & quia Dominus nouit bonos raro, aut nunquam ſua mala perficere, ſi quando velint, ſua infinita bonitate occurrit, cum enim præfatus Rex acceptam à Nabal iniuriam vindicandam iuraret, ita vt nec mingentem ad parietem ſe relicturum promitteret, & iam iam vindicta ad manus eſſet: occurrit illi prudens Abigail ſuadens, ne cuius poſtmodũ pœniteret, efficeret, ſciens autem prudentiſſimus Rex hoc Dei munus eſſe in benedictionem prorupit, benedicta, inquit, tu, quæ me iam in ſanguinem euntem prohibuiſti,* E *& benedictus Dominus, qui hac de cauſa te miſit in occurſum mihi: de malis vero quam anxij ſint de perficiendo malo opere, audi quid de illis Dominus infra 11. cap. dicat, cum enim famoſam illam fabricaſſent turrim, qua ſe ſe ab aquis diluuij liberandos putabant: deſcendens Dominus vt filiorum Adam opus inſigne videret, ait, ecce cœperunt facere neque opus prohibebitur eis, aut (vt vulgata editio habet) neque deſiſtent à cogitationibus ſuis, nouerat quippe hominum factor, hanc malorum conditionem eſſe, vt à malo incœpto raro deſiſtant, & ideo ſua ineffabili miſericordia opus deſtruxit: aut impediuit in-* F *cœptum, quod vero mala ſuis numeris abſoluant, ſatis, cum ſe vindicant, conſtare poteſt quam graue eis ſit, ſi quis vindictam quam ab inimico cupiunt, prohibeat, aut impediat, quod improbè cupiunt; & occulto Dei iudicio accidere ſolet, vt nonnunquam ſolum mala incipere cupientes perficient.*

*Hieron. ab Oleaſt.*

*2. Reg. 7.*

*1 Paral. 13.*

*1. Reg. 24.*

*1. Reg. 25.*

*Geneſ. c. 11.*



## A *Id perfectum eſt quod officio ſuo fungitur.*

*Perfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum.* 10
Ad quid hæc repetitio? nonne ſciebamus cœlum & terram perfeciſſe Deum cum nihil imperfectum relinquat? cur ergo repetit cœlum & terram perfecta eſſe? nonne tunc omnia producta cœperant operationes ſibi conuenientes exercere? nemo non videt cœlos ideo perfectos & terram ita dici, quia qui exercet ſuum munus, perfectus nuncupari poteſt: ſic Dion. Chart. explicat, *Mundus vocatur perfectus in quantum partes & ſpecies ad ſuam integritatem ac ordinem pertinentes, cœperunt operationes ſibi conue-* B *nientes exercere, propter quas exercendas inſtituta fuerant, ſicque dicitur Deus ſeptimo die opus ſuum compleſſe, quoniam ſeptimo die cœperunt opera ſex dierum generaliter exercere actus congruos ſibi, & inuicem agere atque ſimilia propagari.*

*Dio. Char. in Geneſ.*

## *Nihil in ſacra ſcriptura ſuperfluum.*

*Perfecti ſunt cœli & terra & omnis ornatus eorum,* 11
Si elementa ab eo producta fuere, cur ſolum vnius nempe terræ mentionem facit Moyſes? nota quod nomine terræ omnia alia elementa comprehen- C duntur, quæ in primo capite deſcripta ſunt, tum etiam per cœlum & terram quæ extrema ſunt, omnia corpora media ſumuntur; optime ergo aliorum elementorum præter terram non fit mentio, quia in ſacro textu nihil ſuperfluum habetur: ſic D. Chryſoſt. *Conſidera quam nihil ſit ſuperfluum, nihilque non amabile in diuinis litteris, vt complexim elementorum meminit, non vltra particulariter cõmemorat, ſed vt dixit perfecti ſunt cœli & terra inquit & omnis ornatus eorum.*

*Chri. in Ge.*

## *Ne ingrati ſimus, commonemur.*

*Perfecti ſunt cœli & terra & omnis ornatus eorum,*
D Nunne dixerat Moyſes Deum feciſſe cœlum & terram? ad quid repetit igitur perfecti ſunt cœli & terra, cum omnis ſuperfluitas in ſacro textu vitari debeat? quis magis immemor beneficij accepti quam homo? recte ergo non ſuperfluè pluties inculcatur, tam eximium beneficium quale eſt creatio totius vniuerſi, vt inducamur ad immortales gratias ſemper Deo referendas, accipe Ferum, *Quanquam repetitiones huiuſmodi videantur ſuperuacua, non tamen ſunt, indiget enim noſtra paruitas vt egregia Dei beneficia iterum atque iterum inculcentur, ne ingrati ſcilicet ſimus.* 12

## *Principium & finis rerum Deo tribuantur.*

E *Perfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum,* 13
*compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuum.* Nonne ſatis erat dixiſſe in principio præcedentis capitis Deũ cœlos & terram creaſſe? cur hic ait omnia perfeciſſe, & compleſſe? ſane vt non ſolum rerum initia, noueris Deo deberi, ſed etiam fines, vt nihil ſit in homine, tam de his quæ imperfectiora ſunt, & ad principium attinent, quam de his quæ perfectiora ſunt, & ad finem ſpectant: Philo. lib. quis rerum diuinarum hæres ſubiicio, *Manifeſtius autem princi-* F *pia fineſque Deo tribuuntur in mundi creatione, dicente ſcriptura, in principio fecit, & rurſus perfecit Deus cœlum & terram.*

*Phil. Heb.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. II.*

*Vlg.* Compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat, & requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat.

*Septuag.* Et conſummauit Deus in die ſexto opera ſua quæ fecit, & requieuit in die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis quæ fecit.

*Calda.* Et delectatus eſt Deus in die ſeptimo, opere ſuo quod fecerat, & requieuit in die ſeptimo ab omni opere ſuo quod fecerat.

*Pugnin.* Et perfecit Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat, & requieuit in die ſeptimo ab A omni opere ſuo quod fecerat.

*Caietan.* Et finiuit in die ſeptimo opus ſuum quod fecit.

*Vulg. Antiq.* Quieuit die ſeptimo ab omni opere ſuo quod fecerat.

*Vatab.* Et finem impoſuit diei ſeptimo.

*Doctores Hebræorum*, perfecerat autem ante diem ſeptimum, aut apperente die ſeptima.

*Tertullian.* Et requieuit ſeptima die ab operibus ſuis.

*Greg. Venet.* Ceſſauit Dominus Deus ab omni opere quod creauerat ad faciendum.

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

VVlgatus ait, compleuit Deus die ſeptimo, & ſeptuaginta in die ſexto, & tamen nulla eſt diſcordia inter eos, nam vulgatus intelligit de die ſeptimo excluſiue, nam incluſiue Deus compleuit opus ſuum die ſexto vt habent ſeptuag. cœpit enim die dominico & compleuit feria ſexta ſiue die veneris, ita vt ſequenti, die ſeptimo quieuerit, qui ab hac quiete Dei vocatur ſabbathum.

## EXPOSITIO VERSVS II.

*COmpleuitque Deus die ſeptimo*, Licet die ſexto finierit opus ſuum poſitiua quidem operatione, qua perfectè formauit vniuerſum, tamen die ſeptima finiuit per negationem vlterioris operis, non quod facere poſſet ſed quod fecit: vnde in textu vbi dicitur opus ſuum, ſtatim additur quod fecerat, nunquam enim Deus finit opus quod facit, ita tamen perfectè vt nihil deſit nihilque ſuperflui habeat

*Opus ſuum*, id eſt nouarum ſpecierum creationem, omnes enim quæ ad orbis conditionem pertinebant ſex diebus factæ ſunt, dicitur autem opus C ſuum, quia ex omnibus ſpeciebus vniuerſum completum conſtituitur.

*Et requieuit die ſeptimo*, Scimus quod requieſcere, ex vi nominis quietem vel illius deſiderium præſe ferat, hic tamen ceſſationem ab opere importat.

*Ab omni opere* Non gubernationis, conſeruationis, aut productionis nouorum indiuiduorum, ſed alicuius nouæ ſpeciei.

*Quod fecerat* Nempe ſex dierum ſpatio, non enim vnico inſtanti omnia condidit, ſed ſucceſſiue.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deus non ſolum condidit, ſed etiam nunc omnia conſeruat.*

14 *REquieuit Deus die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat*, Neſcio quomodo hoc verum ſit, cum in Euangelio dicat ipſe, per quem facta ſunt omnia, pater meus vſque nunc operatur, & ego operor: ſi ergo Chriſtus dicit quod nunc operatur, quomodo dicitur quod die ſeptimo requieuit ab omni opere? E Non ignoro poſſe dici tunc Deum requieuiſſe à nouis condendis generibus creaturæ: quia vltra non condidit aliqua genera noua, ſed tamen plura quotidie indiuidua eorumdem generum operatur, nulla ergo contrarietas contingit in hoc quod ait Moyſes Deum requieuiſſe die ſeptimo ab omni opere quod fecerat, & in eo quod ait Chriſtus Dominus, pater meus vſque nunc operatur & ego operor, quia Deus non ſolum condidit vniuerſum, ſed etiam quotidie nunc adminiſtrat & gubernat: ita conciliat D. Augu. lib. 4. de Gen. ad litt. *Proinde & quod Dominus ait, pater meus vſque nunc operatur, continuationem quandam operis eius qua vniuerſam creaturam continet atque adminiſtrat, oſtendit, operatur eorundem generum adminiſtrationem qua nunc inſtituta ſunt*, deinde ſubiungit, *quapropter ſic accipimus Deum requieuiſſe ab omnibus operibus ſuis quæ fecit, vt iam nouam naturam vlterius nullam condiderit, non vtique vt quod condiderat, continere & gubernare ceſſaret, vnde & verum eſt illud quod in ſeptimo die requieuit Deus & illud, quod vſque nunc operatur.*

*Ioan. 5.*

*Aug. l. 4. de Gen. ad lit.*

### *Deus ceſſaret eſſe, ſi ceſſaret benefacere.*

*Requieuit die ſeptimo ab omni opere quod fecerat*, 15
Itane fatigatis in operando! quid? nonne nos allicis vt ſemper operemur, nec vnquam deficiamus? ſi nobis eorum quæ facienda ſunt præbes exemplum, aliud certe factis, aliud vero dictis oſtendis? ſed elegantiſſima eſt Clem. Alex. lib. 6. ſtromatum reſponſio, *Non ergo ſicut exiſtimant quidam Dei quietem, ceſſauit Deus facere, nam cum ſit bonus, ſi ceſſaret vnquam benefacere, Deus quoque eſſe ceſſaret: quieuiſſe igitur eſt feciſſe, vt vnaquaque creatura ceſſaret à veteri confuſione.* Expende illa verba ſi ceſſaret vnquam benefacere Deus quoque eſſe ceſſaret, quaſi diceret, adeo proprium eſt Deo benefacere vt ſi deſiſteret à benefaciendo videretur deſinere eſſe Deus.

*Cle. Alex. lib. 6. ſtro.*

### F *Deus nunquam ceſſat operari.*

*Requieuit Deus die ſeptimo ab vniuerſo opere*, Quomodo poteſt fieri Deum ceſſaſſe ab vniuerſo opere, 16
cum quotidie plures ex nihilo creet animas rationales? non igitur Moyſes aſſerat Deum ceſſaſſe ab omni

omui opere: nota Moyſem addere quod ſecerat non A autem quod ſacturus erat, dico ergo hanc ceſſationem ab vniuerſo opere non impedite quin Deus ſemper operetur ſaltem quoad productionem noui

CardCaie. indiuidui: ſic Caietanus, *Nec dicitur quod requieuit ab omni opere ſuo abſolute, ſed adiungitur quod ſecit ne errares in intelligendo, quod Deus ceſſando ab vniuerſo ceſſauerit ab operando, ad hunc enim erroneum ſenſum excludendum adiungitur quod fecit, ceſſauit ſiquidem, Deus ab efficiendo nouas creaturas, non autem ceſſauit ab operando tum actione conſeruatiua tum actione gubernatiua, iuxta verbum Domini in Euangelio: pater meus vſque modo operatur.*

*Dei requies non laboris defatigatio, ſed operum finis.*

17 *Requieuit Deus die ſeptimo ab vniuerſo opere*, Deum credemus aliter affici eum vacat, aliter quàm operatur, ſi quidem poſt opus requieuiſſe dicitur, qui autem requieſcit, ſe defatigatum eſſe oſtendit; nota Moyſem dixiſſe requieuiſſe ab omni opere Deũ, non autem ex opere. requies ergo Dei non eſt laboris defatigatio ſed ſolum operis incœpti finis. teſtis

Gau. tract. 1. de lect. eſt D. Gaudentius tractatu 1. de lectione Exodi, C *Non omnipotentem & imperio ſermonis cuncta facientem laboraſſe exiſtimes, cum requieuiſſe & ceſſaſſe deſcribitur, nam requies Dei non laboris remedium, ſed cœptorum finis eſt operum, ſi quidem poſtquam perfecit mundum, opus ſuum regere non deſiſtit.*

*Deus requieſcit habens cui peccata condonet.*

18 *Requieuit Deus ab vniuerſo opere quod patrarat*, Cur quæſo homine formato dicitur quod Deus requieuit? Cur cum cælum opus tam inſigne & admirabile creauit, non dicitur requieuiſſe? Nota quod ea creaturis inferioribus ſoli homini poteſt parcere & peccatis condonare: hac igitur de cauſa homine formato dicitur requieuiſſe, & non aliis creaturis D productis, quia Deus in peccatorum remiſſione requieſcit: ita D Ambroſ. lib. 6. hex. cap. 1.

Ambr. li. 6 hexam. *Gratias ago Domino Deo noſtro, qui huiuſmodi opus fecit in quo requieſceret, fecit cælum non lego quod requieuerit, fecit terram, non lego quod requieuerit, fecit ſolem, lunam, ſtellas, non lego quod requieuerit ſed lego quod fecerit hominem & tunc requieuit habens cui peccata dimitteret.*

*Deus poſt peccatum condonatum emmediate requieſcit.*

19 *Requieuit die ſeptimo ab omni opere quod fecerat.* E

Aug. l. 4 de Gen. ad lit. cap. 11. Et D. Auguſt. lib. 4 de Geneſ. ad litt. cap. 11. hunc diem ſabbathi quo Deus requieuit ab omni opere, tenet fuiſſe figuram diuinæ ſepulturæ quando requieuit ab opere redemptionis: ait enim, *Diem quo erat Chriſtus in ſepulchro requieturus, volens etiam hoc modo pronuntiare, quia ſic ſabbatho requieuit in ſepulchro, cumque totum diem habuit ſanctæ cuiuſdam requietionis*, Mihi videtur quod dies ſabbathi nuncupari non debebat requies ſed potius dies dominicus, cum à mortuis reſurrexit; qua de cauſa igitur non tribuitur potius diei dominicæ requies, quam ſab- F batho, cum in illo glorioſus ſurrexerat, & non in iſto. Nota die veneris condonata fuiſſe hominum peccata per effuſionem ſanguinis Dominici recte ergo dictum eſt requieuiſſe die ſeptimo & non in octauo, quia poſt peccatum condonatum immediate requieſcit, nec requiem ſuam poteſt differre cum antea propter illud, inquietus fuiſſe videatur.

A *Deus poſt peccatum commiſſum non requieſcit.*

*Requieuit Deus die ſeptimo*, Deinde poſtea peccatum primorum parentum annuntiatur, tulit de 20 fructu quem comedit deditque viro ſuo qui comedit? Nonne ſexto die hoc peccatum eſt commiſſum? Quomodo ergo non prius annuntiatur quam requies in ſeptimo die contingeret? Dico ideo Moyſem requiem Dei prius appoſuiſſe quam peccatum hominis, vt nobis declararet poſt peccatum Deum requiem non habere, teſte D. Bonauent. libr. 1. Bon. lib. 1. Pharet. cap. 2 dicente, *Feſtinat abſoluere tormenta* Phare. 22. *compaſſionis ſuæ, quaſi plus eum cruciet compaſſio miſeri* Geneſ. 8. B *(nempe peccatoris) quam ipſum miſerum paſſio ſui.*

*Deus requieſcit cum gloriam largitur.*

*Requieuit Deus die ſeptimo ab vniuerſo opere*, Cur 21. hoc die requieſcit? Cum nec in creatione cæli, nec in aliarum rerum formatione creaturarum diebus requieuiſſe legimus? Tenet Rupertus hoc die Angelos remuneratos, ideo ergo optime dictum eſt hoc die requieuiſſe, quia requieſcit cum gloriam largitur: ita idem Abbas cap. 15. lib. 2. in Geneſ. *In* Rup. Abb. l. 2. in Gen. cap. 15. *illo die ſuo ſanctus operarius requieſcit functos iam dudum Angelos participes habens ſuæ requietionis, illi namque in die formati, illo in die remunerati, & in ſuo quiſque ordine glorificati.*

*In Chriſto Domino requieſcimus.*

*Requieuit Deus die ſeptimo*, Per illum diem ſepti- 22 mum vel ſabbathum Chriſtum Dominum intellige: ſic Petrus Damian lib. 2. Epiſt. 5. quid inquit per ſabbathum debemus intelligere niſi Chriſtum? ſed Pet. D. lib. 2. Epiſ. 5. cur Chriſtus Dominus per ſabbathum repræſentatur? Reſpondet idem doctor, *Quia in ipſo ſabbatho requieſcemus cum in illo ſolo ſpem ponimus, cum hunc toto cordis amore diligimus, ne rerum temporalium concupiſcentiam poſtponentes à ſeruilium operum labore ceſſamus.*

*Chriſtus ſine principio & ſine fine.*

*Compleuit Deus die ſeptimo opus ſuum quod patrarat*, Miror quod vnicuique diei ſcriptura mane 23 præfigat & veſpere, cum ad hunc diem ſeptimum vel ſabbathum peruenit, neutrum horum nominat, & dum nec mane eius nec veſperam dixit, quodam- E modo nec finem nec initium habere monſtrauit, per hoc ſabbathum diximus ea mente Damiani Chriſtum ſignificari, bene igitur aliæ creaturæ finem habent, ipſe vero Chriſtus fine & principio carebit, ſic eleganter Rupert. *Quomodo veſpere &* Abb. Rup. *mane haberet? Dies enim iſte natus non factus, genitus, non creatus eſt, ſed de hoc die nihil aliud nouit fides niſi quia eſt.*

*Chriſtus requieſcit ſciens ſe hominem redempturum.*

F *Requieuit Deus ab omni opere*, Conſummato die 24 ſeptimo, & mundani operis ſumma, perfectoque homine, in quo eſt principatus animantium vniuerſorum & ſumma quidem vniuerſitatis, ait Moyſes *Requieuiſſe Deum die ſeptimo ab omni opere quod patrarat*. Vel vt habent Septuag quod fecerat: cur homine formato requieuiſſe dicitur Deus, non autem cælo aliiſque creaturis? Nonne Deus præuidit ſe-

aliquando pro homine moriturum? Præclare igitur tunc homine formato dicitur requieuiſſe, quia requies illius eſt pro homine mori: ita D. Amb. libr. 6. hexa. cap. 1. *Fecit cælum, non lego quod requieuerit, ſed lego quod fecerit hominem, & tunc requieuit, forte tunc iam dominicæ futuræ paſſionis praceſſit myſterium, quo reuelatum eſt, quia requieſcit Chriſtus in homine qui requiem ſibi prædeſtinabat in corpore pro hominis redemptione.*

*Amb. li. 6. hex. cap. 1.*

### *Chriſtus in paßione ſua intenſiſſimum amorem erga homines declarat.*

25 *Requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat*, Nonne verbo tantum laborabat? dixit enim Deus & facta ſunt omnia, quomodo etiam breuiſſima inſtantia in quibus omnia ſormabãtur, ſeptem dies appellauit ſcriptura? in inſtanti enim io quo Dominus imperabat, fiebat vnumquodque eorum quæ facta ſunt; nonne tunc Deus amore laborabat? laborabat certe & perquam maximè, aliter enim non diceret in charitate perpetua dilexi te, Ierem. 31. nonne omnia propter hominem operabatur? maximè quidem, aliter enim non adduceret omnia ad hominem vt illis nomen imponeret, omnibuſque dominaretur; cur igitur hominum amor qui in Dei pectore exiſtebat, laborem non leuat? cur non epilogat inſtantia? cur non abreuiat tempora? cur ſex dies non reducit ad horam? ſi tunc Deus omnia per amorem operatur, quomodo operando laborat indigetque quiete! Si propter hominem laborat, quomodo tempus quod in opere conſumit non breuiſſimam horam ſed longum ſeptenum reputat! Accedamus nunc quæſo ad tempus paſſionis ſuæ; nonne, ait Ioan. c. 13. ſciens Ieſus quia venit hora eius, horam breuiſſimam reputat tempus paſſionis ſuæ; cur in quo tot acerba paſſus eſt, tot tormentis excruciatus eſt? (tempus autem in quo patimur licet ſit breue, longiſſimum tamen videtur) quomodo ergo tempus creationis tam diuturnũ tempus! paſſionis tam breue! ita vt horã nominet & in eo quaſi in feſtiuali baptiſmo iucundetur dicens, Luc 12. *Baptiſmo habeo baptiſari!* Nonne in creatione & redemptione vnus idemque amor, vnus idemque in diligendo affectus! cur igitur tunc deſeſſus, nunc hilaris & iucundus, tunc inſtantia ad ſeptena, nunc omne tempus reducit ad horam! reſponſio eſt, licet in creatione amor eum impellebat, tamen amor paſſionis longe fuit intenſior, & idem tempus paſſionis ſuæ præ nimio amore hora breuiſſima ſibi viſa eſt, in hunc ſenſum accipiendus eſt Rup. in expoſ. cap. 13. Ioann. conferens vtrumq; amorem, ſic dicit, loquens de illo à quo impulſus creationis opus aggreſſus eſt, *Non erat conſummata iſta dilectio*, Quaſi diceret, in principio creationis amor incipiebat operari, nunc autem operandi exercitio inflammatus intenſius operatur.

*Iere. 31.* *Ioan. 13.* *Luc. 12.* *Rup. in expoſ. cap. 13.*

### *Chriſti Domini ſepultura ab initio figuratur.*

26 *Requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat*, Quid ſignificat Deum die ſeptimo requieuiſſe poſt opus completum? ad quid requies in die & in die ſeptimo? nota Chriſtum Dominũ die ſeptimo ſepultum, ſicque poſſe dici requieuiſſe, ſepultura enim eſt quies; voluit igitur Deus potius requieſcere in die ſeptimo quam ſexto, vt ſepultura Chriſti Domini præfiguraretur, ſic D. Auguſt. lib. 4. de Gen. ad litt. c. 10. *Cuius quietis & ipſe Dominus Chriſtus qui non niſi quando voluit paſſus eſt, etiam ſepultura ſua myſterium confirmauit, ipſo quippe die ſabbathi requieuit in ſepulchro, eumque totum diem habuit ſancta cuiuſdam vacationis, poſtquam ſexto die id eſt paraſcene quem dicunt ſextum ſabbathi conſummauit opera ſua, nam hoc verbo vſus eſt, quando ait conſummatum eſt, & inclinato capite tradidit ſpiritum, quid ergo? ſi Deus diem iſtam qua erat Chriſtus in ſepulchro quieturus, volens etiam hoc modo prænuntiare dixit, die ſeptimo requieuit.*

*Aug. l. 4. de Gen. ad lit. cap. 10.*

### *Chriſtus Dominus omnium requies requieſcit tamen in beatiſſimo Ioſeph.*

27 *Requieuit Deus die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat.* Magna huius diei prærogatiua, ſingulare priuilegium, quod Deus in eo requieuerit, quod Dei benedictione & ſanctificatione dignus: ſed aliudne reperitur, in quo melius quam in die ſabbathi Deus requieſcat? Sane Ioſephum ſanctiſſimum ſanctiſſimæ virginis coniugem dicimus, in quo Chriſtus Dominus qui eſt omnium requies ſpecialiter requieuit Proſero Iſidorum Iſolanum 3. par. cap. 1. *Benedixit autem Deus diei ſeptimo, quia requieuit in eo ab omni opere quod patrarat. O quoties Ieſu maxime, in gremio Ioſeph quieuiſti! eius collum tuis teneris brachiis, illius hærens pectori & humeris. Quieuit ergo Deus in Ioſeph corporaliter, quieuit ſpiritualiter per donum gratiæ gratum facientis, quieuit fiduciâ deſponſans ei matrem: quieuit curâ vocans illum patrem: quieuit lætitiâ ſudoribus eius viuens. Vere Ioſeph magnus eſt ille dies ſabbathi, in quo quieuit Deus glorioſus ab omni opere quod patrarat.* Fœlix Ioſeph in cuius ſinu Chriſtus requieuit, qui omnium eſt quies, omnium pax.

*Iſid. Iſola.*

### *Spiritus ſanctus non ceſſat perficere & meliorare animas.*

28 *Requieuit Deus die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat*, Cum opera ſua perfeciſſet & conſummaſſet, ſed attendamus quid dicat Paulus 2. ad Corint. 5. *Si qua in Chriſto ergo noua creatura, vetera tranſierunt*, ecce tibi dicitur Deus quieuiſſe ab omni opere creationis, hic adhuc oſtenditur noua alia creatura; ſi noua adhuc creatura datur, quomodo creator quieuiſſe dicitur! aut ſi creator quieuit, quis eſt qui adhuc nouas creaturas ducit in medium! In Deo eſt & pater creans & ſpiritus ſanctus perficiens, & mundans animas, eas multis virtutibus replens: qui ergo creator eſt pater, is ceſſat & quieſcit ab opere, at qui perficit & meliorat animas ſpiritus ſanctus, is ceſſare ab opere neſcit, nec quieſcere. Hinc Rupert. lib. 1. de operibus ſpiritus ſancti cap 2. ait: *Et ſi ceſſauit pater, cuius erat proprium condere rerum naturam, non ceſſauit ſpiritus ſanctus, cuius eſt opus proprium meliorare naturam.* Itaque ſpiritus ſanctus cuius proprium eſt opus perficere, & meliorare naturam, vt ablatis peccatorum maculis effulgeat purior & perfectior is non ceſſat ab opere non quieſcit, ſed continue ſatagit, vt homo melioretur.

*2. Cor. 5.* *Rupert.*

### *Virgo Maria præ omnibus creaturis eſt Dei requies.*

*Requieuit Deus die ſeptimo*, ſcimus Deum nec cum creauit defeſſum fuiſſe, nec cum ceſſauit refectum; quid eſt ergo Deum requieuiſſe? plures rationes aſſignauimus ſed audiamus quid dicit ſapientia increata, in omnibus requiem quæſiui Eccl. 24. an inueniſti in omnibus; non legimus; ait autem Maria, requieuit in tabernaculo meo, ſapienter igitur dictum eſt requieuiſſe non in aliis præcipue creaturis ſicut 29

*Eccleſ. 24.*

Ber. ſer. de B. Maria.

ſicut in homine, ſed in beatiſſima Virgine: ſic D. Bernard. ſerm. de Beat. Maria, *Altiſsimus ſibi Mariam, quaſi mundum ſpecialiſſimum condidit, hac eſt vnica illa ſalutaris fœmina, in qua ſola quæſitam in omnibus requiem inuenit.*

### *Homo opus Dei eſt, per excellentiam.*

30 *Compleuit Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat, & requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat.* Dubium eſt cur non dixit Moyſes quod compleuit Dominus vniuerſum, vel omne opus ſuum quod fecerat, ſicut die ſubſequenti, & requieuit ab omni opere ſuo quod pattarat? cur vno in loco apponit omne, in alio autem omiſſum eſt? nonne ſeptimo die excluſiue, id eſt ſexto die incluſiue hominem cō- plete formauit? euidens igitur eſt recte ſolum dixiſſe opus ſuum compleuiſſe, quia verum opus Dei eſt ipſe homo: ita Rup. lib. 2. in Gen. cap. 14. *Non omne opus Dei quod fecerat ipſe quod fœlici & glorioſo die cōpletur, ſed ſolum rationalis creaturæ opus, gloria eius impletur: bene ergo non dicitur, compleuit Deus die ſeptimo omne opus ſuum, ſed ſolum opus, ſicut creaturam rationalem, creaturam ſuam quam fecerat.*

Rup. l. 2. in Gen. ca. 14.

### *In homine Deus requieſcit.*

31 *Requieuit die ſeptimo ab omni opere quod patrarat.* Quomodo nunc requieſcit cum poſt piſces productos, poſt aues, & alia animantia formata non legimus requieuiſſe? ideo poſt hominem formatum legimus Deum requieuiſſe, quia Dei requies eſt homo: ita Petr. Dam. li. 2. ep. 5. *Fecit Deus cælum & terram, & requieuiſſe non dicitur, fecit & germinantia terræ, & luminaria cæli, & requieuiſſe non dicitur, fecit omnia quæ paſcuntur in terris, vel quæ mouētur in aquis, & in his omnibus nuſquā legitur requieuiſſe, ſed plaſmato ad ſuam imaginē homine ſabathum quietis protinus illuxit, & ſic vniuerſitatis cōditor requieuit, & cum ipſe per Prophet. dicat, cælum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum, quod in illorum conditione non dicitur, in ſola hominis conditione quieuiſſe perhibetur.*

Pet. Dam. l. 2. Ep. 5.

Iſai. 66.

### *Deus hominem ita diligit, vt cùm requieſcit homo, in eo requieſcere dicatur.*

32. *Requieuiſſe die ſeptimo ab vniuerſo opere,* Requies laborem præſupponit, nunquid enim credi aut cogitari fas eſt Deum laboraſſe in operādo, cum ea quæ ſupra ſcripta ſunt condidit? quando dicebat fiant, & fiebant, nam nec homo etiam laborat, ſi aliquid faciendum mox vt dixerit, fiat: non ergo bene dicitur quod requieuerit? an forte quis aſſerat dicendo quidem vt fierent quæ continuo facta ſunt, Deum non laboraſſe, ſed forte cogitando quid fieri debuiſſet? quia velut cura liberatus in rerum perfectione requieuerit, & eo merito diem quo primo factus eſt ab hac animi intentione ſecurus, benedicere & ſanctificare voluerit, ſed hoc dicere deſipere eſt; quomodo ergo exponemus quod requieuerit? Nonne ſi Deus in nobis aliquid operetur, dicimur & operari? exemplo res fiet manifeſta, ab Apoſtolo dictum eſt ad Epheſ. 4. *Nolito contriſtare Spiritum ſanctum Dei in quo ſignati eſtis, in die redemptionis:* Neque enim ipſa Spiritus ſancti, quia eſt quidquid ipſe eſt ſubſtantia contriſtari poteſt, cùm habeat æternam, atque incommutabilem beatitudinem, magiſque ſit ipſa æterna, & incommutabilis beatitudo: ſed quia ita in ſanctis habitat vt eos impleat charitate, qua neceſſe eſt vt homines ex tempore gaudeant profectu fide-

Epheſ. 4.

A lium, & bonis operibus, & ideo neceſſe eſt etiam vt contriſtentur lapſu vel peccatis eorum, de quorum fide ac pietate gaudebant, quæ triſtitia laudabilis eſt quia venit ex dilectione quam Spiritus ſanctus infundit; hoc notato merito ſubiicitur, dictum fuiſſe Deum requieſcere, producto homine præcipue, quia eum ita produxit, vt plenus eſſet requie: ita D. Aug lib. de Gen. ad lit. c. 8. *Quid reſtat vt intelligamus niſi forte creatura rationali, in qua & hominem creauit in ſeipſo requiem præbuiſſe, poſt eius perfectionem per donum ſpiritus ſancti, per quem diffunditur charitas in cor-* B *dibus noſtris, vt illuc feramur appetitu deſiderij, quo cum peruenerimus, requieſcamus, id eſt, nihil amplius requiramus; ſicut enim recte dicitur Deus facere quidquid in ipſo nobis operante fecerimus, ita Deus dicitur recte requieſcere, cum eius munere requieſcimus.*

Aug. lib. de Gen. ad lit. cap. 8.

### Gloria datur ſolis perfectis.

Requieuit *Deus die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patraras.* Cur ſolum perfectis cælo, & terra requieuit? nonne primo die potuit requieſcere, & ſic in aliis? nota requiem gloriam deſignare: conſpicis igi- 33
C tur optime perfectis omnibus, Deum ſolum requieuiſſe, quia etiam ſolis perfectis requies & gloria eſt reſeruata: ita D. Aug. lib. 4 de Gen. ad lit. cap. 15. *Significans non percipere quietem ſuam niſi à perfectis, cùm ad eam intimandam non deputauit diem niſi qui perfectionem rerum omnium ſequebatur.*

Aug. l. 4. de Gen. ad lit. cap. 15.

### *Gloria ipſius Dei nec principium, nec finem habet.*

*Requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat.* Certum eſt Deum requieuiſſe non in nobis, ſed 34
D potius in ſeipſo. quia cum ex nobis non ſit beatus, ſed ex ſeipſo, ideo nō in nobis, ſed in ſeipſo requieſcit. Dubium eſſe poteſt cur hic dies requiei ſignificantis gloriam Dei, non dicitur habere mane nec veſpere ſicut alij ſex dies? dicitur enim de primo, factúmque eſt veſpere & mane dies vnus: item de ſecundo: merito quidem non fuit appoſitum mane nec veſpere requiei diuinæ, quia beatitudo illius nec initium nec finem agnoſcit: ita D. Aug lib. 4. de Gen. ad lit. c. 17. *Apud illum quidem quietis eius nec mane nec veſpere eſt, quia nec aperitur initio nec clauditur fine*

Aug. lib. 4. de Gen, ad lit. cap. 17.

### *Poſt bona opera gloria.*

E *Requieuit Deus die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat.* An Deus ſimilis eſt ignauo opifici, qui de- 35
feſſus feriis, opus habet requie? minime, cur ergo Deus dicitur requieuiſſe ſi non ſit defatigatus? non dicitur requieuiſſe quia defatigatus, ſed quia nos die ſeptimo nempe ſabatiſmo gloriæ, poſt operum noſtrorum laborem requieſcemus in æterna felicitate: ita Origen. lib. 6. contra Celſum, *Neſcit quiſnam ſit ille poſt ſex dies à mundo condito futurus dies ſabbathi, in quo cuncti qui ſex illis diebus opera ſua perfecerunt, nihilque eorum prætermiſerunt, quæ pertinent* F *ad ſuum officium, cum Deo feriabuntur aſcendentes ad ſpecula & iuſtorum & beatorum celebritatem; quaſi diceret, qui bene operabuntur.*

Orig. lib. 6. contra Celſum.

### *In feſtis opus bonum poteſt fieri.*

*Compleuit Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat.* Scimus Iudæos ita hunc diem obſeruare, vt ſacrilegium exiſtiment aliquod opus in eo miſericordiæ exercere, quia Deus in die ſeptimo requieuit, non- 36
nein

ne in die ſeptimo compleuit opus ſuum? Nonne benedixit & eum ſanctificauit? in hoc ſanè Deus ſignificauit quod in ſabbatho apud eos vel in diebus feſtis apud nos opera ſpiritualia debent fieri, contra Iudæos in qq. in Gen. hoc oſtendit D. Hieron. dicens, *Arctabimus Iudaos qui de otie ſabbathi gloriantur, quia iam tunc in principio ſabbathum diſſolutum ſit, dum Deus operatur in ſabbato compiens opera ſua in eo, & benedicens ipſi diei, quia in ipſo vniuerſa compleuerit: licet ergo in ipſis diebus feſtis opera miſericordia exercere ſi Deus in eo benedixeris & ſanctificauerit.*

*Hier. in qq. in Gen.*

### *Maxima Dei bonitas in feſtorum celebratione elucet.*

37 *Requieuit ab vniuerſo opere quod patrarat*: Obſeruatum babemus diem requiei ſignificare feſtorum celebrationem; ſed qua de cauſa nos in diebus feſtis requieſcere voluit? Nonne ſine intermiſſione operandum eſt? Infinita Dei bonitas in hoc adeo eluceſcit, vt noſtram admirationem habere debeat, qua perhumaniter conſultum eſſe voluit calamitoſo generi opificum, fabrorum, atque adeo ſeruorum, qui totos in hebdomada dies, imo & totam vitam in laboribus ærumniſque conſumunt.

### *Deus maxime concordiam approbat.*

38 *Compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat*, Nonne plura operatus fuerat? Cæli & terræ formationem, primorum parentum, luminariumque productionem, cur ergo opera eius diminuens opus vocat Moyſes, Idcirco vnum opus omnia Dei opera vocauit, quia nimirum vnum tantummodo opus quod quaſi ex pluribus propter eorum concordiam & vnitatem à Deo intentam confletur, ei maxime placeat: quod notat Abulenſ. in cap 18. Ioſue, *Vt ſic ſciremus*, inquit, *Deum eſſe concordia, & pacis amantiſſimum.*

*Abul. in c. 18. Ioſue.*

### *Coniuges debent eſſe concordes, cum creatio vtriuſque vna eſſe videatur.*

*Requieuit Deus ab vniuerſo opere quod patrarat*,
39 Quomodo poſtquam hoc dixit de Deo Moyſes, ſubiungit mulieris formationem, de qua in præſenti capite nihil tractauerat, cùm tamen hominis creationem memoraſſet: non ergo debuit dicere quod ceſſauit ab omni opere cum deinde mulierem formaſſet Reſpondet D. Eucher in 2. Gen. *Non creauit eam in materia, ſed expreſſit in forma, prius enim originaliter in viri latere facta eſt* Ex qua ratione deduces in creatione hominis quaſi illius formationem expreſſam, vt maior eorum concordia inſinuetur cum vtriuſque formatio vna & eadem eſſe videatur.

*Eucher. in c. 2. Gen.*

### *Vbi cibus, ibi finis mundi,*

40 *Compleuit Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat*, Cur amplius mundum non exornauit diuerſis perfectionibus? Quare tam cito ceſſauit ab opere? Videamus quid die ſexta dixerit homini, ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, vt ſint vobis in eſcam, quo ſuppoſito; dico ideo Deum requieſcere ab omni opere, quia tunc animal primum condidit manducaturum, ita D. Ambroſ. de Elia & ieiun. cap. 4. *Sexto die animantia ſunt creata, & cum beſtiis orta edendi poteſtas eſt, & vſus eſcarum, vbi cibus cœpit, ibi factus eſt finis mundi: ibi cœpit ſua incrementa neſcire, ibi cœperunt diuina circa eum opera feriari, quo indicio declaratum eſt quod per cibos haberet minui, per quos deſiit augeri.*

*Ambroſ. de Elia & ieiun. ca. 4.*

### *Benedictio opus Dei.*

*Compleuit Deus die ſeptimo opus ſuum quod patrarat*, 14
Si Deus nihil nouum creauit in hac die, quomodo dicitur opus ſuum compleuiſſe Nam complementum eſt aliquid quod additur de nouo; nonne benedixit Sic teſtatur Moyſes, & benedixit die ſeptimo & ſanctificauit illum: recte ergo dictum fuit opus ſuum conſummaſſe hac die quamuis nihil creauerit, quia benedictio eſt opus Dei: ita hic D. Auguſt. *Quomodo Deus ſeptima die opus ſuum compleuiſſe dicitur, in qua nihil nouum creaſſe legitur. Dicitur compleuiſſe die ſeptima opus ſuum, quia ipſum benedixit & ſanctificauit opus enim eſt benedictio & ſanctificatio.*

*Auguſt. in Gen.*

### *Virtutibus omnibus habitis requie ſempiterna donamur.*

*Requieuit Deus die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat*, Si requies illius diei in Deo, noſtram in alio deſignat ſæculo poſſidendam quid nobis innuitur quod tranſactis ſex diebus in quibus operatus eſt & laborauit requiem capeſcat? Aduerte ſex diebus virtutes accommodari, illis enim hæ deſignantur; quod ſic obſeruat Ailredus citat. in Alleg Tilm. cuius hæc ſunt verba. *Sit nobis fides quaſi primus dies quo fideles ab infidelibus, quaſi lux à tenebris ſeparamur, ſit ſpes ſecundus per quam in cœleſtibus habitantes, & pro fidei meritis ſola ſpirantes cœleſtia ab iis qui terram ſapientes, & à Deo ſola terrena flagitantes ſub cœli firmamento aquarum inſtar dilabuntur & fluitant, Deo promouente diſcernimur: temperantia nobis quaſi dies tertius illuceſcat, in quo nobis carnales concupiſcentias quaſi aquas amariſſimas, neceſſariis terminis coercentibus, appareat terra cordis noſtri arida & inaquoſa ſitiens Dominum Deum ſuum: iam vere prudentia quaſi diei quarti lucem erumpat, in quo ſol ſapientia, luna ſcientia, ſed & exempla ſanctorum, tanquam ſtella nobis appareant: ſit nobis fortitudo quaſi dies quintus, per quam huius maris magni & ſpacioſi toleremus procellas, ac piſces ſpirituales effecti vitam noſtram inter vndas ſeruemus, ac mentis noſtra deſideria quaſi volatilia pennata ad cœleſtia erigentes, multiplices bonorum operum fructus Deo benedicente reddamus, porro diem ſextum nobis iuſtitia dictet per quam diuinam ſimilitudinem reinduti atrociſſimis beſtiis vitiorum terreniſque deſideriis, quaſi reptilibus corporiſque motibus, quaſi iumentis generoſa auctoritate imperemus, agentes, vt corpus menti, mens Deo ſubdatur: ſicque dictante iuſtitia cuique quod ſuum eſt tribuatur.* Quo poſito, cur ſex diebus tranſactis & non antea Deus tandem ſeptimo requieuit? Vt nobis ſignificaretur, quod niſi virtutibus comparatis in quibus acquirendis non parum laboramus, non poſſe requiem æternam & beatam poſſidere. *Tunc enim,* (inquit citatus auctor) *requies æterna in qua labori noſtro terminus ac finis indicitur.*

*Ailr. cit. in alleg. Tilm.*

42

### *Plurimum laborandum, & parum requieſcendum.*

*Requieuit Deus die ſeptimo.* Cur non ait Moyſes Deum in quolibet creationis operum ſuorum die requieuiſſe, ſed ſolum in ſeptimo? nonne ſex dierum ſpatio maxima perfecit opera in ſingulis igitur requieſcat? nequaquam, ſed ſolum in ſeptimo, maxime cùm laborandum, & parum requieſcendum, ſauet Hier. ab Oleaſt. *Hic aduertas non eſſe quieſcendum* 43

*Hie. ab Oleaſt.*

2. Theſſ. 3. *dum niſi ſatis prius laboraueris, quemadmodum & creator tuus, ſimiliter pluribus diebus laborandum paucis quieſcendum, operatus eſt enim rerum omnium artifex ſex diebus, & vno ſolo quieuit, quo exemplo eos arguit qui parum aut nihil laborantes quaſi toto tempore vitæ ſuæ otiari volunt, priores Apoſtolus arguit præcipiens non laborantem nec manducare.*

### *Cupiditas auarorum inſatiabilis comprimitur.*

44 *Requieuit Deus die ſeptimo ab omni opere ſuo quod fecerat*, Cur ita cito requieſcis ſolum poſt ſex dierum B laborem? pluribus labora quam ſex, alias conde creaturas, aliæ enim infinitæ tibi ſunt poſſibiles, & quo plures condideris plures tibi erunt acquiſitæ, vt ad libitum eis vtaris: longè quidem plures creare potuit, ſed noluit, vt cupiditas auarorum qui quo
Hier. ab Oleaſt. plus poſſident, plus habere deſiderant, comprimeretur: obſeruatio eſt Oleaſt. *Arguit locus iſte, inquit, auaros qui etiamſi ſuppetunt neceſſaria, non quieſcunt,*
Eccleſ. 5. *quos etiam Salomon*, Eccleſ. 5. *vituperat dicens, dulcis ſomnus operantis, ſiue parum, ſiue multum comedas, ſaturitas autem diuitis non ſinit eum dormire.*

C

### *Sacra ſcriptura ſe noſtræ imbecillitati attemperat.*

45 *Requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat*, An Deus labore fatigatur? minime, cur ergo eum requieſcere refert ſacer textus? verum quidem eſt Deum non requieſcere, ſed vt noſtræ imbecillitati ſe accommodet, cum ſe quieti dediſſe quietemque accepiſſe aſſerit? ſic D. Chryſoſt in Geneſ. *Vide*
Chryſo. in Geneſ. *quomodo humano more, & quadam attemperatione ad noſtram imbecillitatem diuina ſcriptura loquitur, alioqui niſi hac ratione vſa fuiſſet, nec poſſibile erat vt aliquid*

A *dictorũ eius intelligeremus, & requieuit inquit Deus die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis quæ fecit, quaſi diceret ceſſauit à formandis producendiſque ex nihilo rebus.*

### *Deus ſuis pacem prouidet & tranquillitatem.*

*Et requieuit die ſeptimo*, Sexto die condidit hominem, & immediatè ſeptimo die requieuit, cur ſtatim poſt hominem creatum non niſi quies apparet? cur non magis apparent Dei opera? cur non magis ſeſe Deus oſtendit homini operibus incumbentem, cælos fabricantem, terras ornantem, animalia producentem: ſanè non prouidebat Deus homini ſuo negotia mundi alia ſed requiem & tranquillitatem, & ideo recens creato homini requieſcens apparet: pulchrè D. Anſelm. in cap. 4. epiſt. ad Rom. ait; *Cur* Anſel. in c. 4. epiſt. ad Rom. *enim diceret poſt illam diem, in qua homo creatus eſt ſequente die requieuit, & ab opere ceſſauit, niſi per hoc vellet innuere, quoniam illum poſt cuius creationem requieuit, ad requiem fecit?* Hæc propria hominis dos eſt, hæc propria illius hæreditas à factore ſuo promiſſa, nimirum pax & tranquillitas. 46

### *Ab hypocritis longe eſt Deus*

*Requieuit Deus die ſeptimo ab omni opere quod patrarat*, Diximus quod in homine requieſcit, non autem in beſtiis, & minus in pectore beſtiali: quinam ſunt qui corpus beſtiale habent in quibus non requieſcit Deus, imo à quibus longè eſt? ſunt ſine dubio peccatores, ſed præcipuè hypocritæ: audi D. Ambroſ. lib. 6. Hex. c. 8. reſpondentem: *Sunt animi beſtiales, ſunt feræ formâ hominum indutæ, de quibus dicit* Dominus: *attendite vobis à falſis Prophetis qui veniunt ad vos in veſtitis ouium, intus autem ſunt lupi rapaces; in his ergo non requieuit Deus.* 47
Amb. li. 6. hexa. c. 8.
Matth. 7.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. III.*

*Vlg.* Et benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum quia ceſſauerat ab omni opere ſuo quod creauit Deus.

*Septuag.* Benedixit diem ſeptimum, & ſanctificauit eum, quia in ipſo requieuit ab omnibus operibus ſuis, quæ inchoauit Deus facere.

*Pagn.* Quia in illo requieuerat ab omni opere ſuo, quod creauerat Deus, & fecerat: Sic *Arias Mont.*

*Caiet.* Requieuit ab omni opere ſuo quod creauit Elohim ad faciendum.

*Antiq. Vulgat.* Sanctificauit illum, quia in illo quieuerat.

*Tertul.* Sanctificauit Deus diem ſeptimum requieſcendo in eo ab operibus ſuis quæ fecit.

*Chryſoſt.* Benedixit Deus diem ſeptimum quia in illo requieuerat ab omnibus operibus ſuis, quæ cœperat Deus facere.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

Ioſue 1. V*Erbum hebraicum ſabbath* שבת, ſignificat ceſſare, vt conſtat ex Ioſue 1. ibi enim dicitur *vaiisbot*, id eſt ceſſauit, vbi non bene quadrat quieſcere licet ſit idem, bene igitur noſter vulgatus ait, quia ceſſauerat ab omni opere, vbi alij habent quia requieuit.

## EXPOSITIO VERSVS III.

B*Enedixit Deus diei ſeptimo*, Cum hæc benedictio poſſit ad duo referri, nempe vel ad diem ſeptimum, vel ad res exiſtentes in eo, ſi ad res, erit ſenſus quod Deus eis benedixit, id eſt, multiplicauit, non creando vel producendo, quia ceſſauerat in die ſexto ab huiuſmodi operibus, ſed eas perficiendo, & conſeruando in generationibus, & actionibus ſuis, per quas res multiplicantur: ſi autem ad diem, eſt ſenſus, benedixit diei ſeptimo, id eſt, in die ſeptimo cunctis rebus vniuerſaliter benedictionem ſuam, id eſt multiplicationem tradere incœpit, cùm in hoc die res incœperunt à Deo conſeruari vniuerſaliter, & non fieri.

*Et ſanctificauit illum*, Id eſt, ſanctitati deputauit, non

non ſolum decreto, ſed actu, & re ipſa, nam hunc festum inſtituit, colique voluit ab Adamo eiuſque poſteritate, ſacro otio, & Dei cultu maxime beneficium creationis ſuæ, totiuſque mundi illo die completo, recolendo, noluit tamen ita coli huiuſmodi ſabbathum à poſteris Adami, vt omnino indiſpenſabile eſſet, nam non naturale, ſed ſolum poſitiuum fuit, vnde iam feſtum à Sabbatho in Dominicum eſt tranſlatum à Chriſto Domino, & ab Apoſtolis eius.

A

*Quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere.* Hoc intelligendum, vt in ſuperiori verſu expoſitum eſt, nempe quod non ceſſauerit abſolute ab opere creationis, ſed ſolum quoad ſpecies.

*Quod creauit Deus vt faceret*, Id eſt, quod creauit in præſentia, hoc eſt, quod creare decreuit ab æterno: vt faceret illud executiue in tempore præfinito, requieuit ab opere quod creando fecerat.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deus ex creatione creaturarum non eſt perfectior nec beatior.*

B

48 *Benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum*, Difficile eſt ſitu, cur Deus ſanctificauarit diem quietis ſuæ, qui nullum ſanctificauerit operis ſui, nec ipſum ſextum quo, & hominem fecit, & cuncta perfecit; cur ergo alios dies operis ſui non ſanctificauit, ſed ſolum hunc diem requiei? Nota quod vitium, & infirmitas animæ eſt, ita ſuis operibus delectari, & potius in ipſis, quam in ſe requieſcere, maximumque gaudium ex eis elicere: non eſt ergo quod dicatur requieuiſſe nec ſanctificaſſe dies operis ſui, vt declararetur nobis, Deum ex eis nec nouum gaudium accepiſſe, nec nouam requiem habuiſſe: ita D. Aug. lib. 4 de Gen. ad litt. cap. 15. *Inſinuatur nobis Deus per hanc ſcripturã qua requieuiſſe dicitur ab omnibus operibus ſuis quæ fecit, nullo ſuo opere ſic delectatus quaſi faciẽdi eius eguerit, vel minor futurus niſi feciſſet, vel beatus eum feciſſet, quia nempe ex illo ita eſt, quidquid ex illo eſt, vt ei debeat quod eſt, ipſe autem nulli quod ex ipſo eſt debeat, quod beatus eſt ſe rebus quas fecit diligendo præpoſuit, non ſanctificans diem quo ea faciendo inchoauit, nec illum quo ea perfecit, no illis vel faciendis vel factis auctum eius gaudium videretur, ſed eum quo ab ipſis in ſeipſo requieuit, & ipſe quidem nunquam illa requie caruit, ſed nobis eam per diem ſeptimum oſtendit.*

*Aug. li. 4. de Gen. ad litt. c. 15.*

C

### *Deus per verbum omnia creauit.*

49 *Benedixit diei ſeptimo, quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo quod creauit Deus vt faceret.* Difficilis modus loquendi, videtur enim ſignificare quod prius creauerit quod poſtea fecerit; ſed quomodo poteſt fieri Deũ aliquid creaſſe, quod deinde produxerit? Si enim iam creatum eſt, etiam habet eſſe, quid ergo dicemus? Fatebimur prædictum ſenſum litteram ingerere, nempe quod Deus ab æterno quaſi in verbo, & per verbum ſuum omnia condidit quæ in tempore executioni mandauit: audi Ruper. *Creauit Deus prius in verbo æterno, quod poſtea faceret in opere, creauit in ſua ſapientia intemporaliter omnia quæ ſigillatim in tempore erat conditurus, iuxta illud, qui viuit in æternum creauit omnia ſimul, ſubaudiendo videlicet antequam faceret.*

*Rup. ita intellige vt creaturæ ab æterno iam habuerint eſſe poſſibile antequã eſſe exiſtẽtiæ actualis habuerint.*

D

E

### *Dei operatio eſt benedictio.*

50 *Benedixit diei ſeptimo & ſanctificauit eum*, Si ſex præteritos dies recolamus, nullum benedictum reperiemus, ſed ſolum ſeptimum: quid alij dies, commiſere vt à Deo benedictionem ſeptimo datam non accipiant? Sed nonne Deus diuerſas creaturas producens in aliis diebus operatus eſt? Dico ergo eis non benedixiſſe, quia operatio eſt benedictio, ſic Procop. inquirens cur ſex dies benedicti non fuere, ait, *Reliquos honorauit operibus quæ in eis euenerunt.*

*Procop. in Gen.*

F

### *Deus ſine honore nihil vult relinquere.*

*Benedixit diei ſeptimo*, Cur eum nihil creauerit in die ſeptimo benedictionem dedit? Scimus creatione ſua eum non honoraſſe, propterea eum benedictione ſua honorabilem reddidit: ſic D. Theo. quæſt. 21. in Geneſ. *Quum ad diem ſeptimum Deus creaturam omnem conſummaſſet, diei ſeptimo in creationis locum largitus eſt benedictionem, ne ſolus ille dies præ cæteris honore careret.* 51

*Theo. q. 21. in Gen.*

### *Deus non ceſſat ab operibus, vt ad operationem nos incitet.*

*Benedixit diei ſeptimo, quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo quod creauit Deus vt faceret.* Nota hanc ceſſationem ſiue requiem eſſe ab operibus ſuis quæ cœperat Deus facere, hancque requiem nec laboris remedium ſed cœptorum finem operum: ſed cur abſolutè non requieuit? quia Deus nunquam ceſſat operari, vt nos ad continuam operationem excitet: ſic cit. Gaud quomodo ergo requieuit Dominus qui ſemper eſt operatus quem ex bonis operibus eius quæ, tranſiens memoraui certiſſimè certi ſumus ſemper operatum, & quotidie operari perſpicimus? nam quod elementa tam cæleſtia, quam terrena humano generi ſeruiunt, ipſius opus eſt, deinde proſequitur oſtendens, & Chriſtum ſeruatorem etiam in die quietis, nempe ſabbato operatum fuiſſe, cumque requie vſus eſt, ab operando non ceſſaſſe: ſic enim ait: *Requieuit plane tunc etiam Dei filius ab omnibus operibus ſuis, quæ cœperat Deus facere, quando conſummauit mirabilibus vniuerſis, & impleto ſexto die omni opere paſſionis die ſeptima, id eſt die ſabbathi requieuit ſepultus. ſed quoniam Dei operoſa quies eſt, ipſa requies otioſa eſſe non potuit, nam corpore repoſito in ſepulchro diuinitas cum anima hominis ad inferna deſcendens, vocauit de locis ſuis animas ſanctorum, quorum corpora ſurrexiſſe Euang. Math. teſtatur. cap. 27.* Quid hoc exemplo nobis innuit? niſi nullatenus nos in vita debere quieſcere, aut nunquam otiari, qui Deum ſic operatum credimus. 52

*Gaud. tra. 2. de lect. Euan. quæ eſt ract. 1.*

*Matt. 27.*

### *Ita otium periculoſum eſt, vt diem in quo Deus nihil fecerit, benedixerit, ne videretur infelix.*

*Benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum.* Si Deus nulli benedixerit diei, cur benedictionem ſeptimo largitur? nonne dies in quo tam nobilem creaturam formauit, qualis eſt humana, dignior erat benedictione? Nota tamen in die ſeptimo Deum nihil de nouo operatum, ceſſauit enim ab omni opere quod fecerat: dico igitur ideo ſeptimum diem benedixiſſe & non alios, quia operatio in aliis exhibita, benedictio cenſenda erat, ſeptimus autem quia quaſi otioſus fuerat, ne infœlix haberetur, indiguit benedictione. 53

ctione. Sic Procopius: *Ne quis ſeu inutilem diem eam auerſetur, & abominetur, quaſi nullo opere digna à Deo ſit habita, ſicuti quidam eos dies deteriores arbitrantur, in quibus nihil ſit operis? merito ſubiecit, & benedixit Deus diei ſeptimo*, quaſi diceret, cenſendus fuiſſet ab aliquibus ille dies infœlix, quia Deus in eo quaſi otio vacauerat, niſi benedictionem contuliſſet.

Proco. Ga. in Gen.

### *Nihil vult Deus ceſſare ab opere.*

54 *Benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit eum, quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo quod creauit vt faceret.* Alij vertunt ad faciendum, Lippom. vult intelligi hoc modo, vt verbum, faceret, referatur ad creaturas, cur Deus non vult ab opere ceſſare creaturas, ſed eas creauerit ad aliquid faciendum cum ipſe ceſſauerit; merito noluit creaturas ab opere ceſſare, nullo modo enim vult eas eſſe otioſas, ſed ſemper operari: Sic fere Lippom. ait enim, *Vt vel ipſa opera ex ſe producerent alia, quod ipſemet textus ſatis exprimit, nam de aquis dicitur, producant aqua, de terra, germinet terra, & ſic de aliis. vnaquaque enim creata eſt propter proprium opus vt finem proximum.*

Lip. in cat. in Gen.

### *Aliquis dies feſtus ſegregandus ad Dei cultum.*

55 *Benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum.* Quid eſt ſanctificauit illum, D. Chryſ. id eſt ab aliis eum ſegregauit, ſed cur ſanctificauit, vel ſegregauit illum ab aliis, adiicit ſacra ſcriptura eo quod in illo requieuerat ab omnibus operibus ſuis, quæ cœperat Deus facere: ſed quid hoc ſibi vult quod peracto omni opere ſegregauerit vnum nempe ſeptimum ab aliis; quia ad Dei cultum ſaltem vnus in hebdomada debet dies ſeparari, & dedicari: ſic D. Chryſo. in Gen. *Ab initio hanc nobis doctrinam inſinuat Deus erudiens in circulo hebdomadis, diem vnum integrum ſeparandum, & reponendum in ſpiritualem operationem, quippe ab hoc Dominus completo in ſex diebus opificio ſuo, ſeptimum benedictione dignatus eſt, & ſanctificauit eo quod cum illo quieuerat ab omnibus operibus ſuis qua facere conſueuerat.*

Chryſoſt. in Gen.

### *Dies feſtus ad memoriam Dei excitandam.*

56 *Benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum.* Hic ſeptimus dies Iudæis ſabbathum inuiolabili præcepto extitit venerandum, nos etiam in memoriam huius diei ſanctificati dies feſtos agimus in quibus requieſcimus ab opere ſeruili: ſed cur Deus feſtos voluit dies agere; non ignotas nos eſſe Dei immemores: dico igitur vt ſaltem in diebus feſtis in memoriã Deum reuocaremus voluit eos obſeruari, quia feſtum eſt repræſentatio alicuius beneficij a Deo accepti: ita Procop. *Vt ſi oblitus Dei obrepere tamen inuitus, tandem ex ipſo die, quo quietem capiunt, in memoriã reuocetur is qui omnia fecit, & die ſeptimo requieuit.*

Proc. Gal. in Gen.

### *Ab operibus iuſtitia nunquam abſtinendum.*

57 *Benedixit diei ſeptimo, quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere.* An Deus requieuit ab omni opere, ita vt nihil operetur; minime, nam ſolum ab operibus mundi requieſcit, non autem ab operibus iuſtitiæ ſic Orig. 29. Matt. *Requieuit ab operibus mũdi qua facere cœpit, opera autem iuſtitia ſemper, & ſine initio operabitur, & operabitur ſine fine, & ſic hominum genus ante Chriſti aduentum operati ſunt, omnes opera mundi, & requieuit ab eis ſabbatizans iugiter ac operibus bonis, veniens autem Dominus noſter ſabbathum noſtrum, & requies noſtra attulit nobis requiem ſabbathi, vt ſicut ille requieuit in ſabbatho ab operibus mundi, non autem requieuit ab operibus iuſtitia, ſic & nos per ipſum ſabbatiſemus ab operibus mundialibus, & carnalibus, & nocuis, opera autem iuſtitia ſemper exerceamus.*

Orig. tract. 29. Matt.

### *Iuſtus templum Dei.*

58 *Benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificauit eum.* Inquirit D. Damia. lib. 2. epiſt. 2. quid eſt Deum ſabbathum ſanctificare, reſpondet, quid eſt niſi templum ſibimet in ſanctificationem, in perfecti viri mente conſtruere, ſicut & Apoſtolus, templum Dei quod eſtis vos, & Spiritus ſanctus habitat in vobis, homo ergo Dei templum: ſed cum Deus ſedem ſe dicat habere, homo illius templum non dicetur, ſed falleris, audi D. Damian. *Dei templum eſt mens ſcilicet ſancta, mens perfecta, mens munda, atque ad ſui conditoris imaginem ſignanter expreſſa.*

Dam. li. 2. epiſt. 2.

### *Gloria non datur impiis.*

59 *Benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum.* Quid neceſſe erat hunc diem ſeptimum gloriam ſignificantem, & in quo totius benedictionis, & ſanctitatis ſumma conſiſtit, benedixiſſe & ſanctificaſſe? non eſt fruſtra dictum. quod Deus hunc ſanctificauerit, & benedixerit, ſed declarandum, non ſanctificatos hanc requiem non habituros: ita Ruper. l. 2. in Gen. c. 14. *Quidnam opus erat hoc ſcribi; niſi vt ſignificaretur in iſto tali die requieſcere non habeant maledicti, & non ſanctificati, quicunque male vtuntur diebus terra & maris, de talibus enim dicit, ipſi verò non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam, & benedictus, & ſanctificatus eſt hic dies requiei, lætitiæ, & exultationis, qui à benedictis Dei patris ſanctificationem ſpiritus cuſtodientibus paratus eſt ab origine mundi.*

Rup. lib. 2 in Gen. c. 14.

Pſalm. 94.

### *In gloria omnis benedictio.*

60 *Benedixit Deus diei ſeptimo.* Non deeſt myſterium cur Deus ſine benedictione primos ſex dies reliquerit, ſeptimum autem benedictione locupletarit, non ignotas diem ſeptimum futuram beatitudinem repræſentare, ideo ergo ſolum ſeptimum diem benedictione cumulauit quia in gloria omnis benedictionum cumulus: conſentit Ferus dicens, *Maxime diem ſeptimum benedixit propter futuram quietem in patria, vbi plena erit benedictio.*

Ioa. Ferus.

### *Gratitudo non debet differi.*

61 *Benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit eum.* Cur, quæſo ſtatim completo creationis opere, diem ſubſequentem ſanctificauit? potuiſſet enim ſuam benedictionem differre, & ſanctificationem: Aduerte hunc diem ſeptimum diuinis beneficiis recolendis deſtinatum ne mireris igitur benedictionem, & ſanctificationem, ſtatim completo opere creationis largitum quia nos docebat diuinorum beneficiorum ſtatim memores eſſe debere. expoſitio eſt Caie. *Deſcribit valde conſequenter diuinum præceptum humanumque debitum ad recolenda diuina beneficia in aliqua temporis parte deſcribendo ſeptimum diem ſanctificatum & benedictum, par enim eſt, vt poſt accepta beneficia agnoſcamus benefactorem quandoque, imo ſtatim.*

Card. Cai. in Gen.

### *Memores ſimus beneficiorum.*

62 *Benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit eum.* Cum tot

beneficia die ſeptimo confert, cur non ſolum benedictionis ſuæ fauore proſequitur, ſed etiam ſanctũ &celebrem efficit? inſpice quid in die ſeptimo Deus acceperat, nimirum requiem: merito igitur prædicta ei confert beneficia quaſi gratiam referens, vt illius exemplo non ingtati, ſed ſimus beneficij accepti memores, & vnius compenſemus: ſic obſeruat Oleaſt. *Quid aliud locus iſte quam gratitudinem docet? vt poſtquam Deus ita gratificatur diei in quo ſolum ab opere ſuo quieuerat, tot que illi bona contulerit, diſcamus & nos grati eſſe illis qui in nobis beneficia collocarunt, maxime illi à quo bona cuncta procedunt.*

*Hier. ab Oleaſt. in Gen.*

### *Sanctis affectibus, non terrenis, datur benedictio.*

63 *Benedixit diei ſeptimo* Benedictionem dediſſe huic diei liquet necnon auibus, & piſcibus minime autem iumentis, aliiſque animantibus terræ, nonne creſcunt & multiplicantur ſuper terram ſicut aues & piſces in aquis? cur igitur in ea benedictio Dei non attingit; aduerte auibus ſanctos affectus, animalibus autem terrenos denotari. merito igitur auibus, & non animalibus datur benedictio. affectus enim ſancti ea ſunt digni, non autem terreni: fauet D. Ailred. in Alleg. Tilm. *Ita ut benedictio auibus non iumentis, nimirum ſanctis affectibus, quos piſcibus, volatilibus credimus comparandos.*

*Ailred. in alleg. Til.*

### *Nunquam arbitremur perfectionis terminum attigiſſe, vt in ea acquirenda ſemper laboremus.*

64 *Benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum.* Sed quare ipſe præ omnibus hanc gratiam obtinere meruit? ſane quod virtutis forma, & exemplar fuerit; quippe vnus id inter omnes hebdomadæ dies veſpere non habuiſſe dicitur, ſic enim de aliis, factum eſt veſpere & mane dies vnus, &c. de die vero ſeptimo nil tale legimus quaſi illi nihil veſpertinum fuerit admixtum, ſed totus in mane fuerit: vt argumento fuerit, perfectum virum nunquam arbitrari debere ſe perfectionis metá attigiſſe, ſed in initio curſus eſſe vt ad ea verba obſeruauit Steph. Cantua. apud Gotfrid. Til. hunc in modum, nota quod dies ſeptimus non legitur habuiſſe veſpere ſed mane, quia homo ſemper debet reputare quod ſit in mane, & non in veſpere, id eſt in initio boni operis, & non in conſummatione; & rectè quidem: nam vera virtus (teſte Bernardino Epiſ.) finem neſcit, qua de re Nyſſ. lib. de vita Moyſ. ſiue de perfect. vitæ ex præſcripto virtutis iuſtitiæ, Pauli exemplo adducto ſic optime locutus eſt. *Perfectio in omnibus aliis quæ ſenſu percipiuntur terminis quibuſdam comprehenditur: in virtute vero hunc ab Apoſtolo perfectionis terminum eſſe didicimus, quod nullus in ipſa ſit terminus, quippe cum ille ipſe Paulus vir diuinus, & mente altiſſimus ſemper ac iugiter per virtutem ſuum curſum intenderet, nec vnquam ad maiora conſcendere negligeret: non enim tutum illi erat à curſu deſiſtere, cur ita? quoniam omne bonum ipſa natura, qua bonum eſt, non habet terminum, ſed contrarij operatione terminatur, vt vita morte, lux tenebris, & omnino bonum omne in eo deſinit, quod ipſi eſſe contrarium intelligitur, quare quemadmodum vita finis, mortis initium eſt, ſic curſus ipſius finis, qui ſecundum virtutem eſt, vitioſi curſus initium inuenitur.*

*Step. Can. apud Til.*

*Ber. ep. 253*

*Nyſſ. lib. d. vita Moy.*

### *Beneficia magis completa maiorem gratitudinem expoſcunt.*

*Benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit eum.* Rationem reddens Moyſes, cur Deus benedixerit diei ſeptimo, & cum ſanctificauerit addit: *Quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo, quod creauit Deus vt faceret.* Cur hanc cauſam ſanctificationis ponit, cum in nullo alio die eius ſanctificationem viderimus? nonne in hoc die complementum omnium accepimus, quod eſt maximum beneficium? Reſpondet diuus Theod. in Gen. *Beneficia ſunt magis grata cum magis completa, ac ideo quia die ſeptimo ab omni opere ceſſauit, & omne opus compleuit, merito illum diem memoriale diuinorum operum reliquit, & ſeruitium ex ſuo tam magno beneficio repoſcit, ideo ſanctificauit, id eſt, ſanctitati deputauit, & cultui ſancto, & in ipſo grates & laudes requirit.* 65

*Theod. in Gen.*

### *Vbi conſcientiæ tranquillitas, ibi ſanctificatio.*

*Benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit eum.* Poſtquam Deus ſex diebus hanc rerum vniuerſitatem condidit, tandem die ſeptimo feriatur. eum benedicit & ſanctificat, ſcilicet opera ſex dierum omne virtutum genus deſignant, quas vir pius operatur: quid vero dies ſabbathi? ſane ſedatam & tranquillam cōſcientiam deſignat: ita Aug. fragm. 2. ſer. de Decalo. ad popul. Sed cur S. Doctor tranquillam conſcientiam ad ſabbatum refert? dices quia Deus in tranquilla conſcientia requieſcit. Adde etiam quod eſt dies feſtus animæ à Deo ſanctificatus, in quo nullo interpellante curarum ſtrepitu, ſumma pace anima fruitur. Subijcio verba Doctoris: *In tertio iſto præcepto inſinuatur quadam vocationis indictio, quæ eſt cordis tranquillitas ac mentis, quam facit bona conſcientia: ibi ſanctificatio, quia ibi ſpiritus Dei.* 66

*Auguſt.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. IV.*

*Vlg.* Iſtæ ſunt generationes cæli & terræ, quando creata ſunt in die quo fecit Dominus cælum & terram.

*Septuag.* Hic eſt liber generationis cæli, & terræ, cum facta ſunt qua die fecit Dominus cælum & terram.

*Arias.* Iſtæ generationes cæli & terræ in creari ea in die facere Dominus Deus cælum & terram.

*Vata.* Hi ſunt natales, vel hi ſunt ortus, vel origines.

*Caiet.* Iſtæ generationes cælotum in eſſe creatos, ipſos in die facere Ieboua terram & cælos.

*D. Auguſt.* Hic eſt liber creaturæ cum factus eſt dies, fecit cælum & terram.

*Procopius.* Hic eſt liber generationis cælorum & terræ.

*Galat.* Hæ ſunt generationes cæli & terræ, in creationes eorum.

*Origen.* Hic eſt liber generationis hominum.

*VARIETAS*

## CONCORDIA VERSIONVM.

NEſcio qua de cauſa vertere Septuaginta *αὕτη ἡ βίβλος* iſte eſt liber, cum in Hebræo nihil aliud reperiatur, quamquod exprimit vulgatus, iſtæ ſunt generationes: niſi quod ſicut in libro plura continentur ſcitu digna, ita hic innuuntur Dei opera ab omnibus cognoſcendo.

## EXPOSITIO VERSVS IV.

I*Sta ſunt generationes cœli & terræ*, Hic ponitur præcedentium recapitulatio, cum aliquorum tamen additione, nam hominis, & fœminæ productionis modus nondum fuerat deſcriptus.

*Quando creata ſunt*, Videtur eſſe aliqua contrarietas in his verbis cum præcedentibus, nam ſi dixit ſe generationes cœli & terræ referre, quomodo dicit ea eſſe creata? generatio enim & creatio ſunt diuerſæ actiones, ſed dicendum quod generatio, & creatio pro eodem accipiuntur ab eodem ſcilicet termino ad quem, & ideo cum creatio, & generatio ſint ad eſſe rerum ſubſtantiale, generatio accipitur hic pro creatione, non autem per reſpectum ad terminum à quo, quia generatio eſt de aliquo, creatio autem de nihilo.

B *In die*, Dies hic ſumitur pro tempore nempe pro pluribus diebus ſecundum conſuetudinem Iudæorum qui frequentes ſingularia accipiunt pro plurali, vnde Exodi 8. venit muſca grauiſſima, id eſt multitudo muſcarum, non enim vno die omnia producta ſuere, quæ hic ſub nomine cœli, & terræ comprehenderuntur.

*Dominus Deus*, Hoc loco in Hebræo apponitur nomen ineffabile Iehoua, quod nondum ſcriptum fuerat, hic autem illius meminit Moyſes, quia habetur opus perfectum, Iehoua vero eſt nomen ſingulariſſime proprium ipſi Deo, eumque ſignificat qui eſt primum eſſendi principium.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deus à nobis independens.*

67 I*Sta generationes ſunt cœli & terra, quãdo creata ſunt in die quo fecit Dominus Deus cœlum & terram*, Cur C ſolum formatis omnibus creaturis imo ipſo homine omnique ornatu cœlorum additum eſt Deo, nomen Domini; vel vt habemus in origin. Heb. יהוה Iehoua; cur expectauit hoc nomen aperire vſque ad conſummationem totius operis; Nota ex D. Cyprian. tract. in Symbol. Dei nomine ſignificari ſubſtantiam ſine initio, ſine fine, ſimplicem ſine vlla admixtione, inuiſibilem, incorpoream ineffabilem in qua nihil adiunctum, nihil creatum ſit ſubſtantiam quæ eſt ſuper omnia: Nota inſuper quod Iehoua deducitur à radice היה Haia, *fuit*, quaſi per hoc indicetur ipſum eſſe perfectum atque independens: prudenter ergo formatis omnibus creaturis etiam D homine perfectiſſimo nomini Dei additum fuit nomen Iehoua, ad declarãdum nulla creatura etiam perfectiſſima indigere, ſed omnino ab omnibus independentem, ita vt non ſolum in ſubſtantia ſua ab eis nihil accipiat nec aliquid aliud extrinſecum, quod D. Cypr. lib. de dup. mart. obſeruat. *Vita pierum teſtimonium reddit Deo, nõ quod ille cuiuſquã egeat teſtimonio, qui ex ſe ſolo eſt æterna gloria, vt nec vllis hominum honoribus fieri poſſit honoratior, nec vllis mortalium ignominiis inhonoratior.*

*Cypr. trac. in Symbol.*

*Cypr. li. de dup. mart.*

### *Dei nomen ineffabile apparet in perfectione operis.*

68. *Iſta generationes ſunt cœli & terræ, quando creata ſunt, in die quo fecit Dominus Deus cœlum & terram*, E Cur nunc primo auditum eſt nomen ineffabile Dei Iehoua; cur vſque ad hunc verſum non legimus; nota quod opus creationis completis ſex diebus perfectum eſt: quid mirum igitur appoſitum fuiſſe; quia non decebat nomen Dei ineffabile apponi niſi in conſummatione, & perfectione operis: ſic Guilelmus Hamerus. *Hic nunc ſanctum Dei nomen appoſitum primo eſt & auditum, quando ipſa Dei maieſtas opus condidit, & perfecit neque enim decebat vt perfectiſſimi artificis nomen ante abſolutum, & perfectum creationis opus proponeretur*, Sed dices Exodi 3. Quando opus redemptionis Ægyptiacæ inchoatum ſolum eſt, ipſum nomen Dei euulgatum ſicut ibi aduertit Lyran. quem ſecutus eſt Burgenſis; cur ergo dicimus non debere poni niſi in conſummatione operis, ſatisfacio huic difficultati dicẽs, id ea de cauſa factũ, vt audito omnipotentis Dei nomine, in maiorem erigerẽtur ſpem Hebræi, vt certo certius crederent abſoluendum vtique fore liberationis opus, eſt ſtatim primo limine tale ac tãtũ præfigebatur inſigne. 69

*Guil. Ha. in Gen.*

### *Idem Deus creator, & iudex omnium.*

*Iſta ſunt generationes cœli & terræ, &c, in die quo fecit Dominus Deus cœlum & terram*, Cur nomen ineffabile nempe Iehoua coniungit Moyſes cum nomine Elohim ſignificante iudicem; ideo cum de creatione cœli & terræ, nec non hominis formatione ſermonem inſtituit Moyſes, duo nomina Dei, & Domini ſiue Iehoua, & Elohim complectitur: vt ſignificet Deum non ſolum omnium creatorem, ſed & iudicem etiam futurum: accipe Cardin. Caiet. *Per hæc nomina ſimul iuncta Moyſes explicat, quod vnus atque idem eſt fons eſſendi, & iudex vniuerſorum.*

*Card. Caiet. Geneſ.*

### *Deus ex ſe ſolo erat.*

*Iſta ſunt generationes cœli, &c, in die quo fecit Dominus Deus cœlum & terram*, Cur quæſo cum in principio Geneſis idem Propheta cœli & terræ creationẽ refert, nullam nomini nempe Iehoua, ſed ſolum Elohim mẽtionem facit; nota quod nomen Elohim non ſolum eſt commune Deo, ſed etiam Angelis, nomen autem Iehoua ſoli Deo ſpecialiſſime proprium, recte ergo eum denuo creationem cœli & terræ deſcribit nomen Iehoua quod in principio omiſerat appoſuit, vt nullus relinqueretur dubitãdi locus Deum ſolum cœli & terræ creatorem eſſe, fauet Cardinalis Caietan. *Manifeſtat per hoc quod productor cœlorum & terræ, ac totius vniuerſi eſt ipſe Deus, qui ſolus eſt Deus, qui ſolus ipſe eſt fons eſſendi.* 70

*Card. Ca.*

*Per Dei incarnationem mundus reſtaurandus.*

71. *Iſta ſunt generationes cœli & terra*, Cur queſo nomen Tholdor, id eſt, geoerationes hic perfecte ſcribatur, nempe per ſex litteras, cum vbique in diuinis voluminibus imperfecte, hoc eſt per quinque litteras exaretur auferendo penultimam ſcilicet Vau particulam copulatiuam, prætetquã in genealogia Dauidis & in fine libri Ruth? Non ignoras mundum in ſtatu innocentiæ perſectum, primi parentis peccato corruptum, tamẽ reſtauratum per incarnationem Chriſti Domini filij Dauid ſecundum carnem ex Ruth Non ſioe myſterio igitur hoc nomẽ Tholduth ſignificãs generatiooem in principio perfecte ſcriptum, imperfecte vero deinde vſque quo facta fuerit mentio genealogiæ Regis Dauid ex quo Chriſtus Dominus, ſed ad innuendum mundum, in principio perfectum, deinde Adami crimine corruptum tandem per Chriſtum Deum & bominem reſtaurandum Sic Lippomanus ex ſententia Iudæorum *Quo ſecreto*, inquit, *innuatur mundum à principio perfecte productum, multipliciter reſtaurãdum autem ac recreandum per Meſsiam filium Dauid Chriſtum Dominum noſtrum*, Quæ ſententia non diſplicet Ludouico Yſtellæ, ait eoim. *Hæc omnia reijcienda non arbitror, ſiquidem ſpiritus ſanctus tot in ſacro eloquio ſacramenta latere voluit, vt etiam in litterarum appoſitione & detractione non minima cum ſanctis patribus reperias.*

הרלדות

*Lip. in cat.*

*Lud. Yſtella in Gen.*

*Deus poſt incarnationem Dominus à ſeruitute nos redimens.*

72. *Iſta ſunt generationes cæli & terra, quando creata ſunt, in die quo fecit Dominus Deus cælum & terram*, Cur quæſo nuſquam ſe Dominum appellat in omni creaturarum formatione Sed ſolum formato homine compoſito ex terra, & diuina inſufflatione, ſtatim ſcriptura compoſitum quoque, & duplex nomen fecit opificis, eum appellans Domioum & Deum? D. Anaſtaſius Synaïta libro ſeptimo in hexameron? ait agnoſcite quod qui olim ante ſæcula ſimplex erat & incompoſitus, ſibi conſtructo humaoo tabernaculo ei vnitur in hypoſtaſi, in poſterioribus temporibus, & fit compoſitus qui antea erat ſimplex, compoſitam portans appellationem per incarnationem, vt qui appelletur Chriſtus Deus hoc eſt Deus & homo, quem pulchre cum palpaſſet & vidiſſet Thomas, & in eo perſpexiſſet duarum naturarum congregationem, exclamauit dicens: *Dominus meus, & Deus meus*, Sed cur ait Anaſtaſius quod poſt incarnationem Deus hunc titulum Domini & nomeo voluit poſſidere? Reſpondet acute: *Tunc Dominus eſt appellatus, vt quis noſtris dominaretur, in quos antea dominatum obtinebat diabolus.*

*Anaſt. li. 7. hexam.*

*Sacra ſcriptura ſuperborum ingenium altum irridet.*

73 *Iſta ſunt generationes cœli & terre, quando creata ſunt in die quo fecit Dominus cælum & terram* Difficillimũ hoc intellectu: nonne ſex diebus omnia formauit? cur ergo ea omnia repetens die quo Dominus fecit cœlum & terram dicit eſſe producta? ſcio D. Augu. facile huic difficultati reſpondentem, cum teneat omnia vno die eſſe creata ſed diuerſos dies diſtinguat, propter diuerſam Angelorum cognitionem

*Auguſt.*

A circa diuerſa obiecta: ſed cum ſententia communis ſit ſex dierum interuallo omnia condidiſſe Deum, quomodo exponens quod vno die creata ſunt, ſecundum hoc caput diceos, iſtæ ſunt generationes cœli & terræ, quaodo creata ſunt in die, quo fecit Dominns cœlum & terram? cur ergo ſacra ſcriptura ita difficilis eſt intellectu? cur clariorem non exprimit intelligentiam? ideo aliquando ita difficilis videtur ſcriptura, vt ingenia ſuperborum qui omnia percipere exiſtimant irrideat: ita etiam D. Aug. lib. 5. de Gen. ad lit c. 3. *Si poſſis apprehendas, ſi autem non poſſis, hæc relinquas conſpicienda valentibus, tu autem cum ſcriptura non deſerente infirmitatem tuam, & inceſſu materno tecum tardius ambulante, proficias, quæ ſic loquitur, vt altitudine ſuperbos irrideat, profunditate attentos terreat, veritate magnos paſcat, affabilitate paruulos nutriat.*

*Aug. li. 5. de Gen. ad lit. cap. 3.*

B

*Occaſiones errorum à nobis aufert Deus.*

*Iſta ſunt generationes cœli & terra, quando creata ſunt, in die quo fecit Dominus cælum & terram*, Nonoe hæc omnia iam in ſuperiori capite erant annumerata? ad quid hoc ergo denuo refert; nam bis repetere C ſuperfluum videtur: iterum repetit ſingulari prudentia, vt omnis error negantium vniuerſum orbem à Deo eſſe, amputetur: ita D. Chryſoſt. hom. 12. *Spiritus ſanctus futurorum praſcius vt nulli poſt hac contendere, & Eccleſiaſticis dogmatibus ex propriis ſenſibus aduerſa diuinis ſcripturis immiſcere liceat, etiam nunc denuo poſt quam creaturarum ordinem docuit, ideo iterum repetit particulatim omnia, vt indomita impudenter blaterantium lingua compeſcantur.* 74

*Chry. ho. 12. in Gen.*

*Perfectior cultus requiritur à rerum veritatem cognoſcentibus.*

D

*In die qua fecit Dominus Deus cœlum & terram*, Nonne ſufficiebat cogoitio nominis ſolius Dei? ad quid ergo exprimit aliud nomen nempe Domini? obſerua hoc nomen Domini addidiſſe Moyſen, poſtquam veritatem totius vniuerſi, & eorum quæ in eo continentur, Iudæis repræſentauit merito igitur clariorem notitiam Dei per nomẽ additum Domini præbuit, quia à cognoſcẽtibus rerum veritatẽ, perfectior cultus requiritur, ſic Feru: *Ideo duo nomina ponit Moyſis, vt oſtendat perfectiorem Dei cultum requiri ab eis, qui creaturarum verã originem audierunt.* 75

*Fer. in Ge.*

E

*Vita ita breuis eſt, vt plurimi dies vnus cenſeantur.*

*In die qua fecit Dominus Deus cœlum & terram*, Si conſumpti fuere plures dies in orbe condendo, cur diem vnam appellat Moyſes cum vna pluralitatem non contineat; quia tempus vitæ ita breue exiſtimãdum, vt plurimi dies vnus cenſeri debeant, ſic D. Ambro. lib de reſurre. *Mundi tempora annus vnus eſt, & quid mirum ſi annus vnus eſt, quando dies vna eſt.* Et D. Paſchaſ lib. 9. in Mat. explicans illud Chriſti F nomini quid hic ſtatis tota die otioſi? ait: *Moneo auditores de hac die, per quam omne tempus præſentis vitæ intelligitur, ne magnum aliquid, ſeu impoſſibile percenſeant, quia quantum ad nos forte magna dies, ſed quantum ad Dei patris & filij & ſpiritus ſancti æternitatem, modica atque exigua eſt dies totius temporis.* 76

*Ambr. l. de reſurrect.*

*Paſc. lib. 9 in Mat.*

*VARIE-*

## *VARIETAS VERSIONVM. VERS. V.*

V*lg.* Et omne virgultum agri, antequam oriretur, in terra, omnemque herbam regionis, prius quam germinaret, non enim pluerat Dominus Deus ſuper terram, & homo nou erat qui operaretur terram.

*S. ptnag.* Et omne viride agri, antequam eſſet ſuper terram, & omne fœnum agri antequam exortum eſſet, *ſic D. Ambr.*

*Cald.* Et omnem arborem agri anteqnam eſſet in terra, & omnem herbam agri antequam germinaret, quia non pluerat Dominus ſuper terram, & homo non erat ad operandum terram.

A *Pagnin.* Et omne virgultum agri antequam eſſet in terra, & omnem herbam agri antequam oriretur, quia non pluere, fecerat Dominus Deus ſuper terram, & nec homo erat qui coleret eam.

*Arias.* Et homo non erat ad colendum terram.

*Caietan.* Et omne virgultum agri ante erit in terra: & omnem herbam agri ante florebit, quia non fecit pluere Dominus Deus ſuper terram, & homo non ad ſeruiendum terræ.

*Vatabl.* Et omnem plantam antequam germinaret, vel pullularet, & homo non erat ad colendum, Dominus nondum demiſerat pluuiam. B

*Procop.* Nec erat homo qui coleret humum.

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

E*Seb* עשב herbam proprie in communi denotat, licet ſeptuaginta ad ſpecialem deduxerint nempe fœni, tamen nomine fœni quodcumque genus herbarum intellige, עבד *Auad* ſeruire interpretatur, ſed eum quis ſeruit operatur, operatio autem ſerui terræ eſt cultura, hinc eſt quod alij vertunt operari: colere, &c.

### EXPOSITIO VERSVS V.

E*T omne virgultum agri*, Hoc connectendum eſt cum verſu præcedenti, ita vt ſit ſenſus, in tempore quo fecit Dominus cœlum & terram, & omne virgultum, id eſt, omnes arbores, ſeu virgas floſentes, quæ dicuntur virgultum nomine quodam generali: *antequam oriretur*, id eſt, huiuſmodi virgulti productio à Deo facta fuit, antequam aliquid oriretur in terra, ſicut nunc cernimus, ſcilicet vel ex plantatione, vel ex ſemine.

*Et omnem herbam*, nempe vniuerſa gramina & his ſimilia regionis totius orbis terrarum, *antequam germinaret*, ſcilicet terra naturali ordine, nempe per influentiam corporum cœleſtium, vel agriculturam, terra enim virtute propria non producit, niſi per viam ſeminationis, & agriculturæ, quod fieri ſolet per cultum terræ, pluuia antecedente, vnde & continuo ſubdit.

*Non enim pluerat Dominus Deus ſuper terram*, quaſi diceret, nulla pluuia ceciderat, quæ ſata rigaret, *& homo non erat qui operaretur terram*, id eſt, nondum erat homo qui terram ſereret, & coleret, ſenſus igitur huius verſus eſt, prima illa productio arborum, plantarum, omniſque generis herbarum, ſoli Dei virtuti tribuenda eſt, non terræ, vel ſemini, quia cum hæc gignantur hominum induſtria, & mediante pluuia, quæ tunc duo deficiebant ideo ſoli Deo, & non terræ, huiuſmodi generatio concedenda eſt,

### CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Bona naturæ ſunt etiam Dei beneficia.*

77 N*On enim pluerat Dominus ſuper terram.* Cur addita ſunt à Moyſe hæc verba? præſupponebatur enim quod nondũ Deus terram pluuiis fœcundarat, ſine dubio vt oſtenderet ipſa naturæ bona, in quorum numero etiam ſunt pluuiæ, eſſe beneficia Dei, quibus adiuuamur. ſic noſter Iacobus à S. Maria in ſua Coſmopeia: *Omnia* (inquit) *quæ hic dicta ſunt, nos admonent diſtinguere inter beneficia Dei, & quæ ab opere ac naturæ miniſterio conſequimur: ne autem putaremus ea quæ à natura habemus bona, non eſſe Dei munera, oſtendit hic omnia agere pluuiâ ab eo demiſſa.*

*Noſt. Iac. à S. Maria in ſua Coſ.*

*Deus ex ſe omnia perfecta producit.*

78 *Non enim pluerat Dominus ſuper terram.* Ad quid Propheta Deum pluuiam non immiſiſſe ſuper terram aſſerit, poſtquam omnes plantas, & arborea Deum produxiſſe dixit? Nota arbores & plantas, in perfecta magnitudine fuiſſe productas, quæ tamen ſine pluuia naturaliter hoc incrementum habere

D non poſſunt: recte igitur poſtquam dixit Moyſes Deum creaſſe omne virgultum, addidit, non enim pluerat Dominus ſuper terram, vt indicaret Deum ex ſe ſolo omnia perfecta condere: ſic fere Hugo à S. Vict. *Ita operatus eſt Deus, antequam operatione artificis imitantis & iuuantis naturam, arbores & herbæ creſcerent, per ſucceſſionem, ſicut modo, ſed in momento reddidit arborem perfectam, & fructum afferentem, ſimiliter & omnem herbam regionis, priuſquam germinaret, quia totum ſimul peruenit in ſtatum perfectum.*

*Hugo à S. Vict. in Gen.*

*Deus ſine alieno adiutorio operatur omnia.*

E *Omne virgultum agri antequam oriretur in terra, omnemque herbam regionis priuſquam germinaret, & homo non erat qui operaretur terram*, Nonne ſciebamus hominem formatum fuiſſe ſexto, tertio autem die virgultum, omnemque herbam germinaſſe? Ad quid ergo ait & homo non erat qui operaretur terram; ideo hoc addidit, vt notum haberemus, Deum ſine aliena ope ea omnia formaſſe: ita D. Auguſt. lib. 5. de Geneſ. ad litt. cap. 6. *Adiutorium neceſſa-* 79

*Aug. l. 5. de Gen. ad lit. cap. 6*

*riam eſt, vt cuncta naſcantur tunc autem defuit, ideo fecit Deus hoc potentia verbi ſui, ſine pluuia, & ſine opere humano, nam etiam nunc facit, ſed iam per pluuiam & hominum manus, quamuis neque qui plantat ſit aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.* A

## *Superfluitas vitanda.*

80 *Non enim pluerat Dominus ſuper terram*, Cum primo germinauit, ſed qua de cauſa quæſo, vt maiori incremento gauderent plantæ, non immiſit Deus pluuiam eas rigantem; Aduerte terram tertio die germinaſſe, cum adhuc madefacta eſſet ex aquis quibus antea tegebatur, & quæ ab ea præcedenti die ſeparatæ fuerant: rectè igitur Dominus tunc non immiſit pluuiam, vt omnis ſuperfluitas vitaretur ſatis enim humoris terra continebat, vt virgulta conſeruaret, hoc innuere videtur Cathena Græca, dicens: *Præterea terra ſine hominis cultura, ſine imbriferis nubibus, germinauit ad opificis voluntatem, vt quæ à recenti aquarum ſeparatione, ſatis adhuc humoris & vliginis in ſe contineret.* (B) Cat. Græ.

## *Ingratitudinis occaſio adimitur.*

81 *Non enim pluerat Dominus ſuper terram*, Nonne ſufficiebat Dei ineffabilem potentiam agnouiſſe, in plantarum germinatione, arborumque varietate, & omnium genere florum, quamuis ignoraremus nullam Deum immiſiſſe pluuiam; ideo non ſine myſterio aſſeruit Moyſes Deum nondum pluiſſe, cum terra omni genere florum ornata fuit, vt nulli alteri niſi ſoli Deo gratias pro tanto beneficio ageremus, ſicque ingratitudinis vitium vitaretur, obſeruatio eſt Feri dicentis: *Hoc ideo repetit Moyſes, vt occurrat* Ferus. (C) A *ingratitudini hominum, qui hæc omnia non Deo, ſed ſecundis cauſis adſcribunt, vt ſoli, pluuiæ, & labori hominũ.*

## *Terra dediti mancipia illius ſunt.*

*Et homo non erat qui operaretur terram*, Vt vidimus in varietate verſionum. ex Hebræo Caietanus legebat & homo non erat ad ſeruiendum terræ: hoc dubium mouet, qui terram colit, terræ non ſeruit, ſed ſibi-ipſi, cur ergo Caietanus aſſerit hominem terram non operantem, ei non ſeruientem? poſſumus reſpondere hominem terram excolentem, ipſi ſeruire, terræ enim nimium deditus mancipium illius dici potest. Ita ferè ſentit citatus Cardinalis: *Laborem humanum* (dicens) *colendo terram, appellat Moyſes ſeruitiam exhibitam terræ, quia vere ſeruitur terræ.* 82 (B) Card. Caiet.

## *Dei auxilium ad bona opera neceſſarium.*

*Non enim pluerat Dominus ſuper terram.* Duplicem in medium adducit rationem ob quam nondum ornata erat terra oleribus, herbis, & arboribus, nempe quia Deus non impleuerat terram imbre, non erat homo qui terram excoleret. Sed ſi ad rem moralem transferas, quid documenti reperies? ſane cum terra ſit animus & mens iuſti, virtutes plantæ, ſane vt pullulent neceſſe eſt & Deum ſuperna irrigare gratia, & hominem huic gratiæ cooperari, vnus enim ſine alio opus non perficit: quod ſcitè Aug. *Non ego ſolus, ſed gratia Dei mecum.* Huius expoſitionis auctor eſt Philo. lib. 1 de alleg. legis, ſic autem ait: *Quamprimũ Deus ſenſibilibus ſenſuum rigare cœperit, mox intellectus tanquam vberrimæ terræ cultor praſto eſt, deinde, alioquin quomodo anima Deum intellexiſſet, niſi ipſo inſpirando attigiſſet eum quantum fieri potuit.* 83 (C) Auguſt. Philo.

# *VARIETAS VERSIONVM VERS. VI.*

*Vlg.* Sed fons aſcendebat de terra, irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ.
*Septuag.* Fons autem aſcendebat de terra & irrigabat omnem faciem terræ.
*Cald.* Et nubes aſcendebat de terra, & irrigabat vniuerſam faciem terræ.
*Pagn.* Et vapor aſcendebat, & irrigabat, ſic *Arias Montanus.*
*Caiet.* Et vapor ſaliet de terra, & adaquabit totam faciem terræ.
*Oleaſt.* Inundabat, aſcendebat, & irrigabat.
*Lipp.* Sed fons aſcendens, *alij* nebula aſcendebat:
*Bernard.* Terra irrigabatur à fonte aſcendente.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

SI aliqui vertunt fontem, alij autem nubem, ideo eſt quia nomen אד *Ed* ad vtrumque eſt ambiguum, imo etiam ſignificat vaporem, Caldæus autem legit *nubes*, quia fit ex vapore: ideo aliqui legunt aſcendet ſiue ſaliet: quia Hebræi futuro pro præteritis imperfectis vtuntur.

# EXPOSITIO VERSVS VI.

SEd *fons aſcendebat de terra*, Cum ſuperiori verſu diximus nullam fuiſſe pluuiam quæ rigaret, hinc eſt quod hunc fontem non intelligemus fuiſſe vaporem quendam, vi ſolis è terra attractum deinde frigore noctis concretum, tandem reſolutum in rorem & humorem, ipſam terram irrigaſſe, ſed plurimos fontes (Hebræi enim ſingulare pro plurali ponunt) qui diuerſis in locis ſcaturientes, irrigabant vniuerſam terram, id eſt, maximam terræ ſuperficiem, vt in viriditate ſua plantas & arbores productas, denuo conſeruarent.

Non eſt autem aliena expoſitio, quæ aſſerit hunc fontem fuiſſe abyſſum illam aquarum, de qua verſu 2. cap. præcedentis quia *Ed* gurgitem ſignificat, vt habetur Iob 36. qui aufert ſtillas pluuiæ, & effundit imbres ad inſtar gurgitum, in Hebræo eſt *Ed*, quod noſtra vulgata vertit gurgitem, tum etiam rectiſſime poteſt dici, quod huiuſmodi gurges ſiue abyſſus omnem terræ ſuperficiem irrigaret, terra enim aquis cooperiebatur, quibus ſeparatis Deus virtute ſua varia plantarum & arborum genera produxit.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

A

*Deus non deficit in neceſſariis.*

84 *SEd fons aſcendebat è terra irrigans vniuerſam ſup. r. ficiem terra*, Si anteadiaerat Moyſes, neum non immiſiſſe pluuiam, vt plantæ rigarentur, ſic declarans à ſolo Deo eas dependere, cur nunc id imminuens ait. fontem fuiſſe irrigantem vniuerſam terræ ſuperficiem? ſanè plantæ & arbores pluuiis vel aliis indigent aquis, vt conſeruentur, optimè ergo addidit Moyſes fontem aſcendiſſe, vt ſuis rigaret aquis plantas & arbores, in hoc non imminuens Dei independentiam, ſed ſignificans Deum in neceſſariis non deficere; hunc ſenſum habet Hugo à ſancto Victore, dicens: *Non pluerat, ſed fons aſcendit, quod eſt dicere, & ſi non habebant auxilium per pluuiam vt creſcerent, habebant tamen per fontem remedium, arbores & herba creata ne areſcerent.* *Hugo à S. Vict. in Geneſ.*

*Sanctiſsima Maria, Virgo concepit.*

85 *Sed fons aſcendebat irrigans vniuerſam ſuperficiem terra*, vel vt habet Bernardus irrigabatur à foote aſcendente de paradiſo, quænam eſt hæc terra quam nullus hominum operatus eſt, ſed ſolum irrigata a fonte aſcendente de paradiſo? aduerte, quod terra Mater Domini Virgo Maria rectiſſimè accipitur, de qua ſcriptum eſt, aperiatur terra, & germinet ſaluatorem, ſpiritus autem ſanctus, fontis nomine ſignificatur, teſte Iſidor. Dico igitur fontem aſcendentem irrigare vniuerſam ſuperficiem terræ, quam nullus hominum operatus eſt. ſpiritum ſanctum deſignare fœcundantem ſanctiſſimam Mariam, ſine vllius hominis adiuuamine, ita citatus Bern. c. 1. in illa verba ego ſum vitis: *Verè terra quippe hæc*, inquit, *non accipit operationem humanam: vt conciperetur* B *in ea filius Dei ſed aqua ſpiritus ſancti irrigata fuit, ita enim legit, ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi*, Et Petrus Riga in ſuo lib. cuius titulus eſt aurora. *Iſai. 45.* *Ber. c. 1. in illa verba ego ſum vitis vera.*

*Neſcia virgo viri, tellus eſt abſque colono,*
*Fons ſacer eſt flatus viſcera ſacra replens:*
*De terra limo fit homo, de virginis aluo*
*Carnem Chriſtus habet quæ quoque terra fuit.*

*Petr. Riga Preſ. Rhemenſis Poeta ſuo tempore celeberrimus & antiquus.*

## VARIETAS VERSIONVM VERS. VII.

*Vlg.* Et formauit Dominus Deus hominem è puluere terræ.
*Septuag.* Et finxit Deus hominem puluerem de terra.
*Cald.* Et creauit Dominus Deus hominem puluerem de terra.
*Vulg. Antiqua.* Formauerat igitur Iehoua Deus hominem è puluere terræ.
C *Tertul.* Fecit Deus hominem limum de terra.
*Orig.* Finxit hominem de limo terræ.
*Procop.* Formauit quoque Dominus Deus puluerem de humo.
*Lipp.* Finxit Deus primo hominem terreum,
*Baſil.* Formauit Deus hominem, puluere de terra accepto. *Alii.* Plaſmauit Deus hominem lutum de terra.

## CONCORDIA VERSIONVM.

VErbum יצר *Iatzar* non ſolum formare ſed fingere & plaſmare ſignificat, עפר *Aaphar* interpretatur limus & puluis, hinc fit quod aliqui dixere limum, alij autem puluerem.

## EXPOSITIO VERSVS VII.

FOrmauit Dominus Deus hominem de limo terra, Deus diligentius ac nobilius diſpoſuit de hominis, quam de aliorum animalium corpore, propterea dicitur, quod ipſe formauerit de aliis autem talis ſermo non reperitur; humanum enim corpus longe nobiliori modo diſpoſitum, & ordinatum, quia recta illius ſpecies, & figura, cum cæterarum animalium corpora, prona ſint & in terram depreſſa; tum etiam quia ſenſus illius interiores, ſunt perfectiores, quam in aliis animalibus, vis enim imaginandi eſt efficatior, poteſtas reminiſcendi nulli alteri animali conceſſa, imo etiam ſenſus illius exteriores in diiudicatione rerum ſenſibilium, earumque differentiis diſtinguendis, & diſtinctè cognoſcendis excedunt in perfectione aliorum animalium ſenſus.

Circa huiuſmodi corpus humanum, aliqua dubia ſolent moueri, id eſt, vtrum formatum fuerit perfectum ſecundum molem corporis? reſponſio affirmatiua eſt, ſcilicet quod Adam conſtitutus fuerit in perfecta corporis magnitudine, quę ſcilicet naturalis viuentium acretionis terminus eſſe ſolet, & quæ hominiin ætate perfecta contingit, non enim primus parens ſolum anima perfectus, ſed etiam corpore conditus eſt, non autem gigantium more. E

Secundo. vtrum corpus prius formatum fuerit, quam anima creata: exiſtimo non eſſe formatum prius tempore, quam animam creatam, ſed eodem temporis inſtanti, quamuis formatio corporis inſtanti naturæ præceſſerit animæ infuſionem, licet enim in nobis formatio diſpoſitiua corporis requirat tempus, non ſic tamen in primo homine, quia Deus erat agens perfectiſſimum, non dependens in ſuis actionibus à temporis ſucceſſione.

Tertio, vtrum corpus Adæ à ſolo Deo fuerit immediatè productum, ſi reſpiciamus illius organizationem, & diſpoſitionem formæ humanæ conuenientem, certè à ſolo Deo immediatè factum, nullo Angelo cooperante, Angelos enim non poteſt corpus organizare, nec illud ad recipiendam animam ſufficiẽter diſponere, aliàs poſſet naturaliter materiam tranſmutare, quod non eſt dicendum. An autem Angelus ad eius corporis formationem aliquid F

miniſtrauerit, coaptando cauſas naturales, ex quibus formari poſſet, vt colligendo puluerem, compingendo materiam, adhuc ſub iudice lis eſt, cum Patres oegatiuam, alij affirmatiuam teneant.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deus munificentiſsimus eſt.*

85 *FOrmauit Dominus Deus hominem de limo terra.* Cur tam vilem& abiectum format hominem ex puluere nempe & limo terræ, nudum, & inopem? ideo tam vilem & abiectum,& inopem eum formauit, vt ampliora in eum beneficia effunderet: ſic D. Ireoæus contra hæreſes cap. 28. *Initio quidem non quaſi indigens Deus hominem plaſmauit Adam, ſed vt haberet in quem collocaret ſua beneficia?* Quaſi diceret ſi materia hominis eſſet nobiliſſima, & excellentiſſima, tantis Dei beneficiis noo indigeret,& ſic neus minoribus cumularet.

*Ire. l. 4. aduerſ. hæreſ. cap. 28.*

B

### *Deus nomen Domini aſſumpſit ex quo hominem formauit, cui poſſet benefacere.*

87 *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terre.* Inueſtigandum eſt nobis, cur quando hominem formauit, oomen Domini recipit, cum in formatione aliarum creaturarum, Dei nomine ſolum gaudeat? de creatione cæli & terræ dicitur in principio Deus creauit cælum & terram, non Dominus, & dixit Deus fiat lux, non vero Dixit Dominus, & ſic vſque ad hunc verſ. ca 2. non repetit Deum habuiſſe nomen Domioi vſquequo formauerit hominem: cur ergo potius hoc nomine gaudet, quam in productione aliorum? Præſuppone Deum in hoc differre à nobis quod homines Domini dicuntur, non ſolum quia dominantur, ſed quia plura accipiunt à ſubditis, Deus autem dicitur Dominus in conferendis pluribus bonis; quo ſuppoſito reſpondeo, ideo dici Domioum in formatione hominis, & non aliarum creaturarum, quia producendo homioem, habuit cui liberaliter ſua beneficia largiretur, & ab eo non auferret: ita Tert. lib aduerſ Hermog. cap. 5. *In principio Deus fecit calum & terram, & dixit Deus, fecit Deus, & vidit Deus, nuſquam Dominus, at vbi vniuerſa perfecit, ipſum quoque vel maxime hominem, qui proprie Dominum intellecturus erat, dominus etiam appellatur, ac inde Dominus, qui retro Deus tantum,* addit idem, *ex quo habuit cuius eſſe*, quaſi diceret, ſine homine noo poterat eſſe largitor ſuarum miſericordiarum & donorum.

*Tert. l. aduer. Herm. cap. 5.*

C

### *Dei prouidentia.*

88 *Formauit Dominus Deus hominem de limo terra.* Alij homines non hoc modo formati, ſed in viſceribus matrum procreantur: in quibus hoc myſterio non caret, quod cum in lucem prodeant cum omnibus partibus corporis, dentes tamen illis deficiunt, cur Deus noo conceſſit illis dentes, ſicut & alias partes corporis, cùm ſint adeo neceſſarii? dicamus in hoc maximam elucere Dei prouidentiam, qui dentes non conceſſit, cum non duris epulis molendis vtiles ſed ſolo lacte nutriuntur. eſſent enim pernicioſi nutricibus lactantibus, ſi earum vberibus, ab infantulis inter ſugendum infigantur. ſic Phi. Hebr lib. de ſpecialibus legib. *Ille verum parens & conditor, cuius nullum opus eſt ſuperuacuum, dentes non vt catera membra naſcenti ſtatim addidit, ne infantem lacte nutriendum grauarent inutiliter, & fontes vberum per quos alimenta deriuantur, vexarent inter ſugendum.*

*Philo Heb. l. de ſpecia. legibus.*

### *Deus non ſolum hominis, ſed omnium Dominus.*

*Formauit Dominus Deus hominem de limo terra;* Cur in formatione hominis appoſitum eſt nomen non ſolum Dei ſed æterni Domini, cum vnum illorum ſufficiens videatur? certum eſt ita factum vt homo Deum noo ſolum habere, ſed Dominum ſciat, ſed Dominum tuum ô Domine nonne ad alias creaturas extenditur, ratio dubitandi eſt, quia in toto primo c. in quo creaturarum productiones a Moyſe deſcribuntur, non nomen Domini, ſed ſolum Dei ponitur; inſpice cum ſermo eſt de paradiſo, quid dicat Moyſes, & antea cum ſermo eſt de creatione cæli & terræ, & aliarum creaturarum? ait idem Propheta, in die qua fecit Dominus Deus cælum & terram, plantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis: vide Deum non ſolum nominatum, ſed Dominum, vt non ſolum hominis, ſed aliarum creaturarum dominium habere non ignoremus, hoc habet D. Aug. *Ita ſcriptura locuta eſt, non quod ſupradictarum creaturarum Dominus non eſſet Deus*, quaſi diceret, eſt enim omnium. 89

*Aug. l. 8. in Gen. lit. ca. 11.*

### *Potentia Dei.*

*Formauit Dominus Deus hominem de limo terra.* Pro limo terræ habemus aphar, quod ſignificat minutum ac vilem puluerem, atque adeo puluiſculum; cur Deus ex puluiſculo, vel vt habet Procop. ex parte purulenta ac volitante, homioem opus tam oobile & eximium formauit? vt ſuam potentiam declararet, qui ex tam infima & abiecta materia opus tam inſigne perfecit: ita Proco. *Puluerem dicit terra, partem purulentam, & in ſuperficie terra volitantem, elicitur itaque hinc Deum non collegiſſe optimam terra partem ex qua formaret hominem, ſed ſuperfluam, & quaſi inutilem, vt appareat Deum omnia ex ſua infinita parauiſſe, & adornaſſe potentia.* 90

*Proco. Gel in Geneſ.*

D

### *Deus erga hominem maxime prouidus eſt.*

*Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terre,* Aliqua conſideratione digna ſunt in illius corporis conſtitutione, nunc autem examinemus qua de cauſa ſupercilia dedit? nonne denotat ſupercilium, ſuperbiam, teſte Orig hom. 8. ſuper Leuit. non igitur ei tribuat? non ob ſuperbiam dedit, ſed in maximæ prouidentiæ erga hominem demonſtrationem: ita diu Ambr. lib. 6 hexam. c. 9. *Si quid de capite ſordium decidat, aut arena puluis, aut ros nebula, aut tumeſcentis verticis ſudor, excipitur ſupercilio, ne teneras offenſa aciei viſiones mollium perturbet oculorum.* 91

*Ambr. l. 6. hexam. c. 9*

E

### *Deus perfectum opus condidit.*

F

*Formauit Deus hominem de limo terra,* Cum controuerſia verſetur inter authores, cuius magnitudinis fuerit primus parens, cum à Deo formatus eſt, cur ſolum illius formationem exprimit Moyſes, non autem etiam magnitudinem? non neceſſe fuit id exprimere, quia Dei opera ſunt perfecta, & ideo primus homo in perfecta magnitudine conditus eſt, 92

eſt,ſic D.Eucher. *Nos non aliter Adam de limo factum* A
*intelligimus, niſi perfectæ ætatis.*

Eucher. in Geneſ.

### *Verbi diuini incarnatio ab initio præfiguratur.*

93 *Formauit Dominus Deus hominem de limo terræ,* Tertul. lib. de reſurrectione car. cap. 6. ait, recogita totum illi Deum occupatum, ac dedicatum, manu, ſenſu, opere, conſilio, ſapientia, prouidentia, & ipſa imprimis affectione, quæ lineamenta ductabat: cur quæſo circa vilem & abiectam materiam, ſicut limus eſt, ita Deus occupatur: an ad declarandam B hominis præſtantiam? dicemus poſtea, quod ergo myſterium aliud declaratur: dico quod verbi Domini incarnatio tunc cogitabatur. Sic Tertul. *Quodcumque limus exprimebatur, Chriſtus cogitabatur homo futurus, quod & limus & ſermo caro, quod & terra tunc, ſic enim præfatio patris ad filium, faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & fecit hominem Deus: id vtique quod finxit ad imaginem Dei finxit illum ſcilicet Chriſti: ita limus ille iam tunc imaginem induens Chriſti futuri in carne, non tantum opus Dei eſt, ſed pignus.*

Tert. lib. de reſur. carn. cap. 6.
Tertul.

### *Homo eſt microcoſmos.*

C

94 *Formauit ergo Dominus Deus hominem de limo terræ,* vel vt habent Sept. & D. Amb. & finxit Deus hominem: ſed cum ex ipſo corpore homo vocetur microcoſmos, id eſt, minor mundus, qua de cauſa eum ita vocant, quid commune habet vna creatura cum orbe vniuerſo: vbi nam cælum? vbi ſol & luna, & alia quæ ad perfectionem mũdi pertinent: nihilominus recte dicitur minor mundus, quia ad inſtar illius eſt corporis humani formatio: ita D. Amb lib. 6. hex. c. 9. *Primo omnium agnoſcamus humani corporis fabricam inſtar mundi, ſiquidem vt cælum eminet aeri, terræ* D *maria, quæ velut quædam membra ſunt mundi: ita etiam caput ſuper reliquos artus noſtri corporis cernimus eminere, deinde quod ſol & luna in cælo, hic ſunt oculi in homine, ſol & luna duo mundi lumina, oculi autem quidam in carne ſydera fulgent, deſuper & inferiora clare illuſtrant lumine, ex arboribus licet quæ humani ſit gratia capitis æſtimare, in capite arboris omnis eſt fructus, ibi omnis eſt pulchritudo, illius comatos aut à pluuiis tegit, aut defendit à ſole, tolle arboris comam, tota arbor ingrata eſt.*

Ambr. l. 6 hexa. c. 9.

### *Homo de volatilibus cæli.*

E

95 *Et formauit Deus hominem de limo terræ,* Nunc inquiro circa corporis eius conſtitutionem, cur ſolum homini duos pedes Deus aſſignauit, animalibus terreſtribus quatuor dederit? An erga alia animalia liberalior, quam in hominem. Minime quidem, cur ergo illi ſolum duos pedes tribuit? An aues duobus plures pedes habent? Minime: reſpondeo ergo ideo duos ſolum homini conceſſiſſe, vt ſciat ſe eſſe quaſi de volatilibus, & ideo ſemper ad excelſa debere tendere: ita D. Ambroſ. vbi ſup. *Recte non plures, ſed duo ſunt hominis pedes, quaterni enim pedes feris ac beluis ſunt, bini auibus, & ideo vnus, quaſi de volatilibus eſt homo, qui alta viſu petat, & quodam remigio volitet* F *ſublimium cogitationum, & ideo de eo dictum eſt, renouabitur ſicut aquila iuuentus tua, eo quod propior ſit cæleſtibus, & ſublimior aquilis, qui poſſit dicere, noſtra conuerſatio eſt in cælis.*

Ambroſ. vt ſupr.
Pſal. 102.

### *In hominis poteſtate omnia ſunt poſita.*

*Formauit Dominus Deus hominem de limo terræ,* 96
Miror quomodo cùm homo ſit inter creaturas omnes perfectiſſimus, tamen non ſunt congenitæ ei quædam ad tuendam vitam neceſſariæ vires, nam ab omnibus naturæ prædiis inermis, omniumque ad vſum vitæ neceſſariorum egens creatur, nam nec cornuum munitione armatus, non vnguium acumine, non dentibus, eiuſmodi rebus inſtructa pleraque animalia, vim lædentium ſe propulſare videmus, videtur autem quod cui in cæteras res imperium deſtinabatur, armis à natura propriis munitus eſſe deberet, ne ad tuendum ſeſe ope aliena egeret: ideo non ea, quibus præſtant animalia, ad ſe tuendum dedit, vt declararet omnia in ſua poteſtate eſſe: ita D. Gregor. Nyſſenus lib de hominis opificio cap. 7. *Id quod à natura nobis deeſſe videtur, vna eſt cauſa ob quam cætera noſtra ſunt in poteſtate, nam hac de cauſa ſingula quaſi mancipia noſtra diuerſos ad vſus vitæ deſtinauimus, vt omnino nobis neceſſe ſit ipſis cum imperio præeſſe, itaque cum ob corporis exiguitatem, loco non ſatis agiliter moueantur, equum domitum ad vſum noſtrum accinimus, corporis nuditas, vt in oues imperium noſtrum vſurparetur, effecit quo ex annuis eorum lanis, quod naturæ noſtræ deerat ſumeremus.*

Greg. Nyſſ. l. de hominis opificio.

### *Quo fragilior hominis conditio, eo felicior.*

*Formauit igitur hominem de limo terræ.* Miror hominem nobilitate, & dignitate præ cæteris creaturis præſtantem, materiam ſui corporis habere tam vilem, nempe limum terræ, vel puluerem? cur potius materiam inſignem ſicut cæleſtem non illi largitus eſt. Nonne ſciebat Deus hunc hominem ſuper omnes mundi creaturas honoratum paulo poſt futurum ſibi ingratum. Ideo ergo ex materia vili formauit, vt Deus conſiderans fragile, & luteum hoc vas, facilius ei peccata condonaret, vnde quo fragilior hominis conditio, eo fœlicior, vt ad cadendum labilis, ſic ad reſurgendum facilis vtilior fuit ſui luti infirmitas, quam Angelis, æris & chalibis ſui firmitas, ob hanc rationem Paul. 1. ad Corinth. 10. dictum eſt, tentatio vos non apprehendat niſi humana; quem locum exponens D. Bernardus ſermon. 11. in Pſalm. Qui habitat, *Quia,* inquit, *humanum eſt peccare, cæterum & ſi quorundam hominum ſit, non humanum tamen, ſed diabolicum eſt in malo perſeuerare,* Quaſi diceret fœlix es homo, qui quamuis propter fragilitatem tuam delinquas, tibi parcit Deus, non condonans Angelis. 97

Paul. 1. Cor. 10.
Ber. ſer. 11. in Pſal. qui habitat.

### *Magna hominis dignitas.*

*Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ,* Quaſi manibus ſuis dignaretur corpus illius efformare manus tuæ Domine fecerunt me, ait Iob. dubium eſt, nonne Angeli ſunt perfectiores homine? Minuiſti eum paulominus ab Angelis, ait Pſal. quomodo ergo Deus Angelos voce creauit, dignatus eſt autem hominem ſuis manibus formare: Manibus inquam in quibus infiniti ſunt theſauri, imo & ipſæmet theſauri ſunt omnium bonorum, tamen eas demittit ad effingendum hominem: ideo manus ſuas tornatiles plenas hyacinthis demittit ad hanc formationem, vt ſummam hominis dignitatem & excellentiam admiremur: ita D. Am lib. 2. in Luc. 3. *Non otioſe, inquit, corporalibus quibuſdam manibus circa Adam & Euam Moyſes Deum inducit operantem, mundum Deus fieri iuſſit, & factus eſt, &* 98

Iob. 10.
Pſalm. 8.
Ambr. l. 2. in Luc. c. 3.

vno

*vno verbo, opus mundi ſcriptura indicat abſolutum: ad hominem venitur, & manus ipſas quodammodo ſtuduit ſibi Propheta Dei laborantis oſtendere plus neſcio quid in his intelligere, quam lego, opera Dei elaborata me cogunt*: expende illa verba plus neſcio quid in his intelligere quam lego, quaſi diceret ſatis exprimere non poſſum hominis excellentiam, cùm ipſe Deus ſuas manus demittat ad eum formandum.

### *Homo toto vniuerſo orbe ſuperior.*

99 *Formauit Dominus Deus hominem de limo terræ,* Diximus manibus ſuis eum formaſſe, ſed quæ ratio & differentia poteſt inueniri in eo quod ſolo imperio ac voce alia facta fuerũt, ipſe verò manibus Dei formatus fuerit? vt eum omnibus aliis ſuperiorem declaret, eique debere omnia famulari: ſic Tert. lib. de reſur. car. c. 5 *Faciamus hominem,* inquit, *ante præmiſit & amplius, manu propter prælationem, ne vniuerſitati compararetur, & finxit Deus hominẽ, magna ſine dubio differentia, pro conditione ſcilicet rerum, minora ſi enim quæ fiebant eo cui fiebant, ſiquidem homini fiebant, cui mox à Deo addicta ſunt; merito ergo vt famula, iuſſu & imperio, & ſola vocali poteſtate, vniuerſa proceſſerãt, contra, homo vt Dominus eorum, in hoc ab ipſo Deo extructus eſt, vt dominus eſſe poſſit dum ſit Domino.*

Tert. l. de reſur. ca cap. 5.

### *Videtur homo quaſi beatus in ſua formatione.*

100 *Formauit Dominus Deus hominem de limo terræ,* Sed nonne verum eſt quod iuſtorum animæ in manu Dei ſunt; quomodo ergo manibus ſuis limum, ex quo homo formandus eſt, contrectat. ſi in manibus his animæ beatorum ſunt? vt hominem admireris qui ita perfectus eſt, vt beatus quaſi appareat in ſua formatione: ita Tert. vbi ſupr. *Perſequar propoſitum ſi tamen tantum poſſum carni vindicare, quantum cõtulit ille qui eam fecit iam tunc glorianrẽ, quod illa puſillitas, limus in manu Dei quæcunque ſunt, peruenit, ſatis beatus, etſi ſolummodo contactus; quid enim ſi nullo amplius opere, ſtatim figmentum de contactu Dei conſtitiſſet? adeo magna res agebatur, quæ iſta materia extruebatur, itaque toties honoratur, quoties manus Dei patitur, dum tangitur, dum decerpitur, dum deducitur, dum effingitur.*

Tert. cit. concept ſuper.

### *Hominem immortalem condidit Deus.*

101 *Et formauit Dominus Deus hominem de limo terræ.* Quid voluit nobis innuere Deus ſe propriis manibus, hominem effo rmaſſe: nonne ſicut alia creata ſunt, potuit produci? certum eſt Deum immortalem condere voluiſſe, propriis ergo manibus hominem formauit, vt ei manuum ſuarum attrectatione, immortalitatem largiretur; ita Procop. *Cùm Deus hominem immortalem condere vellet, ipſe enim per ſe format, & huic operi quaſi ſuas admouet manus, nouerat enim neceſſarium omnino eſſe, vt quidquid ſua operaretur manus, id perpetuam poſſideret immortalitatem, vtpote immortalitatis opus.*

Proco. lege. Epiph. l. 2. aduer. hær. 64.

### *Hominis pulchritudo ad glorificandum Deum nos excitat.*

102 *Formauit igitur hominem de limo terræ.* Cur ſicut dixerat Moyſes quod fecerat Dominus cælum & terram, eodem verbo vſus non eſt in hominis creatione, dicens, fecit Deus hominem, & non formauit, cùm idem ſenſus inueniretur? ideo non dixit, *fecit*, ſed formauit, ſeu plaſmauit, quia formatio maiorem in re formata dicit pulcritudinem, quam effe-A ctio; ſic Seueria. *Non dixit ſimpliciter fecit, ſed formauit, ſeu plaſmauit, quod decentiam ſignificat, vt cum quis pulcherrimam hominis faciem videat, glorificet artificem.* Seueria. in cat. lip.

### *Tempus natiuitatis hominis diſciplinæ inſtructionem ſignificat.*

*Formauit igitur hominem de limo terræ.* Poſteri eius non ita conduntur, ſed decurſu temporis in viſceribus maternis formantur, legitima natiuitas eius inquit Tert. lib. de anima, ca. 37. ferme decimi menſis, ingreſſus eſt, quid decem menſes in hominis natiuitate ſignificant? audi eund: B *hũc modum temporis argumentabor, vt decem menſes decalogo magis inaugurent hominem, vt tanto temporis numero naſcamur, quãto diſciplinæ numero renaſcimur.* Deinde ſubiungit: *Sed & cum ſeptimo menſe natiuitatis, plena eſt factus quam octauo, honorem ſabbathi agnoſcam, vt quo die dedicata conditio toto menſe interdum producatur.* 103

Tert. lib. de anima. ca. 37.

### *Hominis nomine decoratur etiam caro illius.*

*Formauit Deus hominem de limo terræ.* Homo nonne conſtat ex anima rationali & corpore, cur ergo ait hominem de limo terræ formaſſe, cùm ſolum C corpus efformatum fuerit? deinde addit. & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem; hic homo ſolum erat caro, cur ergo hominis nomen non ſolum toti compoſito (vt poſtea declarat, & poſuit Deus hominem quem formauit in Paradiſo) ſed etiam corpori aſſignat? reſpondet Tert. lib. de reſur carn c. 5. *Hominem memento propriè carnem dici, quæ prior hominis vocabulum occupauit*: deinde, *adeo homo figmentum, primo dehinc totus, hoc eo commendarim, vnde quidquid omnino homini à Deo proſpectum atque promiſſum eſt, non ſoli animæ, verum & carni ſcias debitum, vt ſi non ex conſortio generis, certe vel ex priuilegio nominis.* 104

Tert. lib. de reſur. carn. cap. 5.

D

### *Homo, vel beſtia, vel Angelus eſt.*

*Formauit Deus hominem de limo terræ.* Ex eadem materia qua animalia videmus formata, hominem productum cernimus: ſed inſpiciamus eius animam, ait textus, inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuẽtem: anima illius igitur ſpiritualis, ex quo collige ſecundum corpus cum belluis conuenire, ſecundum animam cum Angelis: cur Deus noluit hominem vel ſolum animalium naturam ſapere, vel ſolum Angelicam? ideo E vtriuſque nempe animalis & Angeli naturam habere voluit Deus hominem, vt ſi in peccata laberetur, beſtia foret, ſi virtutibus deditus. Angelus cenſetur, teſtis eſt D Aug lib. 12 de ciu. Dei cap. 21. *Hominis naturam, quodammodo mediam inter Angelos beſtiaſque condebat, vt ſi creatori ſuo tanquam vero domino ſubditus, præceptum eius pia obedientia cuſtodiret, in conſortium tranſiret Angelicum, ſine morte media: ſi autem Dominum Deum ſuum libera voluntate ſuperbe atque inobedienter vſus offenderet, mori addictus beſtialiter viueret, æterno poſt mortem ſupplicio deſtinandus.* 105

Aug. li. 12. de ciu. Dei. cap. 21.

F

### *Homo omnis creaturæ confinium.*

*Formauit Dominus hominem de limo terræ.* Deinde & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ: formauit ergo hominem ex corpore & anima; an creaturam aliquam ſimilem reperimus ex inuiſibili & viſibili, mortali & immortali, corporea & incorporea natura formatam? minime cur ergo hominem ita 106

ita formari voluit?nonne omnis natura eſt corporea vt creaturæ inferiores,incorporea vt Angelica?ideo ſic hominem formari voluit,vt intelligeremus eum eſſe omnis creaturæ confinium,ſic Phil. Heb.lib de mundi opifi. *Proprie dicere licet hominem mortalis & immortalis naturæ eſſe confinium,vtriuſ quantum neceſſe eſt,participem,factumque ſimul mortalem& immortalẽ, mortalem iuxta corpus,iuxta mentem immortalem.*

*Phil. Heb. l. de mundi opificio,*

*Homo omnium eſt finis propter quem omnia.*

107 *Formauit igitur hominem de limo terræ.* Cur hunc hominem nouiſſimum inter creaturas formauit, cum propter ſuam dignitatem & excellentiam, primum in creatione locum habere deberet? ideo hominem vltimo loco appoſuit,non propter vilitatem, ſed vt finem propter quem omnia ſunt condita, ſic Ambr. *Rectè nouiſſimus, quaſi cauſa mundi,propter quem facta ſunt omnia, quaſi omnium habitator elementorum, inter feras viuit,cum piſcibus natat,ſuper aues volitat,conuerſatur cum Angelis,terram inhabitat,& cælo militat,ſulcat mare,aëre paſcitur,cultor ſoli,viator profũdi,piſcator in fluctibus,in aëre auceps, in cælo hæres,Chriſti cohæres.*

*Amb. enar. 1.in Gen. ad Horontianum.*

*Hominem condidit Deus propter ſeipſum.*

108 *Formauit Dominus Deus hominem de limo terræ.* Plurie diximus omnia propter hominem formata eſſe, ſed ipſum hominem cur Deus formauit, cum ſciat ipſum futurum ſibi aduerſarium,ſuoque aduerſario amiciſſimum? non ergo ſuppetit aliqua ratio, cur à Deo formatus ſit. Ita hominem perfectum condidit Deus,vt propter ſeipſum ſolum ſit conditus: ſic Lactan. Fir. l. de ira Dei c.14 *Sicut mundum propter hominem machinatus eſt, ita ipſum propter ſe diuini templi antiſtitem ſpectatoremque operum, rerumque cæleſtium, ſolus enim eſt qui capax rationis intelligere poſſit Deum, qui opera eius admirari,virtutem poteſtatemq; perſpicere;idcirco enim mente, prudentia inſtructus eſt,ideo ſolus præter alias animãtes rectus corpore,ac ſtatu factus eſt,vt ad contemplationem parentis ſui excitatus eſſe videatur.*

*Lact. Fir. l. de ira Dei. cap. 14.*

*Vnus homo conditur, vt ſuperbia diaboli confunderetur.*

109 *Formauit Deus hominem de limo terræ.* Cur vnicum Deus hominem,futurum omnium principium condidit? nam ſicut plures Angelos creauit, ſic plures homines potuit formare:nota diabolum voluiſſe eſſe aliud principium à Deo;voluit igitur vnicum hominem formari omnium Dominum, vt ſuperbia diaboli confunderetur,ſic Hugo Victor. *Creauit ergo Deus primum hominem, vt vnum eſſet generis humani principium, quatenus in hoc & diaboli ſuperbia confunderetur,& humana natura humilitas diuinæ imaginis ſimilitudine glorificaretur; diabolus namque aliud à Deo principium eſſe concupierat, & vt idcirco magis eius ſuperbia confunderetur,hoc homo in dono accepit,quod ille peruersè rapere voluit, & obtinere non potuit, vt in hoc imago Dei appareret: quod ſicut Deus rebus omnibus creationis principium extitit,ita iſte omnibus hominibus eſſet principium generationis.*

*Hug. Vict. l. 1. de ſacr. part. 6. ca. 14.*

*Hoc tantæ dignitatis eſt ratione ſuæ libertatis, vt neceſſe ſit ipſum Deum ei ſignificare ſe eſſe ſuum Dominum.*

110 *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ,* Cur in formatione hominis Dominum ſe ſignificas eſſe, cum in aliis creaturarum productionibus ſolum Deus nominari, videaris? *Fecit Deus, dixit Deus,* Geneſ. 1. quod admirans Tertull. ait, *modò Dominus, qui retro Deus,* Nota hominem Deo ſimillimum ratione ſuæ voluntatis, & libertatis, hancque dignitatem maximam eſſe ſuper omnia animantia, ita vt ratione illius conſtitutus ſit Dominus eorum: dico ergo, Deum Dominum in formatione hominis appellatum, vt ſciat quamuis ſit perfectiſſimus, non tamen cum Deo competere debere, ſed eum agnoſcere Dominum & ſuperiorem.

*Tert. lib. de reſur. ca. 11.*

B *Aſſidua virtutum exercitatione opus eſt, vt Dei in nobis gratia permaneat.*

111 *Formauit Deus hominem de limo terræ,* Propriis manibus vt ex illarum attactu homo Deum ſaperet, quod acutè obſeruauit Galfridus in Allegoriis Godefridi Tilm. ex quo aſſumpſit hominem Deus, dignum prorſus, vt aliquatenus etiam Deum ſapiat homo,& omnis eius operatio,ſermo, cogitatio, diuini aliquid timoris habeat & amoris,etenim vix illum formauerat, cum text ait tulit Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis, vt C operaretur & cuſtodiret illum, quid eſt tulit? ſiue quid opus fuit addere tulit, cùm ſatis eſſet dicere, poſuit? Occurrit Amb. lib. de Paradiſo, c. 4. pro verbo tulit, reponens apprehendit: ſicque capiens, vt inde ſignificetur, vix hominem fuiſſe creatum, cum ad virtutis profectum & bonorum operum exercitium, quo in primæ dignitatis gratia ſubſiſteret, fuerit à Deo euocatus. *Apprehendit ergo eum virtus Dei,* ait Ambroſ. *inſpirans proceſſus & incrementa virtutum.* Ac ſi diceret, apprehendit eum, vt ipſe apprehenderet diſciplinam ne periret de via iuſta.

*Galfrid in Alleg. Til.*

*Ambro. de Par. c. 4.*

*Hoc patri diuino proprium videtur quod de D viliori materia facinora ſua educat.*

112 *Formauit Deus hominem de limo terræ,* Inſpiciamus quid dicat Angelus Mariæ, ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te,& virtus altiſſimi obumbrabit tibi,ideo & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius Dei. Pater limum terræ aſſumit, vt ex illo hominẽ ſuum perficiat, ſpiritus ſanctus non limum terræ, ſed immaculatum puriſſimumque ſanguinem Mariæ Virginis apponit operi ſuo:vt merito dicat Paulus: primus homo de terra terrenus,ſecundus homo de cælo cæleſtis, & cur primus homo non etiam de cælo E factus eſt,vel ſecundus de limo terræ?Seruant diuinæ perſonæ hunc ordinem, vt Pater de abiectiori & viliori materia opus educens mirabiliora opera ſua oſtendere videatur ſuper opera ſpiritus ſancti, quæ de præſtantiori materia ſunt:pro quo aiebat Rup. li. 1. de operibus ſpiritus ſancti, ca. 14. *Ambo iſti homines formauit Dominus Deus de limo terræ, ſed illum quidem dominus de limo terræ inſenſibilis & inanimata, iſtum autem ſpiritus ſanctus de limo terræ, ſed animata, id eſt, de humore carnis Virgineæ ſua formauit operatione vtraque formatio mirabilis, veruntamen iſtam quidem mirabilem, ſed illam dicere non dubitamus mirabiliorem, iſta* F *quidem formatio venerabilior eſt, ſed illa mirabilior.*

*Rup. l. 1. de operib. ſpiritus ſancti.*

*Humilitatem ex materia noſtræ vilitate inſtruimur colere.*

113 *Formauit Dominus Deus hominem de limo terræ.* Seu vt eſt in Hebræo, de puluere terræ, & iuxta Chryſ. teſtimonio, ac viliſſimo; eſt difficultas, cur cum ſimilem in creatione cum Angelis animam haberet,

haberet, & eſſet merè ſpiritualis ſicut & illi, cur alteram partem ſui, nempe corpus ita abiectum & vile dedit? nonne potuit formare ex materia cœleſti? potuit quidem: cur ergo eum ex hac materia non finxit? ideo ex hac materia vili finxit vt ſi fortè intumeſceret ex creatione animæ ſimili creationi Angelorum, ſtatim ex formatione corporis ſimili formationi vaſorum fictilium detumeſceret, *ſic enim corpus fuit* (inquit D. Chryſ. hom. 12. in Geneſ.)
Chry. hom. 12. in Gen. *Ne ignorando homo quomodo conſtitutus ſit, magnus ſibi videatur, & præſcriptos ſibi limites tranſeat, nam cum cogitauerimus, vnde conſtitutioni ſuæ initium natura noſtra ſuſceperit, etiamſi ſexcenties ſupercilia ſurrigamus,* B *ea deprimemus & humiliabimur.*

### *Humiles eſſe debemus.*

114 *Formauit Dominus Deus hominem de limo terræ.* Inter alias illius corporis partes pedes habere cernimus, ſed quod in eis miror, cur eorum genu flexibile effecit, cum elephantibus hanc flexibilitatem non largitus fuerit? nonne elephas ſymbolum eſt ſuperbiæ? reſpondeo ergo è contrario homini genu flexibile largitum, vt humilitatem ſe debere colere
Amb. l. 6. hex. cap. 9. non ignoraret, ita Ambr. lib. 6. hexam. cap. 9. *Duo* C *ſunt quæ præ cæteris Deum mulcent, humilitas & fides pes exprimit humilitatis affectum, & ſedula ſeruitutis obſequium,* Hoc intellige quia eius genu eſt flexibile.

### *Humilitas fundamentum eſt aliarum virtutum.*

115 *Formauit Dominus hominem de limo terræ,* Cur hominem non ex alia pretioſiori & nobiliori materia formauerit? diximus vt eum humilem eſſe doceret: ſed cur potiùs eum ab initio voluit hanc virtutem humilitatis colere, quam aliam, cùm tot ſint virtutes amplectendæ? quia illa omnium aliarum fundamentum & radix virtutum eſt? ſic D. Chryſoſt. ho. D
Chry. hom. ex variis in Matth. locis. ex variis in Matth. locis. *Hac ſuppoſita firmitate, ædificator omnia reliqua ſupponit, hac autem ſublata, licet ad cœlos vſque perueniat operarius, omnia facilè ſubruuntur, & in malum finem conuertuntur, ſiue ieiunium, ſiue orationem, ſiue eleemoſinam, ſiue continentiam ſiue quid aliud boni congregaueris, abſque humilitate defluit, & omnia pereunt; quod & in Phariſeo factum fuit, poſt quam peruenit ad ipſum verticem, omnibus amiſſis deſcendit, quoniam bonorum matrem non habebat, ſicut ſuperbia totius eſt fons nequitiæ, ſic humilitas omnis ſapientiæ principium.*

### *Magna in hominem Dei beneuolentia.*

116 *Formauit Dominus Deus hominem de limo terræ,* Ad
Pſal. 118. quod alludens Pſalmiſta Pſalm. 118 ait, manus tuæ Domine fecerunt me? cur noſtrum corpus tam vile propriis manibus effinxit, cur non imperio iuſſit formari ſicut alias creaturas? ideo manibus formare voluit, vt erga nos ſuam beneuolentiam ſentiamus
Theodor. in Pſal. cit. & agnoſcamus, ita D. Theod. in Pſalm. cit. *De amore, erga humanam naturam admonet, quandoquidem cum verbo omnia formaſſet, ipſe dicitur hominum naturam finxiſſe, non manibus vſus eſt, ſed plurimum affectum ergà creaturam oſtendens.*

### *Non eſt cur homo conqueratur ſe non eſſe prædeſtinatum.*

117 *Formauit Dominus hominem de limo terræ,* Nonne in primo capite dixerat, faciamus, inquit Deus, ho- A minem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram? ad quid ergo nunc eum de limo terræ dicit eſſe formatum? nota hominem lutum eſſe, ita Ierem. 18. ecce ſicut lutum in manu figuli, lutum autem non poteſt conqueri, quod ex eo fiat vas in vituperium, nec Ierem. 18. glorificari quod fiat vas ex eo in honorem: dicamus iden vnluiſſe declarare hominem de limo terræ, quamuis antea dixerat eſſe factum ad imaginem Dei, vt ſciens ſe eſſe lutum, non conqueratur ſe non eſſe prædeſtinatum, & alius non glorietur ſe eſſe electum; ita Rupert. Abb. lib. 2. in Geneſ. cap. 2. *Dili-* Rup. Abb. lib. 2. in Gen. ca. 2. *genter aduertere operæpretium eſt, quia videlicet formauit, & non vndequaque formauit, ſed de limo terræ.* B De inde affert teſtimonium D. Pauli ad Rom. 9. *ò homo tu* Paul. ad Rom. 6. *qui es, qui reſpondeas Deo, nunquid poteſt figmentum dicere ei quare me feciſti ſic? aut nunquid non habet poteſtatem figulus, facere de eodem luto, aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? itaque & nos cum legimus, quia formauit Dominus hominem de limo terræ, non diſcutiendum nobis eſt, cur ita fecerit, ſed potiùs illud timendum vnicuique noſtrum de ſeipſo, ne vas quod fecit ipſe diſſipetur in manibus eius, & hoc abiecto, faciat aliud vas, ſicut placuit in oculis eius vt faceret.*

### C *Noſtræ imperfectionis perpetuam ante oculos cognitionem nos habere voluit Deus.*

*Formauit Dominus Deus hominem de limo terræ,* Inquiſiuimus ſuperius, cur non ex aliqua materia nobiliori, vt cœleſti, hominem formauerit, nunc inquiro cur non ex nihilo? ſciens enim ſe ortum habere ex nihilo, non haberet vnde poſſet ſuperbire, cum nihil vilius & abiectius ſit: nota quod nihilum, eſt terminus à quo aliquarum creaturarum, quæ cum habent eſſe, in eis non remanet, terra autem ex qua componitur homo, non ſolum eſt terminus à quo illius, ſed etiam pars materialis, quæ ſemper D cum homine perſeuerat, ideo potius ex terra quam ex nihilo hominem formare decreuit, vt vilitatis in ſe ipſo manentis, nempe terræ continuam cognitionem haberet: ſic ferè D. Hier. *Vt intuens homo me-* Hier. Ep. 7. de virt. perf. *tallum corporis ſui, inueniat nihil eo eſſe vilius, nihil humilius, nihil omni iniuriæ ſubiectius, & ſic homo de ſua origine gloriari nequeat, erubeſcere autem poſſit.* 118

### *Cognitio propria remedium aduerſus omne peccatum.*

*Formauit Deus hominem de limo terræ,* Diximus 119 E præcedenti conceptu ideo voluiſſe ex materia ignobili hominem creare, vt ſuæ abiectæ naturæ continuam haberet cognitionem & memoriam, ſed quæſo qua de cauſa memorem perpetuo voluerit Deus eſſe ſuæ vilitatis & ignobilitatis? cum hoc non conuenire videatur, homo enim ignobilis, cognoſcens ſe ex vili ſtirpe natum nihil dignum laude perpetrat: non ſine tamen myſterio Deus voluit hominem ſuæ vilitatis habere cognitionem, quia cognitio propria remedium eſt aduerſus omne peccatū, Baſil. hom. 11. in hexa. ſic D. Baſil. hom. 11. in hexam. *Tuæ naturæ memineris & ecce omnis illa ad improbitatem ſecundam affectio* F *peſſum iit, ingis hæc cogitatio ſalutare quoddam amuletum eſt aduerſus quodcumque peccatum.*

### *Anſam Deus præbet merendi.*

*Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ,* Deinde inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ & factus eſt homo in animam viuentem, cur quæſo, à ſummo conditore facta fuit hæc duarum 120

partium

partium coniunctio, tantæ naturę interuallo ac poſt peccatum diſſidio inter ſe diſſimillimarum, nam vt ait Nazianz. orat 4. hæc bellum inter ſe gerunt, caſtraque ex aduerſo habent, corpus ægrotante anima, bella habet; anima floret atque in cœlum oculos habet, cùm voluptates decidunt, atque vnà cum corpore marceſcunt, cur ergo tale bellũ inter animam & corpus, & hoc diſſidium permittit? vt præbeat nobis occaſionem merendi, anima enim reſiſtens motibus corporis maxime meretur: ita Diuus Greg. Naz. Apolo. 1 *Vt per certamẽ colluctationemque cum rebus inferioribus, anima ad ſupremam hereditatẽ perueniat*, deinde ait *vt corpus natura graue reddat ſubtilius, conſeruumque corpus Deo adiungat.*

Greg. Naz. orat. 4. — Greg. Naz. Apolo. 1.

### *Ad benè operandum nos inſtruit Deus.*

121 *Formauit Dominus Deus hominem de limo terra.* Diximus manibus ſuis eum formaſſe, quaſi eas ad omnes huius humani corporis extendens partes: quid ſignificat Deum manus ſuas applicare & extendere ad opus? Sine dubio vt operi manum adhibeas, inſtruit, & te excitat ad benè operandum: ſic D. Aug. in Pſalm. 62. loquens de extenſione manuum Chriſti Domini in cruce, *Leuauit pro nobis Dominus Deus noſter manus in cruce, & extenſæ ſunt manus eius pro nobis, vt manus noſtra extendantur, cum enim in cruce noſtram operatus fuerit ſalutem, & peccatum ac diabolum deuiceris, id quidem manuum extenſione fecit, vt noſtras etiam admoneret atque prouocaret, imo & doceret manus ad prælium ſpirituale, & nos ſectatores videret bonorum operum.*

Auguſt. in Pſal. 62.

### *Formatus eſt homo ad operandum.*

122 *Formauit Dominus Deus hominem de limo.* Circa formationem corporis humani, inquirere poſſumus, cum animali terreſtri quatuor pedes conceſſerit, nulli autem manus, ſed ſolum homini, cur ita formauit Deus hominem vt ſolum manus præberet? Nonne manibus operamur? Reſpondeo ergo illi manus dediſſe, vt ſe formatum ſciat ad otium fugiendum & ad operi ſe accingendum, ſic Lactan. Firm. lib. de opificio Dei cap. 5. *In homine ſunt manus, quæ non ad ambulandum, ſed ad faciendum ſunt nata.*

Lact. Fir. l. de opif. Dei cap. 5.

### *Ex naturâ noſtrâ remedium habemus contra iram.*

123 *Formauit Deus hominem de limo terra*, Cum vnicum verbum in ſacra ſcriptura plurima contineat myſteria, hinc eſt quod quamuis pluries ſcrutati fuerimus, cur hominem de limo terræ & non de alia materia formare voluerit, iterũ idem dubium mouebimus: cum homo ſapiat naturam Angelicam & belluinam, cur ex materia vtrique correſpondente & non ſolum vni, nempe animali conuenientę produxit? Nota quod cum ignobilis & abiectiſſimus accuſatur vilitatis & ignobilitatis, in iram non exardeſcit, ſciens ſe non nobilem: dico ergo, ideò non ex alia materia ſublimi, ſed terrâ Deum hominem plaſmaſſe, vt ſi quando laceſſeretur iniuriis, & opprobriis nempe ignobilitatis, remedium haberet contra iram agnoſcens ſe vilem & abiectũ, ſic D. Baſil. hom. 11. in hexam. *Mea conſcius natura, quis ſim probe noui, ſimul & vnde ſim, ad eam conſiderationis formulã ſi factos nos eſſe de terra meminerimus, humilis hæc & deiecta de nobis cogitatio, nullo vnquam tempore ſinet iræ impetum plus æquo excitare.*

Baſ. ho. 11. in hexa.

### *Ad iram compeſcendam inuitamur.*

*Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terra*, In illius hominis admirabili ſtructura, plura ſcitu digniſſima, vt in partium ordine & membrorum ſerie, ſolum nunc hoc dubium mouetur, cur pulmoni iunxit cor, ita vt finitimo limite vnum alteri iungeretur? Nonne in corde hominis eſt ira, pulmo autem ad refrigerium noſtrum deſeruit? Reſpondeo ergo ideò pulmonem cordi iunxiſſe, vt qui in iram æſtuat, mitigetur refrigerio pulmonis: ita D. Ambr. lib. 6. hexam. cap 9. *Quid iam ſalutare, quam vt pulmo cordi finitimo limite iungeretur, vt cum exarſerit cor irâ, & indignatione pulmonis ſanguine atque humore citius temperetur, ideò mollior pulmo eſt, qui madet ſemper, ſimul vt vigorem indignationis emolliat* 124

Ambr. li. 6. hexa. c. 9.

### *Reſurrectio ab initio indicatur.*

*Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terra*, Cur non de gleba, ſed de puluere? Nota optime Deum ſciuiſſe hominem in puluerem reuerſurum, dico ergo ideo de limo terræ ſeu puluere hominem formaſſe vt deinde agnoſcens ſe in puluerem redactum, ſperet denuo ex hac eadem materia reformandum: ita Procop. *Puluerem accepit, non glebam, ex ipſis ſtatim iam in te exordiis reſurrectionis ſpes denuntiatur, nam homo in puluerem reſoluẽdus erat, iuxta Pſalm. 21. & in puluerem mortis deduxiſti me; ne quis igitur puluerem in ſepulchris cernens, deſperet de reſuſcitando genere humano, propterea in prima hominis creatione confirmauit reſurrectionis ſpem;* Ita etiam Stepha. Angl. in moral. de puluere formauit quem moriturum ſciebat, vt certo crederet ſe è puluere ſurſum ſuſcitari poſſe, ac reformari ab eo qui illum primum de puluere formauit. 125

Procop. — Pſal. 21. — Step. Angl. in moral.

### *Lingua datur homini ad ſermocinandum de Deo.*

*Formauit Dominus Deus hominẽ de limo terræ.* In corpore hominis plura ſunt conſideratione digna, inter alia ipſum os, ipſa ligua, nõne etiam aliis animalibus os & linguam conceſſit, cur ergo dicimus hoc eſſe cõſideratione dignum? ſed accipe Tert. lib. de reſu. car. c. 61. *Accepiſti (inquit) homo os ad vorandum atque potandum? cur non potius ad eloquendum? vt à cæteris animalibus diſtes, cur non potius ad prædicandum Deum? vt etiam hominibus antiſtes*, & exemplum ab Ademo deſumit, cui datum eſt os potius vt loqueretur quam vt veſceretur, non enim veſcendo ſed loquendo à belluis diſtinguebatur, quin etiam os accepit vt loqueretur de Deo, quam vt veſceretur de pomis terræ, hoc enim omnibus hominibus commune erat, illud tantum iuſtis ſingulare. Denique *Adam*, inquit, *ante nomina animalibus enuntiauit, quam de arbore decerpſit, ante etiam prophetauit quam vorauit, prius enim erupit in illud oraculum, hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea (quod Apoſt. Ephes. 5. appellat ſacramentum magnum in Chriſto & in Eccleſia) quam fructibus Paradiſi veſceretur.* 129

Ter. l. de reſur. car. c. 61 — ad Ephes. 5.

### *Hominis corpus non eſt ad imaginem Dei.*

*Formauit igitur hominem de limo terra.* Cur ita diminutus procedit Moyſes, cur non addit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, cum Deus dixerit, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram? nota quod per hæc verba, formauit hominem de limo terræ, ly homo ſignificat corpus; non 127

ſine cauſa non addidit Moyſes, ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, vt declararet hominis corpus imaginem Dei non habere: ſic D. Aug. lib. 2. contra Manich. *Nonnullos noſtros intelligere accepi, qui dicunt poſteaquam dictum eſt finxit Deus hominem de limo terræ, poſtea non additum eſſe ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, quoniam nunc de corporis formatione dicitur: tunc autem homo interior ſignificabatur, quando dictum eſt, fecit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.*

Aug. lib. 2. cont. Man.

### *Maxime concordiam diligit Deus.*

128 *Formauit Deus hominem de limo terræ*, Si conſpiciamus corporis humani artificium, reperiemus miram harmoniam, ita vt pedes pedi, manus manui, & pluria alia membra inter ſe æqualiter concordent, cur non omnes partes illius fuerunt diſſimiles, heterogeneæque, cum varietas maiorem inferat pulchritudinem? ideo plures corporis partes voluit Deus eſſe homogeneas, & ſimiles, ſignificans ſe vnitatis & concordiæ eſſe amantiſſimum: ſic fere S. Clem Rom. lib. 8. Recog. *Vide in corpore hominis artificis opus, quomodo æqualis ex vtraque parte ... eſt, leua ac dextera menſura ſeruetur, vt congruat pes pedi, & manus manui, digitiſque quoque digitis & ... ſingulos tota æqualitate concordent, ſed & oculus oculo, auris auri, quæ non ſolum conſona ſibi & concordantia, ſed & vſibus neceſſariis apta formantur.*

Cle. Rol. 8. recognit.

### *Nihil ſuperfluum, ſed vnumquodque operari vult Deus.*

129 *Formauit Deus hominem de limo terræ.* Cum in corpore humano tot ſint partes, tot oſſa, tot nerui, tot humores, mihi videtur in eis eſſe aliqua ſuperfluitas, ad quid enim tanta oſſium multitudo, ad quid neruorum talis varietas? cur tanta ſanguinis abundantia? homo enim vitam degere ſine his omnibus valeret; dico tamen in eis nihil ſuperfluum reperiri, ſed vnumquodque vtile, & operationi deſeruire: teſtis eſt ſupradictus Clem. Ro. *Lingua ad loquendum illiſa dentibus plectri reddit officium, ipſi vero dentes, alij vt incidant & diuidant cibos, & interioribus tradant, interiores vero vt in modum molæ conficiant, & comminuãt, quo opportunius ſtomacho traditi coquantur, vnde & molares appellati ſunt: ſed & nares commeandi flatus & reſpirandi, ac reddendi gratiã facta ſunt, vt innouatione ſpiritus calor naturalis qui ex corde eſt, vel accendi vel refrigerari cum res popoſcerit, queat pulmonis officio, qui pectori inhæredatus eſt, vt molitie ſua palpet & foueat cordis vigorem, in quo videtur vita conſiſtere, vita dico non anima: nam quid dicam de ſubſtantia ſanguinis, quam velut fluuius ex fonte procedens, ex vno prius alueo inuectus, tum deinde per innumeras venas, quaſi per areas deriuatus, totam humani corporis terram vitalibus rigat fluentis, iecoris opere miniſtratus, quod ad efficaciam digeſtionis ciborum, atque in ſanguinem mutandorum in dextero latere iacet.*

Clem. vbi ſup.

### *Memoria mortis remedium contra omnem cupiditatem.*

130 *Formauit Deus hominem de limo terræ.* Seu de puluere, exiſtimas ne ſine ſpeciali Dei prouidentia, hominẽ de puluere pl...mari? nonne præſciebat Deus futuros homines ita diuitiarum cupidos, vt potius bonis caducis & tranſitoriis, quam cœlo nati viderentur, & niſi ex puluere in quem morte præuia reſolui deberent, nullo modo coerceri poſſe? voluit

A igitur Deus ex puluere hominem formari, vt ſi medio peccato in ipſum redigi deberet, memoria illius exitus & mortis contra omnem cupiditatem foret remedium, ſic D. Baſil. ho. 11. in hex. *Neſcio ad quam vilem concupiſcentiam ſi contingat excurrere te, fac ſubeat mentem tua hinc emigrationis articulus, horam tui corporis in terram reſoluendi, ſi ad mentem aduocaueris, momento ſedabitur huiuſmodi maleſuada & veſaniens concupiſcentia, terra es & in terram abibis, cogites ... lum membra hæc tua quæ nunc velut ſubſultant ardore accenſa libidinis, poſt aliquantum defutura eſſe, ipſis autem diſſolutis membris, & in terram reſolutis.*

Baſi. ho. 11. in hexa.

### B *Pulchritudo noſtra Deo tribuenda.*

*Formauit Deus hominem de limo terræ.* Si nihil fœdius & ipſa terra turpius, quomodo eſt hæc materia hominis compoſiti, tam eximia pulchritudine vigent, vt omnium oculos in admirationem trahant? ideo ex tam fœda materia hominem Deus conſtituit, vt quis intuens eius pulchritudinem non ei, ſed Deo tribuat, nobiſcum id ſentit Procop. *Voluit inde nobis oſtẽdere, quod nullam pulchritudinem inde, vt pote ex terra fœdiſſima, accepimus, licet ex ea ſimus nati.* 131

Pro. Gẽ.

### C *Qui iniurijs nos afficit, honorat.*

*Formauit Deus hominem de limo terræ*, Si quis me iniuriis afficiat, dicens, me eſſe vilem & abiectum, exiſtimabit maximum conuicium inferre, nihil enim honori & famæ noſtræ magis detrahit quam ignobilitas; obſerua tamen, ſi quis eum indoctus fueris, te doctum prædiſſet, inſultat, ſi pauper, & diuitem dicat, irridet: ſi ignobilis, nobilem annuntiat, te decipit: & potius contumelia quam honore afficit: dico igitur qui nos ign...iles vt pote ex materia vili nempe terra form... ...cet, & exiſtimans conuitio afficere, fallitur, nam potius honore maximo proſequitur: ſic D. Baſil. *Exiſtimat is ſe atroci affeciſſe* D *me contumelia, neſcius quanto plus per eam mihi conciliauerit honoris, mea enim conſcius natura, quis ſim probe noui, & vnde ſim.* 132

Baſi. ho. 10.

### *Purum ab omni fœditate ſe conſeruet homo.*

*Formauit Deus hominem*, Manibus nempe ſuis, ſi haberes lapidem pretioſiſſimum, ab ipſomet rege perpolitum, & tibi ſingulari beneuolentia ab ipſo donatum, quanta cum diligentia cuſtodires, ne vnquam vel puluere, vel luto fœdaretur? ſi ergo corpus tuum ab ipſiuſmet totius vniuerſi imperatoris E manibus elaboratum, dono accepiſti, ita ne vili æſtimabis, vt omni corruptione & fœditate polluas? minime, nam conſiderans te manibus Dei formatum eſſe, ab omni fœditate purum & illæſum cuſtodire teneris, exhortatio eſt D. Baſil. vbi ſupra. *E terra ſumpſit, puluerem, ſuiſque te manibus effinxit, mentem huc mihi aduoca, & vnde ſis formatus vide, ad hãc naturæ officinam animum aduerte tuum, quæ te excepit formandum manus? vt quæ Dei eſt corpus iſtud, Dei formatum manu, proinde nulla vt vnquam piaculare improbitate defœdetur, ne qua contage immutetur peccati, ne quando è manu Dei contingat excidere te.* 133

Baſi. ho. 10. in hexa.

### F *Nihil eſt quod noſtræ nos non commonefaciat vilitatis.*

*Formauit Deus hominem de limo terræ*, Cum pluribus vacemus ſtudiis, innumera exequamur opera, cur Deus in materia vili qualis eſt terra, vultea om- 134

Baſil. nia fieri; Reſponſio eſt, vt nihil ſit quod à conſideratione tuæ humilitatis auocet, ſed quodlibet tuæ vilitatis te commonefaciat, teſtis ea D. Baſil. *Quo demum tempore tui obliniſci poteris; Tui tum obliniſcere cum te è terra ſubmoueris, quod ſi à terra ne momento* A *quidem te ſubducis, coaluiſti enim terra, & concreuiſti; ſuper terram ingrederis, acquieſcis terra, teque in ea oblectas litigas pro terra, quidquid denique facias, ſit id magnum, aut certè perexiuum, id omne in terra facis, nimirũ è vicino habes quod te tuæ commonefaciat humilitatis.*

## *VARIETAS VERSIONVM. VERS. VIII.*

V*Vl.* Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem, *Pagninus*, & fecit hominem.

*Septuag.* Et inſpirauit in faciem eius flatum vitæ, *ita Auguſt.*

*Cald.* Inſpirauit in faciem eius animam vitæ, & fuit homo in ſpiritum loquentem.

*Caiet.* Inſpirauit in nares eius ſpiritum vitarum, & fuit homo in animam vitæ, *ſic Georg. Venet.*

B *Vatab.* Inſufflaueratque in nares eius ſpiritum vitalem.

*Lippo.* Et fuit Adam in animam viuentem.

*Catena Græca*, Inſpirauit io faciem illius ſpiritum vitæ, *ſic Cyrill.*

*Tertul.* Et afflauit in faciem eius flatum vitæ, & factus eſt homo in animam viuam,

*Alij.* Factus eſt homo habens animam facientem ipſum viuere.

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

APH*on* ſignificat faciem ſeu nares; ſi autem poſuit Caldæus in animam loquentem. vbi habemus in animam viuentem, ideo eſt quia loquela hominis vitam indicat quæ per animam habetur. Nephes ſignificat animam & ſpiritum.

## EXPOSITIO VERSVS VIII.

I*Nſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ*, Senſus eſt; creauit Deus animam in homine, quæ eum ſpirare & viuere effecit, vſus eſt autem Moyſes verbo inſpirauit, ſiue inſufflauit, vt innueret animam rationalem non educi ex poténtia materiæ, ſed extrinſecus aduenire corpori ex nihilo, ſcilicet à Deo creatam: *in faciem eius*, pars pro toto, anima enim eſt in toto corpore, vſus eſt autem Moyſes hac phraſi, quia in facie maxime apparet vita, quæ per inſpirationem & reſpirationem oris, & narium fit; tum etiam quia in ea maxime vigent ſenſus, tam interiores, quam exteriores, animique motus innoteſcunt, *ſpiraculum vitæ*, vocat animam, ſpiraculum, quia ad vitam ita neceſſaria eſt reſpiratio, vt nec ad momentum quidem ſine ea vitam ducere valeamus, vbi habemus *vitæ* in Hebræo eſt *vitarum*, quia anima rationalis triplici vita gaudet, plantæ, animalis, & Angeli.

*Et factus eſt homo in animam viuentem.* Antequam anima corpori infundatur, homo nõ dicitur niſi æquiuocè, homo enim anima carens, nõ propriè talis dicitur; vnde ſic expone, factus eſt homo per animã viuentem, quæ ita breuiter definiri poteſt: eſt ſub- C ſtantia ſpiritualis, à Deo creata, ſui corporis viuificatrix.

Sicut de corpore aliqua dubiola in medium propoſuimus, non erit alienum etiam aliqua breuiter de anima rationali diſcutere.

Primum vtrum animæ ante corpora fuere creatæ, ſententia aliquorum patrum fuit affirmatiua, vt vere ſeptimo die diceretur Deus requieuiſſe: ſed et ſi minus dura videatur hæc ſententia, quam illa Origenis affirmãtis animas antequam corporibus illaberentur, peccaſſe, & ideo in corpore detruſas eſſe, tanquam in carcerem, quod in Origeniſtis & Priſ- D cillianiſtis Concilia damnarunt: tamen Leo primus ita decernit, Catholica inquit fides conſtanter prædicat atq; veraciter quod animæ hominũ prius quã in ſuis inſpirarentur corporibus, non fuerunt.

Secundum, vtrum animæ primorum parentum fuerint creatæ io ſua ſubſtantia & proprietatibus naturalibus valde perfectæ: reſponſio eſt affirmatiua, decebat enim primum hominem perfectiſſimum corpus habentem, perfectiſſima informari anima, hic autem ſolum loquimur de perfectionibus natu- E ralibus, nam de inditis poſtea erit ſermo.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Totius Trinitatis eſt inſpirare.*

135 I*Nſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ*, Quiſnam inſpirauit in faciem hominis? Deus, ſed cum tres ſint perſonæ diuinæ, anne Deus pater inſpirauit, an filius, vel Spiritus ſanctus? dico Moyſem non determinaſſe, quis nam fuerit, quia proprium totius Trinitatis eſt hominem viuificare, audi Idacium Clarum aduerſ. Varimad. lib. 2. *Inſufflas pater, inſufflat filius, inſufflat Spiritus ſanctus, de patre in Geneſi & inſufflauit in faciem eius ſpiritum vitæ, de filio in Euangelio & inſufflauit in faciem diſcipulorum dicens, ac-* F *cipite Spiritum ſanctum, de Spiritu ſancto, in Ezechiele hæc dicit Dominus à quatuor ventis veni Spiritus & inſuffla ſuper mortuos iſtos & reuiuiſcent.*

Idaci. Clar. aduer. Varimadum. l. 2. To. 4. Bibl. Pat.

### *Tam facile eſt Deo operari quam nobis flatum emittere.*

*Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ*, Cur creatio animæ rationalis vocabolo inſpirationis, ſeu inſufflationis inſinuatur, an ſignificare voluit animam ex ſubſtantia Dei eſſe; minime, ſed intelligamus, tam facilem Deo eſſe creationem animæ rationalis, & 136

A *anima inſtrumentum omnium vitarum, hoc eſt, ſpiritualem ſubſtantiam, qua eſſet ratio omnium vitarum.*

### *Homo quamuis aliis infirmior videatur tamen potentior eſt eis.*

144 *Inſpirauit vita ſpiraculum & factus eſt homo in animam viuentem*, Miror hunc hominem longe alijs animalibus ſuperiorem, tamen eis infirmiorem, nam cæteras animantes ſuis pellibus texit Deus, quò facilius poſſent vim pruinarum, ac frigora ſuſtinare: ſingulis autem generibus, ad propulſandos impetus externos, ſua propria munimina conſtituit, B vt aut naturalibus telis repugnent fortioribus, aut quæ ſunt imbecilliora. ſubtrahant ſe periculis, fugiendi celeritate. itaque alia eorum, vel plumis leuibus in ſublime ſuſpenſa ſunt, vel ſuffulta vngulis, vel inſtructa cornibus, quibuſdam in ore arma ſunt, dentes, aut in pedibus adunci vngues, nullique munimentum ad tutelam ſui deeſt · hominem autem eorum quæ cæteris animantibus attributa ſunt, fecit expertem, ſtatuit enim eum nudum, & inermem; quomodo creatura tam nobilis qualis e[illegible] humana, cæteris eſt infirmior? Sed falleris, hæc cogitans, homo enim qnamuis infirmior videatur longe taman eſt eis potentior: ſic Lactant. in lib de opificio Dei. C *Cum & corporis non magni homo, & exiguarum virium, & valetudinis ſit infirma, tamen quoniam id quod eſt maius accepit, & inſtructior eſt cæteris animalibus, & ornatior: nā cum fragilis imbecilliſque naſcatur, tamen & à multis animalibus tutus eſt, & ea omnia quæ firmiora naſcuntur, etiamſi vim cœli fortiter patiuntur, ab homino tamen tuta eſſe non poſſunt, ita fit vt plus homini conferat ratio quam natura muris, quoniam in illis nec magnitudo virium neque firmitas corporis efficere poteſt, quominus aut opprimātur à nobis, aut noſtra ſubiecta fiat poteſtati.*

Lact. Fir. in l. de opif. Dei cap. 2.

### *Anima noſtra in magno pretio habenda.*

D

145 *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ*, Nonne potuit dicere Deus, fiat homo in animam viuentem? Cur igitur quaſi ex intimo ſuo flatu vitam ei communicauit? Cur ex præcordiis ſuis animam hominis eduxit? Sine dubio vt eam homo in maximo haberet pretio; & eam ſemper immaculatam cuſtodiret, Fauet Oleaſt. *Potuit dicere fiat homo in animam viuentem, ſed hoc non contentus quaſi ex ſuis præcordiis vitam eduxit, quod ſi Dei vita viuis, quid tibi cum brutis eſt, vt belluinam vitam velis?*

Hieron. ab Oleaſt. in Gen.

### *Ex animæ noſtræ creatione docemur nemini iraſci.*

E

146 *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ*, Vitalem Dei flatum habemus nempe noſtram animam, inſpiratio autem illa Dei fuitne vehemens? Imo ſuauiſſima, cur ita ſuauis? Sane vt ex ea per quam ſortiti ſumus animam noſtram, inſtruamur ſpiritum ferinum nemini parcentem, omnibus iratum non habere: conſentit citat. Oleaſt. *Quod ſi intra præcordia tua vitalis Dei flatus particeps es: quare ferinum ſpiritum iratus, vt fera emittis?* F

Cit. Olea.

### *Animæ dignitas.*

147 *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ*, Cur cum anima ſit indiuiſibilis potius [illegible]tur quod in faciem eius ſpirauerit, quam in aliam partem? Nōne facies eſt præſtantiſſima membrorum omnium pars, omniumque ſenſuum notiſſima ſedes? Ideo igitur in faciem dicitur ſpiraſſe vt ex tam nobili parte animæ præſtantiam intelligamus: ita Procop. *Deus inſpirauit in faciem hominis, volens oſtendere ex præcipua humani corporis parte dignitatem animæ.*

Procop.

### *Anima maxima cum diligentia cuſtodienda eſt.*

148 *Inſpirauit in faciem eius, & factus eſt homo in animam viuentem*, Cur cum nobis nominus dederit oculos, binas aures, totidem pedes cur vnicam nobis animam conceſſerit? Qua de cauſa non plures, B cum ſine dubio hoc efficere potuiſſet? Ideo vnicam dedit, vt ſumma cum diligentia eam conſeruemus, nec illius faciamus iacturam: ita D. Chryſoſt hom. 21. ad populum Antiochenum, *Deus dedit nobis duos oculos, duas manus, duas aures, duos pedes, ſi igitur horum alterum lædatur, per alterum, in neceſſitate conſolamur: animam vero dedit vnam nobis, ſi hanc perdiderimus, quanam viuemus?* Vnde Cæſarius Arelat. *ſuper anima extincta per peccatum, plangere debet homo, cogitando, quod ſola & ſingularis, ante tribunal, rationem, remotis omnibus ſolatiis, reddituræ eſt*, Vide ergo, quanta dilgentia cuſtodienda.

Chryſ. ho. 21. ad pop. Antioch.
Cæſar. Are. hom. 1.

### *Anima longè corpore excellentior.*

C

149 *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.* Cum anima ſit longè nobilior corpore, cur eam prius non creat quam corpus efformet, cum ea omnino inferius ſit? ideo animam vltimo creat, non vt corpore ignobiliorem, ſed vt eo longè perfectiorem: ſic Cat. Græc. *Si nobilior animus corpore, prius quod eſt ignobilius conditum fuit: at ô chariſſime nonne vides hoc idem in creatione, vſu veniſſe, nam poſt quam cœlum, terram, ſolem, cunctaque animalia Deus creauit, poſtremo finxit hominem, cui imperium omnium rerum debebatur: eodem modo in hac hominis formatione, primum corpus effingitur, deinde præſtantior animus inſpiratur.* D

Cat. Græc.

### *Anima non eſt in corpore tanquam aſſiſtens ſed informans.*

150 *Inſpirauit ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem.* Hoc vltimum ſuperfluere videtur, ſi enim Deus animam flatu ſuo corpori humano dederit, nihil certius hominem factum fuiſſe in animam viuentem, cur ergo hoc ſubiunxit Moyſes? non ſine ratione hoc addidit, ſed vt declararet animam non ſolum corpori aſſiſtentem, ſed etiam in- E formantem: ſic Caiet. *Ne erraretur putando, quod anima ad imaginem Dei vteretur ſpiritu vitali in homine, tanquam motor, & non tanquam anima, ad hunc errorem excludendum ſubiungit, & fuit homo in animam vitæ.*

Card. Caiet.

### *Anima perfecta creatur.*

151 *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.* Cur anima primi hominis, ante corpus illius non habuit eſſe, ratio enim id expoſcere videbatur? aduerte quod F anima vnitur corpori, vt perfectio naturalis eius, cum quo facit vnum compoſitum eſſentiale, quod eſt homo, quo fit vt naturaliter appetat eſſe cum corpore, & extra ipſum eſſe, ſit illi præter naturam, & quodammodo pœnale; dico ergo eam ante corpus Deum non creaſſe, ne quaſi imperfecta crearetur: reſponſio eſt D Bona. in 2. ſent. diſt. 17. art. 1. q. 3. *Non conueniebat ipſam produci ante corpus, ne produceretur in ſtatu imperfecto, & præter naturam, ne ante culpam ſentiret pœnam.*

Bona in ſent. diſt. 17. ar. 1. q. 3.

*Anima rationalis non corporea ſed ſpiritualis.*

152 *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.* Vel vt in Hebræo eſt, inſpirauit in nares eius ſpiritum vitarum, cur ad explicandum animam homini datam eſſe à Deo, hoc declarat Moyſes per ſpiritum, cum aliqui poſſent exiſtimare hunc ſpiritum eſſe tertiam perſonam dico tamen ideo animam ſpiritum dixiſſe, vt animam noſtram non corpoream, ſed ſpiritualem agnoſceremus: ſic Diodorus, *Quemadmodum per manum Dei, viſibilium rerum conditionem intelligimus, ita per inſufflationem, hoc eſt rem ſpiritualem, atque inuiſibilem naturam animæ inuiſibilis à Deo homini infuſa intelligimus, quia anima ſpiritus eſt.*

Phil. de hæreſib. c. 99.

*Deus non vult nos eſſe curioſos.*

153 *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.* Cur ipſam animam non ſolum ante corpus, imo etiam ante ipſos cœlos, & quidquid inferius eſt non condidit, vt eſſet inſpectrix omnium creationis? ideo non ante hæc omnia ex nihilo eam creauit, vt inſpectricem eorum, quia eam curioſam eſſe non deſiderat: ſenſus eſt fere Proco. *Nec Deus animam ante formationẽ corporis creat, videlicet ne ſit eorum quæ fiebant inſpectrix*

Proc. Gaz.

*Gloriæ hominem eſſe capacem oſtendit in ſua formatione Deus.*

154 *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.* Neſcio qua de cauſa tam vili materiæ animam tam nobilem coniunxit; vt ex hac conuenientia corporis cum animo, colligeremus animæ noſtræ conuenientiam & capacitatem cum fœlicitate æterna: ſic optime Hugo Vict. *Deus tam diſparem naturam corporis & animæ, ad vnam federationem atque amicitiam coniungere ſi potuit, nequaquam ei futurum impoſſibile rationalis creaturæ humilitatem ad ſuæ gloriæ participationem ſublimare: quia ergo pro exemplo vniuerſitatis, humiliatus eſt rationalis ſpiritus vſque ad conſortium terreni corporis, ne forte hoc ipſum ad depreſſionem eius pertinere videretur, adiunxit prouidentia Dei, vt poſtmodum cum eodem corpore glorificaretur, ad conſortium illorum, qui in ſua puritate perſtiterant, ſublimaretur; vt quod minus ex diſpenſatione creatoris ſui acceperat conditus, per gratiam eiuſdem poſtmodum acciperet glorificandus.*

Hugo à S. Vict. pa. 6. de ſacr. c. 1.

Grati eſſe debemus.

155 *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem.* Deinde de eodem homine loquens Moyſes, ait, plantauerat autem Dominus paradiſum voluptatis in quo poſuit hominem quem formauerat: ſi iam dixerat hominem formatum & factum eſſe in animam viuentem, ad quid ſecundò repetit eum formatum? nam ſuperfluè hoc additum videtur eſſe, cum ſatis nobis conſtaret de ſua formatione: non ſuperfluè, ſed cum myſterio bis reperit hominis formationem, vt ſaltem pro ea gratias immortales aliquibus verbis referret; ita D. Chryſ. ho. 3. in Gen. *Hoc verbum poſuit iterum, vt prouocaretur ad gratitudinem, intelligens quantis ſit affectus beneficiis.*

Chryſ. ho. 3. in Gen.

*Ex ingratitudine noſtra ruina.*

156 *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem.* Quæ ſecundum imaginem Dei creata fuit; de hoc homine tam perfecto, nonne poſtea dicitur quod tranſgreſſus eſt Dei præceptum, quomodo in tam graue incidit peccatum, qui ad imaginem & ſimilitudinem Dei formatus fuerat? qui tanta omnium rerum notitia clarebat; Nota quod hic homo à creatoris laude mutus perſtitit & ab omni gratiarum actione abſtinuit: nam formante Deo & inſpirante ſpiraculum vitæ, factus eſt in animam viuentem, tamen non ſuſpirauit eodẽ ſpiraculo vitæ acceptæ, in creatoris ſui faciem, vt adoraret, vt eum glorificaret, vt ei gratias ageret; item ab eodem poſitus in paradiſo voluptatis, nullas ei gratias agit, tandem diuinæ dignationis dono locupletatus eſt, in eoque fecit ei adiutorium ſimile ſibi adiutorium inquam ad hoc vt creſcere & multiplicari poſſet, non mirum eſt ergo ſi in peccatum inciderit quia ex ingratitudine peccatum, & omnis origo peccati eſt: ita Rup. l. 2. c. 39. *Tribus diuinæ munificentiæ ditatus muneribus, tacet adhuc, & nihil quod laudem Dei reſonet, eloquitur; nec vllum dilectionis vel gratiæ verbum in ore eius fuiſſe ſcriptura teſtatur, quo ergo gratiam Dei non agnouit, non mirum quod peccaret, & peccatum ſuum non agnoſcet.*

Rup. li. 2. in Gen. c. 3.

*Quæ ſub vmbra crucis habentur non peritura videntur.*

*Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.* Quibus verbis communiter à Patribus intelligitur infuſio animæ iuſtitia originali multiſque virtutibus adornatæ: ex quo homo conſtitit iuſtus, & rex omnium animantium habens illa ſibi ſubdita, tunc a terra in qua fuerat conditus, translatus eſt homo in Paradiſum, proximus ligno vitæ, & aliis pretioſis & ſalutiferis lignis. Interea formatis Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cœli, adduxit ea ad Adam vt videret quid vocaret ea. Omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius. Expẽde quod maneat vſque in præſens ex his, quæ ſub Adamo fuerunt, nimirum omne quod vocauit Adam, ipſum eſt nomen eius, quidquid habuit Adam virtutis, quidquid iuſtitiæ, quidquid imperij ſuper animantia periit, à quo peccato expulſa ſunt omnia, nomina ſola ab Adamo impoſita perſeuerant; & cur, quando omnia bona Adamo eripiuntur ſolum parcitur nominibus ab illo poſitis; cur cætera data ſunt Adamo extra Paradiſum poſito, in terra illa, quæ condebatur. at nominum impoſitio ab illo peragebatur, cum in Paradiſo eſſet inter tot ligna vitam halantia, & merito quæ ſub vmbraculis ligni crucis obtingunt, firmam & permanentem manſionem habent. vt de iis dicat D. Baſ. Sel. or. 2. *Non potuit vel ipſa trãſgreſſio nomina labefactare, neque legis violatio, appellationes alienare:* potuerũt peccata hominis omnibus ſpoliare, tamen aduerſus nomina quæ ſub vmbraculis crucis, quæ ſub tot vitæ lignis venerunt, nil potuerunt peccata. 157

Gen. 2.

Baſil. Sel. Orat. 2.

*Vera peccatorum pœnitentia hominem ad ſubliniorem gratiam eleuat.*

*Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.* Cum ſcilicet hominem in innocentia creare voluit: ſed attente conſideremus quomodo pater filium prodigum in ſe reuerſum per veram pœnitentiam excipit, recurrens, inquit D. Lucas, cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum. Non ſolum ſpirat in faciem eius ſpiraculum vitæ, ſed os ori applicat, & exoſculatur, & cur [illegible]ſculatur, niſi vt oſtendat maius augmẽtum gratiæ in pœnitentem delabi; aiebat D. Ber. ſer. 16. in Can. *Os ori applicuit, iterato ſpirans in faciem eius ſpiraculum vitæ, ſed ſanctiorem quam primo:* 158

Bern. Ser. 16. in Cãt.

*me: nam primo quidem in animam viuentē creauit me: ſecundo in ſpiritum viuificantem confirmauit me:* ſic in reformatione per pœnitentiam altius exurgere ſolet gratia, vt dicat D. Chryſ. ſerm. 3. *Apud cæleſtem patrem filius ſurgit plus de venia, quam corruit de reatu.*

*Chryſ. ſer. 3.*

## *Caſtitas vera ex magna virtutum acquiſitione.*

159 *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.* Cur in faciem hominis ſpiraculum mittitur diuinū? vt oſtendatur non humanarum eſſe virium, ſed diuini halitus, quod homo ſenſos habeat ab omni impuritate immunes, ait enim Ambr. nunc intelligo qua cauſa B Dominus Deus inſufflauit in faciem hominis, &c. vt ſenſus noſtros aduerſos delectationem faceret fortiores: armabatur homo aduerſus voluptatem, & ſic neceſſe fuit vt prius ebiberet diuinos halitus, quorum fortitudine de multiplici virtutum triumpho coronam ſibi poneret caſtitatis: ſed qua de cauſa diuini halitus ſunt neceſſarij vt quis caſtitate coronetur? quia via ad vllius virtutis triumphum accede quin pene innumeras Chriſti virtutes in ſe prius per victorias vitiorum oſtendat: quod acutè obſeruat D. Amb. l. 1. de Virg explicans hæc verba Cant. 4. odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata, & non multo poſt, odor veſtimentorum tuorum ſicut C odor Libani, ait ergo: *Odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata, & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor Libani, vide quem nobis tribuas virgo proceſſum, primus enim odor tuus ſuper omnia aromata, qua in ſaluatoris miſſa ſunt ſepulturam, & emortuos corporis motus, membrorumque redolet obiiſſe delitias: ſecundus odor tuus ſicut odor Libani, Dominici corporis integritatem, virginea florem caſtitatis exhalat.* Non prius à caſto corpore floridæ exuritur odor caſtitatis, quam in illo præcedant victoriæ ab omnibus mundi delitiis reportatæ, mortificationis aromata à Chriſto mortuo & ſepultu in te deſcendant, quibus & tu Chri- D ſto commoriaris, & tunc iam tibi paratur corona caſtitatis, quæ non venit niſi poſt mille victorias partas, hinc Pſalm. 44. titulus iuxta verſionem Aquilæ ait: vincenti pro liliis: quaſi nuſquam floreant lilia caſtitatis, niſi vbi prius multæ fuerint nobis per Chriſtum victoriæ reportatæ, venit enim à Chriſto vt in illo & per illum hoſtes vincamus, & exinde floridi in caſtitate reddamur.

*Cant. 4.* *Amb. l. 1. de Virg.* *Pſalm. 44.*

## *Nihil ſic à nobis requirit Dominus quam gratitudinem.*

E

160 *Inſpirauit ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem,* Siue loquentem, cur Deus homini animam dedit? Linguæ cur beneficium contulit, quo plures creaturæ priuantur? Nunne anima mediante beneficia accepta agnoſcimus & linguæ organo ea declaramus? Reſpondebit ergo D. Chryſ. *Ea propter, & animam inſpirauit & linguam dedit vt ſua in nos beneficia animis percipientes, Dominum agnoſcamus, & nos gratos exhibeamus, & pro viribus gratiam agnoſcamus.*

a

*Chryſ. in Geneſ.*

F

## *Deus nos munit aduerſus voluptates.*

161 *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.* Cur Moyſes refert Deus inſpiraſſe in faciem hominis? nonne potuit eum viuificare non ſpirans in faciem eius? Nota quod maiorum voluptatum illecebræ, ex facie nempe vel ex oculis, & auribus proueniunt: dicamus ergo in faciem hominis ſpirauiſſe, vt eum

A munitet & armaret aduerſus præcipuas delectationes: ita D. Ambr. ad Sabin. *Nunc intellige, qua cauſa Dominus Deus inſufflauit in faciem hominis, ibi enim ſenſus omnis, ibi ſedes, ibi illecebra delectationis, in oculis, auribus, naribus, atque in ore, vt ſenſus noſtros aduerſus delectationes fortiores faceret.* Armauit igitur halitu ſuo hominis corpus ac ſenſus, & maximè facultates aduerſus voluptates & delectationes, quæ ſenſibus perceptæ deſæuiunt hoſtiliter in animæ ſalutem.

*Amb. erat in Gen.*

## *Spernentibus terrena, ſpiritus ſanctus datus.*

*Inſpirauit Dominus Deus in faciem eius ſpiraculum* 162
B *vitæ.* Cur non dixit Moyſes, quod ſpiritum vitæ & non ſpiraculum inſufflauit? nota quod ait, Iſa. c. 42. loquens in perſona Dei, dans flatum, inquit, populo qui eſt ſuper terram, & ſpiritum calcantibus eam, nonne intelligitur per flatum, ſpiraculum vitæ? reſpondeo ergo non dixiſſe. *Inſufflauit ſpiritum, ſed ſpiraculum,* Quia omnibus vita, non omnibus ſpiritus ſanctus, ſed ſolum calcantibus terrena datur, ita Procopius, *Hiſce verbis ſignificatur, vniuerſo populo terræ datum eſſe ſpiraculum vitæ, verum ſpiritus conceſſus eſt eis ſolis, qui terrenas calcant cupiditates.*

*Iſai. c. 42.* *Procop.*

## *Deus ita hominem diligit, vt benefaciendo ei, videatur reſpirare.*

C

*Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ,* Dei recreationem & reſpirationem hoc videtur denotare, ij 163
enim qui diu ſpiritum contrahunt, & defatigantur, & cohibentur ne accepto halitu & emiſſo viuant, ſtatim ac emittunt halitum, reſpirando quieſcunt & recreantur. quid hoc nobis denotat? niſi quod conſtruitur à tota æternitate amor qui vim Deo videbatur inferre, vt ad extra exiret, quique inquietus ferebatur ſuper aquas, donec produceretur homo, in quo requieſceret, in productione hominis reſpi- D randu recreatur, & à theſauro pectoris ſui animam reſpirando, educit, vt innoteſcat omnibus hac vna re maximè delectari, ſcilicet in productione hominis, cui animam, ex intimis viſceribus inſpirat, ac ſi illa anima etiam Dei eſſet & vita Dei quam illi impertiebatur; quod D. Athan. ora. de humana natura aliquomodo ſignificat nam exponens illud Prouer. 8. Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarum, vbi in Hebræo habetur, Dominus creauit me in initio creaturæ ſuæ, *De Eccleſia ait quæ in ipſo conditur, non enim creator omnium, creatura, aut opus eſſe poterit, ſed opus in operatione renouatur,* Quaſi velit Athanaſ. E tanti fieri à creatore Eccleſiam ſuam ex hominibus congregatam, vt in illa creari dicatur qui in eadem recreatur & deliciatur.

*Athan. or. de humana natura.* *Prou. 8.*

## *Ex natura noſtræ conditionis veritatem ſemper pronuntiare deberemus.*

*Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus* 164
*eſt homo in animam viuentem,* Caldæus habet in ſpiri- F tum loquentem ea hoc modo quo primus homo fuit conditus, illum ab omni mendacio abhorrere debere lepide euincit D. Antioch. hom 66. de Verit. ait enim, *Neceſſe eſt ex hominis ore, nullum effundi ſermonem, qui non veritati omnino innitatur, vt ſpiritus ille veritatis, qui idem Deus eſt, intelligatur in hac carne ſibi delegiſſe domicilium, qui per hoc apud omne humanum genus comperietur veridicus, atque ita demum glorificabitur Dominus habitans hominem, dum in omni verbo verax eſt Dominus, nec vllum poſſit de ipſo deprehendi*

*Antioc. ho. 66. de verit. in Bibl. SS. Patr.*

## EXPOSITIO VERSVS IX.

P*Lantanerat autem Dominus Deus*, ac ſi diceres, effecerat vel produaerat *Paradiſumvoluptatis* id eſt, non qualemcunque hortum,ſed in quo ſunt arbores protegentes,& obumbrantes gan enim quod ſignificat hortum vel paradiſum, ſumitur à radice gana, quod eſt protegere, dicitur autem Paradiſus voluptatis, quoniam locus pulcherrimus & amœniſſimus eſt.

*Quem fecerat à principio*, Hic Paradiſus cum ſit pars terræ, quantum ad ſubſtantiam ſuam ſactus eſt prima die, ſeu in eaordio temporis, ac primæ die; ſed quantum ad id quod pertinet ad Paradiſi diſtinctionem, videlicet quantum ad arbores, plantatus tertia die,in qus aquis in voum collectis,Deus præcepit, producere terram, herbam virentem.

*In quo poſuit hominem quem formauerat*, Scilicet ſeato die, eatra hunc locum amœniſſimum: primua enim patens non in Paradiſo,ſed extra eum conditus eſt.

Cum ſcitudigna ſint, quæ de Paradiſo tractari ſoleant,breuiter diſcuriemus quæ vtiliota iudicantur, Primo, quod hic Paradiſus, ſicut & ea quæ in illo deſcribuntur, non myſticè ſolum interpretati debeant,ſed literaliter & hiſtoricè: ſi enim hæc myſtice tantum ſcripta eaiſtimes idem de omnibus qoæ ſacta ſcriptura dictâ ant ſacta narrat. poſſemus arbittari, vt Chryſoſt. acutè colligit, nam quæ de Paradiſo in ſcriptura dicuntur. per modum hiſtoricæ narrationis proponuntur, ſed in his quæ ſcriptura tradit, eſt profundamento tenenda veritas hiſtotiæ, aliàs nihil in ſcriptura eſſet certum.

2. Potes ſciſcitari, quæ fuerit illios magnitudo, Certè quantæ fuerit magnitudinis determinatæ: nullos ſcite potuit,niſi per reuelationem: eaiſtimo tamen locum illum fuiſſe ampliſſimom, quia fonte ſeu potius fluuio tantæ amplitudinis irrigabatur, vt poſtea in quatuor flumina& capita dioideretur,non eſt autem fides adhibenda eis qui dicunt hoc dubiũ eſſe inutile, eaiſtimantes Paradiſum fuiſſe vniuerſum orbem, quia Adam poſt peccatum eiectus eſtè Paradiſo, Adam autem non eſt eiectus extra mundum, mundus ergo non eſt Paradiſus.

3. Vtrum in ſtatu innocentiæ omnes in eo homines habitaſſent, negatiua ſententia mihi certior videtur, nam etiamſi homo non peccaſſet, terra ab hominibus habitaretur, alioqui eſſet otioſa,incolta, & ſilueſtris; vt te tamen à pluribus difficultatibus, quæ contra hanc ſententiam militare videntur, eapedias, tene quod licet homines alias regiones habitaſſent, aditum facilem ad Paradiſum pro libito haberent.

4. Dubitari poteſt, qoiſnam ſitus vel locus fuerit A Paradiſi? Circa hanc difficultatem, auctorum ita eſt vatia opinio, vt quid de eo ſentire debeam, ignorem: ſed ea deſcriptione illius facta à ſanctis patribus aſſerentibus, in eo ver ſuiſſe perpetuom, nolla frigora,nullos æſtus,nullas niues,vel grandines,dicemus Paradiſum in patto montuoſa ſitum & in tantam altitudinem eleuatum, vt radiotum ſolis reflectiones, eo non attingant, cum eaceſſo ealoris, ſed temperate, qui mons in orientali plaga eſt inter duos tropicos ſub æquinoctiali cireulo. ibi enim eſt ſumma aëris temperies, vbi dies ſunt noctibus æquales.

5. Inquritur vtrum huiuſmodi paradiſos terreſtris B nunc earet, quamuis ſententia ferè omnium recentiorum ſit negatiua, tamen affitmatiuam ſeqoar plurimorum ſtabilitam ſanctorum Partum auctoritate,& rationibus:ſtatim enim poſt peccatum Adam non cœpit aboleri, nam collocauit ante paradiſum voluptatis,ait teat.Cherubin, vt ea paradiſi expulſione magnitudinem peccati ſui ſemper præ oculis haberet, & ne ſumeret de ligno vitæ, ex quo ſeqnitur,donec Adam viait, cuius anni fuerunt nongenti & triginta,intactus permanſit & illæſus,quia ſi deletus eſſet, non eſſet neceſſaria cuſtodia Angeli, ad cuſtodiendum lignum vitæ, ne toto temporæ vitæ ſuæ Adam ſumeret ea ligno vitali. *Ath.q.48. Anthio. Ire.l.5.adu. har.c.5. Theo. Eu. ty. Iſidor. lib. 14. Dama.l.2. ortho.fid.c. 12. & alii plures.*

C 6. Nec etiam tempore diluuij deletus eſt, nam licet dicat textus,quod aquæ nimis præualuerunt ſuper terram, & quod operti ſunt omnes montes eacelſi ſub vniuerſo cælo quindecim cubitis, particula, omnes, ſumenda eſt pro omni terra habitata, & pro montibus eioſdem tetræ habitatæ, vnde etiam non erit mirum, quod ſicut ſeruauit Enoch(de qoo loquens Eccleſiaſtes, ait: Enoch placuit Deo, & tranſtatus eſt in paradiſum) tempore dilouij ſeruauit etiam locum in quo degebat, qui quidem eſt paradiſus terreſtris. *Sic N.Scotus in 2.diſtin.17.q. 2.*

Sed dices,cum vniuerſus orbis notus fuerit homi-D nibus, & per omnes partes aliqui diſcurrerint,à nemine inuentus eſt: ſed hoc non mirum, quia ſicut paradiſus eſt factus occulto Dei opere, reſte Auguſtino, ita peculiari paouidentia eiuſdem Dei eſt occultatus.

Si autem iterum obiiciatur,quod paradiſus plantatus fuit in Edem,id eſt. in quadam regione orientali vocata Edem, hæc autem prouincia nunc habitatur,& tamen in ea non reperitur paradiſus:ſed facilis eſt tolutio, nempe quod Edem non ſumitur vt alicuius regionis proprium, ſed vt ſignificat delitias & voluptatem, ſi autem Edem eſſet aliqua re-E gio, ita nobis eſſet ignota, ac eſſet patsdiſus, *Aug. li. 8. de Gen. ad litt.cap.1.*

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Deus ſi ſemel benefecit, iam quaſi à conſuetudine, ſemper beneficia canfert.*

168 P*Lantauerat Deus paradiſum,in quo poſuis hominem quem formauerat.* Nonne poſtea Enoch & Elias rapti ſunt & tranſlati? quo quæſo? commonis eſt SS. Patrum ſententia tranſlatos ſuiſſa in paradiſum:cur quæſo in paradiſum cùm ab eo eapulſi fuere primi parentes? quia ſi ſemel beneſecie Deus, non poteſt diſſueſcere à benefaciendo:ſic fere D.Iren.lib. 5. Et *plantauit Dominus in Edem paradiſum contra orientem, & poſuit ibi hominem, quapropter dicunt presbyteri, qui ſunt Apoſtolorum diſcipuli, eos qui translati ſunt, illuc translatos eſſe, aſſueta enim erant in Adam manus Dei coaptare, & tenere, & baiulare ſuum plaſma, & ferre, & ponere vbi ipſa vellent.* *Ire.5.adue. hereſ.c.5.*

*Deus nouis ſemper nos cumulat beneficiis.*

*Plantauerat Deus Paradiſum in quo poſuit hominem quem formauerat*, Cur eum extra Paradiſum non relinquit? Nonne ſatis erat eum ad imaginem & ſimilitu- 169

militudinem ſuam creaſſe? Ad quid igitur eum in loco amœniſſimo conſtituit? Dico extra Paradiſum non reliquiſſe, ſed in horto diuitiarum poſuiſſe, quia Deus nouis ſemper nos cumulat beneficiis: ſic D. Chryſoſt. *Poſtquam Dominus vniuerſam nobis declarauit benignitatem, & illum propter quem omnia viſibilia formata ſunt, in medium adduxit: ſtatim incipit in illum beneficia collocare:* Statim inquam poſtquam in Paradiſo eſt collocatus, non quod antea eum beneficia non contulerit.

Chryſoſt.

### *Dei operatio, imperium.*

170 *Plantauerat Dominus Deus Paradiſum à principio* Indigna certe Deo hæc verba cenſeri debent, nam ſupponunt foſſorio Deum opus habuiſſe agricultura & alia cura, vt paradiſi hortum excoleret, qui enim plantat his omnibus indiget? dico manibus propriis non plantaſſe, ſed ſuo imperio iuſſiſſe, vt eſſet, imperium enim Dei operatio cenſenda eſt: accipe Chryſ. *Hoc loco verbum illud plantauit, ſic intelligendum, quod imperauerit hortum in terra fieri, ita vt productus homo in eo verſaretur.*

Chryſoſt.

### *Idem conceptus confirmatur.*

171 *Plantauerat Deus paradiſum in quo poſuit hominem quem formauerat.* Ridiculum mihi videtur, Deum propriis manibus hominem adduxiſſe, & in paradiſo conſtituiſſe, hoc autem indicare videtur ſacer textus cum ait quod poſuit ibi Deus hominē quem fecerat ſed falleris nam imperium Dei pro operatione, hominem in paradiſum adducente, tenendum eſt accipe eund. Chryſ. *Et verbum poſuit iterum ſic intelligamus, pro eo quod præcepit illi, vt eſſet illic.*

Chryſoſt.

### *Dei delitiæ ſunt cum hominibus manere.*

172 *Plantauerat autem Dominus paradiſum voluptatis à principio.* Per illud principium non intelligimus ante cæli & terræ creationem, ſed tertium diem, cum Deus præcepit terram germinare omnia florum genera, & vniuerſas arborum ſpecies producere: ſi ergo plantatus fuerit paradiſus tertio die, cur in eo mentionem ipſius non fecit Moyſes, cum debitus ordo id poſcere videretur, non autem poſt hominis formationem? ideo non meminit Moyſes ipſius paradiſi, niſi poſt hominis creationem quia cum nondum formatus eſſet homo, qui voluptas & delitiæ Dei eſt ſecundum teſtimonium ipſius, delitiæ meæ eſſe cum filiis hominum, nulla mentio ipſius debuit fieri, niſi homine formato: ſic D. Ansbert. *Iam paradiſus conſitus erat: ſed quandiu homo non extitit, Dei paradiſus non erat, vbi primum autem homo primum creatus eſt, Dei paradiſus nominatur, delitia enim eius eſſe cum filiis hominum.* Ex quo colligit D. Anaſt. Syna. *Si primus iſte voluptatum locus paradiſus ideo vocatus eſt, quia Dei delitia ſunt eſſe cum filiis hominum, vbicunque cum illis ſit, ſuum habebit paradiſum.*

Prou. 8. Ans. Anaſt. Syn. in hexam.

### *Dei ſingularis eſt erga hominem prouidentia & beneuolentia.*

173 *Plantauerat Dominus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem.* Nonne communem locum cum animalibus potuit habere cum eodem die quo ea creatus fuerit? aduerte paradiſum locum conuenientiorem eſſe hominum conuerſationi propter maximam aëris ipſius ſalubritatem & temperiem; recte igitur habitationi hominis hunc paradiſum deſtinauerat, vt ſingularem erga eum prouidentiam Deus declararet: ſic Caie. *Quanta cura fuerit Deo, vt homo duceret vitam corporalem in loco delitioſo, ac per hoc temperati aeris, manifeſtatur ex eo, quod collocauit ibidem hominem quem formauerat.*

P eccp. Car. Caie.

### *In gloria voluptas,*

174 *Plantauerat Dominus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem.* Vel vt habent Sept. plantauit autem Dominus paradiſum in Edem: cur addidit in quo loco plantatus fuit huiuſmodi paradiſus? quid refert ſcire an fuerit in Edem, an alibi? nonne Edem ſignificat voluptatem? rectè ergo dixit in Edem, vt ſciremus quod in paradiſo, qui eſt locus gloriæ eſt maxima voluptas: ita D. Amb. lib. de para. c. 1. *Hic ergo eſt paradiſus, locus autem eius in quo plantatus eſt, dicitur Edem, hoc eſt voluptas, vnde & ſanctus David ait, de torrente voluptatis tua potabis eos.*

Amb. l. de para. c. 1.

### *Paradiſus ex virtutibus Chriſti Domini componitur.*

175 *Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio.* Vel vt habent Sept. plantauit Dominus paradiſum in Edem ad Orientem, ita etiam tranſlatio Heb. ex Pagni. paradiſus ille nonne irrigatur quatuor fluminibus, quæ myſticè explicās D. Amb. ait eſſe virtutes quatuor cardinales? nonne oriens deſignat Chriſtum Dominum? oriens enim nomen eius: dicamus ergo benè paradiſum irrigari quatuor fluminibus, & eſſe ſecundum Orientem, non contra orientem, quia gloria conſtat ex virtutibus quæ ſunt ſecundum Chriſtum Dominum: ita D. Amb. lib. de parad. c. 3. *Ergo bene paradiſus qui pluribus fluminibus irrigatur ſecundum orientem, non contra orientem eſt, hoc eſt ſecundum orientem illum, cui nomen eſt oriens, id eſt, ſecundum Chriſtum, qui iubar quoddam æterna lucis effudit, & eſt in Edem, hoc eſt in voluptate.*

Zachar. Amb. li. de Parad. c. 3.

### *Gloria non naturæ debitæ, nec generis nobiliati.*

176 *Plantauerat Dominus Deus paradiſum à principio in quo poſuit hominem quem formauerat* Patet ergo Adamum non in paradiſo, ſed extra eſſe creatum (multi arbitramur in Hebron) indéque à Deo eodem die per Angelum tranſlatum eſſe in paradiſum: dubium eſt cur Deus eum non in paradiſo condiderit? cum mulier quæ eſt imperfecta, in eo formata fuerit? nonne ſignificat paradiſus gloriam? reſpondeo ergo ideo non in eo formatum, vt ſciret non naturæ ſuæ eſſe debitam, nec generis nobilitati, ſed gratiæ diuinæ ſibi conceſſam: ita D. Amb. lib de parad. c. 4. *Aduerte, quia extra paradiſum vir formatus eſt, & mulier intra paradiſum, vt ſciat, quod non loci, non generis nobilitate, ſed virtute vnuſquiſque ſibi gratiam comparat.*

Amb. li. de parad. c. 4.

### *Deus ſolus paradiſi Dominus.*

177 *Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem quem formauerat.* Ad quid ait plantauerat Dominus paradiſum? nonne ſciebamus omnia per ipſum facta eſſe? ſufficiebat ergo dixiſſe, poſuit hominem in paradiſo: ideo vſus fuit hoc verbo plantauerat, ad ſignificandum Deum verum eſſe illius Dominum, non autem hominem: ita obſeruat Rupert c. 23. lib. 2. Gen. *Nos poſſeſſionem ei pulchre ſcriptura defendit, tali verbo vtēs plantauerat Dominus Deus paradiſum voluptatis, item &*

Rup. l. 2. in Gen. c. 23.

*& hominis infirmam legem, vel cauſam inſinuat dicēdo, in quo poſuit hominē quem formauerat, his namque verbis quodammodo declarat, ſolum Deum (quod verū eſt) legitimum eſſe paradiſi Dominum, hominem autē in eodem paradiſo aduenam, & Domini Dei fuiſſe colonum.* A

## *Paradiſus nonniſi ex virtutibus.*

178 *Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio.* An in hoc paradiſo non ſolum arbores fructuoſæ, ſed etiam ſteriles inuenirētur, dubitari poteſt: certum eſt etiam fuiſſe ſteriles quæ ſola frondium amœnitate, ac nemoroſi opacitate nemorum oblectare oculos poſſent, tamen D. Ambr. lib. de para. c. 1. contrarium videtur tenere (ſed intelligendus eſt ſenſu myſtico) quid ergo ſignificat, paradiſum arboribus ſterilibus carentem, tantum fructuoſis gaudere? nonne paradiſus ſymbolum gloriæ? ſic igitur bene ad declarandum gloriam, nihil inutile poſſidere nec infructuoſum: ſic D. Amb. *Ergo paradiſus eſt plurima ligna habens, ſed ligna fructifera, ligna plena ſucco atque virtute.* B

*Ambr. li. de Parad.*

## *Recordatio gloriæ nos ab omni ambitione retrahit.*

179 *Plantauerat autem Dominus paradiſum à principio, in quo poſuit hominem.* Cur hominem hoc in loco conſtituit? nota quod Deus ſciebat ſerpentem allecturum mulierem ambitione & honore, dicendo, eritis ſicut dii: ideo igitur in paradiſo eos poſuit, vt cum ambitione allicerentur, paradiſi memoria eos ab ea retraheret, quod obſeruat Caiet. in Luc. 22. Vbi poſtquam Dominus diſcipulorum contendentium quis eorum videretur maior, ambitionem reprimens, adiunxit: & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, in quę verba ait Caiet. *Retrahit eo ab ambitione, ex premio præparato eis in cœleſti gloria, vt non ſolum ex tanti temporis merito, ſed ex præparatam excelſo præmio erubeſcant ambere.* C D

*Caie. in ca. 22. Luc.*

## *Amor Dei in hominem.*

180 *Plantauerat autem Dominus paradiſum voluptatis,* Quis vidit Dominum eſſe hortolanum alterius inferioris? cur ergo Moyſes ait Dominum paradiſum plantaſſe? ſi aſſereres dixiſſe Deum, fiat paradiſū, & factus eſt, potentiam Domini & eius imperium extolleres, at aſſerere ipſum plantaſſe, videris miniſtrum hominis ſtatuere; recte dixit Dominum plantaſſe paradiſum homini, vt ſingularem ergo eum amorem declararet, qui voluerit quaſi hortolanus eius fieri; ita Anaſt. Sinai. in Hexam. *Deus etiam fuit hortolanus, & ſuæ creaturæ adminiſter, quis Dei amorem tam eximium non miretur, ac veneretur?* E

*Anaſt. Syn. in hexam.*

## *Delitiis flamma vicina.*

180 *Plantauerat Dominus paradiſum voluptatis*, Sept. ſic habent, & plantauit Dominus paradiſum in Edē, idem Pagninus, quid ſignificat Edem? beatus Anaſt. Synaita ait, quod idem eſt ac inflammatio carbonum. egregia expoſitio quia ni fallor, nihil vicinius voluptati & delitiis, quam carbones & flamma vorax; imo Hugo Vict. ſupponit ipſam voluptatem eſſe flammam cum ait: *Duobus modis, ignis extinguitur, ſcilicet dum ſubtrahunt ligna vel aſpergitur aqua ſic luxuriæ flamma* (expende quomodo voluptatem, flammam vocat) *dum ſubtrahuntur carnis incentiua, vel dum mens irrigantur lachrimarum affluentia, ſuffocatur ne noceat.* F

*Hugo à S. Vict. lib. de carnalibus nuptiis vitandis.*

## *Voluptatis ſanguine plenæ.* A

*Plantauerat autem Dominus paradiſum voluptatis à principio,* Sept. legūt in Edem, quid ſignificat Edem? idem Anaſt. Synaita, ait interpretatur ſanguinolentæ deliciæ: cur ſanguinolentas vocat delicias, locum voluptatis? reſpondeo optime appellari hortum voluptatis ſanguinolentas delicias, vnde enim ſanguis ſanguinem tangens & innumeræ cædes animarum, quam ex corporum deliciis? appone teſtem Iſai. 9. ad hoc cōfirmandum: *Veſtimentum mixtum ſanguine erit in combuſtionem,* quod exponens D. Greg. 9. Moral. ait *ſanguine veſtimentum miſcere eſt deſideriis carnalibus corpus inquinare.* 182 B

*Iſai. 9.*

*Gre. Mag. lib. 9. mor. cap. 19.*

## *Reſurrectio ab initio indicatur.*

*Plantauerat autem Dominus paradiſum voluptatis à principio*, In Edem ad orientem, quid ſignificat ad orientem plantaſſe paradiſum in quo hominem poſuit? nota quod in oriente videtur ſol oriri qui iam defecerat? reſpondet ergo Stephan. *Plantauit Deus paradiſum ad orientem, quia quemadmodum luminaria cæli, ab oriente in occaſum, & rurſus ab occaſu in orientem curſum conficiunt, ac peragunt; ita homo per peccatum in occaſum mortis declinaturus erat, deinde rurſus per reſurrectionis virtutem tanquam ſol oriturus.* 183 C

*Stephan. in Alle. Tito,*

## *Hominis incorruptio ab initio gratiæ imputanda.*

*Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominē quem formauerat,* Extra paradiſum fuit ergo formatus: cur extra eum creatus cum hoc loco videatur homo dignus? nonne à principio & in innocentia ſua, homo gaudebat incorruptione? merito ergo non in paradiſo, ſed extra paradiſum formatus fuit, vt non naturæ, ſed gratiæ Dei incorruptio eius imputaretur: ita D. Thom. 1. part. q. 102. art. 4. *Vt incorruptio Dei gratiæ imputaretur, & non humana natura, Deus hominem extra paradiſum fecit, & poſtea ipſum in paradiſo poſuit.* 184 D

*Thom. 1. p. q. 102. ar. 4.*

## *Magna hominis dignitas.*

*Plantauerat Dominus paradiſum, in quo poſuit hominem quem formauerat.* Cur verbo plantauit, tātam Dei diligentiam ſignificante vſus eſt Moyſes, ad declarandum locum habitationi hominis deſtinatum eſſe? cum dicere poſſet Deum præcepiſſe, vt terra germinaret hortum; obſerua cum inſignia nobilitatis recipere debemus, domum non ſolum parandam à domeſticis noſtris ſinimus, imo etiam noſmetipſi præparamus: dico igitur, ipſum verbum plantationis diuinæ appoſuiſſe Moyſem, vt maximam hominis dignitatē cui ab ipſomet Deo talis habitationi locus deſtinaretur, ſignificaret, conſentit Procop. *Quod ait plantauit, inſignem quandam curam commonſtrat qua Deus locum illum accurret, vt oſtendat in quē gradum dignitatis hominem collocauerit.* 185 E

*Proc. in hoc cap.*

## *Mulier abſcondita eſſe debet.*

*Plantauerat Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem quem formauerat*, Ex quo colligit D. Ambroſ. lib. de parad. quod homo extra paradiſum formatus fuerit, & poſtea in eo poſitus, mulier autē in paradiſo creata, ex coſta nempe hominis in paradiſo dormientis formata fuit; difficultas ergo eſt cum homo ſit ipſa fœmina no- 186 F

bilior deberet habere nobiliorem patriam, cur ergo mulier illi præfertur? Sane vt ſuum cuique locum tribueret, homini quidem publicum, fœminæ ſecretum, nam homo poteſt in publica prodire loca, fœmina ſecretis debet penetralibus recondi; Ambr. in c. 1. Luc. quod D. Ambroſ. aliquo modo confirmare videtur virgines alloquens: ait enim: *Diſcite virgines non demorari in plateis, nō aliquos in publico miſcere ſermones, Maria in domo ſera, feſtina in publico*, Quaſi diceret proprium eſt mulierum ad Virginis exemplum abſcondi.

### *Virtus non ex loci nobilioris ortu.*

187 *Plantauerat Deus Paradiſum in principio, in quo poſuit hominem quem formauerat*, Nonne diximus hominem formatum extra Paradiſum, mulierem autem in Paradiſo, & quod in nobiliori loco mulier quam vir ortum habuit? Quiſnam prior tranſgreſſus eſt præceptum Dei? Nonne mulier? vir ergo perfectior illa fuit: cur Deus mulierem ex nobiliori loco natam primam cecidiſſe permiſit? Vt ſciamus virtutem non nobilioris loci origini ſed gratiæ deputandam: ita D. Ambroſ. cap. 4. de Parad. Amb. l. de Parad. c. 4. *Extra Paradiſum factus, hoc eſt in inferiori loco vir, melior inuenitur, & illa quæ in meliori loco hoc eſt in Paradiſo facta eſt, inferior reperitur. Mulier enim prior decepta eſt, & virum ipſa decepit*, id eſt, ad peccandum induxit.

### *Odio peccatum proſequi debemus.*

188 *Plantauerat Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem quem formauerat*, Cur hominem in eo collocauit cum ſciret inde propter peccatum ſuum expellendum? Ideo in Paradiſo voluit eum ſtatuere, vt inde eiectus propter peccatum, odio illud haberet, propter quod tanto beneficio carebat: ita D. Theod. 24. Theo. q. 24. in Gen. *Voluit illum cognoſcere beneficia diuina, vt iis priuatus, odio graui proſequeretur peccatum, per quod tantis bonis careat.*

### *Ex præſcientia nullum condemnat Deus,*

189 *Plantauerat Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominē quem formauerat*, Nonne ſciebat Deus tranſgreſſurum primum hominem ſuum præceptum? Ad quid ergo Paradiſum plantat propter eum, cùm ab illo ſit eiiciendus? Ideo Deus Paradiſum homini dedit, quamuis eum ſciat peccaturum, quia nullum ex præſcientia condemnat: ita D. Theodor. quæſt. 24. in Geneſ. Theo. q. 24. in Gen. *Qua de cauſa Deus plantauit Paradiſum mox expulſurus inde Adamū propter peccatum? Imprimis (ait) Dominus Deus non ſolet condemnare ex præſcientia, quapropter tranſgreſſionem Adæ prænoſcens, bona illi conceſſit.*

### *Ita Deus mundum gubernat, vt etiam eum iudicet.*

190 *Plantauerat Dominus Paradiſum, in quo poſuit hominem*, Si ſtatim eiiciendus erat ab eo, cur habitatorem illius efficit? Quia non ſolum gubernatorem Deus ſeſe oſtendit, ſed etiam iudicem: ſic Saluianus Saluia. l. 1. de guber. Dei. de gubern. Dei lib. 1. *Videamus, inquit, qualiter mundum à principio Deus direxerit, & cum omnia ſemper gubernaſſe mōſtrabimus, vt ſimul etiam iudicaſſe, doceamus*, ſubiungit, *poſuit hominem in medio voluptatis, quid deinceps? Dedit ſcilicet legē, præceptis imbuit, inſtitutione formauit: quid autem poſt hoc ſecutum eſt? præuaricatus homo mandatum ſacrum, ſententiam ſubiit, Paradiſum perdidit: quis non in iis omnibus, & gubernatorem Deum videat, & iudicem? Conſtituit enim in Paradiſo innocentem, expulit enim reum, in conſtitutione ordinatio eſt, in expulſione iudicium.*

### *Niſi ſis intra Eccleſiam, etiamſi totum poſſideas orbem, non habes dignam habitationem.*

*Plantauerat Dominus paradiſum voluptatis à principio*, Poſt conceſſum homini maris terræque, & vniuerſi orbis principatū, adhuc plantat Dominus paradiſum, in quo homini præparet habitaculum, & quid neceſſum erat plantare paradiſum hominis habitationem? Nonne homo totius orbis imperium habebat? Nonne homini omnia ſubiecta erāt? Nonne in omnibus poſſet habitationem habere, quando omnium dominabatur? Figurabatur iam tunc in paradiſo Chriſti Eccleſia, extra quam niſi eſſet homo, dignam habitationem non haberet etiam in dominio orbis terrarum: pulchre ad hæc Tertull. lib. 5. in Marci. *Bonitas præfecit hominem vniuerſis fruendis, atque regnandis, etiam cognominandis, bonitas amplius delitias adiecit homini, vt quanquam totius orbis poſſidens in amœnioribus moraretur, tranſlatus in paradiſum, iam tunc de mundo in Eccleſiam*, Nil valerent vniuerſa mundi imperia ad præſtandam habitationem homini, niſi accederet Eccleſia in qua illi habitatio pararetur. 191

Tert. li. 5. in Marc.

### *Bona temporalia nihil ſunt ad æterna comparata.*

*Plantauerat Dominus paradiſum voluptatis.* Caldæ. plantauit hortum: in hunc deſcendiſſe ait Adam myſticus deſcendi in hortum nouum vt viderem poma conuallium, apud Theodot. in hortum nucis deſcendi vt viderem in germinibus torrentis: per germina torrentis citantis Patres, bona temporalia intelligūt, ſed cur germina torrētis dicuntur? Quia vt torrens auctus hyeme ad æſtatis ſoles diſparet, ſic omnia mundialia bona ad conſpectum æternitatis non comparent aiunt tres Patres ibi: *Torrentis enim inſtar, tum gloria, tum opes, tum regnum, tum delitiæ, atque alia huiuſmodi flores delabuntur, cum autem apparuerit vita futura, corrumpentur, & deſinent, & tanquam torrens, ceſſantes exareſcent.* 192

Cant. 9. Theod. Greg. Nyſ. S. Nilus. S. Max.

### *Eccleſia Paradiſus Dei ab initio plantatus.*

*Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio*, A principio non vidimus paradiſum plantatum: nam in principio ſolum legimus feciſſe cœlum & terram, nulla mentione facta paradiſi quomodo ergo verum eſt à principio paradiſum plantaſſe? Litteraliter bene ſatisfacit Beda, ab illo principio plantauit paradiſum quo terram omnem remotis aquis herbas & ligna producere iuſſit: ſed myſtice quis eſt ille paradiſus à principio formatus? Eſt Eccleſia nempe à Deo omnium principio formata & plātata: ita D. Auguſt. 3. de ciuit. Dei cap. 21. *Paradiſus Eccleſia eſt, de qua dicitur, hortus concluſus, à principio paradiſus plantatur, quia Eccleſia Catholica à Chriſto principio omnium cōdita eſſe cognoſcitur, ligna fructifera, ſanctos accipimus omnes: fructus autem eorum, opera eorum, lignum vitæ ſanctus ſanctorū Chriſtum Dominum ad quem quiſquā ſi porrexit manum, viuet in æternū: lignum ſcientiæ boni & mali, proprium voluntatis arbitrium, quod in medio eſt poſitū ad dignoſcen-* 193

Aug. 3. de ciuit. Dei cap. 21.

*dignoſcendum bonum, & malum; de quo qui relictâ gratiâ Dei guſtauerit, morte morietur.*

### *Deus amputat occaſionem ſuperbiendi.*

194 *Plantauerat Dominus paradiſum, in quo poſuit hominem*, Scimos eum non eſſe formatum in illo delitiarum loco, ſed cur Deus in horto voluptatis, vbi nulla eſt vis ventorum, nulla tempeſtatum intemperies, nulla hyemalis glacies, non veris humiditas, non æſtatis exæſtuatio, nec autumni ſiccitas, ſed temperata, & pacifica inter ſe temporum conſonantia, ſingulo quoque horum adornato propria amœnitate, cum nec præcedens à ſequente quidquam B inſidiarum metuere poſſet, dum neque verno decori ſubſequens æſtas noceret, neque æſtiui vel autumnales fructus præ ſenio deſfluerent: cur, inquam, in hoc iucundiſſimo & delitioſiſſimo voluptatis loco, hominem non format? Ratio enim id exigebat, cum mulier eo imperfectior, in eo formata fuerit: Ideo non ita factum fuit à ſummo artifice, & creatore, vt ab homine ſuperbiendi adimeret occaſionem: ſic Thom. Ang. quæſt. 2. aſſignat rationem. 1. *Vt ex hoc sciret quod ex mera gratia ibi erat poſitus, & ſic eſſet magis gratus ex illis donis, quæ erant naturæ* C *ſuperaddita. 2. Vt ex hoc eſſet humilior, & remotior ab omni præſumptione & ſuperbia.*

*Tho. Ang. q. 2. in Gen.*

### *In curandis animabus maxime debent laborare Prælati.*

195 *Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis, in quo poſuit hominem.* Nempe vt cuſtodiret, & operaretur eum, inquires cur dicitur Deus paradiſum per ſe plantaſſe, colendum autem homini tradidiſſe? cur non potius vtrumque & plantandi & colendi laborem, aut ipſe ſumpſit aut homini delegauit? vt partito labore ad operandum homini præiret exemplo, vt quantam ipſe curam in plantando paradiſo ab initio poſuerat, tantam in eodem colendo D homo poſtea collocaret: optimo ad Eccleſiæ Prælatos documento, qui animas Chriſti ſanguine in libertatem vendicatas ſuſcipiunt, ſuo labore in eadem conſeruent, vt præeûtem ſuo exemplo redemptorem optimi adiutores ſuo obſequio imitêtur, & quantum charitatis ſpecimen in redimendis animabus Chriſtus Dominus exhibuit, tantum ipſi in debita proportione in iiſdem curandis edere teneâtur.

### *Concionatores præbent alimentum animabus noſtris.*

E

196 *Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem.* Scimus hunc paradiſum diuerſis arboribus conſitum fuiſſe, D. Amb. in c. 6. Apoc. ait per paradiſum, Eccleſiam, per arbores verò illius, Doctores Eccleſiæ deſignantur, cur doctores arboribus comparat? cùm nomen arboris accommodetur omnibus iuſtis, Dauid dicente: tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, non eſt cur arbor ſpeciatim doctoribus applicetur? reſpondet tamen idem Ambr. *Sicut* F *arbores paradiſi victum pomorum præbebant primis hominibus, ita & doctores Eccleſiæ victum diuinorum verborum animabus fidelium, in Eccleſia conſtitutorum præbere non deſiſtunt.*

*Ambr. in c. 6. Apoc.*

### *Deus non poteſt pauca largiri.*

*Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum volu-*



A *ptatis à principio, in quo poſuit hominem.* Nonne cælum & terram, & ea quæ continentur in illis ad vtilitatem hominis ſufficiebat dediſſe? ad quid ergo poſt orbem homini conditum, poſt cœleſtia omnia homini dicata, adhuc ſtudet muneribus ampliandis? & quaſi nihil feciſſet, nouum hortum delitiarum omnium plenum meditatur? quia Deus non poteſt pauca largiri, ſed quo plura donat, eo magis ad alia properat largienda: ſic D. Baſil. Sel. or. 2. *Velut parturiens magnificentia ſua munera, & habere clauſum penes ſe theſaurum impotens, non eſt contêtus prioribus, neque rebus ante dilargitis ſua munera circũſcribit, neque donatorẽ vniuerſa terra, & cõceſſis mare ſatianis, ſed extruxerit* B *manu ſua paradiſum, delitioſam ſedem dilecto conceſſit.*

*Baſil. Sele. orat. 2.*

### *A nobis noſtra punitio, à Deo benignitas.*

*Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum in quo poſuit hominem.* Cur verò ab eo ſit expulſus, quomodo loquitur ſacer textus? emiſit eum Dominus Deus de medio paradiſi: ſicut dixerat Moyſes Deum poſuiſſe primum hominem in paradiſo, cur non ait etiã poſuiſſe eum extra paradiſum? reſpondeo ideo dixiſſe ipſum Deum ſuis quaſi manibus poſuiſſe, & C hominem conſtituiſſe in paradiſo: quia ab eo omnis beneuolentia, & omne bonum; non dixiſſe autem eum poſuiſſe extra paradiſum, quaſi alienum eſſet ab eo, per ſeipſum punire: ad hoc alludit D. Hier. in c. 5. Ezech. vbi poſtquam dicit: *Quod vbi decora ſunt & honeſta ac per meritum eorum qui ea ſuſtinent, ſeipſum Deus profitetur auctorem, vbi autem triſtitia & non digna Deo, dicit quidem fieri ſed non à ſe, addit, tale quod in maledictis Deuteronomij inuenire poterimus, in quibus hominibus tribuuntur punitiones, Deo autem benignitas.* 198

*Hiero in c. 5. Ezech.*

### *Spes in hominibus poſita eſt pernicioſa.*

*Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum volu-* 199
D *ptatis, in quo poſuit hominem quem formauerat* Videamus vtrum ſolus Adam deliquit, minimè, & ita Amb. epiſt. 42. ad Sabi. ait, ſolus erat Adam, & non eſt præuaricatus, formata eſt Eua, & data eſt ei in adiutricem, quæ dedit de fructu vetito & comedit, quis non mirabitur quomodo ſolus, habens ſolum Deum adiutorem cui confidebat innocens permanſit, & habens ſociam quæ eum adiuuare debebat, ecce præuaricatur, & tranſgreditur præcepta Dei? ſolus non tranſgreditur, ſed cùm primum adiutricem accepit, ruit, quia in ea ſpem aliquo modo poE ſuit: ita D. Amb. l. de parad. c. 4. *Quia adiutricem rationis habiturum ſe eſſe credebat, lapſus eſt propter vxorem.*

*Amb. epiſt. 42. ad Sabin.*

*Idem Amb. de Parad. cap. 4.*

### *Grati Dei beneficijs debemus eſſe.*

*Plantauerat paradiſum, in quo poſuit, &c.* Extra paradiſum formatus eſt, qua de cauſa ergo in tã amœno loco collocat? vt agnoſcens tot Deum beneficia largiri, ea ſumma gratitudine agnoſceret: ſic D. Bon. in 2. diſt. 17. *Debuit homo extra paradiſum produci, vt melius cogitaret beneficium Dei, dum videret ſe illuc aliunde adductum.* Et Hugo de S. Victor. idem habet. 200

*Bona in 2. diſt. 17.*

*Hugo à S. Vict anno. in Gen.*

### F *Non ſufficit abſtinere à malo, ſed bonum opus efficiendum eſt.*

*Plantauerat Dominus Deus paradiſum voluptatis;* 201
In quo poſuit omne lignum pulchrum viſu & ſuaue ad veſcendum, D. Aug. 13. de ciuitate Dei c. 21. ait, paradiſus Eccleſia eſt, de qua dicitur hortus concluſus, ligna fructifera, ſanctos concipimus, fructus

*Aug. 13. de ciui. Dei ca. 21.*

autem eorum, opera: dubinm eſt vtrum in hoc paradiſo erant arbores infructuoſæ, an omnes fructiferæ? plures tenent nullam infructiferam fuiſſe, vnde ait Dion. Char. (*Dio. Char.*) vniuerſitas lignorum paradiſi ſub tribus comprehenditur differentiis, ſecundum quod ad triplicem hominis vtilitatem poterant ordinari: nam poterant ei prodeſſe quantum ad corpus, ſic erant ligna fructifera: aut quantum ad animam, ſic fuit lignum ſcientiæ boni & mali: vel quantum ad vtrumque coniunctim, ſic fuit lignum vitæ, quod facere potuiſſet ad humanæ vitæ perpetuitatem, quid hoc denotat? niſi quod debemus fructum facere in Eccleſia, & non ſolum a malo abſtinere, aliàs etiam inueſſent arbores infructuoſæ, quæ ſecundum aliquos in paradiſo non reperiebantur, aliàs omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur, Mat. 3 vnde D. Amb. (*Ambroſ.*) *Videtur paradiſus animæ eſſe, quæ multiplicat ſemen acceptum, in qua virtus vnaquæque plantatur.*

### *Mors ſemper ob oculos habenda.*

202 *Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis a principio, in quo poſuit hominem.* Quæ verb. ex Hebræo ſic ſonant apud D. Aug. lib. 8 de Gen. ad lit. (*Aug. l. 8 de Gen. ad lit.*) & plantauit Deus paradiſum in Eden ad Orientem, & poſuit ibi hominem quem finxit; ecce tibi poſt perfectum hominem, vbi ad illum accedunt manus diuinæ, conſtituunt eum in oriente, cur in oriente potius quam in meridiolani plaga? vt nihil oculis exciperet, quod perpetuo motu & recta via non vergeret in occaſum, vt magiſtris luminibus cœli, diſceret ſemper ob oculos habere mortem: quod ſpectat Seueri in cat. Græ. (*Seuerian. in Cath. Lipp. idem hab. t. Procop.*) *Deus hominem ibi primum habere voluit, unde principium lucis exoritur, nam quemadmodum ſydera ab ortu tendentia ad occaſum rurſus apparent ſic & hominem oportebat à vita properare ad mortem, & occidere.* Conſtituunt hominem in oriente manus diuinæ, vt vniuerſi ſplendoris creati vias notet in occaſum, & ductus omnium ſyderum curſu, nihil citius ob oculos habet, quam occaſum & finem peccatori poſſe obuenire.

### *Fœliciſſimus ſtatus obedientis, inobedientis infœliciſſimus.*

203 *Plantauerat Dominus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem,* Si Deus præſciebat hominis caſum extra paradiſum creati, nempe in agro Damaſceno, cur non derelinquit? Nota per inobedientiam fuiſſe expulſum, ſi autem perſeueraſſet in obedientia, paradiſi amœnitate, & eius delitiis ſemper frueretur: collocauit igitur Deus hominem in paradiſo, vt deinde eiectus agnoſceret fœliciſſimum obedientis ſtatum, in fœliciſſimum autem inobedientis, hæc ratio eſt D. Bona. (*Bona. in 2 ſent. diſt. 17*) *Quoniam Deus præſciebat hominis caſum, voluit eum in paradiſo locare, quatenus homo per eiectionem ſuam de loco tam voluptuoſo, cognoſceret quanta ſit differentia inter eum qui Deo obedit, & eum qui inobediens eſt idem.*

### *Præſcientia peccati noſtri quaſi nos indignos efficit aliquo Dei dono.*

*Plantauerat Dominus paradiſum, in quo poſuit hominem quem formauerat,* Eum ergo plaſmauerat extra hunc locum delitiarum, ſed cum nobiliſſima creatura nobiliſſimum natiuitatis locum requirat, cur in eo non fuit conditus primus parens, cum ſit omnium nobiliſſimus creaturarum? Nonne præſciebat Deus hominem futurum inobedientem? Dic igitur ideo extra hortum delitiarum condidiſſe, & non in eo formaſſe primum hominem: quia præſcientia peccati quaſi nos indignos aliquo Dei dono efficit: ſic ſentit gloſſa interlinearis, (*Gloſ. int.*) *Quod autem Deus poſuerit hominem in paradiſo, hinc datur intelligi non ibi fuiſſe conditum hominem, quia præſciebat Deus illum peccaturum, & inde pellendum ad hanc terram vbi condidit eum.* 204

### *Occaſionem fœlicitatis conſeruandæ præbet Deus.*

*Plantauerat Dominus paradiſum, in quo poſuit hominem quem formauerat;* Alibi creatum, paradiſi tandem habitatorem conſtituit, nonne conuenientius fuiſſet in ipſo paradiſo eum formaſſe, vt à principio natiuitatis ſuæ, & originis, tali beneficio, quale eſt commorari & degere in loco amœniſſimo, frueretur? Ideo quaſi externum tandem paradiſi colonum inſtituit, vt fœlicitatis conſeruandæ, qua nunc fruebatur, & antea carebat, occaſio daretur: ſic D. Baſil. de paradiſo, (*Baſil. ho. de Parad.*) *Alibi creatum, primum tandem paradiſi habitatorem conſtituit, vt cognita inter extraneam vitam & paradiſi conuerſationem, ex vtriuſque collatione & differentia, cognoſcat quidem pulchritudinis excellentiam, metuat vero & ruinæ iacturam.* 205

## *VARIETAS VERSIONVM I. PARTIS VERS. X.*

*Vlg.* Produxitque Dominus Deus de humo, omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue, lignum etiam vitæ in medio paradiſi, lignumque ſcientiæ boni & mali.

*Septuag.* Et produxit adhuc Deus de terra omne lignum ſpecioſum ad aſpectum, & bonum ad eſcam, & lignum vitæ in medio paradiſi, & lignum ad ſciendum concupiſcibile boni & mali.

*Cald.* Et germinare fecit Deus de terra omnem arborem, quæ erat deſiderabilis, ad videndum, & bona ad veſcendum, & arborem vitæ in medio horti, & arborem cuius fructus manducantes ſcient, inter bonum, & malum.

*Arias.* Et germinare fecit Dominus Deus è terra omnem arborum concupiſcibilem ad viſum, & bonam ad eſcam, & arborem vitæ in medio horti, & arborem ſcientiæ boni & mali.

*Vatabl.* Germinare autem fecerat Iehoua Deus arborem deſiderabilem viſu, & ſuauem in cibum.

*Caietan.* Et fecit florere de terra omne lignum deſiderabile aſpectui, & bonum ad comedendum, & lignum vitarum in intus horti, & lignum ſciendi bonum aut malum.

*D. Auguſtin.* Et eiecit adhuc Deus è terra omne

lignum pulchrum ad aſpectum, & bonum ad eſcam.

*D.Chryſoſt.* Et oriri propterea fecit omne lignum pulchrum ad videndum, &c. & lignum ad ſciendum notitiam boni aut mali, *alij* & lignum vitale, *alij* viuificum.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

VErbum חמד *Chamad* cõcupiſcere & deſiderare ſignificat, hinc fit quod optime legitur נחמד *Nechmad* concupiſcibilis vel deſiderabilis, ſed quia quod eſt concupiſcibile pulchrum videtur, ideo noſter interpres dixit arborem pulchram ſcilicet viſu: qui habent lignum vitale aut viuificans explicant linguæ Hebreæ quæ caret adiectiuis, conſuetudinem.

## EXPOSITIO VERSVS X.

P*Roduxitque Dominus Deus omne lignum*, Plenitudinem horti declarat ex arboribus delectantibus ſenſum viſus, & vtilibus hominum alimento, & hoc tertia die factum eſt, quod hic repetit ad explicandam paradiſi conditionem.

*Pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue*, Hæc verba coniunctè non intelligas, quaſi omnes paradiſi arbores fuiſſent ſimul & pulchræ viſu & ſuaues ad veſcendum, quaſi nullæ in paradiſo fuiſſent arbores infructiferæ, ſed certè diſiunctè, in paradiſo enim omnia ferè arborum genera, tam quæ ad oblectandum aſpectum, quam quæ ad ſuauitatem cibi hominis pertinerent.

*Lignumque etiam vitæ in medio paradiſi*, Scilicet arborem quæ miram haberet vim, non ſolum ad vitam hominis conſeruandam, ſed etiam perpetuandam, & velut quodam immortalitatis genere donandam,

*In medio paradiſi*, illud in medio, non eſt accipiendum de medio mathematico, ſed de medio phyſico, vel morali, non enim ſola arbor vitæ erat in medio paradiſi, ſed etiam arbor ſcientiæ boni & mali, duæ autem arbores non potuiſſent eſſe in eodem medio loco, ſubtilitate mathematica definito.

*Lignumque ſcientiæ boni & mali*; Sic dictum ab euentu vel effectu, quod per illius vſum expertus ſit homo, quid interſit inter ſtatum obedientiæ bonum, & inobedientiæ malum, hoc lignum communiter tenetur quod fuerit arbor fici, forſã illius ſpeciei quæ in India Orientali eſſe ſcribitur.

Cum hæ arbores ſint ſingulares, aliqua dubia requiruntur 1. an vnica fuerit arbor vitæ, exiſtimo vnicam ſolũ fuiſſe, quid enim erat opus pluribus pulſu Adæ cognito? tamen ſi ſtatus ille innocentiæ perduraſſet multiplicato genere humano multiplicata fuiſſet, non enim vnica arbor tantæ hominum multitudini ſufficiens fuiſſet.

2. Vtrum virtus illi conceſſa, nempe vitam conſeruare, & prorogare comedentibus, fuerit illi ſupernaturalis, dico fuiſſe naturalem, ſicut vis medẽdi in aliis arboribus, & plantis reperitur, ſi enim non fuiſſet naturalis, ad quid Adam è paradiſo fuiſſet eiectus ne de huiuſmodi ligno comederet, cùm ei vim ſupernaturalem adimere potuiſſet ligno remanente, ſicque homini non profuiſſet etiam in paradiſo manenti & comedenti?

Circa arborem ſcientiæ boni & mali, certum eſt, incertum eſſe in quanam ſpecie arborum fuerit, teneo tamen eſſe ficum, tum propter plurimos Patres id aſſerentes, tum quia ſimul atque primi parentes de ea arbore ederunt, credibile eſt ex pudore nuditatis quæ ſtatim ipſis probroſa eſſe cœpit; ex eo quod proxime ad manum erat, ſubligacula ſibi comparauiſſe, quibus ſua contegerent pudenda, ea vero ex ficulneis eſſe facta teſtatur ſacer textus.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Dei iudicia imperſcrutabilia ſunt.*

106 P*Roduxit Dominus omne lignum pulchrum viſu, lignum etiam vitæ in medio paradiſi, lignumque etiam ſcientiæ boni & mali*, Circa hoc lignum ſcientiæ boni & mali, miror, cum Deus ſit infinitæ bonitatis, qui vult omnes ſaluos fieri, vt ait D. Paul. quomodo creauit arborem in paradiſo, in quo poſuit hominem quem formauerat, cuius poma ad videndum pulchra, ad guſtandum iucunda, & tamen ſine dubio futura homini noxia & ad peccandum incitamenta? in hoc debemus immenſam diuinorum iudiciorum imperſcrutabilemque abyſſum admirari, dicamus tamen etiam cum D. Auguſt. in Enchirid. c.27. id maximo Dei conſilio factum fuiſſe. *Melius enim* (inquit) *iudicauit de malis benefacere, quam mala nulla eſſe permittere.* *Aug. in Enchir. c.27.*

### *Deus non ſolum neceſſaria, ſed etiam iucunda præbet.*

107 *Produxitque Dominus omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue*, Nonne homini ſufficiebat arbores fructiferas habere, quibus ad libitum veſceretur? arboremque vitæ vt diutiſſime eam conſeruaret? ad quid igitur arbores infructiferas ſolo aſpectu iucundas produxit Deus? quia ita in hominem liberalis, vt non ſolum neceſſaria, ſed etiam iucunda præbeat: cõſentit D.Chryſoſt. dicens. *Ecce ſecundam beneficentiæ ſpeciem, & honorem quem in hominem recens formatum collocauit: nam poſt quam illum in paradiſo conuerſari voluit, accepit varias arbores ex terra pronerare, quæ ſimul & oblectare illum poſſent, vtpote ſpectatu iucunda, & ſui accommoda.* *Chry. in Gen.*

### *Chriſtus Dominus eſt nobis lignum vitæ, in medio noſtri.*

*Produxit omne lignum, &c. lignum etiam vitæ in medio paradiſi*, Inter multa ligna, quæ erant ſpecioſa aſpectu & bona ad eſcam, etiam hoc lignum vitæ terra produxit (inquit Ambr). in medio paradiſi, vt cætera ligna eius viriditate ornarentur, ſed cur potius in medio quam aliæ arbores fructiferæ? hoc lignum tam eximium ac viuificum repræſentat Chriſtum Dominum: bene igitur in medio paradiſi eſt quia Chriſtus in medio noſtri cordis eſſe debet ſemper, & commorari: accipe eundem Ambroſ. in 108

*Ambr. in*

Pſalm.1. *Quid eſſe hoc lignum dicimus? niſi per quod* A *nobis ſalus venit, & lignum hoc terra produxit, quia* Pſal. 1. *cum Virgo generauit, qua erat terra ſecundum auctoris ſententiam qua in hominem dicta eſt, & in terram ibis, pulchre quoque in medio legitur lignorum aliorum, quia erat in medio diſcentium, vel quia erat in medio mentis & cordis, ſicut ipſe ait, medius veſtrum ſtat, quem vos ignoratis & neſcitis.*

### *Remedium apponit Deus, vbi nocumentum eſt.*

209 *Produxit Dominus, &c. lignum etiam vitæ in medio paradiſi*, Cur immediatè poſt enarrationem tantarum frugiferarum arborum, apponit deſcriptionem ligni vitæ? nota quod ex nimia fructuum abundantia aliquod nocumentum poſſet hominibus euenire, arbor autem vitæ deſeruiebat ad vires deperditas reſtaurandas: optime igitur poſt enarrationem tantæ arborum varietatis, appoſuit vitæ arborem, quia Deus remedium apponit, vbi nocumentum Chal. in Ge. eſt, ſenſus eſt D. Chryſoſt. *Miſericors Dominus cum vt opifex præſciret ex multa copia, procedente tempore, nocumentum ſubnaſci, produxit lignum vitæ in medio paradiſi.*

### *Curioſos non vult nos Deus eſſe.*

210 *Produxit Dominus, &c. lignum ſcientiæ boni & mali*: Cur Deus hanc arborem nobis omnibus inutilem ſeu potius nociuam, inter alias arbores fructiferas voluit germinare? nota ex Dam quod lignum Damaſc. ſcientiæ boni & mali dicitur, aut qui virtutem donabat cognoſcendæ propriæ naturæ, quod quidem bonum erat perfectis, ſed malũ inferioribus, quemadmodum ſolidus cibus adhuc debilibus & lacte indigentibus; ſed ſi hoc lignum cognitionem propriæ naturæ tribuebat; cur Deus prohibitum eſſe voluit? iterum nota aliquando nos nimium curioſos eſſe in naturæ noſtræ perſcrutatione, noluit igitur Deus: hoc lignum ſcientiæ boni & mali, cibo hominum deſeruire, quia nos curioſos eſſe non conſentit Deus: ſic citatus Damaſc. *Nolebat enim qui* Dam. apud Lippom. *creauit nos Deus, ſollicitos eſſe, & circa plurima turbari, neque curioſos & prouiſores propriæ vitæ fieri, in quod ſane incidit Adam.*

### *Obedientia maxima virtus, ſicut & inobedientia maximum vitium.*

211 *Produxit Dominus, &c. lignum etiam vitæ in medio paradiſi, lignumque ſcientiæ boni & mali*, Certe hæc arbor cognitionis boni & mali, cibo non erat noxia, neque enim qui fecerat omnia bona valde, in paradiſo omnis amœnitatis & deliciarum loco, inſtituerat aliquid mali; an ergo inuidia motus Deus prohibuit homini huiuſmodi arboris fructum? ideo Deus præcepit primo parenti, ne comederet de hoc ligno, non tanquam ei naturaliter nociuo, ſed vt ex eo cognoſceret maximam eſſe virtutem obedientiam, ſi obtemperaret, vitiumque maximum eſſe inobedientiam, ſi Deo foret rebellis; ſic D. Auguſt. Aug. l. 8. Ge. ad lit. *Oportebat vt homo ſub Domino Deo poſitus, alicunde prohiberetur vt ei promerendi Dominum ſuum virtus eſſet ipſa obedientia, quam poſſum veriſſime dicere, ſolam eſſe virtutem omni creaturæ rationali agenti, ſub dei poteſtate; primumque eſſe & maximum vitium tumoris, ad ruinam ſua poteſtate velle vti, cuius vitij nomen eſt inobedientia.*

### *Hominis maxima fœlicitas in ſtatu Innocentiæ.*

*Produxit Dominus Deus omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue*, Hoc eſt ad ſpectandum & 212 bonum ad eſcam, quæ aſpectu exhilarare poterat, & eſu voluptatem afferre; ſi ergo tanta fructuum abundantia ſuppetebat, cur ab vnius arboris eſu ſibi prohibitæ non abſtinuit, ex qua inobedientia tam infœlix hominis cõditio proceſſit? ideo præceptum Dei violauit, non curans fœliciſſimam ſuam conditionem, qua in ſtatu innocentiæ manens potius fuiſſet; quod deſcribẽs D. Chryſoſt. ait. Chryſoſt. *Vidiſti miſe-* B *riæ neſciam conuerſationem, quaſi Angelus aliquis vixiſſet homo ſuper terram, corpore quidem amictus, ſed extra corporis neceſſitatem conſtitutus, & ſicut Rex paludamento & diademate ornatus, & purpura veſtitus, ita in paradiſo impauidè verſabatur in magna rerum copia*, Contemplare ergo maximam hominis fœlicitatem in ſtatu innocentiæ.

### *Multiplex virtutum exercitatio ſublimes efficit.*

*Produxit omne lignum pulchrum viſu*, Diximus in 213 C noſtris conceptibus non eſſe extra ordinem huiuſmodi, ligni viſu concupiſcibilis malum punicum ſed longè pulchrior ſi paradiſus integer ex eis conſitus eſſet, vis aliquem videre, audi Spiritum ſanctum dicentem cum admiratur multiplices ſponſæ in virtutibus exercitationes, emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum, cum pomorum fructibus, Cypri cum nardo, &c. vnius ficulneæ fructus requirebat aliquando Dominus, & non inuenit, ſunt enim homines adeo ſteriles, vt & multi vnius arboris fructus non referant, at in prudentiſſima ſponſa tanta eſt fructuum copia, vt multos hortos, eoſque fructibus plenos in ſe oſtendat, & quales fructus? Notanter ait, paradiſus malorum punicorum: vbi Richard. Victor. part. 2. in Cant. cap. 29. Richar. à S. Victor. *Continet autem intus malum punicum grana multa, ſic* D *quoque anima habet in ſe multa opera: quod ſe per compaſſionem proximi affligit, quod lædenti ſe ignoſcit, quod inimicũ diligit, quod carnem abſtinentia, & vigilijs caſtigat, quod contra tentationes laborat, quod propriæ voluntati renititur, &c.* Non vnum aut aliud opus ſi ab ſponſa fideli, ſed quot grana à malis punicis erumpunt, tot virtutum, & mortificationum opera ab ſponſa fiunt, illud autem maxime notandum venit, quod immediate poſt mala punica, poſt multiplices has mortificationũ exercitationes ſtatim & illi fructices ponuntur, nimirũ Cypri cum nardo, E cur illico ſubiungit Cyprũ notat Gilbertus Abbas ſermon. 36. in Cantic. quod in Cypro ſublimitas exprimitur: merito igitur poſt mala punica apparent Cypri quia vbi in anima tot ſegetes mortificationis præcedunt tot opera virtutum, non poteſt nõ fieri quin ſublimitas & celſitudo inde reſultet.

### *Virtutis opus quò præſtantius, eò magis debet occultari.*

*Produxit omne lignum pulchrum viſu.* Cum ex his 214 F lignis paradiſi eximij poſſint formari conceptus, ſilentio prætereundi non ſunt; ne prætereamus igitur malum punicum, de qua in ſuperiori conceptu, & cuius pulchritudo meretur, vt inter ligna paradiſi num eretur, maxime propter fructus ſui venuſtatẽ, nam & ipſe ei ſponſus genas ſponſæ ſuæ comparat cum ait; ſicut fragmen mali punici genæ tuæ abſque

A que eo quod intrinſecus latet, Cant. 4 tota genarũ Cant. 4. pulchritudo non integro comparatur malo punico, ſed ſolum fragmini mali, cur non magis integrum malum appa:et in genis ſponſæ? cur in ſpecie decoris maluit ponere fragmen ſolum mali? magna & inſignis virtus non ſe totam oculis exhibet, ſed præſtantiorem ſe exhibet ex eo, quod latet, vnde Gilb. Gilb. Abb. ſerm. 25. in Cant. Abb. ſer. 25. in Cant. ait: *Bonæ genæ quæ nihil habens ſimulatum, ita multum habent occultatum, quæ ſicut nihil fingunt, ſic nec totum effundunt, quæ minus prætendunt in ſpecie, quam tenent in virtute.*

## *Ad virtutis faſtigiũ gradatim conſcendendum.*

B

215 *Produxit omne lignum pulchrum viſu:* Non ſolum arbores proceræ hoc ligno comprehenduntur, ſed etiam humiles & mediocres, inter quas eſt vitis, non ſolum aſpectu pulchra, ſed cuius etiam fructus ſuauiſſimus; ſed ſi fructus eius iucundiſſimus, quomodo ſponſa de ſuo dilecto ſermonem faciens non Cant. 2. fructui, ſed ſolum botro comparat? Cant. 2. botrus Cypri dilectus meus mihi; cur non vuam, non muſtum, non vinum optimum dixit, ſed tantum botrũ, gemmulam, ſiue florem? quia contenta flore virtutis tunc gaudebat, patienter ſuſtinẽs quod per temporis incrementa liceret maturum & tempeſtiuum C Orig. ho. 2. in Cant. virtutum fructum capere. Do in præſenti Orig. ho. 2. ſic fantem: *In quibus verbũ Dei vitis vera efficitur, non eis ad ſummum maturos botros producit, & dulces, nec repente eis efficitur vinũ ſuaue, & lætificans cor hominis, ſed prius producit in eis ſuauitatem odoris in florem, botrus hic florens mõſtratur eſſe in vineis Engaddi, vt gratia flagrãtiæ ipſius immittatur in initijs animæ, vt poſt hoc pati poſſit acerbitatem tentationum, quæ propter verbum Dei credentibus excitatur, & ita demũ maturitatis eius dulcedinẽ præbet.* Sic qui ſapit ne ſubito velit altum ſapere, per ima aſcendat ad ſumma, D per inferiora ſuperiora petat, prius lætetur in hortis, & poſtmodum aſpiret ad nouum illud cæleſtis regni vinum, per infantiam creſcat in virum perfectum plenitudinis Chriſti.

## *Chriſtus Dominus in Euchariſtia omnia nobis bona concedens, nihil ſibi ſumit.*

216 *Produxit omne lignum pulchrum viſu.* Pomum eſt pulcherrimum intuentium oculis, comedentibus optimum, & ſuaue, & ideo eius bonitatem, dulcedinem & pulchritudinem conſiderans ſponſa, dilectũ ſuum ei comparat, dicens, Cant. 2. ſicut pomum in E lignis ſyluæ, ſic patruelis meus in filios, hic parumper ſiſte quæſo, & attente conſidera, quod ſponſus tunc dilectam ſuam non ligno pulchro viſu, & ad veſcendum ſuaui, ſed ſolum plantæ odoriferæ comparat: ait enim ſolum, ſicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias: ô lente ſponſe maximè diminutus procedis in amaſiæ tuæ laudibus extollendis, cur enim eam non cum lignis frugiferis, ſed cum ſola planta comparas? quia ſponſus eſt nobis pomũ in ſacramento cuius cibo veſcimur, cuius aſpectu recreamur, nos autem ſumus illi lilia, quis autẽ li- Greg. Nyſſ. ho. 4. in Cat. lia manducat ac bibit? ita verba dicta proponit D. F Greg. Nyſſ. ho. 4. in Can. pro quibus dicit: *Recte vidit ſponſa quæ ſit ſui à Domino differentia, quoniam ille quidem & nobis fit lætitia oculorum, vt qui eis ſit lux, & vnguentũ odoratui, & vita comedentibus: nam qui eum* Ioan. 6. *comedit viuit, vt dicit Ioan. 6. Humana autem natura perfecta per virtutes ſolum fit flos non agricolã nutriens, ſed ſeipſam exornans, ille enim non eſt bonorum noſtrorũ egens, ſed nos illius bonis egemus.* Expendo illud quod

A vbi Deus omnia nobis fit, & lux oculis, & odor naribus, & eſca guſtui, quâ veſcamur in vitam, natura noſtra quãtumuis plena virtutibus tantum illi ſit flos, non agricolam nutriens, nullo modo paſcens Chriſtum, adeo vt inter dapiferas menſas, inter crateres pleniſſimos ipſe eſuriat & ſitiat, cum nihil à nobis accipiat.

## *Vera pœnitentia eleuat hominem ad ſubli-miorem gratiam.*

*Produxit omne lignum pulchrum viſu, & bonum ad* 217
B *veſcendum, &c.* Hoc habuit qui in paradiſo conſtitutus fuit homo, vt non ſolum huiuſmodi arboribus frueretur, ſed ipſemet dum ibi erat, dum peccatum non nouerat, procul dubio ligni fructiferi, & ſucco, & pulchritudine pleni ſpeciẽ repræſentabat, iuxta illud Pſal. 1. *Tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus* Pſalm. 1. *decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* Sed poſtquam à paradiſo eiectus, viuido fonte caruit, in terra peccati & maledictionis habitauit, ſpinis & ſudoribus additis; vnde potuit ſucci ſẽper virentis virtutem inſtaurari? vnde potuit ad alta conſurgere? quod præſtabat viuidus fons in paradiſo, hoc in terra peccati præſtat, & puluis & labor, C & ſqualor veræ pœnitentiæ quæ vel aridiſſimos truncos facit exurgere in fructiferas arbores: ad hæc Tert. l. de pœnit. ad illam exhortans ait, *Rape* Tertul. l. de pœnitent. *occaſionem inopinatæ fœlicitatis, vt ille nihil quondam apud Deum niſi ſtilla ſitula, & area puluis, & vaſculũ figuli, arbor deinde fias illa, quæ penes aquas ſeritur, & in folijs perennat, & in tempore ſuo fructum agit, quæ non ignem, non ſecurim videbit.* Ecce tibi quam inopinata fœlicitas ab ſqualore & cõtritione pœnitentiæ naſcatur, mediante enim illa, qui vel pulueris inſtar, vel confracti vaſculi iacebat, exurgit in arborem, & ad alta tendens mirificos ſalutis fructus affert.

## *Chriſtus Dominus in cruce ſibi hominum affectus rapit.*

*Produxit omne lignum pulchrum viſu, & bonum ad* 218
*veſcendum.* Quis dubitat palmam eſſe viſu concupiſcibilem, & optimam in cibum? de ea loquens Chriſtus Dominus ait Can. 7. aſcendam in palmam, Cant. 7. apprehendam fructum eius: ſi ſuper ſydera cæli ambulat, certe omnibus arboribus ſuperior eſt, ſi ſuperior eſt, cur notatur in palmam omnibus ſyderibus inferiorem aſcendere, & eius fructus capere? per palmam non pauci intelligunt crucem: bene igitur E palmam dicitur conſcendere, deinde fructus ex ea colligere, quia Chriſtus Dominus in crucem aſcendit, vt intima cordis noſtri penetraret, & affectus humanos ad ſe alliceret: aiebat enim Petr. Dam. ſer. Petr. Dam. ſer. de inuent. crucis. de inuent. cru. *Aſcendit igitur Dominus palmam, & apprehẽdit fructus eius, quia mox, vt in cruce pro noſtra ſalute pependit, omnes electos ad ſemetipſum per amoris deſiderium traxit:* quem affectum non caperet, cuius viſcera nõ perfoderet crucifixus Dominus, & merito dicit Ber. ſer 20. in Can. *Super omnia reddidit ama-* Ber. ſer. 20. in Cant. *bilem te mihi bone Ieſu, calix quẽ bibiſti opus noſtræ redemptionis, hoc omnino amorem noſtrũ facile totum ſibi* F *vendicat, hoc inquam eſt, quod noſtram deuotionem & blandius allicit, & iuſtius exigit, & arctius ſtringit, & afficit vehementius.* Quid eſt afficit vehemẽtius? omnia cordis intima penetrat, & perfodit, vt crucis claui non ſolum Chriſti manus, ſed viſcera tranſfigant fidelium, & ſuccendant amorẽ.

### *A ligno crucis alimentum vitæ.*

219 *Produxit Dominus omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue, lignum etiam vitæ in medio paradiſi.* Notandum eſt nomen illud *lignum*, quod dici conſueuit de iis quæ ſciſſa ſunt, quæ autem non ſunt amputata, ſed in terra manent radicata, vocantur arbores vel plantæ: cur ergo Deus non vocat arbores, nec plantas, ſed mauult vocare ligna illa, quæ parat, vt homini præſtent vitam? Equidem in voce ligni iam oſtendebat, non ſic ab alio vt à ligno diſſecto crucis parare poſſit hominibus alimentum vitæ. Quod notabat Theopha. Cerameus ora. t. in exalt. cru. apud Gretſ. tom. 2. de cru. inquiens: *Et quid ſibi volens Moyſes, nec plantam, nec arborem nominat, ſed lignum vitæ? Lignum autem poſt ſectionem dicitur. Et lignum vitæ medium poſuit in Edem, quaſi è ſupremo loco omnibus clara voce prædicens, fore aliquando vt in medio terræ ſalutifera crux plantaretur, vitæ largitorem ex ſe ſuſpenſum ferens.* Non ſic vniuerſæ arbores vt lignum aridum crucis vitam fructificant, nec ſic homo ab aliis vt à cruce alimentum accipit ſalutis.

*Theophan. Cerameus.*

B

### *Illa eſt vera caſtitas, quæ charitatem ſociam habet.*

220 *Produxit omne lignum pulchrimum viſu.* Sine dubio inter huiuſmodi ligna viſu concupiſcibilia, illa fuerunt de quibus ſponſa Cant. 3. fecit ſibi Salomon ferculum ex lignis Libani media charitate conſtrauit: ſed quænam ſunt illa ligna Libani ex quibus rex Salomon ferculum ſibi conficit? cum Libanus idem ſit quod dealbatio, inſuper & incorruptionem in lignis præſeferat, nullus eſt qui per Libani ligna non intelligat caſtarum mentium puritatem: cum D. Gre. Nyſſ. hex. 7. in Cant. dicente venerandam, per has voces virginitatem eſſe ſtatuimus in ferculi diuini opificio, veneranda debet intelligi virginitas, quæ mite fulgens Deum excipit, & ornat decore ſuo: quid tunc media charitate conſtrauit, vt & alij legunt, medium eius combuſtum, & ardens charitate? optime & merito, vbi virginitatis candor in opificium diuini ferculi aſſumitur, ſtatim inibi charitatis flammæ adduntur, quaſi nequeat pretium habere virginitas, niſi ſub his cuſtodita flammis. Gilb. Abb. ſerm. 19. in Cant. fatur: *Media* (inquit) *charitate benè media, quæ ſic intima eſt, vitalis quædam legis vena eſt, & reliquarum charitas virtutum, cætera quaſi in partem ſe contrahunt, illa omni communis eſt gradui, ſiue mente excedas, ſiue ſobrius ſis, vbique charitatis, & neceſſarius, & iucundus eſt vſus*, parum aut nihil æſtimationis habent mundiſſimæ virginitatis ligna incorruptibilia, niſi abſcondantur ſub charitatis flammis.

*Greg. Nyſſ.*

*Gilb. Abb. ſerm. 19. in Cant.*

### *Idem conceptus confirmatur.*

221 *Produxit omne lignum pulchrum viſu.* Scilicet cum plantauit paradiſum, ſiue vt alij hortum voluptatis, cui ſponſus ſuam comparat dilectam cum ait Cant. 4. Hortus concluſus es, ſoror mea hortus concluſus, non cuiuis horto illam ſponſam virginem comparat, ſed notanter in eius comparatione, ponit hortum illum de quo hic eſt ſermo, nec hunc ponit cum omnibus patebat animalibus, ſed cum romphea flammea, & clauſus, & cuſtoditus eſt; & cur flammanti cuſtodia horti concluſi meminit in commendatione virginitatis? niſi vt oſtendat quod virginitas tunc ſuum honorem habet, cum clauditur ſub flammis charitatis, ex quo Gilb. *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, ma.è hortum in quo poſitus erat cuſtodiuit Adam contra lubricum fraudulenti ſerpentis ingreſſum, porta paradiſi tui ſemper clauſa ſit, ſoli principi pateat, vnus ſit aditus, & is commiſſus Cherubim.* Nil admittatur non examinatũ prius gladio flammeo, quod non approbet charitas: hæc ſit tibi cuſtodia flammea, nullus magis illuſtratur virgineus hortus, ac pretium accipit, quam vbi clauditur ſub flammanti cœleſtium amore & charitate.

*Gil. Abb.*

### *Caſtitas murus eſt aduerſus quoſlibet hoſtes.*

*Produxit omne lignum pulchrum viſu*, Vt ornatetur paradiſus vel hortus deliciarum, cui vt diximus comparans Deus ſponſam ſuam ait, hortus concluſus: ſed cum paradiſus à Deo conditus non dicitur concluſus, quomodo hic cui ſponſa aſſimilatur, circunſeptus eſt? vis ſcire, concluſus eſt ſanè, & non leui aliqua ſepè, ſed muro caſtitatis, vbi enim caſtitas eſt & murus eſt, qui protegat, & defendat virtutes alias: D. Amb. ibi. *Hortus clauſus quia vndique vallata eſt muro caſtitatis, habet igitur murum ſuum virginitas aduerſus mundi huius turbines, & ideo diuina munita protectione, nullis ſæculi flabris inquietatur.* Vix poteſt intelligi caſtitas, quæ non ſit pro inexpugnabili muro ad ſe, & alias virtutes tutandas, floreat in te caſtitatis amor, & cuſtodiam, tutelam, & murum habes, ſub quo non poſſis expugnari. 222

*Ambroſ.*

C

### *Inuitat nos Deus ad memoriam legis.*

*Produxit Dominus Deus, &c. lignum vitæ in medio paradiſi, lignumque ſcientiæ boni & mali.* D. Cyril. Ale. tenet quod hoc lignum ſcientiæ erat in conſpectu Adam, ita vt illud ſemper facile intueri poſſet: cur ante oculos illius, cum deſiderium demulcere poterit, & incitare ad infringendũ præceptum, cur ergo non eſt in loco abſcondito, & ſeparato? reſpondet acutiſſime D. Cyril. Alex. l. 3. con. Iul. *Diſpenſatio quadam erat prudentiſſima & ſolertiſſima, Dei facientis ne obliuiſci ſui poſſent, oportebat enim vt illud videntes per iſtud ipſum ad recordationẽ legis ſemper vocari, & videre præcipientis excellentiam, & non ignorare ipſum legiſlatorem ac Dominum*; aliam aſſignat egregiam rationem, *licebat ſanè idque merito ſemper videre eos arborem, & in illa legem non ignorare, ſed recordari ad quantas promiſſiones Dei vocati eſſent, & ſic ad diuinam contemplationem reſilire, abductaque à terrenis mente cogitare quis, & quantus qui præceperat.* 223

*Cyril. Alex. l. 3. cõtr. Iul.*

D

### *Omnis occaſio tranſgrediendi legem adimitur.*

E

*Produxit lignum vitæ in medio paradiſi, lignumque ſcientiæ boni & mali*, Cur non in extremo illius horti hæc arbor plantata eſt? Cum propè arborem vitæ, non eſſet conueniens vt plantaretur, illa enim vitam conferebat, hæc autem mortem, aduerte ex Procopio primum parentem, quaſi domicilium ſuum tenuiſſe in extrema paradiſi parte: optimè igitur in medio, & non in extremo horti delitiarum plantata fuit arbor ſcientiæ boni & mali à Deo prohibita, vt omnis occaſio tranſgrediendi legem diuinam adimeretur homini: ſic citatus Procopius quare quidam interrogans non in extremo? *Scilicet ne dum frequenter eam arborem in conſpectu cernerent, quaſi quibuſdam irritamentis, & illecebris allecti in datam legem committerent.* 224

F

*Proc. Gaz.*

### *Mors homini imputatur & non Deo.*

225 *Produxit Dominus lignum vitæ in medio paradiſi, lignumque ſcientiæ boni & mali,* Duæ præcipuæ erant arbores in paradiſo, arbores nempe vitæ & ſcientiæ boni & mali, hæ autem proxime conſitæ erant, cur Deus voluit proximas eſſe? Nonne melius fuiſſet quod à ſe inuicem eſſent remotæ? Nota quod mors ſibi propoſita fuit in ligno ſcientiæ boni & mali, ſicut in alia, vita, ideo ergo has duas arbores vitæ & mortis proximas adinuicem ſtatuit, vt ſi arborem vitæ derelinquens arborem mortis ex tranſgreſſione eligeret, mors ei imputaretur & non Deo: hæc
B quodammodo inſinuat D. Ambroſ. lib. de parad. cap. 5. *Diſcamus quod ibi lignum vitæ, vbi etiam lignũ ſcientiæ boni aut mali produxit Deus, ergo in medio paradiſi vita erat & cauſa mortis, intellige quod nõ homo fecit vitam, ſed vel operando, vel cuſtodiendo mandata Dei potuit inuenire,* Adde & tranſgrediendo mortem ſibi adſciſcere, ita Tertull. lib. 3. cont. Marc. cap. 8. *Sicut Deus homini vitæ ſtatum induxit ita homo ſibi mortis ſtatum attraxit.*

Ambr. l. de Parad. c. 5.

Tert. lib. 3. con. Marc. cap. 8.

### *Timor ſimul cum amore.*

226 *Produxitque Dominus Deus lignum vitæ in medio* C *paradiſi.* Et lignum ſcientiæ boni & mali: cur Deus lignum vitæ poſuit in medio paradiſi iuxta lignum ſcientiæ boni & mali? nonne lignum ſcientiæ boni, & mali quia prohibitum, & pro tranſgreſſione, pœna mortis impoſita, timorem denotat? lignum autem vitæ ſic dictum, vt qui ex eo mãducaret corpus eius ſtabili ſanitate firmaretur, nec vlla infirmitate vel ætate in deterius vel in occaſum laberetur nonne amorẽ ſignificat? ideo ergo duas has arbores ſimul poſuit, vt in homine amorem & timorem excitaret: ita D. Bonau. *Poſuit Deus hæc duo ligna in medio paradiſi iuxta ſe inuicem, vt ex vno vt puta ex ligno vitæ conciperet homo affectum amoris, ex alio vero affe*- D *ctum timoris.*

Noſt. Bon. in 2. diſt. 17.

### *Hominis liberum arbitrium.*

217 *Produxit Dominus Deus, &c. lignum etiam vitæ in medio paradiſi lignumque ſcientiæ boni & mali,* Plures legunt ex quibus Tertul. in medio paradiſo, circa quod eſt dubium, quod myſterium agnoſcunt non apponere in medio Paradiſi ſed in medio paradiſo? ſatisfacit D. Anaſt. Syna. lib. 8. Hexa. *Sic diligenter & accuratè tractorum dictionis contextum de his duobus lignis quidam ex iis, qui diuina pulchrè ſciunt* E *ſcrutari, dicentes cur non dicit ſcriptura in caſu gignendi nempe in medio paradiſi, ſed in caſu auferendi dicens ea eſſe in medio paradiſo? vt diſcamus ex dictione quod ea non ſint ſimul plantata cum aliis arboribus neque earum ſint cognata ſed exercitatione virtutis, & vitij ſunt procreata ad probandum noſtrum liberum arbitrium.* Expende hæc vltima Anaſt. verba.

Anaſt. Syn. l. 8. hexa.

### *Qui ſe ab Euchariſtia Sacramento abſtinent, damnationis pœnam incurrunt.*

228 *Produxit etiam lignum vitæ in medio paradiſi,* Nunc F inquirerem libentiſſime ab Adamo, nonne arbor vitę pulcherrimis, & viuificis abundabat fructibus? nonne odor & pulchritudo fructus illius alliciebat oculos? inuitabat viuendi appetitus? quare ergo non tot illecebris fuit adductus, vt fructus vitales carperet & guſtaret? quid ergo accidit; niſi totius generis humani caſus: ſic Chryſoſt. in Pſa. 1. *Huius ligni*

S. Chryſ. in Pſalm. 1.

A *eſum etiam cùm recuſaret in contrarium incidit, nec mirum, quia ſi quis ſe abſtinuerit à vero ligno vitæ, quod eſt Chriſtus Dominus ſine dubio peribit.*

### *Ibi mors, vbi diuinitatem diabolus eſſe affirmat.*

*Lignum ſcientiæ boni & mali,* Neſcio qua de cauſa hæc arbor hoc nomine nuncupetur, cum reuera potius eſſet dicenda lignum mortis, per fructus enim illius eſum, omnes facti ſunt morti obnoxij: nota quod aſſeruit diabolus primos parẽtes diuinitatem aſſecuturos, ſi ex eo comederent: dico igitur ex Ru- 119
B perto ironicè dictum eſſe lignum ſcientiæ boni & mali, cum dicẽdum eſſet lignum mortis, mors enim eſt, vbi diabolus diuinitatem affirmat ineſſe: hoc innuit citatus Rupert. cum ait: *Dixit Deus quacumque die comederitis ex eo morte moriemini, & verum dixit, dicit contra ſerpens comedite, & eritis ſicut Dij ſcientes bonum & malum, & falſum dixit, nec enim comedendo Dij facti ſunt, aut ſcientiam ampliorem acceperunt vt bonum & malum omnino ſcirent, ſed iuxta veritatem Dei, ſtatim & in anima mortui, & in corpore mortales effecti ſunt,* Vides ergo quomodo vbi diuinitatẽ aſſeruit eſſe diabolus, mors à primis parentibus inuenta.

Rupert.

### *Ex ſacra ſcriptura quod bonum amplexandum, quod malum agnoſcitur fugiendum.*

*Lignumque ſcientiæ boni & mali,* Quod idcirco ſic nuncupatur, quia comedenti de eius fructu tribuebat ſcientiam diſcernendi bonum & malum, vt indicat Caldæus interpres, dum illa verba ita vertit, arborem cuius fructus manducantes, ſcientes inter bonum & malum. Si paradiſus ſacram denotat ſcripturam teſte Rup. lib. 2. in Exod. c. 1. quomodo dicemus lignum ſcientiæ boni & mali in eo eſſe, ſi per 130
D illud etiam ſacram paginam intelligimus? non ſolum in eo eſſe aſſeremus, ſed etiam ipſummet eſſe ex cuius fructu qui edit, & bona quæ diligat cognoſcit, & mala quæ fugiat, non ignorat; accinit beatus Laurent. Iuſtin. in præf. de ligno vitæ dum ait: *Lignum etiam ſcientiæ boni & mali, ibi poſuit videlicet ſacra eloquia, hinc enim & mala docentur quæ vitanda, & bona quæ arripienda.*

B. Lau. Iuſt. in præf. de ligno vitæ.

### *Sacra ſcriptura abdita ſunt myſteria vt ea omni cum humilitate inquiramus.*

E *Lignumque ſcientiæ boni & mali,* Quo diximus ſacram denotari Scripturam. Sed non ſolum eo, ſed etiam paradiſo, de quo loquens Spiritus ſanctus Cant. 4. ait, hortus concluſus, cur clauditur? cur non eſt omnibus apertus, vt ex eius fructibus cuncti carpere valerent, & omnibus prodeſſet? merito clauditur hic paradiſus & hortus, nam ſi omnibus paſſim aditus pateret, à pleriſque negligeretur, facile enim contemnitur, quod paſſim obuium eſt, quin torpeſceret legentis mens, ſi ad libitum ingredi poſſet, & eius amœnitate frui; gratior fructus eſt, qui aliquo labor acquiritur, deſiderium acuit quod non facile 231
F conceditur. Scite Beat. Greg. Nazianz. orat. de pauperũ amore: *Facile quippe* (inquit) *viloſcit quod facile percipitur, quod autẽ ingenij noſtri aciem ſuperat quo aſſecutum difficilius, eo etiam maiorem ſui admirationẽ mouet, atque in omne, quod deſiderium noſtrum fugit cupiditatem exercet.* Itaque ſenſibus ac ſacramentis refertiſſimus ſacrarum letterarum hortus, eo magis ad ſe cultores aduocat, quo magis clauſus, vult nos

Cant. 4.

Greg. Naz. ora. de paupe. amore.

Deus pulſare cùm claudit, negare non vult, nō vult arcere ab hoc ingreſſu, vt pulſemus inuitat dū clau-dit ſacramenta: optime S. Aug. in Pſal. 93. *Intendo* (inquit) *audiam is cū reuelat Dominus, quæ hic dignatus eſt aperire, ad hoc enim clauduntur quædam ſacramenta ſcripturarum, non vt denegentur ſed vt pulſantibus aperiantur. ſi ergo affectu pio & ſincera cordis charitate pulſatis, ille aperiet qui videt vnde pulſetis, vides charitate pulſandum eſſe, non tumore & arrogantia.* Aug. in Pſ. 93.

### *Nihil ſine ſapientia produxit Deus.*

232 *Lignum ſcientiæ boni & mali*, Circa quod inquiro, cur Deus hoc lignum ſcientiæ boni & mali condi-dit, cum ex eo prohiberetur homo comedere, eique A ad ruinam lapſumque futurum eſſet incitamētum? Ad quid ergo plantauit? Non inutiliter, ſed ſapienter, vt ſupereminentiam boni agnoſceremus: ita D. Ambroſ. de Parad. cap. 2. *Ad conſummationem diuinæ operationis dicam tibi, & hoc lignum in paradiſo exortum, & à Deo eſſe permiſſum, vt poſſimus ſupereminentiam boni ſcire, quomodo enim ſi non eſſet ſcientia boni & mali, inter bonum & malum diſcretionem aliquam diſcerneremus? Nam neque quod malum erat malum iudicaremus eſſe, niſi eſſet ſcientia boni, neque rurſus, quod bonum erat ſciremus bonum eſſe, niſi eſſet ſcientia mali.* Denique cōcludit, *quod ſingulis nocet in commune proſit, vt Iudæ nocuit diabolus, ſed omnes Apo-* B *ſtolos coronauit, qui malitia eius tentamenta vicerunt.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XI.*

*Vlg.* Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuidebatur in quatuor capita.

*Septuag.* Flumen autem procedit ex Edem ad irrigandum paradiſum, quod inde diuiditur in quatuor initia.

*Cald.* *Loco paradiſi habet hortum* ſubiungit, & inde diuidebatur, & erat in quatuor capita flu- C minum.

*Arias.* Et fluuius egrediens ex Edem, &c. & eſt in quatuor capita.

*D. Ambroſ.* Fons autem procedit, & inde diuiditur in quatuor initia.

*D. Auguſt.* Flumen autem exijt de Edem, quod irrigabat paradiſum, & inde diuiſum eſt in quatuor partes.

*Athanaſ.* Illinc ſecernitur in quatuor initia.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

Facilis eſt, nam dictio נהר *Nahar* ſignificans fluuium & flumē deducitur à *Nahar* נהר quod eſt currere, & fluere, cúmque fontis ſit etiam fluere, hinc eſt quod alij legerunt fontem.

## EXPOSITIO VERSVS XI.

*ET fluuius egrediebatur de loco voluptatis*, Id eſt, de medio iſtius horti, vel de qualibet eius parte, hunc autem fluuium Oceanum omnium aquarum matricem immediatum, & proximum principium ne arbitreris.

*Ad irrigandum paradiſum*, Scilicet vel per multos ſinus, & anfractus, vel per ſubterraneos meatus vniuerſam Paradiſi terram humore ſuo fœcundans: niſi velis etiam dicere quod ad modum Nili, niſi ſtatutis anni temporibus, augeſcens, & ſuperfluens D vniuerſum paradiſum irrigare deberet.

*Qui inde diuiditur in quatuor capita*, Ignoratur an in ipſo egreſſu paradiſi, ſtatim in quatuor diuidatur fluuios, vel an poſtquam egreſſus eſt, efficiat lacum ampliſſimum, ex quo illa quatuor flumina dimanent: ſed cum dixerimus paradiſum in ſublimi loco conſtitutum, poſſumus aſſerere, illud flumen ex hoc alto præcipitatum loco, deinde in planitiem delapſum, tandem in varia capita diſtingui.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Bona ſpiritualia non faſtidiunt.*

233 *FLuuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandū paradiſum*, Dixerat antea fuiſſe in medio paradiſi fontem, & quidem de hoc fonte egrediebatur fluuius hic, cur ergo non dixit, & fluuius egrediebatur de fonte, ſed maluit dicere, egrediebatur de loco voluptatis? Hugo Victor, in Cat. Lippom. ait id dictum, quod ibi ortus, non ſtatim exiret ad alia loca, ſed ad irrigandum paradiſum ipſum egrediebatur: vbi maxime expendendum eſt, quod vt fluuius ille intelligatur non exire ſtatim ad alia loca, extra paradiſum, ſed manere diutius intra ipſum paradiſum illum irrigans, fœcundans, & lætificans dicitur manaſſe, & oriri à loco voluptatis: & quæ voluptas eſt quæ poteſt ſic impetum fluminis detinere, & cohibere, & non potius illum impellat vt ad alia feſti- E net? Non ſane voluptas temporalis, & carnalis id poſſet efficere, quæ præhabita bona feſtinatò faſtidit, & cōtemnit, & depellit, id ſola efficiet voluptas quæ à Deo venit, & in Deo ſiſtit, quæ ſola poteſt facere vt impetus fluminis diutiùs ciuitatem Dei lætificet: ad hæc aiebat Cellenſis Abbas lib. de panibus, cap. 12. inquiens: *Locus voluptatis in Deo eſt, & Deus eſt, neque vnam originem, neque vnum finem habens delectationes ſpiritus & carnis, non patitur cohabitare ſumma illa voluptas cum noſtrâ infimâ, nam illa mundat, illa inquinat, illa Deo copulat, iſta à Deo ſeparat, illa ſemper ſine faſtidio, iſta plena tædio*; Deus eſt ſolus à quo affectus poteſt venire, qui bonum deſideratum, & habitum non faſtidiat, non contemnat, ſed in illo nos faciat permanere cum ingenti lætitiâ. Petr. Abb. Cellen. l. de panib. c. 12

### *Virginis vterus paradiſus voluptatis.*

234 *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis*, Per hunc fluuium deſignari Chriſtum Dominum non eſt dubium, ſed à quo loco Paradiſi voluptatis poteſt exire? Reſpondet deuotiſſime D. Bernard. ſerm. 2. de Natiuitate Domini, *Fluuius iſti eſt Dominus meus Ieſus, qui de duobus locis voluptatis egreditur, ex vtero Patris, & ex vtero Virginis*, Vides quomodo vterus Virginis nomen Paradiſi obtineat, & optime. ex eo enim fluuius copioſiſſimus gratiarum egreſſus eſt, in eo lignum vitæ omnes viuificans, & à morte reſtituens ad vitam.

*Bernar. ſer. 2. de Nati. Dom.*

### *Virgo ſanctiſſima vniuerſam terram irrigans.*

235 *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum* D. Amb. *fons autem procedit*, Sane vterum Virginis paradiſum eſſe diximus, imo ipſam: ſed quomodo poterit ei accomodari quod ſit fons vel Fluuius irrigans vniuerſam terræ ſuperficiem? Hac ratione quod Maria ita Deo delitias eſt præbitura, & amœniſſimus paradiſus futura, in quo Deus deliciaretur, vt tamen ſpiritualem fontem habeat, imo fons eſſet qui mundum vniuerſum irrigaret, & ſpiritus ſancti gratiam nobis communicaret. Succinit noſter Bernardinus Senē. tom. 4. *Figurata fuit virgo Maria in fonte iſto de quo Gen. 2. qui de terra aſcendens irrigabat vniuerſā ſuperficiem terra, & iterum Pſa. 45. ait, Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, id eſt, Eccleſiam militantem*, irrigat virgo arentem humani generis terram.

*Noſter S. Bernardin. Pſalm. 45.*

### *Pauperibus eroganda eleemoſina.*

236 *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandū paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita* Ad quid hic fons extra paradiſum, qui inde diuiditur in tot flumina irrigantia tot regiones? nonne conuenientius fuiſſet, vt ſolum paradiſum rigaſſet? nonne hic fluuius poteſt eſſe ſymbolum hominis liberalis? ideo igitur non ſolum ſe continuit intra paradiſum, ſed ſuas aquas pluribus nationibus diuiſit, ad denotandum pecunias non intra aliquos limites retinendas, & occludendas, ſed liberaliter effundendas: vnde contra eos qui eas includunt, ait D. Baſil. *Si affluant nolite cor apponere, tu autem propter neceſſitatem affluentes retines, & exitus obſtruis, deinde ſi coacta & occluſa, ac quaſi ſtagnantes, quid tibi faciunt? rumpunt repagula violenter retenta.*

*Baſil. ho. 6. in diueſ.*

### *Virtutibus cardinalibus anima ornata, ab omni vitio ſe defendit.*

237 *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum qui inde diuiditur in quatuor capita.* Cur flumina quatuor, & non tria, vel ſex exeunt ad terram irrigandam? hæc quatuor denotant virtutes cardinales, temperantiam, prudentiam, fortitudinem, & iuſtitiam, ſicut terra animam ſignificat: bene ergo quatuor flumina irrigant terram, vt eam refrigerent, quia anima virtutibus quatuor cardinalibus ornata, ſe ab omni defendit: ſic myſtice exponit D.

A Greg. *Solidum mentis noſtra ædificium prudentia, tēperantia, fortitudo, iuſtitia continent, quia in his quatuor virtutibus tota boni operis ſtructura conſurgit: quatuor ergo paradiſi flumina terram irrigant, quia dum his quatuor virtutibus cor infunditur, ab omni deſideriorum carnalium æſtu temperatur.*

*Greg. l. 2. in Iob. cap. 17.*

### *Ad gloriam quærendam prouocamur.*

238 *Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita.* In quatuor nempe flumina, quorum nomina ſunt nobis nota, Phiſon, qui & Ganges, Geon, Tigris, & Euphrates; dubium eſt cur Deus hæc quatuor flumina nobis nota voluit è paradiſo fluere? nonne hæc flumina è paradiſo egredientia, paradiſum à quo eiecti ſumus, indicant? non immerito hæc flumina permanere voluit nobis nota, vt memores paradiſi à quo eiecti ſumus, incitemur ad illum denuò quærendum: ita vener. Beda. *Voluit Deus in noſtro orbe habere ſimilitudinem cæleſtis patriæ, ad quam poſſidendam creati ſumus, vt ad redeundum nos moneret vicino exemplo; conſtat autem flumina quæ de paradiſo exire feruntur, in terra noſtra natos eſſe fontes.*

*Vene. Beda.*

### C *Subuenire prius debemus neceſſitatis proximorum quàm aliorum.*

239 *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandū paradiſū, qui inde diuidebatur in quatuor capita.* Cur dictum eſt prius irrigare paradiſum quam diuiſum in quatuor capita ad alias nationes ſuis aquis fœcundandas? nonne proximior erat paradiſus? recte igitur prius irrigabat eum quàm alias terræ partes remotas: quia primo ſuccurrendum eſt proximis quam alienis: quod D. Paulus ad Galat. 6. confirmat, dicens, *Operemur bonum ad omnes, maxime ad domeſticos fidei.* Quod exponens D. Chryſoſt. hom. 4. in 1. ad Thimot. ait, *Nam ſi quis propinquos genere, atque affinitate coniunctos aſpernatur, quo pacto erit in alienos clemens? nonne vanitati, omnium iudicio, erit obnoxius, ſi alienos beneficijs fouens propinquos deſtituat.*

*Ad Gal. 6.*
*Chryſ. ho. 4. in 1. ad Thi.*

### *Dulcedo in paradiſo reperitur.*

240 *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis.* Aquarum natura per ſe ſalſa eſt, inquit Rupert. nec idonea potui, ſicut in ſeipſo oſtendit mare: quomodo igitur aquæ fluuij è paradiſo egredientes dulces fuēre? nota ex eod. Auct. illas aquas in paradiſi fontem deſcendere: non mirum eſt igitur illas dulceſcere, quia paradiſus quod amœnum eſt, dulce efficit, ſic cit. Ab. *Aquarum natura per ſe ſalſa eſt, aſcendens autem de abyſſo, quæ eſt matrix omnium aquarum, in illam quaſi magni corporis terræ mammam, id eſt, paradiſi fontem, quodammodo lacteam aſſumit dulcedinem, & irrigat vniuerſæ terræ ſuperficiem, vt iuxta Pſal. potent omnes beſtiæ, & expectent Onagri in ſiti ſua; imo vt dulceſceret omnis terra ad nutriendam herbam virentem, lignumque pomiferum quod iuxta erat: omnes igitur aquæ potabiles & ſalubres vbicumque fluant, & vndecumque appareant, de fonte paradiſi per occultos meatus originem trahunt, & ex eius dulcedine hoc habent vt potabiles & ſalubres ſint.*

*Rup. li. 2. de Trin. c. 29.*
*Pſal. 103.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XII.*

V*lg.* Nomen vni Phiſon, ipſe eſt qui circuit omnem terram Heuilath, vbi naſcitur aurum, eodem modo legunt, ſept. & Cald.

A *Arias.* Nomen vnius Phiſon, ipſe circuiens totam terram Chauilath quod ibi aurum.

*D. Auguſt.* Hoc eſt quod circumit totam terram Ehilath.

## EXPOSITIO VERSVS XII.

241 N*OMEN vni Phiſon* quiſnam ſit fluuius hic, non omnes conueniunt, tamen communior eſt opinio eſſe Gangem: ſi autem quis dicat maximè ab aliis tribus diſtare, nemi. . eris, cum pleriſque locis eum terra aſſumi contingit, & poſt longos tractus rurſum ſcaturit e.

*Ipſe eſt qui circuit terram Heuilath*, Ex induſtria B Moyſes reddit rationem terræ, vt ſciremus quod nec à nepote Cham, nec à nepote Heber cognominata eſt Chauilath, ſed à partu, quia paris perfectiſſima, nempe aurum optimum, & maximi precii, lapides Eulath autem eſt regio Orientalis.

*Vbi naſcitur aurum*, in Orientali enim plaga maxima eſt auri abundantia.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deus etiam impiis ſua beneficia largitur.*

N*OMEN vni Phiſon, qui circuit omnem terram Heuilath.* Nomen fluuij ſecundi Geon, C qui circuit omnem terram Æthiopiæ: nomen vero fluminis tertij, Tygris, ipſe vadit contra Aſſyrios: quartus ipſe eſt Euphrates: populi qui ab his fluminibus irrigabantur, erant Caldæi, Arabes, Ægyptij maximi Dei hoſtes; dubiũ ergo eſt, cur tam impiorum hominum nationes aquis ſui paradiſi irriget? vt ſignificet non ſolum iuſtis, ſed etiam impiis beneficia ſua largiri, cum immenſa ſua benignitate ſuos hoſtes, eoſque teterrimos ſuis de paradiſo aquis irriget, vnde D. Gaud. *Cuius pietatis eſt, quod etiã malos, atque incredules patiẽter expectet, & ſi pœnituerint, ſicut miſericors pater amplectitur.* D

*Gaud. tract. in ordine 10. de lectione Exod.*

### *Ab initio dignitas ſacerdotis eluceſcit.*

242 *Nomen vni Phiſon, ipſe eſt qui circuit omnem terram Heuilath, vbi naſcitur aurum* Ibi inuenitur bdelium, & lapis Onychinus, Procop. legit, *Carbunculus & lapis praſinus*, ita etiam Sept. dubium eſt cur ſolum hic fluuius notatur aurum habere, & hos lapides pretioſos? an alia flumina carent huiuſmodi lapidibus? aurum Pontificiam dignitatem denotat; imò alij duo lapides, ſacerdotalem: ſcire igitur hos lapides annumerauit, & non alios in E aliis, ad denotandum ſacerdotalem dignitatem omnes antecellere, aliáſque in comparatione eius ſilere debere: ita exponit Proco. *Solummodo commemorat duos lapides primitias ſacerdotij, & aurum, ſacerdos enim gerebat mitram auream, & duos lapides ſupra pectus, praterea praſinus peculiariter deducatus eſt ſacerdotali tribui, quæ cœleſtiũ rimatur cognitionẽ.*

*Proc. Gaz. in Gen.*

### *Inter Euangeliſtas primus Mattheus, & in illo maximi theſauri.*

243 *Nomen vni Phiſon ipſe eſt qui circuit omnem terram Heuilath vbi naſcitur aurum*, Per quatuor flu- F mina quis prohibet intelligi quatuor Euangeliſtas, qui ſua prædicatione vniuerſum orbem irrigarunt? Sed Phiſon quem repreſentabit? De Phiſon dicitur quod in eo aurum inuenitur? Reſpondet ergo D. Damian. *Sicut Phiſon primus eſt fluuiorum de Paradiſi fonte procedentium, ita Matheus inter reliquos Euangeliſtas, primum obtinet locum, ſatis ergo conueniens eſt intima rationi aptiſſimè congruere, vt ſicut apud Phiſon optimum repræſentatur aurum, ſic & apud hunc beatiſſimum Euangeliſtam ordinis primicerium, intelligamus ineſſe theſauri cœleſtis incomprehenſibile Sacramentum.*

*Dam. ſer. de S. matth.*

### *Chriſtus Dominus virtute ſua nos circuiens totos aureos efficit.*

*Nomen vni Phiſon, ipſe eſt qui circuit omnem terram Heuilath vbi naſcitur aurum*, Non myſterio vacat quod de ſolo hoc fluuio locutus Moyſes, notet diuitias regionis quam ſuis vndis fœcundat, de aliarum regionum fructibus prorſus ſilet, & cur de aliis ſilens de huius regione notat diuitias? Phiſon idem eſt ac os mutationis vel alterationis, per quem ſignificatur genita Dei ſapientia, nimirum eius filius, potens verbo virtutis ſuæ omnia ad ſe mutare & conuertere, vnde merito notatur ab hoc flumine rigari regiones in quibus ſuis efficaciſſimis aquis aurum producitur; quia Chriſtus Dominus virtute ſua nos circuiens aureos omnino nos efficit, non multum ab hoc abeſt D. Anaſt. Syn. lib. 8. in hexam. *Dei filius*, inquit, *dicitur Phiſon qui eſt os patris, & mutauit genus noſtrum à corruptione in corruptionem, & circuit & cuſtodit omnem terram* E *Heuilath, quamobrem ſubduxit dicens de hac ſpirituali Heuilath, quod illic eſt aurum.* 244

*Anaſt. Syn. li. 8. in hex.*

### *Virgo Maria pœnitentes circuit, vt eos conſoletur.*

*Nomen vni Phiſon, ipſe eſt qui circuit omnẽ terram Heuilath.* In fluuio tanquam in figura latere Virginem noſter Bernardinus aſſeruit, per eam quippe maximè Deus miſericordiæ ſuæ fluenta in omnes diuidit, ſed ſignatè in eos qui hoſtes fuerunt, effundebat beneficentiæ ſuæ theſauros Chriſtus dum in cruce penderet, ſed per virginẽ: ſed an in Phiſon, F in quem ille fluuius diuidebatur Virgo ne latitare poteſt, quæ pœnitẽtes circumeat? ita cenſet Richa. lib. 9. de laud. Virg. *Phiſon circuit terram Heuilath, quod interpretatur vel dolens, vel parturiẽs, & beatiſſima Virgo circuit dolentes per contritionem ad conſolandum eos, maximéque parturientes peccata per Cõfeſſionem.* De terra Heuilath, ait Moyſes, *vbi naſcitur aurum.* 245

*Richa. à S. Laurẽt.*

*rum, & terra illius optimum*, nimirum vbi qui talibus
fluentis irrigatur, & dolore corripitur quod deli-
querit, veris ſuperiſque diuitiis abunde ſcatet.

### *Auarus vbi aurum inuenit, vbi pedem figit aliorem immemor.*

246 *Nomen vni Phiſon, ipſo eſt qui circuit omnem terram, Heuilath vbi naſcitur aurum*, Cur obſecro fluuius ille
in terram auri fertilem impingit, eamque non dici-
tur præterire, ſed circuire, quaſi inde elabi nequeat
neque velit in alienas plagas euagari? Credo quia
Phiſon typum gerit hominis cupidi & auari, teſte
B D. Ambroſ. in Pſalm. 1. homo autem cupidus &
auarus quoties incidit in terram auri, ſeu quoties ei
aurum effertur ibi pedem figit; & immemor Pa-
radiſi è quo exiit, & in quem recurrere deberet,
*Tho. Ciſt. l. 2. in Cant.* ibi plenus delitiis conquieſcit: vnde optime Thom.
Ciſter. lib. 2. in Cant. explicans illum verſum Cant.
equitatui meo in curribus Pharaonis, &c. ait. *Currus auaritia quatuor ſunt rota, puſillanimitas, inhumanitas, contemptus Dei & obliuio mortis*; Expende illas duas
vltimas rotas quibus denotat auarum immemorem.
Dei, immemorem mortis, ſolius auri ſui memorem.

C

### *Aurum infidos reddit.*

247 *Nomen vni Phiſon, ipſo eſt qui circuit omnem terram Heuilath, vbi naſcitur aurum*, Et aurum terræ il-
lius optimum eſt, notanda nominis ethymologia,
nam Phiſon interprete D. Ambroſ. in Pſal. 1. idem
eſt atque oris commutatio; ſed cur vbi eſt aurum
optimum dicitur quod Phiſon circuit? vt ſignifice-
tur quod vbi aurum naſcitur, ibi commutatio oris
inuenitur, aurea enim claui, lingua facile clauditur,
vel aperitur, & in quamcumque partem velis com-
*Ambroſ. in Pſalm. 1.* mutatur, quod expendit D. Ambr. citatus, *Merito os
illi commutatur vt non teneatur promiſſionem fides, ſed
fit in oro dolus, vbi eſt aurum bonum; auaritia enim fidem*

A *frangit, nec tenet verborum ſimplicitatem, ornamenta
quoque pretioſa, mentem animumque commutant, vt
aliud in pectore, aliud in ſermone ſit.*

### *Prudentia prima eſt inter virtutes morales.*

*Nomen vni Phiſon, & nomen ſecundi fluuij Gehon*, 248
&c. D. Ambroſ. hoc myſtice exponens, per hæc qua-
tuor flumina intelligit quatuor virtutes cardinales,
prudentiam, temperantiam, fortitudinem, & iuſti-
tiam, dubium eſt cur hic fluuius Phiſon, qui pruden-
tiam ſignificat, primus poſitus eſt? non enim ſine
B aliquo myſterio primus cenſeri debet: Nonne Phi-
ſon non vnam gentem, ſed vniuerſam fere Indiam
circumfluit pluribus vtilis? cur non ergo hic fluuius
primus apponetur? quia prudentia propter ſuam vti-
litatem, primum locum inter alias virtutes obtinet:
ita D. Ambr. lib. de Paradiſ. c. 3. *Et bene primo loco hic* *Ambr l. de*
*fluminis poſitus eſt, qui ſecundum Hebræos Phiſon dicitur,* *Parad. c. 3.*
*hoc eſt oris mutatio; quia non vnam gentem, ſed vniuer-
ſam fere Indiam circumfluit, non enim anguſta quadam,
ſed diues vtilitatem prudentia eſt quæ pluribus proſit,
ideo prima.*

C

### *In paradiſo pulchriores quam extrà eum ſumus.*

*Nomen vni Phiſon*, Quid ſignificet hæc appella- 249
tio fluuij? diuerſitas eſt inter authores, attamen Ra-
banum ſequar dicentem, quod oris mutatio dicitur,
ſed cùm hic fluuius è Paradiſo vbi nulla mutatio
reperiri deberet, egrediatur, quomodo nuncupatur
mutatio? ideo tali appellatione vocatur, quia in Pa-
radiſo pulcher viſu, extra eum turbibus apparebat:
teſtis eſt citatus author, qui poſtquam dixit quod
oris mutatio dicebatur, rationem ſubiungit, *Quia* *Rabanus*
*viliorem faciem habet apud nos quam in Paradiſo*, con- *Maur. in Gen.*
templare igitur quomodo quæ hic cernuntur fœda,
D in paradiſo autem pulcherrima.

## *VARIETAS VERSIONVM VERSVS XIII.*

VVlg. Et aurum terræ illius optimum, ibi inuenitur bdellium, & lapis Onichynus.

*Septuag.* Et aurum terræ illius bonum, & ibi eſt carbunculus, & lapis praſinus, *& D. Ambroſius*, & lapis praſius.

*Arias.* Aurum illius eſt bonum, & ibi eſt onix,

*Alij.* Ibi vnio eſt.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

SI ſolum in Hebræo eſt bonum, & in vulg. optimum ideo eſt, quia Hebræi carent ſuperlatiuis: cum quidam exiſtiment bdellium eſſe lapidem pretioſum, hinc eſt, quod forte Septuag. carbunculum tranſtulerunt. Cum Sohim incertum ſit quid ſignificet, hinc eſt quod nos lapidem Onychinum, alij praſinum, alij vnionem legunt, tamen ſi deducatur à radice Sadach, ſignificat omnem lapidem teretem & æquabilem.

## EXPOSITIO VERSVS XIII.

ET *aurum terra illius optimum*, Quia regio Heuilath longe melius aurum poſſidet quam cæteræ regiones Indiæ.

*Bdellium* in lib. Numerorum mannæ ſimilitudinem habere deſcribitur, ſed de huius & aliorum lapidum natura aut ſimilitudine diſceptare friuolum eſt tutius multo fuerit cum Hebræis ignorantiam lapidum in ſcripturis fateri ingenuè; alij tamen aſſerunt bdellium eſſe genus gummi, ſiue lachrymæ pellucidæ, quam ſtillat arbor nigra magnitudine oleæ, folio roboris, natura caprifici.

*Et lapis Onychinus*, Onyx eſt lapis pretioſus, ſic dictus, quia habet candorem permixtum cum rubedine, ad ſimilitudinem vnguis humani, quia onyx lapis Græce, vnguis Latine dicitur.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Ideo in tanto pretio aurum habetur, non quia melius, ſed rarius*

250 AVRVM *terra illius optimum.* Cætera quæ vniuerſo orbe continenter etiam optima ſunt vidit enim Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, in quo ergo aurum laudatur præ aliis metallis, ita vt dicatur optimum? pro optimo intelligitur pretioſum, ideo igitur cenſetur optimum, id eſt pretioſum, quod autem pretioſum eſt dicitur rarum: ſic
*Hie. in c. 6. Ij. verſ. 12* D. Hieron. *Omne quod rarum pretioſum eſt, ſicut & in Samuelis volumine intelligimus, & ſermo Domini pretioſus erat in Iſrael.*

*Non omnis prudentia admittenda.*

251 *Aurum terra illius optimum.* Philo Heb. lib. 1. Alle. aurum ſymbolum prudentiæ arbitratur, ſed hærens deinde illi epitheto, *optimum, ſiue bonum*, perquirit: qua occaſione aurum illud ſignate dicatur bonum, cùm inde inferre non nemo poſſit aliquod eſſe prudentiæ aurum quod bonum non ſit; nec renuit id admittere Philo, monens eſſe etiam prudentiam quæ bona non cenſeatur: ea quippe quæ propria eſt, & cui homo contra Sapientis monitum innititur:
*Philo lib. 1. Alleg.* audi illum lib. 1. legis Alleg. *Certe eſt, nam duo ſunt genera prudentiæ, alterum vniuerſale, alterum particulare: vniuerſalis illa quæ Dei ſapientiam inhabitat, ſeu domicilium, bona eſt: itaque prudentia mea cùm ſit particularis, non eſt bona:* Sic Philo adſtruens eam ſolum prudentiam bonam eſſe, quæ ſibi non innixa, Dei pru-

A dentiæ, & diſpoſitioni clauſis oculis ſe committit ac ſubdit.

*Sacra ſcriptura docet quæ ſunt neceſſaria.*

*Aurum terra illius optimum.* Cum dixerit ſolum etiam inueniri lapidem onychinum, & bdellium, vel vt habent Sept. carbunculum, cur ſolum hæc enumerat? cum in aliis regionibus quæ ab hoc fluuio irrigantur, pretioſiſſima inueniantur; non debuit ergo ea omittere: Nota quod Pontifex ſummus Iudæorum laminam auream in capite ferebat, & lapides pretioſos habebat in pectore, & ita neceſſarium 252
B erat ſcire vbinam hæc inueniebantur; dico igitur ſacram paginam aurum & hos lapides indicaſſe, quia quæ neceſſaria ſunt omnibus indicat: reſponſio eſt fere Seueriani. *Aurum & lapides nominauit, quia Pontifex laminam aureã in capite, & duodecim lapides pretioſos ferebat in pectore, vt ſcirent vnde hæc petẽda eſſent.* *Seuer. in Cat. Lippom.*

*Principis eſt benefacere, vt punire.*

*Bdellium & lapis Onichinus.* Vel vt habet Amb. carbunculus & lapis praſius, de carbunculo loquens Procop. Gaz. ait, cæterùm hic lapis conſecratus eſt regiæ poteſtati, ſed cur potius regibus conſecratur hic lapis, quam ſacerdoti, vel cuilibet alteri dignitati? 253
C ti? Aduerte carbunculum ignei fulgoris eſſe, optime igitur accommodatur regiæ poteſtati, quia vt optime cit. Proco. *Vt ignis eſt vt vrat & lucem præbeat, ſic regis eſt, vt benefaciat & puniat.* *Proc. in hoc cap.*

## VARIETAS VERSIONVM I. PARTIS VERS. XIV.

V*Vlg.* Et nomen ſecundi fluuij Gehon ipſe eſt qui circuit omnem terram Æthiopiæ.
*Septuag.* Nomen flumini ſecundo Gehon, hoc eſt quod circuit totam terram Æthiopiæ.
*Arias.* Nomen fluuij Ghicon ipſe circuiens.
*Caietan.* Ipſe qui circumiens totam terram Chus, *ſic Vatab.*

## CONCORDIA VERSIONVM.

VBi habemus Æthiopiam, alij legunt Chus, ſumentes denominationem pro reipſa: nam Æthiopia denominata fuit à Chus filio Cham.

## EXPOSITIO VERSVS XIV.

E*T nomen fluuij ſecundum Gehon.* Quamuis communiter teneatur quod Gehon ſit Nilus, tamen cùm in Hebr. vbi nos legimus Æthiopia habeatur Chus, terra autem Chus intelligatur Æthiopia orientalis nominata à Chus filio Cham, Nilus autem Æthiopiam Meridionalem, ſeu Occidentalem irriget, hinc facile colligetur quod Gehon non eſt Nilus, ſed alius; ab eo tamen in conceptibus aliorum ſententiam non reiiciemus.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Ad auguſtiſſimum Sacramentum recipiendum caſtitas requiritur.*

254 NOMEN *ſecundi fluuij Gehon, &c.* D. Amb. hæc flumina exponens myſticè, ait, per hoc ſecundum Gehon intelligi temperantiam, & iuxta illud præceptum datum eſt populo Iſraël cùm adhuc eſſet in Ægypto, vt ex Ægypto recederet, & ſuccinctus lumbos ederet agnum, quæ lumborum ſuccinctio inſigne eſt temperantiæ; cur quæſo iuxta hunc fluuium Gehon agnum comedunt? nonne hic agnus Chriſtum Dominum in Sacramento repræſentat? rectè igitur iuxta hunc fluuium ſignificantem temperantiam, ſiue caſtimoniam, comeditur Agnus paſchalis, quia recipientes ſanctiſſimum Sacramentum maxime caſti debent eſſe: ita D. Amb. lib. de parad. *Ambroſ. lib. de parad.*

rad.cap 3. *Hic Geon iuxta quem lex data eſt Iſraelitis cum eſſent in Ægypto conſtitutis, vt ex Ægypto recederent, & ſuccinctis lumbos ederent Agnum, quod quidem inſigne temperantiæ eſt, caſtos enim & ſanctificatos oportet Domini Paſcha celebrare.*

### *Caſtitate ſordes abluuntur.*

255 *Nomen ſecundi fluuij Gehon.* Ipſe eſt qui circuit omnem terram Ægypti. D. Amb. myſticè exponens hæc flumina, de ſecundo loquens ait, Gehon figura caſtitatis, ſed cur hic fluuius potius quàm alij tres, caſtitatem repræſentat? Notat quod nomen hoc Gehon, quendam terræ hiatum dicit: reſpondeo ergo optime Gehon repræſentare caſtitatem, quia ſicut hiatu terræ ſordes abſorbentur, ita caſtitate perfecta omnia purgantur: ita D. Amb. lib. de para. c. 3. *Significat nomen hoc quendã terræ hiatum: ſicut igitur terra, quæcunque vel purgamenta, vel ſordes hiatu abſorbet, ita caſtitas omnes corporis paſſiones abolere conſueuit; bene ergo Gehon in quo eſt figura caſtitatis, circumire terram Æthiopia dicitur, vt abluat corpus abiectum, & carnis viliſſima reſtinguat incendium, Æthiopia enim, abiecta & vilis, Latina interpretatione ſignificatur, quid autẽ abiectius noſtro corpore? quid tam Æthiopiæ ſimile? quod etiã nigrũ eſt quibuſdã tenebris peccatorũ.* Ambr. lib. de Parad. c. 3.

### *Maximus Dei in homines amor.*

256 *Nomen ſecundi fluuij Gehon*, Plures exiſtimant hunc eſſe Nilum, ſed quamuis ſit ab eo diuerſus, conſtat hunc adhuc terram Æthiopiæ irrigare, ſine dubio hic ſicut & alij tres fluuij cum exoriuntur de Paradiſo, prout admonet ſacra ſcriptura, tamen per quoſdam deinde latentes meatus abſconduntur, & tandem denuo prorumpunt; neque hoc ſine ratione à Deo excogitatum, ita enim curioſum & audax mortale genus ab inquirendo Paradiſo deturbauit; ſed cur ita à Deo factum eſt? Nonne conuenientius fuiſſet vt mediis ipſis fluminibus Paradiſum potuiſſet inuenire? Nota quod in eo inquirendo tum & viæ longinquitate, tum rerum penuria laborantes, facile in eo ſtudio periiſſent, maximus ergo Dei in homines amor apparet, qui eos à ſollicitudine Paradiſi inquirẽdi amouit: teſtis eſt Catena Græca, *Hoc Deus, quæ ſua eſt erga nos charitas, veritus, incertas voluit eſſe & occultas talium fluuiorũ deriuationes*, Expende illud verbum *veritus*, quaſi diceret tali amore Deus in homines fertur, vt timens plurimorum ruinam in vana Paradiſi inquiſitione, fluuiorum curſus qui ab eo egrediuntur, per diuerſos meatus ſubterraneos abſconderit. Cat. Græc.

### *Curioſitatis adimitur occaſio.*

*Nomen ſecundi fluuij Gehon*, Cum dicat Moyſes circuire omnem terram Æthiopiæ, & quod è Paradiſo egrediatur, quomodo per curſum illius notum ad Paradiſum non regredimur? Certum eſt per quoſdam meatus ſubterraneos tranſire, & ibi quaſi originem aliam ſumere, ſed cur Deus noluit illius meatus patere? Certũ eſt, quod ſi ita factum fuiſſet plures vtique conati fuiſſent illius ripas proſecuti locũ Paradiſi perluſtrare: rectè igitur ſtatuit Deus illius meatus latentes eſſe, vt omnis vana curioſitas Paradiſum inquirẽdi adimeretur, ſententia eſt D. Theodor. quæſt. 29. in Gen. *Hoc quidem non fruſtra, omnium Deus ita diſpenſauit, ſed vt amputaret ſuperfluam hominum curioſitatem.* 257 Theo. q. 29. in Gen.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XV.*

*Vulg.* Nomen vero fluminis tertij Tygris, ipſe vadit contra Aſſyrios, fluuius autem quartus ipſe eſt Euphrates.

*Cal.* Et nomẽ fluuij tertij Hidecel. ipſe qui vadit ad Orientem Aſſyriæ.

*Pagninus.* Nomen fluuij tertij Chidechel, ipſe vadit contra Aſſur & flumẽ quartum eſt Perath.

*Arias Mont.* Chidechel ipſe vadens ante Aſſur.

*Vatab.* Ipſe eſt qui pergit ad Orientalem plagam ante Aſſur.

*August.* Flumen tertium Tygris, hoc quod fluit contra Aſſyrios.

*Moſes. Syrus.* Fluuius tertius Diclat.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

Fluuius tertius proprio nomine apud Hebræos dicitur Chidechel, apud Syros Diclat, ſed apud alios improprie Tygris propter velocitatẽ nuncupatur, quod nomen retinuit noſter vulgatus, quia ſuo tempore ſic appellabatur: Euphratem legimus, alij Perath, & fuit prima eius appellatio, nam poſtea à Græcis & à noſtris dictus eſt Euphrates, cum vox Hebræa קדם Kedemante, contra, ad Orientem ſignificat, hinc lectionum diuerſitas oritur.

## EXPOSITIO VERSVS X.

*Nomen vero fluminis tertij Tygris*, Ita vocatur hoc flumen, quod inſtar animalis ſic nuncupati, impetuoſum ac rapidum nimia pernicitate decurrens, ſurſum deorſumque feratur.

*Ipſe vadit contra Aſſyrios*, Id eſt per terram Aſſyriorum, & dicitur ire ſeu currere contra Aſſyrios, quaſi ex oppoſito Aſſyriorum fluat, reſpectu pergentium illuc ex altera parte, porro regiones Aſſyriæ ſunt Aſſur, & Niniuitarum.

*Quartus autem fluuius eſt Euphrates*, Hic fluuius admodum Nili exundans terras rigat, ac fœcundat, dicitur autem Hebraice Perath, à radice Peraa ſignificante fructificare & fœcundare, non raro in ſacra pagina tacito nomine Euphratis appelatur magnus fluuius, quia vnus eſt ex maximis fluminibus Iudæorum populo notis, vnde hic curſum eius Moſes non deſcribit, eo quod maxime ei notus cum terræ Iſraël, nempe terræ promiſſionis contermimus eſſet.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Vita noſtra breuiſſima iucunda debet eſſe conſideratio.*

258 *NOmē vero fluminis tertij Tygris ipſe vadit cōtra Aſſyrios*, Quid ſignificat hic Tygris? Gloſſ.ordin. in illa Tobiæ verba & manſit prima manſione iuxta fluuium Tygris, ait, *Tygris fluuius qui rapidiſſimo curſu à Tygri velociſſima beſtia ſic denominatur, decurſum noſtra mortalitatis ſignificat*, Ita etiam Gloſſa interlinealis; quid ergo nobis annuit Tygrem ſignificantem velociſſimum vitæ noſtræ curſum è paradiſo fluere? Reſpondeo innuere nobis conſiderationem breuitatis vitæ noſtræ ita eſſe iucundam, vt etiam ab ipſo paradiſo emanet.

*Gloſſ. ordin. & interlinealis in c. 6. Tob.*

### *Quod repræſentat vitam noſtram, contemnitur.*

259 *Fluuius autem quartus ipſe eſt Euphrates*, Si de cæteris fluminibus dicitur quas regiones irrigant, nam Phiſon circuit terram Heuilath, Gehon terram Æthiopiæ, Tygris Aſſyriæ, cur ergo de ſolo Euphrate fluuio nobiliſſimo non dicitur quod aliquam regionem aquis ſuis irriget? Nota de aqua Euphratis aſſeri quod ſit vitalis, vitamque foueat; dicamus ergo ideo de aquis Euphratis non eſſe ſermonem, quia quæ vitam repræſentant, & illam fouent, à ſancta ſcriptura contemnuntur, ſic D. Ambroſ. lib. de paradiſo cap. 3. *Cauſam autem, cur ceteri quà comeant fluuij deſcribuntur regiones, qua Euphrates comeat, non deſcribantur, illam accipimus; quia aqua eius vitalis aſſeritur, & qua vitam foueat atque augeat, vnde Peratheum Hebraorum aut Aſſyriorum prudentes dixerunt, quod eſt* αὔξειν *Grace, contra autem fertur eſſe aqua aliorum fluminum*, Quaſi diceret aqua huius fluuij vitam repræſentat, ideo ſileatur.

*Amb. li. de Para. c. 3.*

### *Fortitudo omnia ſuperat.*

260 *Nomen vero fluminis tertij Tygris, ipſe vadit contra Aſſyrios*, Ait D. Ambroſ. hunc fluuium repræſentare ſortitudinem: cur potius ſortitudinis figura eſt quam alia flumina? Nonne Tygris rapidiſſimus eſt, qui motu ſuo velociſſimo omnia rapit? Dic ergo ideo Tygrem optime fortitudinem repræſentare, quia fortitudini nihil reſiſtere poteſt, ſed omnia rapit & ſuperat: ita D. Ambroſ. lib. de Parad. cap. 3. *Hic fluuius dicitur velocior omnibus, quem incolunt Aſſirij hoc eſt dirigentes, ergo quicumque fortitudine animi preuaricantia corporis vitia captiuarit, dirigens ad ſuperna eſſe huius fluminis ſimilis æſtimatur, fortitudo autem quod occurſu rapido reſiſtentia quæque transuerberat, nec aliquibus, curſus eius impedimentorum haret obſtaculis.*

*Ambr li. de Parad. c. 3.*

### *Iuſtitia maxime fœcunda.*

261 *Fluuius autem quartus ipſe eſt Euphrates*, D. Ambr. agnoſcit in Euphrate iuſtitiam, ſed cur potius iuſtitiam voluit adumbrari per hunc fluuium quam per alios? Nota quod Euphrates Latine ſignificat fœcunditatem, atque abundantiam fructuum: ita Rupert. & Phil. lib. 1. Alleg. iure merito igitur iuſtitia deſignatur per Euphratem quia iuſtitia fœcundiſſima eſt & frugifera: ita D. Ambroſ. vbi ſup. *Euphrates Latine fœcunditas atque abundantia fructuum nuncupatur, preferēs quoddam inſigne iuſtitia, qua omnem paſcit animā, nulla enim virtus abundantiores videtur habere fructus, quam equitas atque iuſtitia, que magis aliis quam ſibi prodeſt, vtilitates ſuas negligens, communia elementa præponens.*

*Ambr. li. de Para. ca. 3.*

### *Iuſtitia ad omnes ſe extendere debet.*

262 *Fluuius autē quartus ipſe eſt Euphrates.* Nihil aliud addis ô Moyſes, cum loqueres de primo nonne ais, ipſe eſt qui circuit omnem terram Heuilath: de ſecundo, iſte eſt qui circuit omnem terram Æthiopiæ: de tertio, ipſe vadit cōtra Aſſyrios? cur ergo ad quartum nempe Euphratem non adiicis quod fluat per aliquam regionem? nonne diximus Euphratem ſignificare iuſtitiam? reſpondet ergo ideo Beda in hoc c. 4. *Non eſt dictus quò vadat, aut quam terram circumeat, iuſtitia enim ad vniuerſas partes pertinet*: ſic & Hiero. Lauret. in ſua ſylua alleg. *Non deſcribitur qua fluat, ſicut alia flumina, qua de paradiſo oriuntur, propter generalitatē iuſtitia, qua vndique extenditur*, idem habet Arnob. Carnot. Abb. tract. de ſex operibus.

*Beda.* *Hier. Lauret.* *Arnob. Car. tract. de ſex operibus.*

### *Nulli grauis eſt iuſtitia.*

263 *Fluuius autem quartus ipſe eſt Euphrates.* De fluuio Tygri ait Moyſes, quod vadit contra Aſſyrios, de Euphrate autem non ait quod contra aliquem vadat; cur de primo & non de ſecundo idem aſſeritur? In Tygri fluuio oſtendebatur temperantiæ virtus, cuius eſt voluptuoſæ aduerſari vitæ, in Euphrate autem iuſtitia deſignatur, quæ nulli aduerſatur, nulli grauis eſt, ſed cuique ius ſuū tribuit, ait Philo lib. 1 Alleg. legis: *Contra Aſſyrios vadit Tygris fluuius, id eſt contra voluptates temperantia: porro iuſtitia quā nobis refert Euphrates flumen, nec oppugnat quempiā, nec circumuallat, nec habet aduerſariū, quare? quia huius eſt ſuum cuique reddere, & eſt loco non accuſatoris ſed iudicis. Quemadmodum igitur iudex nec vincere vult quēquam, nec habere aduerſarium, ſed latâ ſententiâ pondus addit parti iuſtiori: ad eum modum iuſtitia neminem cum nemini aduerſetur, cuiq; rei quod ſuū eſt tribuit.* Quando ſuū cuique tribuit iuſtitia, nulli aduerſatur, nulli grauis videri debet, ſed omnibus leuis & ſuauis, vt dicat Caſſi. variа. 10. *Nullū lædit obſeruata iuſtitia.*

*Philo.* *Caſſiod.*

### *Nihil ſuperfluum in ſacra ſcriptura.*

264 *Fluuius autem quartus ipſe eſt Euphrates.* Cum de alijs fluminibus dixerit Moyſes quas ſuis aquis irrigarēt regiones, quomodo Euphratis curſum omiſit, præteriens quam prouinciam ablueret? nota quod Iudæis quibus loquebatur Moyſes notiſſimus erat hic fluuius, vtpote conterminus terræ promiſſionis; optime igitur ſiluit curſū eius, quia in ſacra ſcriptura nihil ſuperfluum debet apponi: ſenſus eſt noſtri Lyrani, *De curſu ipſius ſcriptura non facit mētionē, quia erat vnus terminus terra Iſrael, & ideo curſus eius ſatis notus erat iis quibus ſcribebat Moyſes.*

*Noſt. Lyr.*

### *Per baptiſmū datur regreſſus ad paradiſum.*

265 *Nomen fluminis tertii Tygris, fluuius autem quartus Euphrates.* Cur quæſo tanta aquarum copia in paradiſo reperitur? totque flumina egrediuntur ab eo? Nota quod aquæ paradiſi ſacramentum baptiſmi repręſentāt: optime igitur tot aquę in eo reperiuntur, & ab eo deinde exeunt, quia in aquis baptiſmi paradiſus reperietur; & per eas ad eum fiet regreſ-

Rab. Man. ſus: ſic Raban *Quia vero per aquas regeneratrices regreſſus nobis ad cæleſtia patet, cōgruit ſatis diſpenſationi diuinæ pietatis, vt ipſum elemētum per quod ad supernā patriā reducimur, nobis ſit cum paradiſo, in quo poſitus* A *eſt homo primus, commune: & ſicut gratia nos recreans, inuiſibiliter regni cæleſtis ingreſſum præparat, ita etiam inuiſibiliter ad noſtrum orbem de paradiſo per terræ venas, ipſa per quam nos recreat, vnda proſilit.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XVI.*

*Vlg.* Tulit ergo Dominus Deus hominem. & poſuit eum in paradiſo voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum.

*Septuag.* Sumpſit Deus hominem quem fecit, & poſuit eum in paradiſo deliciarum, operari eum & cuſtodire.

*Cald.* Collocauit eum in horto voluptatis.

*Arias Mont.* Poſuit eum in horto Edem, ad colendum eum, & ad cuſtodiendum eum.

*Caiet.* Poſuit ipſum in horto Edem, ad ſeruiendum ei, & cuſtodiendum ipſum.

*Tertul.* Poſuit Deus hominem quem fecit & paradiſi colonum præfecit,

B

*D. Ambroſ.* Et apprehendit Deus hominem quem fecit, & poſuit eum in paradiſo operari & cuſtodire eum.

*Lippo.* Vt operaretur eam & cuſtodiret eam, ſcilicet paradiſum, qui apud Hebræos eſt fœminini generis.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

Verbum עבר Abad ſignificat ſeruire, miniſtrari, & laborare. hinc fit quod aliqui legunt ad operandum, alij autem ad ſeruiendum.

## EXPOSITIO VERSVS X.

TVLIT *Deus hominem quem fecit.* Id eſt, Dominus Deus hominem à ſe conditum duxit per Angelum, ſicut Abacuc Propheta per Angelum ductus eſt, per verticem capilli à Iudæa in terram Babylonis, vt Danielem cibaret, vel per ſeipſum, nempe iuſſu ſuo & imperio, tulit autem forte & ex Hebron vbi fuerat à Deo formatus,

*Et poſuit eum in paradiſo voluptatis.* Ex quo patet primum parentem non in hoc loco paradiſi amœniſſimo, ſed extra eum creatum eſſe, in eo autem conſtitutum tanquam in loco ſtatui innocentiæ conuenientiſſimo.

*Vt operaretur & cuſtodiret eum.* Cum hæc verba poſſint ad Deum & ad hominem referri, duplicem ſenſum ſortietur: ſi ad Deum eſt ſenſus, vt operaretur ſcilicet Deus ipſum gratia ſua & beneficijs perficiendo, & cuſtodiret illum, ſcilicet ſeruando eum in paradiſo terreſtri, donec eſſet ad cœleſtem gloriam transferendus: D ſi autem ad hominem referantur, erit ſenſus, vt operaretur homo non ad victum comparandum, ſed ad honeſtum exercitium, experimentumque ſuarum virium iucundum.

*Et cuſtodiret.* Per obedientiam & iuſtitiam, ne peccādo ſibi amitteret, vel cuſtodiret, ne animalia quæ erant in paradiſo, pedibus aliqua fœdarent, & alijs quæ extra ipſum eſſent, aditus occluderetur.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deus Rex ab initio declaratur.*

266 TVlit ergo Dominus Deus hominē, & poſuit in paradiſo voluptatis. Cur Dominum ſe appellat, E cum ſemper ſe Deum nominauerit? nonne Domini nomen poteſtatem Regis ac Principis denotat? reſpondeo ergo ideo ſe Dominum vocare; & non ſolum Deum, cum poſuit hominem in paradiſo, vt non ſolum ſe habere creatorem, ſed etiam Regem

Greg. Nyſſ. non ignoraret: ita D. Greg. Nyſſ. in gloſſ. *Obſeruare dignum eſt, in tota mundi conditione dictum eſſe, dixit Deus, fecit Deus, quæ quidem vox Deus propriè opificē ſignat, Domini autem appellatio propriè Regis ac Principis poteſtatem ſignificare videtur: merito igitur cum Deus Adæ iniungere, ſcriptū eſt iuxta aliam litteram. & mandauit Dominus Adæ, vt ſimul Deum opificem,* F *Regemque omnium declararet.*

### *Dei nomen non eſt inferius Domini nomine.*

267 *Tulit Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis.* Cur poſtquam appoſuit, tulit Dominus, addidit Deus? nonne ſufficiabat dixiſſe Dominus tolit? Nota quod aliqui hæretici dixerunt nomen Domini aliquid ſuperius eſſe, quam nomen Dei: reſpondeo ergo ideo nomini Domini addidiſſe nomen Dei, vt ſciremus nullam in his nominibus eſſe differentiam: ita D. Chryſoſt. hom. 14. in Geneſ. Chry. ho. 14. *Occultum myſteriū hic nos docet, vt ſcire poſſimus quod ſiue dicamus Dominū, ſiue Deum, nullam in nominibus eſſe differentiam, & idcirco ſcriptura abſque diſcrimine illis vtitur, vt contentioſis, ea quæ ex ſua ſententia cogitarunt, ad dogmatum rectitudinē afferre non liceat: & cum diuina ſcriptura neutrum horum, cum ſingulari quadam obſeruatione, & ſuperſtitione enuntiet; ex hoc ipſo quod nunc dicitur, cōſidera, & accepit Dominus Deus, de quo vult hæreticus dictum eſſe de Patre ſolum, eſto: ſed audi Paulum dicentem, vnus Deus Pater ex quo omnia, & vnus Dominus Ieſus-Chriſtus, per quem omnia; vide quomodo nomen Domini filio tribuit; quare ergo dicunt nomen Domini eſſe maius quam nomen Dei?*

### *Deus in nobis etiam virtutum noſtrarum eſt auctor.*

*Poſuit eum in paradiſo, vt operaretur & cuſtodiret eum.* An ante peccatum condemnatus fuit ad laborem? minime, cur ergo poſuit in paradiſo vt opera- 268

retur? ſcio D. Aug. 1. reſpondere, quod non erat labo- A
ris afflictio, ſed exhilaratio voluntatis; quid autem
ſit eum cuſtodire? à quo eum ſeruaret, cum nullus ei
aduerſaretur? dicamus eum poſuiſſe Deum in para-
diſo, non vt ipſum operaretur & cuſtodiret in ſe ho-
mo, ſed vt ipſe Deus eum diligens, cuſtodiret &
Aug. l. 8. in Gen. ca. 10. operaretur in eo virtutes: ita D. Aug. lib. 8. in Gen. c.
10. *Eſt alius in his verbis ſenſus, quem puto non immo-
rito proponendum, vt ipſum hominem operaretur Deus
& cuſtodiret: ſicut enim operaretur homo terram, non vt
eam faciat terram, ſed vt cultam atque fructuoſam, ſic
Deus hominem multo magis quam ipſe creauit, vt homo
ſit, cum ipſe operatur, vt iuſtus ſit, ſi homo ab illo per ſu-* B
*perbiam non abſcedat* deinde ait, *per hoc Deus idem qui
creat hominem, vt homo ſit, ipſe operatur hominem, at-
que cuſtodit vt etiam bonus beatuſque ſit.*

### *In virgineo paradiſo operatus eſt Deus, & cuſtodiuit virginitatem.*

269 *Tulit Dominus Deus hominem, & poſuit eum in para-
diſo voluptatis, & operaretur vt cuſtodiret eum.* Pende
nexum iſtum operandi, parum eſſet operari niſi &
cuſtodiret, & minus integra cuſtodia eſſet, niſi cul-
tus & operatio adijceretur. Sed cum diximus Virgi- C
nem ſanctiſſimam paradiſum Dei eſſe, in eáne præ-
ſtitum quod in horto deliciarum? Sane perfectius,
poſitus eſt enim homo in eo, qui ſimul etiam Deus
eſſet, qui operaretur in ea fœcunditatem, dum con-
ciperetur in ea, & naſceretur ex ea, ſed ſimul etiam
illæſam virginitatem cuſtodiret: nunquid minus
Richard. curæ Deo animatus hic paradiſus, quam fuerit ter-
reſtris ille? abſit, præſtat hic audire Richar. à S. Laur.
qui nobis ſuccinens lib. 8. de laud. virg. ita ſcribit: *In
paradiſo etiam, ideſt, in vtero B. Mariæ poſitus eſt
Chriſtus in incarnatione, quando mulier circundedit vi-
rum, vt operaretur in ea fœcunditatem, & cuſtodiret il-
læſam virginitatem.*

### *Magnus Dei erga hominem amor.*

270 *Poſuit eum in Paradiſo voluptatis*, Nonne hoc an-
tea dixerat verſu 8. cur ergo iterum repetit? Tum
etiam, nonne ſufficiebat dixiſſe, poſuit eum in Pa-
radiſo, ſine additione voluptatis? Neutrum ſuper-
fluum eſt, ſed ad declarandum maiorem erga nos
Dei amorem qui non ſolum locum amplißimum,
Chry. ho. 14. in Gen. ſed voluptuoſum contulit: ita D. Chryſoſt. ho. 14.
in Gen. *Oſtendit nobis ineffabilem benignitatem Dei,
quã in illum contulit, & repetẽs ſermonem, inquit, & ac-
cepit Dominus Deus hominem quem formauit, & poſuit* E
*eum in Paradiſo voluptatis; non ſimpliciter dixit in Pa-
radiſo, ſed appoſuit voluptatis, vt excellentem volupta-
tem, qua fruiturus eſſet inhabitando, nobis declararet.*

### *Nihil magis timere debet homo, quam ſeipſum.*

271 *Poſuit eum in paradiſo voluptatis vt operaretur &
cuſtodiret eum* A quibus debebat eum cuſtodire? Nõ
ab improbis, aut ab inimicis qui nulli erant, an à
beſtiis? Non hoc videtur veriſimile, nam beſtiæ non
ſæuiebãt in hominem niſi poſt peccatum: ipſe quo- F
que omnibus ad ſe adductis nomina impoſuit: à quo
Aug. l. 8. de Gen. ad lit. ergo debebat eum cuſtodire? Reſpondet D. Auguſt.
lib. 8. de Gen. ad litt. *Vt cuſtodiret eundem paradiſum
ipſe ſibi, ne aliquid admitteret, quare inde mereretur
expelli.* Quaſi diceret, nihil habebat à quo timeret
niſi à ſeipſo.

### *In perſeuerando, paradiſum nobis conſeruamus.*

*Poſuit eum Dominus in paradiſo voluptatis, vt ope-* 272
*raretur, & cuſtodiret illum*, A quibuſnam cuſtodiret
eum, cum nulli eſſent inuaſores? Superfluus ergo
videretur eſſe finis, cur poſitus eſt in eo? non ſuper-
fluè hæc addita ſunt, ſed vt in bono perſeuераret, &
ex eo ſibi paradiſum conſeruaret: ait Auguſt. *Para-* Aug. l. 9. de Gen. ad lit. cap. 10.
*diſum cuſtodire poteſt, non aduerſus improbos aut inimi-
cos, qui nulli erant*, Aduerſus quos ergo? Siue dubio
aduerſus ceſſationem ab opere: perſeuerantia ergo
neceſſaria eſt ad eum cuſtodiendum, quod ſignificat
Ferus dicẽs, *Non ſatis eſt operari, niſi & cuſtodiamus.* Ferus.

### *Ab initio mundi datum eſt documentum laborandi.*

*Poſuit eum in Paradiſo voluptatis vt operaretur, &* 273
*cuſtodiret eum*, Si nihil erat cuſtodiendum nec ope-
randum in hoc loco amœniſſimo, cur ait textus,
quod Deus locauit ibi primum hominem vt ope-
raretur, & cuſtodiret eum? Verum eſt in eo amœ-
niſſimo horto cum labore non operandum, ſed Adã
hoc dictum fuit, vt nos laboraturos eſſe ſignificaret
ita D. Auguſt. 1. de Gen. ad litt. *Et quamuis Paradi-* Augu. 1. de Gen. ad litt.
*ſus ruralibus non egeret, tamen quia primus homo lex po-
ſteritatis futurus erat, ideo etiam in Paradiſo ſpeciem
ſuſcepit laboris.*

### *Prælatus debet commorari in ſua ſede.*

*Poſuit eum in paradiſo voluptatis.* Condidit quidem 274
extra paradiſum, ne forte ſi in paradiſo conderetur,
intumeſceret, arbitratus eam ſedem debitam ſibi eſ-
ſe, ac naturalem: ſed cur collocauit in paradiſo? non-
ne totius mundi princeps & prælatus erat? merito
igitur in paradiſo collocatur, quia non expediebat
D vt mundi princeps & rector alibi quàm in ſua curia
ac metropolitana ſede commoraretur, nam ex præ-
ſentia prælati commoda plurima, tum Diœceſi, tum
Eccleſiæ eueniunt, vt optime ait D. Athan. Patriarc. Atha. Pat. Conſt. 1. Ep. c. ad Epiſco. Creten. ſem.
Conſtant. in Epiſt. 1. ad Epiſc. Cretenſ. *Si quiſque Pa-
ſtor in Diœceſi quæ ſibi obtigit, vel biduum moretur ex-
periri liceat permulta peccata, & damna non eſſe futura
in populo, ſane augentur oues, & in tuto ſunt, cum præ-
ſunt veri Paſtores, non autem qui ſolum ebibant lac, &
lana tegantur.*

### *Prælatus non debet voluptati incumbere, ſed prouidè operari.*

*Poſuit eum in paradiſo voluptatis.* Dixi in præced. 275
conceptu, quod Prælati debent in ſua Diœceſi com-
morari: dubium ergo eſt, an in paradiſo poſuit ho-
minem vt delitiis vacaret, & voluptatibus indulge-
ret, vel vt paradiſus ille perficiatur: audi Moyſem vt
operaretur & cuſtodiret eum: & optime, vt diſcant
prælati ſi ad metropoles, quibus præſideant, à Deo
transferantur, non vt earum opes colligant, deliciis
recreentur, ſed vt oues curent & cuſtodiant, in ani-
marum ſalutem excubent, non vt ferientur pigri,
F ſed vt prouidi operentur: aliàs audi D. Greg. loquen- Greg. Mag. ho. 14. in Ezech.
tem de prælato non fungente officio, *Si is qui præla-
tus eſt ad ſpeculandum, de morte corporis quandoque mo-
rituri tam graui terrore tenetur, quo reatu de morte ani-
ma ſubiecti conſtringitur, qua potuiſſet ſemper viuere, ſi
verba correctionis audiiſſet? &c.*

### *De Deo ſermo habendus.*

276 *Poſuit eum in paradiſo, vt operaretur & cuſtodiret eum.* Ad quid Deus in paradiſo diuerſi generis arboribus conſito primum hominem conſtituit? vt operaretur, inquit, quam operationem exigit Dominus ab homine? audi D. Philip. in Cant. *Vt cogitando, & loquendo, quod Deo placitum eſt operaretur*, deinde ſubiungit, *& ſi ipſum cuſtodiret, ne a diabolo deciperetur*, expende ergo illa verba, *vt loquendo quod Deo placitum eſt, operaretur*, quaſi diceret, quod Deus exigebat à primo homine nihil aliud quam de ſeipſo ſermonem haberet, cum hoc ſibi ſit gratiſſimum.

Phili. Ab. in Cā. ſ. 330.

### *Fides opus Dei.*

277 *Poſuit eum in paradiſo, vt operaretur & cuſtodiret eum.* Quod opus poteſt tunc operari, cum non eſſet labori condemnatus ante præuaricationem, nec indigeret victum quærere? nonne opus Dei eſt, vt credamus in eum? dico igitur rectè dictum eſſe vt operaretur, quia fides opus Dei ab eo requirebatur. reſponder ad inſtitutum Rup. *Itaque vt operaretur per fidem, idcirco tulit eum in paradiſum, & vt cuſtodiret eum ſcilicet ne deſerta fide, vel dilectione creatoris, ſimul perderet datum optimum.*

Rup. Abb. li. 2. in Gen. cap. 3.

### *Peccatum occaſionaliter ex otio.*

278 *Poſuit eum in paradiſo voluptatis vt operaretur.* Poſtea legimus tranſgreſſum Dei mandatum de non comedendo ligno, vnde hæc tranſgreſſio? conſiderate verum operatus fuerit in paradiſo, non legimus in aliquo fuiſſe occupatum, & ideo eum otioſum fuiſſe colligimus; optime ergo dicemus, otioſus erat, nõ operabatur, quid mirum ſi inciderit in peccatum, ſicut de facto tranſgreſſus eſt Domini mandatum? hoc videtur innuere D. Chryſho. 14. in Ge. *Omnem malitiam docuit otium, propterea præcepit Dominus vt operaretur illum.* Si ergo nõ inuenimus eum operantem, colligimus eum peccantem; miror equidem quod ſolicitè Deus omnipotens Adamum ab omni occaſione peccandi liberum & alienum eſſe voluit, vno tamen illius ſtudio contentus vti otium fugeret, ac ſi homini in illo tam fœlici ſtatu, nihil aliud aut plus timendum eſt, quam otium, & quo deuitato, fœlicitas illa omnis perſiſteret.

Chry. ho. 14. in Gen.

### *Otio gratia amittitur.*

279 *Poſuit eum in paradiſo voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret eũ.* Multas dedimus rationes cur Adamus fuerit poſitus in paradiſo vt operaretur, ſcimus enim non ad victum comparandum, ad quid ergo? diximus ſuperius ad vitandum otium; cur ad otium vitandum? nonne erat locus voluptatis? ne deſidia & otio gratiam amitteret: ſic Lipp. in ſua Cat. *Poſuit hominem in paradiſo vt operaretur, vt negligentia ſua non amitteret, quod & liberalitate tanta ſuſceperat, nec aliquid admitteret vnde expelli mereretur*, quaſi diceret, otium eſt ruina & pernicies gratiæ, ideo mandatum fuit Adamo, vt otio non indulgeret, ne gratiam, quam acceperat deperderet.

Lipp. in ſua Cat.

### *Talis eſt homo, vt ſine eo Deus bonus artifex non appareret.*

280 *Poſuit Deus eum in paradiſo.* Quem hominem? nempe eum quem ad ſuam imaginem formauerat, ſed ſi Deus conſpexerat caſum Angelorum, qui



A longe perfectiores erant in natura ipſo homine, imo forte & in gratia, cur ipſum hominem conſtituendum in paradiſo format, vt operaretur & cuſtodiret eum? nam ſine dubio nec operabitur, nec cuſtodiet; dico ideo Deum quamuis præſcium hominis lapſus, eum condidiſſe, & in paradiſo collocaſſe, quia ſine hominis formatione non videtur perfectus artifex: ſic Clem. Alex. in lib. 1. Pædago. *Si homo, res propter alias eligendas, factus eſt, non alia fuit Deo cauſa, cur eum faceret, quam quod abſque eo; neque Deus poterat eſſe bonus opifex, neque homo perueniret ad Dei cognitionem.* B

Clem. Al. l. 1. Pædag. cap. 3.

### *Non poteſt homo à Deo non diligi.*

*Poſuit eum in Paradiſo*, Cur ita Deus hominem beneuolentia proſequitur, vt non ſolum aliis pluribus beneficiis cumulauerit, ſed etiam cuſtodem ipſiuſmet paradiſi conſtituerit? Nonne ſciebat potius prædonem ipſius quam cuſtodem futurũ? Ideo ſingulari amore diligitur homo à Deo, quia talis eſt vt videatur non poſſe ab ipſo non amari: ſic Clem. cit. *Homo quem fecit Deus, res eſt propter ſe eligenda, quæ res autem propter ſe eſt eligenda, et eſt propria & familiaris, cui propter ſe eſt eligenda, ea autem res eſt expetenda, & diligenda; ſed & ſi quid eſt diligendum, non poteſt id ab ipſo non diligendum autem eſſe hominem oſtenſum eſt, homo ergo à Deo diligetur, qui enim fieri poteſt, vt non diligatur, propter quem vnigenitus ex patris ſinu dimittitur?* Conceptus titulum intellige non abſolutè ſed ex ſuppoſitione. 281

Cle. vbi ſ.

C

### *Cum diuina myſteria aperiuntur ſilendum eſt.*

*Poſuit eum in Paradiſo voluptatis*, D. Chryſoſt. poſt præcedentium verborum appoſitionem ait, audiamus quæ lecta ſunt, ſed obſecro attenta mente, & excuſſis curis ſecularibus, omnique ignauia depoſita, quæ dicuntur accipiamus: ſed cur hæc Chryſoſt. attenta mente, & per conſequens maximo cum ſilentio, quæ dicta ſunt accipere debemus? Aduerte quod cum Regiæ leguntur litteræ; vbique eſt ſilentium, abeſtque ſtrepitus & tumultus, omnibus auditoribus attingentibus, vt ſciant quæ Regiis litteris manifeſtentur, aduerte iterum his verbis maximum myſterium abſcondi, nempe ſi primus parens in paradiſo voluptatis conſtitutus vt operaretur, & cuſtodiret eum, & præcepto Dei obediens eſſet, nos permanſuros fœliciſſimos in ſtatu innocentiæ, futuroſque immortales; rectè igitur Chryſoſtom. ſilentium præcipit cum hæc verba leguntur, quia maximo cum ſilentio myſteria Dei percipi debent: hoc innuit citatus Doctor, *Magno cum timore & tremore adſtandum, & altum habendum ſilentium, & pellendæ cogitationes turbulentæ, vt quæ dicuntur, intelligere poſſimus, quo Rex approbata obedientia noſtra, maioribus nos muneribus remunerare dignetur.* 282

D

Chryſoſt.

E

### *Quamuis à nobis aliquid poſtulet Deus, prior tamen nobis largitur.*

F

*Poſuit eum in Paradiſo voluptatis vt operaretur, & cuſtodiret eum.* Cur Deus cum ſit liberaliſſimus, exigit ab homine cuſtodiam paradiſi? Nonne per ſe ipſum cuſtodire poteſt? Aduerte plura Deum prius homini largitum fuiſſe: non ergo eſt illiberalis erga hominem quia nil exigit, quin prius abundantiora conceſſerit: ſic Rupert. *Ecce qui ſunt, quibus dedit Deus, Angelus & homo, cum cæteris creaturis ſuis ſane* 283

Ruper. hic.

A *nullam Deus dati aut accepti rationem habuit, quippe quibus præter naturalem eſſentiam nihil dedit, Angelis cælum, hominis autem Paradiſum dedit, huic & huic dedit, & huic & huic prior dedit, quid enim hic vel hic prior dederat illi? Prius ergo ille dedit, conditione tamen præſcripta, vt retribueretur ſibi; quid autem retributionis ab Angelo exigit niſi dilectionem? Quid ab homine exigit niſi fidem, per dilectionem operantem?*

### *Gloria non datur ſine operibus bonis.*

284 *Poſuit Dominus hominem in Paradiſo vt operaretur & cuſtodiret eum*, Com paradiſum et concedit cum B conditione, nempe vt operetur? Aduerte paradiſum gloriam deſignare: rectè igitur paradiſus non conceditur primo parenti abſolotè, ſed cum conditione, vt ſignificatur quod gloria non eſt tribuenda, niſi ex operibus: annotatio eſt Feri, *Vides igitur quod nec paradiſum homini dedit niſi ſub conditione, quanto minus cælum?* Quaſi diceret non ſperaodum in diuitiis, non in nobilitate, nam ſolum per bona opera nobis adultis beatitudo tribuenda eſt.

Ferus.

### *Paradiſum nobis conſeruat gratitudo.*

285 *Poſuit eum in Paradiſo vt operaretur & cuſtodiret* C *eum*, Sed qualem operam ab homine requirebat Deus, ad ſibi conſeruandum paradiſum, cum nulli labori eſſet obnoxius? exigit ab homine non laborioſum opos corporis, ſed animi gratitudinem vt ſibi in perpetuum conſeruaret paradiſum: ita pulchrè explicat Rupertus lib. 6. in Ioan. fatus, *Quid laboris arbitramur illi fuiſſe iniunctum, ab eo quod dictum eſt vt operaretur & cuſtodiret eum, putamuſne quod impoſitum fuerit illi hoc opus, vt operando in ſudore vultus ſui veſceretur ex omni ligno Paradiſi? Aut vt poma paradiſi cuſtodiret? Ne diſſectis ſepibus, aliquis prædo nocturnus illa decerperet? Ergo quod dictum eſt vt operaretur, & cuſtodiret eum, hoc eſſe intelligere debemus vt creatorē ſuo in laude, & gratiarum actione fidelem* D *animum gereret.*

Rup. lib. 6. in Ioan.

### *Deus non imperat laborioſum, ſed iucundum.*

*Poſuit eum in Paradiſo vt operaretur & cuſtodiret*

286 *eum*, Quid ô Deus immortalis an hominem ante peccatum damnas ad labores; & moleſtias agriculturæ, cum eum conſtituas in paradiſo vt operetur eum? Non præcipit opus agriculturæ moleſtum, ſed iucundum, & delectabile: ita Auguſt. lib. 8. de Gen. ad litt. cap. 8. *Videmus enim tanta voluptate animi agricolare quoſdam, vt eis magna pœna ſit, inde ad aliud auo-* E *cari; quicquid ergo delitiarum habet agricultura, tunc vtique longè amplius erat, quando nihil accidebat aduerſi, vel de terra vel cælo, non enim erat laboris afflictio, ſed exhilaratio voluntatis, cum ea quæ Deus creauerat humani operis adiutorio, lætius feraciuſque prouenirēt; vnde creator ipſe vberius laudaretur, qui animæ incorpore animalis conſtitutæ rationem dediſſet operandi, ac facultatem, quantum animæ volenti ſatis eſſet, non quantum inuitum indigentia corporis cogeret.*

Aug. l. 8. de Gen. ad litt. cap. 8.

### *Maximum bonum homini, obedire Deo.*

*Poſuit eum in Paradiſo voluptatis vt operaretur, &*

287 *cuſtodiret eum*, Dubium eſt, quomodo ab ipſo Gene- F ſeos exhordio ex quo ita ait Moyſes fecit Deus cælum & terram, vſque ad hoc caput & præcipoè in hoc loco, & nuſquam poſitum eſt, Dominus Deus, A ſed tantummodo Deus, nunc vero vbi ad id ventum eſt, vt hominem in paradiſo conſtitueret, & ita ſcriptura locuta eſt, & ſumpſit Dominus Deus hominem quem fecit & poſuit in paradiſo operari & cuſtodire eum, nonne Deus etiam erat Dominus Angelorum? Quomodo ergo in eorum creatione Deus non nominatur Deus, ſed ſolum in hominis conſtitutione in paradiſo? Nonne Dominus dicit ordinem ad inferiores ei ſubditos & obedientes? Reſpondeo ergo ideo in hoc loco ſcriptura Deum Dominum appellat, vt homo ſciret ſe maximam obedientiam Deo debere: ita D. Auguſt. lib. 8. de Geneſ. cap. 11. *Quid hoc, nec propter Angelos, nec propter alia* B *quæ creata ſunt, ſed propter hominem ſcribitur, ad eum admonendum quantum ei expediat habere Dominum Deum, hoc eſt ſub eius dominatione obedienter viuere, quam licētioſè abuti propria poteſtate, nuſquam hoc prius ponere voluit, niſi vbi peruentum eſt ad eum in paradiſum collocandum, operandum, & cuſtodiendum, vt non diceret ſicut & cætera omnia ſuperius, & ſumpſit Deus hominem quem fecit, ſed diceret, & ſumpſit Dominus Deus hominem quem fecit.*

Aug. l. 8. de Gen. cap. 11.

### *Humilitas ad bona opera cuſtodienda neceſſaria eſt.*

C *Poſuit in paradiſo, vt operaretur & cuſtodiret eum.* 288
Cur poſt operationem ſubiicit cuſtodiam, cum tunc nihil eſſet offenſum homini, à quo deberet eum cuſtodire? magna cuſtodia virtutum & bonorum operum eſt humilitas: reſponde ergo rectè poſt operari ſubieciſſe, & cuſtodirre; quia ad valorem bonorum operum maxime humilitas requiritur: ita exponit D. Greg. Mag. 19. Moral c. 13. *Operatur, qui agit bonum quod præcipitur, ſed oportet quod operatus fuerit, cuſtodiat: quia bona prodeſſe nequeūt ſi mala nō cauentur, quæ ſubrepunt: perit enim omne quod agitur, niſi ſollicitè in humilitate cuſtodiatur; Eleazar in prato elephātem feriens ſtatuit, ſed ſub ipſo quem extinxit, occubuit, ſunt* D *enim qui vitia ſuperant, ſed ſub ipſis quæ ſubijciunt, ſuperbiendo ſuccumbunt: vnde oportet ſemper bona agere, & nos in ipſis bonis operibus cautè in cogitatione cuſtodire, ne ſi mentem eleuant bona; non ſint quæ non auctori militant, ſed elationi.*

Greg. Mag. 19. mora. cap. 13.

### *Ab infimis ad prouidentiam diuinam admirandam incitamur.*

*Poſuit eum in paradiſo voluptatis, vt operaretur &* 289
*cuſtodiret eū.* Diximus, quod potuit in paradiſo agricolare, cum plores maxima cum voluptate vacent agriculturæ: quid enim iocundius, delectabiliuſque E ſpectaculum eſt; quam cum poſitis ſeminibus, plantatis ſurculis, tranſlatis arbuſculis, interrogare, quænam vis radicis, & germinis poteſt eſſe, quid poſſit? quidue valeat, quid in ea poſſit inuiſibilis potentia, quid extrinſecus adhibita diligentia? ſed quid homini horum conſideratio proficere poterat? nonne omnium cognitionem rerum naturalium poſſidebat? nota quod in hac agricultura in ipſum mundum, velut in quandam magnam arborem rerum oculus cogitationis attolebatur: ſed ad quid eximiū, ex hoc viſibili mundo infimo poteſt animus extolli? dico quod prouidentiam geminam diuinam naturalem & voluntariam ex hoc infimo poterat apprehendere: ſic D. Aug. qui poſtquam commoda agri- F culturæ deſignauit, ait, *In ipſa, gemina operatio prouidentiæ reperitur, partim naturalis partim voluntaria, naturalis quidem per occultam Dei adminiſtrationem, qua etiam lignis & herbis dat incrementum: voluntaria vero*

Aug. l. 8. de Gen. ad litt. cap. 8.

*per opera hominū ſecundū illam primum, cœleſtiu ſuperius ordinari, inferiuſque terreſtria, luminariu, ſyderuque fulgere, diei noctiſque vices agitari, aquas terrū fundatā interlui, atque circūlui, aerē aluus ſuperfūdi, arbu-* A *ſtu & animalia cōcipi, & naſci creſcere, & ſeneſcere, occidere, & quidquid aliud in rebus interiore naturalique motu geritur, in hac antē ulteru, ſigna dari, doceri, & diſcere, agros coli, ſocietates adminiſtrari, artes exercere.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XVII.*

V*lg.* Præcepitque ei dicens, ex omni ligno Paradiſi comede.

*Septuag.* Et præcepit Dominus Deus Adam dicens, ex omni ligno quod eſt in paradiſo, eſca edes.

*Oleuſter*, In omni arbore horti comedens comedes.

*Pagni.* Et præcepit Dominus Deus homini dicendo, ex omni ligno horti comedendo comedes.

*Caietan.* Et præcepit ſuper homine dicendo, &c.

*D. Ambr.* Ex homni ligno quod eſt ad eſcam edes.

B *D. Auguſt.* Ex omni ligno quod eſt in paradiſo, eſcam edes.

*Tertull.* Ea omni ligno paradiſi comederis.

*Anaſt. Syn.* Præcepit Dominus Deus Adamo dicens ex omni ligno quod eſt in paradiſo veſcendo veſcimini.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

HAbemus תאכל Tokel edes in ſingulari, aliqui autem legunt *comedetis*, non ſequentes textum ſed illius intentionem, cum non ſolum Adamo ſed & Euæ conceſſum fuerit, fructus arborem paradiſi comedere.

## EXPOSITIO VERSVS XVIII.

P*Racepit ei dicens*, Verbum iſtud *pracepit*, non præceptum ſpeciale comedendi impoſitum ſignificat, cum id nullo iubente ſponte naturæ ſuæ facturus eſſet, quippe cum naturali eius rei deſiderio teneretur, ratioque doceret eum niſi comediſſet haud dubium moriturum, ob idque peccaturum grauiſſimè: ſignificat ergo verbum *pracepit*, permiſſum voluntati eius vt ex qualibet aliarum arborum non autem ſcientiæ boni & mali comederet, *Ex* C *omni ligno paradiſi comede*, copia comedendi ex aliis arboribus datur Adamo, verbis perſpicuis & diſtinctis, ne cum ei eſus vnius arboris nempe ſcientiæ boni & mali interdicitur, cum religio inceſſeret non comedendi ex aliis arboribus, cum autem ei poteſtas fiat comedendi fructum arborum, ne arbitreris eſum herbarum prohibitum, ſed earum non fit mentio: à nullius enim earum eſu fuerat homo prohibitus.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Dei erga nos liberalitas.*

290 EX *omni ligno paradiſi comede.* Deinde, de ligno autem ſcientiæ boni & mali non comedas, cur ſolum ab vna arbore abſtinere præcepit, omnium aliarum concedens facultatem? nonne ſufficiebat illi dimidiam partem conceſſiſſe; ideo ſolum ab vna arbore abſtinere præcepit, omnium aliarum poteſtatem faciens, quia maxime in homines liberalis
Chry. ho. 14. eſt? ita D. Chryſoſt. ho. 14. in Gen. *Quis pro dignitate admirabitur, communis omnium noſtris Domini liberalitatem? cum nullam adhuc bonitatis ſpeciem pra ſe ferret Adam, tamen à Deo beneficia accepit, neque enim dimidiatā illi dedit rerum fruitionem, neque à pluribus abſtinere iuſſit, & cateris frui, ſed participē omniū qua ſunt in paradiſo eſſe voluit, ab vno ſolo ligno abſtinere pracepit.*

### *Chriſtus ipſe cum ſit omne, non omnis capi poteſt.*

291 *Ex omni ligno paradiſi comede.* Cur non ait, omne lignum paradiſi comede, ſed de omni comede? No-
Damaſ. l. 2. de fide c. 11. ta quod ait D. Damaſ. lib. 2. de fide c. 11. de omni ligno quod eſt in paradiſo eſcam comedite, nam ipſe eſt omne (nempe filius Dei) & per quem hoc omne vniuerſumque ſubſiſtit: reſpondeo ergo ideo non dixiſſe omne lignum comede, ſed de omni, quia nunquam omnia Ieſu bona capient ſinguli homi- D nes, niſi in ſæculi conſummatione: ſic expendit D.
Hiero. ad Amand. *Dominus atque ſaluator noſter nunc non eſt omnia in omnibus, ſed pars in ſingulis, v. g. in Salomone ſapientia, in Dauide bonitas, in Iob patientia, in Petro fides, in Paulo Zelus, in Ioanne virginitas, in cateris catera, cum autem rerum omnium finis aduenerit, tunc omnia in omnibus erit, vt ſinguli ſanctorum omnes virtutes habeant, vt ſit Chriſtus totus in cunctis.* Hiero. ad Amand.

### *Ab initio mundi inſinuatur praceptum de comedendo pane Angelorum.*

E *Ex omni ligno paradiſi comede.* Certum eſt quod 292
Deus non ſolum dedit poteſtatem veſcendi fructibus arborum, ſed etiam omni genere herbarum, nam ſi ſolum mentio fiat arborum, non autem herbarum, ideo eſt quia inter herbas nullius earum eſus fuerat homini prohibitus, ſicut inter cæteras arbores interdictus eſt illi eſus vnius arboris, ideo propter vnius arboris prohibitionem, adiungere oportuit facultatem edendi ex aliis: quo ſuppoſito quod poteſtas illi comedendi ex herbis, ſcilicet ex tritico, etiam ſit data, cur Deus hoc illi indidit præceptum? nam preceptum fuit de comedendo, ſecundò, cur de comedendo dederit hoc mandatum, ita vt F contra faciens moreretur? hoc enim præceptum de comedendo, non videtur conueniens cœli & terræ, & omnium creatori, & quaſi indignum, etiam in-

colis paradiſi: en quod illa vita ſimilis Angelorum ſit; quid ergo dicemus? Nota quod hic cibus potuit repræſentare panem Angelorum: ita ſentit Ambro. reſpondetur ergo, ideo optime præceptum datum fuiſſe de comedendo, quia niſi homo manducauerit carnem filij hominis, morte morietur: ſic citatus, D. Ambroſ. lib. de paradiſo cap. 9. *Ideo non terrenum & corruptibilem hunc cibum eſus fuiſſe poſſumus æſtimare, niſi hunc cibum ad illud propheticum referas, quod pro magno præmio Dominus de ſanctis pollicetur ſuis, ecce qui ſeruiũt mihi, manducabunt, vos autem eſurietis, hic eſt enim cibus, in quo vita definitur æterna, quo quiſque fuerit defraudatus, morte morietur; quandoquidem panis viuus atque cœleſtis ipſe eſt Dominus, qui vitam dat huic mundo, vnde & ipſe ait, niſi manducaueritis carnem meam & biberitis ſanguinem meum, non habebitis vitam æternam, erat ergo panis aliquis, de quo præſcripſerat edendum Paradiſi incolis, quis ille? accipe quem dicat, panem inquit Angelorũ manducabit homo.*

*Ambr. li. de Parad. c. 9.*

## *Qui neſcit obedire, indignus eſt imperio.*

293 *Ex omni ligno Paradiſi comede*, Deinde, de ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas, & paulo poſt ait Moyſes, adduxit animalia vt videret quid vocaret ea, qua in re illorum dominium conſtituit, cum ius imponendi nomina ad dominos ſpectet, quamuis enim Deus ante præcepti impoſitionem, ius homini in beſtias dederit, voce tenus, nunc tamen poſt impoſitionem præcepti, illud videtur reipſa tradidiſſe: dubium ergo eſt, cur prius quam homini imperium committeret, obſequium ab eo poſtularit? Quia qui hoc præſtare neſcit, illud exercere nõ poteſt, & propterea cum homo debitum Deo obſequium denegauit, collato non ſolum in belluas ſed etiam in proprium corpus imperio, ſpoliatus eſt: in belluas quidem, vt teſtatur D. Chryſoſto. in Pſalm 3. *Vide Adam cum nundum peccaſſet, beſtias tanquam ſeruas & obedientes habentem, & eis tanquam ſeruis nomina imponentem, poſtquam autem aſpectum peccato commaculauit, tunc beſtiæ eum non agnoſcebant, & quæ ſerua erant, hoſtes euaſerunt*; In proprium vero corpus, vt obſeruat D. Greg. lib. 35. Moral. *Adam quia auctori ſuo eſſe ſubditus noluit, in carnis ſua quam regebat imperium amiſit, vt in ſe ipſo inobedientia ſua confuſio redundaret, & ſeparatus diſceret, quid elatus amiſiſſet.* Vnde optime D. Auguſt. in Pſalm. 143. qui non obtemperas Domino torqueris à ſeruo.

*Gen. 1. 28.*
*Chryſoſt. in Pſal. 3.*
*Greg. Mag. l. 35. Mor.*
*Auguſt. in Pſalm. 134.*

## *Obedientia non ſolum in difficilibus, ſed etiam facilibus ſuum pretium habet.*

294 *Ex omni ligno Paradiſi comede*, De ligno autem ſcientiæ ne comedas. Adamus in paradiſo conſtitutus duplici obedientiæ præcepto tenebatur, vno comedendi, altero abſtinendi, ſecundum D. Thom. ita vt verbum præcipiẽdi, tam ad affirmationem, quam ad negationem pariter extendatur, atque adeo ſicut homo ad abſtinendum ab vna tenebatur, ita ad comedendum ex omni, non quidem copulatiuè ſed disiunctiuè, ex hoc vel illo: difficultas eſt, nã quamuis ad abſtinendum tanquam ad rem difficilem neceſſarium fuerit præceptum, quorſum imponi debuit ad comedendum, cum ad hoc tanquam ad rem facillimam homo ſuapte natura moueretur? Ideo homo comedendi & abſtinendi præceptis addictus fuit in terreſtri paradiſo, vt nihil ſibi ſiue facile, ſiue difficile, niſi ex obedientiæ legibus ad maius gratiæ incrementum aggrederetur, obedientia enim in leuibus habet ſuum præmium, & ideo non eſt negligenda, vt optime notat D. Hieron. in regul. monach. titulo de Obedientia. *Non ſolum hoc intendendum eſt, quale ſit quod iubetur ſed etiam quantus ſit ille qui iubet.*

*Tho. 1. par. q. 9. ar. 3. ad 3. & opuſc. 26. 113.*
*Hie. in reg. monac. titu. de obedien.*

## *Præcepta imponenda, opera præcedant.*

295 *Ex omni ligno paradiſi comede*, De ligno autem ſcientiæ boni & mali non comedes, inſpiciamus, num primum caput plenum Dei operibus, creatione cœli & terræ, ornatuque eorum, florum varietate, arborum diuerſitate, piſcium, volatilium, animalium terrę multitudine, ſolis, lunæ & ſtellarum mira pulchritudine? cur ergo Deus antequam præceptum imponat & inſtruat ad diuinam ſubiectionem, tot admirabilia & ineffabilia operatur? vt homo videns opera Dei, illius imperium & præceptum non detrectet, ſed eius iuſſa amplectatur: quod D. Chryſoſt. notat, nempe quod antequam Dominus Chriſtus doctrinam Euangelicam iuberet amplecti, mirabilia operatus, infirmos ſanãdo dæmonia eiiciendo, Matt. 5. rationem aſſignat, *Prius quam ſublimem quandam viuendi introducturus eſſet (adde & iuſſurus) diſciplinam, & quæ nunquã ab illis fuiſſet audita, authoritatẽ mãdatis ſuis præſtruxit claritate ſignorum.*

*Chryſoſt.*

## *Præceptum Dei non eſt difficile.*

296 *Ex omni ligno paradiſi comede*, De ligno autem ſcientiæ boni & mali non comedas, cur quæſo Deus vnum præcepit, tot autem concedit, & ſi concedit, cur ei declarat? nonne ſufficiebat vnum prohibuiſſe ſolum vt alia ſibi licita ſciret, & animaduerteret? ideo cum vnica prohibitione, tot alia ei conceſſit, declarauitque, vt quod ſibi præcipiebat difficile non appareret: ita D. Chryſoſt. hom. 14. in Matth. *Quaſi diceres ad illum, non moleſtum aliquid & graue peto a te, frui enim omnibus tibi permitto, vnum præcipio, ne attigeris.*

*Chry. ho. 14. in Matth.*

## *Deus ita hominem diligit vt eum etiam honoret.*

297 *Ex omni ligno comede*, Cur non dixit, iuſſit vel imperauit? nota quod D. Chryſoſt. per verbum præcepit, intelligit ſuadere, ſicut amicus ſuadet alteri amico aliquid faciendum, vel non operandum: reſpondeo ergo ex mente illius non iuſſiſſe, nec imperaſſe, ſed tanquam amicum amico ſuaſiſſe, eum hoc honore dignatus: ita idem Chryſoſt. hom. 14. *Vide ſtatim ab initio, quanto honore hominem proſequitur, neque enim dixit, imperaui, vel iuſſit, ſed quid? præcepit, ſicut amicus amico de rebus neceſſariis præcipiens loquitur, ita & Deus erga Adamum afficitur, quaſi hoc honore, ad obediendum iis quæ à ſe præcipiebantur, attracturus.*

*Chry. ho. 14*

## *Qui donis non bene vtitur, eis priuetur.*

298 *Ex omni ligno paradiſi comede*, Dixit Deus Adam, paulo poſt videmus expulſum à paradiſo, nonne dediſti in poteſtate hominis omnia ligna paradiſi, vno excepto? quomodo ergo omnibus caret? non ignoras indignum ſe eis conſtituiſſe, cum vnum abundantius voluit habere, nempe lignum ſcientiæ boni & mali, quod fuerat denegatum: debuit ergo iure merito omnibus priuari, quia qui plura requirit quam ſibi donantur, omnibus carere meretur: ſic D. Aug. in Pſal. 118. *Qui plus petierit, quam ei debetur, & quod ei debebatur, amittat*, & loquẽs de primis pa-

*Auguſt. in Pſalm. 118.*

rentibus ait: *Plus enim volendo quam acceperant, & quod acceperant, amiſerunt.*

*Deus largitur diuitibus facultates, vt eas pauperibus communicent.*

299 *Ex omni ligno paradiſi comede*, Quænam pars hominum omnia hæc alimenta recipit? ſtomachus certè, an aliæ partes cibis carebunt, vna ſola omnibus alimentis gaudente? rectus ordo prouidentiæ, non videtur obſeruatus: Reſpondeo optime obſeruari, ſi enim ſtomachus cibos recipit, non ideo vt omnes retineat, ſed vt aliis partibus corporis diſtribuat, ſic diues qui opes à Deo conſequitur non ſibi ſoli retineat, ſed indulgentibus etiam diſtribuat: vnde D. Chryſoſt. hom. de habenda cura ſalutis proximi, ait. *Stomachus ſi cibum ſolus continuerit, reliquum corpus fame corrumpetur, & ſeipſum ſua inexplebili improbitate perdet, ſi autem acceperit, quantum pro ſua portione ſatis, & reliquum aliis membris tranſmiſerit, & ſeipſum, & reliquum corpus in bona valetudine conſeruat:* ſic ſe debet habere dominus reſpectu pauperis, vide D. Baſil. hom. 6. in ditefe..

*Chryſ. ho. de habenda cura ſalutis proximi.*

*Anima non cibis eget, tanquam eis vtatur.*

300 *Ex omni ligno paradiſi comede.* Vel vt habet Tertu. ex omni ligno edetis, ex quo aliqui exiſtimauerunt, animam etiam veſci cibis, eum dicant, eam illos deſiderare: hinc quoque mortalem deducunt cum cibis ſuſtineatur, vnde denegatis eis deficeret, & ſubſtractis periret. Reſpondeo deſiderare quidem non ad ſuum alimentum, ſed ad ſuam in corpore conſeruationem, ſine eis enim corpus deficiet, deficiente corpore, anima aliò properabit: ſic Tert. li. de ani. c. 38. *Non ſolum proponendum eſt, quiſnam ea* (nempe alimenta) *deſideret? ſed & cui, & ſi propter ſe, ſed & cur, & quando, & quonam vſque? tum quod aliud eſt natura deſiderare, aliud neceſſitate, ſecũdum proprietatem, aliud in cauſam, deſiderabit igitur cibos anima ſibi quidem, ex cauſa neceſſitatis, carni vero ex natura proprietatis.*

*Tertu. li. de anima c. 38.*

*Gratitudinis occaſiones præbet Deus.*

*Ex omni ligno paradiſi comede.* De ligno autem
301 ſcientiæ boni & mali ne comedas, cum Deus ſit immaterialis & omnino ſpiritualis, quibus verbis potuit proferre hoc præceptum: tenet Philip. Abb. c. de ſilentio clericor. quod materialibus, ſic nimirum antiquis patribus audibilem ſeſe Deus exhibuit, & in qua voluit forma, viſibilis plerumque apparuit, aſſumens ad tempus in qua videri, & audiri poſſet, materialem quandam creaturam, qui erat inuiſibilia & inaudibilis per naturam: ſed qua de cauſa potius externis & materialibus verbis, eum alloqui voluit quam internis? Reſpondet idem auctor de ſilent. cleric. *Voluit materialibus verbis vti, vt euidentius doceret acceptis illum beneficiis non abuti*, quaſi diceret, nulla potuit ei ineſſe excuſatio non referendæ actionis gratiarum.

*Phil. Abb. c. 3. de ſiletio clericorum.*

*Nihil proprium poſſidemus in hoc mundo.*

302 *Ex omni ligno paradiſi comede.* De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas: nonne eſt actio ſeruitutis alienæ, ſeu actio circa rem non propriam, quando cuſtodire imperatur? cur ergo Deus vtitur hoc verbo, eum concedit homini paradiſum? vt inſinuet ſane proprietatem non habuiſſe, ſed eum conceſſerit tot fructuum vſum, cur vnam interdixit arborem, quam omnino noluit, vt etiam & ad vſum eſſet ſua? ita vt eam aſpiciens homo in medio illius loci, nec vſum eius ipſum ſe habere intelligeret: quomodo non vſum iſtius, non dominium aliorum conceſſit Deus? vt intelligamus quod ſicut Adam bona huius mundi ad vſum accipiens, non ea habuit in proprium dominium ſimiliter nec homines eius filij, nec ipſi vere domini ſunt, nec rerum dominium habere, ſed ſolum vſum exiſtiment, loquor de dominio quod conſiſtit in dominio naturæ rerum, non tantum in vſu, quod D. Tho. 2. 2. q. 66. art. 1. confirmat, dicens: *Res exterior poteſt dupliciter conſiderari, vno modo quãtum ad eius naturam, quæ non ſubiacet humanæ poteſtati, ſed ſolum diuinæ, cui omnia ad nutum obediunt: alio modo quantum ad vſum ipſius rei, & ſic habet homo naturale dominium exteriorum rerum, quia per rationem & volũtatem poteſt vti rebus exterioribus, ad ſuam vtilitatem.*

*Tho. 2. 2. q. 66. art. 1.*

*Homo religioſiſſimus eſt.*

*Ex omni ligno paradiſi comede.* Diximus in expoſitione litteræ, quod non eſt datum Adamo præceptum edendi ex omni arbore, ſed dumtaxat non comedendi ex arbore ſcientiæ boni & mali: ſi hoc ita eſt, ſatis fuiſſet hoc vnum tantummodo exprimere, cur igitur illud de comedendo ex omni arbore paradiſi adiunctum eſt? quia homo ita religioſus erat, vt cum prohibitus eſſet comedere ex vna arbore, forte intellexiſſet, quod omnes eſſent prohibitæ, vt igitur omnis ei ſcrupulus eximeretur, perſpicuis verbis copia edendi ex omnibus aliis arboribus facienda erat: Reſponſio eſt Pererij dicentis, *Ne quia interdictus erat homini eſus vnius arboris, eum religio inceſſeret, non edendi ex aliis arboribus.* 303

*Pererius.*

*Ieiunium cibus animæ.*

*Ex omni ligno paradiſi comede.* De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas, cibum ergo corpori conſtituit, dicens, ex omni ligno paradiſi comede: cur igitur præcepit ei ieiunium, dicens, de ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas? vt non ſolum cibum corpori conſtitueret, ſed etiam animæ, nempe ieiunium, cum illius ſit cibus: ita D. Chriſoſt. ho. 1. in Gen. *Ieiunium animæ noſtræ alimentum eſt, & ſicut corporalis iſte cibus impinguat corpus, ita & ieiunium animam habiliorem efficit, & valentiorem* 304

*Chry. ho. 1. in Geneſ.*

*Vir & mulier pro eodem habentur.*

*Ex omni ligno paradiſi comede.* De lignn autem ſcientiæ boni & mali ne comedas: nonne erat Eua iam formata, ita tenent plures ſancti Patres, quomodo ergo eis non loquitur pluraliter, dicens, comedite, non autem in ſingulari? ideo non pluraliter ſed ſingulariter loquutus fuit primnparenti, quia vir & mulier pro eodem ſumuntur: ita D. Chryſoſt. ho. 14. in Gen. *Nondum erat producta, quaſi vtrique mandaret, dicebat, ne comederitis ex eo, & quocunque die comederitis, morte moriemini, manifeſtat iam inde ab initio, quod vnum ſunt vir & mulier; & propterea quaſi vtrique loquitur.* 305

*Chry. ho. 14. in Geneſ.*

*Quod bonum, vnum.*

*Ex omni ligno paradiſi comede.* Quid eſt comede? 306
Nonne hoc præceptum etiam dictum eſt Euę: Nam ante hoc præceptum eſſe conditam docet D. Greg. 35. mor. cap. 1. licet eius formatio poſtea narretur: cur ergo non ait comedite & non comede quaſi, ſo-

*Gregor. 35. mor. ca. 1.*

lum hoc præceptum homini ſoli, & non mulieri daretur, cum vtrique datum ſit, non ignoremus? Nonne quod præcepit Deus eſt optimum? Nulla eſt dubitandi ratio, ideo ergo quaſi vni, & non pluribus indidit hoc præceptum, quia quod bonum, vnum, & in ſingularitate iubetur: ita D. Ambroſ. de parad. cap. 5. *Quod enim bonum hoc & faciendum, quod autem bonum & faciendum, conſonans & adhærens, & ideo Dominus vnitatem ſemper intendens, ſecundum vnitatem præcepit, denique vnitatem operatur, qui facit vtraque vnum*, deinde addit, *ergo vbi bonum præcepit, tanquam ad vnum præcepit, dicens edes, vnitas enim prævaricari non poteſt.*

*Ambro. de Parad. c. 5.*

*Prælatus debet plura concedere, ſi vnum prohibeat.*

307 *Ex omni ligno paradiſi comede*, De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas, Cur Deus vnum ſolum prohibet, tot alia vero concedit, vt doceat Prælatos, quod ſi aliquid prohibere ſtudent, plura ſuis ſubditis largiantur, ita Raba. Maur. in 1. Reg. ca.

*Rab. Maur. in 1. Reg. cap. 15.*

A 15. notandum quod dicitur Geneſ. 2. *Ex omni ligno paradiſi comede, &c. Qui enim ab vno bono ſubditos vetat, neceſſe eſt, vt multa concedat, ne mens ab omnibus repulſa, quaſi ieiuna intereat.*

*Non ſufficit viuere, ſed neceſſarium eſt bene viuere.*

*De omni ligno paradiſi comede*, Si licentiam homini conceſſiſti omnis fructus comedendi, cur ſolam arborem ſcientiæ boni & mali prohibes edendam? Nota quod per fructus aliarum arborum, vita conſeruabatur, abſtinentia autem à ligno cognoſcendi B bonum & malum, bene viuendi modum in Adamo obediente dicebat: bene igitur non ſolum conceſſit comedere ex omni fructu paradiſi, ſed præcepit vt ab alio abſtineret, quia non ſolum viuere, ſed etiam bene viuere neceſſarium eſt: ſic Seuerianus: *Tres arborum differentiæ erant in paradiſo, vna quidem data illi erat vt viueret, altera vero vt bene viueret, vt tertia ſemper viueret,* 308

*Seuerian. in Cat. Lipp.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XVIII.*

*Vlg.* De ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas, in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris.

*Septuag.* De ligno autem cognoſcendi bonum, & malum non edetis, ex eo, qua die autem ex eo ederitis: morte moriemini.

*Cald.* Et de arbore cuius fructum comedentes, ſciēt inter bonum & malum, non comedes ex ea, quia in die, qua comederis ex ea, morte morieris.

*Arias.* Ex arbore ſcientiæ boni, & mali non comedes, ex ea quia in die comedere te, ex ea, C moriendo morieris.

*Caietan.* De ligno ſciendi bonum, & malum non comedes, quia in die comedere tui, de ipſo moriendo morieris, *ſic Lippom.*

*Vatab.* At de arbore ſcientiæ boni & mali non comedendo comedes.

*Symmachus*, Mortalis eris, ſic etiam *Diuus Hieronymus.*

*Procopius*, Nequaquam comedes ex ea, alioquin quacumque die comederis ex ea, morte morieris.

D *Anaſt. Syna.* A ligno cognoſcendi bonum à malo ne ex eo veſcamini, quo autem die veſcemini ex eo, morte moriemini.

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

Facilis eſt vt in superiori diximus, ſi enim in ſingulari ſolū vertit noſter interpres cum aliquibus aliis ideo eſt quia vir & mulier pro eodem habentur, ſi autē Septuag. in plurali, *non edetis*, dixerunt, ideo eſt quia Adamo & Euæ hoc præceptum Deus impoſuit.

## EXPOSITIO VERSVS XVIII.

De *ligno ſciētia boni & mali ne comedas.* Hoc præceptum negatiuum dedit homini, non aliquo ſermonis idiomate vtens, ſed rationi conſentaneum eſt, quod ſicut de credendis ac ſperandis inſtruxit intellectuali reuelatione, ita hanc legem dederit intellectualiter; *In quocunque die comederis, morte morieris*, quod intelligit non de actu moriendi, nam poſt eſum illius triginta & nongentos annos vixit Adam, ſed de neceſſitate & debito mortis, ita vt ſit ſenſus, ſtatim vt comederis, obnoxius eris pœnæ mortis, & aſtrictus eris neceſſitati moriendi, qua non tenebaris, ſi ex iſta arbore non comediſſes.

Ex hac mortis ſententia oritur dubium, vtrum ſi in obedientia Dei permanſiſſet primus parens, nunquam è viuis diſceſſiſſet, veriſſima eſt reſponſio E noſtri ſubtilis Doctoris, ſcilicet quod homo in ſtatu innocentiæ potuit mori, iſta tamen potentia non reducta fuiſſet ad actum, & ſic poterat non mori.

Sed cur mors actu non eueniſſet, optimam aſſignat rationem idem Doctor, quia quilibet tranſlatus fuiſſet in paradiſum, antequam fuiſſet alteratur alteratione improportionata animæ, ſicut forma, & hæc tranſlatio non fuiſſet miraculoſa, ſed iuſta & regularis.

CON-

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deo obedire tenemur, quia præcipit.*

309 *D*E *ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas, in quacúnque enim die comederis, morte morieris.* Neſcio cur pœnam tranſgreſſioni impoſuit, nam qui neſcit bonum & malum, ne ipſum quidem nouit eſſe malum non ſeruare mandatum, nec ipſum bonum nouit, quod eſt obedire mandato, & ideo qui non nouerat, non debet puniri, nam vbi non eſt peccatum, non ſtatuitur pœna? nonne Deus hoc præceperat? Reſponde igitur ſufficientem Dei prohibitionem fuiſſe, ad hoc vt teneretur Deo obedire: ita D. Amb. lib. de parad. c. 6. *Conſiderare potuit, ex iis quæ Deus ante ei contulerat, quod inſufflationem Dei accepit, quod eo in paradiſo voluptatis erat locatus, ſummam auctori obedientiam deferendam, & ideo ſi vim neſciebat boni & mali, tamen quia tantorum author dixerat, de ligno ſcientiæ boni & mali non eſſe guſtandum, fidem præceptorum ſeruare debuerat, non enim ab experientia, ſed fides exigebatur, intelligat vtique Deum præeminere omnibus, ideoque perſonam iubentis ſpectare debuerat, & ſi non intelligebat vim, qualitatéque iuſſorum, ſciebat tamẽ præceptorum deferendam eſſe reuerentiam, habebat in natura ligni opinionem, etſi non habebat iudicium boni & mali.*

*Ambr. li. de Parad. c. 6.*

### *Pœna inobedientiæ, mors animæ & corporis.*

310 *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas, in quacunque die comederis, morte morieris.* Quid intereſt vtrum aliquis dicat morieris, an addat morte morieris, cur ergo hoc addit ſancta ſcriptura, cum ſufficit morieris? Duplex eſt mors, vna corporis, altera ſpiritualis: optime igitur geminat, dicens morte morieris, quia inobedientiæ pœnas, non ſolum eſt mors ſpiritualis, ſed etiam temporalis: ita D. Amb. l. de parad. c. 9. *Quid eſt morte morieris? nihil aliud niſi cum morte corporis deformitatem ſignificare morientis, cuius & caro communi viuenti munere defraudatur, & anima vitæ æternæ vſum habere non poſſit.*

*Ambr. li. de Parad. c. 9.*

### *Obedientia maxima eſt virtus moralis.*

311 *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas.* Certum eſt hanc arborem non fuiſſe homini noxiam, cur ergo præcepit Deus ne comederet de hac arbore? ſcio D. Aug. reſpondere lib. 8. de Gen. ad lit. c. 6. non eſſe vnde homo ſe dominum habere cogitaret, atque ſentiret, niſi aliquid ei iuberetur: ſed nonne alia virtute, quam obedientia potuit Deus manifeſtare ſe dominum hominis? Et homo ſe habere dominum ſcire? Sine dubio alia potuit, cur ergo potius obedientia? Quia illa inter alias virtutes præſtat ad Deũ tanquam dominum agnoſcendum: ita D. Auguſt. vbi ſupra: *Oportebat vt homo ſub domino Deo poſitus, aliunde prohiberetur, vt ei promerendi dominum ſuum virtus eſſet ipſa obedientia, quam poſſum veriſſime dicere ſolam eſſe virtutem omni creaturæ rationali, agenti ſub Dei poteſtate.*

*Aug. l. 8. de Gen. ad litt. cap. 6.*

### *Maximum malum inobedientia.*

312 *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas, in quacumque die comederis, morte morieris,* Cur tam grauem, qua grauior eſſe non poteſt, ſtatuit pœnam, ſi comederet de ligno quod eſt bonum? Nam omnia ligna, quæ plantauerat in paradiſo bona erant, nonne inobediens futurus erat, comedens ex ipſo ligno? Ideo

A igitur grauiſſimam pœnam ſtatuit, quia maximum malum inobedientia eſt: ita D. Auguſt. lib. 8. de Gen. ad litt. cap. 12. *Non potuit melius & diligentius commendari, quale malum ſit inobedientia, cum ideo reus iniquitatis factus eſt homo, quia eam rem tetigit contra prohibitionem, quam ſi non prohibitus tetigiſſet, non vtique peccaret:* deinde ſubiungit, *cum illud tangitur, quod non taugenti obeſſet, ſi non prohiberetur, nec cuiquam alteri, quantumlibet tangeretur, quare prohibitum eſt, niſi ſi ipſius per ſe bonum obedientiæ, & ipſius per ſe malum inobedientiæ monſtraretur?*

*Aug. l. 8. de Gen. ad litt. cap. 12.*

### B *Obedientia Deo copulamur.*

*De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas, in quacumque enim die comederis, morte morieris:* Cur non abſque vlla conditione poſuit illum in paradiſo? Nonne melius fuiſſet nullum dediſſe præceptum quam poſitione præcepti dare præuaricationi locum? Vbi enim præceptum non eſſet, nec præuaricatio: ideo dedit præceptum, & maxime obediendi, vt per obedientiam homo Deo vniretur: ita Rupert. lib. 2. in Geneſ. cap. 30. *Vnde homo copularetur Deo, ſi non illi ſubligaretur obedientiæ iugo?* Quaſi diceret, Deo maxime nos coniungit virtus obedientiæ. 313

*Rup. li. 2. in Gen. ca. 30.*

### C *Sine obedientia gloria non percipitur.*

*De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas.* Diximus in hoc, primis parentibus præcipi obedientiam: ſed qua de cauſa Deus eam à primis parentibus exigit? vt obedientiã ſuã fœlicitatem obtineant ſine qua non poſſent conſequi: ita D. Iren. l. 4. contra Hæreſ. cap. 31. *Moyſes ait Deuter. 10. & nunc Iſrael quid Dominus Deus tuus poſtulat, niſi timere dominum Deum tuum, ambulare in omnibus viis eius, & diligere eum, & ſeruire domino Deo tuo, ex tota anima tua? Hac quidem* D *faciebant hominem glorioſum id quod deerat ei implentia, ix amicitiam Dei: Deo autem præſtabat nihil, nec enim indigebat Deus dilectione hominis, deerat autem hominis gloria Dei, quam nullomodo poterat percipere niſi per eam obſequentiam quæ eſt erga Deum.* 314

*Iren. l. 4. contra Hæreſ. 31. Deuter. 10.*

### *Omnium virtutum mater obedientia.*

*De ligno ſcientiæ boni, & mali ne comedas,* Pluries diximus hic obedientiam Adamo Deum præcipere, ſed cur, quæſo, plures virtutes non ei imperat ſimul obſeruare, ſed ſolam obedientiam? Ideo ſolam ab eo eſquirit, quia omnium aliarum virtutum eſt parens: ita D. Auguſt. lib. 14. de ciuitate Dei, cap. 12. E vbi poſtquam dixit: *Non ideo quis debet exiſtimare leue ac paruum fuiſſe illud commiſſum, quia in eſca factũ eſt, numquid mala & noxia, niſi quia prohibita? Neque enim quicquam mali Deus in illo tam fœlicitatis loco crearet, atque plantaret:* addit *ſed obedientia commendata eſt in præcepto, quæ virtus in creatura rationali mater quodammodo eſt, & cuſtos omnium virtutum.* 315

*Aug. l. 14. de ciu. Dei cap. 12.*

### *Sponte obedient, Dei amici.*

*De ligno ſcientiæ boni ne comedas, in quacumque die comederis, morte morieris,* Si ſciebas hominem tuum F præceptum violaturum, cur hominem non ita condidiſti, vt peccare non poſſet? Nam ſic ſemper tibi beneuolus eſſet: nec tuæ vmquã obuerſaretur legi: Reſpondet ad inſtitutum D. Baſil. ho. 9. quod Deus 316

*Baſil. ho. 9. quod Deus non eſt author malorũ.*

non eſt author malorum: *Tu ſeruos, inquit, non quando vinctos, in cuſtodia retines, beneuolos ſibi eſſe exiſtimas. ſed cum ſponte omnia quæ erga te oporteat, viderit agere; ita Deus eum putat amicum non qui coactus, ſed qui ſponte ſua virtuteque illi obtemperat*, Quaſi diceret, ille verus Dei amicus, non qui neceſſario & naturaliter Deo obtemperaret, ſed liberè.

### *Obedientia debet eſſe pura.*

317 *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas*, Quare quod prohibuit, non præcepit comedere? Quod homini eſſet facilius, & æquiualens obedientia, & B meritum? nota quod ſi præcepiſſet comedere, vtilitas fructus eum quaſi impuliſſet ad obedientiam, & non ipſum præceptum: dico igitur neceſſariam fuiſſe prohibitionem, vt pura & ſyncera eſſet illius obedientia: ſic Hugo à S. Victore: *Non præcepit comedere, de ligno ſcientiæ boni & mali, vt pura eſſet obedientia, cauſaretur enim diabolus, dicens non tantum propter præceptum, hominem comedere de illo ligno, quantum pro ſua vtilitate.*

Hugo à S. Victor.

### *Quod Deus præcepit, vnum, & ideo bonum quod prohibet, turpe, & ideo disiunctum.*

318 *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas.* Septu. habent, de ligno cognoſcendi bonum & malum non ederis: dubium eſt cur Sept. & D. Amb. retinens eorum lectionem, in prohibitione Deum inducunt loquentem eis pluraliter, non ederis, cum locutus antea fuiſſet ſingulariter, ex omni ligno paradiſi comede: nonne quod Deus præcepit optimum & vnũ, vt diximus, quod autem prohibetur, diſſonans eſt, ideo ergo pluraliter, & vt pluribus loquitur, cum aliquid prohibet Deus, quamdiu eum aliquid præcipit loquatur ſingulariter, quia quod prohibetur diſſonans eſt, & ideo diſcretum, & non vnitum: ita D D. Amb. lib. de parad. c. 5. *Vbi de ligno ſcientiæ boni & mali prohibet, pluraliter nõ ederis dixit, quia quod impe hoc diſſonans, incompoſitumque atque diſcretũ eſt*: deinde ſubiungit, *vbi de ligno ſcientiæ boni & mali dixit, non eſſe guſtandum, quaſi ad plures dixit, non edetis, quod enim prohibitum eſt, tanquam pluribus imperatur.*

Amb. li. de parad. c. 5.

### *Præcepta dantur vt remuneremur.*

319 *De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas*, Cur ſciens Deus hominem tranſgreſſurum hoc præceptum, ei tamen impoſuit? vt ſi iuſſa illius E adimpleret, obedientiam poſſet remunerare: ita D. Hieron. ad Celantiam? *Quid tam ſuperbum, quid vero tam ingratum videri poteſt, quam aduerſus eius viuere voluntatem, à quo ipſum viuere acceperis? quomodo illius præcepta deſpuere, qui ideo aliquid imperat, vt cauſas habeat remunerandi? Neque enim obſequio noſtro indiget Deus, ſed nos illius indigemus imperio.*

Hieron. ad Celantiam.

### *Homini præceptum datur, ad ſignificandum eius præ alijs excellentiam.*

320 *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas.* Cur præ- F ceptum imponit homini, & non Angelis? Non enim legimus aliquod eis impoſitum, nec animalibus, quæ maiorem obedientiam Deo præſtitiſſent quam homo, qui præceptum illius violauit? Ideo homini præceptum imponit, vt non æqualem faciat aliis animalibus, quæ non eſt dignatus præceptis honorare tanquam eis indigna: ita Tertull. lib. 2. cont.

Ter. li. cont.

A Marc. ca. 14. *Quam arguis legem, quam in controuerſias incuſas? Bonitas erogauit, conſulens homini, quo Deo adſiſteret, ne non tam liber quam abiectus, videretur, æquãdus famulis ſuis, cæteris animalibus ſolus ab eo? Sed vt ſolus homo glorietur, quod ſolus dignus fuiſſet, qui legem à Deo ſumeret, vtque animal rationale intellectus & ſcientiæ capax, ipſa quoque rationali libertate contineretur.*

Mar. c. 14.

### *Nihil Dei præcepto addendum, vel minuendum,*

*De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas*, Præceptum ergo habuerunt primi parentes, de non comedendo, quomodo ergo adiecit Eua ſe accepiſſe etiam de non tangendo? Reſpondeo in hoc quod addidit, principium fuit ſuæ ruinæ, nihil enim de præcepto addendum aut minuendum: vnde D. Ambroſ. libr. de parad. cap. 12. ait. *Diſcimus nihil vel cautionis gratia iungere nos debere mandato, ſi quid enim vel addas, vel detrahas, præuaricatio quædam videtur eſſe mandati, pura enim mandati forma ſeruanda eſt, plerumque teſtis dum aliquid adſeriem, eſtorum ex ſuo addit, totam teſtimonij fidem partis mendacio declarat; nihil igitur vel C quod bonum videtur addendum eſt*, deinde addit, *aliud additamentum, lapſus incipit eſſe principium.* 321

Amb. li. de Para. c. 12.

### *Cum aliquid præcipitur, blanditiis ſuadendum.*

*De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas*, Cur tam ſtricte prohibet eſum huius arboris? Cum antea tam blande loquutus fuerit Deus primo parenti, dicens de omni ligno, quod eſt in paradiſo comede: ideo tam blande Deus loquutus eſt, deinde præceptum impoſuit ſub pœna ſeuera, quia cum aliquid præcipi debet, primo blanditiis ſuadendum eſt: ſic Hugo à S. Victor. *Quod premittitur, ex omni ligno paradiſi comedes, permiſſio eſt, vt primum blanditer permittendo, poſt durius loquuturus in prohibitione.* 322

Hugo à S. Victor.

### *In præcepto Dei cognoſci debet, quod eſt vltor malorum.*

*De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas*, Dixit Deus, alias in quocumque die comederis, cur poſito ſuo præcepto de non comedendo fructu cognitionis boni & mali, tam rigoroſam pœnam impoſuit? Vt primus parens in hac lege & præcepto Dei, nec non illius pœna Deum malorum vltorem eſſe cognoſceret: accipe Caiet. *In huius legis ſanctione perpendere oportet, quod homo tunc habuit fidẽ diuinæ prouidẽtiæ, quod videlicet curã habet de ſingularibus actibus hominis, quod eſt vltor malorũ operum, niſi enim hoc credidiſſet, vana fuiſſet ſuſceptio legis huius poſitiuæ.* 323

Caiet.

### *Peccatum immediate aduerſus Deum commiſſum obſtinationem videtur inducere & irreparationem.*

*De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas*, Cur propoſuit præceptum in re creata & vili, cur nõ magis diuiniora alia imperauit, nimirum vt ſacrificia offerret, vt litaret? Vel cur non maluit hominem degere ſine præcepto poſitiuo? Nonne Angelum condidit, & ſine vllo ſimili præcepto degere fecit? Cur ſimiliter hominem non fecit ſine hoc præcepto? In homine cauebat Dominus ne fieret irreparabilis lapſus eius, vt lapſus Angeli irreparabilis extitit, & ideo propoſuit præceptum circa materiam creatam, 324

creatam, ne haberet præ manibus homo occaſionem aduerſus Deum immediate inſurgendi, quo pene irreparabilem ruinam ſoſtineret. D. Chryſ. ho. de Adam & Eua, ait: *Deus noſter faciens hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, dedit præceptum in creatura, id eſt, in arbore, eligens vt per tranſgreſſionem in creaturam peccaret, quam ſine mandato in creatorem offenderet, & ſicut Angelus qui ſine præcepto elatus cecidit, ita & homo ſi præceptum non acciperet, atque & ipſe diceret, pono ſedem meam in aquilone, & ero ſimilis altiſſimo, & caderet irreparabiliter.* Hæc fuit benigniſſima Dei erga hominem cautela, vt occaſio peccandi longè à diuinis poneretur, ne ſi accideret peccatum, irreparabile pene videretur: peccatum enim quod immediatè aduerſos Deum tendit, ſic ad cætera omnia impellit, & illis facit hominem adhæreſcere, vt vix fieri poſſit, quod in illis non pereat.

*Chry. ho. de Adam & Eua.*

### *Nociua coniunctio eſt boni & mali.*

325. *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas.* Nonne Adam multorum bonorum ſcientiam habebat? an non animalium naturas, quibus nomina imponebat, ſciebat, nec non Deum naturæ auctorem? an non ſciebat leges coniugij, cùm ait, propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ? hæc & alia plura bona ſciebat Adam, cur ergo non permittitur comedere de ligno ſcientiæ boni & mali? quid timeat à ligno ſcientiæ boni, qui tot tantaque cum ingenti lucro ſciebat bona? non negatur Adæ ſcientia boni, ſed hoc negatur, ne ſimul miſceat boni ſcientiam & ſcientiam mali: quando permixtio boni & mali magis pertinet ad confuſionem & perditionem. D. Seueria. in cat. Lipp. ait: *Eſto malum veſanit, vt quid bonum? Deus enim ſcientiam boni minime prohibuit; illam namque Adam habebat: non cognitionem boni prohibet Deus, ſed cognitionem mali vna cum cognitione boni haud quaquam eſſe vult, idque ait Paul. non poteſtis bibere poculum Domini & dæmoniorum, numquid duo prohibuit? & ſeruatur: non poteſtis ſeruire Deo & mammonæ: ita Deus cognitionem mali Adam percipere noluit, ne cognitioni boni permiſceretur.* Suſpecta eſt Deo, imo & noxia permixtio mali & boni: quæ frequenter ſolet vergere in perditionem.

*Seuerian. in Cat. Lipp.*

### *Malum ita nociuum vt cognitum noceat.*

326. *De ligno ſcientiæ boni, & mali ne comedas.* Non cognitionem boni, inquit Seuerianus, prohibet Deus, ſed cognitionem mali: ſed nonne ſufficiebat illud prohibuiſſe, vt non committeretur? cur igitur iubet vt ne fructum comedat ex quo illius cognitio? quia malum ita nociuum vt cognitum noceat, *Aduerte* (inquit Oleaſt) *mali conditionem, vt non ſolum factum, ſed cognitum noceat.*

*Oleaſt.*

### *Pauca prohibet Deus, plurima nobis concedens.*

327. *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas.* Cum tot eſſent arbores in paradiſo, cur aliquas non prohibuit Deus primo parenti comedendas, ſed ſolum vnicam? ſic enim obedientia eius magis fieret manifeſta, & clarior redderetur: ideo vnicam prohibuit ſolum ex tot tantiſque arboribus, quia cùm Deus pauca prohibet, plurima largitur: ſic Rupertus. *Magna largitas bonorum, & non graue largitoris mandatum, ex omni, inquit, ligno paradiſi comede, de ligno autem vno ne comedas.*

*Rup. Abb.*

### *In prohibitum nitimur.*

328. *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas.* Tamen poſtea ait textus, comedit, deditque viro ſuo qui ſimiliter comedit, nonne tibi ampla aliarum arborum fructus conceſſa eſt licentia, præcipue arboris vitæ? cur ergo ab hac arbore ſcientiæ boni & mali, ex qua præcepit Deus ne comederes, non abſtinuiſti? ideo appetit & comedit, quia nitimur in vetitum ſemper, cupimuſque negata: quod adnotat D. Epiphan. li. 2. aduerſ. Hæreſes, hæreſ. 64. *Cum mandatum illi accepiſſent, tum demum cupiditatem animo conceperunt, non enim quæ cupidus quiſque in poteſtate habet & obtinet, iiſque vti poteſt, ea concupiſcit, ſed à quibus prohibetur, quibuſque priuatur.*

*Epiph li. 2. aduer. hæreſ. 64.*

### *In prima lege homini præſcripta, aliorum obſeruantia continebatur.*

329. *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas.* Neſcio qua de cauſa hoc homini ſolum prohibet, cur decem præcepta decalogi non præcipit obſeruari, ſaltem ea quæ pro hoc tempore poterant cuſtodire, vt ſic eius virtutes variæ manifeſtarentur? Reſpondeo in hac ſola lege tanquam omnium aliarum prima, præcepta decalogi contineri: ita Tertullianus libro aduerſùs Iudæos capite ſecundo: *Primordialis lex eſt data Adæ, & Euæ in paradiſo, quaſi matrix omnium præceptorum Dei, nam ſi Dominum Deum ſuum dilexiſſent, contra præceptum eius non feciſſent. ſi proximum diligerent, id eſt, ſemetipſos, & perſuaſioni ſerpentis non credidiſſent, atque ita in ſemetipſos homicidium non commiſiſſent, excidendo de immortalitate, faciendo contra Dei præceptum, à furto quoque abſtinuiſſent, & de fructu arboris clam non deguſtaſſent, nec à conſpectu Domini Dei noſtri ſub arbore deliteſcere geſtiſſent, nec falſum aſſeueranti diabolo participes efficerentur, credendo ei quod ſimiles Deo eſſent futuri, atque ita nec Deum offendiſſent, vt patrem, qui eos de limo terræ quaſi ex vtero matris figurauerat, ſi alienum non concupiſſent, de fructu illicito non guſtaſſent: igitur hac generali & primordiali lege quam in arboris fructu obſeruari Deus ſanxerat, omnia præcepta legis poſterioris, ſpecialiter indita fuiſſe cognoſcimus, quæ ſuis temporibus edita germinarunt.*

*Tertu. li. aduerſ. Iudæos. cap. 2.*

### *Lex iuſta non præſcindenda.*

330. *De ligno ſcientiæ, &c. in quacunque die comederis, morte morieris.* Si Deus poſt impoſitionem præcepti præſciuit, imo vidit Euam ad fructum vetitum manum extendere, cur pœnam à ſe ſtabilitam nõ retractauit? quare mulierem non impediuit, ne homo in facinus tam graue incidiſſet? ideo non reuocat, quia lex iuſta non eſt præſcindenda: ita optime Tertull. libr. 3. contra Marc. cap. 7. *Etſi præſcierat hominem male inſtitutione ſua vſurum, quid tam dignum Deo quàm grauitas, quàm fides inſtitutionũ qualiumcũque?*

*Tert. l. 3. contra Marc. c. 7*

### *Lex maximè vtilis.*

*De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas, in quacunque enim die comederis morte, morieris,* Cur hanc legem fert, cum ſciat hominem eam non ſeruaturum? videtur enim quod lex non ferenda, cum debeat eſſe contemptibilis: dicamus leges iuſtas debere fieri, quia maximè vtiles ſunt: ſic D. Cyril. Alex. libro. 3. contra Iulian. *Quemadmodum equis conducunt fræna, vt bene currant, & ornamenta ſunt, & ſicut nauibus gubernacula per quæ ad rectum ſcopum tendant, ita & hominibus lex vtilis eſt.*

*Cyri. Alex. li. 3. cont. Iulia.*

### *Sine ieiunio, beatitudo non eſt, nec virginitas perfecta.*

331. *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas,* Cur quæſo imperat homini ieiunium, cum ieiunium teſta D. Athan. lib. de virgin. morbos ſanet, diſtillationes exſiccet, malas cogitationes expellat, at his omnibus primus parens carebat? ideo in paradiſo ieiunium ei impoſuit, ne ei hoc ad beatitudinem deeſſet: ita D. Hier. li. 2. aduerſ. Iouini. *Beatitudo paradiſi abſque abſtinentia cibi non potuit dedicari, quamdiu ieiunauit in paradiſo fuit, comedit & eiectus eſt.* Imo vt oſtendat ieiunium non ſolum fœlicitatis, ſed etiam virginitatis eſſe munimentum, recte obſeruat Adamum ſimul atque à ieiunio cecidit non ſolum à felicitate ſed etiam à virginitate cecidiſſe: ait enim: *Eiectus ſtatim duxit vxorem, qui ieiunus in paradiſo virgo fuerat, ſatur in terra, matrimonio copulatur.*

*Ath. li. de virginitate. Hier. li. 2. aduer. Iouin.*

### *Ieiunium defenſio aduersùs dæmonem.*

332. *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas,* Cur ei ieiunandi præceptum impoſuit? nonne ſciebat dæmonem ſub figura ſerpentis primam mulierem aggreſſurum? reſpondeo ergo ideo ieiunium præcepiſſe, vt eo muniretur aduersùs tentationem diaboli: ſic Diuus Ambroſ. *Bonum operimentum quod animam tegit, ne à tentatore deprehendatur, ne à tentatione nudetur,* vnde idem D. Ambro. ſer. 25. in Quadrage. *Caſtra ſunt noſtra ieiunia, quæ nos à diaboli oppugnatione defendunt,* & paulo poſt: *murus quidem eſt Chriſtiano ieiunium, inexpugnabilis, intranſgreſſibilis inimico,* & Diuus Chryſoſtomus ſer. ſecundo de ieiunio idem habet.

*Amb. li. de Helia & ieiu. cap. 14. Idẽ ſer. 25. Chry. ſer. 2. de ieiun.*

### *Ieiunium ab initio indicitur tanquam vtiliſſimum.*

333. *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas,* ait Diuus Chryſoſt. ſer. 2. de ieiun. cur ieiunium præcipit eùm tunc neceſſarium non videatur? audi D. Chryſoſto. ſer. 11. de ieiun. *In paradiſo ieiunium pro magna commoditate indicitur, multo magis extra paradiſum neceſſarium poſtulatur, & cum ante plagam remedium vtiliter demonſtratum eſt, multo magis ſauciatis appetendum eſt, vt praſtet vulneribus ſanitatem, & cum ante conſtictum ad reſiſtendum libidinoſis voluptatibus clypeus nobis abſtinentia neceſſarius fuit, multo magis in ipſo noſtro certamine, ieiunii auxilium ad noſtram victoriam flagitandum eſt.*

*Chry ſer. 11. de ieiun.*

### *Mors à nobis ipſis.*

334. *In quacumque die comederis, morte morieris.* Vnde mors quæ fuit conſecuta? nam ſi dicas Deum mortis eſſe operatorem, eum accuſabimus, nempe quod ita immitis fuerit, vt noluerit ignoſcere, cum poſſet; aut ſi non potuerit videbitur infirmus: ſi Theologice loquamur, certum eſt Deum eſſe auctorem mortis, non primario ſed ſecundario, habetur nempe Tren. 3. Dominus ponens pacem & creans malum, nempe naturæ qualis eſt mors. Vnde Hieron. exponens hunc locum ait dicitur Deus facere mala, infligere aduerſa merentibus, mala autem quæ nulla natura ſubſiſtunt à Domino non creantur, & D. Auguſti. cùm dixiſſet Deus non eſt auctor malorum in 1. retr. capite 29 ſic exponit dictos, videndum eſt ne male intelligatur quod dixi, Deus non eſt auctor mali. & ne putetur pœnam malorum non eſſe à Deo, pæna ergo qualis eſt mors eſt à Deo: ſed inſtituto reſpondens, dico mortem à nobis eſſe, noſque interius noſtri fuiſſe cauſam: ita Diuus Ambr. lib de parad. cap. 7. *Homo ipſe ſibi mortis eſt cauſa, non habens Deum ſuæ mortis authorem, neque enim ſi medicus præſcripſerit ægrotanti à quibus videatur cauendum, atque ille ab interdictis non putauerit abſtinendum, cauſa ei mortis non eſt medicus, ſed vtique ipſe ſibi mors eſt propria, itaque Deus quaſi bonus medicus prohibuit, ne Adam nocitura guſtaret.*

*Iren. libr. 3. explicatur. Hieron. Aug. l. octogin. q. q. 2. & 1. retract. cap. 29. Amb. li. de Para. c. 7.*

### *Naturalis eſt timor mortis.*

*In quacumque die comederis, morte morieris,* Ad quid Deus homini minatur mortem, cùm nullus adhuc eam guſtaſſet? & ipſe quid eſſet ignoraret: ſi ergo ignorabat, nihil timere poterat? fruſtra ergo Deus mortem pro timore obiecit homini? nonne plura quæ nondum experti ſumus noxia formidamus? dicamus ergo ideo minas mortis potuiſſe timere, quia cum ſit aliquid naturæ noxium, naturaliter inditum eſt illi quod ſibi aduerſatur, timere: ita Diu. Ambroſ. *Eſt inſitum omnibus vt etiam quæ nondum ſibi nocere experta ſunt, quaſi noxia reformident, columba nempe naturaliter ab ortus ſui initio, accipitrem timet, pulli miluum, & oues lupum: quod ſi in his irrationalibus, de aduerſo genere animantium naturalis eſt terror, vt mortem fugiant, quanto magis in primo homine rationis vtique pleniſſimo, naturalis quadam opinio mortis debuit eſſe vitanda?* 335.

*Ambr. vbi ſup.*

### *Mors corporalis ex ipſo peccato.*

*In quacumque die comederis, morte morieris,* Neſcio quomodo hoc verum contineat: nam cùm primus parens fructum vetitum comederit, tamen per plures annos vitam duxit, quomodo ergo ait, in quacunque die comederis, morte morieris? ſcio D. Gre. in lib. 6. regiſt. epiſt. 195. dicere, reſpondemus nos hominem primum in qua die peccauit animâ mortuum, atque per hunc omne genus humanum in hac mortis & corruptionis pœnâ damnatum, & ſic mortuam animam dicimus, quod non à ſubſtantia viuendi, ſed à qualitate viuendi ceſſauerit, id eſt, non eſt Adæ anima ita mortua, vt non eſſet, ſed ita mortua, vt beata non eſſet: idem habet S. Odilo Abbas Cluniac ſerm. 5. de reſurrect. ſed cùm hic ſermo ſit de pœna mortis, & iam temporis, quomodo intelligemus eodem die quo comedit, mortuum fuiſſe, cùm tamen plures ſuperuixerit annos? optime ſoluit difficultatem Angel. Doctor 2. 2. q. 64 art. 1. *Statim mortui ſunt primi parentes, quia licet diutius vixerunt, illo tamen die mori cæperunt, quo mortis legem quæ in ſenium veteraſcerent, acceperunt.* 336.

*Gre. l. 6. regiſt. epiſt. 195. Thom. 2. 2. q. 64. art. 1.*

### *Mors debitum naturæ.*

*In quacunque die comederis morte morieris.* Certum eſt hanc pænam eſſe inflictam poſteritati primi parentis: omnes enim in Adam peccauerunt, & ideo eandem pœnam demerentur; ſed ſicut Deus peccatis remedia adhibuit, nonne aliquando pro morte vitanda, aliquod adhibuit? ſcio Menandrum quendam hæreticum aſſerentem eo quem offerebat, baptiſmo reddi homines immortales: ſed fallitur; nam mors cõmune naturæ debitum eſt: ſic Tert. li. de ani. c. 50. *Publica totius generis humani ſententia mortẽ naturæ debitum pronunciamus, hoc ſtipulata eſt Dei vox, hoc ſpopondit omne quod naſcitur, deinde translatus eſt Enoc & Elias, nec mors eorum reperta eſt, dilata ſcilicet, cæterum morituri reſeruantur, vt Antichriſtum ſanguine ſuo extinguant: obiit & Ioannes quem in aduentu Do-* 337.

*Ter. li. de anim. c. 50.*

*mini remanſurum fruſtra fuerat ſpes*, irridens deinde mendacium, ait, *Vbi ſunt illi quos Menander ipſe perfudit, quos in ſtygem ſuam merſit?*

*Mortis cogitatio frænum peccatorum.*

338. *In quacumque die comederis, morte morieris*, Cur pœnam mortis & non aliam imponit, quia nihil tam in officio continet, & à peccato refrænat quam mortis cogitatio: ideo hac memoria voluit terrere primum parentem: ſic Diuus Aug. li. 2. de Geneſ. contra Manichæos, ad finem. *Nihil ſic reuocat homines à peccato, quemadmodũ imminentis mortis cogitatio.*

*Aug. li. 2. de Gen. contra Manich.*

*Mors per Chriſtum Dominum in melius mutatur.*

339. *In quacumque die comederis morte morieris.* Lex ergo ſtatuta eſt ſi peccaueris, morieris, nunc autem verbi gratia dicitur morere, ne pecces, mors bona eſt igitur? quis hanc mortem ita ſuauem effecit omnibus, ante omnium terribilium terribiliſſimam? & morte Chriſti id effectum eſt, vt mors quæ antea timebatur, nunc potius appetatur: ſic Diu. Auguſtinus libro decimo tertio de ciuit. cap. 4. *Quod tunc* (inquit) *timendum vt non peccaretur, nunc ſuſpiciendũ ne peccetur, ſic per ineffabilem miſericordiam Dei, ipſa pœna vitiorum tranſit in arma virtutis, & fit iuſti meritum etiam ſupplicium peccatoris: tunc mors acquiſita eſt peccando, nunc impletur iuſtitia moriendo, non quia mors bonum aliquod facta eſt, quæ antea malum fuit, ſed tantam Deus fidei præſtitit gratiam, vt mors quam vitæ conſtat eſſe contrariam, inſtrumentum fieret per quod tranſiretur in vitam.*

*Aug. li. 13. de ciui. c. 4.*

*Memoria mortis vehementior ad commouendam hominem quam infernus.*

340. *In quacumque die comederis, morte morieris.* Nonne Deus timore pœnæ auocare hominem à tranſgreſſione præcepti volebat? cur ergo ei metum maiorem quam mortis non indidit, dicens: in quocumque die comederis in infernum deſcendes? ſic enim terrore inferni perculſos abſtinuiſſet à fructu vetito: non pœnas inferni ſed mortis expreſſit, quia memoria mortis vehementior eſt ad continendum hominem, quam ipſe inferni: ſic Pererius, *Licet pœna inferni reipſa grauior ſit, quam mors corporis: comminatio tamen corporalis mortis, acrior eſt & vehementior ad commouendum hominem.*

*Pererius.*

*Memoria mortis ad virtutem nos inducit.*

341. *In quocũque die comederis morte morieris*, Si tot pœnæ ſunt ipſa morte grauiores, vt vita calamitatibus plena (quælibet enim calamitas mors eſt) cur ei hanc vitam miſeram non eſt minatus? non aliam pœnam quam mortis ſe daturum homini promittit Deus, quia nihil aliud eſt quod ad virtutem amplectendam ita nos inducat ſicut memoria mortis. ſic Procopius, *Mortem minatus eſt, vt Adamum eiuſque poſteros ad modeſtiam & virtutem pertraheret.*

*Procop.*

*Scientia tumultuaria prohibetur.*

342. *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas, in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Cur pœnam imponit ſuæ tranſgreſſioni? nam non obedire præcepto quod non videtur bonum, non eſt peccatum, & ideo pœna non debet infligi, bonum eſt autem lignum cognitionis boni & mali, quandoquidem Deus & bonum & malum nouit, ait enim: ecce Adam factus eſt tanquam vnus ex nobis, ad ſciendum bonum & malum; ſi igitur bonum eſt habere ſcientiam boni & mali, bona autem eſt, quia Deus eam habet, videtur qui eam interdicit hominibus non rectè interdicere, & ita tranſgreſſioni illius pœna non eſt bene conſtituta: Reſpondeo non cuiuſlibet, ſed ſcientiæ tumultuariæ cognitionem prohibuiſſe, cuius prohibitio iuſtiſſima, & ideo pœna inflicta: ita D. Amb. l. de parad. c. 6. *In eo præuaricationis culpa eſt, non obediendũ eſſe mandato, quia etiam tumultuariam ſcientiam boni & mali Dominus Deus putauit inhibendam.*

*Amb li. de Para. c. 6.*

*Scientia bona eſt cum ea ſcimus vti.*

*De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas.* Cur Deus hoc prohibet? nonne ſcientia boni & mali optima eſt? ſcire enim bonum melius eſt quàm neſcire, & ei qui bonum ſciat, pulchrum eſt ſcire etiam quod malum eſt, vt ſciat vitare prauum, & vt prudens ſubeat cuſtodiæ cautionem: cur ergo ei Deus præcepit ab hoc ligno ſcientiæ boni & mali abſtinere? quid quæſo prodeſt medico ſcire, quid proſit & quid noceat ægro, niſi cognitione ea, quemadmodum oportet vtatur? cognitio ergo non eſt bona, niſi ea vtaris vt oportet: dicamus ergo ideo Deum noluiſſe, vt comederet de ligno ſcientiæ boni & mali, quia præuideret ea cognitione non bene vſurum: ita D. Ambr. l. de parad. c. 7. *Pulchrius eſt, vt vtrumque norimus, & quia ſcimus bonum, fugiamus quod malum eſt, & ex eo quod cognoſcimus malum, boni gratiam preferamus, ſed ita debet vtrumque ſcire, vt profundè noueris, & quod noueris exequaris, actuſque ſcientiæ cõgruat: grauat enim ſcire, quod vel exequi vel vitare non velis, grauat ſcire ſine vſu atque opere cognitionis profunda*: deinde addit, *ideo non eſt cognitio bona niſi ea vtaris vt oportet, itaque Deus vt bonus medicus prohibuit ne Adam nocitura guſtaret.* 343.

*Amb li. de Para. c. 7.*

*Non præſtat omnis ſcientia.*

*De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas.* Nonne ſcientia perfectio animæ eſt? cur ergo Deus videtur eam prohibere? quia multo aliquando præſtat neſcire quàm non ignorare, quod expendit D. Ber. ſer. 36. in Cant. *Vigilantiſſime obſeruare, quid ſcire magis priuſue oportet, ea ſcire prius ampliuſque curare, quæ ſenſeris viciniora ſalutis ſcias id prius, quod maturius ad ſalutem, id ardentius, quod vehementius ad amorem, & tantum ad ædificationem tuam & proximi ſunt namque qui ſcire volunt eo fine tantum vt ſciant, & turpis curioſitas eſt, & ſunt qui ſcire volunt vt ſciantur ipſi, & turpis vanitas eſt: & ſunt qui ſcire volunt, vt ſcientiam ſuam vendant, verbi gratia pro pecunia, pro honoribus, & turpis quæſtus eſt: & ſunt qui ſcire volunt, vt ædificent, & charitas eſt, & ſunt qui ſcire volunt vt ædificentur, & prudentia eſt.* 344.

*Ber. ſer. 36. in Cantic.*

*Fidem Deus vult integram manere.*

*In quacumque die comederis ex eo morte morieris.* Comedit & tandem mortuus eſt, & nos ſicut in Adam omnes peccauimus, ſic etiam morte plectimur: ſed dubium inſurgit, cur ipſam mortem patimur, cùm peccata noſtra per Chriſti Domini paſſionẽ dimiſſa ſint, & per ſacramentũ regenerationis dimittantur, ratio dubitandi eſt, quia mors eſt pœna peccati, nota 345.

A quod immortalitas corporis à nobis crederetur futura: reſpondet ergo D. Auguſtinus 13. de Dei ciuit. cap. 4. *Diximus ad hoc, quoniam ſi regenerationis ſacramentum cõtinuò ſequeretur immortalitas corporis, ipſa fides eneruaretur, quæ tunc eſt fides, quando ſpectatur in ſpe quod in re non videtur: item quia ad Chriſti gratiam omnes accurrerent, ne in inuiſibili præmio, ſed ne à corpore ſoluerentur, & ita neque fides eſſet, confeſtim ſui corporis ſumendo mercedem.*

*Aug. 13. de Dei ciu. c. 4.*

### *Spem in Deo habete, vt maiora poſſideatis.*

346. B *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas.* Rupertus ait, quod in hoc præcepto exigebat Dominus ab homine virtutem ſpei, cur præceptum hoc obſeruare debebat de ſpe habenda? nonne optima quæque poſſidebat, Dominus omnium in loco amœniſſimo conſtitutus? nonne alia ſunt multò maiora his, nempe cœleſtia? dico ergo quòd hoc præceptũ in quo eloceret eius ſpes, obſeruare debuerat, vt multo maiora à Deo obtineret: ita Rupertus, *In præcepto dicentis, de ligno ſcientia boni & mali ne comedas, ſpem inſignem habere debuit: ſpem inquam habere, & C de bono ſperare debuit, quod is qui gratis tanta iam bona ſibi contulerat, profectò ſubiectione & obedientia in præcepto cuſtodienti, maiora quæ promittebat cœleſtem paradiſum, & ſanctorum Angelorum ſocietatem quandoque conferret.*

*Rup. Abb. l. 2. in Gen. cap. 31.*

### *Bonum non agnoſcitur, niſi prius amiſſum fuerit.*

347. *In quacumque die comederis, morte morieris,* Comedit & mortem incurrit, & ſimul nos omnes, dubitat D. Chryſoſt. ſciens qui potuit auferre mortem, quare hominem voluit tranſire per mortem? dico ideo vitam eum morte mutare nos voluiſſe, vt vitam beneficium Dei exiſtimaremus, quam tanti non D faceremus, ſi nunquam ea priuaremur: ſic idem Author, *Vitam Deus dedit & homini, mortem venire prædixit; ſed ille qui aduerſa non ſenſerat, præcepta ſeruare neſciuit. bona quam ſint bona, nſcire niſi malorum cognitione non poſſumus,* expende illa vltima verba.

*Petr. Chryſ. ſer. 131.*

### *Qui aliis imperare vult, prius ſciat obedire.*

348. *Ex ligno ſcientia boni & mali ne comedas.* Neſcio qua de cauſa quem omnium dominum conſtituit, nunc vult eſſe ſubiectum in obſeruatione mandati? E quia qui aliis dominari & imperare vult, prius ſciat obedire neceſſe eſt: ita D. Greg. li. 1. dial. c. 1. *Præeſſe non audeat qui ſubeſſe nõ didicerit, nec obedientiam ſubiectis imperet, quam prælatis non nouit exhibere.*

*Greg. Mag. l. 1 dial. c. 1.*

### *Abſtinentiæ occaſio datur.*

349. *De ligno ſcientia boni & mali ne comedas,* Cur Deus fructus arboris quam creauerat, eſum prohibet, ſicut & poſtea aliqua animalia voluit eſſe immunda, quæ tamen vidit eſſe bona? ideo hanc legem F ſtatuit de fructu non comedendo, & poſtea de animalibus immundis, vt abſtinentiæ leges ſtatueret: ita Tertullianus, *Si lex aliquid detrahat cibis, & immunda pronuntiat animalia, quæ aliquando benedicta ſunt, conſilium exercendæ continentiæ intellige, & frænos impoſitos illi gulæ agnoſce, quæ cum panem comederet Angelorum, cucumeres & pepones Ægyptiorum deſiderabat*

*Tert. l. 1. contr. Marc. c. 19.*

### *Gloriam non omnes capiunt.*

A *In quacumque die comederis, morte morieris.* Inquiro cur pœna tranſgreſſioni imponitur, nullum autem præmium obſeruationi? nonne ſicut punitur, ita præmio digna eſt obedientia Deo præſtita? debebat ergo Deus regnum cœlorum promittere, ſi ſuum præceptum ſeruaſſet? ideo non promiſit, quia ita ſublime erat regnum cœlorum, vt facile capere non poſſet: ita Procopius, *Adamo tranſgreſſori pœnam ſtatuit, quo eum cautiorem redderet, & magis à* B *tranſgreſſione deffenderet, ſic omiſit adhortans ad præcepti obſeruationem, mentionem facere regni cœlorum; maior enim & ſublimior erat ſermo de regno cœlorum, quàm vt is eum capere potuiſſet.* 350.

*Procop.*

### *Iniuſtè bonis abutuntur impij.*

*De ligno ſcientia boni & mali ne comedas.* Tamen hanc legem non ſeruauit Adam, nonne præceptum erat optimum lex iuſta? cur ergo Adam male ea vtitur? Reſpondeo quod figuratiuè repræſentat iniuſtos, qui bonis abutantur iniuſtè: ita Diuus Thomas: C *Quemadmodum iniuſti male vtuntur, non tantum malis, ſed etiam bonis, ita iuſti bene vtuntur non tantum bonis, ſed etiam malis: iniuſti male lege vtuntur, quamuis lex ſit bona; iuſti autem bene morte vtuntur, vt patet in martyribus, quamuis mors ſit malum.* 351.

*Tho. 1. 2. q. 164. a. 1.*

### *Noſtris meritis vult Deus vt obtineamus quod concedere decernit.*

*De ligno ſcientia boni & mali ne comedas.* Si Deus hominem immortalem condiderat, eumque ita manſurum volebat, cùm lignum vitæ conceſſit edendum, cur lignum ſcientiæ boni & mali prohibet, ex eſu cuius illud donum immortalitatis perde- D ret, vel abſtinens ab eo illud conſeruaret? nonne conuenientius fuiſſet ſine vlla conditione ei tribuere? minime, quia noſtris meritis vult Deus vt obtineamus, quod concedere decernit: accipe Procopium, *Si immortalitate nos amicire voluit (obiiciũt aliqui) quid erat opus præcepto propter quod peccaturi eramus, & deinde iudicii eius ſentire ſeueros aculeos? cum ſic (reſpondet) benignus & manſuetus, & vellet in incorruptibilem, & immortalem conditionem aſſerere humanum genus, ne ſua vel propria virtutis id beneficium acceptum ferrent, in hunc modum egi.* 352.

*Procop.*

### E *Noſtram infirmitatem vult Deus vt agnoſcamus.*

*In quacumque die comederis ex eo, morte morieris.* Tranſgrediuntur illud præceptum, Deus infert mortem: cur ô miſericors & indulgentiſſime pœnam mortis non condonaſti, vel ſaltem in aliam ſuauiorem non commutaſti? nota nullo alio remedio noſtram vtilitatem & infirmitatem nos potuiſſe agnoſcere, quam morte: ideo ergo propter peccatum mortem intulit, vt vilitatem ſuam & infirmita- F tem agnoſceret genus humanum: ſic citatus Procopius, *Inferens mortem hoc peccatum, voluit vt agnoſceremus noſtram infirmitatem.* 353.

*Procop.*

### *Maius peccatum vbi maxima facilitas non peccandi.*

*De ligno ſcientia boni & mali ne comedas.* Leuiſſi- 354.

A mum pręceptum, qoia ſolum erat abſtinendę vnius arboris, quæ neque ſola viſu pulchra, & guſtu ſuauis: cur ergo propter tam leue præceptum, ita acerbam conſtituit pœnam nempe mortis? imo grauiore animaduerſione & ſupplicio dignus erat, quia quanto facilior eſt præcepti obſeruatio, tanto violatio eius eſt inexcuſabilior: ſic grauiſſimis verbis hoc confirmat Aug. lib. 14. de Dei ciu. ca. 14 *Quiſquis damnationem Adæ, vel nimiam vel iniuſtam putat mētiri profectò neſcit, quanta fuerit iniquitas in peccando, vbi tanta erat non peccandi facilitas: ſicut enim Abraham non immerito magna obedientia prædicatur, quia vt occideret filiū res difficillima eſt imperata: ita & in paradiſo tanto maior obedientia fuit, quanto id quod præceptum* B *eſt, nullius difficultatis fuit: & ſicut obedientia ſecundi hominis, eo prædicabilior fuit, quia factus eſt obediens vſque ad mortem: ita inobedientia primi hominis eo deteſtabilior fuit, quia factus eſt inobediens vſque ad mortem, vbi enim magna eſt inobedientiæ pœna propoſita, & res à creatore facilis imperata, quiſnam ſatis explicet quantum malum ſit, non obedire in re facili, & tantæ poteſtatis imperio, & tanto terreri ſupplicio?*

Aug. li. de ciuit. cap. 14.

### *Peccatum mors animæ.*

355 *In quacunque die comederis, morte morieris.* Scimus C comediſſe, & tamen non mortuos fuiſſe, quamuis debitum moriendi incurrerunt, certum eſt aliam mortem actualiter ſubiiſſe, nempe peccatum verum animæ interitum: ſic eleganter D Phil. Abb. bonæ ſpei epiſt. 2. *Moritur qui non audit, nō hac morte viſibili, quam ſolam impij pertimeſcunt qui inuiſibilia non videntes, ſolis viſibilibus adhæreſcunt, ſed illa terribili, quam Deus primis parentibus prædixit, ne peccarent, & inflixit peccantibus, vt veracem eius ſententiam comprobarēt quo inquit die comederitis ex eo morte moriemini. & per Prop. Exec. anima quæ peccat, verum ipſa morietur: ſicut anima corpus viuificat dum ei* D *coniungitur, & ea recedente illud neceſſario mors compellitur. ſic profectò anima moritur, cum delinquit, quia tam Deus qui vita eſt eius, delinquit.*

Phi. Ab. epiſt. 13.

Exec. 18.

### *Homo eſt liber.*

356 *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas.* Nonne præſcius Deus erat, quod homo hanc legem tranſgreſſurus eſſet, cur ergo hæc lex impoſita fuit? ſunt qoidam qui ita deſipuerunt vt hominem libertate carere aſſererent: merito ergo homini hæc lex impoſita, vt ſignificaretur eius libertas. qua ſublata nō E eſt cur imponatur pœna, ſi eam tranſgrederetur, com id non haberet in poteſtate: ita Tert. lib. 2 cōt. Marc. c. 2 *Hunc ſtatum eius confirmauit etiam ipſa lex tunc à Deo poſita, non enim poneretur lex ei, qui non haberet obſequium debitum legi in ſua poteſtate, nec rurſus comminatio mortis tranſgreſſioni adſcriberetur, ſi non & contemptus legis in arbitrij libertatem hominis deputaretur.*

### *Non ſolum viuere, ſed bene viuere voluit Deus hominem.*

357 *In quacunque enim die comederis morte morieris.* Mi- F ror quomodo Deus de quo dicitur, quod non vult mortem peccatoris, tamen pœnam mortis ſtatuit homini ſua pręcepta tranſgrędienti? non vt mortem ei inferat, hoc præceptum iubet obſeruari, ſed potius vt eius obſeruantia bene & fœliciter viueret: ita Tertullian. *Neque enim ad viuendum ſolummodo produxerat hominem vt non ad rectè viuendum in reſpectu ſcilicet Dei legiſque: eius igitur viuere ille ipſe quidem præſtiterat, facto in animam viuam, rectè vero viuere demandarat admonitione in legis obſequium: ita non in mortem inſtitutum hominem probat qui nunc cupit in vitam reſtitutum, malens peccatoris pœnitentiam quam mortem.*

Ter l. 2. aduerſ. Marc. cap. 8.

### *Mala quæ ex gula ſunt difficile aut nunquam tolluntur.*

*In quacunque die comederis morte morieris,* Cætera mala per alias cauſas potuerunt intrare in mundum; 358
mortis aduentus ſingulariter annexus fuit vetito cibo, hinc habuit mors quod minime expellatur à mundo, pulchra ſunt verba Diui Zenonis, in rem præſentem: is namque libro primo ſermone ſexto Zenon.
de patientia ait. *Vbi Adam ſacræ arboris pomum male dulce delibauit, lachrymas reperit dolores gemitus, vltimoque ſudore turbatur, poſteris hæreditatem indigeſtæ mortis dereliquit:* Expende illud, indigeſtę mortis, quippe mala quæ prætextu cibi naſcuntur, prorſus indigeſta videntur, & adeo indigeſta, vt vix poſſint extrahi ab intimis.

### *Cum præſumptione deſperatio fugienda.*

*In quocunque die comederis, morte morieris,* Mirum valde quod tam leue, vt videtur delictum, 359
tam grauis ſequatur pœna, cum videamus Deum ſæpius grauiſſima delicta parua pœnitentia condonaſſe, quemadmodum in Dauid, Magdalena, Latrone, & aliis multis ſacra docet feciſſe hiſtoria, non ſibi conſtans, & æqualis videtur eſſe Deus, cur leue delictum grauiter punist & graue leuiter? non inæqualitatis accuſetur Deus ſi ita ſe gerat? nam in hoc nos docet non nimis præſumendum de Diuina miſericordia, cum leuiſſima delicta impunita non relinqoat, nec deſperandum etiam de ipſamet miſericordia, cum etiam grauiſſima condonet: accipe Oleaſtrum, Oleaſt.
*Quo nos voluit Dominus docere, vitandum eſſe cum præſumptione deſperationem, in punitione grauis Adæ, docuit nullum peccatum in eum commiſſum eſſe leue: in condonatione vero grauium nullo pacto eſſe deſperandum: omnia etiam leuia grauiſſime punit, & omnia etiam grauia facillime condonat, quis non timebit peccata quæ fecit? cum videat leuiſſimum vt videtur peccatum, tanta ſeueritate puniri? quis autem deſperabit, videns tam grauia, tanta celeritate condonari?*

### *Iudicia Dei non ſunt inueſtiganda, ſed ei eſt obtemperandum, quoniam ipſe præcepit.*

*In quocunque die comederis, morte morieris.* Si 360
præceptum quod tranſgreditur à ratione alienum videtur, cum conſiſtat in prohibitione arboris quam ipſemet Deus condidit, cur enim eam prohibet, ſi creauit? vel cur eam produxit, ſi debet prohibere, cuiuſnam enim vtilitatis erit? ne igitur morti condemnes illius tranſgreſſores: merito condemnat, nec cur ita faciat, inquirendum, cum iudicia Dei non ſint inueſtiganda, ſed ei obtemperandum qoia præcipit: accipe Matthæum Bredembachium præfatione in Pſalterium: dicentem, Matth. Bred. pr. in Pſalt.
*Non eſt creaturæ inquirere in mandata creatoris, quare ille ſic velit & mandet, etſi nobis in ſpeciem ſtulta & abſurda videantur quæ mandet, ſed ſimplici obedientia obtemperandum eſt, is habet rationes mādatorum ſuorum.*

T iii

*quas nemo intelligit niſi is qui per ſimplicem obedientiam meretur, vt intelligas.*

### *Qui fœliciter viuit, mortuus dicendus eſt.*

361. *In quacumque die comederis, morte morieris.* Scimus ex ca 3. Euam & Adamum comediſſe, & tamen non eſſe mortuos, cùm poſtea filios genuerint atque annos plurimos vixerint: certum eſt autem Deum non poſſe mentiri, nota, quod mors duobus modis accedit, aut abſentia viuendi, aut à qualitate viuẽdi: Reſpondeo ergo mortuos fuiſſe non abſentia viuendi, ſed qualitate viuendi, in quantum qui infœliciter viuit, mortuus dici poteſt: ſic D. Gregor. in li. 5. indiction. Epiſtol. 14 *In hoc ergo quod comedendo vetitum, eius anima dicitur mortua, non abſentia viuendi, ſed à qualitate viuendi, vt poſt modum viueres in pœna, qui ad hoc creatus fueras, vt beate viueres in lætitia.*

*Greg. mag. li. 5 indict. epiſt. 14.*

### *Vita miſera deterior eſt morte.*

362. *In quacumque die comederis morte morieris*, Dixit Deus primo parenti, comedit tamen, & non mortuus eſt in illo die: nonne miſerrimam vitam duxit in laboribus & in calamitatibus? Non igitur illicò mortuus eſt, ſed vitam morte deteriorem ipſa morte ducebat: ſic Procopius: *Nec comminationis pœnas ad mortem extendit. ſed ſic expleuit ſuas minas, vt eſſet homo mortalis & caducæ conditionis, quæ eſ pœnam effecit atrociorem, quàm ſi eam è veſtigio irrogaſſes.*

*Procop.*

### *Vita quæ videtur longiſſima, breuiſſima eſt.*

363. *In quacumque die comederis, morte morieris*, Vel vt habent Septua. in quacumque hora: ſcimus primum parentem vſque ad nongentos & triginta annos vitam duxiſſe, quomodo ergo dixit quod eſſet moriturus, in quacũque hora comediſſet? Optimè vitam longiſſimam primi parentis horam nominauit, quia nihil eſt breuius, quamuis diuturna tibi videatur: accipe D. Aug. in Pſalm. 36 *Si toto tempore illo viueres, ex quo Adam de paradiſo emiſſus eſt vſque in hodiernum diem; certe videres vitam tuam non fuiſſe diuturnam, quæ ſic auolaſſet, vnius autem cuiuſque hominis vita quanta eſt, adde quantoslibet annos, & longiſſimam ſenectutem, quid ergo? Hora matutina eſt.*

*Aug. in Pſal. 36.*

### *Incarnatio verbi diuini ex noſtro peccato.*

264 *In quacumque die comederis, morte morieris.* Hanc authoritatem explicans D. Athanaſ. li. de incarnat. verbi Dei: ait quid hoc aliud quæſo ſignificat niſi non ſolummodò eos morituros, ſed etiam in mortis corruptione permanſuros? deinde ſubiungit, ſed fortaſſis admireris cur propoſita mentione de Incarnatione Dei, nunc de principio hominum, verba faciamus: ſed ô Athanaſi magis admiror, te de morte hominis loqui, & ideo etiam de peccato illius, cum mentionem facis incarnationis verbi diuini: ſed ne mireris quæſo quia vnio verbi diuini cum noſtra natura ortum habuit ex peccato hominis: ſic citatus Author. *Id non alienum eſt à ſcopo inſtitutæ orationis. neceſſe eſt enim nobis diſſerentibus de ſaluatoris noſtri ad nos aduentu, etiam diſſerere de hominum principio, vt cognoſcas noſtram culpam illi dediſſe occaſionem, vt deſcenderes, noſtramque præuaricationem verbi Dei hum. initatem elicuiſſe, vt ad nos contenderet, & inter homines appareret Dominus; illius enim incorporationis nos cauſam dedimus, & ob noſtram ſalutem ita humanus extitit, vt in humano corpore & eſſe vellet & appareret.*

*Athan. l. de incar. verbi Dei fere in principio.*

### *Chriſti mors duplicem mortem corporis & animæ reſtaurauit.*

*In quacumque die comederis, morte morieris.* Tranſgreſſus eſt præceptum, & mortuus eſt, non ſolum quoad corpus, ſed etiam & quoad animam, ſed cum Dei infinita ſit miſericordia morte vnigeniti filij ſui vtramque mortem noſtram reparauit, at dubium moueo: Chriſtus Dominus ſolum in corpore mortem paſſus eſt: non verò in anima, cum nulla in eo fuerit inuenta iniquitas, quomodo ergo non ſolum mortem corporis noſtri, ſed etiam animæ noſtræ reparauit? Quia tantæ virtutis eſt, mors vnica corporis Chriſti Domini, eam acceptantis pro genere humano, vt duplicem mortem noſtram facile reſtituerit: ſic Albinus in quæſtionibus veteris teſtamenti, *Hanc duplam mortem Chriſtus ſua ſimpla morte deſtruxit; nam ſola carne mortuus eſt ad tempus, anima verò nunquam quia nunquam peccauit.* 365.

*Albin in q. veteris teſtamenti.*

### *Deus vnumquodque ſinit operari ſecundum ſuam naturam.*

*In quacumque die comederis morte morieris*, Non erat neceſſarium pœnam mortis homini comminari, ſed efficaciter impedire, ne mulier extenderet manum ad arborem prohibitam, fructumque illius porrigeret viro; & ſic Deus ab aliquibus non accuſaretur author malorum, cùm ea potens impedire, non impedit: non decet diuinam prouidentiam, omnia efficaciter prohibere & impedire, imò ſinere vt res quas ipſe condidit conuenienter naturis ſuis operentur, liberæ non neceſſariò, neceſſariæ non liberè. ſic D. Auguſt. lib. 7 de Dei ciuitate cap. 30. *Deus quæcumque creauit, ſic adminiſtrat, vt ſuos eos exercere & agere motus ſinat.* 366.

*Aug. l. 7 de ciuit. c. 30.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XIX.*

*Vlg.* Dixit quoque Dominus Deus non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.
*Septuag.* Faciamus ei adiutorium ſecundum ipſum.
*Cald.* Faciam ei adiutorium quaſi eum.
*Pagnin.* Faciam ei adiutorium quod ſit coram eo.
*Montanus.* Faciam ei adiutorium tanquam coram eo.
*Caietan.* Dixit Iehoua elohim non bonum Adam eſſe ſolum, faciam ei auxilium contra ipſum.
*Vatabl.* Non eſt conueniens hominem eſſe ſolum, propterea faciam ei adiutorium, quod ſit tanquam è regione ipſius.
*Lippom.* Faciam ei adiutorium correſpondens ei.
*Alii Hebræi.* Stet coram eo, vel quod ſit ſemper in conſpectu eius.
*D. Ambroſ.* Non eſt bonum ſolum eſſe hominem, faciamus ei adiutorem ſimilem ſibi.
*Tertullian.* Mulier in adiutorium maſculo data.

*Procop.* Noo eſt bonom vt ſit Adam ſolos, faciam illi adiutorium quod ſit coràm eo.

A *Alii.* Suſtentaculum quod ſit pœnes eum.
*Aquila.* Faciamus ei adiotoriom ex aduerſo eius.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

NOſter ioterpres non verba ſed ſenſum perpendit eom ait, faciamus adiutorium ſimile, alij autem verba, cum apponuot ſecundum ipſum: dictio *Neged*, cotam, ante, in conſpectu, eootra, è regiooe, ex aduerſo ſignificat.

## EXPOSITIO VERSVS XIX.

D*Ixis Dominus non eſt bonum hominem eſſe ſolum.* Quaſi diceret: cùm homo ſit naturâ ſuâ anim I ſociabile, non eſt bonum eſſe ipſum ſolitarium & abſque coonſortio aliorum hominum, fuiſſet ei eoim vita tametſi omnibus bonis afflueret, iniucunda, & acerba, non eſt bonum etiam hominem eſſe ſolum, quia cum Adam eſſet caput & ſeminarium geoeris humani, quod ab eo deberet propagari, ideo neceſſaria erat mulier, vt ſimul cum ea ad prolis ge- B nerat. & moltiplicar. concurreret, ideo ſubiungitur.

*Faciamus ei adiutorium* Ad prolis propagationem & educationem, & ad familię gubernationem, nec non cæteras vitæ neceſſitates ſubleuandas; *ſimile ſibi* ſcilicet in natura, ſtatura, in loquela, in hiſce omnibus mulier ſimilis eſt viro, ex hoc deduces fœminam non per ſe ac principaliter, nec primariâ Dei intentione eſſe generatam, ſed propter virum, vt eſſet ei adiutorium ad ſubolem procreandam.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Neſcit pauca largiri Deus.*

367. N*On eſt bonum hominem eſse ſolum.* Nonne abundantiſſima ei cōtoliſti beneficia? manibus tuis formaſti ad imaginem, & ſimilitudinem tuam creaſti, dominium omnium conceſſiſti, & in paradiſo locoamœniſſimo conſtituiſti? ad quid ergo maiora vis coocedere, nempe adiutorium ſimile? quia ita liberalis eſt, vt pauca neſciat concedere: ita D. Chryſ. ho 14. in Ge. *Conſidera quomodo non ceſſias bonus Deus ſed beneficia beneficiis cumulat, & diuitias bon ſatis omni honore circumdas, & vult animali huic rationali praſtare, vt non ſolum honeſtè, ſed & commodè viuat.*

*Chry. ho. 14. in Gen.*

### *Omnes reſpicit Maria tanquam Aduocata.*

368. *Non eſt bonum hominem eſse ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Vt conceptus formetur aduertendum eſt, per hunc hominem primum Chriſtum Dominum intelligi, ex D Ber. ſuper illa verba, ſignum magnum, &c. quo poſito difficultas eſt, Chriſtus nonne ſolus poteſt ſufficere, cùm omnis noſtra ſufficientia ex eo ſit? cur ergo non erat bonum ipſom eſſe ſolum, ſed neceſſarium ſit dare illi adiutorium? per adiutorium B. Virgo intelligitur: optimè igitur dictum boqum non eſſe, hominem eſſe ſolum, ſed neceſſariom eſſe ei adiutorium, qoia peccator vereretur accedere ad Chriſtum ducem, niſi B. Virgo ei opitularetur, & ideo fuit oobis neceſſarium vt Deipara ei daretur ſocia, vt filij iuſtitiam ſua clementia temperaret: ita D. Bern. vbi ſupra. *Diuinam in eo vero (in Chriſto Domino) venerentur maieſtatem homines, nō ſolum illi cantatur miſericordia, cantatur pariter & iudicium, denique Deus ignis conſumens eſt, quidni vereatur peccator accedere, ne quemadmodum cera fluit à facie ignis, ſic pereat ipſe à facie Dei: ſed quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? nihil auſterum in ea, nihil terribile, tota ſuauis eſt.*

*Bern. ſuper illa verba ſi gnū magnum, &c.*

### *Maria maximum adiutorium generi humano.*

369. *Non eſt bonum hominē eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi* Hoc adiutorium aſſompſit Deus ex ipſo Adamo, ædificauit, inquit textus, Dominus co- C ſtam, qoam tulerat de Adamo in mulierem; quod expendens D. Amb. ait, bene ædificauit vbi de mulieris creatione loquebatur, quia in viro & muliere domus videtur plena quædam eſſe perfectio: ſed irriſit impius Apoſtata Iulianos ſapientiam Dei, quæ generis humani caput fœmineo ortu fœdauerit, vbi inquit primogenita fœmina domum ſtabiliuit? vbi oon obſcurauit? egregium ſane adiutorium generis humani ſatori? ſi primò ex illo fœmina naſcatur, ô quam præclare reſpondit euentus ruinæ, totius generis huic primo fœmineo natali: ſi ruerunt omnes D in Adam, per Euam, vbi adiutoriom fœminæ primo natæ? hæccine eſt illa Dei adiutrix, imo labefactrix, primogenita, ſed os impium elegante tob- ſtruit acumen Ter. l. 2. cōt. Marc. c. 4. *Etenim bonitas finxis hominē, eadem bonitas adiutorium proſpexit, non eſt enim bonum hominē eſſe ſolum: ſciebat ille ſexum Mariæ profuturum*, proſpexit quidem Deus adiutorium hominum generi humano per correctionem fœminæ primogenitæ, ſed oon per fœminam quam impij cogitarent, ſed per Mariam: ſciebat illi profuturum ſexum Mariæ, ſciebat vel vt vmbra Mariæ E primogenitæ, obſcuratom genos illuminandum, familiam redintegrandam humanam, in priſtinamq; gloriam reuocandam: propterea inquit Ber. ſer. 1. ſup. Miſſus eſt, curre Eua ad Mariam, filia pro matre reſpondeat, ipſa mortis opprobrium conferat, ipſa patri pro matre ſatisfaciat, quia Eua, ſic vir cecidit per fœminam, iam non erigitur niſi per fœminam.

*Ter. l. 2. contr. Marc. c. 4.*

### *Ioſeph ſimilis Mariæ.*

*Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Hæc in mundi creatione dicta, Eua 370.
F enim data eſt Adamo in adiutorium ipſi ſimile: ſed poteritne dici à Deo, faciamus mulieri adiutorium nempe virum ipſi ſimilem? nequaquam dicens, ſed falleris; nam Virgini ſanctiſſimæ Ioſeph exhibetur ipſi ſimilis, ac tantum non idem cum illa. Pulchrè noſter S Bernardinus Sen. ſer. de Ioſeph: *Quomodo* (ait) *cogitare poteſt mens diſcreta, quod Spiritus ſanctus tanta vnione (coniugii ſcilicet) vniret menti tanta virginis aliquam animam, niſi ei virtutum operatione ſimillimam? vnde credo Ioſeph fuiſſe mundiſſimum in virgini-*

*Noſter Bernardinus.*

*tate, profundiſſimum in humilitate, ardentiſſimum in charitate, altiſſimum in contemplatione, & felicisſimũ procemus ſalute, ad ſimilitud nem illius Virginis ſponſa ſua, vt videlicet eſſet adiutorium ſimile Virgini.*

*Matrimonium debet eſſe cum conſe ſu..*

371 *Non eſt bonum eſſe hominem ſolũ, faciamus ei adiutoriũ ſimile ſibi.* An ſolum intra ſe hoc locutus Deus eſt, ait Tho. hoc etiam dixit illuſtratæ menti ipſius Adæ; cur neceſſe fuit vt ei daretur adiutorium, quod ſciret Adam? quia matrimonium non debet fieri ſine conſenſu partium: ita Tho c. 2. in Ge. *Dixit Deus non tantum intra, ſed etiam illuſtratur menti ipſius Ada, fuit enim conueniens exigere eius conſenſum, quia nulli debet dari vxor ſine eius proprio conſenſu, neq; de ſubſtãtia ſua debebat fieri quicquã, ſine eius conſenſu aliquali.*

Th. An.

*Mulier æqualis viro.*

372 *Non eſt benũ hominem eſſe ſolum.* Addit, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi, cur non ait ſicut de luce, fiat lux, &c. ita etiam de muliere, fiat mulier, nonne hoc iuſſu fieret? Nota ad declarandam hominis dignitatem, cum illum voluit formare, Deus ait, faciamus. Reſpondeo ergo etiam debuiſſe dicere in formatione mulieris Deum, non fiat; ſicut in aliis creaturis, ſed faciamus, ad declarandam eius dignitatem, & cũ viro æqualitatem: ita D. Chryſoſt. ho. 14. in Gen. *Vt ſciret Adam quod animal formandum æquale cum ipſe dignitatis, eſſet futurum, idcirco quemadmodum de ipſo dicebat faciamus, ſic & nunc dicit, faciamus illi adiutorium ſecundum illum.*

Chr. ho. 14. ita etiam Anaſt. Nice. queſt. 6. 2.

*Conſolatio hominis, & adiutrix mulier eſt.*

373 *Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi* Vel vt habent Sept. adiutorium ſecundum ipſum, cur additum eſt, ſecundum ipſum, vel ſimile ſibi? Nota maximum ei beneficium collatum eſſe cum datur adiutorium ei, ſimiliter animalia etiam adiuuant: Reſpondeo ergo ad declarandam mulieris diſſimilitudinem ab animalibus, & æqualitatem, ſiue cum homine ſimilitudinem, non fuit ſatis dicere adiutorium, ſed neceſſarium fuit addere, ſecundum ipſum vel ſimile ſibi, illa enim vera hominis adiutrix & conſolatrix: ita D. Chryſoſt ho. 14. *Non ipſum ſolum eſſe ſed habere ex contubernio conſolationem aliquam, neque hoc ſolum, ſed producenſ us erit adiutor ſibi ipſi congruus, mulierem inſinuans & propterea cum dixiſſet, faciamus illi adiutorem, addidit, ſecundum illum, vt cum videris ſtatim adduci beſtias, & omnia volatilia cœli; ne putes de illis eſſe dictum: nam licet adiuuent illum in laboribus ſuis multa irrationabilia animantia, nullum tamen eſt par rationali mulieri.*

Chr. ho. 14.

*Mulier bona videtur, quia redemptorem paritura.*

374 *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Cur ergo bonum erit hominem eſſe, ſi ei mulier adiungatur? hoc tamen non ita mihi videtur eſſe quia per mulierem homo ductus eſt in lapſum, cum illa primo tranſgreſſa fuerit Dei præceptum per eſum ligni vetiti, dederitque viro ſuo comedendum; nonne mulier aliquando redemptorem genitura erat; Dicam ergo bonum fuiſſe viſum hominem cum mulier ei data eſt in adiutorium, quia quamuis eum induxit in peccatum, tamen genitura erat redemptorẽ: ita D. Amb. lib. de parad. c. 10. *Et ſi mulier prior peccatura erat tamen redemptionem ſibi paritura, non debuit ab vſu diuinæ operationis excludi, quamuis enim Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta, & in præuaricatione fuerit ſalua tamen, inquit D. Paulus 1. Tim. 1. erit per filiorum generationem, inter quos generauit & Chriſtum.*

Amb. li. de Para. c. 10.

*Propter bonum commune creata mulier.*

*Non eſt bonum hominẽ eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium* Ergo tanquam aliquid bonum mulier aſſociatur Adamo? nunc eſt difficultas ſi hæc mulier peccatorum miſeriis affecit totum genus humanum, quomodo pro bono potuit hæc fœmina adiici? Ideo fuit pro bono addita propter bonum vniuerſitatis & commune: ita reſpondet D. Ambr. libr. de parad. cap. 10. *Si igitur viro culpæ auctor eſt mulier, quemadmodum pro bono videtur adiecta? Verum ſi conſideres, quia Deo vniuerſitatis eſt cura, inuenies plus placere Domino debuiſſe, id in quo erat cauſa vniuerſitatis, quam condemnandum fuiſſe illud in quo eſſet peccati.* 375

Amb. li. de Para. c. 10.

*Mulier laudem adfert homini.*

*Non eſt bonum eſſe hominẽ ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi,* Quid eſt quæſo non eſſe bonum hominem eſſe ſolum? Nam Deus hunc ſolum non laudauit, ſicut alias creaturas non enim dixit Moyſes, vidit Deus quod eſſet bonus, nunc autem non ſolum hoc tacet, imo affirmat eum bonum non eſſe, niſi fiat ei adiutorium: nempe mulieris ſocietas, præſupponens tamen eum eſſe bonum. Reſpondet D. Ambr. de inſtit. virg. cap. 3. *Sine muliere homo non laudem habet, in muliere prædicatur, nã cum dixit non eſt bonum ſolum eſſe hominem, confirmat vtique bonum eſſe genus, ſi virili ſexui fœmineus ſexus accedat.* 376

Amb de inſti virg. c. 3.

*Mulier non eſt ſupra virum, ſed eius auxiliatrix.*

*Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Cur vſus eſt hoc vocabulo, adiutorium? nonne potuit dicere vxorem demus Adam? Ideo nomine adiutorij vſus fuit, vt non intelligeret vxorem ſuam eſſe ſeruam & ancillam, ſed adiutricem: ita Tertull. lib. 2. con. Marc cap. 11. *In adiutorium maſculi, non in ſeruitium fuit deſtinata.* 377.

Ter. l. 2. cont. Marc. c. 11.

*Non alteri debemus cito confidere.*

*Non eſt bonum eſſe hominem ſolum faciamus ei adiutorium ſimile ſibi,* Quomodo dicis in adiutorium viri voluiſſe eam formare, cum illa eum deceperit, & in lapſum induxerit? Ideo in lapſum cecidit per mulierem, quia alteri, cuius virtutem non expertus fuerat facile credidit: ita D. Ambroſ. de Parad. cap. 4. *Ille qui adiumentum vxoris habiturum ſe credidit lapſus eſt per vxorem, vnde nemo debet ſe facile alteri credere, niſi cuius virtutem probarit nec arrogare ſibi, qui ſe pro auxilio putarit adſcitum.* 378

Amb. li. de Para. c. 4.

*Deus mauult plurimos peccatores ſaluos fieri, quam vnicum hominem liberum à culpa.*

*Non eſt bonum eſſe hominẽ ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi,* Quando ſolus factus eſt Adam, non dictum eſt bonum eſſe factum Adam; quando vero ex eo mulier facta eſt, tunc eſſe bona omnia, comprehenſum eſt, licet enim omnem laudauerit 379

creaturam, & vniuarſalis creatio ſit probata, quoniam in homine creaturæ prædicata eſt communitas; tamen non videbitur otioſum, qua ratione vbi factus eſt ſolus homo non ſolum nequaquam prædicatio boni complacito operi adiecta ſit, ſed etiam dictum ſit non bonum eſſe ſolum hominem; cùm non ignoremus ante mulieris formationem non erraſſe Adam; poſtquàm verò mulier facta eſt, non ſolum prior diuinum præuaricata eſt mandatum, ſed etiam virum ſuum traxit ad errorem: melius ergo fuiſſet homini ſolitudo, quam ſocietas mulieris, per quam tranſgreſſus eſt Dei præceptum. Nota quod ex viro, & muliere plures generandi erant qui ſaluandi forent, qui ſi vir ſolus eſſet, non procrearentur: ideo igitur dixit non eſſe bonum hominem eſſe ſolum, nec viſus eſt bonus ſolus; ſed eſt ei mulier in adiutorium data eſt, quia mauult plures eſſe peccatores ſaluandos quàm vnum eſſe hominem liberum à culpa: ita D. Ambroſ. li. de Parad. cap. 10. *Ideo quia ex viro ſolo non poterat humani eſſe generis propagatio, pronunciante Dominus non eſſe bonum ſolum eſſe hominem, maluit enim Deus plures eſſe quos ſaluos facere poſſet, & quibus donaret peccatum, quàm vnum ſolum Adam qui liber eſſet à culpa.*

*Amb. li. de Para. c. 10.*

### *Filij exemplum ſumunt à parentibus.*

380. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum*, Certum eſt, quod hoc non debet intelligi, quod non ſit bonum eſſe hominem ſolum etiam pro ſtatu illo, quia ſic Deus feciſſet non bonum, quod eſt contra rationem, ſed refertur ad tempus futurum, quia erat factus, vt eſſet totius generis principium: ſed inquiro quare Deus non fecit, quod ſolus vir eſſet generationis principium? Scio rationem communem eſſe, & hoc proli formaræ competere; nam ad hoc quod proles formaretur, oportet ibi eſſe aliquid actiuum vehemens & forte, & prædominans in calore, ad ſufficientem digeſtionem materiæ, & ſiccitatem ſolidioris compactionis, requiritur etiam materia mollis & humida, & bene formabilis; iſta autem duo ſimul in vna perſona non poſſunt concurrere, & ideo oportet pro primo eſſe maſculum, qui eſt calidus & fortis, & pro ſecundo fœminam, quæ eſt humida & mollis: Reſpondeo ergo ideo etiam noluiſſe ſolum eſſe principium generationis, ſed adiutricem ei dediſſe, vt filij progeniti haberent exemplum ſocietatis humanæ, & amoris in ſuis parentibus: ſic Thom. 2. Geneſ. *Conuenit ſocietati humanæ vt fratres qui debent ſimul conuenire in vna domo, vel in vna vrbe, habeant exempla in ſuis parentibus.*

*Tho. Angli.*

### *Malum eſt à Deo abeſſe.*

381. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum*, Nonne hominem creaſti, & bonum; cum ſit ad imaginem tuam, factus? Aſſero bene dixiſſe non eſſe bonum hominem eſſe ſolum: nam abſque Deo quid boni eſt in homine? Quid eo debilius & infirmius eſt in Dei abſentia? Ita D. Auguſt. in Pſalm. 75. *Tandiu eſt aliquid homo, quando hæret illi à quo factus eſt homo*; Vnde D. Bernard. eius præſentiam concupiſcere ſemper admonet dicens, *Habete illum ſemper, non retro in humeris, ſed ante præ oculis, ne portantes, & non adorantes, & onus premat, & odor non erigat.*

*Aug. in Pſal. 75.*

### *Homo natus ad adiutorium alterius.*

382. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*, Cur non eſt bonum hominem eſſe ſolum? Nonne Deus eo modo creauit? Ideo hoc dixit quia ſine muliere generante non poteſt eſſe homo in adiutorium alterius hominis: ſic D. Ambroſ. lib. 1. de Offic. cap 28. *Hominem quoque hominis cauſa generatum eſſe in libris Moyſis reperimus, dicente Domino: non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi; ad adiumentum ergo data mulier viro, quæque generaret vt homo homini adiumento foret, denique antequam mulier formaretur, dictum eſt de Adam non eſt inuentus adiutor ſimilis illi, adiumentum enim homo niſi de homine habere non poterat.*

*Amb. li. 1. de offic. ca. 28.*

### *Hominis natura mulierem excellit.*

*Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*, Scilicet mulierem, cur tam diu diſtulit illius formationem, cùm ſit homini adiutrix? Nonne quando dictum eſt, & factus eſt homo in animam viuentem, tunc debuit & fœmina produci? Ideo poſt hominem multis interpoſitis eam formauit Deus, vt hominis naturam, excedere mulierem ſignificaret: ſic Procop. *Cæterum ſeiungit mulieris à viro mentionem eiuſque creationē poſtremo exequitur loco, vt appareat naturam viri excellere mulierem; mulier ſiquidem (vel Paulo teſte) condita eſt propter virum, & cauſa ſemper potior eſt eo cuius cauſa eſt.* 383.

*Procop.*

### *Mulier non ex primæua Dei intentione.*

*Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*, Si decreuerat mulierem formare, cur non ait abſolutè faciamus eam, non addens, *Nō eſt bonum hominem eſſe ſolum*, Nec vt adiutorium ſit ſimile viro? Cùm hominem enim creare decreuit, non ait non eſt bonum creaturas eſse ſolas, ſed abſolute dixit faciamus hominem: ideo hæc omnia addidit Deus, vt eſset adiutorium futurum hominis, vt indicaret non ex primæua ſua intentione, ſed ſecundaria eſse creatam: ſic Caietan. *Diligentius aduerte Moyſem ſtudium adhibere ad monſtrādum, cum mulier non eſt producta ex primæua Dei intentione, ſed quia non potuit fieri ſecus ad propagandam & ſeruandam ſpeciem humanam, ſecundùm naturæ ordinem, ad hanc ſiquidem oſtendendam neceſſitatem; ait quod indicauit Deus non eſſe bonum virum eſſe ſolum.* 384.

*Caiet.*

### *Matrimonium etiam remedium infirmorum.*

*Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*, Scilicet ad filios procreandos, licito matrimonio, ſed cùm paucitas hominum hoc requireret ab initio, cùm nunc genus humanum ita multiplicatum eſt, vt vix illud orbis continere poſſit, cur non à matrimonio ceſsatur? Aduerte maximam hominum eſse infirmitatem; ita vt facile propendeant in libidinem & turpitudinem; Reſpondeo ergo non ſolum ad procreandum, matrimonium eſſe inſtitutum, ſed etiam ad infirmorum remedium, teſtis eſt D. Aug. *Vtriuſque ſexus infirmitas propendent in ruinam turpitudinis, recte excipitur honeſtate nuptiarum, vt quod ſanis poſſit eſſe officium, ſit ægrotis remedium.* 385.

*Auguſt.*

### *Bonum commune non tollendum, vt vitetur malum particulare.*

*Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*, Nempe mulierem, noune ô Deus æquiſſime, occaſiones peccatorum ſunt amputandæ? mulier autem quam decernis formandam, nonne 386.

totios generis humani futura eſt ruina? Cur ergo adiutricem homini dare proponis? Nota quod plura contigere bona orbi vniuerſo ex mulieris creatione, quam ſi non formaretur? dicamus ergo, ideo mulierem formaſſe Deum, quemuis præſciret futuram eſſe occaſionem noſtræ ruinæ, quia bonum commune non tollendum vt vitetur malum particulare: ſic D. Thom. *Si omnia à quibus homo ſumpſit occaſionem peccati, Deus ſubtraxiſſet à mũdo, remanſiſſet vniuerſum imperfectum, nec debuit bonum commune tolli, vt vitaretur particulare malũ, præſertim cùm Deus ſit adeo potens, vt quodlibet malũ poſſit ordinare in bonũ.* Tho. 1. part. q. 92. art. ad 3.

*Virginitas non minor matrimonio eſt.*

357. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum*, Si ita eſt, quod non ſit bonum vt homo ſit ſolus, id eſt ſine coniugio, ergo vota nempe virginitatis, cœlibatus quæ coniugium excludunt, mala ſunt, & Dei ſententiæ contraria? Nota duo tempora vel duos hominis sta-

A rus diſtinguendos, nam in exordio mundi propter hominum paucitatem non fuiſſet bonum abſtinere coniugio, neque enim humanum genus aut perpetuari vt oportebat, aut vſquequaq; diffundi & propagari potuiſſet: poſtea vero infinitè propemodum facta hominum multiplicatione, nulla ratio quemquam hominem proprie vrgebat & cogebat matrimonium inire: dico ergo virginitatem & cœlibatũ amplecti, non eſſe contrarium ſententię diuinę dicenti non eſt bonum hominem eſſe ſolum, quia tũc temporis conditio attendebatur, nunc autem cùm

B hominum multitudo propè infinita eſt, virginitas præferenda eſt matrimonio: audi beatum Cyprian. dicentem, *Prima Dei ſententia creſcere & generare præcepit, ſecunda ad continentiam ſuaſit, cum adhuc rudis mundus & inanis eſt, copia fœcunditatis generante propagamur, & creſcimus, ad humani generis augmentum, cum iam refertus eſt orbis, & mundus impletus qui capere continentiam poſſunt, ſpadonum more viuẽtes caſtrantur ad regnum.* Cypri. tract. de habitu Virg.

## *VARIETAS VERSIONVM I. PARTIS VERS. XX.*

*Vlg.* Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cœli adduxit ea ad Adam, vt videret, quid vocaret ea.

*Septuagint.* Et finxit Deus de terra omnes beſtias agri, & omnia volatilia cœli, & adduxit ea ad Adam: *ſic Auguſt. & Ambroſ.*

*Cald.* Et creauit Deus de terra.

C *Pagn.* Et formauit de terra omnem beſtiam agri, & omnia volatilia cœli, & adduxit ad Adam vt videret quid vocaret illud.

*Arias,* Et adduxit ad ipſum hominem, ad videndum quid vocaret illud.

*Caiet.* Et formauit de terra omnem beſtiam agri, & omne volatile cœlorum, & fecit venire ad Adam ad videndum quid vocabit ei.

## *DIVERSITAS VERSIONVM II. PARTIS, EIVSDEM VERS.*

*Vlg.* Omne enim quod vocauit Adam, animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius.

*Septuag.* Et omne quodcumque vocauit Adam illud, animam viuam hoc eſt nomen ei.

*Cald.* Et omne quod vocabat.

*Mont.* Et omne quod vocauit illud homo animæ viuentis, hoc nomen eius.

*Vatab.* Et quodcumque nomen inderet illis homo,

D ipſe eſſet nomen eorum.

*Vulg. Antiq.* Et quidquid vocaret illi homo, illi inquam animæ viuenti, eſſet nomen eius.

*Caietan.* Et omne illud quod vocabit ei Adam animæ vitæ ipſum eius nomen.

*Diuus Chryſoſtomus*, Omne quodcumque vocauit Adam animam viuentem, iſtud ipſum eſt nomen illi.

*Euſeb.* Ab eo quodque vocatum eſt ſic in natura eius erat.

## *CONCORDIA VTRIVSQVE PARTIS.*

Iatzar יצר æquiuocæ ſignificationis eſt, tamen denotat fingere, formare, & largo modo creare, hinc diuerſitas verſionum, homo & Adam pro eodem ſumuntur, nempè pro primo parente omnibus animalibus nomen imponente.

## EXPOSITIO VERSVS XX.

*Formatis Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cœli.* Difficultas oritur circa productionem auium cùm eas hîc dicat Moyſes eſſe à terra, in primo autem capite aſſeruerit ex aquis originem habere; ſed ſoluitur ſi dicas quod *ly volatilibus*, referendum ad *formatis*, non autem ad *ly de humo*, vel reſpondeas quod idem aues dicuntur factæ de terra, quoniam in earum corporibus elementum terræ dominatur, quantum ad materiæ quantitatem.

*Adduxit ea ad Adam*, Certè non fuerunt intellectuali quodammodo viſione, intellectui Adami repræſentata, in ea conſiderans & conuenienter ſingulorum naturis imponens eis nomina, nullum eſſe in eis agnoſcens congruum ſibi ad vitæ ſocietatem, ſed reuera fuerunt animalia ad eum adducta,

vel per miniſterium Angelorum, vel per interiu-
rem impulſum & inſtinctum eis impreſſum, quuà
Deu rapiebantur & veniebant ad Adam.

*Inquies*, Cum piſces ſiot ex viuentibus, cur addu-
cti ad Adam non fuere, vt eis nomina imponeren-
tur? Exiſtimu quia in his nullum poterat eſſe idu-
neum Adamu adiutorium, propter nimis diuerſam
corporis conformationem, vel figuram, vel quia ex-
tra aquam poſiti confeſtim interiiſſent.

*Vt videret quid vocaret ea*, Hoc eſt vt ipſe Adam
A diligenter attenderet quu nomine vnumquodque
illorum eſſet vucandum, conſiderandu ſingulorum
naturas, & pruprietates, ex quibus ſunt nomina im-
punenda.

*Omne enim quod vocauit Adam, ipſum eſt nomen
eius*, Id eſt, cungruenter naturis animalium no-
men impuſuit, quorum licet multa tempore confu-
ſionis linguarum deperdita, & obliuiuni tradita ſint,
tamen fere iuxta eorum naturas, & pruprietates, in
ſingulis idiumatibus impoſita ſunt.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Quod homo non poteſt, Deus exequitur.*

388. ADduxit ea (nempe Deus) *ad Adam, vt videret
quid vocaret ea*, Septuag. habent, & finxit Deus
omnes beſtias agri & omnia vulatilia cœli, & adduxit
ea ad Adam: cur quæſo tantummodu beſtias agri &
volatilia cœli adduxit Deus ad Adam, vt vocaret ea?
Nonne etiam pecoribus nomen impoſuit? Cur ergu
dictum nun eſt ea adduxiſſe ad Adam? Nunne inter
animalia alia ſunt dumita & dumeſtica, alia autem
ferocia? Reſpondeu ergu ideu ſolas beſtias agri fe-
roces, non autem animalia dumeſtica adducta fuiſ-
ſe, quia quod homo nō poteſt, huc exequitur Deus,
relinquens cætera quæ in hominis poteſtate ſunt,
humanæ upetationi: ita D. Ambroſ. lib. de Parad.
Ambr. l. de Para. c. 11. ca. 11. *Indomitæ beſtiæ, & volatilia cœli diuina poteſta-
te ad hominem deducuntur, de pecoribus autem domitis
congregandis, & homo habuit poteſtatem, ita quod illud
diuinæ operationis fuit, hoc humana diligentia.*

### *Maximo amore debet homo ferri erga Deum.*

*Adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea*,
389. Quid eſt vt videret quid vocaret ea? Reſpondet
Rupert. lib. 2. Geneſ. cap. 24. vt videret quod nul-
Rup. l. 2 in Gen. ca. 24. lius eorum digna eſſe natura ſortiri vocabulum ab
hominis nomine, pro aliqua ſimilitudine natum, vel
detortum; ſed ad quid Deus voluit oſtendere homi-
ni nullum eſſe animal quod deberet ſortiri numen
illius? ſatisfacit idem Doctor, *Hoc reuera homini ad
amorem creatoris, & ad gratiarum actionem plurimum
valere debuiſſet.*

### *Quo quis eſt perfectior, eo maiori amore Deum proſequi tenetur.*

*Adduxit ea ad Adam vt videret quid vocaret ea*,
390. Certum eſt Deum voluiſſe, vt homu cunctis ani-
mantibus numina impuneret, vt intelligeret ſeip-
ſum, quantu melior eſſet cunctis animantibus ex
rationis diſcretione, & eu magis cunditionem ſuam
diligeret; ſed cur maiori amore ex hoc diligere te-
netur Deum? Reſpondet optime Albinus, *Quia me-
liorem ſe aliis viuentibus intelligit*, Quaſi diceret, quò
Albin. in q. quis eſt perfectior, eò magis conditorem ſuum di-
ligere tenetur.

### *Homo dominus omnium.*

*Adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea,
omne enim quod vocauit Adam, anima viuentis eſt no-
391. men eius*, Nonne Deus hæc nomina potuit impone-
re? cur ergo voluit ipſum hominem nominare? Nō-
ne conſuetudo viget apud humines, vt cùm aliquos
ſeruos emerunt, in ſignum eorum dominij, nomina
B imponant? Dicamus ergu ideo nun per ſeipſum, ſed
per Adamum voluiſſe animalibus nomē imponere,
vt declararet umnium eſſe Dominum: ita D. Chryſ. Chry. ho. 14. in Gen.
hom. 14. in Geneſ. *Factum eſt hoc, non vt illius ſapien-
tiam ſolum, ſed vt & ſymbolum dominij per nominum
impoſitionem cognoſcamus, vnde & Adam iubetur, vt
animalibus brutis tanquam Dominus nomina indat.*

### *Homo excedit omnes alias creaturas inferiores.*

*Adduxit ea ad Adam vt vocaret ea*, Cur ad eum
C adduxit animalia, vt eis nomina imponeret? Impo- 392.
nat ipſe Deus; ideo omnibus his creaturis non Deus
ſed humo nomen impunit vt præſtantia illius in
umnes agnoſcatur: ita Eucherius, *Vt oſtenderet quan-* Eucher.
*to priuilegio homo pecoribus antecelleret, qui ratione ſua
cuncta diſtinguere & nominatim ſecernere poſſet.*

### *Humilietur homo.*

*Adduxit ea ad Adam*, Nempe animalia forma-
ta de humo: ſi puluis vilior eſt terra, & homu ſit no- 393.
bilior creaturis inferiuribus, nempe animalibus, cur
D ait Moyſes ea ex humo formata eſſe, huminem ve-
ru de limu vel puluere? Ideu animalia de ipſa terra
furmata fuere; homo autem de puluere qui ipſa ter-
ra vilior eſt, vt ex ſua furmatiune nun habeat vnde
glorietur; ſed potius humilietur, cùm animalia in
principio formatiunis ſuæ ſint eo præſtantiora: quod
innuere videtur Caietan. *Patet differentia inter mate-* Caiet.
*riam animalium, & materiam hominis, quia iſta de ter-
ra, homo autem de puluere terræ*, Quaſi diceret: ô homo
noli ſuperbire cùm principium ex quo formatus ſis,
abiectius ſit principiu formatiunis animalium.

### *Humilitas in innocente rarior.*

E *Adduxit ea ad Adam vt videret quid vocaret ea,
omne enim quod vocauit Adam anima viuentis, ipſum* 394.
*eſt nomen eius*, Nunc eſt dubium ſi Adam omnibus
animalibus nomina impoſuit, cur Deus non permi-
ſit quod ſibi etiam numen aſſumpſerit? umitto ra-
tiunem Phil. li. 1. Alleg. dicentis ne in re prupria
erraret, & aſſeru quud cum eſſet ſanctus & inno-
cens; humilitas autem rarior inuenitur in innocen-
te, teſte D. Bernard ſerm. 45. in Cant. *Rara auis in
terris aut ſanctitatem non perdere aut humilitatem ſan-
ctimoniâ non excludi*: Hinc eſt quod ſibi non impo- Ber. ſer. 45.
ſuiſſet Adami nomen, cùm terram huiuſmodi nō-
F men ſignificet, primus autem humo ſibi compla-
cens non ſe terram vocaret, ſed cœlum, nou ſe ho-
minem diceret, ſed Cherubinum.

*In noſtra poteſtate eſt paſſionibus dominari.*

395. *Adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea,* Philip. lib. de mundi opificio exponens allegoricè hunc paradiſum, ait eſſe animam hominis, in qua quædam virtutum germina pollulant; beſtię autem agri quæ adducuntur ad Adam, noſtri irrationabiles motus ſunt, & quod beſtiæ & pecora, quædam diuerſæ ſunt corporis paſſiones, vel turbulentiores, vel etiam languidiores; volatilia autem cœli quid aliud exiſtimamos niſi inanes cogitationes, quæ velut volatiliũ more, noſtram circumuolant animam, & huc atque illuc vario motu ſæpe traducunt? dubium eſt cur Deus hæc in tali Paradiſo locauit, hoe eſt paſſiones corporis noſtri? Ergo auctor erroris videtur eſſe? Nonne dixit Deus, dominamini *Vniuerſis animantibus terræ?* Quamuis igitur in nobis ſint diuerſæ paſſiones, & cogitationes, tamen in noſtra poteſtate eſt eis dominari: ita D. Ambroſ. lib. de Paradiſo cap. 11. *Conſidera quid dicat, habete, inquit, poteſtatem piſcium maris & omnium repentium, quæ repunt ſuper terram, vides quod ille tibi tribuerit poteſtatem, vt de omnibus iudicare debeas, ſingulorum genera iudicij tui ſobria definitione diſcernens, veniunt ad te omnia Deus, vt ſupra omnia mentem tuam eſſe cognoſceres, cur qua tibi ſimilia minime reperiſti, adſcribere tibi, & copulare voluiſti? Dedit tibi certo ſenſum, quo vniuerſa cognoſceres, & de cognitis iudicares, meritoque de illo fœcundo Paradiſi agro, eiectus es quia non ſeruaſti mandatum.*

Amb. lib. de Para. c. 11.

*Ex ignorantia non peccauit homo.*

396. *Adduxit ea ad Adam vt videret quid vocaret ea,* Ad quid quæſo voluit Deus nomina imponi ſecundum naturã ſuam animalibus? Nonne ſciebat Deus hominem peccaturum? Reſpondeo ergo, ideo vt ſciremus peccatum eius non eſſe ex ignorantia, voluit vt nomina animalibus imponeret, quod maximam cognitionem requirit: ita D. Chryſoſt. hom. 14. *Deus praeſcius quod non multo poſt euenturum eſſet, oſtendit nobis quantam ſapientiam à Deo conditio à ſe homini dedit, vt quum præuaricatio mandati à Deo dati contingat, non putetur per ignorantiam peccaſſe, ſed ſcire poſſit, quod lapſus ille ex deſidia fuerit: nam quod magna ſapientia præditus fuerit, diſce ex his quæ ſunt.*

Chry. ho. 14. in Gen.

*Vult Deus vt ab eo petamus.*

397. *Adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea,* Certum eſt id ita à Deo ordinatum, vt attente Adamus conſiderans in ſingulis animantium ſpeciebus, eſſe marem & fœminam, ad procreationem ſpeciei quę inſtituta à creatore, plane intelligeret ad humanæ propagationem ſpeciei condi pariter oportere marem, & fœminam, ad procreationem ſpeciei humanę, & conſequenter neceſſitatem creandi mulierem ad generationem prolis ſibi adiutricem proſpiceret; ſed ad quid voluit Deus vt Adam proſpiceret ſibi adiutricem creandam? Vt ſic excitaretur ad petendum à Deo hoc beneficium: ita Cathar. *Vt futuræ mulieris creationem ardentiùs expeteret, eamque à Deo religioſa quadam ſupplicatione inſtàtius poſtularet,* Etenim Dominus quando aliquid maioris momenti nobis ex ſuæ bonitatis theſauro erogare decreuit, vt ipſius miſericordiæ beneficium, tametſi diuinæ gratiæ donum ſit, vt noſtris tamen precibus id concedi, & labiorum noſtrorum fructus eſſe videatur, nos ad petendum diuino quodã impulſu excitat.

Ambr. Cath. hic.

*Homo prouocatur ad gratitudinem.*

398. *Adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea.* Certum eſt quod Deus voluit ante Adamum ſiſti & oculis eius ſubiici animalia, vt ex eorum aſpectu & contemplatione atque comparatione cum ſua ipſius natura, perſpicue agnoſceret quantum ab illis differret, ac præſtaret ipſe, quantoque plura & excellentiora dona accepiſſet à Deo; ſed cur voluit Deus cognoſcere hominem ſe aliis excellentiorem eſſe, ſeque plura à Deo beneficia accepiſſe? Vt ad ſummam erga Deum gratitudinem incitaretur; quò quis enim plura accepit dona, maiores gratias referre tenetur: ſic Rupertus, *Hoc intendente Deo, vt digna ſibi à plaſmate ſuo gratia haberetur.*

Rupert.

## VARIETAS VERSIONVM VERS. XXI.

*Vlg.* Appellauitque Adam nominibus ſuis cuncta animantia, & vniuerſa volatilia cœli, & omnes beſtias terræ, Adæ vero non inueniabatur adiutor ſimilis ſibi.

*Septuagint.* Et vocauit Adam nomina pecoribus, & omnibus volatilibus cœli, & omnibus beſtijs agri, ipſi autem Adam non eſt inuentus adiutor ſimilis ei, *ſic Auguſt.*

*Cald.* Et vocauit Adam nominibus omne iomentũ, & volatile cœli, & omoem beſtiam agri, & Adæ non inuenit adiutorium quaſi eum.

*Arias,* Et vocauit homo nomina omni animali, & omni volatili cœli & omni beſtiæ agri, & homini non inuenit adiutorium tanquam coram eo.

*Caietan.* Et Adæ non inuenit adiutorium contra ipſum.

*Vulg. Antiq.* Indidit itaque homo nomina cuique iumento.

*Tertull.* Omnibus animalibus Adam nomina impoſuit, *ſic Ambroſ.*

## CONCORDIA VERSIONVM.

Diximus in concordia verſus decimi octaui quod נגד neged ſignificat coram, è regione, imo ex aduerſo, contra, & hinc fit lectionum varietas.

## EXPOSITIO VERSVS XXI.

Appellauitque Adam nominibus ſuis cuncta animalia, Id eſt cuilibet animali nomen impoſuit: Adam enim agnoſcebat proprietates animalium, & iuxta eas nomina appropriabat omnibus; dicit autẽ textus

textus *cuncta animalia*, ſcilicet quæ ante Adam introducta ſunt, quæ explicantur immediate, ſcilicet volucres cœli & beſtiæ terræ; dubium eſſe poteſt quo tempore hæc impoſitio nominum facta euenit ante mulieris formationem: nam narratio Moyſis tradit cauſam, cur Eua creari debuerit, quod ex eo Adamus intellexit quod inſpectis conſideratiſque animalibus, nullum reperiſſet quod ſibi conueniens

A eſſet, ad prolis generationem.

Ex hac impoſitione nominum ab Adamo facta, inquiri ſolet de ſcientia illius; communiter tenetur quod omni ſcientia rerum naturalium fuit præditus & hoc nobiliori modo quàm quilibet alius; nam Adam perfectam cuiuſque rei & ex propriis eius cauſis ductam ſcientiam tenebat, de ſcientia eius ſupernaturali ſermo erit verſu ſequenti.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Anima ſe ipſam non agnoſcit.*

A*ppellauit Adam nominibus ſuis animantia*, Sed cur omnibus animalibus nomina impoſuit, ſibi autem nomen non aſſumit? Quia mens ſe ipſam perfecte non agnoſcit: ſic Phil. Hebr. lib. 1. Alleg. *Nam*
Phil. Heb. l. 1. alleg. *mens quæ ineſt noſtrum vnicuique, cetera poteſt comprehendere, ſeipſam noſſe non poteſt, quemadmodum enim oculus alia videt, ſeipſum non videt, ſic & mens intelligit alia, ſeipſam non comprehendit.*

### *Suam dignitatem agnoſcere debet homo.*

*Adæ verò non inueniebatur adiutor ſimilis illi*, Ad quid hoc immediate additum, quod non inueniretur adiutor ſimilis illi poſtquam ſibi omnia animalia adducta fuere? Vt homo ſuam dignitatem cognoſceret, cum nihil in omni creatura æquale ſibi inueniretur; ita Rupert. lib. 2. in Geneſ. cap. 33 *Quid ergo in tanto ſtudio Dominus intendit? Niſi oſtendere homini, vt intelligeret honorem ſuæ conditionis, quod nihil ſibi compar eſſet iumentis, ſiue cæteris animantibus cuiuslibet generis.*

### *Societas ſit cum æqualibus.*

400. *Adæ vero non inueniebatur adiutor ſimilis illi*, Sed cur hæc verba non protulit Moyſes antequam animalia adducta fuerint ad Adamum? Videtur enim quod conuenientius fuiſſet hoc antea dixiſſe, cum de honorabiliori ſermo debeat eſſe prior? Reſpondet acute D. Chryſoſt. hom. 13. in Gen. dicens, *Prius*
Chry. ho. 15. in Gen. *animalia fuiſſe adducta ad Adamum, quam diceretur, Adæ non inueniebatur adiutor ſimilis eius, vt oſtenderetur non eſſe beſtias quibuſcum debeat homo conuerſari, ſed aliam præſtantiorem & diuiniorem requirendam.*

### *Ea quibus à Deo nomen imponitur, immutabilitatem quaſi dicunt.*

401. *Appellauit Adam nominibus ſuis cuncta animantia, & vniuerſa volatilia terræ, & omnes beſtias terræ*. Dubium eſt cur Adam non impoſuit nomina firmamento, diei, nocti, mari, terræ, ſed ipſe Deus eis nomina dederit? Reſpondet ad rem ipſe Rup. lib. 1. in
Rup. l. 1. in Gen. cap. 28. Gen. c. 28. *Quia illi ſine dubio præterennt, hæc autem dubium non eſt quod præteriri vel mutari non poſſunt*, Quaſi diceret homo cum ſit mutabilis rebus ſolum mutationi obnoxiis nomen imponit.

### *Diuinitati nunquam non & prima, & optima reſeruata.*

402. *Appellauit Adam nominibus ſuis cuncta animantia, & vniuerſa volatilia cœli.* Et quando volucres cœli adductæ ſunt ad Adam, vt de eius beneficio no-

B minibus gauderent: cur ſimiliter non adducta ſunt aſtra cœli, vt volucres, ſic aſtra in obſequium hominis condita ſunt: cur ergo hæc non adducuntur vt nomen accipiant ab eo? Erant aſtra prima, & præſtantia inter creaturas, quæ vt prima reſeruabantur Deo etiam quoad appellationem: ſic Caiet. *Sunt aſtra primo prima vniuerſi principia, & propterea merito diuinæ nominationi reſeruata ſunt.* Hæc cur & homo vt quæ prima ſunt & præſtantiſſima bonorum, eo ipſo iam vni Deo putentur addicta, qui primis & præcipuis ſemper debet honorari ab homine ſuo.

### C *Humana poteſtas non circa res veras præſtandas, ſed circa titulos & nomina rerum verſatur.*

*Appellauit Adam nominibus ſuis cuncta animantia, & vniuerſa volatilia cœli*, In primis Deus produxit 403.
animantia, dedit eis vitam, augmentum, & conſeruationem tribuit, deinde illa ad Adam ſicut & volatilia adduxit tanquam ad principem ſuum, à quo nomen acciperent. Sed qui dederat vitam, non melius ei nomina inderet? cur maluit vt à ſe recepta vita, ab Adamo nomina reciperent: volebat iam oſtendere Deus, quo ſe porrigerent humanæ poteſtates, quarum ſolnm erat non res, ſed nomina indere, ait D. Baſil. Sel. orat. 2. *Adduxit* (inquit) *Deus* Baſil. Se-
*cuncta terræ animantia ad Adam, vt videret quid vocaret ea. Eſto Adam nominum artifex, quando rerum* le.
*eſſe non potes. formentur à me, nominentur à te, quæ procreata: partiamur ſtudij huius ſolertiæ gloriam: me cognoſcant artificem naturæ, legem te Dominum intelligant appellationis nomine, inde nomen quibus ego aſſentiam.* Ecce tibi fines poteſtatis diuinæ & poteſtatis humanæ, poteſtas diuina eſt quæ dat ſubſtantiam, quæ facit vt res veræ ſint, poteſtas autem humana non
E id poteſt, ſed circa titulos, & nomina confingenda verſatur.

### *Ad gratitudinem prouocamur.*

*Appellauit Adam nominibus ſuis cuncta animantia, &c.* Cogitabis tantam huius hominis ſapien- 404.
tiam, vt nomina natiuis animalium conuenientia imponat, ſed ſi cœli pulchritudo à cordato ſpectatore viſa illum in conditoris glorificationem inducit, quid agere debet animal rationale, cùm eminentiam & magnitudinem donorum, & eximiam ſcientiam
F & ineffabilia beneficia ſibi eo lata eſſe conſiderat? An ſuis meritis hæc ſibi tribuere debet? Minime, ſed ad infinitas & immortales gratias Deo habendas excitari & induci: ſic Chryſoſt. *Authorem horum certa-* Chryſoſt.
*tim laudibus prædicare, & pro ſuis viribus Deum glorificare tentur.*

## VARIETAS VERSIONVM VERS. XXII.

*Vlg.* Immiſit Dominus Deus ſoporem io Adam, cumque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea, *ſic* Ca.d. A

*Septuag* Et immiſit Deus exſtaſim in Adam, & obdormiuit, & accepit vnam coſtarum eius, & infarſit carnem pro ea.

*Arias* Et fecit cadere Dominus Deus ſoporem ſuper hominem.

*Et Caiet.* Et reſtituit carnem pro ea.

*Vatab.* Immiſit Iehoua Deus profundum ſomnum in hominem tulitque vnum de lateribus eius, & clauſit carnem pro eo.

*Tert* Et immiſit Deus io Adam exſtaſim ſeu amẽtiã.

*Chryſoſt.* Et immiſit Deus exceſſum & dormiuit.

*D. Ambroſ.* Sumpſit vnam coſtam de latare eius, & repleuit locum eius in carne.

*Symmac.* Immiſit grauem, & profundum ſoporem.

*Aquila.* Immiſit deſcenſum.

*Anaſtaſius*, Sic & immiſit Deus eſtaſim in Adam & ſopiit.

*Athanaſ.* Immiſit Deus in Adam ſtuporem & conſopiuit eum.

## CONCORDIA VERSIONVM.

TArdema תרדמה à verbo רדם Radam deductum non ſolum quemlibet ſoporem ſed grauem & profundum ſignificat: Septuaginta & Græci partes ἔκστασιν legerunt quia ſomnum hunc non naturalem ſed ſupernaturalem intellexerunt.

## EXPOSITIO VERSVS XXII.

I*Mmiſit Dominus Deus ſoporem in Adam*, Qui ſopor non fuit ſomnus naturalis, ſed potius obdormitio, extaſis, ſeu abſorptio mentis in Deo, ex profunda ac intenſiſſima contemplatione Dei, ac myſteriorum eius, quamuis autem extaſis aliquando ſine ſomno eueniat, extaſi autem Adæ, ſopor vel ſomnus coniunctus fuit, vnde Hebræus ſoporem, Septuag. autem exſtaſin legerunt.

Cum in hac exſtaſi diximus habuiſſe cognitionem myſteriorum Dei, qualem ſupernaturalium cognitionem habuerit breuiter aperiemus, ſanctiſſimæ igitur Trinitatis, incarnationis verbi diuini, non quidem vt per mortem ſuam liberaret hominem à peccato, (non enim Adam præſcius fuit ſui caſus) ſed vt caput eſſet humani generis, ad ipſum honorandum & glorificandum, præmij ſupernaturalis, & finis & eorum quæ ad ipſum aſſequendum erant neceſſaria, vt fidei, ſpei, charitatis, &c. caſus Angelorum, coniunctionis Chriſti Domini cum Eccleſia, notitiam habuit.

*Cumque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius*, Intellige quod tulerit coſtam cum carne eius, nam infra dicitur hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de car- C ne mea: ablatio autem illius coſtæ non præſupponebat Adam monſtruoſum, tanquam aliquid nimis ſuperfluum habentem, nec poſtea mancum, tanquam ſua coſta mutilum: nam vt optime noſter Lyranus, aliquid eſt ſuperfluum, ait, in natura humana, ratione indiuidui; quod tamen eſt neceſſarium ratione ſpeciei, ſicut ſuperfluum alimenti de quo fit ſemen, eſt ſuperfluum in indiuiduo, quod aliter in quantum tale, eſt tamen neceſſarium in quantum eſt principium producendi ſibi ſimile, ad conſeruationem ſpeciei: ſic Philoſophandum de illa coſta, quæ fuit ſuperflua ratione indiuidui, & ideo illa ſublata D remanſit corpus Adæ integrum, & perfectum fuit, tamen neceſſaria in quantum mulier de ipſa erat formanda, vt ſic Adam futurum eſſet principium totius humanæ ſpeciei, & ſic illa non ſuperfluebat nec illà ablata, mancus Adam extitit.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Chriſti Domini infirmitas, noſtra eſt fortitudo.*

405 I*Mmiſit Dominus ſoporem in Adam, & tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea.* Cur quæſo formata ex oſſe ſeu coſta viri, muliere, repleuit Dominus, ſeu iuxta Septu. infarſit carnem pro ea? Quod Paulo teſte Ephes. 5. in Chriſto & Eccleſia ſacramentum magnum de quo inter alios Auguſt. tract. 15. in Ioann. de coſta Adæ dormientis (inquit) facta eſt ei vxor, quoniam de Chriſto in cruce dormiente futura erat Eccleſia, & de latere in cruce pendentis lancea percuſſo, Eccleſiæ ſacramenta profluxerunt; ſed cur non reddidit os pro oſſe, vel quare non ſolam carnem ex homine accepit ad formandam mulierem?

*Ephes. 5.*

Ex oſſe mulierem efformauit, & carnem ſolum poſuit pro eo in homine, vt per hoc ſignificetur quod Chriſtus Dominus factus fuit infirmus, vt nos eſſemus fortes: ſic D. Aug. ait. *Sed quare hoc ait quia infirmitas Chriſti nos facit fortes, potuit Deus carnem detrahere homini, vnde faceret fœminam, & magis videtur quaſi congruè potuiſſe: fiebat enim ſexus infirmior. non* E *detraxit tamen carnem ſed os, poterat pro oſſe os reddere, ſed in locum oſſis caro ãpleta eſt, quid igitur ſignificauit? Facta eſt mulier in coſta tanquam fortis factus eſt Adam in carne tanquam infirmus*, Chriſtus & *Eccleſia, illius infirmitas noſtra eſt fortitudo.*

*Auguſt. tract. 15. in Ioan.*

### *Communicans fit coniux Chriſti.*

*Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam cumque obdormiſſet tulit vnam de coſtis eius.* Numquid aliter non potuit fieri, vt dormienti coſta detraheretur ex qua coniux ædificaretur? Poterat Deus certe aliter efficere, qua de cauſa ergo ſic mulierem ex coſta dormientis condidit? Reſpondet Diuus Auguſt. *Congruentius iudicauit vt ſic faceret, vnde aliquid ſignificaretur, ſicut enim dormiẽti Adæ coſta detrahitur,* 406

*Auguſt. dial. 65. qq. q 45.*

*vt coniux efficiatur, ita & Chriſto morienti de latere ſanguis effunditur, vt Eccleſia conſtruatur communicans nempe corpori & ſanguini Chriſti, efficitur Eccleſia Chriſti coniux.*

### *Omnis occaſio rixarum inter coniuges auferenda.*

407. *Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam, cumque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea*, cur de latere dormientis potius quam vigilantis ea coſta ablata fuit, vt mulier formaretur? cur etiam loco coſtæ ablatæ carnem repoſuit? ex dormientis & non vigilantis latere coſtam abſtulit, & poſtea carnem illius loco appoſuit, ne cum aliquo ſenſu doloris auferretur, & ne aliquid ſibi deeſſet ex qua poſtea rixarum occaſiones inter coniuges naſcerentur: ita D. Chryſoſt. in Gen. *Vt neſentiendo dolorem, mulieris ex ſe formatæ, poſtea doloris memor, ſuſenſus fieret.* (Chry. ho. 15. in Gen.)

### *Maxima inter coniuges debet eſſe vnio.*

408. *Tulit vnam de coſtis eius*, Ex qua formata eſt mulier, hanc coſtam ex latere eius fuiſſe ablatam omnes aſſerunt, cur potius ex latere quàm ex anteriori parte, vel ex poſteriori eduxit? nonne anterior pars eſt alteri oppoſita, poſterior vero eſt vilis? ergo nec ex anteriori vt oppoſitam non haberet, nec ex poſteriori ne vilem crederet, ſed ex latere vt eam ſummo amore diligeret: ita Gennad. *Volens Deus ampliori charitate virum vxori coniungere, fœminam è latere viri formauit, vt quidem æqualis honoris, vna tamen cum ſubiectione præ ſe ferret, nam ſi coſtam ex anteriori parte eduxiſſet, quaſi viro aduerſariam mulierem effinxiſſet, ſi vero ex poſteriori parte exemiſſet, nimio plus mulier vilis extitiſſet.* (Gennad. in Cat.)

### *Mulier ex viri connubio firmatur & ſolidatur.*

409. *Tulit vnam de coſtis eius & repleuit carnem pro ea*, Cur ex coſtæ materia formata eſt? nonne ex aliqua parte tenera corporis Adami conuenientius fuiſſet producta? nonne coſta eſt ſolida & firma? conuenienter ergo ex oſſe viri formata eſt, vt intelligat per eam formari & ſolidari: ita Aug. *Mulier facta eſt de latere viri dormientis, quæ per ipſum firma facta, quia ex oſſe eius, ille propter ipſam infirmus quia non coſta, ſed caro ſuppleta eſt.* (Aug. in Gen.)

### *Homo ex matrimonio fit infirmus & fœmineus.*

410. *Tulit vnam de coſtis eius & repleuit carnem pro ea*, Cur carnem ſolum poſuit pro coſta ablata? nonne ablatum debet reſtitui? reſtituere ergo deberet ſimiliter & aliam coſtam? non coſtam quæ ſymbolum eſt ſoliditatis & firmitatis dedit, ſed carnem mollitiei, & infirmitatis figuram; vt declararet hominem propter mulierem, mollem fœmineum & carneum eſſe: ita Lippom. *Quo facto magnum quoddam & mirum neſcio quid indicare voluit omnipotens Deus, nempe ex coniunctione mulieris cum viro, in matrimonio aliquid & non parum ſoliditatis, conſtãtiæ, & virilis fortitudinis virum amittere, quaſi coſta eſſet erepta, pro qua carnis mollitiem induit, fierique ſeipſo neſcio quomodo fragiliorem atque minorem, blanditiis imbutum fœmineis, atque affectionibus. quantumlibet id ægrè profiteri mariti ſuſtineant*, & addit dicens, *vnde & ſapientes patres, quos immorigeratos, & indiſciplinatos, ac ſuis præceptis* (Lippom.)

A *nequaquam obtemperantes habent filios, optime eis conſulunt, ſi maritali illos vinculo copulauerint, nullus enim adeo efferus & effrænis animus, quem breui fœminea cohabitatio non deiiciat, atque molliat, vt vſu videre quotidie licet.*

### *Vir non habeat plures mulieres.*

*Tulit Deus vnam ex coſtis eius*, Ex qua ſcilicet for- 411.
mauit mulierem, nonne plures coſtę in Adam erant? cur ergo ex pluribus coſtis plures mulieres non formãtur ex quibus cito propagatio fieret? ideo ſolum vnam ad formandam vnam mulierem, & non plures tulit ad plures ædificandas, quia vir vnicam & non plures debet habere, hoc eleganter notauit in exhort. ad caſtit. Tert. *Cum hominem Deus figuraſſet, eique parem neceſſariam proſpexiſſet, vnam de coſtis eius mutuatus, vnam illi fœminam finxit: cum vtique nec artifex nec materia defeciſſet. plures coſtæ in Adam & in fatigabiles manus in Deo ſed non plures vxores apud Deum. & ideo homo Adam, & mulier Eua vnis inter ſe nuptiis defuncti ſunt, formam hominis Dei de origine authoritate, & primam Dei voluntatem ſanxerunt. erũt duo in carne vna nõ tres, neque quatuor, alioqui iam non vna caro, nec duo in vnam carnem tunc erunt, ſi coniunctio & concretio duorum in vnitate ſemel fiat.* Non loquimur in priori illa ætate in qua ob paucitatem hominum concedebatur ſemel plures vxores habere, nec etiam de vxoribus ſucceſſiue, nam vna defuncta aliam ducere licitum eſt. (Tert. in exhor. ad caſt. cap. 5.)

### *Cum quis matrimonium inire debet, obdormire videtur diuinis.*

*Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam, cumque obdormiſſet. ſept. habẽt, & obdormiuit.* Quomodo Deus 412.
Adamum volens iungere matrimonio, dicitur quod obdormierit, qui tam perfecte creatus eſt, quomodo ita ſomno indulget? quomodo non ſemper intentos oculos erga ſuum creatorem habet? vt nobis declararetur, quod qui de matrimonio cogitant, ſæpius diuina relinquunt, humana autem amplectuntur, ita D. Amb. lib. de Parad. c. 11. *Quis eſt iſte ſopor: niſi quia paulisper ad coniugium copulandum cum intendimus animum, velut intentos oculos ad Dei regnum inclinare atque inflectere videmur ad quendam ſomnum iſtius mundi, & paulisper obdormire diuinis, dum in ſecularibus mundaniſque requieſcimus.* (Amb. li. de Para. c. 11.)

### *Maximo amore inter ſe iungantur coniuges.*

*Tulit Deus vnam de coſtis eius*, Nempe Adam, non- 413.
ne ſicut hominem formauit de limo terræ, potuit & mulierem? cur ergo de coſta illius? de propria coſta mulierem produxit & non de puluere, vt maiori inter ſe vinculo amoris connecterentur, ita D. Aug. l. 9. de Gen. ad litt. *Propter ipſius vim coniunctionis commendandã, hoc ita fieri oportuiſſe credamus*, & D. Theod. q. 30. *Ex eo mulierem formauit vt naturalem quandam beneuolentiam & mutuam in illis insereret: ſi enim rebus ſic ſe habentibus, viri cum mulieribus contendunt, & mulieres cum viris quid non admiſiſſent, ſi aliunde mulierem formaſſet?* (Auguſt. Theod. in Gen.)

### *Mortis memoria ab initio.*

*Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam, cumque ob-* 414.
*dormiſſet*, Quid ſignificat hic ſomnus in Adam? nam ad quid homo nullo labore fatigatus, obdormit? nonne ſomnus eſt mortis imago? reſpondeo ergo ideo etiam Deum immiſiſſe ſoporem & ſomnum, quo voluit primum hominem mortis ſuę imaginem

*Sine ieiunio, beatitudo non eſt, nec virginitas perficta.*

331. *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas,* Cur quæſo imperat homini ieiunium, cum ieiunium reſte D. Athan. lib. de virgin. morbos ſanet, diſtillationes exſiccet, malas cogitationes expellat, at his omnibus primus parens carebat? ideo in paradiſo ieiunium ei impoſuit, ne ei hoc ad beatitudinem deeſſet: ita D. Hier. li. 2. aduerſ. Iouini. *Beatitudo paradiſi abſque abſtinentia cibi non potuit dedicari, quamdiu ieiunauit in paradiſo fuit, comedit & eiectus eſt.* Imo vt oſtendat ieiunium non ſolum fœlicitatis, ſed etiam virginitatis eſſe munimentum, recte obſeruat Adamum ſimul atque à ieiunio cecidit non ſolum à felicitate ſed etiam à virginitate cecidiſſe: ait enim: *Eiectus ſtatim duxit vxorem, qui ieiunus in paradiſo virgo fuerat, ſatur in terra, matrimonio copulatur.*

*Ath. li. de virginitate. Hier. li. 2. aduer. Iouin.*

*Ieiunium defenſio aduersùs dæmonem.*

332. *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas,* Cur ei ieiunandi præceptum impoſuit? nonne ſciebat dæmonem ſub figura ſerpentis primam mulierem aggreſſurum? reſpondeo ergo ideo ieiunium præcepiſſe, vt eo muniretur aduersùs tentationem diaboli: ſic Diuus Ambroſ. *Bonum operimentum quod animam tegit, ne à tentatore deprehendatur, ne à tentatione lædatur,* vnde idem D. Ambro. ſer. 25. in Quadrage. *Caſtra ſunt noſtra ieiunia, quæ nos à diaboli oppugnatione defendunt,* & paulo poſt: *murus quidem eſt Chriſtiano ieiunium, inexpugnabilis, intranſgreſſibilis inimico,* & Diuus Chryſoſtomus ſer. ſecundo de ieiunio idem habet.

*Amb. li. de Helia & ieiu. cap 14. Idē ſer. 25. Chry. ſer. 2. de ieiun.*

*Ieiunium ab initio indicitur tanquam vtiliſſimum.*

333. *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas,* ait Diuus D Chryſoſt. ſer. 2. de ieiun. cur ieiunium præcipit cùm tunc neceſſarium non videatur? audi D. Chryſoſto. ſer. 11. de ieiun. *In paradiſo ieiunium pro magna commoditate indicitur, multo magis extra paradiſum neceſſarium poſtulatur, & cum ante plagam remedium vtiliter demonſtratum eſt, multo magis ſauciatis appetendum eſt, vt præſtet vulneribus ſanitatem, & cum ante conflictum ad reſiſtendum libidinoſis voluptatibus clypeus nobis abſtinentia neceſſarius fuit, multo magis in ipſo noſtro certamine, ieiunii auxilium ad noſtram victoriam flagitandum eſt.*

*Chry ſer. 11. de ieiun.*

*Mors à nobis ipſis.*

334. *In quacumque die comederis, morte morieris.* Vnde mora quæ fuit conſecuta? nam ſi dicas Deum mortis eſſe operatorem, eum accuſabimus, nempe quod ita immitis fuerit, vt noluerit ignoſcere, cum poſſet, aut ſi non potuerit videbitur infirmus: ſi Theologice loquamur, certum eſt Deum eſſe auctorem mortis, non primario ſed ſecundario, habetur nempe Tren. 3. Dominus ponens pacem & creans malum, nempe naturæ qualis eſt mors. Vnde Hieron. exponens hunc locum ait dicitur Deus facere mala, F infligere aduerſa merentibus, mala autem quæ nulla natura ſubſiſtunt à Domino non creantur, & D. Auguſti. cùm dixiſſet Deum non eſt auctor malorum in 1. retr. capite 29 ſic exponit dicens, videndum eſt ne male intelligatur quod dixi, Deus non eſt auctor mali, & ne putetur pœnam malorum non eſſe à Deo, pœna ergo qualis eſt mors eſt à Deo: ſed inſtituto reſpondens, dico mortem à nobis eſſe, noſ-

*Iren. tho. 3. explicatur. Hieron. Aug l. octogin. a trin. 99 qu 2. & 1. retract. cap. 29.*

A que interius noſtri fuiſſe cauſam: ita Diuus Ambr. lib de parad. cap. 7. *Homo ipſe ſibi mortis eſt cauſa, non habens Deum ſuæ mortis authorem, neque enim ſi medicus præſcripſerit ægrotanti à quibus videatur cauendum, atque ille ab interdictis non putauerit abſtinendum, cauſa ei mortis non eſt medicus, ſed vtique ipſe ſibi reus mortis eſt propria, itaque Deus quaſi bonus medicus prohibuit, ne Adam nociuura guſtaret.*

*Amb. li. de Para. c. 7.*

*Naturalis eſt timor mortis.*

*In quacumque die comederis, morte morieris,* Ad B quid Deus homini minatur mortem, cùm nullus adhuc eam guſtaſſet? & ipſe quid eſſet ignoraret: ſi ergo ignorabat, nihil timere poterat? fruſtra ergo Deus mortem pro timore obiecit homini? nonne plura quæ nondum experti ſumus noxia formidamus? dicamus ergo ideo minas mortis potuiſſe timere, quia cum ſit aliquid naturæ noxium, naturaliter inditum eſt illi quod ſibi aduerſatur, timere: ita Diu. Ambroſ. *Eſt inſitum omnibus vt etiam quæ nondum ſibi nocere experta ſunt, quaſi noxia reformident, columba nempe naturaliter ab ortus ſui initio, accipitrem timet, pulli miluum, & oues lupum: quod ſi in his irrationalibus, de aduerſo genere animantium naturalis eſt* C *terror, vt mortem fugiant, quanto magis in primo homine rationis vtique pleniſſimo, naturali quadam opinio mortis debuit eſſe vitanda?* 335.

*Ambr. vbi. ſup.*

*Mors corporalis ex ipſo peccato.*

*In quacumque die comederis, morte morieris,* Neſcio quomodo hoc verum contineat: nam cùm primus parens fructum vetitum comederit, tamen per plures annos vitam duxit, quomodo ergo ait, in quacunque die comederis, morte morieris? ſcio D. Gre. in lib. 6. regiſt. epiſt. 195. dicere, reſpondemus nos hominem primum in qua die peccauit animâ mor- D tuum, atque per hunc omne genus humanum in hac mortis & corruptionis pœnâ damnatum, & ſic mortuam animam dicimus, quod non à ſubſtantia viuendi, ſed à qualitate viuendi ceſſauerit, ideſt, non eſt Adæ anima ita mortua, vt non eſſet, ſed ita mortua, vt beata non eſſet: idem habet S. Odilo Abbas Cluniac ſerm. 5. de reſurrect. ſed cùm hic ſermo ſit de pœna mortis, & iam temporis, quomodo intelligemus eodem die quo comedit, mortuum fuiſſe, cùm tamen plures ſuperuixerit annos? optime ſoluit difficultatem Angel. Doctor. 2. 2. q. 64 art. 1. *Statim mortui ſunt primi parentes, quia licet diu* E *vixerunt, illo tamen die mori cœperunt, quo mortis legem, qua in ſenium veteraſcerent, acceperunt.* 336.

*Gre. l. 6. regiſt. epiſt. 195. Thoma. 2. 164. art. 1.*

*Mors debitum naturæ.*

*In quacunque die comederis morte morieris.* Certum eſt hanc pœnam eſſe inflictam poſteritati primi parentis: omnes enim in Adam peccauerunt, & ideo eandem pœnam demerentur; ſed ſicut Deus peccatis remedia adhibuit, nonne aliquando pro morte vitanda, aliquod adhibuit? ſcio Menandrum quen- F dam hæreticum aſſerentem eo quem offerebat, baptiſmo reddi homines immortales: ſed fallitur; nam mors cõmune naturæ debitum eſt: ſic Tert. li. de ani. c. 50. *Publica totius generis humani ſententia mortē naturæ debitum pronunciamus, hoc ſtipulata eſt Dei vox, hoc ſpopondit omne quod naſcitur, deinde tranſlatus eſt Enoc & Elias, nec mors eorum reperta eſt, dilata ſcilicet, cæterum morituri reſeruantur, vt Antichriſtum ſanguine ſuo extinguant: obiit & Ioannes quem in aduentu Do-* 337.

*Ter. l. 56. de anim. c. 50.*

*mini remanſurum fruſtra fuerat ſpes*, irridens deinde mendacium, ait, *Vbi ſunt illi quos Menander ipſe perfudit, quos in ſtygem ſuam merſit?*

### *Mortis cogitatio frænum peccatorum.*

338. *In quacumque die comederis, morte morieris*, Cur pœnam mortis & non aliam imponit, quia nihil tam in officio continet, & à peccato refrænat quam mortis cogitatio: ideo hac memoria voluit arinare primum parentem: ſic Diuus Aug. li. 2. de Geneſ. contra Manichæos, ad finem. *Nihil ſic reuocat homines à peccato, quemadmodũ imminentis mortis cogitatio.*

*Aug. li. 2. de Gen. contra Manich.*

### *Mors per Chriſtum Dominum in melius mutatur.*

339. *In quacumque die comederis morte morieris*. Lex ergo ſtatuta eſt ſi peccaueris, morieris, nunc autem verbi gratia dicitur morere, ne pecces, mors bona eſt igitur? quis hanc mortem ita ſuauem effecit omnibus, ante omnium terribilium terribiliſſimam? & morte Chriſti id effectum eſt, vt mors quæ antea timebatur, nunc potius appetatur: ſic Diu. Auguſti- C nus libro decimo tertio de ciuit. cap. 4. *Quod tunc* (inquit) *timendum vt non peccaretur, nunc ſuſcipiendũ ne peccetur, ſic per ineffabilem miſericordiam Dei, ipſa pœna vitiorum tranſit in arma virtutis, & fit iuſti meritum etiam ſupplicium peccatoris: tunc mors acquiſita eſt peccando, nunc impletur iuſtitia moriendo, non quia mors bonum aliquod facta eſt, quæ antea malum fuit, ſed tantam Deus fidei praſtitit gratiam, vt mors quam vita conſtat eſſe contrariam, inſtrumentum fieret per quod tranſiretur in vitam.*

*Aug. li. 13. de ciui. c. 4.*

### *Memoria mortis vehementior ad commouendum hominem quam infernus.*

D

340. *In quacumque die comederis, morte morieris*. Nonne Deus timore pœnæ auocare hominem à tranſgreſſione præcepti volebat? cur ergo ei metum maiorem quam mortis non indidit, dicens: in quocunque die comederis in infernum deſcendes? ſic enim terrore inferni perculſus abſtinuiſſet à fructu vetito: non pœnas inferni ſed mortis expreſſit, quia memoria mortis vehementior eſt ad continendum hominem, quam ipſa inferni: ſic Pererius, *Licet pœna inferni reipſa grauior ſit, quam mors corporis: comminatio tamen corporalis mortis, acrior eſt & vehementior* E *ad commouendum hominem.*

*Pererius.*

### *Memoria mortis ad virtutem nos inducit.*

341. *In quocũque die comederis morte morieris*, Si tot pœnæ ſunt ipſa morte grauiores, vt vita calamitatibus plena (quælibet enim calamitas mors eſt) cur ei hanc vitam miſeram non eſt minatus? non aliam pœnam quam mortis ſe daturum homini promittit Deus, quia nihil aliud eſt quod ad virtutem amplectendam ita nos inducat ſicut memoria mortis. ſic Procopius, *Mortem minatus eſt, vt Adamum eiuſque poſteros ad modeſtiam & virtutem pertra-* F *heret.*

*Procop.*

### *Scientia tumultuaria prohibetur.*

342. *De ligno ſcientia boni & mali ne comedas, in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Cur pœnam imponit ſuæ tranſgreſſioni? nam non obedire præcepto quod non videtur bonum, non eſt



A peccatum, & ideo pœna non debet infligi, bonum eſt autem dignum cognitionis boni & mali, quandoquidem Deus & bonum & malum nouit, ait enim: ecce Adam factus eſt tanquam vnus ex nobis, ad ſciendum bonum & malum; ſi igitur bonum eſt habere ſcientiam boni & mali, bona autem eſt, quia Deus eam habet, videtur qui eam interdicit hominibus non rectè interdicere, & ita tranſgreſſioni illius pœna non eſt bene conſtituta: Reſpondeo non cuiuſlibet, ſed ſcientiæ tumultuariæ cognitionem prohibuiſſe, cuius prohibitio iuſtiſſima, & B ideo pœna inflicta: ita D. Amb. l. de parad. c. 6. *In eo præuaricationis culpa eſt, non obediendũ eſſe mandato, quia etiam tumultuariam ſcientiam boni & mali Dominus Deus putauit inhibendam.*

*Amb li. de Para. c. 6.*

### *Scientia bona eſt cum ea ſcimus vti.*

*De ligno ſcientia boni & mali ne comedas.* Cur Deus hoc prohibet? nonne ſcientia boni & mali optima eſt? ſcire enim bonum melius eſt quàm neſcire, & ei qui bonum ſciat, pulchrum eſt ſcire etiam quod malum eſt, vt ſciat vitare prauum, & vt prudens ſu- C beat cuſtodiæ cautionem: cur ergo ei Deus præcepit ab hoc ligno ſcientiæ boni & mali abſtinere? quid quæſo prodeſt medico ſcire, quid proſit & quid noceat ægro, niſi cognitione ea, quemadmodum oportet vtatur? cognitio ergo non eſt bona, niſi ea vtaris vt oportet: dicamus ergo ideo Deum noluiſſe, vt comederet de ligno ſcientię boni & mali, quia præuiderat ea cognitione non bene vſurum: ita D. Ambr. l. de parad. c. 7. *Pulchrius eſt, vt vtrumque norimus, & quia ſcimus bonum, fugiamus quod malum eſt, & ex eo quod cognoſcimus malum, boni gratiam præferamus, ſed ita debes vtrumque ſcire, vt profundè noueris, & quod* D *noueris exequaris, actuſque ſcientia cõgruat: grauat enim ſcire, quod vel exequi vel vitare non velis, grauat ſcire ſine vſu atque opere cognitionis profunda*: deinde addit, *ideo non eſt cognitio bona niſi ea vtaris vt oportet, itaque Deus vt bonus medicus prohibuit ne Adam nocitura guſtaret.* 343.

*Amb. li. de Para. c. 7.*

### *Non præſtat omnis ſcientia.*

*De ligno ſcientia boni & mali ne comedas.* Nonne ſcientia perfectio animæ eſt? cur ergo Deus videtur eam prohibere? quia multa aliquando præſtat neſcire quàm non ignorare, quod expendit D. Ber. ſer. E 36. in Cant. *Vigilantiſſime obſeruare, quid ſcire magis priuſue oportet, ea ſcire prius ampliuſque curare, quæ ſenſeris viciniora ſalutis ſcias id prius, quod maturius ad ſalutem, id ardentius, quod vehementius ad amorem, & tantum ad ædificationem tuam & proximi ſunt: namque qui ſcire volunt eo fine tantum vt ſciant, & turpis curioſitas eſt, & ſunt qui ſcire volunt vt ſciantur ipſi, & turpis vanitas eſt: & ſunt qui ſcire volunt, vt ſcientiam ſuam vendant, verbi gratia pro pecunia, pro honoribus, & turpis quæſtus eſt: & ſunt qui ſcire volunt, vt ædificent, & charitas eſt, & ſunt qui ſcire volunt vt ædificentur, & prudentia eſt.* 344.

*Ber. ſer. 36. in Cantic.*

### F *Fidem Deus vult integram manere.*

*In quacumque die comederis ex eo morte morieris.* Comedit & tandem mortuus eſt, & nos ſicut in Adam omnes peccauimus, ſic etiam morte plectimur: ſed dubium inſurgit, cur ipſam mortem patimur, cùm peccata noſtra per Chriſti Domini paſſionẽ dimiſſa ſint, & per ſacramentũ regenerationis dimittantur, ratio dubitandi eſt, quia mors eſt pœna peccati, nota 345.

quod immortalitas corporis à nobis crediiur futura A ta: reſpondet ergo D. Auguſtinus 13. de Dei ciuit. cap. 4. *Diximus ad hoc, quoniam ſi regenerationis ſacramentum cõtinuò ſequeretur immortalitas corporis, ipſa fides eneruaretur, quæ tunc eſt fides, quando ſpectatur in ſpe quod in re non videtur: item quia ad Chriſti gratiam omnes accurrerent, non inuiſibili præmio, ſed ne à corpore ſoluerentur, & ita neque fides eſſet, confeſtim ſui corporis ſumendo mercedem.*

*Aug. 13. de Dei ciu. c. 4.*

## *Spem in Deo habete, vt maiora poſſideatis.*

346. *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas.* Rupertus ait, quod in hoc præcepto exigebat Dominus ab homine virtutem ſpei, cur præceptum hoc obſeruare debebat de ſpe habenda? nonne optima quæque poſſidebat, Dominus omnium in loco amœniſſimo conſtitutus? nonne alia ſunt multò maiora his, nẽpe cœleſtia? dico ergo quòd hoc pręceptũ in quo eluceret eius ſpes, obſeruare debuerat, vt multo maiora à Deo obtineret: ita Rupertus, *In præcepto dicentis, de ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas, ſpem inſignem habere debuit: ſpem inquam habere, & de bono ſperare debuit, quod is qui gratuitæ tanta iam bona ſibi contulerat, profectò ſubiectioni & obedientiæ in præcepto cuſtodienti, maiora quæ promittebat cœleſtem paradiſum, & ſanctorum Angelorum ſocietatem quandoque conferret.* B C

*Rup. Abb. l. 2. in Gen. cap. 31.*

## *Bonum non agnoſcitur, niſi prius amiſſum fuerit.*

347. *In quacumque die comederis, morte morieris,* Comedit & mortem incurrit, & ſimul nos omnes, dubitat D. Chryſoſt. ſciens qui potuit auferre mortem, quare hominem voluit tranſire per mortem? dico ideo vitam cum morte mutare nos voluiſſe, vt vitam beneficium Dei exiſtimaremus, quam tanti non faceremus, ſi nunquam ea priuaremur: ſic idem Author, *Vitam Deus dedit & homini, mortem venire prædixit; ſed ille qui aduerſa non ſenſerat, præcepta ſeruare neſciuit. bona quam ſint bona, neſcire niſi malorum cognitione non poſſumus,* expende illa vltima verba. D

*Petr. Chryſ. ſer. 131.*

## *Qui aliis imperare vult, prius ſciat obedire.*

348. *Ex ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas.* Neſcio qua de cauſa quem omnium dominum conſtituit, nunc vult eſſe ſubiectum in obſeruatione mandati? quia qui aliis dominari & imperare vult, prius ſciat obedire neceſſe eſt: ita D. Greg. li. 2. dial. c. 1. *Præeſſe non audeat qui ſubeſſe nõ didicerit, nec obedientiam ſubiectis imperet, quam prælatis non nouit exhibere.* E

*Greg. Mag. l. 2. dial. c. 1.*

## *Abſtinentiæ occaſio datur.*

349. *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas,* Cur Deus fructus arboris quam creauerat, eſum prohibet, ſicut & poſtea aliqua animalia voluit eſſe immunda, quæ tamen vidit eſſe bona? ideo hanc legem ſtatuit de fructu non comedendo, & poſtea de animalibus immundis, vt abſtinentiæ leges ſtatueret: ita Tertullianus, *Si lex aliquid detrahat cibis, & immunda pronuntiat animalia, quæ aliquando benedicta ſunt, conſilium exercendæ continentiæ intellige, & frenos impoſitos illi gulæ agnoſce, quæ cum panem comederet Angelorum, cucumeres & pepones Ægyptiorum deſiderabat* F

*Ter. l. 2. contr. Marc. c. 19.*

## *Gloriam non omnes capiunt.*

*In quacumque die comederis, morte morieris.* Inquiro cur pœna tranſgreſſioni imponitur, nullum autem præmium obſeruationi? nonne ſicut punitur, ita præmio digna eſt obedientia Deo præſtita? debebat ergo Deus regnum cœlorum promittere, ſi ſuum præceptum ſeruaſſet? ideo non promiſit, quia ita ſublime erat regnum cœlorum, vt facile capere non poſſet: ita Procopius, *Adamo tranſgreſſori pœnam ſtatuit, quo eum cautiorem redderet, & magis à tranſgreſſione deffenderet, ſic omiſit adhortans ad præcepti obſeruationem, mentionem facere regni cœlorum; maior enim & ſublimior erat ſermo de regno cœlorum, quàm vt is eum capere potuiſſet.* 350.

*Procop.*

## *Iniuſtè bonis abutuntur impij.*

*De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas.* Tamen hanc legem non ſeruauit Adam, nonne pręceptum erat optimum lex iuſta? cur ergo Adam male ea vtitur? Reſpondeo quod figuratiuè repræſentat iniuſtos, qui bonis abutuntur iniuſtè: ita Diuus Thomas: *Quemadmodum iniuſti male vtuntur, non tantum malis, ſed etiam bonis, ita iuſti bene vtuntur non tantum bonis, ſed etiam malis: iniuſti male lege vtuntur, quamuis lex ſit bona; iuſti autem bene morte vtuntur, vt patet in martyribus, quamuis mors ſit malum.* 351.

*Tho. 2. 2. q. 164. a. 1. ad 5.*

## *Noſtris meritis vult Deus vt obtineamus quod concedere decernit.*

*De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas.* Si Deus hominem immortalem condiderat, eumque ita manſurum volebat, cùm lignum vitæ conceſſit edendum, cur lignum ſcientiæ boni & mali prohibet, ex eſu cuius illud donum immortalitatis perderet, vel abſtinens ab eo illud conſeruaret? nonne conuenientius fuiſſet ſine vlla conditione ei tribuere? minime, quia noſtris meritis vult Deus vt obtineamus, quod concedere decernit: accipe Procopium, *Si immortalitate nos amicire voluit (obijciunt aliqui) quid erat opus præcepto propter quod peccaturi eramus, & deinde iudicij eius ſentire ſeueros aculeos? cum ſic (reſpondit) benignus & manſuetus, & vellet in incorruptibilem, & immortalem conditionem aſſerere humanum genus, ne ſua vel propria virtute id beneficium acceptum ferrent, in hunc modum egit.* 352.

*Procop.*

## *Noſtram infirmitatem vult Deus vt agnoſcamus.*

*In quacumque die comederis ex eo, morte morieris,* Tranſgrediuntur illud pręceptum, Deus infert mortem: cur ô miſericors & indulgentiſſime pœnam mortis non condonaſti, vel ſaltem in aliam ſuauiorem non commutaſti? nota nullo alio remedio noſtram vtilitatem & infirmitatem nos potuiſſe agnoſcere, quam morte: ideo ergo propter peccatum mortem intulit, vt vilitatem ſuam & infirmitatem agnoſceret genus humanum: ſic citatus Procopius, *Inferens mortem hoc peccatum, voluit vt agnoſceremus noſtram infirmitatem.* 353.

*Procop.*

## *Maius peccatum vbi maxima facilitas non peccandi.*

*De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas.* Leuiſſi- 354.

mum præceptum, quia ſolum erat abſtinendę vnius A arboris, quæ neque ſola viſu pulchra, & guſtu ſuauis: cur ergo propter tam leue præceptum, ita acerbam conſtituit pœnam nempe mortis? imo grauiore animaduerſione & ſupplicio dignus erat, quia quanto facilior eſt præcepti obſeruatio, tanto violatio eius eſt inexcuſabilior: ſic grauiſſimis verbis hoc

Aug. li. de ciuit. cap. 14. confirmat Aug. lib. 14. de Dei ciu. ca. 14 *Quiſquis damnationem Adæ, vel nimiam vel iniuſtam putas mõſtri profecto neſcit, quanta fuerit iniquitas in peccando, vbi tanta erat non peccandi facilitas: ſicut enim Abraha non immerito magna obedientia prædicatur, quia vt occideret filiũ res difficillima eſt imperata: ita & in paradiſo tanto maior obedientia fuit, quanto id quod præceptum* B *eſt, nullius difficultatis fuit: & ſicut obedientia ſecundi hominis, eo prædicabilior fuit, quia factus eſt obediens vſque ad mortem: ita inobedientia primi hominis eo deteſtabilior fuit, quia factus eſt inobediens vſque ad mortem, vbi enim magna eſt inobedientiæ pœna propoſita, & res à creatore facilis imperata, quiſnam ſatis explicet quantum malum ſit, non obedire iure facili, & tanta poteſtatis imperio, & tanto terreri ſupplicio?*

### *Peccatum mors animæ.*

355 *In quacunque die comederis, morte morieris.* Scimus C comediſſe, & tamen non mortuos fuiſſe, quamuis debitum moriendi incurrerunt, certum eſt aliam mortem actualiter ſubiiſſe, nempe peccatum verum

Phi. Ab. epiſt. 13. animæ interitum: ſic eleganter D Phil. Abb. bonæ ſpei epiſt. 1. 2. *Moritur qui non audit, nõ hac morte viſibili, quam ſolam impij pertimeſcunt qui inuiſibilia non videntes, ſolis viſibilibus adhæreſcunt, ſed illa terribili, quam Deus primis parentibus prædixit, ne peccarent, & inflixit peccantibus, vt veracem eius ſententiam comprobarẽt quo inquit die comederitis ex eo morte moriemini. & per Prop.*

Exec. 18. *Ezec anima quæ peccat, ve rum ipſa morietur: ſicut anima corpus viuificat dum ei* D *coniungitur. & ea recedente illud neceſſario mori compellitur, ſic profecto anima moritur, cum delinquit, quia tunc Deus qui vita eſt eius, delinquit.*

### *Homo eſt liber.*

356 *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas.* Nonne præſcius Deus erat, quod homo hanc legem tranſgreſſurus eſſet, cur ergo hæc lex impoſita fuit? ſunt quidam qui ita deſiouerunt vt hominem libertate carere aſſererent: merito ergo homini hæc lex impoſita, vt ſignificaretur eius libertas. qua ſublata nõ E eſt cur imponatur pœna, ſi eam tranſgrederetur, cum id non haberet in poteſtate: ita Tert. lib. 2 cõt. Marc. c. 2 *Hunc ſtatum eius confirmauit etiam ipſa lex tunc à Deo poſita, non enim poneretur lex ei, qui non haberet obſequium debitum legi in ſua poteſtate, nec rurſus comminatio mortis tranſgreſſioni adſcriberetur, ſi non & contemptus legis in arbitrij libertatem homini deputaretur.*

### *Non ſolum viuere, ſed bene viuere voluit Deus hominem.*

357 *In quacunque enim die comederis morte morieris.* Mi- F ror quomodo Deus de quo dicitur, quod non vult mortem peccatoris, tamen pœnam mortis ſtatuit

Ter l. 2. aduerſ. Marc. cap. 8. homini ſua præcepta tranſgredienti? non vt mortem ei inferat, hoc præceptum iubet obſeruari, ſed potius vt eius obſeruantia bene & fœliciter viueret: ita Tertullian. *Neque enim ad viuendum ſolummodo produxerat hominem vt non ad recte viuendum in reſpe-* A *ctu ſcilicet Dei legiſque: eius igitur viueret ille ipſe quidem præſtiterat, facto in animam viuam, recte vero viuere demandarat admonitio in legis obſequium: ita non in mortem inſtituit hominem probat qui nunc cupit in uiſam reſtitutum, malens peccatoris pœnitentiam quam mortem.*

### *Mala quæ ex gula ſunt difficile aut nunquam tolluntur.*

*In quacunque die comederis morte morieris,* Cætera mala per alias cauſas potuerunt intrare in mundum; 358 mortis aduentus ſingulariter annexus fuit vetito ci- B bo, hinc habuit mors quod minime expellatur à mundo, pulchra ſunt verba Diui Zenonis, in rem præſentem: is namque libro primo ſermone ſexto Zenon. de patientia ait: *Vbi Adam ſacræ arboris pomum malo dulce delibauit, lachrymas reperit dolores gemitus, vltimoque ſudore imbuitur, poſteris hæreditatem indigeſtæ mortis dereliquit:* Expende illud, indigeſtę mortis, quippe mala quæ prætextu cibi naſcuntur, prorſus indigeſta videntur, & adeo indigeſta, vt vix poſſint extrahi ab intimis.

### *Cum præſumptione deſperatio fugienda.*

C *In quocunque die comederis, morte morieris,* Mirum valde quod tam leue, vt videtur delictum, 359 tam grauis ſequatur pœna, cum videamus Deum ſæpius grauiſſima delicta parua pœnitentia condonaſſe, quemadmodum in Dauid, Magdalena, Latrone, & aliis multis ſacra docet feciſſe hiſtoria, non ſibi conſtans, & æqualis videtur eſſe Deus, cur leue delictum grauiter puniat & graue leuiter? non inæqualitatis accuſetur Deus ſi ita ſe gerat? nam in hoc nos docet non nimis præſumendum de Diuina miſericordia, cum le- D uiſſima delicta impunita non relinquat, nec deſperandum etiam de ipſamet miſericordia, cum etiam grauiſſima condonet: accipe Oleaſtrum, Oleaſt. *Quo nos voluit Dominus docere, vitandum eſſe cum præſumptione deſperationem, in punitione grauis Adæ, docuit nullum peccatum in eum commiſſum eſſe leue: in condonatione vero grauium nullo pacto eſſe deſperandum: omnia etiam leuia grauiſſime punit, & omnia etiam grauia faciliime condonat, quis non timebit peccata quæ fecit? cum videat leuiſſimum vt videtur peccatum, tanta ſeueritate puniri? quis autem deſperabit, videns tam grauia, tanta celeritate* E *condonari?*

### *Iudicia Dei non ſunt inueſtiganda, ſed ei eſt obtemperandum, quoniam ipſe præcepit.*

*In quocunque die comederis, morte morieris.* Si 360 præceptum quod tranſgreditur à ratione alienum videtur, cum conſiſtat in prohibitione arboris quam ipſemet Deus condidit, cur enim eam prohibet, ſi creauit? vel cur eam produxit, ſi debet prohibere, cuiuſnam enim vtilitatis erit? ne igitur morti condemnes illius tranſgreſſores: merito con- F demnat, nec cur ita faciat, inquirendum, cum iudicia Dei non ſint inueſtiganda, ſed ei obtemperandum quia præcipit: accipe Matthæum Bre- Matth. Bred. pr. in Pſalt. dembachium præfatione in Pſalterium: dicentem, *Non eſt creaturæ inquirere in mandata creatoris, quare ille ſic velit & mandet, etſi nobis in ſpeciem ſtulta & abſurda videantur quæ mandet, ſed ſimplici obedientia obtemperandum eſt, is habet rationes mãdatorum ſuorum,*

*quas nemo intelligit niſi is qui per ſimplicem obedientiam meretur, vt intelligat.*

*Qui fœliciter viuit, mortuus dicendus eſt.*

361. *In quacumque die comederis, morte morieris*, Scimus ex ea 3. Euam & Adamum comediſse, & tamen non eſse mortuus, cùm poſtea filios genuerint atque annos plurimos vixerint: certum eſt autem Deum non poſse mentiri, nota, quod mors duobus modis accedit, aut abſentia viuendi, aut à qualitate viuẽdi: Reſpondeo ergo mortuos fuiſse non abſentia viuendi, ſed qualitate viuendi, in quantum qui infœliciter viuit, mortuus dici poteſt: ſic D. Gregor. in li. 5. indiction. Epiſtol. 14 *In hoc ergo quod comedenda vetitum, eius anima dicitur mortua, non abſentia viuendi, ſed à qualitate viuendi, vt poſt modum viueret in pœna, qui ad hoc creatus fuerat, vt beate viueret in lætitia.*

*Greg. mag. li. 5 indict. epiſt. 14.*

*Vita miſera deterior eſt morte.*

362. *In quacumque die comederis morte morieris*, Dixit Deus primo parenti, comedit tamen, & non mortuus eſt in illo die: nonne miſerrimam vitam duxit in laboribus & in calamitatibus? Non igitur illicò mortuus eſt, ſed vitam morte deteriorem ipſa morte ducebat: ſic Procopius: *Nec comminationis pœnas ad mortem extendit ſed ſic expleuit ſuas minas, vt eſset homo mortalis & caducæ conditionis, quæ pœnam effecit atrociorem, quàm ſi eam è veſtigio irrogaſset.*

*Procop.*

*Vita quæ videtur longiſſima, breuiſsima eſt.*

363. *In quacumque die comederis, morte morieris*, Vel vt habent Septua. in quacumque hora: ſcimus primum parentem vſque ad nongentos & triginta annos vitam duxiſse, quomodo ergo dixit quod eſset moriturus, in quacũque hora comediſset? Optimè vitam longiſſimam primi parentis horam nominauit, quia nihil eſt breuius, quamuis diuturna tibi videatur: accipe D. Aug. in Pſalm. 36 *Si toto tempore illo viueres, ex quo Adam de paradiſo emiſsus eſt vſque in hodiernum diem; certe videres vitam tuam non fuiſse diuturnam, quæ ſic euolaſset, vnius autem cuiuſque hominis vita quanta eſt, adde quantoslibet annos, & longiſſimam ſenectutem, quid ergo? Hora matutina eſt.*

*Aug. in Pſal. 36.*

*Incarnatio verbi diuini ex noſtro peccato.*

264 *In quacumque die comederis, morte morieris.* Hanc authoritatem explicans D. Athanaſ. li. de incarnat. verbi Dei: ait quid hoc aliud quæſo ſignificat niſi non ſolummodò eos morituros, ſed etiam in mortis corruptione permanſuros? deinde ſubiungit, ſed forſitan admireris cur propoſita mentione de incarnatione Dei, nunc de principio hominum, verba faciamus: ſed ò Athanaſi magis admiror, te de morte hominis loqui, & ideo etiam de peccato illius, cum mentionem facis incarnationis verbi diuini: ſed ne mireris quæſo quia vnio verbi diuini cum noſtra natura ortum habuit ex peccato hominis: ſic citatus Author. *Id non alienum eſt à ſcopo inſtitutæ orationis. neceſſe eſt enim nobis diſſerentibus de ſaluatoris noſtri ad nos aduentu, etiam diſſerere de hominum principio, vt cognoſcas noſtram culpam illi dediſſe occaſionem, vt deſcenderet, noſtramque præuaricationem verbi Dei humanitatem elicuiſſe, vt ad nos contenderet, & inter homines appareret Dominus; illius enim incorporationis nos cauſam dedimus, & ob noſtram ſalutem ita humanitus exiuit, vt in humano corpore & eſſe vellet & appareret.*

*Athan. l. de incar. verbi Dei fere in principio.*

*Chriſti mors duplicem mortem corporis & animæ reſtaurauit.*

365. *In quacumque die comederis, morte morieris*, Tranſgreſsus eſt præceptum, & mortuus eſt, non ſolum quoad corpus, ſed etiam & quoad animam, ſed cum Dei infinita ſit miſericordia morte vnigeniti filij ſui vtramque mortem noſtram reparauit, at dubium moueo: Chriſtus Dominus ſolum in corpore mortem paſsus eſt: non verò in anima, cum nulla in eo fuerit inuenta iniquitas, quomodo ergo non ſolum mortem corporis noſtri, ſed etiam animæ noſtræ reparauit? Quia tantæ virtutis eſt, mors vnica corporia Chriſti Domini, eam acceptantis pro genere humano, vt duplicem mortem noſtram facile reſtituerit: ſic Albinus in quæſtionibus veteris teſtamenti, *Hanc duplam mortem Chriſtus ſua ſimpla morte deſtruxit; nam ſola carne mortuus eſt ad tempus, anima verò nunquam quia nunquam peccauit.*

*Albin. in q. veteris teſtamenti.*

*Deus vnumquodque ſinit operari ſecundum ſuam naturam.*

366. *In quacumque die comederis morte morieris*, Non erat neceſſarium pœnam mortis homini comminari, ſed efficaciter impedire, ne mulier extenderet manum ad arborem prohibitam, fructumque illius porrigeret viro; & ſic Deus ab aliquibus non accuſaretur author malorum, cùm ea potens impedire, non impedit: non decet diuinam prouidentiam, omnia efficaciter prohibere & impedire, imò ſic oportet vt res quas ipſe condidit conuenienter naturis ſuis operentur, liberæ non neceſſariò, neceſſariæ non liberè, ſic D. Auguſt. lib. 7 de Dei ciui ate cap. 30. *Deus quæcumque creauit, ſic adminiſtrat, vt ſinat eas exercere & agere motus ſuos.*

*Aug. l. 7 de ciuit. c. 30.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XIX.*

*Vlg.* Dixit quoque Dominus Deus non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.
*Septuag.* Faciamus ei adiutorium ſecundum ipſum.
*Cald.* Faciam ei adiutorium quaſi eum.
*Pagnin.* Faciam ei adiutorium quod ſit coram eo.
*Montanus.* Faciam ei adiutorium tanquam coram eo.
*Caietan.* Dixit Iehoua elohim non bonum Adam eſſe ſolum, faciam ei auxilium contra ipſum.
*Vatabl.* Non eſt conueniens hominem eſſe ſolum, propterea faciam ei adiutorium, quod ſit tanquam è regione ipſius.
*Lippom.* Faciam ei adiutorium correſpondens ei.
*Alij Hebræi.* Stet coram eo, vel quod ſit ſemper in conſpectu eius.
*D. Ambroſ.* Non eſt bonum ſolum eſſe hominem; faciamus ei adiutorem ſimilem ſibi
*Tertullian.* Mulier in adiutorium maſculo data.

*Procop.* Non eſt bonum vt ſit Adam ſolus, faciam illi adiutorium quod ſit coràm eo.

A *Alii.* Suſtentaculum quod ſit prenes eum. *Aquila.* Faciamus ei adiutorium ea aduerſo eius.

## CONCORDIA VERSIONVM.

NOſter interpres non verba ſed ſenſum perpendit cum ait, faciamus adiutorium ſimile, alij autem verba, cum apponunt ſecundum ipſum: dictio *Neged*, coram, ante, in conſpectu, contra, è regione, ea aduerſo ſignificat.

## EXPOSITIO VERSVS XIX.

D*Ixit Dominus non eſt bonum hominem eſſe ſolum.* Quaſi diceret: cùm homo ſit natura ſuà animal ſociabile, non eſt bonum eſſe ipſum ſolitarium & abſque conſortio aliorum hominum, fuiſſet ei enim vita tametſi omnibus bonis afflueret, iniucunda, & acerba, non eſt bonum etiam hominem eſſe ſolum, quia cum Adam eſſet caput & ſeminarium generis humani, quod ab eo deberet propagari, ideo neceſſaria erat mulier, vt ſimul cum ea ad prolis ge-
B nerat. & multiplicat. concurreret, ideo ſubiungitur.

*Faciamus ei adiutorium* Ad prolis propagationem & educationem, & ad familię gubernationem, nec non cæteras vitæ neceſſitates ſubleuandas; *ſimile ſibi* ſcilicet in natura, ſtatura, in loquela, in hiſce omnibus mulier ſimilis eſt viro, ex hoc deduces fœminam non per ſe ac principaliter, nec primariâ Dei intentione eſſe generatam, ſed propter virum, vt eſſet ei adiutorium ad ſobolem procreandam.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Neſcit pauca largiri Deus.*

367. N*On eſt bonum hominem eſſe ſolum.* Nonne abundantiſſima ei cõtuliſti beneficia? manibus tuis formaſti ad imaginem, & ſimilitudinem tuam ei caſti, dominium omnium conceſſiſti, & in paradiſo loco amœniſſimo conſtituiſti? ad quid ergo maiora vis concedere, nempe adiutorium ſimile? quia ita li-
*Chry. ho. 14. in Gen.* beralis eſt, vt pauca neſciat concedere: ita D. Chryſ. ho 14. in Ge. *Conſidera quomodo non ceſſat bonus Deus ſed beneficia beneficiis cumulat, & diuitias bonitatis omni honore circumdat, & vult animali huic rationali praſtare, vt non ſolum honeſtè, ſed & commodè viuat.*

### *Omnes reſpicit Maria tanquam Aduocata.*

368. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Vt conceptus formetur aduertendum eſt, per hunc hominem primum Chriſtum Dominum intelligi, ex D. Ber. ſuper illa verba, ſignum magnum, &c. quo poſito difficultas eſt, Chriſtus nonne ſolus poteſt ſufficere, cùm omnis noſtra ſufficientia ex eo ſit? cur ergo non erat bonum ipſum eſſe ſolum, ſed neceſſarium ſit dare illi adiutorium? per adiutorium B. Virgo intelligitur: optimè igitur dictum bonum non eſſe, hominem eſſe ſolum, ſed neceſſarium eſſe ei adiutorium, quia peccator vereretur accedere ad Chriſtum ducem, niſi B. Virgo ei opitularetur, & ideo fuit nobis neceſſarium vt Deipara ei daretur ſocia, vt filij iuſtitiam ſua clementia
*Bern. ſuper illa verba ſignũ magnum, &c.* temperaret: ita D. Bern. vbi ſupra. *Diuinam in te vero (in Chriſto Domino) reuerentur maieſtatem homines, nõ ſolum illi cantatur miſericordia, cantatur pariter & iudicium, denique Deus ignis conſumens eſt, quidni vereatur peccator accedere, ne quemadmodum cera fluit à facie ignis, ſic pereat ipſe à facie Dei: ſed quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? nihil auſterum in ea, nihil terribile, tota ſuauis eſt.*

### *Maria maximum adiutorium generi humano.*

369. *Non eſt bonum hominẽ eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi* Hoc adiutorium aſſumpſit Deus ex ipſo Adamo, ædificauit, inquit textus, Dominus co-
C ſtam, quam tulerat de Adamo in mulierem; quod expendens D. Amb. ait, bene ædificauit vbi de mulieris creatione loquebatur, quia in viro & muliere domus videtur plena quædam eſſe perfectio: ſed iriſit impius Apoſtata Iulianus ſapientiam Dei, quæ generis humani caput fœmineo ortu fœdauerit, vbi inquit primogenita fœmina domum ſtabiliuit? vbi non obſcurauit? egregium ſane adiutorium generis humani ſaturi? ſi primò ex illo fœmina naſcatur, ô quam præclare reſpondit euentus ruinæ, totius generis huic primo fœmineo natali: ſi ruerunt omnes
D in Adam, per Euam, vbi adiutorium fœminæ primo natæ? hæccine eſt illa Dei adiutrix, imo labefactrix, primogenita, ſed os impium elegante obſtruit acumen Ter. l. 2. cõt. Marc. c. 4. *Etenim bonitas finxit hominẽ, eadem bonitas adiutorium proſpexit, non eſt enim bonum hominẽ eſſe ſolum: ſciebat ille ſexum*
*Ter. l. 2. contr. Marc. c. 4.* *Mariæ profuturum*, proſpexit quidem Deus adiutorium hominum generi humano per correctionem fœminæ primogenitæ, ſed non per fœminam quam impij cogitarent, ſed per Mariam: ſciebat illi profuturum ſexum Mariæ, ſciebat vel vt vmbra Mariæ
E primogenitæ, obſcuratum genus illuminandum, familiam redintegrandam humanam, in priſtinamq; gloriam reuocandam: propterea inquit Ber. ſer. 2. ſup. Miſſus eſt, curre Eua ad Mariam, filia pro matre reſpondeat, ipſa mortis opprobrium conferat, ipſa patri pro matre ſatisfaciat, quia Eua, ſic vir cecidit per fœminam, iam non erigitur niſi per fœminam.

### *Ioſeph ſimilis Mariæ.*

*Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Hæc in mundi creatione dicta, Eua 370.
F enim data eſt Adamo in adiutorium ipſi ſimile: ſed poteritne dici à Deo, faciamus mulieri adiutorium nempe virum ipſi ſimilem? nequaquam dicens, ſed falleris; nam Virgini ſanctiſſimæ Ioſeph exhibetur ipſi ſimilis, ac tantum non idem cum illa. Pulchrè
*Noſter Bernardinus.* noſter S. Bernardinus Sen. ſer. de Ioſeph: *Quomodo (ait) cogitare poteſt mens diſcreta, quod Spiritus ſanctus tanta vnione (coniugij ſcilicet) vniret menti tantæ virginis aliquam animam, niſi ei virtutum operatione ſimillimam? vnde credo Ioſeph fuiſſe mundiſſimum in virgini-*

creaturam, & vniuerſalis creatio ſit probata, quoniam in homine creaturæ prædicata eſt communitas; tamen non videbitur otioſum, qua ratione vbi ſactus eſt ſolus homo non ſolum nequaquam prædicatio boni complacito operi adiecta ſit, ſed etiam dictum ſit non bonum eſſe ſolum hominem; cùm non ignoremus ante mulieris formationem non errauiſſe Adam; poſtquàm verò mulier facta eſt, non ſolum prior diuinum præuaricata eſt mandatum, ſed etiam virum ſuum traxit ad errorem: melius ergo fuiſſet homini ſolitudo, quam ſocietas mulieris, per quam tranſgreſſus eſt Dei præceptum. Nota quod ex viro, & muliere plures generandi erant qui ſaluandi forent, qui ſi vir ſolus eſſet, non procrearentur: ideo igitur dixit non eſſe bonum hominem eſſe ſolum, nec viſus eſt bonus ſolus; ſed cū ei mulier in adiutorium data eſt, quia maluit plures eſſe peccatores ſaluandos quàm vnum eſſe hominem liberum à culpa: ita D. Ambroſ. li. de Parad. cap. 10. *Ideo quia ex viro ſolo non poterat humani eſſe generis propagatio, pronunciauit Dominus non eſſe bonum ſolum eſſe hominem, maluit enim Deus plures eſſe quos ſaluos facere poſſet, & quibus donaret peccatum, quàm vnum ſolum Adam qui liber eſſet à culpa.*

Amb. li. de Para. c. 10.

## *Filij exemplum ſumunt à parentibus.*

380\. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum*, Certum eſt, quod hoc non debet intelligi, quod non ſit bonum eſſe hominem ſolum etiam pro ſtatu illo, quia ſic Deus feciſſet non bonum, quod eſt contra rationem, ſed refertur ad tempus futurum, quia erat factus, vt eſſet totius generis principium: ſed inquiro quare Deus non fecit, quod ſolus vir eſſet generationis principium? Scio rationem communem eſſe, & hoc proli formatæ competere; nam ad hoc quod proles formaretur, oportet ibi eſſe aliquid actiuum vehamens & forte, & prædominans in calore, ad ſufficientem digeſtionem materiæ, & ſiccitatem ſolidioris compactionis, requiritur etiam materia mollis & humida, & bene formabilis; iſta autem duo ſimul in vna perſona non poſſunt concurrere, & ideo oportet pro primo eſſe maſculum, qui eſt calidus & fortis, & pro ſecundo fœminam, quæ eſt humida & mollis: Reſpondeo ergo ideo etiam noluiſſe ſolum eſſe principium generationis, ſed adiutricem ei dediſſe, vt filij progeniti haberant exemplum ſocietatis humanæ, & amoris in ſuis parentibus: ſic Thom. 2. Geneſ. *Conuenit ſocietati humana vt fratres qui debent ſimul conuenire in vna domo, vel in vna vrbe, habeant exempla in ſuis parentibus.*

Tho. Angli.

## *Malum eſt à Deo abeſſe.*

381\. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum*, Nonne hominem creaſti, & bonum; cum ſit ad imaginem tuam, factus? Aſſero bene dixiſſe non eſſe bonum hominem eſſe ſolum: nam abſque Deo quid boni eſt in homine? Quid eo debilius & infirmius eſt in Dei abſentia? Ita D. Auguſt. in Pſalm. 75. *Tandiu eſt aliquid homo, quando haret illi à quo factus eſt homo;* Vnde D. Bernard. eius præſentiam concupiſcere ſemper admonet dicens, *Habete illum ſemper, non retro in humeris, ſed ante præ oculis, ne portantes, & non adorantes, & onus premat, & odor non erigat.*

Aug. in Pſal. 75.

## *Homo natus ad adiutorium alterius.*

382\. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*, Cur non eſt bonum hominem eſſe ſolum? Nonne Deus eo modo creauit? Ideo hoc dixit quia ſine muliere generante non poteſt eſſe homo in adiutorium alterius hominis: ſic D. Ambroſ. lib. 1. de Offic. cap. 28. *Hominem quoque hominis cauſa generatum eſſe in libris Moyſis reperimus, dicente Domino: non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi; ad adiumentum ergo data mulier viro, quæque generaret vt homo homini adiumento foret, denique antequam mulier formaretur, dictum eſt de Adam non eſt inuentus adiutor ſimilis illi, adiumentum enim homo niſi de homine habere non poterat.*

Amb. li. 1. de offic. ca. 28.

## *Hominis natura mulierem excellit.*

*Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*, Scilicet mulierem, cur tam diu diſtulit illius formationem, cùm ſit homini adiutrix? Nonne quando dictum eſt, & factus eſt homo in animam viuentem, tunc debuit & fœmina produci? Ideo poſt hominem multis interpoſitis eam formauit Deus, vt hominis naturam, excedere mulierem ſignificaret: ſic Procop. *Caterum ſeiungit mulieris à viro mentionem eiuſque creationē poſtremo exequitur loco, vt appareat naturam viri excellere mulierem; mulier ſiquidem (vel Paulo teſte) condita eſt propter virum, & cauſa ſemper potior eſt eo cuius cauſa eſt.* 383.

Procop.

## *Mulier non ex primæua Dei intentione.*

*Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*, Si decreuerat mulierem formare, cur non ait abſolutè faciamus eam, non addens, *Nō eſt bonum hominem eſſe ſolum*, Nec vt adiutorium ſit ſimile viro? Cùm hominem enim creare decreuit, non ait non eſt bonum creaturas eſſe ſolas, ſed abſolute dixit faciamus hominem: ideo hæc omnia addidit Deus, vt eſſet adiutorium ſuturum hominis, vt indicaret non ex primæua ſua intentione, ſed ſecundaria eſſe creatam: ſic Caietan. *Diligentius aduerte Moyſem ſtudium adhibere ad monſtrādum, cum mulier non eſt producta ex primæua Dei intentione, ſed quia non potuit fieri ſecus ad propagandam & ſeruandam ſpeciem humanam, ſecundùm naturæ ordinem, ad hanc ſiquidem oſtendendam neceſſitatem; ait quod iudicauit Deus non eſſe bonum virum eſſe ſolum.* 384.

Caiet.

## *Matrimonium etiam remedium infirmorum.*

*Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*, Scilicet ad filios procreandos, licito matrimonio, ſed cùm paucitas hominum hoc requireret ab initio, cùm nunc genus humanum ita multiplicatum eſt, vt vix illud orbis continere poſſit, cur non à matrimonio ceſſatur? Aduerte maximam hominum eſſe infirmitatem; ita vt facile propendeant in libidinem & turpitudinem; Reſpondeo ergo non ſolum ad procreandum, matrimonium eſſe inſtitutum, ſed etiam ad infirmorum remedium, teſtis eſt D. Aug. *Vtriuſque ſexus infirmitas propendens in ruinam turpitudinis, rectè excipitur honeſtate nuptiarum, vt quod ſanis poſſit eſſe officium, ſit ægrotis remedium.* 385.

Auguſt.

## *Bonum commune non tollendum, vt vitetur malum particulare.*

*Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*, Nempe mulierem, nonne ô Deus æquiſſime, occaſiones peccatorum ſunt amputandæ? mulier autem quam decernis formandam, nonne 386.

totius generis humani futura eſt ruina? Cur ergo adiutricem homini dare proponis? Nota quod plura contigere bona orbi vniuerſo ex mulieris creatione, quam ſi non formaretur? dicamus ergo, ideo mulierem formaſſe Deum, quamuis præſciret futuram eſſe occaſionem noſtræ ruinæ, quia bonum commune non tollendum vt vitetur malum particulare: ſic D. Thom. *Si omnia a quibus homo ſumpſit occaſionem peccati, Deus ſubtraxiſſet à mũdo, remanſiſſet vniuerſum imperfectum, nec debuit bonum commune tolli, vt vitaretur particulare malũ, præſertim cùm Deus ſit adeo potens, vt quodlibet malũ poſſit ordinare in bonũ.*

*Tho. 1. part. q. 92. art. ad 3.*

### *Virginitas non minor matrimonio eſt.*

357\. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum*, Si ita eſt, quod non ſit bonum vt homo ſit ſolus, id eſt ſine coniugio, ergo vota nempe virginitatis, cœlibatus quæ coniugium excludunt, mala ſunt, & Dei ſententiæ contraria? Nota duo tempora vel duos hominis ſta- A tus diſtinguendos, nam in exordio mundi propter hominum paucitatem non fuiſſet bonum abſtinere coniugio, neque enim humanum genus aut perpetuari vt oportebat, aut vſquequaq; diffundi & propagari potuiſſet: poſtea vero infinitè propemodum facta hominum multiplicatione, nulla ratio quemquam hominem proprie vrgebat & cogebat matrimonium inire: dico ergo virginitatem & cœlibatũ amplecti, non eſſe contrarium ſententię diuinę dicenti non eſt bonum hominem eſſe ſolum, quia tũc temporis conditio attendebatur, nunc autem cùm B hominum multitudo propè infinita eſt, virginitas præferenda eſt matrimonio: audi beatum Cyprian. dicentem, *Prima Dei ſententia creſcere & generare præcepit, ſecunda ad continentiam ſuaſit, cum adhuc rudis mundus & inanis eſt, copia fœcunditatis generante propagamur, & creſcimus, ad humani generis augmentum, cum iam refertus eſt orbis, & mundus impletus qui capere continentiam poſſunt, ſpadonum more viuẽtes caſtrantur ad regnum.*

*Cypri. tract. de habitu Virg.*

## *VARIETAS VERSIONVM I. PARTIS VERS. XX.*

*Vlg.* Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cœli adduxit ea ad Adam, vt videret, quid vocaret ea.

*Septuagint.* Et finxit Deus de terra omnes beſtias agri, & omnia volatilia cœli, & adduxit ea ad Adam: *ſic Auguſt. & Ambroſ.*

*Cald.* Et creauit Deus de terra.

C *Pagn.* Et formauit de terra omnem beſtiam agri, & omnia volatilia cœli, & adduxit ad Adam vt videret quid vocaret illud.

*Arias.* Et adduxit ad ipſum hominem, ad videndum quid vocaret illud.

*Caiet.* Et formauit de terra omnem beſtiam agri, & omne volatile cœlorum, & fecit venire ad Adam ad videndum quid vocabit ei.

## *DIVERSITAS VERSIONVM II. PARTIS, EIVSDEM VERS.*

*Vlg.* Omne enim quod vocauit Adam, animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius.

*Septuag.* Et omne quodcumque vocauit Adam illud, animam viuam hoc eſt nomen ei.

*Cald.* Et omne quod vocabat.

*Mont.* Et omne quod vocauit illud homo animæ viuentis, hoc nomen eius.

*Vatab.* Et quodcumque nomen inderet illis homo, D ipſe eſſet nomen eorum.

*Vulg. Antiq.* Et quidquid vocaret illi homo, illi inquam animæ viuenti, eſſet nomen eius.

*Caietan.* Et omne illud quod vocabit ei Adam animæ vitæ ipſum eius nomen.

*Diuus Chryſoſtomus*, Omne quodcumque vocauit Adam animam viuentem, iſtud ipſum eſt nomen illi.

*Euſeb.* Ab eo quodque vocatum eſt ſic in natura eius erat.

### *CONCORDIA VTRIVSQVE PARTIS.*

IAtzar ־יצר æquiuocæ ſignificationis eſt, tamen denotat fingare, formare, & largo modo creare, hinc diuerſitas verſionum, homo & Adam pro eodem ſumuntur, nempè pro primo parente omnibus animalibus nomen imponente.

## EXPOSITIO VERSVS XX.

FOrmatis Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cœli. Difficultas oritur circa productionem auium cùm eas hîc dicat Moyſes eſſe à terra, in primo autem capite aſſeruerit ex aquis originem habere; ſed ſoluitur ſi dicas quod *ly volatilibus*, referendum ad *formatis*, non autem ad *ly de humo*, vel reſpondeas quod ideo aues dicuntur factæ de terra, quoniam in earum corporibus elementum terræ dominetur, quantum ad materiæ quantitatem.

*Adduxit ea ad Adam*, Certè non fuerunt intellectuali quodammodo viſione, intellectui Adami repræſentata, in ea conſiderans & conuenienter ſingulorum naturis imponens eis nomina, nullum eſſa in eis agnoſcens congruum ſibi ad vitæ ſocietatem, ſed reuera fuerunt animalia ad eum adducta,

vel per miniſterium Angelorum, vel per interiorem impulſum & inſtinctum eis impreſſum, quo à Deo rapiebantur & veniebant ad Adam.

*Inquies*, Cum piſces ſint ex viuentibus, cur adducti ad Adam non fuere, vt eis nomina imponerentur? Exiſtimo quia in his nullum poterat eſſe idoneum Adamo adiutorium, propter nimis diuerſam corporis conformationem, vel figuram, vel quia extra aquam poſiti confeſtim interiiſſent.

*Vt videret quid vocaret ea*, Hoc eſt vt ipſe Adam A diligenter attenderet quo nomine vnumquodque illorum eſſet vocandum, conſiderando ſingulorum naturas, & proprietates, ex quibus ſunt nomina imponenda.

*Omne enim quod vocauit Adam, ipſum eſt nomen eius*, Id eſt, congruenter naturis animalium nomen impoſuit, quorum licet multa tempore confuſionis linguarum deperdita, & obliuioni tradita ſint, tamen fere iuxta eorum naturas, & proprietates, in ſingulis idiomatibus impoſita ſunt.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Quod homo non poteſt, Deus exequitur.*

388. ADduxit ea (nempe Deus) *ad Adam, vt videret quid vocaret ea*, Septuag. habent, & finxit Deus omnes beſtias agri & omnia volatilia cœli, & adduxit ea ad Adam: cur quæſo tantummodo beſtias agri & volatilia cœli adduxit Deus ad Adam, vt vocaret ea? Nonne etiam pecoribus nomen impoſuit? Cur ergo dictum non eſt ea adduxiſſe ad Adam? Nonne inter animalia alia ſunt domita & domeſtica, alia autem ferocia? Reſpondeo ergo ideo ſolas beſtias agri feroces, non autem animalia domeſtica adducta fuiſſe, quia quod homo nō poteſt, hoc exequitur Deus, C relinquens cætera quæ in hominis poteſtate ſunt, humanæ operationi: ita D. Ambroſ. lib. de Parad.
Ambr. l. de Para. c. 11. ca. 11. *Indomita beſtiæ, & volatilia cœli diuina poteſtate ad hominem deducuntur, de pecoribus autem domitis congregandis, & homo habuit poteſtatem, ita quod illud diuinæ operationis fuit, hoc humana diligentia.*

*Maximo amore debet homo ferri erga Deum.*

*Adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea*,
389. Quid eſt vt videret quid vocaret ea? Reſpondet Rupert. lib. 2. Geneſ. cap. 24. vt videret quod nul- D
Rup. l. 2 in Gen. ca. 24. lius eorum digna eſſe natura ſortiri vocabulum ab hominis nomine, pro aliqua ſimilitudine natum, vel detortum; ſed ad quid Deus voluit oſtendere homini nullum eſſe animal quod deberet ſortiri nomen illius? ſatisfacit idem Doctor, *Hoc reuera homini ad amorem creatoris, & ad gratiarum actionem plurimum valere debuiſſet.*

*Quo quis eſt perfectior, eo maiori amore Deum proſequi tenetur.*

*Adduxit ea ad Adam vt videret quid vocaret ea*,
390. Certum eſt Deum voluiſſe, vt homo cunctis animantibus nomina imponeret, vt intelligeret ſeipſum, quanto melior eſſet cunctis animantibus ex rationis diſcretione, & eo magis conditionem ſuam diligeret; ſed cur maiori amore ex hoc diligere tenetur Deum? Reſpondet optime Albinus, *Quia meliorem ſe aliis viuentibus intelligit*, Quaſi diceret, quò
Albin. in q. quis eſt perfectior, eò magis conditorem ſuum diligere tenetur.

*Homo dominus omnium.*

*Adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea, omne enim quod vocauit Adam, anima viuentis eſt no-* F
391. *men eius*, Nonne Deus hæc nomina potuit imponere? cur ergo voluit ipſum hominem nominare? Nōne conſuetudo viget apud homines, vt cùm aliquos ſeruos emerunt, in ſignum eorum dominij, nomina B imponant? Dicamus ergo ideo non per ſeipſum, ſed per Adamum voluiſſe animalibus nomē imponere, vt declararet omnium eſſe Dominum: ita D. Chryſ. Chry. ho. 14. in Gen.
hom. 14. in Geneſ. *Factum eſt hoc, non vt illius ſapientiam ſolum, ſed vt & ſymbolum dominij per nominum impoſitionem cognoſcamus, vnde & Adam inſtruit, vt animalibus brutis tanquam Dominus nomina indat.*

*Homo excedit omnes alias creaturas inferiores.*

*Adduxit ea ad Adam vt vocaret ea*, Cur ad eum C adduxit animalia, vt eis nomina imponeret? Imponat ipſe Deus; ideo omnibus his creaturis non Deus 392.
ſed homo nomen imponit vt præſtantia illius in omnes agnoſcatur: ita Eucherius, *Vt oſtenderet quanto priuilegio homo pecoribus antecelleret, qui ratione ſua cuncta diſtinguere & nominatim ſecernere poſſet.* Eucher.

*Humilietur homo.*

*Adduxit ea ad Adam*, Nempe animalia formata de humo: ſi puluis vilior eſt terra, & homo ſit no- 393.
bilior creaturis inferioribus, nempe animalibus, cur D ait Moyſes ea ex humo formata eſſe, hominem vero de limo vel puluere? Ideo animalia de ipſa terra formata fuere; homo autem de puluere qui ipſa terra vilior eſt, vt ex ſua formatione non habeat vnde glorietur; ſed potius humilietur, cùm animalia in principio formationis ſuæ ſint eo præſtantiora: quod innuere videtur Caietan. *Patet differentia inter materiam animalium, & materiam hominis, quia iſta de terra, homo autem de puluere terræ*, Quaſi diceret: ô homo noli ſuperbire cùm principium ex quo formatus ſis, abiectius ſit principio formationis animalium. Caiet.

*Humilitas in innocente rarior.*

E *Adduxit ea ad Adam vt videret quid vocaret ea, omne enim quod vocauit Adam anima viuentis, ipſum* 394.
*eſt nomen eius*; Nunc eſt dubium ſi Adam omnibus animalibus nomina impoſuit, cur Deus non permiſit quod ſibi etiam nomen aſſumpſerit? omitto rationem Phil. li. 1. Alleg. dicentis ne in re propria erraret, & aſſero quod cum eſſet ſanctus & innocens; humilitas autem rarior inuenitur in innocente, teſte D. Bernard ſerm. 45. in Cant. *Rara auis in terris aut ſanctitatem non perdere aut humilitatem ſanctimoniâ non excludi*: Hinc eſt quod ſibi non impo- Ber. ſer.
ſuiſſet Adami nomen, cùm terram huiuſmodi no- 45.
men ſignificet, primus autem homo ſibi complacens non ſe terram vocaret, ſed cœlum, non ſe hominem diceret, ſed Cherubinum.

*In noſtra poteſtate eſt paſſionibus dominari.*

395. *Adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea,* Philip. lib. de mundi opificio exponens allegoricè hunc paradiſum, ait eſſe animam hominis, in qua quædam virtutum germina pullulant; beſtię autem agri quæ adducuntur ad Adam, noſtri irrationabiles motus ſunt, & quod beſtiæ & pecora, quædam diuerſæ ſunt corporis paſſiones, vel turbulentiores, vel etiam languidiores; volatilia autem cœli quid aliud exiſtimamus niſi inanes cogitationes, quæ velut volatiliũ more, noſtram circumuolant animam, & huc atque illuc vario motu ſæpe traducunt? dubium eſt cur Deus hæc in tali Paradiſo locauit, hoc eſt paſſiones corporis noſtri? Ergo auctor erroris videtur eſſe? Nonne dixit Deus, dominamini *Vniuerſis animantibus terræ?* Quamuis igitur in nobis ſint diuerſæ paſſiones, & cogitationes, tamen in noſtra

Amb. li. de Para. c. 11. poteſtate eſt eis dominari: ita D. Ambroſ. lib. de Parad. cap. 11. *Conſidera quid dicat, habeto, inquit, poteſtatem piſcium maris & omnium repentium, quæ repunt ſuper terram, vides quod ille tibi tribuerit poteſtatem, vt de omnibus iudicare debeas, ſingulorum genera iudicij tui ſobria definitione diſcernere, vocauit ad te omnia Deus, vt ſupra omnia mentem tuam eſſe cognoſceres, cur quæ tibi ſimilia minime reperiſti, adſcribere ſibi, & copulare voluiſti? Dedit tibi certe ſenſum, quo vniuerſa cognoſceres, & de cognitis iudicares, meritoque de illo fœcundo Paradiſi agro, eiectus es quia non ſeruaſti mandatum.*

*Ex ignorantia non peccauit homo.*

*Adduxit ea ad Adam vt videret quid vocaret ea,*
396. Ad quid quæſo voluit Deus nomina imponi ſecundum naturã ſuam animalibus? Nonne ſciebat Deus hominem peccaturum? Reſpondeo ergo, ideo vt ſciremus peccatum eius non eſſe ex ignorantia, voluit vt nomina animalibus imponeret, quod maximam cognitionem requirit: ita D. Chryſoſt. hom.

Chry. ho. 14. in Gen. 14. *Deus preſcius quod non multo poſt euenturum eſſet, oſtendit nobis quantam ſapientiam à Deo condito à ſe homini dedit, vt quum præuaricatio mandati à Deo dati*

A *contingat, non putetur per ignorantiam peccaſſe, ſed ſcire poſſis, quod lapſus ille ex deſidia fuerit: nam quod magna ſapientia praditus fuerit, diſce ex his quæ ſunt.*

*Vult Deus vt ab eo petamus.*

*Adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea,* 397.
Certum eſt id ita à Deo ordinatum, vt attente Adamus conſiderans in ſingulis animantium ſpeciebus, eſſe marem & fœminam, ad procreationem ſpeciei quę inſtituta à creatore, plane intelligeret ad humanæ propagationem ſpeciei eundi pariter oportere marem, & fœminam, ad procreationem ſpeciei B humanę, & conſequenter neceſſitatem creandi mulierem ad generationem prolis ſibi adiutricem proſpiceret; ſed ad quid voluit Deus vt Adam proſpiceret ſibi adiutricem creandam? Vt ſic excitaretur ad petendum à Deo hoc beneficium: ita Cathar. *Vt futura mulieris creationem ardentiùs expeteret, eamque à Deo religioſa quadam ſupplicatione inſtãtius poſtularet.* Ambr. Cath. hic.
Etenim Dominus quando aliquid maioris momenti nobis ex ſuæ bonitatis theſauro erogare decernit, C vt ipſius miſericordiæ beneficium, tametſi diuinæ gratiæ donum ſit, vt noſtris tamen precibus id concedi, & labiorum noſtrorum fructus eſſe videatur, nos ad petendum diuino quodã impulſu excitat.

*Homo prouocatur ad gratitudinem.*

*Adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea.* 398.
Certum eſt quod Deus voluit ante Adamum ſiſti & oculis eius ſubiici animalia, vt ex eorum aſpectu & contemplatione atque comparatione cum ſua ipſius natura, perſpicue agnoſceret quantum ab illis differret, ac pręſtaret ipſe, quantoque plura & excel- D lentiora dona accepiſſet à Deo; ſed cur voluit Deus cognoſcere hominem ſe aliis excellentiorem eſſe, ſeque plura à Deo beneficia accepiſſe? Vt ad ſummam erga Deum gratitudinem incitaretur; quò quis enim plura accepit dona, maiores gratias referre tenetur: ſic Rupertus, *Hoc intendente Deo, vt digna ſibi à plaſmate ſuo gratia haberetur.* Rupert.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXI.*

*Vlg.* Appellauitque Adam nominibus ſuis cuncta animantia, & vniuerſa volatilia cœli, & omnes beſtias terræ, Adæ vero non inueniebatur adiutor ſimilis ſibi.

*Septuagint.* Et vocauit Adam nomina pecoribus, & omnibus volatilibus cœli, & omnibus beſtijs agri, ipſi autem Adam non eſt inuentus adiutor ſimilis ei, *ſic Auguſt.*

*Cald.* Et vocauit Adam nominibus omne iumentũ, & volatile cœli, & omnem beſtiam agri, & Adæ non inuenit adiutorium quaſi eum.

*Arias*, Et vocauit homo nomina omni animali, & omni volatili cœli & omni beſtiæ agri, & homini non inuenit adiutorium tanquam coram eo.

*Caietan.* Et Adæ non inuenit adiutorium contra ipſum.

*Vulg. Antiq.* Indidit itaque homo nomina cuique iumento.

*Tertull.* Omnibus animalibus Adam nomina impoſuit, *ſic Ambroſ.*

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

DIximus in concordia verſus decimi octaui quod נגד neged ſignificat coram, è regione, imo ex aduerſo; contra, & hinc fit lectionum varietas.

## EXPOSITIO VERSVS XXI.

A*Ppellauitque Adam nominibus ſuis cuncta animalia,* Id eſt cuilibet animali nomen impoſuit: Adam enim agnoſcebat proprietates animalium, & iuxta eas nomina appropriabat omnibus; dicit autẽ

textus

teatus *cuncta animalia*, ſcilicet qoæ ante Adam in- A ducta ſunt, quæ explicantur immediate, ſcilicet volucres cœli & beſtiæ terræ; dubium eſſe poteſt quo tempore hæc impoſitio nominum facta euenit ante molieris formationem: nam narratio Moyſis tradit cauſam, cur Eua creari debuerit, quod ea eo Adamus intellexit quod inſpectis conſideratiſque animalibus, nullum reperiſſet quod ſibi conueniens eſſet, ad prolis generationem.

Ea hac impoſitione nomioum ab Adamo facta, inquiri ſolet de ſcientia illius; communiter tenetur quod omni ſcientia rerum naturalium fuit præditus & hoc nobiliori modo quàm quilibet alios; nam Adam perfectam cuiuſque rei & ex propriis eius cauſis ductam ſcientiam tenebat, de ſcientia eius ſupernaturali ſermo erit verſu ſequenti.

# CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Anima ſe ipſam non agnoſcit.*

APpellauit *Adam nominibus ſuis animantia*, Sed cur omnibus animalibus nomina impoſuit, ſibi autem nomen non aſſumit? Quia mens ſe ipſam perfecte non agnoſcit: ſic Phil. Hebr. lib. 1. Alleg. *Nam*
Phil. Heb. l. 1. alleg. *mens quæ ineſt noſtrum vnicuique, cætera poteſt comprehendere, ſeipſam noſſe non poteſt, quemadmodum enim oculus alia videt, ſeipſum non videt, ſic & mens intelligit alia, ſeipſam non comprehendit.*

*Suam dignitatem agnoſcere debet homo.*

*Adæ verò non inueniebatur adiutor ſimilis illi*, Ad C quid hoc immediate additum, quod non inueniretur adiutor ſimilis illi poſtquam ſibi omnia animalia adducta fuere? Vt homo ſuam dignitatem cognoſceret, cum nihil in omni creatura æquale ſibi inueniretur; ita Rupert. lib. 2. in Geneſ. cap. 33. *Quid ergo in tanto ſtudio Dominus intendit? Niſi oſtendere homini, vt intelligeret honorem ſuæ conditionis, quod nihil ſibi compar eſſet in iumentis, ſiue cæteris animantibus cuiuſlibet generis.*

*Societas ſit cum æqualibus.*

400. *Adæ vero non inueniebatur adiutor ſimilis illi*, Sed D cur hæc verba non protulit Moyſes antequam animalia adducta fuerint ad Adamum? Videtur enim qood conuenientius fuiſſet hoc antea dixiſſe, cum de honorabiliori ſermo debeat eſſe prior? Reſpondet acute D Chryſoſt. hom 15. in Gen. dicens, *Prius*
Chry. ho. 15. in Gen. *animalia fuiſſe adducta ad Adamum, quam diceretur, Adæ non inueniebatur adiutor ſimilis eius, vt oſtenderetur non eſſe beſtias quibuſcum debeat homo conuerſari, ſed aliam præſtantiorem & diuiniorem requirendam.*

*Ea quibus à Deo nomen imponitur, immutabilitatem quaſi dicunt.* E

401. *Appellauit Adam nominibus ſuis cuncta animantia, & vniuerſa volatilia terræ, & omnes beſtias terræ*, Dubium eſt cur Adam non impoſuit nomina firmamento, diei, nocti, mari, terræ, ſed ipſe Deus eis nomina dederit? Reſpondet ad rem ipſe Rup. lib. 1. in
Rup l. 1. in Gen. cap. 28. Gen. c 28. *Quia illi ſine dubio præterennt, hæc autem dubium non eſt quod præterire vel mutari non poſſunt*, Quaſi diceret homo cum ſit mutabilis rebus ſolum mutationi obnoxiis nomen imponit.

*Diuinitati nunquam non & prima, & optima reſeruata.*

*Appellauit Adam nominibus ſuis cuncta animantia,*
402. *& vniuerſa volatilia cœli.* Et quando volucres cœli adductæ ſunt ad Adam, vt de eius beneficio no- B minibus gauderent: cur ſimiliter non adducta ſunt aſtra cœli, vt volucres, ſic aſtra in obſequium hominis condita ſunt: cur ergo hæc non adducuntur vt nomen accipiant ab eo? Erant aſtra prima, & præſtantia inter creaturas, quæ vt prima reſeruabantur Deo etiam quoad appellationem: ſic Caiet. *Sunt aſtra primo prima vniuerſi principia, & propterea merito diuinæ nominationi reſeruata ſunt.* Hæc cur & homo vt quæ prima ſunt & præſtantiſſima bonorum, eo ipſo iam vni Deo putentur addicta, qui primis & præcipuis ſemper debet honorari ab homine ſuo.

*Humana poteſtas non circa res veras præſtandas, ſed circa titulos & nomina rerum verſatur.*

*Appellauit Adam nominibus ſuis cuncta animantia, & vniuerſa volatilia cœli*, In primis Deus produxit animantia, dedit eis vitam, augmentum, & conſeruationem tribuit, deinde illa ad Adam ſicut & volatilia adduxit tanquam ad principem ſuum, à quo nomen acciperent. Sed qui dederat vitam, non melius ei nomina inderet? cur maluit vt à ſe recepta vita, ab Adamo nomina reciperent: volebat iam oſtendere Deus, quo ſe porrigerent humanæ poteſtates, quarum ſolum erat non res, ſed nomina indere, ait D. Baſil. Sel. orat. 2. *Adduxit* (inquit) *Deus* Baſil. Se. le.
*cuncta terræ animantia ad Adam, vt videret quid vocaret ea. Eſto Adam nominum artifex, quando rerum eſſe non potes. formentur à me, nominentur à te, quæ procreata: partiamur ſictricis huius ſolertiæ gloriam: me cognoſcant artificem naturæ, lege te Dominum intelligant appellationis nomine, inde nomen quibus ego aſſentiam.* Ecce tibi fines poteſtatis diuinæ & poteſtatis humanæ, poteſtas diuina eſt quæ dat ſubſtantiam, quæ facit vt res veræ ſint, poteſtas autem humana non id poteſt, ſed circa titulos, & nomina confingenda verſatur.

*Ad gratitudinem prouocamur.*

*Appellauit Adam nominibus ſuis cuncta animantia, &c.* Cogitabitis tantam huius hominis ſapientiam, vt nomina naturis animalium conuenientia 404.
imponat, ſed ſi cœli pulchritudo à cordato ſpectatore viſa illum in conditoris glorificationem inducit, quid agere debet animal rationale, cùm eminentiam & magnitudinem donorum, & eximiam ſcientiam F & ineffabilia beneficia ſibi collata eſſe conſiderat? An ſuis meritis hæc ſibi tribuere debet? Minime, ſed ad infinitas & immortales gratias Deo habendas excitari & induci: ſic Chryſoſt. *Authorem horum certi-* Chryſoſt.
*nuis laudibus prædicare, & pro ſuis viribus Deum glorificare tenetur.*

403. (margin, beside "& vniuerſa volatilia cœli, In primis Deus produxit")

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXII.*

*Vlg.* Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam, cumque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea, *ſic* Ca.d. A

*Septuag* Et immiſit Deus exſtaſim in Adam, & obdormiuit, & accepit vnam coſtarum eius, & infarſit carnem pro ea.

*Arias* Et fecit cadere Dominus Deus ſoporem ſuper hominem.

*Et Caiet.* Et reſtituit carnem pro ea.

*Vatab.* Immiſit Iehoua Deus profundum ſomnum in hominem tulitque vnum de lateribus eius, & clauſit carnem pro eo.

*Tert* Et immiſit Deus in Adam exſtaſim ſeu amētiā.

*Chryſoſt.* Et immiſit Deus exceſſum & dormiuit.

*D. Ambroſ.* Sumpſit vnam coſtam de latere eius, & repleuit locum eius in carne.

*Symmac.* Immiſit grauem, & profundum ſoporem.

*Aquila.* Immiſit deſcenſum.

*Anaſtaſius*, Sic & immiſit Deus extaſim in Adam & ſopiuit.

*Athanaſ.* Immiſit Deus in Adam ſtuporem & conſopiuit eum.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

TArdema תרדמה à verbo רדם Radam deductum non ſolum quemlibet ſoporem ſed grauem & profundum ſignificat: Septuaginta & Græci partes ἔκστασιν legerunt quia ſomnum hunc non naturalem ſed ſupernaturalem intellexerunt.

## EXPOSITIO VERSVS XXII.

I*Mmiſit Dominus Deus ſoporem in Adam*, Qui ſopor non fuit ſomnus naturalis, ſed potius obdormitio, extaſis, ſeu abſorptio mentis in Deo, ex profunda ac intenſiſſima contemplatione Dei, ac myſteriorum eius; quamuis autem extaſis aliquando ſine ſomno eueniat, extaſi autem Adæ, ſopor vel ſomnus coniunctus fuit, vnde Hebræus ſoporem, Septuag. autem exſtaſim legerunt.

C Cum in hac extaſi dixerimus habuiſſe cognitionem myſteriorum Dei, qualem ſupernaturalium cognitionem habuerit breuiter aperiemus, ſanctiſſimæ igitur Trinitatis, incarnationis verbi diuini, non quidem vt per mortem ſuam liberaret hominem à peccato, (non enim Adam præſcius fuit ſui caſus) ſed vt caput eſſet humani generis, ad ipſum honorandum & glorificandum, præmij ſupernaturalis, & finis & eorum quæ ad ipſum aſſequendum erant neceſſaria, vt fidei, ſpei, charitatis, &c. caſus Angelorum, coniunctionis Chriſti Domini cum Eccleſia, notitiam habuit.

*Cumque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius*, Intellige quod tulerit coſtam cum carne eius, nam infra dicitur hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea: ablatio autem illius coſtæ non præſupponebat Adam monſtruoſum, tanquam aliquid nimis ſuperfluum habentem, nec poſtea mancum, tanquam ſua coſta mutilum: nam vt optime noſter Lyranus, aliquid eſt ſuperfluum, ait, in natura humana, ratione indiuidui; quod tamen eſt neceſſarium ratione ſpeciei, ſicut ſuperfluum alimenti de quo fit ſemen, eſt ſuperfluum in indiuiduo, quod alitur in quantum tale, eſt tamen neceſſarium in quantum eſt principium producendi ſibi ſimile, ad conſeruationem ſpeciei: ſic Philoſophandum de illa coſta, quæ fuit ſuperflua ratione indiuidui, & ideo illa ſublata D remanſit corpus Adæ integrum, & perfectum fuit, tamen neceſſaria in quantum mulier de ipſa erat formanda, vt ſic Adam futurum eſſet principium totius humanæ ſpeciei, & ſic illa non ſuperfluebat nec illâ ablatâ, mancus Adam extitit.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Chriſti Domini infirmitas, noſtra eſt fortitudo.*

405 I*Mmiſit Dominus ſoporem in Adam, & tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea.* Cur quæſo formata ex oſſe ſeu coſta viri, muliere, repleuit Dominus, ſeu iuxta Septu. infarſit carnem pro ea? Quod Paulo teſte Epheſ. 5. in Chriſto & Eccleſia ſacramentum magnum de quo inter alios Auguſt. tract. 15. in Ioann. de coſta Adæ dormientis (inquit) facta eſt ei vxor, quoniam de Chriſto in cruce dormiente futura erat Eccleſia, & de latere in cruce pendentis lancea percuſſo, Eccleſiæ ſacramenta profluxerunt; ſed cur non reddidit os pro oſſe, vel quare non ſolam carnem ex homine accepit ad formandam mulierem? Ex oſſe mulierem efformauit, & carnem ſolum poſuit pro eo in homine, vt per hoc ſignificetur quod Chriſtus Dominus factus ſit infirmus, vt nos eſſemus fortes: ſic D. Aug. cit. *Sed quare hoc ait quia infirmitas Chriſti nos facit fortes, potuit Deus carnem detrahere homini, vnde faceret fœminam, & magis videtur quaſi congruè potuiſſe: fiebat enim ſexus infirmior, non detraxit tamen carnem ſed os, poterat pro oſſe os reddere,* E *ſed in locum oſſis caro adimpleta eſt, quid igitur ſignificauit? Facta eſt mulier in coſta tanquam fortis factus eſt Adam in carne tanquam infirmus, Chriſtus & Eccleſia, illius infirmitas noſtra eſt fortitudo.*

*Epheſ. 5.*

*Auguſt. tract. 15. in Ioan.*

### *Communicans fit coniux Chriſti.*

*Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam cumque obdormiſſet tulit vnam de coſtis eius.* Nunquid aliter non potuit fieri, vt dormienti coſta detraheretur ex qua coniux ædificaretur? Poterat Deus certe aliter efficere, qua de cauſa ergo ſic mulierem ex coſta dormientis condidit? Reſpondet Diuus Auguſt *Congruentius iudicauit vt ſic faceret, vnde aliquid ſignificaretur, ſicut enim dormienti Adæ coſta detrahitur,* 406

*Auguſt. dial 65. qq. q. 45.*

*vt coniux efficiatur, ita & Chriſto morienti de latere ſanguis effunditur, vt Eccleſia conſtruatur communicans nempe corpori & ſanguini Chriſti, efficitur Eccleſia Chriſti coniux.*

## *Omnis occaſio rixarum inter coniuges auferenda.*

407. *Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam, cumque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea*, cur de latere dormientis potius quam vigilantis ea coſta ablata fuit, vt mulier formaretur? cur etiam loco coſtæ ablatæ carnem repoſuit? ex dormientis & non vigilantis latere coſtam abſtulit, & poſtea carnem illius loco appoſuit, ne cum aliquo ſenſu doloris auferretur, & ne aliquid ſibi deeſſet ex qua poſtea rixarum occaſiones inter coniuges naſcerentur: ita D. Chryſoſt. in Gen. *Vt ne ſentiendo dolorem, mulieris ex ſe formatæ, poſtea doloris memor, infenſus fieret.*

Chry. ho. 15. in Gen.

## *Maxima inter coniuges debet eſſe vnio.*

408. *Tulit vnam de coſtis eius*, Ex qua formata eſt mulier, hanc coſtam ex latere eius fuiſſe ablatam omnes aſſerunt, cur potius ex latere quàm ex anteriori parte, vel ex poſteriori eduxit? nonne anterior pars eſt alteri oppoſita, poſterior vero eſt vilis? ergo nec ex anteriori vt oppoſitam non haberet, nec ex poſteriori ne vilem crederet, ſed ex latere vt eam ſummo amore diligeret: ita Gennad. *Volens Deus ampliori charitate virum vxori coniungere, fœminam è latere viri formauit, vt quidem æqualis honoris, vna tamen cum ſubiectione præ ſe ferret, nam ſi coſtam ex anteriori parte eduxiſſet, quaſi viro aduerſariam mulierem effinxiſſet, ſi vero ex poſteriori parte exemiſſet, nimio plus mulier vilis extitiſſet.*

Gennad. in Cat.

## *Mulier ex viri connubio firmatur & ſolidatur.*

409. *Tulit vnam de coſtis eius & repleuit carnem pro ea*, Cur ex coſtæ materia formata eſt? nonne ex aliqua parte tenera corporis Adami conuenientius fuiſſet producta? nonne coſta eſt ſolida & firma? conuenienter ergo ex oſſe viri formata eſt, vt intelligat per eam formari & ſolidari: ita Aug. *Mulier facta eſt de latere viri dormientis, quæ per ipſum firma facta, quia ex oſſe eius, ille propter ipſam infirmus quia non coſta, ſed caro ſuppleta eſt.*

Aug. in Gen.

## *Homo ex matrimonio fit infirmus & fœmineus.*

410. *Tulit vnam de coſtis eius & repleuit carnem pro ea*, Cur carnem ſolum poſuit pro coſta ablata? nonne ablatum debet reſtitui? reſtituere ergo deberet ſimiliter & aliam coſtam? non coſtam quæ ſymbolum eſt ſoliditatis & firmitatis dedit, ſed carnem mollitiei, & infirmitatis figuram; vt declararet hominem propter mulierem, mollem fœmineum & carneum eſſe: ita Lippom. *Quo facto magnum quoddam & mirum neſcio quid indicare voluit omnipotens Deus, nempe ex coniunctione mulieris cum viro, in matrimonio aliquid & non parum ſoliditatis, conſtantia, & virilis fortitudinis virum amittere, quaſi coſta oſſea erepta, pro qua carnis mollitiem induit, fierique ſeipſo neſcio quomodo fragiliorem atque minorem, blanditiis imbutum fœmineis, atque affectionibus, quantumlibet id ægrè profiteri mariti ſuſtineant*, & addit dicens, *vnde & ſapientes patres, cum immorigeratos, & indiſciplinatos, ac ſuis præceptis*

Lippom.

*A nequaquam obtemperantes habent filios, optime eis conſulunt, ſi maritali illos vinculo copulauerint, nullus enim adeo efferus & effrenis animus, quem breui fœminea cohabitatio non deiiciat, atque molliat, vt vſu videre quotidie licet.*

## *Vir non habeat plures mulieres.*

*Tulit Deus vnam ex coſtis eius*, Ex qua ſcilicet formauit mulierem, nonne plures coſtę in Adam erant? 411.
cur ergo ex pluribus coſtis plures mulieres non formarũtur ex quibus citò propagatio fieret? ideo ſolum vnam ad formandam vnam mulierem, & non plures tulit ad plures ædificandas, quia vir vnicam & non plures debet habere, hoc eleganter notauit in exhort. ad caſtit. Tert. *Cum hominem Deus figuraſſet, eique parem neceſſariam proſpexiſſet, vnam de coſtis eius mutuatus, vnam illi fœminam finxit, cum vtique nec artifex nec materia defeciſſet. plures coſtæ in Adam & in fatigabiles manus in Deo ſed non plures vxores apud Deum. & ideo homo Adam, & mulier Eua vnis inter ſe nuptiis defuncti ſunt, formam hominis Dei de origine auctoritate, & primam Dei voluntatem ſanxerunt. erũt duo in carne vna nõ tres, neque quatuor, alioqui iam non vna caro, nec duo in vnam carnem tunc erunt, ſi coniunctio & concretio duorum in vnitate ſemel fiat.* Non loquimur in priori illa ætate in qua ob paucitatem hominum concedebatur ſemel plures vxores habere, nec etiam de vxoribus ſucceſſiue, nam vna defuncta aliam ducere licitum eſt.

Tert. in exhor. ad caſt. cap 5.

## *Cum quis matrimonium inire debet, obdormire videtur diuinis.*

*Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam, cumque obdormiſſet. ſept. habẽt, & obdormiuit.* Quomodo Deus Adamum volens iungere matrimonio, dicitur quod obdormierit? qui tam perfecte creatus eſt, quomodo ita ſomno indulget? quomodo non ſemper intentos oculos erga ſuum creatorem habet? vt nobis declararetur, quod qui de matrimonio cogitant, ſæpius diuina relinquunt, humana autem amplectuntur, ita D. Amb. lib. de Parad. c. 11. *Quis eſt iſte ſopor? niſi quia paulisper ad coniugium copulandum cum intendimus animum, veluti intentos oculos ad Dei regnum inclinare atque inflectere videmur ad quendam ſomnum iſtius mundi, & paulisper obdormire diuinis, dum in ſecularibus mundaniſque requieſcimus.* 412.

Amb. lib. de Para. c. 11.

## *Maximo amore inter ſe iungantur coniuges.*

*Tulit Deus vnam de coſtis eius*, Nempe Adam, nonne ſicut hominem formauit de limo terræ, potuit & mulierem? cur ergo de coſta illius? de propria coſta mulierem produxit & non de puluere, vt maiori inter ſe vinculo amoris connecterentur, ita D. Aug. l. 9. de Gen. ad litt. *Propter ipſius vim coniunctionis commendandã, hoc ita fieri oportuiſſe credamus*, & D. Theo q. 30. *Ex eo mulierem formauit vt naturalem quandam beneuolentiam & mutuam in illis insereret: ſi enim rebus ſic ſe habentibus, viri cum mulieribus contendunt, & mulieres cum viris quid non admiſiſſent, ſi aliunde mulierem formaſſet?* 413.

Auguſt. Theod. in Gen.

## *Mortis memoria ab initio.*

*Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam, cumque obdormiſſet*, Quid ſignificat hic ſomnus in Adam? nam ad quid homo nullo labore fatigatus, obdormit? nonne ſomnus eſt mortis imago? reſpondeo ergo ideo etiam Deum immiſiſſe ſoporem & ſomnum, quo voluit primum hominem mortis ſuę imaginem 414.

Tert. l. de animu c. 43. in ſe ipſo repræſentatam inſpicere, ſic fere Tertul. l. de anima c. 43; *Inde deducimur imaginem mortis iam tunc recenſere, ſi enim Adam de Chriſto figurabat, ſomnus Adæ mors erat Chriſti dormituri in mortem, vt de iniuria perinde lateris eius, vera mater viuentium figuraretur Eccleſia, ideo & ſomnus tam ſalutaris tam rationalis etiam in publica & communis iam mortis effingitur exemplar, voluit enim Deus, & alias nihil ſine exemplaribus in ſua diſpoſitione molitus, humani, vel maxime initij ac finis lineas quotidie agere nobiſcum.*

*Iuſtus etiam dormiens vigilat.*

415. *Immiſit Dominus ſoporem in Adam*, Hic non communis fuit ſopor noſtriſque ſimilis ſomnus, quod infirmitatis defectus immittit, quos neceſſitas patit: inſpiciamus quid poſt ſoporem dixerit, hoc nunc os ex oſſibus meis, dixit de Eua ſibi à Deo adducta, vndenam hoc noſti? nonne ſomno indulgebas? fateor non ſomno indulſiſſe eum nunc, ſed quo ſponſa, cuius cor vigilabat, illa dormiente: ſic exponit D. Bernard. ſerm. 2 in ſeptuag.

Bernard. ſerm. 2. in ſeptu. *Mihi quidem non niſi incommutabilis veritatis intuitu & abyſſo diuinæ ſapientiæ, corporeis excellens ſenſibus obdormiſſe videtur, quod ex eius verbis vel maxime conijci poteſt, cum inquit hoc et ex oſſibus meis, &c. an tibi penitus obdormiſſe videtur, qui in hanc vocem excitatus erupit. & non magis dicere potuiſſet, ego dormio & cor meum vigilat*

*Durtiei ſubditi princeps opponat benignitatem.*

416. *Tulit Dominus vnam ex coſtis eius, & repleuit carnem pro ea*, Cur quæſo alia Adam, alia Euæ ſiue alia principis, & alia ſubditi ſtructura remanſit? dum hic maiori oſſium duritie, illa vero ampliori carnis mollitie & lenitate conſtat? ideo hoc effectum eſt vt ad ſubditi duritiem, ad importunitatem, ad querelas, & ad iſtius moleſtias præferendas, plus benignitatis & humilitatis (quæ per carnem optime capitur) in principe reſpondeat: *Debemus enim*, ait

Paul. ad Rom. 15. Paul. ad Rom. 15. loquens in perſona prælatorum, *nos firmiores, imbecillitates infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere debemus.*

*A creaturis Deum agnoſcimus.*

417 *Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam, cumque obdormiſſet tulit vnam de coſtis eius, &c.* Et certum eſt quod in ſomno corporis, mens eius diuinitus excitata vigilabat & clare videbat totum Dei opus, qualiter manus Domini coſtam extrahebat, mulieremque operabatur, quæ neceſſitas fuit vt videret coſtam ſuam ædificari in mulierem? quare in Adam conſpectu vult Deus Euam fingere, & factricis artis ſuæ ſpectatricem deſiderat propriam imaginem? an aliquis erantem videret Deum Adam? minime: dicamus tamen ideo vidiſſe creaturam nempe mulierem à Deo formatam, vt ob ea in cognitionem omnipotentis Dei veniret. ſic D. Baſil Seleu. orat. 2.

Baſil. Seleu. orat. 2. *Ea propter ipſius ante oculos fœminam ſtruxit, & ſimilis naturæ ſpectatorem fecit, vt in illa quæ circa ſunt, velut in ſpeculo contemplatus, ex viſis diſcat inuiſa.*

*Dei potentia,*

418. *Cumque obdormiſſet tulit vnam de coſtis eius*, Ad formandam ſcilicet mulierem, ſed cur dormienti coſta abſtracta eſt, cum & vigilante potuerit abſtrahere? quis hominum poteſt minuſculum os ab alio dormiente auferre, quin ſtatim è ſomno excitetur?

A dico igitur coſtam ab eo dormiente abſtuliſſe, eo tamen non euigilante, vt infinita ſua potentia agnoſceretur: ſic optime Hugo Vict. *Vt diuinæ potentiæ opus mirabile probaretur, quæ hominis dormientis latus aperuit, & eum tamen a quiete ſoporis non excitauit.* Hugo à S. Vict.

*Deus etiam eorum, quæ imperfecta videntur, author eſt.*

*Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam*, Cur quæſo quando mulieris formationis mentio fit, Moyſes apponit nomen Domini, dicens Dominus 419.

B Deus, nonne ſufficiebat dixiſſe quod immiſit Deus ſoporem in Adam, &c. ſine additione Domini? cum videamus ſolum nomen Dei appoſitum eſſe in creatione ipſiuſmet cœli, in principio Deus creauit cœlum & terram? noto mulierem poſſe dici creaturam viliſſimam & quaſi deficientem, nomen autem Domini ſignificat principium ſiue fontem eſſendi: recte igitur Moyſes nomen Domini appoſuit in formatione mulieris, vt intelligatur Deus etiam eorum quæ imperfecta videntur, eſſe author: ſic Caietanus.

Caiet. *Attribuitur etiam tetragmatori modus producendi mulierem, vt etiam author intelligatur deficientium modorum producendi.*

C *Deus nouis ſemper cumulat beneficiis.*

*Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam*, In hac ecſtaſi Angelicæ curiæ factus eſt particeps, & plurium Dei myſteriorum compos: nonne ſufficiebat homini dare mulierem adiutricem, postquam eum formauerat ad imaginem & ſimilitudinem ſuam? 420.

hæc Deo non ſufficiũt: nouis enim ſemper cumulat nos beneficiis: quę expendens D. Aug. ait, *Ecſtaſis*

Auguſt. apud Lippo. *hæc quam Deus immiſit in Adam, vt ſoporatus obdormiret. recte intelligitur ad hoc immiſſa. vt & ipſius mens per ecſtaſim particeps fieret tanquam Angelicæ curiæ, &*

D *intrans in ſanctuarium Dei intelligeret nouiſſima.*

*Deus prudentiſſimus opifex.*

*Immiſit Dominus, &c tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea*, Scilicet ad formandam mulierem ad quid aufert vnam de coſtis viri, deinde eam replet carne, cum nemium ad producendam mulierem neceſſariam videatur? nota proprium eſſe optimi artificis, ſi aliquid diminutum videatur, illud perficere vt opus completum maneat: optime ergo Deus pro coſta ablata tanquam optimus artifex, 421.

E repleuit carnem pro ea: ſic D. Chryſoſt. *Sicut optimus artifex, auferebat quod ſibi videbatur, & ſupplebat vbi quid deerat. & quod inde ſum, ſecat iuxta ſuam formaret miſericordiam.* Chryſoſt.

*Impatientes quaſi à natura ſumus.*

*Tulit vnam de coſtis eius & repleuit carnem pro ea*, Sed cur profundã ecſtaſim immittit Deus in Adam vt auferat ab eo coſtam? dices vt nullum dolorem pateretur: ſed quamuis dolore affectus fuiſſet in ablatione coſtæ ſuæ, nonne ſi'uiſſet? dico ita homi- 422.

F nem à natura impatientem doloris: vt forte eum magno non tuliſſet tolerantia angorem: ſic Theod. *Propterea quod Deus de latere Adam mulierem formaturus erat, idque aut ſine vllo ipſius vigilantis dolore quod tamen illi phantaſia quædam viſum fuiſſet. aut cum aliquo ipſius Adæ dolore, quod plane æquo animo non tuliſſet, idcirco profundam ecſtaſim illi immiſit Deus.* Ea pẽde illa verba quod plane æquo animo non ſatis tuliſſet, quaſi diceret, neſcio an toleraſſet cũ patientia, Theod. in q. in Gen.

*Mulier infirmiſſima eſt.*

424. *Immiſit Deus ſoporem in Adam*, Cur ab homine dormiente mulier formatur cum homo dormiens eſt ſemi homo? Vt declaratur igitur mulieris infirmitas, optime dicitur quod formatur à principio dormiente, ſenſus eſt Caietan. *Deſcribitur Adam dormiſſe, & tamen non deſcribitur expergefactum fuiſſe, ſomnus enim profundus immiſſus à Deo, viro, ex quo producenda eſt mulier, ſimilitudinem gerit defectus virtutis virilis, vnde naturaliter producitur mulier, homo enim dormiens ſemi homo eſt, & ſimiliter principium generans mulierem ſemivirile eſt & propterea Philoſophis vir laſus dicitur.*

Caiet. in Gen.

*Iudicij memoria neceſſaria eſt ne labamur.*

425 *Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam*, Satis

A probabile eſt in hac exſtaſi, non latuiſſe Adamum horribilem illum Angelorum caſum, qui propter ſuperbiam cœlo deturbati, plurimas cœleſtium ſedium vacuas reliquerunt, quod annotauit Ambroſius Cathatinus ſuper illa verba primi capitis & benedixit illis dicens creſcite, & multiplicamini, *Iudicia*, inquit, *reuelauit illis, nempe tranſgreſſionem peſſimorum ſpirituū, & quomodo iudicauerat eos, & damnauerat*, Sed cur Deus voluit caſum & ruinam Angelorum à primo parente cognoſci? Hoc enim neceſſarium non videbatur: imo illi nociuum, deberet enim ſane poſtea continuo affici tremore; quod indecens erat ſtatui perfectiſſimo innocentiæ; dico

Ambro. Catharin. hic.

B tamen huius lapſus Angelici notitiam multum potuiſſe prodeſſe Adamo, vt eum in humilitate, diuinæ legis obedientia, & timore incidendi in peccata, propter quæ condemnaretur, contineret.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXIII.*

*Vlg.* Et ædificauit Dominus Deus coſtam quam tulerat de Adamo in mulierem, & adduxit eam ad Adam.

*Septuag.* Eodem modo legunt, loco *tulerat*, vertunt *acceperat*, *ſic etiam Cald.*

*Arias Mont.* Quam cœperat de homine in mulierem, & adduxit eam ad hominem.

*Cant.* Et fecit eam venire ad Adam.

C

*Anaſt. Syn.* Et ædificauit coſtam quam accepit ſibi ab Adamo, in vxorem, & duxit eam ad Adamum.

*Theod.* Et ædificauit Dominus Deus & ornauit venuſtamque, & lepidam effecit, & ſanctificauit coſtam quam accepit ab Adam.

*Athanaſ.* Ædificauit coſtam quam ſumpſerat in mulierem, eamque Adam produxit.

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

THeodotion verba non ex Hebræo tranſtulit ſed munere paraphraſtis vſus eſt, declarans maximam Eue venuſtatem.

## EXPOSITIO VERSVS XXIII.

E*T ædificauit Dominus Deus coſtam*, Id eſt ex coſta viri facta eſt mulier, & cum coſta illa ſimul cum carne ſumpta fuerat ex Adamo de parte carnis partes carneæ mulieris factæ ſunt, & de parte oſſis omnes partes oſſeæ, illa autem coſta in tantam materiæ molem, quanta ſufficeret fabricando corpori mulieris eſt aucta, non aliter quam per additionem nouę materiæ quæ vel tunc de nihilo creata eſt, vel ſump-

D ta ex terra, aliaue aliquo corpore conuerſa quæ eſt in corpus mulieris.

*Et adduxit eam ad Adam*, Non de loco remotiſſimo adduceret, cum ex illius coſta ibidem ſcilicet in Paradiſo condiderat, ſed adduxit eam ſibi offerēdo, & in vxorem tradendo, vnde ſicut adductio corporalis eſt ab ipſa remotione ad propinquitatem, ita iſta fuit à quadam extremitate ad familiaritatem.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Maxima hominis dignitas.*

426 Æ*Dificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem*, Proponitur dubium, cur ex Adam voluit mulierem formari, cum aliæ fœminæ ex ſuis maribus non fuerint formatæ, cur ergo potius in hoc animali rationali hoc voluit fieri? Nonne ſolus Deus eſt principium omnium? Ideo ad extollendam hominis dignitatem voluit ex primo, & tanquam ex vnico principio totam ſpeciem humanam originem ſumere: ita D. Tho. *In hoc quadam dignitas primi hominis ſeruatur, vt ſicut Deus principium eſt totius vniuerſi, ita & ipſe eſt principium totius ſuæ ſpeciei.*

Thom. 1. part. qu. 92. in 2.

*Vnitas debet eſſe maxima inter coniuges.*

E *Ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem*, Inquires cur non formauit eam ex alia materia, ſicut enim formauit virum ex luto, ita etiam ex alio potuit ipſam mulierem formare? Quare ergo ex coſta Adam fabrefecit? Ideo hoc ita factum vt inter coniuges maior vnitas & concordia eſſet: ita D. Chryſoſt. homil. 20. in Epiſt. ad Ephe. *Mulierem non fecit ex eo quod eſſet extra corpus Adæ, ne tanquam cum aliena coherreret*, Quaſi diceret, ſi ex alia materia quam coſtæ, eam formaſſet, erga eam non ferretur amore niſi tanquam erga alienam & non propriam. 427

Chry. ho. 20. in Ep. ad Ephe.

*Qui ſine vxore eſt, videtur eſſe ſine domo.*

428. *Ædificauit Dominus Deus coſtam quam tulerat de Adam in mulierem.* Cur in mulierem dicit eſſe ædificatam, nam ędificium domus conſtructionem dicit non autem viuentis formationem? Cur ergo cùm viuens eſſet Eua, imo omnium viuentium mater, dicitur non quod ſit formata, ſed ędificata: Ideo optime dictum, quod fuit ædificata tanquam domus, vt intelligamus quod qui ſine vxore eſt, ſine domo eſt: ita D. Ambroſ. *Bene ædificauit dixit, vbi de mulieris creatione loquitur, quia in viro, & muliere domus videtur quædam plena eſſe perfectio,* Qui ſine vxore eſt, quaſi ſine domo eſt.

Amb. l. de Par.

*Vxor nec domina, nec ancilla, ſed ſocia.*

429. *Ædificauit Dominus Deus coſtam quam tulerat de Adam in mulierem,* Cur non ex pede viri, vel ex eius capite eam formauit, ſed ſolum ex latere? nota quod caput dominium dicit, pes quid maximè vile, dico igitur nec de capite formatam ne ſe dominam exiſtimaret, nec de pedibus ne viliſſima à viro teneretur: ſic Hugo à S. Vict. *Nec de capite, nec de pedibus viri ſumptum eſt id vnde fieret mulier, vt aut domina ſi de capite, aut ancilla ſi de pedibus putaretur, ideo de medio, id eſt, de coſta ſumi decuit, vt ſocia intelligeretur.*

Hugo à S. Vict.

*A viris probis matrimonium conciliandum.*

430. a*Ædificauit coſtam quam tulerat in mulierem, & adduxit Dominus ad Adam.* Certum eſt ad Adam adductam fuiſſe, vt cum ea contraheret matrimonium; dubium eſt, cur ipſemet Deus adduxit ad Adam, nonne potuit alicui creaturæ hoc committere? reſpondeo ideo eundem Deum, mulierem viro coniungendam adduxiſſe, vt declararet connubia eſſe concilianda, non à quibuſlibet perſonis, ſed à probis & honeſtis: ita Ambroſ. Cathar. *Ipſe Deus tanquam conciliator & paranymphus, miris modis inſtituit matrimonium, & formauit, & tanquam pater ac Dominus iuſſit, vt hoc exemplo intelligeretur matrimonia liberorum non eſſe à turpibus perſonis, ſed à probis perſonis honeſtiſve, ac probatis hominibus procuranda & concilianda.*

Ambr. Cath.

*Coniuges non ſe contemnant inuicem.*

431. *Ædificauit Dominus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem.* Tulerat autem coſtam ex Adam in paradiſo exiſtenti, & ibi eam formauit Deus; vnde fit, quod cum primus parens fuerit extra paradiſum formatus, mulier autem in ipſo formata fuit, & cum vir ex puluere, illa ex ipſius latere Adam, cur hæc in paradiſo formata, & de nobiliori materia quam Adam? vt Adam eam non poſſet contemnere: ſic Thom. . Gen. *Hoc fuit factum ne ipſe vir eam contemneret,* deinde addit, *nec propter hoc tamen præſumeret, quia quidquid habuit, & locum, dignitatem, & materiam, mediante viro habuit.*

Thom. Angl.

*Vera ſponſa Dei ad minimam pulſationem illius, carnalia facile relinquit.*

432. *Ædificauit Dominus coſtam quam tulerat de Adam in mulierem.* Et vt Chriſto daretur ſponſa non educitur ab illo coſta, ſed è percuſſo latere aqua & ſanguis exiuit: cur non etiam coſta aliqua Chriſti aſſumitur ad ædificandam eius ſponſam, vt aſſumpta fuit Adami coſta ad ædificandam Euam? Coſta oſſea

A eſt & dura, multumque ictibus reſiſtens, & ægrè, & difficulter à carnibus educitur, aqua autem & ſanguis liquores ſunt promptiſſimi ad effuſionem, ſi vel minima detur ſciſſio venę, aut parua alia percuſſio, ſtatim ſanguis proſilit, carnem deſerit, & profunditur: ideo quia dum Eua fiebat, ſponſa Adami creabatur carnalis, merito ex coſta fit, vt vel ex primo ſui fundamento cōſtet, quàm inhæreat, & immergatur carnalibus, à quibus ægerrimè ferret ſeparari; at dum Eccleſia fit, non carnalis ſponſa, ſed ſpiritualis aptatur Chriſto, & ideo ex ſanguine & aqua

B profluente, à percuſſo latere conſtituitur: conſiſtit enim hoc, in eo quod velut ſanguis & aqua in promptu ſit, ad hoc vt vel ad minimam Dei pulſationem, vel ictum carnalia relinquat, & profundat: huc ſpectat D. Zeno. ſer. de duplici circumciſ. inquiens, *De Chriſti latere in ictu lancea non coſta diuellitur, ſed per aquam & ſanguinem, quod eſt baptiſmus atque martyrium, ſpirituale corpus ſpiritualis fœmina effunditur:* & merito ad ſpiritualis fœminæ formationem non coſta aſſumitur, quæ nimis carnalibus immergitur, & ægrè euellitur inde, ſed aſſumitur ſanguis, qui eſt promptus vt carnem deſerat, & ſe effundat.

De Zen. ſer. de dupli. circum.

C

*Mulier proniſſima vagationi.*

*Ædificauit Dominus coſtam in mulierem, & adduxit eam ad Adam.* Non miror quod Deus Adamo fiat pręſens, quod innocuè vnam illi auferat coſtam, quod hanc ædificet in mulierem, ſed illud maxima me in admirationem rapit, quod addidit, nimirum *& adduxit eam ad Adam*, qualiter adduxit eam? an non Adamo erat Deus proximus? Nonne ibi iuxta Adam ædificauit coſtam in mulierem? nonne cum tunc ædificaretur mulier, præ manibus erat Deo? 433.

D quomodo ergo dicit adduxit eam? adducimus quæ longè ſunt, quæ pręmanibus ſunt non adducimus: ſed tale eſt muliebre ingenium, tam pronum diſceſſioni, quod cum putabatur præ manibus eſſe, eodem tempore quo formata conſtitit, & fugit & diſceſſit, adeo vt neceſſum eſſet, quod Deus adduceret eam: acutè & pulchrè D. Anaſt. Syn. libr. 9 hexa. ait: *Illud enim, adduxit eam, ſignificat, quod poſtquam ipſa facta eſt, aliquo aufugit, & procul ſeparata fuit à ſuo viro, deinde Deus eam conuerſam reduxit ad Adamum,* nec momento paſſa eſt conſiſtere, ſed eodem puncto, quo ex coſta producta fuit, fugam arripuit

Athan. Syn.

E & diſceſſit à creatore ſuo, & à marito, neſcit mulier vel paulisper conſiſtere.

*Vnum indiuiduum videntur eſſe vir & vxor.*

*Ædificauit Dominus Deus coſtam quam tulerat de Adam in mulierem.* Cur mulierem formatam ædificio comparat? ſcio Rabi Salom. dicentem quod formatio mulieris deſcribitur nomine ædificationis, quoniam ſicut ædificium communiter groſſius latiuſque eſt inferius, quam ſupra, ſic corpora mulierum communiter groſſiora inferius, & ſubtiliora extant ſuperius: ſed hæc ratio impertinens videtur 434

F ad ſacram ſcripturam declarandam, ad quid enim pertinet, verum ſit groſſior vel non? nota quod inter ædificatum, & id ex quod ędificatur, eſt identitas indiuidualis, domus enim quæ ex lapidibus conſtruitur, dicitur vna domus: dico igitur mulierem optime dici ædificatam ex viro, vt ſic innuatur quod vir & vxor ſunt vnicum indiuiduum: ſic Paul. Burg. *Eſt quaſi per modum ædificationis, ſecundum quam manet aliqualis identitas, quaſi indiuidualis inter ædificatū, & id de quo ædificatur: cum nempe domus ſit ex ligno, vel*

Paul. Burg. Epiſcop.

*lapidibus, non ſolum remanent in domo ligna, ſed lapides eiuſdem ſpeciei cum lignis & lapidibus ex quibus domus fuit ædificata, ſed etiam lapides & ligna remanent in domo ædificata, eadem quæ prius indiuidualiter erant: ſecundum quem modum quodammodo facta fuit mulier de coſta Adæ*, deinde ait: *inter eos remanet quodammodo quaſi identitas indiuidualis, quia amore debent ſe mutuo proſequi.*

*Mulieris nomen non corruptelæ, ſed ſexus.*

435. *Ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem.* Nonne Eua cum fuit formata, virgo erat, cur ergo eam vocat mulierem, cum videatur nomen corruptæ, & non virginis? reſpondeo, non eſſe nomen corruptæ ſed ſexus fœminei, & ideo recte Euam virginem appellat mulierem:
Ambroſ. de inſt. virg. c. 5. ita D. Ambr. de inſtitu. virg. cap. 5. *De mulieris nomine quid monemur? non enim corruptela ſed ſexus vocabulum eſt, vulgi vſu non præiudicat veritati, virginitas primum hoc nomen accepit: nam cum ſumpſiſſet Deus vnam de coſtis Adæ, & suppleuiſſet carnem in locum ipſius, ædificauit eam in mulierem, vtique virum non cognouerat, & iam mulier vocabatur: rationem quoque huius nominis ſcriptura non tacuit dicens, quia dixit Adam, os de oſſibus meis, & caro de carne mea, hæc vocabitur mulier, quoniam de viro ſuo ſumpta eſt. quia ſumpta eſt, inquit, de viro ſuo, non quia virum experta, itaque quamdiu in paradiſo fuit, mulier vocata eſt, & cognita viro non erat.*

B C

*Mulier propter hominem.*

436 *Ædificauit Dominus coſtam in mulierem, & adduxit eam ad Adam.* Cur non adduxit Adam ad eam: cum homines ſoleant mulieres ſuis viſitationibus dignari: ideo Euam ad Adam adduxit, non è contra, vt intelligeremus Euam propter virum, non autem virum propter eam eſſe formatum: ita D. Chry. ho. 15.
Chry. ho. 15. in Gen. in Gen. *Oſtendens quod propter illum iſtam condiderit, adduxit illam ad Adam*, deinde inferius, *non conditus eſt vir propter mulierem, ſed mulier propter virum.*

D

*Mulier poſteriorem homine ſe agnoſcat.*

437 *Ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem.* Cur Moyſes formationem mulieris refert? nonne dixerat in primo ca. eſſe formatam: *Maſculum enim & fœminam creauit eos*, nonne poſt formationem hominis deſcribitur mulieris productio? aſſeram ideo non contentum dixiſſe maſculum & fœminam creaſſe eos, quia mulier ſe non eſſe poſteriorem viro crederet, neceſſaria fuit repetitio formationis illius poſt hominis productionem:
Aug. li. 2. de Gen. ad litt. c. 22. hoc obſeruat Aug. lib. 2. de Gen. ad litt. cap. 22. *De creatione maſculi & fœminæ ſi nihil amplius diceret, quàm quod ſupra dixerat, maſculum & fœminam creauit eos, forte & de iſto ſimiliter opinaremur quod ita virum & fœminam creauerit ſimul, vt neuter altero prior crearetur, repentè exorti mutuos ſibi præbuerunt aſpectus*, adde & ſic non videretur mulier viro poſterior.

E F

*Mulier ſatis vilis, & ideo quaſi indigna manibus Dei formari.*

438 *Ædificauit Dominus coſtam quam tulerat de Adam in mulierem.* Si mulier eſt viro ſimilis, cur non ſimili modo producitur? qua de cauſa ergo mulierem ſicut virum ex puluere ſuis manibus non creauit? Nota manus Dei ſemper ſumma & maxima operari: reſpondeo ergo, ideo non fuiſſe conueniens mulierem manibus Dei formari ſicut primum parentem, quia vilitas eius non merebatur: ita Procopius, *Fortaſſis non concedebatur manibus Dei alterum quid infirmius* Procop.
*condere, Dei enim manus maxima & ſumma operantur, ſicuti euenit in Adamo*: collige ergo iuxta hanc expoſitionem quod indecens videbatur, vt amplius Dei manus ad tractandum puluerem abijcerentur, maximè cùm mulier non eſſet opus adeo eximium, vt pro eo foret huiuſmodi abiectio ſubeunda.

*Deus honorat mulieres.*

*Ædificauit Dominus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem.* Cur ex nobiliori materia nempe ex co- 439
ſta illius Adami mulierem formauit, quam virum, cum ſolum eum ex puluere finxerit, & non ſolum ex nobiliori materia, ſed etiam in nobiliori loco, nempe in paradiſo, cum primus parens extra fuerit productus? vt hoc modo formationis, muliebrem ſexum honoraret: ſic Dion. Char. *Deus in hoc honorauit* Dio. Carth.
*ſexum fœmineum*, & paulo inferius: *& quia ipſe creator omnipotens prævidit ſe ex ſexu illo incarnandum.*

*Mulier domi quaſi immobilis manere debet.*

*Ædificauit Dominus Deus coſtam in mulierem.* Inquiram libenter cum ſermonem inſtituit Moyſes 440
creationis cœli & terræ, dixit in principio creauit Deus cœlum & terram. cum alias creaturas producendas memorat, ait, & dixit Deus fiat lux, cùm refert hominis productionem inquit, formauit Deus hominem, cur ergo nunc nullo horum verborum vtitur, cum mulieris formationem repræſentat, ſed alio, domibus conſtruendis proprio, nempe ædificauit? ædificare autem idem eſt quod ædes facere, nota nihil domibus immobilius: vſus eſt ergo hoc verbo ædificauit in mulieris productione, vt ſignificaret fœminas non debere vagari, ſed tanquam immobiles domi manere, domeſticis rebus occupatas: ita D. Amb. lib. de parad. cap. 11 *Bene ædificauit dixit,* Ambr. l.
*vbi de mulieris creatione loquebatur, ſicut enim vir publicis officiis, ita mulier domeſticis miniſterijs habilior* de Para.
*exiſtimatur.* c. 11.

*Mulier indiget protectione viri.*

*Ædificauit Dominus coſtam in mulierem.* Cum plu- 441
ra ſint in humano corpore oſſa, & ex quolibet potuerit Deus fœminam formare, cur potius ex oſſe lateris nempe coſta eam produxit? nota quod coſtæ continentur infra brachia, & ab ipſis proteguntur, ideo igitur mulierem ex coſta viri & non ex alio oſſe conſtituit, vt ſignificaret viri protectione ac defenſione egere, ſub cuius vmbra ac tutela ſecurè viueret.

*Mulier filios ſuos protegat tanquam domus.*

*Ædificauit Dominus coſtam in mulierem.* Sine du- 442
bio non abſque cauſa diuina ſcriptura diuerſo vocabulo in formatione Euæ atque in creatione Adami vti voluit: cur ergo Eua dicitur ædificata ex coſta prioris hominis, & non formata vel ficta? ideo dixit mulierem ędificatam, ad declarandum filios ſuos protegere debere tanquam domum, quę nos protegit ab omni incommodo, tum nimij frigoris tum caloris: ſic Caiet. *Mulier concepta ac generata proli eſt* Caietan.
*quaſi domus eam continens, protegens ac fouens, recte igitur velut inſtar domus ædificata dicitur.*

*Mulier vagari non debet.*

442 *Ædificauit Dominus coſtam in mulierem.* Quid factum eſt in paradiſo, cur ſicut primus parens extra paradiſum conditus eſt, Eua ſimiliter in eo non fuit formata? Nota quod ſi extra paradiſum creata fuiſſet, vſque ad eum debuiſſet deinde iter facere: igitur ne detur illi locus vagandi, in eodemmet paradiſo producitur, non autem extra eum: ita Ioann. Damaſc. libr. 1. Paralelogr. qui poſtquam eandem propoſuit difficultatem, dicens, & quid non mulierem quoque extra paradiſum fi xit, atque ita deinde in paradiſum tranſtulit? *Nempe ne extra domum ſuam vagari diſceret, ſed domi ſe tenere, atque in domeſticarum rerum curam incumbere: nam cum licet in paradiſo effecta fuerit, tamen illic ſe tenere nequiuerit, quid factura erat ſi extra paradiſum condita fuiſſet?*

*Ioan. Dam. l. 1. paral.*

*Eccleſia vna eſt.*

443 *Ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem.* Inquiſiuimus cum nec materia deeſſet artifici, nec potentia & virtus ad plurimas mulieres formandas, cur eas non efformauit? nonne diximus Euam Eccleſiam repræſentare? Reſpondeo ergo non eſſe mirum, vnam tantum voluiſſe formare Euam, quia vnica tantum debebat eſſe Eccleſia, & non plures: ſic Tertul. de exhortat. ad caſtit. c. 5. qui cum dixiſſet: plures coſtæ in Adam, & infatigabiles manus in Deo, ſed non plures vxores apud Deum, ſubiungit. *Cum in Eccleſiam & Chriſtum interpretatur Apoſtolus erunt duo in carne vna ſecundum ſpiritales nuptias Eccleſiæ & Chriſti, vnus Chriſtus, & vna eius Eccleſia.*

*Tert. de exhor. ad caſt. cap. 5.*

*Principes ex ſuis coſtis (ſi fas eſt ita loqui) ſubditorum bona extrahere debent.*

444. *Ædificauit Dominus coſtam quam tulerat de Adam in mulierem.* Quid ait? fuit ad manum puluis non erat? quid nobilior materies infirmiori vaſculo debuit excogitari? Neutrum quidem: qua de cauſa igitur ex latere primi hominis fuit formata? nonne futurus erat Adam princeps & caput Euæ? aſſeram ergo ita factum eſſe, vt Adamo manifeſtum foret, ſubditos à Principibus non modò vt rem propriam amandos, ſed etiam ipſorum vitam & reliqua bona è Principis coſtis educenda eſſe, debereq; illum ſubditorum vtilitatibus, propriis expenſis multoque labore indeſinenter proſpicere: ita Syneſius orat. de regno. *Qui fœliciſſimam fortunam Dei beneficio eſt adeptus, cuique in prima ætate magni Regis appellationem contigit, enim nullum non laborem perferre oportet, & omni vitæ commoditate ſeparari, & ſomni parciſſimi ſollicitudinum autem plurimarum eſſe participem ſi quis regis nomen non immerito ſibi velles obtinere.*

*Syneſ. or. de regno.*

*Grato concedit longe plura Deus.*

445. *Ædificauit Dominus Deus coſtam quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam.* Cur tanta beneficia largitur Deus homini, vt non ſolum ad imaginem ſuam formauerit, locum amœniſſimum dederit, ſed etiam nunc mulierem adiutricem, & ſociam? An ingratus fuerat homo Deo? Non agnoſcit D. Chryſoſt. ingratitudinem, non eſt igitur mirum, ſi tot beneficia concedit, quia grato non minora, ſed abundantiora ſemper largitur: ſic idem Chryſoſt. *Ita liberalis eſt Dominus noſter, vt quando videt nos bene, & cum gratitudine vti his quæ iam nobis conceſſit, vltra nos potioribus maioribuſque muneribus impleat.*

*Chryſoſt.*

*In naturam peccat qui ſe alteri præfert.*

*Ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem.* Cur è coſta hominum genus multiplicare voluit Deus? Nota quod qui ex latere alterius eſt, poteſt dici ei collateralis, & æqualis? Ideo igitur ex coſta hominum genus multiplicat Deus, vt ſignificet nos omnes eſſe æquales, & ideo in naturam peccare, qui ſe alteri præfert: ſic pulchrè D. Ælred libr. 1 de amicitia. *Pulchrè de latere primi hominis ſecundus aſſumitur, vt natura doceret omnes æquales quaſi collaterales, nec eſſet in rebus humanis ſuperior vel inferior,* Nos omnes pares fecit natura? collateralem te fratribus apoſuit Dominus, cur igitur latera faſtidiens, primos ſolum appetis accubitus? 446

*Ælred. l. 1. de amic.*

*Qui ſe agnoſcit, diligendus eſt.*

*Ædificauit Dominus coſtam in mulierem, adduxit & eam Adam.* Id eſt, hoc ipſum in eius mentem inſpirauit, vt ad illum ex quo ſumpta erat, accederet tanquam ad virum ſuum, & coniugem inſeparabilem, quamobrem & ipſe quoque agnouit eam ex ſeipſo eſſe, & idcirco diligendam? ſed cur idcirco diligenda? nonne ad Adamum ex quo ſumpta erat, accedebat? rectè ergo diligenda quia qui ſuam agnoſcit originem, amandus eſt: ſic teſtis eſt Ambr. Cathar. *Adamus cognouit eam ex ſe ipſo eſſe, & idcirco diligendam, quia ad ipſum veniebat, tanquam ſuam recognoſcens originem.* Expende illa vltima verba. 447

*Ambr. Cath.*

*Noſtra in omnibus amamus, non æquè aliena.*

*Ædificauit Dominus Deus coſtam quam tulerat de Adam in mulierem.* Poſſet ſine Deus aliunde Euam creare, cur illam maluit ædificare ex Adami coſta? Rationem reddit Theophilus Antiochenus libro primo ad Autolycum, dicens, *Ne exurgerent qui dicerent hic Deus virum, alius format mulierem, Euam ex coſta compegit.* Itaque ne putaretur alius Deus formator mulieris ab eo, qui hominem formaret, ideo ex Adami coſta Eua formabatur: ſed etiamſi ex Adami coſta formetur mulier, poſſet aliquis dicere ab alio Deo formatam. Cur enim formatio ex coſta primi cogeret homines credere ab eodem fuiſſe Adamum, & Euam creatos? Plane id ipſa natura perſuadet, nullus enim amat in alienis, ſed in ſuis ædificare, ad ſua quiſque afficitur magis; nec eſſet Deus, qui ad coſtam Adami confugeret, vt inde pulcherrimum mulieris opus faceret, niſi & Adamum, & coſtam eius ſuum eſſe opus cogitaret. Ex quo pulchrè Theophilus ait ædificatam Euam ex coſta Adami, ne exurgerent qui dicerent, hic Deus virum, alius format mulierem. 448

*Theoph.*

## VARIETAS VERSIONVM VERS. XXIV.

Vlg. Dixitque Adam hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea, hæc vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt.

*Septuag.* Hæc vocabitur mulier quia de viro ſumpta eſt.

*Cald.* Hæc vocabitur mulier, quia de viro ſuo aſſumpta eſt.

*Pagninus.* Et vocabitur viriſſa quia ex viro ſuo aſſumpta eſt.

A *Arias.* Et dixit homo hac vice os de oſſibus meis, & caro de carne mea, ad hanc vocabitur viragο quia ex viro ſumpta eſt ipſa.

*Caiet.* Et hinc vocabitur vira, quia de viro aſſumpta eſt.

*Theod.* Hæc vocabitur aſſumptio, quia ex viro ſumpta eſt.

*Tert.* Hæc vocabitur mulier ſi de viro ſumpta.

*Symmac.* Hoc ſemel os de oſſibus meis.

*Et alij Hebræi* Hæc ſemel os de oſſibus meis.

## CONCORDIA VERSIONVM.

VIrginem habemus, ſequuti Septuaginta, qui ethymologiam voluerunt obſeruare ſic enim legunt, [illegible] ſimiliter Hebræi obſeruauere Ethymologiam ſui idomatis, vir quippe vocatur איש *Is* & mulier אשה iſſa, vnde recte à nomine *Is*, deduxerunt iſſa, alij legunt viriſſam deductam à viro.

## EXPOSITIO VERSVS XXIV.

D*Ixitque Adam hoc nunc os de oſſibus meis*, Quaſi excitatus ab extaſi, in qua per reuelationem accepit Euæ formationem, exclamauit hoc nunc os de oſſibus meis, quaſi diceret hæc mulier de me formata eſt, poſitum eſt *nunc* vt innueret: quod ſolum hac vice ſic formata eſt, ſcilicet ex viro, nam quæ deinceps erant futuræ mulieres, nulla earum ſic generabitur.

*Hæc vocabitur virago quia de viro ſumpta eſt.* Cum C aliis animalibus nomina impoſuerit Adam, ſimiliter & vxori ſuæ nomen indidit, vocans eam viraginem, quæ ita dicitur, quia à viro ſumpta eſſet, noſter autem interpres non adæquauit vim hebreæ vocis, virago enim non ſignificat naturam aut ſexum, ſed virtutem, & animam virilem in muliere. Hebræa vero vox *Iſſa* exprimit naturam, & ſexum illius, quia ab איש *Is*, id eſt, à viro deriuata.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

449 H*Oc nunc os de oſſibus meis*, Hoc aſſeruit primus parens, quia ex ſua coſta mulier ædificata eſt: circa quod inquiro, an ex ſola coſta vel aliquo addito coſtæ, mulierem formauit: Si ex ſola coſta, cur ex ſola, cum facilius ex ea ſimul, & ex aliquo additamento potuiſſet formari: nota ex Hugo Victor. aliquos modos operandi ſoli Deo eſſe poſſibiles, de nihilo aliquid facere, de aliquo facere ſecundum ſubſtantiam, & quantitatem in maius: Reſpondeo ergo ideo ex ſola coſta mulierem formaſſe, vt eius omnipotentia in hoc opere declararetur: ſic citat.

*Hugo à S. Vict. par. 6. l. de ſacr. cap 37.* Author, *Hoc modo operandi de ſubſtantia coſtæ, in ſe diuina virtute abſque extrinſeco additamento multi-* E *plicata, corpus mulieris factum eſt; neque enim conuenit, vt coſtam illam extrinſecus additamentum accepiſſe dicamus, quatenus in eam quantitatem excreſceret, quæ corpori mulieris formando ſufficere potuiſſet, quoniam ſi hoc verum eſſet, non de coſta quidem ſed de illo quod præter coſtam additum eſt (quod vtique multo magis fuit) corpus mulieris factum eſſe conuenientius dici debuiſſet, hoc ſiquidem in materia maius & principalius fuiſſet, & principalis materia vocari debuiſſet, non itaque coſtæ illi aliquid extrinſecus additum eſt, ſed ipſa ex ſemetipſa diuina virtute cooperante multiplica-* F *ta eſt.*

D *Chriſtus Dominus lapſum noſtrum curare volens, latus oppoſuit lateri.*

*Hoc nunc os de oſſibus meis*, Ait Adam, quibus verbis ſatis declarat hanc mulierem ex ſua ſubſtantia eſſe, difficultas ſolum eſt, cur Chriſtus Dominus in cruce pendens, permiſit ſuum latus aperiri lancea? Nota quod mulier poteſt dici latus Adami, ſicut os ex oſſibus eius, mulier autem fuit occaſio peccati totius generis humani: dico igitur Chriſtum Dominum permiſiſſe latus ſuum aperiri lancea, vt latus lateri opponens, vitam amiſſam nobis recuperaret: ſic Procop. *Cum ex latere hoc peccati occaſio proceſſerit (mulier etenim ex latere formata eſt.) Saluator vulnus inflictum ſanare inſtituens lateri oppoſuit latus, nam è cruce pendentis latus lancea hauſtum eſt, ex quo fluxit vita: quæ inde deriuata eſt in omnes homines, quemadmodum ex latere mulieris mors peruaſerat totum mortale genus.* 450 *Procop. in Gen.*

*Quod homo præſtare poteſt, illud eſt corruptibile.*

*Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea.* Non tamen addidit & anima de anima mea: inquiro ab Adam, ſi omnia quæ in te erant tradidiſti, cur etiam animæ cum cæteris non facis mentionem, quæ melior totius hominis pars? Non mirandum 451

eſt hominem non tribuere vxori ſuæ animam, ſed ſolum carnem, & oſſa, quia homo de ſe non habet quid ſpirituale dandum, ſed ſolum corruptibile: ſic Origen. *Videtur quæ de terra ſunt ſua eſſe profiteri: non audere vera ſua dicere, quæ ſcit non eſſe de terra.*

Ori. ho. 1. in Exod.

## *Anima non ex aliquo facta.*

452 *Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea.* O Adam ſi amanter, & cum tua vxore loqueris, cur non addidiſti, *anima de anima mea*, Cum ſoleat coniux ſuam ſponſam vocare animam meam? Ideo, quia non dixit Adam anima de anima mea, quamuis eam chariſſime diligeret, colligere debemus non ex aliquo formatam ſed ex nihilo: ita D. Aug. lib. 1. de Gen ad litt. cap. 1. *Quia ſcriptura non dixit, ex anima viri factam eſſe animam mulieris, conuenientius creditur, eo ipſo nos admonere voluiſſe nihil aliud hic putare, quam de viri anima noueramus, id eſt ſimiliter datam eſſe mulieri, cum præſertim eſſet euidentiſſimæ occaſionis locus, vt ſi non tunc quando formata eſt poſtea certe diceretur tibi Adam, hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea, quanto enim charius amantiuſque diceret, & anima de anima mea?*

Aug. l. 1. de Gen. ad litt. cap. 1.

## *Prophetia primo parenti conceſſa.*

453. *Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea,* quid ais Adam, vndenam ſcis hanc mulierem eſſe de oſſibus tuis? Nonne ſomno indulgebas, cum extracta fuit à te coſta ſine vllo dolore? Quomodo ergo id ſcire potuiſti? Nota cum D. Auguſtino lib. 9. de Geneſ. ad litt. cap. 19. quod extaſis quam Deus immiſit in Adam vt ſoporatus obdormiret, recte intelligitur ad hoc immiſſa, vt & ipſius mens per extaſim, particeps fieret Angelicæ curiæ, intrans in ſanctuarium Dei, intelligeret nouiſſima, per nouiſſima potes intelligere vel vnionem verbi in natura humana, vel Chriſti Domini cum Eccleſia: non mirum igitur ſi dixerit os de oſſibus, quia in illa extaſi donum prophetiæ fuit ei conceſſum: ita idem Author citat. *Euigilans tanquam prophetia plenus, cum adſe adductam coſtam ſuam videret, eructauit continuo, quod magnum ſacramentum commendat Apoſtolus, hoc nunc os de oſſibus meis & caro de carne mea.*

Aug. l. 9. de Gen. ad litt. cap. 19.

## *Eccleſia Chriſtiana, à nomine Chriſti Domini ſponſi ſui dicta.*

454 *Hoc nunc os de oſſibus meis*, deinde ait, *hæc vocabitur virago quia à viro aſſumpta eſt.* Quid ſignificat nomen ſuum vxori dediſſe? Nam virago à viro dicta eſt: nonne Chriſtus Dominus, ſecundus Adam: ſponſa eius nonne eſt Eccleſia quia de latere eius ſumpta eſt, ſicut Eua de latere Adam? dicamus ergo Adam proprium nomen vxori dediſſe, ad declarandum verum ſponſum Eccleſiæ nempe Chriſtum ſuum nomẽ Eccleſiæ ſuæ ſponſæ daturum: Chriſtiana enim dicitur à Chriſto: ſic Raba Maur. *Adam mulierem de ſua carne creatam nominis ſui participem fieri voluit quia, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, atque Eccleſiam quam per ſui corporis pretium redemit ſibique adoptauit in ſponſam, participium ſui nominis dedit, vt à Chriſto, videlicet* Chriſtiana *vocaretur.*

Rab. Maur. hic.

## *Indiſſolubile eſſe debet matrimonium.*

*Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea,* Vnde ſcis os de oſſibus tuis? quia tulit Deus vnam de coſtis meis ex qua formata eſt, quid tibi indicare voluit, ô homo, vxorem tuam non formaſſe ex puluere ſed ex oſſibus tuis, & in mulierem ædificaſſe? Vt inuiolabilis & indiſſolubilis eſſet vnio matrimonij inter coniuges: ita Rupert Abbas libr. 2. in Geneſ cap. 34. *Ecce non vndecumque, ſed de coſta viri, fecit viro Author, coniugij Deus adiutorium huiuſmodi, nunquid abſque iniuria factoris ſui vir coſtam ſuam abiicere poterit? ſi cæcus, ſi claudus, ſi vel paruo vel grandi vel torto naſo, ſi fracto pede, vel manu, ſi gibbus, ſi lippus, vel quamlibet habens eiuſmodi maculam, non accedit ad miniſterium Domini ſecundum mandatum legis*, Leuit 21. *Quanto magis qui coſtam integram corpori violenter exemit vel abiecit, merito ab altari & à communione totius Eccleſiæ Dei debet arceri: etenim mox vt pro adiutorio huiuſmodi quilibet vir quamlibet mulierem aſſumpſerit, mediante fide & teſtimonio eius qui hanc mulierem ad hunc virum adduxit, coſta eius eſt os ex oſſibus eius, & caro de carne eius eſt: igitur ſi illam vir reliquerit, pro qualicumque cauſa, excepta cauſa fornicationis, iam apud Deum vir non erit, nec pro integro corpore reputabitur, quia videlicet vna eſt coſta mutilatum, non qualicumque, ſed bene ædificata diminutum eſt corpus, item & mulier ſi virum reliquerit iam apud Deum in numero non erit, quia non corpus integrum, vel tota caro, ſed pars eſſe conuincitur, ex lege conditionis, quia de viro ſumpta probatur.* 455.

Rup. Ab. lib. 2. in Gen. cap. 34. — Leuit. 21.

## *Homo quaſi deceptum ſe credit in matrimonio contrahendo.*

*Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea.* In Hebræo eſt *hac vice*, quid innuere vult Adam, cum ait hac vice? nam ibi ponenda eſt virgula: nota quod quando in aliquid incidimus quaſi decepti, dicimus hac vice eludi, hoc non bis continget: reſpondet ergo Caietan. magis ingenioſa quam vere: *Iſta*, inquit, *vice os de oſſibus meis, & caro de carne mea, more eorum qui tanquam decepti incurrunt aliquid quod oportet eos ſubire, deſcribitur Adam, cum primum vidit mulierem ſibi datam dixiſſe, iſta vice debet enim ibi fieri punctus, quia eſt ſermo mutilus ſolitus huiuſmodi deceptis: conſueuimus enim mutilo ſermo edicere, in eiuſmodi euentibus, cum quadam emphaſi, iſta vice incidi, ſeu illaqueatus ſum, aut aliquid eiuſmodi, & hoc ad ſignificandum quod vir illaqueatur laqueo coniugij, accipiendo vxorem.* 456.

Caiet.

## *Sine Deo, inter virum, & mulierem, eſt crux, & moleſtia intolerabilis.*

*Hoc nunc os de oſſibus meis*, deinde, *hæc vocabitur virago quia de viro ſumpta eſt*, Hebræum idioma eſt Iſah mulier, vir autem vocatur Is, Aben-Eſra. Prouerb. 2. agnoſcit myſterium in his nominibus: Sic autem ſcribit. *In nominibus is, & Iſah Dei nomen* n *continetur, quod ſi ex vtroque adimeres* & n, *remanebit is, quod eſt ignis, hoc eſt mera crux & moleſtia intolerabilis.* Ex quo collige ſi nomen Dei duabus litteris contractum non perſeuerat in nominibus viri, & mulieris, non iam virum & mulierem, aut eſſe aut nominari, ſed ignem & ignem, in hac vita calamitatum, in altera gehennalem. 457.

Aben. Eſra. Prou. 2.

*Non erit alia formatio ſimilis primæ mulieris.* A

458. *Hæc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea.* Ad quid addidit *nunc*? nihil enim videtur innuere, nec ſenſum aliquem admittere? Nota quod Pagninus vertit *hac vice*, os de oſſibus meis, & teſte Diuo Chryſoſtomo. Symmachus alius interpres vertit *hoc ſemel*. Reſpondeo ergo optime
*Chry. ho. 15. in Gen* appoſuiſſe *nunc*, ad declarandam ſemel hanc formationem mulieris factam, non amplius efficiendam: ita Diuus Chryſoſtomus homilia decima quinta. *Declarans quod ſemel hoc tantum factum eſt, neque vltra erit talis formatio mulieris, nunc, inquit, facta eſt ex viro mulier, poſthac non ſic erit, ſed ex muliere vir, imo non ex muliere, ſed ex vtriuſque cooperatione.* B

*Pulchritudo mulieris mutos loquentes efficit.*

459. *Hæc nunc os de oſſibus meis*, Miror ſapientiſſimum Adamum nullum antea protuliſſe verbum, quamuis tot occaſiones ei darentur in gratiarum actionibus agendis: quomodo ergo nunc loquitur dicens, os ex oſſibus meis? Reſpondeo tantæ efficaciæ eſſe mulieris viſæ pulchritudinem, qualis erat ipſius Euæ, vt taciturnos & ſilentio deditos, reddat loquentes, & loquentes efficiat: quod innuit Procopius dicens, *Quapropter non abs re, viri*
*Procop.* *mille curis abruti conſpecta muliere exhilarantur, & animitus ſe exoluunt curis*, adde & taciturni mira loquuntur. C

*Fides mirabilis in primo parente.*

460. *Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea.*
*ad Eph. 5.* Diuus Paulus ad Epheſios capite quinto, magnum myſterium annuntiaſſe ait: ſacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia, hoc ne agnouit Adam propheticè? non ſolum agnouit, ſed magna fide ita futurum credidit: ſic habet
*Tert. 2. contra Marc. c. 4.* Tertullianus libro ſecundo contra Marcion. capite quarto. D

*Cuius in exemplum ſopito corporis ſomno,*
*(Sumitur ex latere mulier, quæ coſta mariti,)*
*Quam carnem de carne ſua, deque oſſibus oſſa,*
*Euigilans dixit præſaga mente locutus:*
*Mira fides! merito Paulus certiſſimus author,*
*Chriſtum de cœlis Adam docet eſſe ſecundum. &c.* E

Expende illa verba, *magna fides*, quaſi diceret, maxima fides Adæ in hoc myſterio ſignificando eluxit.

*Eccleſia virgo & mater eſt.*

461. *Hæc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea.* Hoc myſterioſè Eccleſiam repræſentat Chriſto: virgo fuit Eua, ſed poſtea mater corrupta, inquiritur ergo, cum ipſa Eua Eccleſiæ ſit typus, an & ipſa Eccleſia ſit virgo ſimul & mater? non ſolum
*Pacia. in ad Sym. prouianũ cõtra tra- ctat. Nouatians Epiſt. 3.* mater eſt, ſed maternitatem cum virginitatis honore poſſidet: ſic Diuus Pacianus, *Eccleſia eſt ſancta, caſtiſſimis ſenſibus, ſponſa Chriſti, virgo verum eſt, ſed & mater, ſponſa manifeſtum eſt, ſed & vxor & coniux, de viro ſuo ſumpta, multos huic virgini partus, & proles innumera, quo totus orbis impletur, qua circumfluis ſemper alucaribus populoſum ſeruet examen.* F

A *Mulieris amor intenſior eſt viri amore.*

*Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea.* 462
Cur non dixit os de oſſe meo, & carnem de carnibus meis, vel ſaltem vtrumque in ſingulari, os de oſſe, carnem de carne? Nota quòd caro amorem carnalem ſignificare poteſt, os autem robur: dico igitur aſſeruiſſe Adamum os de oſſibus, vt ſignificaret, in muliere paruum robur, & carnem de carne mea, vt declararet minorem in eo eſſe affectum amoris, quàm in muliere: ſic Caietanus, *Dicitur autem plu-* *Caiet.*
*raliter ex oſſibus, vt ſignificetur nimium virtutis roboris ſaluari in muliere: dicitur autem ſingulariter de carne mea, vt ſignificetur quamuis imperfectior ſit caro mulieris quàm viri, non tamen minorem eſſe carnalem eius affectum, imò verò tanto maiorem quanto maiori corporis roboris coniunctus eſt.*

*Amor mulieris obliuionem animæ præbet.*

*Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea.* 463
Quomodo, ô Adam, ſolum meminiſti te habere oſſa & carnem, non autem animam vel ſpiritum? Dicamus mulieris amorem viſe aliquando efficere, vt noſtræ animæ omnino ſimus immemores: ſic acutè Origenes homilia prima in Exodum, *Velim mi-* *Orig. ho. 1. in Exod.*
*hi diceres Adam, ſi omnia quæ in te erant, tradidiſti, cur non etiam animæ tuæ cæteris non facis mentionem, quæ melior hominis pars eſt?* Quaſi diceret: obliuiſcentur animam ſuam quicunque mulieres amare incipiunt.

*Propria apud nos vileſcunt bona, ad aliena propenſiſſimi.*

*Hæc nunc os ex de oſſibus meis, & caro de carne mea.* 464.
D Cur ait nunc os ſuum eſſe? nonne antea fuit ſuum? videtur antea illius non fuiſſe, cùm ſolum ſuum eſſe nunc aſſerat: ſanè, ô Adam, & antea hoc os magis tuum erat, tibi adhærebat intimius, & annumerabatur inter coſtas lateris tui: cur nunc magis tibi adhæret? cur nunc magis æſtimatur vt tuum, & illud nunc tuum magis reputas, & propter illud parentes relinquis? ideo nunc magis reputat ſuum, quia minus eſt ſuum, & magis alienum eſt ab illo: Diuus Baſilius Seleuc. oratione ſecunda ait. *Agnoſco mem-* *Baſil. Seleu.*
*brum, donum amplector, vertit in deſiderium quod celo accidit, hoc nunc os ex oſſibus meis: hoc quod nunc vere ſentitur non illa priora, quæ cum in mea eſſent poteſtate,*
E *eorum ego viſionem minime deſiderabam, tamẽ à membro abiunctus philtro vincior, loco ſeiunctum eſt, deſiderio coniunctum.* Quid pulchrius? quid magis expreſſiuum deſiderantis hominis? dum os in ſua poteſtate erat, intra ſuas coſtas annumerabatur, nullum habebat affectum ad illud, nullo illius tenebatur deſiderio, vbi ſeiunctum eſt os & abalienatum ab illo, nunc ardet oſſis deſiderio, nunc os mille affectibus proſequitur, & tanto magis illud ſuum æſtimat, quanto minus eſt ſuum.

F *Eccleſia in contemplatiuis oſſea, in actiuis carnea.*

*Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea.* 465
Odo de Morim. cit. à Tilm. in alleg. ait contempla- *Odo de Morim. à Tilm.*
tiuos oſſibus intelligit, actiuos verò carne: cur contemplatiui ſicut & actiui cum huiuſmodi rebus abiectis conferuntur? reſpondet ille, *Quod factum eſt de carne carneũ eſt, & quod de oſſe oſſeum, oſſea eſt Eccleſia*

A *acrebus viſibilibus oculos claudit, & tunc in ſemetipſo, vel quæ præeſſe viriliter debeant, vel quæ ſubeſſe poſſint, infirma diſtinguit, vt aliud in illo ſit quod regere valeat, & aliud tanquam fœmina quod regatur: in hoc itaque ſilentio cordis, dum per contemplationem interius vigilamus, exterius quaſi obdormiſcimus, nequaquam enim culmen contemplationis attingimus ſi non ab exterioris curæ oppreſſione ceſſemus.*

*Vir in omnibus non debet præferre vxorem parentibus, nec è contra.*

469 B *Quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ.* Nonne præceptum diuinum & naturale eſt de honorandis parentibus? quomodo ergo propter vxorem derelinquendi ſint, cum relinquere ſit inhonorare? quoad habitationem, non quoad dilectionem omnino relinquere debet: ſic noſter Lyran. *Non quantum ad dilectionem quia filius non poteſt denegare parentes, ſed quantum ad cohabitationem. quia filius cum eſt vxoratus, ſtatim eſt emancipatus, & habet prouidere ſibi, & vxori & familiæ*

*Noſt. Lyran.*

*Coniuges ita in dilectione vniri debent, vt vna perſona eſſe videantur.*

470 C *Adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.* Quomodo poſſunt eſſe duo in carne vna, cum ſint duo corpora? quoniam vniri tali dilectione debent vt vnus ſpiritus quaſi duo corpora informare videatur: ita Hugo à ſancto Vict. *Tanta erit dilectio inter virum & mulierem, quod vtriuſque ſpiritus nullam habebit differentiam inter carnem & viuificatam, & inter carnem alterius dilectam, & ſi eſſent in vna eademque carne. & quia in re non poſſunt facere hanc vnitatem, quod poſſunt faciunt, vnionem ſcilicet dilectionis, & ſic erunt duo in carne vna per dilectionem.*

*Hugo à S. Vict.*

D *Maxima inter virum & mulierem debet eſſe vnio.*

471 *Quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ & erunt duo in carne vna.* Nonne vnio filij & patris eſt ſtrictior, quam viri & mulieris? quomodo ergo præcipit Deus quod patrem & matrem relinquat, & vxori ſuæ adhæreat? ſane ad declarandum neceſſitudinem inter virum & mulierem fortiſſimam & maximam: ita Rupert. lib. 2. in Geneſ. cap. 38. *Ergo dum dicit quamobrem relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ* E *& erunt duo in carne vna, coniugij copulam omnium carnalium neceſſitudinem maximam atque fortiſſimam fore promittat, adeo vt ſimul copulati iam non ſint duo; ſed caro vna.*

*Rupl. Abb. l. in Gen. cap. 38. lege Lip.*

*Vir debet eſſe vnius vxoris ſponſus.*

472 *Quamobrem homo relinquet patrem ſuum & matrẽ, & adhærebit vxori ſuæ.* Cur non dixit adhærebit vxoribus ſuis, cum plures aliqui habuerint vxores? recte dixit in ſingulari adhærebit vxori, & non vxoribus, quia vir debet vnius & non plurimum (niſi ex F diſpenſatione diuina) fieri ſponſus: ſic Cyprian. de bono patientiæ: *Adhærebit vir vxori ſuæ, non dixit vxoribus, lege enim naturæ & gentium bene inſtitutarum vnus vni tantum copulandus decernitur, quam qui transgreditur, ſibi ipſi imputabit, ſi moleſtiis diuexetur intolerabilibus per omnem vitam ſuam.*

*Cypr. de bono patient.*

A *Matrimonium cum patre aut matre non poteſt contrahi.*

*Quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem,* Caldaica editio ſic habet, propterea relinquet homo lectulum patris ſui & matris ſuæ, quid? an vir matrimonio copulandus, in lectulo matris ſuæ dormiebat, ita vt eum debeat derelinquere? non hic eſt ſenſus, ſed ſignificatur matrimonium cum patre & matre nullo modo fuiſſe contrahendum, teſtis eſt Lippom. *His verbis fortaſſe iuxta aliquorum opinionem innuitur, matrimonium cum omnibus in lege naturæ* B *præterquam cum patre & matre contrahi potuiſſe.* 473

*Lippom.*

*Verba ſanctorum, verba Dei ſunt.*

*Quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrẽ ſuam, & adhærebit vxori, & erunt duo in carne vna,* Nonne hæc verba tribuit Matth. 19 Deo? quomodo ergo Moyſes trahit ea dicta ab Adam? vnde Aug. lib 9. in Geneſ. ait: nota quod verba hæc quę Adam dixit, Chriſtus Dominus Matth. 9. Deo tribuit, non legiſtis quia qui fecit ab initio maſculum & fœminam fecit eos & dixit: propter hoc dimittet patrem: quomodo ergo ſatisfaciemus? optime dicentes, verba C ſanctorum eſſe verba Dei, ita Thom. *Quod & Adam vt à Deo inſpiratus, hæc dicit ipſe Deus vt Adam inſpirans & docens, vnde Matth. 10. non eſtis vos qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis.* 474

*Matth. Th. Aug. Mat. 10.*

*Omnia terrena debemus ſpernere vt Chriſto adhæreamus.*

*Quamobrem relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ.* In ſenſu myſtico, quiſnam eſt pater & mater quos debemus relinquere? Audias Iob capite 17. dixi putredini pater meus es, & vxor D mea vermibus: quem locum exponens Philo Carpath in Cant. ait relicto diabolo, & ſua putredine rerum caducarum, & matre, concupiſcentia carnis, ſiue vermibus peccatorum, iuxta illud, putredini dixi pater meus es, & mater mea vermibus: omnia enim terrena putreſcentia ſunt, & corruptionis plena, propterea relinquenda homini, propter quid relinquenda ſunt? vt adhæreat vxori. quid hoc innuit? reſpondet idem Author: *Hoc eſt ſanctiſſima Eccleſiæ, & per eam diuiniſſimo ſponſo Chriſto Ieſu, viro cœleſti, noſtraque redemptionis & immortalitatis auctori,* agnoſce quomodo caduca contemnenda, vt Deo E poſſis adhærere. 475

*Iob. c. 17. Phil. Carp. in cant.*

*Virgo cum Deo quaſi vna debet eſſe.*

*Et erunt duo in carne vna.* Quod myſterium enuntians Paulus ait, magnum eſt: eo quod omnes qui agglutinantur vxori, ambo in vnum corpus ſint: ſed quæſo à ſimili, nonne virgo ſponſa eſt Chriſti Domini? à fortiori ergo erunt duo in vnum, quia maior eſt vnio ſpiritalis, quam corporalis? dico ita eſſe, quia virgo quaſi vna cum Deo eſt: ſic D. Athanaſius in regulis de virginitate ſeruanda. *Audi ancilla Chriſti,* F *omnis qui agglutinatur vxori, ambo in vnum corpus ſunt, ita quoque omnis vir, ſiue mulier agglutinatus Domino, vnus ſpiritus eſt; ſi enim qui ſe mundo copulant, relinquuntque patrem & matrem mortalibus hominibus copulantur, quanto magis virgo continens relinquere debet terreſtria omnia, & Domino ſoli agglutinari?* 476

*ad Ep. 5. Athan. in regn. de vir. ſeruand.*

*Virgo ſolum curare debet ea quæ ſunt ſponſi ſui.*

477 *Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ.* Ita vt nec vir poteſtatem corporis ſui habeat, ſed mulier, & è contra, ita vt ea quæ coaptatur viro, voluntatem viri ſui exequatur: ſed cum hoc ſit ſymbolum alterius coniugij, nempe virginis cum Chriſto, quomodo conglutinari debet illa ſponſa ſponſo ſuo cæleſti? ita cum eo coniungi debet, vt voluntatem eius in omnibus exequatur: ſed quæ eſt illius voluntas? An forte vt curam ſuam collocet in mundum? cum ſollicitudine amplectatur terreſtria? minime, ſed ea eſt voluntas Chriſti, inquit Athanaſius citatus, *Vt is qui ſibi conglutinatus eſt, nihil ſecum omnino huius ſæculi ferat, aut terreſtria curet, ſed ſolum vt crucem eius qui pro ipſo crucifixus eſt, baiulet, eiuſque curam habeat, & de ea ſollicite cogitet, & die & nocte & perpetuis hymnis & glorificationibus eam celebret, & illuminatum habeat mentis oculum, & ſciat illius voluntatem, & faciat, cor ſimplex poſſideat, & mentem puram, miſericors ſit quemadmodum & ipſe miſericors eſt, ita & nos quoque eum ſequamur.* Athanas. cit.

*Non poteſt quis Religionem ingredi vxore diſſidente.*

478 *Relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ.* An ignorabas, ô Deus ſapientiſſime, aliquos futuros vxoratos, qui pietate & amore tuo ducti, Religionem eſſent ingreſſuri? cur ergo non dixiſti relinquet homo non ſolum patrem & matrem, ſed etiam vxorem? Reſpondeo, id non debuiſſe ſubiungi, quia nullus Religionem ingredi poteſt, relicta vxore ſua, & ea diſſentiente: ſic optime Rupertus libro ſecundo de Trinitate & operibus eius, capite trigeſimo octauo. *Hic pro lege habetur, vt patrem & matrem hominis relinquere liceat, poſcente cauſa idonea, vxorem autem nemini niſi volentem relinquere, nec humana coacedit lex, nec diuina, niſi pro ſola vt ſuperius dictum eſt, fornicationis cauſa: proinde cum dicit lex, Deuteronomij capite trigeſimo tertio: De tribu Leui, qui dixit patri, suo & matri ſuæ, neſcio vos, & fratribus ſuis, ignoro illos, & neſcierunt filios ſuos, hi cuſtodierunt eloquium tuum, & pactum tuum ſeruauerunt; cum inquam hæc dicit lex ſancta & iuſta, notandum eſt, quod ſolam vxorem prætereat, quia videlicet patrem & matrem, fratres, & filios neſcire licet ei, qui cuſtodire* Rupert. Deut. 33

A *eloquium & pactum Dei cupit, eoſque vel reclamantes, & inuitos relinquere, ſola autem vxor eſt, quam niſi volentem & idem propoſitum amplectentem, dimittis fas non eſt.*

*Amor Dei cuilibet alteri præferendus.*

*Relinquet patrem & matrem & adhærebit vxori ſuæ,* 479
Cur non appoſuit relinquet & me, vt ſuæ adhæreat ſponſæ cum cuilibet videatur præferenda? ideo ſolum patrem & matrem appoſuit derelinquendos B propter vxorem, non autem ſe ipſum, quia amor Dei cuilibet ſtrictiſſimæ etiam dilectioni præferendus eſt: ſic Ferus. *Obſeruandum quod parentes quidem relinquendi ſunt, propter coniugem, at non relinquendus Deus, qui enim amat patrem vel matrem & vxorem plus quam me, inquit Chriſtus, non eſt me dignus.* Ferus.

*Homini peccatum imputatur, & non Deo.*

*Relinquet homo patrem & matrem ſuam, & erunt duo in carne vna,* inquiremus ne abſque ratione, cur 480
C data ab initio primo homini vita Angelica, cur innumera in eum collata beneficia? cur prophetiæ donum conceſſum? (vt in ſequenti conceptu dicemus) nota quod primus parens deinde tranſgreſſurus eſt Dei præceptum: dico igitur tot hominem donis decoraſſe, vt cum peccantem poſtea videremus, authorem ſui peccati ſolum eſſe agnoſceremus: obſeruatio eſt Diui Chryſoſtomi. *Hæc omnia conceſſa, vt cum videritis hominem poſt tot beneficia delinquere, culpam in Deum ne reijceretis, ſed ipſi totum imputetis, ipſi enim ſibimetipſi omnium malorum* D *author fuit.* Chryſoſt.

*Prophetiæ donum homini conceſſum.*

*Relinquet homo. &c. & erunt duo in carne vna,* Congreſſus nonne poſt præuaricationem fuit, nam vſque ad illam quaſi Angeli verſabantur non concupiſcentiis flagrantes: vnde ergo ſciebat quod multiplicandum genus humanum & quod hoc viri mulieriſque congreſſu futurum eſſet? vnde noſcebat? 481
E certe prophetiæ dono quod à Deo ſibi fuit liberaliter conceſſum: ſic affirmat Chryſoſtomus *Prophetice gratia particeps, omnia hæc ſpiritualibus videbat oculis.* Chryſoſt.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXVI.*

*Vlg.* Erat autem vterque nudus, Adam ſcilicet, & vxor eius, & non erubeſcebant, *ſic Caldæus*

*Septuag.* Et erant ambo nudi Adam, & mulier eius, & non confundebantur.

*Pagnin.* Et non pudebat eos.

F *Caietanus.* Et fuerunt ambo nudi Adam, & vxor eius, & non pudebat eos, *ſic Ambroſius & Auguſtinus.*

*CONCORDIA VERSIONVM.*

VErbum בוש *Bos* erubeſcere, pudefieri, pudore ſuffundi, vel pudere ſignificat, vnde alij dixere non erubeſcebant, alij non pudebat, &c.

## EXPOSITIO VERSVS XXVI.

E*Rat autem vterque nudus*. Ex defectu exterioris operimenti, quo non indigebant, contra intemperiem aëris, aut aliquam læſionem, nec ad operiendam membrorum genitalium nuditatem, vnde ſubdit textus, *& non erubeſcant*, non quod primi parentes eſſent adhuc vt pueri, quod vult Ioſephus carentes vſu rationis, & ideo pudore non ſuffundebantur, diximus enim quòd Adam ſcientiam tam rerum na- A turalium, quam ſpiritualium habebat: non erubeſcebant ergo, non propter ignorantiam, ſed ex conditione ſtatus, in ſtatu enim originalis iuſtitiæ, non erat aliquis motus deordinatus membrorum, propter quem pudor eueniret, hic autem pudor contingit ſi in membris regnaret libido, & motus repugnans legi, hocque aliis pateret.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Voluptates carnis ſunt viliores aliis.*

482 E*Rat autem vterque nudus Adam & vxor eius, & non erubeſcebant*. Nudi erant ex defectu exterioris ornamenti, ac ideo quia in ſuis membris nihil erat quod rationi rebellaret, (quia nullum habebant defectum, vel enormitatem) non erubeſcebant: ſed cur addit non erubeſcebant ex eo quod nudi non eſſent, id eſt, quia membra non rebellabant rationi? nonne etiam erubeſcentia potuit prouenire ex alia ratione? dico potius erubeſcere hominem ex tali rebellione quam ex alio capite, quia nihil eſt vilius & abiectius voluptate carnis: ſic Thom. Anglic. *Quia igitur membra genitalia rationi rebellant, & contra rationem & voluntatem ſe mouent, ideo ad factum tale, idem homo modo nudus erubeſcit, & plus quam aliis paſſionibus, ſunt enim iſtæ magis fœdæ, magis viles, & ex toto ſine ratione, quod non eſt de aliis ita communiter.*

*Thom. Angl. 2. c. in Gen.*

*Ex peccato, membrorum inobedientia.*

483 *Erat autem vterque nudus Eua & Adam & non erubeſcebant.* Si nobis noſtra eſt odioſa nuditas, quomodo primi parentes videntes ſuam non erubeſcunt? nonne nobis confuſionem affert noſtra nuditas ob noſtrorum membrorum rebellionem: reſpondeo ergo non erubeſcere, quia nondum Deo inobedientes & rebelles fuerunt per peccatum, ex quo inobedientiam membrorum ſentimus de qua erubeſcimus: ſic fere D. Auguſt. *Nudi enim & non erubeſcebant, non quod eis ſua nuditas eſſet incognita, ſed turpis nuditas nondum erat, quia nondum libido membra illa præter arbitrium commouebat, nondum ad hominis inobedientiam redarguendam, ſua inobedientia caro quodammodo teſtimonium perhibebat, patebant autem, vt cognoſcerent quid eis indumento gratia præſtaretur, quando membra eorum voluntati repugnare neſciebant, qua gratia remota, vt pœna reciproca inobedientia plecteretur, extitit in motu corporis quædam imprudens nouitas, vnde eſſet indecens nuditas, & fecit attentos, reddidque confuſos.*

*Aug. lib. 14. de Dei ciu. cap. 17.*

*Deo inobediens corporis ſui inobedientiam meretur.*

484 *Erat autem vterque nudus Eua & Adam, & non erubeſcebant.* Quomodo nunc etiam veſtiti erubeſcimus, cum nuditas pudore tunc non confundebat primos noſtros parentes; nunc autem quia nos veſtimentis tegimur nullo modo confundi deberemus? Nota quod nunc corporis noſtræ partes inobedientes ſunt rationi noſtræ, & ea de cauſa etiamſi veſtiti ſimus, erubeſcimus tamen: B Sed vnde id quæſo, quod corporis noſtri inobedientiam ſentimus? nequaquam ignoras protoparentem noſtrum Deo omnipotenti inobedientem fuiſſe: dicas ergo non mirum eſſe ſi corporis noſtri inobedientiam experiamur, quoniam qui Deo ſuo inobediens eſt, meretur vt corpus ſuum non obtemperet rationi: accipe in hæc verba Eucherium ſic dicentem. *Ex pœna peccati venit homini, vt ſua ipſius ei rebellis eſſet caro, quoniam & ipſe rebellis extitit creatori ſuo in actibus ſuis.*

*Euchér. hic.*

C *Vbi nihil inhoneſtum eſt, nihil etiam pudendum.*

*Erat autem vterque nudus Adam & Eva, & non erubeſcebant.* Omnino nuda erant corpora noſtrorum primorum parentum in paradiſo illo amœniſſimo conuerſantium: quomodo ergo eos non pudebat, turpis enim eſt ipſa nuditas, turpe etiam pudenda inſpicere? Ante præuaricationem & inobedientiam parentum, certiſſimum eſt nihil ipſos ſenſiſſe aut inordinatum aut inuerecundum, nullam enim legem experiebantur in ſuis D membris repugnantem legi mentis ſuæ: nequaquam ergo mirum eſt nudos eos non erubeſcere, quia vbi nihil inhoneſtum eſt, nihil etiam pudendum eſt: ſic optime Diuus Auguſtinus libro vndecimo de Geneſ. ad litteram. *Nullus in corpore motus erat, cui verecundia aliqua deberetur, nihil putabant velandum, quia nihil ſenſerant refrænandum.* 485

*Aug. lib. 11. de Gen. ad lit.*

*In veſtimentis nimium inquirendis auellimur à Dei cultu.*

E *Erat autem vterque nudus Eua & Adam, & non erubeſcebant.* Dices, non erubeſcebant etiamſi nudi eſſent, quoniam nullam omnino rebellionem in ſua carne experiebantur: ſed quamuis ita ſit, nonne potuit Deus imperare parentibus primis vt ſibi veſtimenta aliqua efficerent, ad ſuas nuditates operiendas, ne ab alio extrinſeco læderentur? Reſpondeo, ideo non præcepiſſe illis Deum vt veſtimentis induerentur, non tantum quia eis non indigebant, ſed quia tanta curioſitas in eis inquirendis apponitur, F vt fortaſſe à Dei cultu ſic auellerentur: teſtem habeo Procop. *Si ea ipſis perſpecta fuiſſet nuditas, facile abſtracti à cultu diuino fuiſſent: nam toto pectore incubuiſſent, vt pararent veſtes quibus nuditati ſubuenuiſſent.* 486

*Procop.*

*Nuditas non trahere deberet ad concupiſcentiam viros iuſtos.*

487. *Erat autem vterque nudus Eua & Adam nec erubeſcebant.* Cum nuditas ſit illecebra voluptatis, incitamentumque libidinis, quomodo permittebat Deus Adamum & Euam nudos degere in paradiſo? Nonne hi erant iuſtiſſimi? ſine periculo igitur caſtitatis nudi degebant, quia viri iuſti nuditate ad
D.Max. concupiſcentiam non trahi deberent: ſic D. Maxi.
Taur. Taur. homilia de D. Michaële Archangelo. *Nil*
Epiſ. *prauum reſpiciebant eius oculi, ne cor eius turpe aliquid cogitabat, erat apud honeſtas mentes nuditas ipſa veſtita: ſicut enim apud nequam homines turpis cogitatio à concupiſcentia, veſtibus non arcetur, ita apud ſanctos viros honeſta ſimplicitas ad concupiſcendum nuditate non trahitur, ſed ſicut vitioſis ad corruptelam nuda ſunt omnia, ita etiam Religioſis ad caſtimoniam operta ſunt vniuerſa.*

*Quo quis præſtantior, eo ſolis neceſſariis magis contentus*

*Erat autem vterque nudus, nec erubeſcebant.* Quis 488.
inter omnes reges Adamo præſtantior? omnes enim longe ſuperauit, imperij latitudine, vitæ fœlicitate, ſapientia, innocentia, & virtutibus animæ, & inter hæc nudus agit, nec erubeſcit, & cur à nuditate minime ruborem capit præſtantiſſimus regum? quia præſtantiſſimus eſt non ruborem, ſed laudem accipit
à nuditate, pulchre aiebat auctor habitus Aug. q. 8. Aug. qq.
ex nouo Teſtamento fatus: *Hæc vera laus eſt, ſi ſic illi* nou. Teſt.
*proficiat quæſita dignitas, vt nullius egeat, dum hoc natura eius præſtatur, vt per ſeipſam viuat, & bene viuat* q. 81.
*nullo requiſito ſuffragio: hoc eſt vere diuitem fieri & glorioſum, tantum abfuit vt nuditas gloriam Adami fœdaret, quod inde maximum ſumeretur argumentum eiuſdem præſtantiæ quando erat qui ſolis neceſſariis a natura integra conſtitutionem ſeſe ſuper omnia efferret corporalia, adueníitioſque alios ornatus, vt ſuperfluos repudiaret.*

# SYNOPSIS CAPITIS TERTII.

TENTATVR MVLIER A DÆMONE, ET AB EO ſeducitur, tranſgrediuntur Adam & Eua Dei præceptum, vterque punitur, & è Paradiſo eijcitur, & maledicitur Serpens.

## VARIETAS VERSIONVM

*Vlg.* Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus.

*Septuag* Serpens autem erat prudentiſſimus beſtiarum, quæ erant ſuper terram, quas fecerat Dominus Deus.

*Cald.* Et ſerpens erat ſapientior cunctis beſtiis agri.

A *Arias.* Et ſerpens erat callidior omni beſtia agri.

*Cait.* Et ſerpens fuit calidus pluſquam omnis beſtia agri.

*Aquila & Theodotion.* Legerunt verſipellem, & nequam.

*Alij.* Sic legunt incantatus ſiue inuolutus erat callidior, &c.

## CONCORDIA VERSIONVM.

VErbum Hebraicum נחש *Niches* à quo נחש *Nachas* id eſt, ſerpens, proprie ſignificat incantare, vt in Reg. inde ſerpens vocatur incantatus, quod ſcilicet muſſitando incantetur, poteſt tamen dici quod verbum ſignificat inuoluere ſeu inuolui, & exinde ſerpens ab inuolutione quod facile inuoluatur, hinc fit quod vbi plurimi dixere ſerpentem, alij vertere incantatum ſiue inuolutum: Hebraica dictio ערום harum callidum, aſtutum, & malignum ſignificat, quod & ſept. verterunt prodentiſſimum. Caldæus ſapientiorem: optime tam illi quam noſter interpres verbum Hebraicum reddiderunt; nam inuenimus pleriſque in locis in bonam vel malam partem ſumi.

## EXPOSITIO VERSVS I.

SEd & ſerpens, Cum nomen ſerpentis ſit commune, ignoratur in quanam ſpecie fuerit ſerpens tentans mulierem, nam dicere quod fuerit baſiliſcus, qui rex inter ſerpentes habetur, eius deformitas, aſſlatus & virus, obſtare videntur, tum eum de regulo & aliis generibus ſerpentium vt ſcorpionis & viperæ eſt mentio in ſacra ſcriptura vt Num. 21. ſemper cum addito nominantur ſerpentes, vel igniti, vrentes, flammei, flatuque adurentes, abſolute vero & ſine addito hic dictus eſt ſerpens, vnde exiſtimo eſſe noſtrum vulgarem anguem & colubrum cuius natura eſt quod ſit ſanguineus, lactis auidiſſimus, cortice intectus, tergi varietate præfulgens, notarum gratia videntes retardans.

*Erat callidior cunctis animantibus terræ*, Dicitur callidior cunctis non Angelis, ſed animalibus, vt in-B telligatur eſſe verus ſerpens, non diabolus vt aliqui tenent ſi autem vbi habemus erat callidior alij legunt erat prudentiſſimus, quod animali non poteſt conuenire, prudentiæ enim eſt propoſitionem medij & finis inuenire & cognoſcere, & idcirco iudicare, & cum hoc ſit rationis proprium genus omne ſenſibilis excedet: ſed prudentiam, vel improprie debes accipere, vel per antiphraſim, cum prudentia illa ſit ſtultitia ſicut in ſapientibus huius ſæculi: circa huius ſerpentis calliditatem dubitabis an fuerit illius propria vel alterius, non exiſtimo ſerpentem dictum eſſe callidum aliena calliditate, ſeu propter diaboli calliditatem, ſed propria & naturali cũ ſer-
C pentibus hoc naturaliter conueniat, teſte Chriſto *Matth.*
Domino qui omnium rerum naturas perfectiſſime 10.
agnoſceos ait, eſtote prudentes ſicut ſerpentes, &c.

## CONCEPTVS IN HANC I. PARTEM VERS. I.

### *Diabolus nihil habet niſi linguam qua perſuadeat.*

1 SErpens erat callidior cunctis animantibus terræ. Cur Moyſes repræſentat nobis dæmonem ſub ſpecie ſerpentis? Si autem ſub ſpecie ſerpentis, cur eum loquentem inducit, cùm ſit animal irrationale & ideo mutum; nota quod ſerpens dæmonem repræſentans non habet alas quibus volet, nec pedes quibus currat, &c. dico ergo ideo Deum illi permiſiſſe in forma ſerpentis tentare mulierem, vt ſciamus diabolum non habere pedes vt nos inſequatur fugientes. non alas vt volet ac te accipitris aut aquilæ more comprehendat, non cornua quibus te ventilet, non vngues vt te dilaniet, ſed ſolum linguam, vt tibi perſuadeat: hoc innuit D. Chryſoſtom. hom. 8 in Epiſt ad Rom. *Diabolus*, inquiens, *pedes non habet ne formides, nec alas ne terreare, ſuper terram vt ſerpens trahitur nihil tibi cum illo commune. ſi incantationes diuinas noueris, cœleſtium amore tactus ſtatim vulnerabitur.* Chryſoſt. hom. 8 in Epiſt. ad Rom.

### *Diabolus expectat occaſionem nos decipiendi.*

2 *Serpens callidior cunctis animantibus terræ, dixit ad mulierem, &c.* Quo tempore quæſo, eam tentaturus aggreditur? Inſpiciamus, quid nobis ſacer textus referat, audierunt vocem Domini Dei deambulantis ad meridiem: circa enim meridianum tempus eam tentat, cur potius hoc tempore quàm alio? Circa meridianum tempus fame afficimur, prouocamurque ad comedendum: potius igitur hoc tempore quàm alio eam ad eſum ligni vetiti induxit; quia occaſionem, & opportunitatem nos decipiendi ſemper inquirit: ſic Procop. *Meridiano tempore acceſſit diabolus ad mulierem verum iam ipſam obſeruauerat antea captans opportunum colloquij tempus, nam tam demum vbi eam famelicam ſenſit, & ad cibum captandum feſtinantem adoritur. haud iam nobis auocatus peccatum ingerere poteſt ſed vt aliquis promoueatur vtitur affectibus nobis inſitis, inſtat mali conſiliarij, & ſic nos in peccatum pertrahit.* Procop.

### *Non conceditur Diabolo quod deſiderat ad decipiendum.*

3 *Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ. qui dixit. &c* Cur non acceſſit in ſpecie columbæ aut ſplendidiſſimi Angeli? Nam perſuaſio eius apparentiam habuiſſet maiorem fraus doluſque eius magis latuiſſent: quia non conceditur illi licentia efficiendi id quod vellet ad hominem decipiendum, ideo non alia forma quam ſerpentina potuit apparere: ſic D. Auguſtin. *Non eſt putandum quod diabolus ſerpentem per quem tentaret, elegerit. ſed cum tentando decipere cuperet, non eſt permiſſus hoc attentare niſi per ſerpentem*, & addidit Mag. ſentent lib. 2. q. 21: Si *permiſſus fuiſſet forte veniſſet libentius in forma columbæ. diabolus habet cupiditatem nocendi, facultatem autem non niſi quæ datur vel ad ſubuertenda, & perdenda vaſa iræ, vel ad humilianda ſiue probanda vaſa miſericordiæ.* Auguſt. Mag. ſent. l. 2. c. 21.

### A *Diabolus quos vt ſerpens callide tentat, vt leo crudeliter deuorat.*

4 Serpens erat callidior cunctis animantibus, *dixit ad mulierem, &c.* Certum eſt per hunc ſerpentem intelligi dæmonem, quia miniſterio eius vſus fuit ad ſupplantandam mulierem, ſed cum in ſacra ſcriptura dicatur leo ex D. Petro, aduerſarius veſter tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cur non potius leonis formam induit ad decipiendam mulierem? Ideo dæmon ſerpens primo dicitur, deinde leo, quia quos callide decipit vt ſer- B pens crudeliter poſtea vt leo interimit & deuorat: ſic Rupert. lib 3. in Geneſ cap. 3. *Quia non impugnando coëgit, ſed blandiendo primum hominem ad peccatum illexit, exinde ſerpens nominari ſiue ſerpens antiquus vocatur: quia vero ſemel admiſſus deinceps crudeliter, & furioſe ſuper genus humanum tyrannizauit, leo dictus eſt, vtrumque habens maligne aſtutiæ & ſæuitiæ acmen, iuxta Pſalm 9. dicentem, ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* 1. Petr. 5. Rup. l. 3. in Gen. c. 3. Pſal. 9.

### *Diabolus cadens infame nomen acquiſiuit.*

C *Serpens erat callidior cunctis animantibus, dixit &c.* Sed Theodotion habet, nequam, Aquila verſipellem interpretatur, cur hoc nomen ſerpentis nequiſſimi, & venenoſæ beſtiæ dæmoni inditur? Nonne iam à probitate ſua ceciderat? non mirum igitur, ſi tam infame nomen acquiſierit: ita Caſſian. collatione 8. cap 10. *Et intelligitur quod ante illam circumuentionem primi hominis, diabolus de Angelica diſceſſerat ſanctitate, vt non ſolum nominis eius inſigniri mereretur infamia, ſed etiam nequitia terginerſat: cunctis ceteris præ-* D *feratur beſtiis terræ. nam hoc cognomen non ſolum Gabrieli ſiue Michaeli nullo poſſit modo adaptari, ſed ne bono quidem homini conueniret. apertiſſime igitur. & ſerpentis vocabulum, & comparatio beſtiarum non ſonat Angeli dignitatem, ſed præuaricatoris infamiam.* Caſſi. col. 8. cap. 10.

### *Diabolus totus terrenus.*

6 *Serpens erat callidior cunctis animantibus*, Serpens Diaboli ſimilitudo, cur voluit Deus potius aſſimilari E huic animali quam alteri immaniſſimo & crudeliſſimo, cum tot ſint inter ea ferociora ſerpente: Nota, licet cætera animalia partem terræ attingant, ſurſum tamen aliam corporis habent, ſerpentem autem toto corpore terram tangere: rectius ergo ſerpentem adumbrare Diabolum exiſtimo, quia totus terrenus eſt nihil cœleſte ſapiens: ſic D. Hier. in Pſal. 7. verſ. 22. *Ipſe eſt coluber qui loquebatur ad Euam, quoniam totus terræ hæret, cætera animalia licet ambulent in terra, tamen aliam partem corporis ſurſum habent, licet habeant pedes in terra: cæterum Diabolus hoc* F *eſt ſerpens totus in terra eſt, & caput, & reliquum corpus æquale habet.* Hiero. in Pſal 7. verſ. 22.

### *Diabolus noſtris delitiis vtitur vt nos decipiat.*

*Serpens erat callidior cunctis animalibus*, Cum tot diuerſi generis ſecundum aliquos patres eſſent in Paradiſo animalia, cur potius Dæmon ſerpente vtitur quam quolibet alio? nonne ouis manſuetior erat? Nonne canis fidelior, &c? Nota quod ſerpens erat gratus mulieri (inquit Procop.) eumque tan- 7

A quam delitias tractabat, propter inſignem indolem & quamlibet imitandi ſoleſtiam; ne miteris ergo diabolum hoc potius animal accepiſſe quam aliud, quia noſtriſmet delitiis vtitur vt nos decipiat, ita cit. Auctor. *Eam ob rem, vel in primis idoneus viſus eſt diabolo; vt eo ſeu inſtrumento & organo abuteretur, ad id malum quod machinabatur homini.*

*Procop. Gaz. in c. 3. Gen.*

### *Diaboli ſapientia ſolum eſt huius mundi.*

8 *Serpens erat callidior cunctis animantibus terra.* Caldæus habet ſerpens erat ſapientior, nullã in ſerpente prudentiam eſſe propriè dictam nullus ignorat, ſi ergo aliqua ſapientia dicitur inueniri in ſerpente à B Caldæo, ideo eſt quia inſtrumentum erat diaboli: ſed oritur difficultas; ſapientia non reperitur in eo, cum ſit rerum ſupernaturalium cognitio & amor, quomodo ergo potuit nuncupari ſapiens? nota quod eſt ſapientia huius mundi quæ potius debet nuncupari ſtultitia, diabolus igitur dicitur ſapiens ſed ſapientia huius ſæculi: ſic D. Ambr. l. de Parad. *Sed etſi ſapientiorem dicis ſerpentem, intelligis quem loquebatur, id eſt illum aduerſarium noſtrum qui tantum habet huius mundi ſapientiam.*

*Ambr. l. de Par.*

### *Tentationis dolum poſſumus agnoſcere.*

9 *Serpens callidior cunctis animantibus, dixit ad mulierem, &c.* Non eſt dubium diabolum ſub forma ſerpentis tentaſſe mulierem, ſed cur permiſit Deus ſub hac forma potius quam alterius animalis hominem tentari? nonne ſerpens eſt animal venenoſum? dico Deum ideo permiſiſſe ſub forma ſerpentina tentari, vt facilius animal turpe inſpiciens, tentationis dolum agnoſceret & vitaret; ita D. Thom. Angl. *Fuit permiſſus in ſpecie ſerpentis, vt per hoc quod eſt animal turpe & venenoſum poſſet Eua aliqualiter deprehendere dolum ſuum, vt tentatio ſcilicet eſſet minus violenta, & ſi caderet, eſſet Eua minus excuſabilis:* ſic D etiam Hugo. Vict. lib. 10. de Sacr. part. 7. c. 2. *Ne nimis violenta eſſet eius fraus.*

*Thom. Angl. in Gen.*

*Hugo. Vict. l. 10 de ſacr. p. 7. cap. 2.*

### *Tentatio interior prouenit ex conditione naturæ corruptæ.*

10 *Serpens erat callidior cunctis animantibus terra.* Cur quæſo diabolus ſub forma viſibili & non potius inuiſibili, id eſt cur exterius & non interius hominem tentans non acceſſit? nota quod tempore innocentiæ diabolus non habet poteſtatem tentandi hominem E interius mouendo, vt puta appetitum ſenſibilem motu illicito excitando, nec per motum phantaſiæ intellectui aliquod illicitum proponendo, quia in viribus inferioribus nihil inordinatum contingere poterat, niſi deordinata ratione, ideo ergo hominem ſolum tentat exterius, & in forma viſibili, quia interior tentatio prouenit ex conditione naturæ corruptæ: ſic Alb. Mag. *Suggeſtio dæmonis interior competit ſenſualitati corruptæ, idcirco Chriſtum Dominum & hominem in ſtatu innocentiæ tentauit diabolus ſuggeſtione exteriore.*

*Alb. Magn. in Matth*

### *Tentationes permittit Deus ad ſuæ bonitatis declarationem.*

11 *Serpens erat callidior cunctis animantibus terra;* Miror quomodo Deus creaturam tam perfectam ad imaginem & ſimilitudinem ſuam factam à dæmone impugnari permiſit? cur non impedit cum poſſit? ait D. Auguſt. non arbitrandum eſt quod hominem eſſet dejecturus iſte tentator, niſi præceſſiſſet in homine quædam elatio comprimenda: Deus ergo hanc permiſit tentationem in aliorum ſanctorum vtilitatem, vt diſcerent non ſuperbire, ſed de ſe humiliter ſentire: ſic D. Aug. cit. *Cur tentari non fineret, quem conſenſurum ipſe præſciebat, (altitudine quidem conſilij eius) cum id facturus eſſet propria voluntate per culpam & ordinandus eſſet illius æquitate per pœnam, vt etiam ſic oſtenderet animæ ſuperbæ ad eruditionem futurorum ſanctorum, quàm rectè ipſe vteretur animarum voluntatibus etiam malis, cum illæ vterentur peruerſe naturis bonis.*

*Aug. de Gen. ad lit. c. 5.*

### *Ex inuidia omnis noſtra ruina.*

*Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ qui dixit ad mulierem, &c.* De quo ſerpente loquens D. Hypo. Epiſcopus & Martyr oratione de conſummatione mundi & Antichriſto ait, quis erat ſerpens niſi ſeductor ille ab initio dictus ſeduxiſſe Euam & Adamum ſupplantaſſe? quis te ô dæmon impulit aggredi primos parentes, qui tibi nullum adhuc damnum intulere? qui non tibi ſunt infenſi? nota quod dæmon erat expulſus è Paradiſo, homo autem ex vili materia formatus, & in Paradiſo conſtitutus; inuidia ergo eum impulit ad hominem proſternendum, C quod eum ex vili materia formatum in tanto honore conſtitutum intueretur: ſic D. Ambr. lib. de Parad. c. 12. *Vetus eſt inimicus generis humani diabolus. quæ autem inimicitiarum cauſa, niſi inuidia? ſicut Salomon ait cap. 2. quia inuidia diaboli mors intrauit in ordinem terrarum, inuidiæ autem cauſa, beatitudo hominis in Paradiſo poſiti, & ideo quoniam diabolus ipſe acceptam gratiam tenere non potuit, inuidit homini eo quod figuratus è limo terræ vt incola Paradiſi eſſet, electus eſt, conſiderabat enim diabolus quod ipſe qui fuiſſet ſuperioris naturæ in hæc ſecularia & mundana ceciderat, hoc autem inferioris naturæ ſperabat æterna, hoc eſt quod inuidet, dicens, ipſe inferior adipiſcetur quod ego ſeruare non potui? iſte de terris ad dominium migrabit, cum ego de cœlo in terram lapſus ſim?*

*Hipo. Epiſt. & Mart. orat. de conſum. mundi & Ante.*

*Ambr. l. de Para. c. 12.*

### *Ab inimico latenti cauendum.*

*Serpens callidior cunctis animantibus dixit, &c.* Cum diaboli ſerpente deſignati maxima ſit vis & poteſtas, cur potius timidans non aggreditur mulierem aperto marte, non autem blanditiis & adulatione? quia cum ſit calidiſſimus, non ignorat quod blandiens periculoſius bellum inferet, imo & victoriam E referet, quam ſi cognitus & armatus hoſtis impugnaret; ſanè Cyp. lib. de vnit. Eccleſiæ. *Plus cauendus eſt, inquit, inimicus cum latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens occultis acceſſibus ſerpit, vnde & ſerpentis nomen accepit, ea eſt eius ſemper aſtutia, ſic ab initio ſtatim mundi fefellit, & verbis mendacibus blandiens, rudes animas incauta credulitate decepit.* 13

*Cypr. l. de vnit. Eccleſ. Sapiens. 2.*

### *Nihil animo blandiente periculoſius.*

*Serpens erat callidior cunctis animantibus terra,* Hic 14 F locus ad calliditatem ſeu aſtutiam ſerpentis ab interpretibus frequenter refertur, vt illum reddant ad fallendum idoneum dæmonis inſtrumentum magis aptum & congruum quam quodlibet aliud animal; ſed aliis hæc ratio non arridet, quia plura ſunt alia quæ eum in aſtutia & fraudibus ſuperant, & eſto, inquiunt, ipſe ſolertior & aſtutior ſit aliis, quid ea ſolertia & maior vafricies huic fraudi opportunior fuerit? num ſerpens ex ſeipſo, & non potius dæmon.

verba & fraudes adornabat & inſtruebat? quid vero aſtutiſſima dæmonis ſolertia & prudentia ſerpentis opus erat? vt ab illo ſcilicet inueterator ille technas & dolos mutuaretur & perdiſceret? quapropter dicunt illud epitheton *callidior*, ex verbo Græco φρόνιμος à quo φρόνιμος *Callidus*, referendum eſſe ad illam familiaritatem qua induſtrij homines iis quos ſibi lucrari & decipere volunt ſe ſe inſinuant & blande adiungunt, vnde ſerpentem callidiorem cunctis animantibus terrę ſic capiunt, vt Euę familiarior & qui ſic ſe blande inſinuans eiuſque manibus & brachiis adnectens illi in delitiis eſſet, quod D. Aug de ciuitate Dei c. 11. indicat, animal (inquit) ſcilicet lubricum, & tortuoſis anfractibus mobile, & operi ſuo congruum, per quem loqueretur elegit: ſed cur familiare & amicum ſimul & blandiens ad Euam decipiendam animal ſumpſit diabolus? vt agnoſceremus nihil amico blandiente periculoſius, nam eo medio inſtrumento diabolus facile venenum lethiferum ſuæ ſuaſionis inſtillat: ſic ſapienter monet D Greg. Mag lib. 3 moral. cap. 6. *Callidus aduerſarius cum in bonorum cordibus repelli ſe conſpicit, eos qui ab illis valde diliguntur exquirit, & per eorum verba blandius loquitur. qui plus cæteris amantur, vt dum vis amoris cor perforat, facile perſuaſionis eius gladius ad intima rectitudinis munimina irrumpat.*

*Aug. li. de ciuit. Dei c. 11.*

*Gregor. Mag l. 3. moral c. 6.*

### *Parua non ſunt contemnenda: quia parua non ſunt ex quibus maxima proueniunt damna.*

15. *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ*, In hunc ſerpentem ſuum crimen ex quo Adam & totius generis humani ruina prorupit, Eua retorſit, vnde nam in tantam malorum abyſſum delapſi ſunt mortales? quænam origo tot calamitatum? &c. inſpice quid dicat textus, *dixit ad mulierem*, & audiuit mulier, quid ea anguſtiſſimo foramine quale eſt auditus, potuerunt tot ingentia mala prorumpere? quid ni? nam ex paruis ſi contemnantur, non exigua ſed maxima proueniunt damna: forte hoc reſpexit D. Ephrem. cum ait: *magna eſt auris feneſtra, per quam mors in mundum ingreſſa cunctas deuorauit gentes ac nationes* quaſi diceret quid aure anguſtius? quid hac minus feneſtra? tamen ſuaſioni dæmonis non aperienda ſicut Eua, nam ex ea immenſæ calamitates & crimina originem duxere.

*Eph. l. de vita ſpir.*

### *Ita ægre toleratur aliorum prælatura & principatus, vt ipſimet animalia impatienter & cum inuidia ferant.*

16. *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, &c.* Quid in te ſerpens commiſere primi parentes noſtri, vt ruinam eorum mediteris? imo in delitiis te habuere, ita ne eorum beneficium compenſas, vt tuis inſidiis, calliditate & fraudibus in profundum calamitatum demergantur? obſerua hominem & Euam accepiſſe à Deo dominium ſuper omnia animantia, dominamini enim eis dixit Deus volatilibus & piſcibus maris, &c. quid mirum igitur ſerpentem eorum ruinam molitum fuiſſe, quia ita ægre toleratur aliorum principatus vt ipſamet animalia ita impatienter ferant, vt eorum quibus ſubduntur perniciem moliantur, nobis adſtipulatur Oleaſter, *Fuit à principio*, inquit, *in brutis inuidiæ motus & dolor, ſi quid aliud ſibi prælatum viderent.*

*Hier. ab Olea in annot. mor. c. 13. in Gen.*

### A *Non homines ad Dei imaginem, ſed ſi ut ſerpentes lethiferi, qui alios ad peccandum pertrahunt.*

*Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ*; Hunc tanquam organum ſuis fraudibus aptiſſimum & inſtrumentum ſuæ fallaciæ accommodum ſumpſit diabolus, vt Euam ad delinquendum induceret: ſed cur humani generis hoſtis non diſtulit hanc tentationem, quouſque ab Eua & Adam homines fuiſſent procreati? tunc enim homine tanquam organo malitiæ ſuæ vteretur ad primos decipiendos parentes: non hominem ſed ſerpentem aſſumpſit, quia non homines eſſe ad Dei imaginem creati videntur, ſed ſerpētes lethiferi qui alios ad peccandum pertrahunt, ita cit. Oleaſt. *Admonet locus hic illos non homines ſed ſerpentes eſſe dicendos. qui arte & aliis miris modis proximos ad peccata pertrahere conantur.* 17

*Cic. Oleaſt.*

### *Subditi aliquando prælatorum ruina.*

18 *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ.* Pluries ſciſcitati ſumus, cur potius ſerpente tanquam fallaciæ ſuæ inſtrumento vſus eſt ſathanas, nunc etiam idem dubium propono, cur non aſſumpſit potius formam humanam? ſic enim facilius decepiſſet mulierem, exiſtimaſſet enim hunc quamuis apparentem hominem, veritatem ei aperire, ſerpenti igitur renuntiet? imo aſſumat, cum enim ex ſuis ſubditis eſſet, non autem habens formam humanam, ſciebat quod vt talis poſſet ſui Domini eſſe ruina, fauet Gennad. *Diabolus per ſerpentem cum Eua colloquitur: nam cum imperium à Deo accepiſſet Adam & Eua omnium animalium, ſub vnius prætextu ex iis quæ ſub ditione illorum erant laqueum obtendit, quo magis dolum perſuaderet:*

*Genn. in cat. Græca.*

### *Superbia omnis peccati initium.*

19 *Et ſerpens erat callidior cunctis animantibus* Nonne hęc particula & coniūctiua, referet aliquid dictum? quomodo ergo initium huius capitis incipit, ab hac coniunctione? nota quod in præcedenti capite gloriam ſiue honorem & ſecuritatem hominis præmiſerat, dicens erat autem vterque nudus, Adam ſcilicet & vxor eius, & non erubeſcebant; reſpondeo ergo ideo coniūctionem addidiſſe, ſed & ſerpens erat callidior cunctis animalibus terræ, ad declarandum, initium peccati, non ab exteriori tentatione, ſed à perſuaſione ſuperbię in quā inciderat: ſic Abb. Rup. l. 3. in Gen. c. 1 *Hoc vtique intendit, & ad hoc auditorem trahit, vt non putet initium peccati, ſiue tentationis Adæ vel vxoris eius, cœpiſſe ab exteriori perſuaſione ſerpentis, prius namq; intus hominis per ſemetipſum locutus eſt diabolus, vt ſuperbiret. Deumq. præceptorem ferre, vel mandatum eius portare deſpectui haberet; niſi enim prius per ſuperbiam intus tumuiſſet. foris tentatus tā facile non caderet; igitur cum dictum eſt, erat autem vterque nudus, & non erubeſcebant, illico ſubaudiendi ſunt, quia tantis ingrati beneficiis, Deo ſubeſſe deſpiciebāt, & conſcij quātæ generationis forent patres, & principes, iam ſicut dij, id eſt reuera dij haberi volebant*; Sed ſi obiicias id quod ait Apoſtolus ad Rom. 5. quod per inobedientiam hominis, mors intrauit in orbem terrarum, ibi inobedientia ſumitur prout eſt vitium generale, ſecundum quod omnis tranſgreſſio præcepti eſt inobedientia, ſicque elatio inobedientia eſt, verumtamen in peccato primorum parentum multæ deformitates infuerunt, ſed elatio erat principalior & cæteræ ordinabantur ad finem elationis.

*Rupl. Abb. in Gen.*

### *Indiuidus ita impius, vt damna alterius lucrum ſuum exiſtimet.* A

20 *Serpens callidior dixit mulieri.* Aſſeruimus dæmonem inuidia pulſum, eo quod videret hominem ad beatitudinem poſſe peruenire qua ipſe caret, eum tentaſſe; ſed ô dæmon inſenſate, nonne ex damnatione hominum tuam pœnam creſcere non ignoras? quomodo ergo ita tibi aduerſarios pœnæ cruciatum addere intentas? Reſponde ita inuidum eſſe peruerſum, vt quodlibet patiatur libentiſſime, dummodo alius eadem pœna, vel maiori torqueatur & crucietur: ſic enim Lyranus ait. *De inuido* (inquit) *narratur,* B *qui petiit ſibi vnum oculum erui, vt proximo ſuo cui inuidebat, duo oculi eruerentur: erant enim in vna ciuitate duo homines, quorum vnus erat nimis notatus de cupiditate, alius de inuidia propter quod Dominus ciuitatis qui erat valde prudens, ipſis vocatis dixit quod peterent ab eo quod vellent, adiungens quod ille qui primò peteret ſuam petitionem haberet, alius vero duplum: tum cupidus nolebat primo petere, motus cupiditate dupli boni habendi, ſimiliter nec inuidus, ne ſocius ſuus plus haberet quam ipſe, tandem cum Dominus vrgeret eos ad petendum, inuidus petiit vt ſibi vnus oculus erueretur, vt ſocius ſuus amitteret duos, quod factum eſt: ſic dæmones tentant ex inuidia homines, licet non ignorent eorum pœnam in futurum creſcere, ex eorum damnatione.* C

Lyranus.

### *Ex mulieris vagatione occaſio peccati.*

21 *Serpens callidior cunctis animantibus dixit mulieri, &c.* Dubium eſt quomodo mulierem alloqui poſſet ſerpens, cum ille extra paradiſum videatur fuiſſe, mulier autem in paradiſo? nam ſi ſerpentibus communis fuiſſet paradiſus, conſequens quod & lupis, atque leonibus, cæteriſque beſtiis, non careat ille deliciarum locus, & proinde nec tantæ beatitudinis exiſtimabitur, vt merito paradiſus voluptatis vel ab D ipſo Domino Deo plantatus fuiſſe dicatur: hæc tenet Rupert. quomodo ergo eam alloquutus eſt ſi extra paradiſum conſtitutus eſſet, illa autem in paradiſo? Nota quod mulier forte curioſitate ducta incœpit vagari per paradiſum, & ad eius terminos peruenit, vt quid extra eum ageretur proſpiceret: Reſpondeo ergo tunc ſerpentem anſam accepiſſe cum illa colloqui, ſicque poſſumus dicere vagationem fuiſſe illius lapſus occaſionem: fauet Rupert. *Libera nobis relinquitur poteſtas aſſerendi, quod non ſerpens præſertim à diabolo corporaliter inuadente poſſeſſus in paradiſo fuerit, ſed mulier oculis & corpore vaga dum ambulas incontinenter forte proſpectans qualis extra paradiſum* E *mundus haberetur, & ſerpens vtpote aſtutus, dulcedinis terræ propius vel ambitioſius innititur locus diabolo datus eſt, & occaſio porrecta vnde tentaret.*

Rup. l. 3. in Gen. cap. 2.

### *Mulier vaſculum leuiſſimum.*

22 *Serpens callidior cunctis animantibus dixit ad mulierem.* Cur primo mulierem aggreditur? nonne præceptum datum fuerat Adæ de fructu non comedendo? ei ergo primò debebat perſuadere quam mulieri, ex eſu ligni vetiti habiturum cognitionem boni & mali: ideo primò mulierem aggreditur, quia natura ſua imbecillior, & homine infirmior, ſicque minus potens reſiſtere: ita Lippoman. *Primo aggreditur infirmius naturâ vaſculum, ipſam mulierem, idque dolo & mendaciis, perque eandem, virum ipſum enicit ac perdidit.*

Lippom.

### *Societas malorum nocet.* A

*Serpens callidior cunctis animalibus terræ.* Septuag. 23
habent ſerpens erat ſapientiſſimus omnium beſtiarum, alij habent prudentiſſimus: dubium eſt ergo cur alij aſtutum, ſiue callidum nominant, alij vero ſapientiſſimum ac prudentiſſimum, cùm non pro eodem habeantur? Nota quòd diabolus ſocietatem cum ſerpente iniit: reſponde ergo optime dici aſtutum & callidum ex ſocietate dæmonis, cum antea eſſet ſapiens, quia illius ſocietas maxime nocet: ſic Rupert lib. 3. in Geneſ. cap. 2. *Sciendum quod ſerpens* B *antequam fieret organum diaboli ad perditionem hominis ſapiens, vel prudens poterat dici poſtquam autem prudentia eius malitiæ diaboli coniuncta eſt & opportunum miniſterium mortis præbuit, callidus & nequam, ſiue verſipellis rectius poteſt nuncupari.*

Rup. lib. 3. in Gen. c. 2.

### *Adulatione mulier maxime capitur.*

*Serpens callidior erat cunctis animantibus, qui dixit* 24
*ad mulierem.* Dubium eſt cur ſerpentem animal abiectiſſimum potius quam aliquod generoſum & nobile aſſumpſerit, vt tentatione mulierem deciperet? C audiamus quid dicat D. Damaſ. l. 2. de fide orthod. cap. 10. Serpens ſolus cæteris animalibus familiaris erat ad hominem frequenter accedens, eique placidis motibus corporeis blandiens: dic igitur non mirum animal adulans aſſumpſiſſe, quia nullum conuenientius erat inſtrumentum ad decipiendam mulierem: ſic citatus author. *Vnde per ipſum princeps mali diabolus, primis noſtris parentibus impietatis ſuæ venenum inſtillauit.*

Dam. l. 2. de fide orth. cap. 10.

### *Prudentia humana Deo inimica.*

*Serpens callidior erat cunctis animantibus, qui dixit* 25
D *ad mulierem &c.* Cur potius dæmon abuſus eſt hoc ſerpente, quàm aliquo alio animali? nota quod ſerpens ſymbolum eſt prudentiæ ſæcularis & mundanæ, quam D. Anſel. in Epiſt. Pauli ad Rom. c. 8. egregie deſcribit, dicens, prudentia carnis eſt, cor machinationibus tegere, ſenſum verbis velare, quæ falſa ſunt vera oſtendere, quæ vera ſunt fallacia demonſtrare, honorum culmina quærere, adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere, irrogata ab aliis mala multiplicius reddere, cùm vires ſuppetunt, nullis reſiſtentibus credere, cùm virtutis poſſibilitas deeſt, quidquid explere per malitiam non valet, hoc in pacifica bonitate ſimulare: dicamus ergo non eſſe mi- E rum hoc ſerpente abuſum fuiſſe, cum ſapientia ſæcularis ſit inimica Deo: ſic Tert. l. aduerſ. Valen. c. 2. *Chriſtum columba demonſtrare ſolita eſt, ſerpens vero tentare, illa & à primordio diuinæ pacis præeſſe, ille à primordio diuinæ imaginis prædo, ita facilius ſimplicitas ſola Deum & agnoſcere poterit & oſtendere, prudentia ſola concutere potius & prodere*, quaſi diceret, prudentia ſæcularis Deum ſi poteſt prodit, tanquam ei inimica.

Tert. lib. aduerſ. Valent. cap. 2.

### *Aliquando ſolitudo nocet.*

*Serpens callidior cunctis animantibus dixit ad mulie-* 26
F *rem.* Cur prius ad fœminam venit? Eſt certum quod parum de ſuis viribus præſumens diabolus humanam naturam, vbi videbatur debilior aggreſſus eſt, vt ſi forte illic aliquatenus prævalere potuiſſet, poſtmodum cum maiori fiducia ad alteram quæ robuſtior fuit pulſandam, aut potius ſubuertendã accederet: dubium eſt ſi non eſt auſus aggredi hominem, ſed primo mulierem, nonne cum viro mulier erat?

Nullomodo ergo debuit aggredi? Cum vir ſuus vnita ſe ipſa fortior eſt diſperſa: notat ſic ſolitariam fuiſſe mulierem, cum à dæmone tentata eſt. Reſpondet igitur Hug. Vict. de Sacr. l. 1. p. 7. c. 3. *Sciens quod verum eſſet, quamuis adhuc dictum non eſſet, væ ſoli, quia cum ceciderit non habet ſubleuantem & ſi quiſpiam præualuerit, aduerſus vnum, duo reſiſtunt ei: primum diligenter ſolitariam fœminam explorauit, & inueniens in ea primum omnem ſuæ tentationis conatum experiri diſpoſuit*, vides quomodo aliquando ſolitudo nocet.

Hugo. Vict. l. 2. de ſacr. p. 7. cap. 3

### *Excuſatio non fuit primi peccati.*

27 *Serpens callidior cunctis animantibus dixit ad mulierem*, Cur cum vir ſit caput mulieris eum non primo aggreditur, ſed mulierem? Nota cum vir ſit ſapientior muliere, ſi cecidiſſet tentatus, mulier ſuæ culpæ excuſationem haberet: ideo igitur Deus permiſit mulierem primo tentari, vt ſi decepta fuerit, deceptionis ſuæ excuſationem non haberet: ſic Dion. Chart. *Propter remouendam inquit mulieris excuſationem, nam ſi vir primo peccaſſet non videretur multum mirandum ſi et mulier conſenſiſſet cum vir caput ſit mulieris.*

Dionyſ. Chart.

### *Qui nimis loquitur, verbis decipitur.*

28 *Serpens callidior cunctis animantibus dixit ad mulierem*, Dubium moueo, cur potius ſerpentes quam aliud vllum animal decipiantur, & moueantur verbis incantantium: ita vt è latebris ſuis extrahantur, aliquando occidendi? Nota primum ſerpentem à dæmone motum, nimium loquacem fuiſſe, vt mulieri ſuaderet tranſgreſſionem præcepti diuini; quid mirum igitur ſi decipiantur, quia permiſſione diuina fit, vt qui nimium loquuntur, & peruerſe, aliorum verbis ipſi reo lantur: ſic fere Auguſt. lib. 11. de Geneſ. ad litt. cap. 27. *Quod vulgo putantur ſerpentes audire & intelligere verba incantantium, vt eis incantantibus proſiliant plerumque de latebris etiam illic diabolica vis operatur, diuino autem conſilio fit, vt hoc magis habeat vſus ſerpentes moueri carminibus potius quam aliud vllum genus animantium. etenim hoc non parua teſtificatio eſt naturam humanam primitus ſerpentis ſeductam eſſe colloquio.*

Aug. l. 11. de Gen.

### *Qui loquela abutitur, plectitur æterno ſilentio.*

29 *Serpens callidior cunctis animantibus, dixit ad mulierem, &c.* Petr. Comeſtor Magiſter hiſtoriæ ſchol. tenuit quod dæmon elegit quoddam genus ſerpentis, virgineum habens vultum: & mouit ad loquendum linguam eius, at Ioſeph lib. 1. antiquitatum c. 1. tenet hunc ſerpentem habuiſſe verum vſum loquendi, à quo non diſcrepat Baſil. hom. de Parad. ſi ergo ex ſententia horum patrum loquebatur ſerpens in illo primo fœliciſſimo ſtatu innocentiæ, quomodo nunc ita mutus ſilet? Nota poſſe dici donum loquendi abuſum, cum malitioſe perſuaſit mulieri, vt de arbore ſcientiæ guſtaret: merito igitur mutus omnino euaſit, quia qui lingua abutitur, perpetuo ſilentio punitur: ſic citatus Ioſephus. *Serpenti vocem ademit Deus, iratus ob malitiam qua erga Adamum eſt vſus, venenumque linguæ eius indidit, adhuc pedibus priuatum, trahi per terram ac ſerpere fecit.*

Petr. Comeſt.

### *Ita vilis eſt diabolus vt tanquam beſtia irrationalis habeatur.*

30 *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ*, Vel a vt alij cunctis beſtiis, nimirum dicere patres a qui tenuere non fuiſſe ſerpentem illum verum & animatum, ſed ſpeciem dumtaxat & ſimulachrum ſerpentis, ſub quo dæmon alloquutus eſt mulierem, b alij autem nec verum ſerpentem nec ſimulachrum, & ſpectrum dæmonis, ſed ſolum dæmonem: ſed inquiro ab his patribus ſi non fuit verus ſerpens, quomodo dicitur quod callidior fuit beſtiis terræ? cum diabolus ſit etiam hominibus longe callidior & aſtutior, neque cum beſtiis terræ comparari poſſe videatur? Ex eorum ſententia ſic reſpondetur vilem eſſe dæmonem ex peccato, vt tanquam beſtia irrationalis poſſit haberi: ſic cit. Caiet. *Etenim diabolus propter ſuum peccatum deiectus eſt in ordinem beſtiarum ex ordine intelligentium creaturarum deturbatus & idcirco ſerpentis vocabulo rite nominatur & cum beſtiis rite comparatur. hoc enim intereſt inter creaturas rationales, & irrationales, quod illa propter ſe ipſas hoc eſt propter propriã fœlicitatem creatæ ſunt, hæ autem cum vera fœlicitatis capaces non ſint, in vſum & vtilitatem rationalium conditæ ſunt. quoniam igitur dæmon à propria fœlicitatis conditione deiectus eſt, ſimul etiam deturbatus eſt ex ordine rationalium, & relatus in ordinem irrationalium.*

a Cyril. l. 3. aduerſ. Iul. Apoſt.

b Caiet. cum ſententia à pluribus non admittitur.

### *Ex forma ſerpentis nulla fides adhibenda erat diabolo.*

*Serpens callidior dixit ad mulierem, &c.* Miror, quomodo dæmon in ſpecie iuuenis pulcherrimi non apparuerit, ſic enim facilius perſuaſiſſet arborem vetitam poſſe comedi, & ex eſu eius tanquam Deum euaſuram; non permiſit Deus niſi ſub ſerpentina forma eum alloqui mulierem, vt ex viſione animalis ita deformis, nulla ei fides adhiberetur: ſic Ferus *Quod autem non aliud animal ei permiſit niſi ſerpentem, ideo factum eſt vt homo dedignaretur tam abiecto & deformi animali plus credere quam Deo.* 31

Ferus.

### *Seruus aliquando familiæ ruina.*

*Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, qui dixit ad mulierem, &c.* Cur à ſerpente qui familiaris erat & quaſi ſeruus domeſticus mulieris illa proditio deteſtanda inuenitur? Vt agnoſcamus ſeruis & domeſticis familiarum ruinam à principio euenire: ſic Procop. *Nam ſolent inquit familiæ deſtrui & ſubuerti ob domeſticorum perfidiam & malitiam, iuxta illud Domini inimici hominis domeſtici eius.* 32

Procop.

### *Non ſolum neceſſaria ſed delectabilia à Deo nobis conceduntur.*

*Serpens callidior erat cunctis animantibus*, Qui ex ſententia plur. morũ patrum degebat in paradiſo et cum Deus nouerat futurum ipſi homini, quem ad ſuam imaginem formauerat, noxium, quomodo in loco amœniſſimo cum ipſa muliere commorari permittit? Nota ex Proc. ſolatium maximum hominem ex ſerpente accepiſſe, propter inſignem eius quælibet imitandi ſolertiam; ſed nonne ſatis erat hominẽ habere quę vitę neceſſaria erant? Ad quid tot iucunda & delectabilia ex quorum numero ſerpens erat; quia Deus ita liberalis erga hominem, vt non ſolum quæ neceſſaria ſunt, ſed etiam quæ iucunda largiatur: accipe Proc. *Quemadmodum in Paradiſo arbores erant tres, & differentes, duæ namque comparatæ erant ad cibum & vitam tertia vt per eam probaretur humanum ingenium: ſic quoad animantia bruta, tres quoque habebantur differentiæ, quædam alebant & cibabant hominem quædam eum iuuabant, eique quaſi ancillabantur. quædam vero eum inſigniter exhilarabant & oblectabant ſuaui vocis modulamine & variis imitationibus.* 33

Procop.

*Liberum arbitrium habemus, non vt eo abutamur ad damnum, ſed vt eo bene vtamur ad coronam conſequendam.*

33 *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ*, Certum eſt Diabolum nequiuiſſe ſermonis vſum huic ſerpenti tribuere, hoc enim quaſi peculiare Dei munus eſt, ſed ſi hoc donum Deum reſpicit, quomodo permiſit hunc ſerpentem verba proferre,

A cum ex eius loquela totius generis humani occaſio ruinæ contigerit? ſi Deus conceſſit vſum loquendi ſerpenti, non eo fine vt primos parentes deciperet, ſed vt illi ſuo bene vtentes libero arbitrio, tentationique reſiſtentes, coronam æternam conſequerentur: ſic Procopius *Cæterum Deus qui per liberum arbitrium fortiter decertantibus, coronas proponit, cùm conſpexiſſet Diabolum obſeruare hominem, & inſtituiſſe hunc fraude doliſque circumuenire, conceſſit vt hoc fieret, & ſuam creaturam loquendi facultate inſtruxit.* Procop. hic.

## *VARIETAS VERSIONVM II. PARTIS VERS. I.*

*Vlg.* Qui dixit ad mulierem, cur præcepit Dominus Deus vt non comederetis de omni ligno Paradiſi?

*Septuag.* Et dixit ſerpens mulieri, quid: Quia dixit Deus ne edatis ex omni ligno Paradiſi?

*Cald.* Et dixit ſerpens mulieri, verumne eſt quod dixit Deus: non comedatis ex omni arbore horti?

*Arias Mont.* Etiam quod dixit Deus non comedetis ex omni arbore horti?

*Pagn.* Verè dixit Deus non comedetis.

*Vatab.* Multo magis miror, quod prohibuerit Deus ne comedatis.

B *Caietan.* Etiam quid dixit Deus: non comedetis ex omni ligno horti?

*D. Ambroſ.* Quid? itaque Deus dixit ne edatis ex omni ligno quod eſt in Paradiſo?

*Auguſt.* Quid? quia dixit Deus non edetis ab illo ligno Paradiſi.

*Tertull.* Quid? ex omni ligno quod eſt in Paradiſo comedere vetuit?

*Rabi Dauid.* Multo magis miror quos vos arbore priuauerit.

C *D. Athan.* Quid eſt quod interdixit Deus ne comederetis de hoc ligno?

*Oleaſter.* Ita, quoniam dixit Deus non comedetis de omni ligno horti.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

QVoties dictio אף Aph iungitur particulæ כי Chi, tunc ſignificat itaque, verumne, &c. vnde aliqui ita vertunt, noſter autem interpres ſequitur Septuaginta ita legentes, τί ὅτι εἶπεν, id eſt cur dixit vobis Deus, vel quid eſt quod dixit Deus? Oleaſter tenet אף Aph iram aliquando denotare: qui dixere hoc lignum in ſpeciali Dei ſolum vnam arborem prohibentis, mentem inſpexere, non autem verba ipſius dæmonis.

## EXPOSITIO II. PARTIS VERSVS I.

CVr præcepit vobis Deus? Serpentis linguam mouens Diabolus, verborum ſonos formabat, quaſi per organum, ſed ſerpens verborum ſignificationem non capiebat, at ſolus dæmon mulieri ſuadens à Deo defectum, & arboris vetitæ eſum.

*Vt non comederetis de omni ligno Paradiſi*, Senſus verborum eſt anceps & dubius (non enim exiſtimo

D ita inuerecundè mentitum vt diceret nullum arboris fructum Deum conceſſiſſe, ſic enim ab Eua deprehenſus fuiſſet in mendacio) more ſuo loquens diabulus, vt hæc eius interrogatio vel de omni, vel de aliquotantū ligno prohibito intelligi poſſet, idq; aſtutè, vt inſinuet nuu maiorē eſſe vnius arboris vetitæ rationem, quam omniū quæ erant in Paradiſo,

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Verbum Dei ita efficax eſt, vt diabolus ipſe eo vtatur ad perſuadendum.*

34 CVr præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno Paradiſi? Expende illa verba in fine poſita, *nempe ex omni ligno Paradiſi*, quę vt iacent dicta ſunt à Deo cap. 2. cur diabole, Dei verba accipis, eis vtens: Cur illa tu fine fallaciæ tuæ apponis? Nouerat Dei ſermonem penetrabiliorem eſſe omni gladio ancipiti, & ideo in fine ſermonis ſui, verba ponit diuina, vt diabolicum telum ex verbi diuini virtute habeat ſpiculum quo tutius vulneret, & in captiuitatem adducat ſic D. Chryſoſt. hom. 5. ex variis in Matth *Verbis ſuis quædam dicta Domini ſociauit, vt facilius ſuaderet, & ſuadendo deciperet, immiſ-*

Chryſ. ho. 5. ex variis in Matth.

E *cuit verbis diuinis verba nequitiæ ſuæ, vt per dulcedinem mellis venena mortis infunderet.*

*Diaboli inſidiæ nihil ei proficiunt.*

*Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno Paradiſi?* Quid his inſidiis ô diabole, intendis? 35
Nempe hominis eiectionem à Paradiſo, miſerias, & calamitates & alia huiuſmodi: ſed exiſtimas eſſe homini inutiles? Falleris, nam Deus maiora homini poſt lapſum quàm ante beneficia præſtabit: ſic D. Chryſ. ora. 6. aduerſ. Iud. *Maiora homini quam perdiderat, bona dedit, factis ipſis docens diabolum, quod his inſidiis nihil profeciſſet, ſed quod homines eiectos à paradiſo, paulo poſt viſurus eſſet in cœlis, Angelis permixtos,*

Chryſ. or. 6 aduer. Iud.

### *Diabolus ab initio mendax.*

36. *Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno Paradiſi?* Quid ais ſerpens? Deus dedit licentiam comedendi ex omnibus arboribus Paradiſi, vna excepta ſcientiæ boni, & mali: cur ergo aſſeris impudenter Deum præcepiſſe vt non comederent de omni ligno Paradiſi? Non mirum ita ſerpentem loqui, quia in hoc verificatur quod ab initio mendax ſit: ſic D. Ambr. l. de Parad. c. 12. *Cum dixiſſet Deus ex omni ligno quod eſt in Paradiſo edetis, de ligno autem vno non edetis, inſeruit mendacium, vt diceret ab omni ligno non editis, cum de vno tantum ligno ſcientiæ boni & mali præceperit Deus non eſſe guſtandum.*

Ambr. l. de Para. c. 12.

### *Dæmon vera immiſcet falſis vt facilius decipiat.*

37 *Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno Paradiſi?* Ecce falſitas *nequaquam moriemini*, aliud mendacium, *aperientur oculi veſtri*, veritas, *eritis ſicut dii* falſitas, cur quæſo tot mendaciis & falſis immiſcet veritatem? Ideo aliquod verum mollis mendaciis immiſcet vt facilius inducat, & perſuadeat impietatem: *Diſcamus* (inquit D. Ambr. lib. de Parad. cap. 13.) *tentamenta diaboli plena eſſe mendacii, vix enim vnum verum videtur ex iis quæ promiſit, ſed qua de cauſa hoc vnum verum adiunxit? Vt non tanquam mendax omnino reiiciatur, ſed vt hac veritate alia mendacia ſuadeat.*

Ambr. l. de Para. c. 13.

### *In tentando aſtutiſſimus eſt diabolus.*

38 *Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno Paradiſi?* Nonne ô callidiſſime, & aſtutiſſime dæmon, intendis eam aggredi circa lignum ſcientiæ boni & mali, cuius edendi habet prohibitionem? Cur ergo vniuerſaliter interrogas, & non ſpeciatim de hoc ligno? Quia ita aſtutus eſt, vt timens deprehendi, ſi directè interroget de ligno vetito, ſolum in generali inquirit, vt ſic venenatum poculum præbeat mulieri potandum: ſic Thom. cap. 3. in Geneſ. *In tentando procedit non interrogando illam de re de qua intendebat euidenter ſed latenter, & vniuerſaliter, quia ſi expreſſiſſet de ligno ſcientiæ boni & mali, magis poſſet habere ſuſpectum, quod intenderet aliquod malum.*

Th. Aug. in c. 3 in Gen.

### *Diabolus ignorantiam ſimulat vt nos decipiat.*

39 *Cur præcepit vobis Deus ne comederetis de omni ligno Paradiſi?* Nonne ſcis Deum ſolum præcepiſſe vt non comederent de ligno ſcientiæ boni & mali, & dediſſe facultatem nutriri ex ligno vitæ, quod etiam erat in medio Paradiſi? cur ergo ais, cur præcepit vobis Deus ne comederetis ex omni ligno? Reſpondeo ignorantiam ſimulare vt facilius deciperet: ſic fere Procopius, *Simulat hoſtis aſtutè ignorantiam, quærens occaſionem cum ea colloquendi, vt ſcilicet eam deciperet.*

Procop.

### *Diabolus quaſi commiſerans nos decipit.*

40 *Cur præcepit vobis Deus ne comederetis de omni ligno Paradiſi?* Quaſi compatiens diceret, miror quomodo non liceat vti omni ligno, doleo ſortem tuam: ſed vnde tam tanta compaſſio & pietas erga hominem? Dicamus hanc commiſerationem in eo argumentum fuiſſe ſuæ deceptionis, pluries enim decipit, commiſerationem ſimulans, quod D. Chryſoſt. obſeruat. *Quomodo per verba, quaſi per eſcam, virus ſuum immittat diabolus, debebat mulier ex ipſo aggreſſu* A *coniectare malitiam, tum quod dicebat quæ non erant vtilia, tum quod quaſi curam ipſorum gerat, vt ſcire poſſet quæ illis à Deo præcepta, & ſic ad præuaricationem eos detrahere; hac etiam impoſtura veterator aggreſſus eſt ad tentandum in deſerto alterum Adamum Chriſtum Dominum, ſi filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant*, Matth. 4 & D. Cypr. *ſubdola, inquit, profeſſione quaſi compatiens ei, ſubuenire periclitanti naturæ hortatur.*

Chryſoſt. Cyprian.

### *Diabolus aſtutè procedit ne deprehendatur.*

41 *Cur præcepit vobis dicens vt non comederetis de omni ligno Paradiſi?* Neſcio qua de cauſa eam non tentat B affirmatiue dicens, vobis Deus præcepit? Cur ergo interrogatione procedit? Reſpondeo interrogantem proceſſiſſe, in tentatione ſua timentem deprehendi: ſic Diony. Cart. ex mag. in 2. *Stans hoſtis ſuperbus coram fæmina non audebat in verba perſuaſionis prorumpere, metuens deprehendi, ſed ſub interrogatione aggreſſus eſt eam, quatenus ex reſponſione eius colligeret, qualiter in tentando procedere poſſet.*

Dionyſ. Carth.

### *Diabolus ad maiora mala quæ poteſt, nos inducit.*

42 *Cur præcepit vobis Deus ne comederetis?* Miror ſane C cum actualis recordatio præcepti ſoleat à peccato retrahere, cur tentator à commemoratione diuini præcepti tentationem illam incipit: quia ita eſt impius, vt ad maxima mala à quibus excuſari non poſſimus, non inducat: ſic D. Car. *Quatenus inquit tranſgreſſio mulieris grauior redderetur.* Grauior enim redditur ex præſentia & memoria diuini præcepti.

Dion. Carth.

### *Diabolus ſuum virus intendit paulatim, vt facilius & latius deinde ſerpat.*

43 *Cur præcepit vobis Dominus vt non comederetis de omni ligno Paradiſi?* Deinde D ſcientiæ boni & mali notitiam, diuinitatem, & immortalitatem promittit, cur paulatim ſic incedis, cur non potius vno verbo omnia complecteris? Tum etiam, cur non vtrumque ſimul Adam, & Euam aggrederis, ſed ſolam Euam tentas? Reſpondet D. Philipp. Abb. Epiſt. 12. *Iſte ſerpens, iſte coluber tortuoſus, collectum venenum vno ſimul vomitu, vno vomente ſtrepitu, non effudit, ſed electo vaſculo, tractu ludibrioſe infudit, vt cum illud malitia mendacio, dolis, infectum plenius redderetur, inde longè lateque in multorum perniciem poſtea efficacius funderetur.*

Philip. Ab. Ep. 12.

E

### *Timidus eſt diabolus.*

44 *Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno Paradiſi?* Quare ab interrogatione exorſus eſt, cur non incipit perſuadens, cum nihil haberet timendum coram muliere? Reſpondeo ideo exorſum ab interrogatione nō à perſuaſione: quia ita timidus erat vt perſuaſione mulierem etiam infirmā aggredi non auderet: ſic Hug. Vict. l. 7. de ſact. p. 7. c. 4. *Conſiderate quanta eſt confuſio, & timiditas nequitiæ in conſpectu virtutis. ſtans coram & coram fæmina hoſtis ſuperbus, ex ſola malitia cogitata nondum dicta confunditur,* F *& quaſi ſe eam priuſquam etiam loqueretur, deprehenſum metuens, non audet exire in verba perſuaſionis, donec animum tentanda interrogatione præſentiat.*

Hugo à S. Vict. l. 7. de ſac. p. 7. c. 4.

### *Tentamur vt melius viuamus.*

45 *Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis, de omni ligno Paradiſi?* Cur Deus tentari permiſerit hominem qui tentationi conſenſurum eſſe præſciebat? Certum

Certum eſt altitudinem eius conſilij penetrari non A poſſe: reſpondet tamen D. Aug. 11 de Geneſ ad litt. *Non aiſi videtur magna laudis, futurum fuiſſe hominem, ſi propterea poſſit bene viuere, quia nemo male viuere ſuaderet*, quaſi diceret vt homo melius viueret vtilis erat tentatio.

Aug. l. 11. de Gen. ad litt.

### *Permittit Deus tentationes vt coronemur.*

46 *Cur præcepit vobis Deus ne comederetis: &c.* Cur permiſit Deus hominem tentari à ſerpente? cum potius videretur eſſe diuinæ miſericordiæ ac prouidentię, & bonum hominis congruentius, vt nulla ſubeſſe tentatio poſſit, quæ hominem à Dei gratia fœlicitateque innocenti deieciſſet? non ſine ratione nos tentari permittit, ſed vt vincendo noſtræ coronæ B ſint glorioſiores: ſic Procop. *Deus qui per liberum arbitrium fortiter decernantibus, coronas proponit, cum conſpexiſſet diabolum obſeruare hominem, & inſtituiſſe hunc fraude doloque circumuenire, conceſſit vt hoc faceret.*

Procop.

### *Tentamur, vt ſciamus quantum malum ſit peccatum.*

47 *Cur præcepit vobis Deus?* Cur muliebrem ſexum, C fragilem, ita permittit tentari, & poſteros eius, ſciēs plures decipi & in miſerabilem ſtatum redigi? nota tentationem ipſam non eſſe peccatum, & tamen ipſam moleſtiæ & fœditatis, necnon horroris plenam, quanto magis peccatum ex ea procedens? reſpondet igitur Procop. *Deus diabolo conceſſit poteſtatem tentandi, quamuis poſſet penitus prohibere, vt experientia diſcamus, quantum malum ſit peccatum, & affectuum moleſta conturbatio.*

Procop.

### *Tentationem Deus eſſe permiſit vt virtus noſtra agnoſcatur.*

48 *Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno Paradiſi?* Cur Deus hunc tentatorem voluit eſſe? Cur æternis non ita addixit vinculis, vt nullo D modo ſolutus poſſet ad Dei offenſas impellere? Certum eſt victoriam nos non poſſe aſſequi ſine certamine: reſpondeo ergo ideo tentatorem aduerſarium noſtrum ſolutum permittere, vt virtus noſtra magis appareat & eluceſcat: ſic Lactant. l. de opificio Dei, c. 20 *Virtus eſſe non poterit, niſi fuerit compar aliquis, in quo ſuperando, vim ſuam vel exerceat vel oſtendat: nam vt victoria conſtare ſine certamine non poteſt, ſic nec virtus quidem ipſa ſine hoſte, ita quoniam virtutē dedit homini, ſtatuit ei inimicum, ne virtus otio torpens naturam ſuam perderet, cuius omnis ratio in eo eſt, vt concuſſa & labefactata firmetur, nec aliter ad ſummum faſtigiū poſſit peruenire, niſi prudenti manu ſemper agitata, ſe ad ſalutem ſuam dimicandi tenore ſandauerit, voluit enim Deus hominem ad immortalem illam beatitudinē delicato tenere peruenire daturus virtutem, dedit hoſtē prius.* E

Lactant. Firm. de opiſ. Dei cap. 20.

### *Tentatio mala ſerpentina eſt.*

49 *Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis? &c.* Miror, quomodo Deus permiſerit dæmonem ſub F hac forma ſerpentina tentaſſe: facile enim potuit Eua agnoſcere fraudem ſubeſſe: non abſque ratione à Deo hoc ita permiſſum eſt, ſed vt agnoſceremus ab hoc tentandi modo, tentationes ſerpentinas eſſe: ſic Aug. lib 11. de Gen. ad lit. *Porro ipſum primum factum ad hoc permiſſum eſt, vt per naturam ſerpentis, ſignificaretur generi hominum cui erudiendo hæc geſta*

Aug. l. 11. de Gen. ad litt.

A *cō, ſcribi oportebat, omnis diabolicæ tētationis ſimilitudo.*

### *Inobedientiam ſuadet dæmon.*

*Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno Paradiſi?* Qua de cauſa nomen ſolius Dei appoſuit, non autem Domini, cum Deum & Dominum eſſe nullo modo dubitare poſſet? Nota nomen Domini dicere relationem obedientiæ reſpectu inferioris: dicamus ergo ideo nomen Domini ſiluiſſe, vt ſimul obedientiam in homine reſpectu Dei amoueret, quod ita factum eſt; nam D. Auguſt. lib. 8 de B Gen. ad litt. indocit hominem ſic loquentem, *Si bona eſt arbor, quare non tango. ſi mala eſt quare eſt in Paradiſo?* Sed vt ſe habere Dominum & obedientiam ei debere ſciret, induit Deum Auguſtinus: ſic ei loquentem; *Nolo tangas, quia obedientem te volo non contradicentem ſeruum bona eſt arbor nolo tangas quare? Quia Dominus ſum & ſeruus es.* 50

Aug. l. 8. de Gen. ad litt.

### *Obliuionem mandatorum Dei ingerit diabolus.*

*Cur præcepit vobis Dominus*, in Caldæo habetur verum ne eſt, quod dixit Deus? in Hebræo fere idem, ſeptuag. quid? quia dixit, cor diabolus vetitur dixit, C omittens *mandauit*? Reſpondeo ſecundum has verſiones omittere, vt obliuionem mandatorum Dei habeamus, & illa facilius tranſgrediamur: ſic Lipp. *Subſtituit verbum dicere, pro mandare, ne hominibus ipſis occaſionem præberet de Domini mandato cogitare.* 51

Lippom.

### *Dæmon plus in muliere confidit, quam in ſuo veneno ad decipiendum.*

*Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno Paradiſi?* Dubium eſt, cum diabolus vellet prouocare primum parentem ad inobedientiam, cur D non per ſeipſum, ſed per vxorem prouocat, eam primo aggrediendo? quia illi viſum eſt, quod amor mulieris fortior eſſet ad virilem animum ſubruendum, quam ſua propria venena & inſultus diabolici: ita D. Ambroſ. ſerm. 15. in Pſal. 118. *Serpens ille callidus & aſtutus, ad conſuendas nequitiæ ſuæ artes, fœminæ ſit magis illecebris, quam ſuis commiſit venenis, namque fœmina virum quem ſerpens tentare non eſt auſus, molli quadam, & conciliatricula amatoriæ ſedulitatis affectione traduxit.* 52

Amb ſer. 5. in Pſ. 118.

### *Maior tentatio per fœminam, quam per diabolum.*

E *Cur præcepit vobis Deus ne comederetis, de omni ligno Paradiſi* Deinde longam texit orationem diabolus, vt Euam tentaret: dicit enim primo: nequaquam moriemini, eritis ſicut dij: tamen ad inducendum Eua Adamum vt comederet fructum vetitum, ne vnum quidem verbum protulit, ſed comedit, deditque viro ſuo qui comedit: cur tot verbis vtitur ſathanas ad perſuadendum Euæ eſum fructus prohibiti, nullis tamen Eua ad id perſuadendum viro vtitur? Quia vehementior eſt tentatio per fœminam quàm per diabolum, atque adeo quod diabolus vix F multa verborum ſerie perſuadere potuit, potuit nullis verbis fœmina: hoc innuere voluit D. Odo loquens de tētatione Iob à muliere facta, poſtquam à dæmone tentatus fuerat, ait autem *Antiquus hoſtis humanum genus duobus modis tentare conſueuit, vt videlicet corda ſtantium, aut tribulationibus frangat, aut perſuaſionibus molliat: in vtriſque ergo contra beatum Iob ſe vehementer exercuit: nam patrifamilias intulit dam-* 53

Odo l. 3. moral. in Iob.

*Mulicbre genus ad dona capienda promptius.* A

62 *Cur præcepit vobis Deus ne comederetis de ligno?* O dæmon ſortiſſime, ſi cum Iobo ſolo conflígere audes & ſperas illum ſubuertere, cur cum Adamo non audes, ſed illo relicto prius tendis ad fœminam? In Iobo parabatur tentatio per bonorum ereptionem, per vulnera, per morbos: in primis illis parentibus ſolum parabatur tentatio per exhibitionem pomi, quod aſſumeretur ad eſum; vbi autem tentatio fit per exhibitionem rei quæ aſſumi debeat, tunc callidus hoſtis ſecurior de victoria non ad virum ſed ad fœminam accedit, ſcit enim mulicbre genus ad donum capiendum promptius. B

*Virginitatem non poteſt ferre diabolus.*

63 *Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de ligno?* Nonne potuit dæmon hanc tentationem differre, poſtquam Adam cognouiſſet vxorem ſuam? hic enim forte facilius perſuaſiſſet; tanto odio proſequitur virginitatem, vt nullo modo poſſit ei cõſentire, ideo Euam incorruptam iamiam aggreditur decipiendam: teſtis eſt D. Anaſt. Syn lib. 10 hex. *Qui dicitur ſerpens vt intelligens intelligentia, cum vidiſſet intelligentem nudam tanquam reginam, tunc virginem, puram, intactam, incorruptam, iuuenculam, Dei ſponſam, corona redimitam. (tanquam in quodam thalamo) diuino amore ſtipatã, in myſtico arcano, & cui non eſt vir admixtus, paradiſi cubiculo reſidentem, cũ eſſet infœlix exterminatus, & ab ædibus cœleſtibus exturbatus, poſtquã ſic vidit, ſtupuit & admiratus eſt pulchritudinem, cumque omnia ſpeculatus eſſet, ac luſtraſſet, vt qui ſit ſimul malignus & inuidus, fraude ſua voluit mulierem ſeducere.* C

Anaſt. Syn. l. 10. in hex.

*Contra fidem prima tentatio diaboli.*

64 *Cur præcepit vobis Deus, &c.* In Hebræo aphchi, quod latine redditum varias expoſitiones habet, ſed hanc admitto: veruḿne eſt etiam? cur dubitans loqueris? nonne ſcis Deum præcepiſſe abſolutè, vt non comederent de ligno ſcientiæ boni & mali? ſic ſub dubio tentat, vt fidem omnium virtutum fundamentum concuteret, infidelem verbis Dei efficiens: ſic Lippo. *In hoc multa inuenitur & apparet ſerpentis malitia & verſutia, perfidiam enim Domini incutere incœpit, & de fide verborum Dei tentatur.* D

Lipp m.

*Ieiunos non poteſt ferre diabolus.*

65 *Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis?* Contemplans cæterá animalia cibum ſibi comparaſſe de terra, ſimul atque producta fuere, Adam verò & Euam nihil adhuc prælibaſſe guſtu, mulierem aggreditur, perſuadens vt comedat? quid tibi refert vtrum comedat vel non? tantæ ne charitatis es erga eam, vt timeas ne deficiat ſi cibum non ſumat? dico, non motum charitate, ſed virtutem ieiunij non ferentem, in mulierem conſpiraſſe: ſic Cat. Græc. *Credidit omnino non ex moleſtia naturali (eos abſtinere à cibo) ſed quod ita iuſſiſſet Deus illos non ſoluiſſe ieiunium: quocirca percunctatus eſt Euam, quamobrem vos Deus ſolos eſſe ieiunos in tantis opibus iuſſit?* E F

Caten. Græc.

*Ventri ſuo indulgens, non homo ſed bellua.*

66 *Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis?* Diximus in præcedenti conceptu ideo inquiſiſſe dæmonem à muliere, cur non comederet, quia contemplabatur cætera animalia cibum ſumere; non autem protoparentes: nonne Deus conceſſerat ſicut animalibus poteſtatem comedendi: quomodo ergo ad exemplũ animantium herbis & fructibus arborum non veſcuntur? ideo exemplo animalium ventri ſuo non indulgent, quia qui abſtinere à cibis non poteſt, non homo ſed bellua nuncupandus eſt: ſic Cat. Græ. *Homo ita à Deo conſtitutus eſt, ne aliorum animantium exemplo ventri ſemper ſeruire cogatur, ſed ſtatuto ei tempore, ſe in cenſum generis humani referri, non autem in beſtiarum ordinem redigi velit.*

Caten. Græc.

*Omnis occaſio idololatriæ adimitur.*

67 *Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis?* Per ſerpentem hunc non ignoramus diabolum loquutum fuiſſe: inquirimus ergo, cur potius diabolum non nominauit Moyſes quàm ſerpentem, cum ea quæ ibi à ſerpente proponuntur, potius dæmoni quam ei conueniant? Nota non defuiſſe hæreticos ſerpentem adorantes, quia exiſtimarunt nos ab eo cognitionem habuiſſe boni & mali, imo vero Deo fortiorem, vtpote qui ſua prudentia ad ſe attraxit primos homines; dico ergo populo rudi, nempe Iudæo, non nominaſſe dæmonem, ſed ſolum ſerpentem, vt omnis occaſio idololatriæ adimeretur: ſi enim fuere qui ſerpentem animal brutum coluere, non defuiſſent ex Iudæis qui diabolum natura ſpirituali præditum venerarentur: ſic D. Anaſt. Syn. lib. 10. hex. *Si quæris cur non vnde hoc Deus tunc eſt locutus, ſed pro diabolo nominauit ſerpentem, apertè diſce, quod cum mala & libidinoſa gente loquens, noluit aperire Iſraeli neque quæ ad Angelos ſpectant, neque quæ ad ſathanam, qui conculcauit Euam ne tum colerent & adorarent tanquam Deo fortiorem, vt qui potuiſſet ſua prudentia protoplaſtos à Deo ad ſe attrahere.*

Anaſt. Syn. l. 10. hexa.

*Peccatum ad maximam vilitatem nos præcipitat.*

68 *Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis?* Cum potuiſſet dæmon in humana ſpecie apparere Euæ, vt ſic facilius deciperetur, cur in ſerpente eam aggreditur, cum ſerpens turpis & fœdus appareat; ideo Deus permiſit vt non ſub qualibet ſpecie, ſed ſolius ſerpentis Angelus malus appareret, vt ex eius vilitate, per peccatum, in quantam miſeriam & fœditatem incidiſſet, agnoſceremus: ſic Moſes Barſepha. c. 27. qui hanc quæſt. tractans cur non in alia forma apparuerit, ſed ſolum ſerpentis, ait: *Vt intelligeretur ad quantam vilitatem & miſeriam, propter peccatum dæmon eſſet abiectus, ex ſimilitudine ſerpentis, qui non ſublimis & rectus ingreditur, ſed humi proſtratus humiliter ſerpit.*

Moſes Barſe c. 27. de Parad.

*Quod Deo deſeruire debet, non permittit inſtrumentum eſſe diaboli.*

69 *Cur præcepit vobis, vt non comederetis?* Sine dubio voluiſſet dæmon in ſpecie columbæ venire, hæc nempe vt animal innoxium & ſimplex, ad mulierem decipiendam congruentiſſimum fuiſſet ei inſtrumentum: cur hoc non permiſit Deus? ſic enim Eua tentationem factam ſub ſpecie columbæ ſuperaſſet, pretioſiorem coronam conſecuta fuiſſet; nota quod futurum erat quaſi organum ſpiritus ſancti columba: dico igitur non permiſiſſe Deum, ſub ſpecie columbæ dæmonem mulierem tentare, quia quod Deo deſeruire debet, non permittit fieri inſtrumentum ſpiritus maligni: teſtis eſt Epiſc. Pariſ. Lombard. lib. 2. ſent. diſt. 21. *Non erat conſentaneum*

Lombar. Epiſ. Pariſ. Magiſt. ſent. l. 2. diſt. 21.

ſciantiæ boni & mali: ſed cur ô dęmon infenſiſſima A perſuadere conaris eſum ligni vetiti eſſe ſuauiſſimum, quia Deus prohibuit? Nota ſignum eſſe exiguæ in nos dilectionis parentum, ſi prohibeant aliquid comedere quod ſit aſpectu iucundum, guſtu ſuauiſſimum: reſponde ergo vt innuat dæmon Dei in nos perexiguum amorem, quod optimum eſt, perſuadet Deum prohibuiſſe: ſic Hugo à S. Victore,

Hug. à S. Vict. *Caute fingit ſe dubitare de præcepto prohibente, vt & mulierem faciat dubitare, & Deum quod tam boni ligni fructum prohibuit, oſtendat non tantum eos diligere quantum oportebat.*

B

*Amator curioſitatis diabolus.*

79 *Cur præcepit vobis Deus vt de omni ligno Paradiſi non comederetis?* Hinc colligi poteſt Adam & Euam nondum quidquam comediſſe, ſi enim de paradiſi fructibus ediſſent, non id ſciſcitatus eſſet: ſed quia legem non comedendi de ligno ſcientiæ boni & mali non audierat, vt potequam Deus, quemadmodum & in Prophetis, non exterius inſpiraſſet, videns reliqua animantia herbam guſtare, exiſtimauit primos parentes lege aliqua adductos non comedere: C ſed quid tibi refert ſcire vtrum aliqua lege teneantur val non? ideo curioſitatis amator interrogat

Diodor. quod ſibi ſcire non expediebat: ſic Diod. *Hoc ſcire atque intelligere volens (tanquam curioſitatis amator) Euam ſciſcitatur.*

*Simulat ſe noſtrum amicum diabolus.*

80 *Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis:* Quid tibi curæ eſt hominis abſtinentia? an ne tuæ ſollicitudini commiſſus eſt, vt quæ ad ſuę vitæ conſeruationem ſpectant, procures? Nota primum eſſe amici, D ea quæ nobis vtilia videntur ſollicitare: dico igitur hanc curam erga primos parentes ſimulare, vt ſe

Ferus. eorum amicum profiteatur, quamuis ſit inimiciſſimus: ſic Ferus, *Ita ſe oſtendit quaſi hominis curam* A *agat, & habeat, ſic enim ſemper fingit ſe amicum.*

*Peccatum malitiæ quia grauiſſimum, pertimeſcendum.*

*Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis?* Si tranſgreſſionem præcepti diuini perſuadere nitebatur, cur in memoriam reduxit mandatum Dei? nonne ſufficiebat fructum vetitum viſu pulcherrimũ, odore fragrantem, guſtu ſuauiſſimum offerre, vt illo illecta guſtaret? ad quid igitur ait, cur pręcepit vobis, 81
B cum in his verbis eſſet periculum non exequendi quod conabatur? Nota quod ſi ſolum fructum vetitum comediſſet, nulla habita memoria pręcepti Dei, peccatum gulæ ex infirmitate potuiſſet dici, non vero ex malitia & ſtudio; hoc modo ergo progreditur diabolus, vt in peccatum malitię præcipitem agat mulierem, ſicque grauiſſime offendat, vt deinde difficulter fieret remiſſio: peccatum enim malitiæ ferè irremiſſibile eſt: quod notat Oleaſter in cap. 4. Leuit. *Nullum ſacrificij genus inſtitutum legimus pro expiatione eorum, qui ſua ſponte in vitia prolabebantur, ſed magiſtratui puniendi relinquebantur, quo in re conſiderandum eſt, quam grauia ſunt peccata ex ſtudio commiſſa, quibus ante legem nullum ad expiandum inſtitutum legimus ſacramentum aut ſacrificium.* Oleaſt. in c. 4. Leu.

C

*Dei præceptum, graue reddit diabolus, vt nos ſubuertat.*

*Cur præcepit vobis Deus ne comederetis de omni ligno paradiſi?* Interrogat mulierem ſerpens, ſi Deus ſolummodo pręcepit ipſis vt abſtinerent ab vno ligno ſcientiæ boni & mali, cur ais omne lignum prohibuiſſe? reddit pręceptum Dei ex ſe leuiſſimum, ſuo 82
D mendacio graue, vt ſubuertaret primos parentes: ſic D. Paſch. l. 3. in Matth. c. 4. *Omnino conſtat Deum hoc non dixiſſe, ſed vt mentem ſubruat, magnitudo præcepti pondus exaggerat.* Paſch. l. 3. in Matth. c. 4.

## VARIETAS VERSIONVM VERS: II.

*Vlg.* Cui reſpondit mulier, de fructu lignorum quæ ſunt in Paradiſo veſcimur.

*Septu.* Et dixit mulier ſerpenti, à fructu ligni Paradiſi veſcimur, *ſic Pagn.*

*Cald.* De fructu arboris horti comedemus; *Arias* veſcemur.

*Caiet.* Et dixit mulier ad ſerpentem, de fructo ligni horti comedemos.

*Ambroſ.* Ex omni ligno paradiſi manducabimus.

## CONCORDIA VERSIONVM.

IN Habræo eſt נאכל Nochel veſcemur, ſed cum Hebræi vſurpent futurum pro præſenti, non mirum, vulgatam vertiſſe cum Septuaginta de preſanti comadimus.

## EXPOSITIO VERSVS II.

*CVi reſpondet mulier.* Non obſtupeſcens, ſerpentem audiens ſecum loquentem & diſputantem, quia neſciebat facultatem loquendi nulli animali naturaliter eſſe datam: nam & nouitas rerum, & ipſius experientia, eius ignorationis Euæ cauſa fuit, perfectio enim conditionis muliebris, perfectam omnium rerum naturalium ſcientiam minime depoſcabat.

*De fructu lignorum quæ ſunt in Paradiſo veſcimur,* Quaſi diceret, ex omnibus Paradiſi arboribus, quæ propemodum innumerabiles ſunt, facta eſt à Deo nobis edendi poteſtas, illud *veſcimur*, dictum fuit pro eo quod eſt veſci poſſumus, vel nobis veſci licitum eſt, & liberum, vnde alij legerunt veſcemur.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Mulier ita loquax eſt, vt cum ipſo dæmone colloqui non timeat.*

82 R*Eſpondit mulier de fructu lignorum quæ ſunt in paradiſo veſcimur.* O mulier, nec Angelum, nec hominem, nec Deum aſpicis! animalia autem (cum ſis ſapientiſſima) muta eſſe, & non loqui, non deberes ignorare, ſicut nec dæmonem eſſe quem alloqueris ſub ſpecie ſerpentis: hoc non obſtare poteſt, quia mulier ita loquax eſt, vt cum ipſo dæmone, ſi alius non ſit cum quo ſermocinetur, confabulari non pertimeſcat.

### *Coniuges vacent orationi.*

83 *Reſpondit mulier de fructu lignorum quæ ſunt in paradiſo veſcimur.* O Adam vbi nam es? cum inſidiæ ſtruuntur non ſolum vxori tuæ, ſed tibi & toti generi humano? ecce ſerpens perſuadet transgreſſionem præcepti diuini: reſpondeo tunc temporis contemplationi diuinæ vacaſſe: ſic Dionyſ. Carth. *Per aliquod ſpatium fuit abſens à fœmina, ita quod nec ſerpentem vidit, eam affantem, nec eam de fructu arboris manducantem: quia enim ſpirituali mente præditus fuit, Deo vacans nec tunc de corporali mulieris curauit præſentia, quamuis paulo ante fuiſſet ex eo formata & ei adducta.*

Dion. Cart.

### *Mulier amiciſſima libertatis.*

84 *Reſpondit mulier de fructu lignorum, quæ ſunt in paradiſo veſcimur.* Cur dæmoni ſatisfacis, qui dixerat Deum prohibuiſſe ne de omni ligno ederetis? ſciebas eſſe mendacium quod ſine reſponſione authorem ſuum confundit? nota quod diabolus in his verbis, *cur præcepit vobis Deus ne comederetis de omni ligno paradiſi,* libertatem ſignificabat adimi à prohibitione diuina: reſpondit ergo mulier, non prohibitum ſibi ex omni ligno fructum ſumere, vt libertatem ſuam cuius amiciſſima eſt, manifeſtaret: ſic Caiet. *Vnde defendendo ſuam libertatem, reſpondet ad exceptionem propoſueat ſerpens indefinitam exceptionem, non explicando, an vna arbor an plures arbores excepta fuiſſent, ſed dicendo non de omni ligno horti: hinc enim pulſatus eſt mulieris animus ad manifeſtandam libertatem ſuam, extendit ad omnes arbores horti, vna dumtaxat excepta, quæ eſt in intimus horti, ac ſi apertius dixiſſet,* A *non multa eſt adempta nobis libertas, ſed circa illam arborem tantum.*

Card. Caiet.

### *Mulier irreuerentiâ fertur in Deum.*

*Reſpondit mulier de fructu lignorum, quæ ſunt in Paradiſo veſcimur.* Nonne tibi ô Eua creator tuus hanc poteſtatem fecit veſcendi ex fructibus paradiſi arborum; cur ergo reuerentiam ei non exhibes, dicens licentiam habemus à Deo noſtro, vt poſſimus ad libitum omni fructu in alimentum veſci, vno ſolo excepto; hoc non modo loquitur, ſed quaſi nulla B in Deum reuerentia ferretur, non appoluit nomen Domini ſui: ſic obſeruat Ferus: *Vide quàm irreuerenter loquatur, addicere debuerat Dominus Deus, & creator noſter, ſed nihil horum fecit.* 85

Ferus.

### *Mulier in marito ſibi prelato Deum inſpiciat.*

*Cui reſpondit mulier, De fructu lignorum quæ ſunt in paradiſo veſcimur.* Vlteriùs ſubiungit: Præcepit Deus nobis ne comederemus de fructu ligni quod eſt in medio paradiſi Cùm Deus ſoli Adamo dixerit non comedas, quid eſt quod Eua vtrique datum præceptum ſubindicat illis verbis, ne comedere- C mus; Ideo vtrique datum præceptum ſubindicat Eua, quia à marito acceperat: qui enim alteri ſubiicitur, ſi quod præceptum accepit, non tam in prælatum ſibi hominem quam in Deum referre debet, & ſic quanquam hoc præceptum ab Adamo hauſerit mulier, retulit tamen in Deum; quia in prelato ſibi marito Deum inſpectat. 86

### *Liberalitatis diuinæ ſimus præcones.*

*Reſpondit mulier de fructu lignorum quæ ſunt in paradiſo veſcitur,* Coarctarat quippe diuinam in primos parentes D munificentiam cum dixit, quod prohibuerat eis ne comederent ex lignis paradiſi, quid igitur innuit reſponſio mulieris, cum potius colloquium dæmonis vitare deberet quam ei reſpondens occaſionem præbere alia mendacia proferendi; dico optime reſpondiſſe, Dei liberalitatem cuius præcones debemus eſſe, prædicantem, accipe Procop. *Non abs re correctionem ſubiunxit mulier, qua corrigebat verba diaboli dicens omnium arborum fructus nobis à liberalitate diuina eſt conceſſus.* 87

Procop.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. III.*

*Vlg.* De fructu vero ligni quod eſt in medio Paradiſi præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur.

*Septuag.* Dixit Deus non edetis ex eo, neque tangetis illud, ne moriamini.

*Cald.* Sed de fructu arboris quæ eſt in medio paradiſi, dixit Deus: non comedetis ex eo, neque accedatis, ne forte moriamini.

*Pagniani*, Non contingetis eam, ne forte moriamini.

*Montan.* Non tangetis in eam.

*Caietan.* De fructu ligni quod eſt in intus horti, dixit Deus non comedetis ex eo, & non tangetis in ipſo.

*D. Ambroſ.* Non manducabitis ex eo, neque tangetis ex eo, vt non moriamini.

*Tertull.* Ex ligno quod eſt in Paradiſi medio, edere vetuit.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

SI aliqui omittunt *ne tangeremus*, ideo eſt, quia præciſe præceptum Dei referunt, qui ſolum eſum prohibuerat, alij autem repetunt quæ mulier dixerat: omiſerunt Septua. *forte* quia cum etiam apud Hebræos ſit particula non dubitantis: ſed affirmantis, hinc eſt, quod aſſertiue reſponſionem Euæ retulerunt.

## EXPOSITIO VERSVS III.

DE *fructu ligni quod eſt in medio paradiſi, præcepit Deus ne comederemus*. Quamuis etiam arbor vitæ eſſet in medio paradiſi, tamen intelligebat ſolum de fructu ligni ſcientiæ boni & mali, & licet diabolus taceret, quæ eſſet arbor prohibita, tamen noluit explicare ex malitia, & vt daretur occaſio mulieri plura loquendi: *ne tangeremus* quamuis hoc de ſuo A addiderit Eua (Deus enim ſolum præceperat vt non comederent) non eſtimandum eſt, hoc ex diſplicentia præcepti dixiſſe, ſed potius ex reuerentia & illius religione: adhuc enim erat pura & ſancta, quaſi diceret fructum illius omnino interdixit, vel quod etiam ſuſpicaretur tactum tanquam occaſionem interdici ſicut & eſum.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Mulier admodum garrula.*

88 DE *fructu ligni quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus; ne comederemus & ne tangeremus illud*. Quid ais mulier? an præcepit vobis Deus ne tangeretis? minime: nam ſolum dixit de ligno ſcientiæ boni & mali ne comedatis, cur ergo hoc aſſeris? ideo hoc dixit vt prouocaret ſerpentem ad loquendum, cauſamque ei præberet ad continuandum colloquium: ſic D. Chryſoſt. hom. 16. in Gen. *Vide malignitatem, dixit quod non erat, vt in colloquium prouocaret*.

Chryſ. ho. 16. in Gen.

### *Mulier ab initio malitioſa.*

89 *De fructu ligni quod eſt in medio paradiſi præcepit Deus ne comederemus*. Inſpiciamus quæſo, quæ nam arbores erant in medio paradiſi: c. 2. dicitur produxit Dominus lignum vitæ in medio paradiſi, lignumque ſcientiæ boni & mali: à quo ligno præceperat abſtinere? ſolum à ligno ſcientiæ boni & mali, cur ergo ait mulier, de ligno quod eſt in medio paradiſi præcepit Deus, ne comederemus? cum non præcepit, ſed ſolum de ligno paradiſi, an poteſtate ſua habens etiam lignum vitæ? reſpondeo hoc ita nobis repræſentatum, vt malitiam illius ex initio agnitam haberemus, hoc obſeruat. Rup. lib 3. in Gen. cap. 5. *Cum Dominus dixerit ex omni ligno paradiſi, comede, & vnum ſolummodo interdicit lignum ſcientiæ boni & mali, hæc ait autem de ligno quod eſt in medio paradiſi præcepit nobis, & mentita eſt, nam & lignum vitæ erat in medio paradiſi, quod Dominus Deus non interdicit*.

Rupl. l. 3. in Gen. cap. 5.

### *Mulier ab initio Deo parum credens.*

90 *De fructu ligni quod in medio paradiſi præcepit ne comederemus, ne forte moriamur*. Nonne dixit Deus de ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas, ex quocunque enim die comederis morte morieris? ſi ergo dixit Deus abſolute quod morieris, cur tantum eis hoc conditionale & dubie dixiſſe ne forte? reſponde quod in hoc declaratur exigua fides mulieris erga Dei dicta: hoc obſeruet Rup. l. 3. in Gen. c. 5. *Cum certa & affirmatiua enunciatione dixerit, morte morieris: hoc dubium vel ſe nolum valens eſſe, illud ne forte inquit moriamur, diminuit*.

Rup. l. 3. in Gen. cap. 5.

### *Mulier typus ab initio hæreticorum.*

91 *De fructu ligni quod eſt in medio paradiſi præcepit nobis Deus ne veſceremur, & ne tangeremus illud, ne forte* B *moriamur*. In his verbis quid inuenimus? appoſitionem, diminutionem, & mutationem ſanctæ ſcripturæ: nonne appoſuit dicens, & ne tangeremus illud? nonne diminuit, cum aſſeruit ne forte moriamur, cum dixiſſet Deus morte morieris? nonne mutauit cum Deus præcepiſſet ſolum abſtinere à ligno ſcientiæ boni & mali, illa autem ait, ex omni? nonne ſimiliter hæretici ad confingendos errores ſuos, diminuunt, augent, mutant diuinas ſcripturas? reſponde ergo mulierem optime dici typum eorum: ſic obſeruat Rup. Abb. lib. 3. in Gen. c. 5. *Quantum in ſe erat deprauauit mulier verba præceptoris Domini tribus modis, quibus vſque hodie deprauare nititur ſanctam ſcripturam omnis qui ex patre diabolo, ſcilicet appoſitione, diminutione, mutatione*. C

Rup l. 3. in Gen. cap. 5.

### *Mulier mandati impatiens.*

*De fructu ligni quod eſt in medio paradiſi præcepit Deus ne comederemus & ne tangeremus illud*: Si optima noſti Deum non præcepiſſe, vt non tangeres, quomodo ergo id aſſeris? quæ mens fuit tua hoc affirmare? nota quod ſi mulieri inhiberetur à marito, ne domo exeat, ſi interrogetur, cur non exit? reſpon- D det, mihi non licet extra cubiculum pedem ponere, exaggerando, diſplicens ſibi, mariti præceptum: reſponde ergo Euam ſic mandato Dei addidiſſe tamque præcepti impatientem: ſic noſter Lyranus: *Iſtud mulier addixit ex ſuo, non enim Deus prohibuerat ligni tactum, ſed guſtum tantum, & ideo iſtud addidit mulier ex diſplicentia præcepti, quia ille cui diſplicet præceptum impoſitum, illud libenter aggrauat*. 92.

Noſt. Lyr.

### *Mulier ita audax, vt timido dæmoni audaciam præbeat.*

E *De ligno paradiſi præcepit Deus ne comederemus, ne forte moriamur*. Tunc ſerpens, nequaquam morte moriemini: quomodo cum timore accedens ad mulierem tentandam ſolum ei perſuaſiue loquebaris: nunc autem ita audax es, vt Deum mentiri præſumas aſſerere? nota quod dubiè loquens mulier *ne forte moriamur*, non multum à negante differt; non eſt ergo mirum ita audacem dæmonem, ita vt neget Deum, verum dicere, quia dubitanter loquens mulier, illi audaciam præbuit: ſic Hug. *Deus affirmauit, mulier dubitauit, diabolus negauit, nequaquam autem diabolus coram muliere verba Dei negare præſumpſiſſet, & ſi non prius ipſam mulierem dubitantem inueniſſet, quæ ergo dubitauit, ab affirmante receſſit, & neganti ap-* 93.

Hugo à S. Vict. l. 1. de ſacr. part. 7. cap. 4.

A *propinquanit, ipſa igitur ſecundum aliquid inchoanit maliuiam, qua tenſationi iniquæ perſuaſionis dedit audaciam.*

### *Mulier ita præſumptuoſa, vt ſibi arroget quæ ſunt mariti.*

94 *De fructu ligni quod eſt in medio paradiſi*: Nonne hoc cum admiratione facti refertur? cum colloquia dæmonis teneretur vitare, & non reſpondere, nullumque alterum præterquam maritum alloqui? cur ergo alteri reſpondere parat, cum à marito exquirere reſponſum teneretur, deberetque erubeſcere per B ſe ipſam legem Dei exponere? ideo per ſe ipſam reſponſum dedit, quia de ſe plura credit & præſumit, ne ignara videretur, nec inſcia, ſed maxime diſcreta, vnde fœminarum conditio eſt vt ipſi dæmoni & ſerpenti reſponſa afferant, cum ao colloquantur, dæmonumque miniſtris, ne à propria æſtimatione deficere videantur: ſic Ferus: *In hoc peccat Eua quod virum non interrogat, ſed ſibi ipſi ſatis videbatur ſapiẽs.*

Ferus.

### *Ex muliere mendacium.*

95 *De fructu ligni quod eſt in medio paradiſi præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud.* An C præcepit tibi Deus illud non tangere? tale præceptum non lego: cur ergo hoc addidiſti: reſponde addidiſſe vt mulieris mendax ingenium ab initio fuiſſe non ignoremus: ſic D Ambr. *Hinc ergo cœpit prima preuaricatio mandati, mihi videtur à muliere incœpiſſe vitium, inchoaſſe mendacium.*

Amb. l. de

### *Ab initio detractio à muliere.*

96 *De fructu ligni quod eſt in medio paradiſi, præcepit Deus ne comederemus, nec tangeremus.* Qua de cauſa mulier aſſeris Deum præcepiſſe vt non comederetis D de fructu ligni quod eſt in medio paradiſi, cùm ſolum interdictum ſit lignum ſcientiæ boni & mali: non autem lignum vitæ, quod eſt etiam in medio illius? hoc dixit ſerpenti quaſi Deo detraheret nimis eſſe ſeuerum & parcum: ſic obſeruat Rupert. l. 3 in Gen. c 5 *Iam impatienter ferebat, & murmurabat, quod quaſi parcus vel auarus Deus, pretioſa medij paradiſi reſeruaret, & viliora quæque per circuitum colligendo in cibum homini conceſſiſſet.*

Rup. l 3 in Gen. cap. 5.

### *Occaſio peccati vitanda.*

97 *De fructu ligni quod eſt in medio paradiſi præcepit* Deus E *vt non comederemus nec tangeremus.* Dicimus ex ſententia aliquorum patrum illud verbum *nec tangeremus*, Euam addidiſſe, ex tædio & odio præcepti, quaſi exaggerantem ſeueritatem illius, ſed quia à pluribus tenetur quod adhuc erat integra & ſancta, quomodo ſatisfaciemus, cur è ſuo addiderit Eua ne tangeremus: nota quod ex tactu pomi allicceretur mulier ad guſtum; prudenter igitur addidit, præcepit Deus vt non comederemus, ſed etiam ne tangeremus, ad innuendum non ſolum malum vitandum, ſed etiam illius occaſionem; hoc innuit Procopius, F *Deus non dixit ne attingeremus, ſed cum haberent cognitionem diuinarum rerum apud ſemetipſos, iam ſtatuerant & concluſerant, Deus dixit non comedetis, nos vero ne contingemus quidem arborem*, ne forte admonendo manum vt tangerent, deinde gliſcente appetitu aut ſuggeſtione diaboli ad legendum pomum edendumque tantum procederent.

Amb l. de Parad. c. 12.

Procop. in Genes.

### *Ingrati Deo ſumus.*

98 *De fructu ligni quod eſt in medio paradiſi præcepit Deus ne comederemus*, in hac reſponſione mulieris an aliquid poteſt notari indignum? audiamus Lippom. *Eua non ſe tam gratam oſtendebat pro tot tantiſque conceſſis in paradiſo fructibus, quam querulam & impatientem de vno negato ſe oſtendebat*: inſpice ergo miram animi noſtri ingratitudinem, cùm tot beneficia accepiſſet, licentiamque comedendi ex omnibus fructibus, quia vnus ei denegatur, quod maxima erga Deum fertur ingratitudine.

Lippom.

### *Primum peccatum inexcuſabile.*

99 *De fructu ligni quod eſt in medio paradiſi præcepit nobis Deus ne comederemus*: Cur Deus hanc reſponſionem voluit dari à prima muliere? nonne potuiſſet dicere, ſufficiunt nobis ad victum quidam fructus, & ideo de omnibus non comedimus: nota quod qui recordatur ſe legem habere de aliquo non faciendo, & tamen tranſgreditur, omnino inexcuſabilis eſt: ideo Deus voluit hanc dari reſponſionem in qua prohibitio fructus vetiti contineretur, vt omnino inexcuſabilis eſſet: ſic D Auguſt. in l. 11. de Gen. ad litt. *Ideo reſpondit hæc mulier, vt præuaricatio eſſet inexcuſabilis, neque vllo modo dici poſſet, id quod Deus præceperat, iam obliuam fuiſſe, quamquam & obliuio præcepti maxime vnius & tam neceſſarij ad maximam culpam damnabilis negligentiæ pertineret, verumtamen euidentior tranſgreſſio eſt, cum memoria retinetur, & tanquam in illo Deus aſſiſtens præſenſque contemnitur.*

Aug. l. 11. de Gen. ad litt.

### *Qui pandit myſteria indignis, timeat ne cadat.*

100 *De fructu ligni quod eſt in medio Paradiſi præcepit Deus vt non comederemus, ne forte moriamur.* Cur myſteria Dei detegis animali immundo? Inſpiciamus quem finem habuit detectio præcepti diuini, mulier accepit fructum prohibitum, comeditque, quomodo ô mulier tam facile cecidiſti? Nonne ait Christus Dominus Matth. 7. ne mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcent illas pedibus ſuis, & conuerſi dirumpant vos? Nonne pretioſa margarita erat, myſterio plenum præceptum Dei? Reſpondeo ergo non eſſe mirum cecidiſſe, quia qui indignis myſteria Dei pandit, proximus eſt ruinæ: ſic D. Chryſoſt. hom. 16. in Geneſ. Omne mandatum illi detexit, & porco margaritas obiecit, impleturque quod à Chriſto dictum eſt, ne mittatis margaritas veſtras, &c. quod & id factum eſt, oppoſuit enim porco huic malæ beſtiæ dæmoni videlicet? qui per ſerpentem operabatur, diuinas margaritas, & non ſolum illas conculcauit, & dictis oppoſuit, ſed & conuerſus non ipſam ſolum, ſed cum ipſa primogenium hominem quoque in morbum inobedientiæ perduxit, tantum malum eſt abſque delectu cuilibet diuina myſteria detegere; audiant qui ſine diſcrimine ſimpliciter cum omnibus colloquuntur, neque enim vbi Chriſtus de porcis præcepit, ſed homines porcinis moribus denotat, qui ſicut bruta illa in peccati lecto inuoluuntur: docens nos, vt perſonarum diuerſitatem dignoſcamus, & vitæ rationes inquiramus, quando aliquid diuinorum alloquiorum exponere opus fuerit, ne & illos, & noſmetipſos lædamus, nam qui tales ſunt, non ſolum nihil lucri ex dictis capiunt, ſed & eos qui bonas margaritas illas abſque diſquiſitione illis propoſuerunt, ſecum in ſuæ perditionis profundum porta-

Matth. 7.

Chryſ. ho 16 in Gen.

bunt, ideo cum diligentia obſeruanda ſunt hæc, ne eadem patiamur, quæ illi qui hic decepti ſunt: nam & tunc ſi voluiſſet mulier non proponere margaritas porco, neque ipſa in præceps tuiſſet, neque virum ſuum traxiſſet.

*Effectus tentationis, dubium in verbo Dei.*

101 *De fructu ligni quod eſt in medio Paradiſi, præcepit ne comederemus ne forte moriamur.* Quomodo mulier dubia de morte loqueris? Nonne dixit Deus, in quacunque hora comederitis, morte moriemini? Deus B affirmat te morituram ſi comederis, tu dubitas vtrũ morieris, dicens ne forte moriamur, vnde ergo tibi prouenit de Dei verbo dubitare? Nonne iam à diabolo tentata fuerat? Ne mireris ergo illam dubiam eſſe de morte, quam Deus affirmatiue promiſit, quia effectus tentationis diabolicæ eſt dubitare de verbo Dei: ſic Caiet. *Serpſit diabolicum venenum in affectum ſimul & intellectum mulieris, in affectum quidem, per diſplicentiam præcepti: vnde ſtatim prodiit* C *exaggeratio vinculi, & obligationis eius, in intellectum verò, per haſitationem futuræ pœnæ, vnde prodiit relatio eius & aduerbium illud ne forte.* (Caietan.)

*Vbi ſumma ſecuritas tibi videtur, maximum periculum ineſt.*

102 *De fructu ligni quod eſt in medio Paradiſi præcepit Deus ne comederemus, &c.* Non times ô mulier? Quia nihil aliud forte ſuſpicaris eſſe quam ſerpẽtem cum quo loqueris? Neſcis diabolum eſſe in ſerpente qui D te ſeducere conatur? Sed in hac nimia ſecuritate, an peccauit Eua? tibi videbitur negatiue reſpondere? Nota qui amat periculum peccat, & perit in illo; peccat igitur Eua, quia vbi maxima ſecuritas extra Deum tibi videtur, ibi maximum periculum: ſic Ferus: *In hoc igitur primo peccat Eua, quod nimium ſecura eſt, quaſi nihil periculi ipſi poſſit accidere, ſic & nobis plerumque contingit vt ibi putamus ſummam eſſe ſecuritatem, & omnia ſalua, ibi præſentiſſimus eſt diabolus,* (Ferus.) *& hoc vocatur in Pſalmo, dæmonium meridianum: media enim luce apparet, dum ſcilicet nihil minus timemus* E *iudicamus omnia ſalua & ſancta.* (Pſal. 90.)

*Deus præbet modum obſeruationis ſui præcepti.*

103 *Præcepit nobis Deus vt non comederemus nec tangeremus.* Dixımus ex mente plurium, mulierem ea ſuo A addidiſſe, ne tangeremus, imo etiam Procop. tamen etiam vtrumque tenens, affirmat probabile eſſe hoc non addidiſſe ſed Deum præcepiſſe vt non ſolum comederent ſed ne tangerent: ait enim, quomodo mulier iſta commenta eſſet, licet propheta ea omiſerit: nam recitans præceptum diuinum ſi non omnia exactè calluiſſet, haud addidiſſet, & non attingetis ipſum, hoc præſuppoſito: nonne ſufficiebat præceptum imponere non comedendi fructus arboris ſcientiæ boni & mali? Cur etiam prohibet tactum? Nota quod tactus erat occaſio quædam ad pomum colligendum: dico igitur non ſolum prohibere eſum arboris fructus, ſed etiam tactum, vt cauentes à tactu, præceptum circa eſum faciliùs obſeruarent: ſic citatus Proc. *Quod admonuit, non attingetis, ad maiorem cautelam pertinet quo magis ſibi cauerent.* (Procop.)

*Mulieris curioſitas occaſio noſtræ ruinæ.*

*Præcepit Deus vt non comederemus, &c. ne forte moriamur.* 104 Dubiam conſpicis, poſtea fructum vetitum comediſſe, contemplaberis: quid mulierem prouocauit, vt fidem adhibens dæmoni, & non Deo, ſub dubio pœnæ mortis, loqueretur, vt tandem eam non formidans, præceptum violaret? Nonne curioſitate maxima quidquid rarum eſt, miramur, ſuſpicimus, acceptamus, pro veritate aliquando colentes mendacium? Igitur non mirum mulierem præceptum violaſſe, quia nimia curioſitate ducta, loquelam ſerpentis mirabitur: teſtis eſt Ferus: *Nihil aliud perſuaſit mulieri vt ſerpenti auſcultaret, quam curioſitas, ſciebat ſerpentem eſſe animal irrationale, miratur tamen loquelam eius.* (Ferus.)

*Dubius de promiſſis Dei, proximus ruinæ.*

*Præcepit vt non comederemus, &c. ne forte moriamur,* 105 Deinde ſimul accepit fructum vetitum, & comedit, quomodo tam facile à culmine tantæ gratiæ præcipitata ruit? Nonne dubia de Dei verbo: Non mirum igitur cecidiſſe: dubius enim in his quę à Deo dicuntur, proximus eſt ruinæ: ſic Caiet. *Directè & ſtatim diabolus ſciens quod dum in dubio eſt animus, paruo momento impellitur, ſtatim ſuggerit negatiuam.* Et inde comedit fructum vetitum: expende illa verba, dum in dubio eſt animus paruo momento impellitur, id eſt facile ruit. (Caietan.)

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. IV.*

*Vlg.* Dixit autem ſerpens ad mulierem nequaquam morte moriemini

*Septuag.* Et dixit ſerpens mulieri: non morte moriemini.

*Paguin.* Non moriendo moriemini: *ſic Arias, Caietanus, & alij Interpretes,* teſte *Vatabl.*

*Aliqui*, ita vertunt: nequaquam verum eſt vos eſſe morituros.

## EXPOSITIO VERSVS V.

D*ixit autem ſerpens ad mulierem.* Cum in quolibet libro inueniantur quædam verba quæ non dicuntur in perſona ſcriptoris, ſed alicuius alterius, ſicut illa verba, non eſt bonum hominem eſſe ſolum: alia autem ſunt verba ſcriptoris aliquam veritatem enunciantis, ſicut illa verba, in principio creauit Deus cœlum & terram: ita ſimiliter hic prędicta verba à Moyſe ſunt prolata, referentia quid dixerit diabolus in forma ſerpentis.

*Nequaquam morte moriemini.* Scilicet ex eſu ligni, quaſi diceret, noli timere de cõminata pœna mortis, quam dicis Deum protuliſſe, quoniam Deus non eſt dubius, ſed certus de euentu oppoſito, hoc eſt de optimo euentu, ſi comederitis ex fructu ligni illius.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Diabolus non ſolum voluit eſſe ſimilis Deo, ſed ſibi ſimilem voluit Deum facere.*

106 Iſa. 14. *Dixit ſerpens ad mulierem nequaquam moriemini.* Quid intendis dæmon in hoc mendacio? certum eſt appetiiſſe Dei ſimilitudinem, cum ait in cœlum aſcendam, ſuper aſtra Dei ponam ſolium meum, aſcendam ſuper altitudinem nubium, quid autem hic appetit? nota dæmonem eſſe mendacem: reſpondeo ergo, cum videret ſe non poſſe ſimilem eſſe Deo: ita impium fuiſſe, vt Deum aſſimilare vellet, nempe reddere eum mendacem: ſic Rup. l. 3. in Gen. c. 6 (Rup. l. 3. in Gen. cap. 9.) *Execrabamur ſuperbiam diabli, qui altiſſimo ſe fore ſimilem dixit, quid dicemus quando è contra altiſſimum ſibi facere ſimilem contendat: mendax enim ipſe eſt, mendax autem ſibi ſimilem, id eſt, mendacem vult facere Deum, dum dicit nequaquam morte moriemini: quid hac præſumptione nequiſſimi nebulonis ſceleratius? quaſi parum fuerit quod ſuperbiendo Dei ſimilitudinem perdidit, adhuc detrahendo, ſimilem ſibi Deum aſſerere præſumit, imo Deum mendacem, ſe autem habendum verum eſſe, miſero perſuadet homini.*

*Diabolus ſophiſtis ſimilis.*

107 *Dixit ſerpens ad mulierem: nequaquam moriemini.* O impie an ignoras Deum dixiſſe, quod in quacunque hora comederint ex ligno ſcientiæ boni & mali, morte morientur? cur ergo ais impudenter non morituros, quamuis comedant? nota ſophiſtarum morem eſſe diſtinctiones adiungere, & verba æquiuoca, vt facilius decipiant: dicamus etiam ſic æquiuoce locutum dæmonem, more ſophiſtarum, vt ſi de eo conquererentur primi parentes, diceret, diſtinguo de morte corporis, illico verum eſt, de morte animæ non ſum locutus: ſic Rup. cit. (Rup. l. 2. de vict. verbi Dei cap. 10.) *Victoria eius in qua gloriabatur, talis erat, qualis debilium ſophiſtarum eſſe ſolet: nam per æquiuocationem incautos & imprudentes circumuenit, imprimis dicendo nequaquam morte moriemini, volens intelligi mortem carnis, quæ eſt ſeparatio corporis & animæ, cum Deus dicendo, in quocunque die comederis ex eo morte morieris, intelligi voluerit mortem animæ à Deo: deinde dicendo aperientur oculi veſtri, apertionem oculorum valde nequiter æquiuocauit. eſt enim alia apertio oculorum, qui cogniturì erant infallibiliter ſe eſſe nudos, & eſt alia quæ illuminatio dicitur, vt nihil latere poſſit, illum priorem modum apertionum oculorum, ille proditor intendit, hunc autem poſteriorem ſeducta mulier intellexit.*

*Diabolus non ceſſat laceſſere vbi ſemel admittitur.*

108 *Nequaquam moriemini.* Si ſtudium tuum erat ô dæmon, mentem ſubuertere mulieris, eamque præcipitem dare in aliquod peccatum; nonne conſecutus es quod concupieras? peccauit enim Eua ex infidelitate circa verba Dei: ceſſa ergo à proſequutione tuæ tentationis? tam impiæ eſt conditionis, vt videns ſe admiſſum, nullo modo ceſſet à totali ruina: ſic Ferus, (Ferus.) *Perpendens diabolus ſe non parum profeciſſe apud mulierem, iam perſuaſam infidelitate circa Domini verba, nunc apertius aggreditur: non enim ceſſat vbi ſemel admittitur.*

*Diabolus viâ contrariâ progreditur à Deo.*

*Nequaquam moriemini.* Ei perſuadet cibum vetitum comedere; nonne dixerat Deus, in quacunque die comederitis, morte moriemini? quomodo ergo dæmon contrarium affirmat, dicens, nequaquam moriemini? Deus minas intentat timorem incutiendo, dæmon timorem aufert, an verior ille Deo? non verior, ſed ita Deo aduerſarius, vt ſemper viâ contrariâ ab eo progrediatur: ſic Procop. 109 (Procop.) *Duo ſunt quæ nos à malo auellunt, & bono applicant, ſcilicet promiſſio & timor: hinc Deus pœnam mortis intentauit, & lignum vitæ promiſit, ſed diabolus diuerſum ingreſſus iter, timorem adimit, dicens non morte moriemini.*

*Ex ſuperbia conſenſus in ruinam.*

*Nequaquam moriemini,* Dixit ſerpens mulieri, credidit ipſa, alias fructum vetitum non comediſſet: 110 ſed quomodo in ruinam ſuam cecidit: ex eſu ligni ſcientiæ boni & mali ſi comediſſet non morituram? Nota quod iam mulier de ſe ſuperbe præſumpſerat, ſine facultate mariti, & illo inſcio dæmoni reſpondens: ne mireris ergo in tam graue peccatum cecidiſſe, quia ex ſuperbia conſenſus prouenit in totalem ruinam: ſic Aug. c. 30. l. 2. de Gen. ad lit. (Aug. l. 11. de Gen. ad lit.) *Quomodo (inquit) verbis crederet mulier ſerpentis, à bona atque vtili re diuinitus ſe fuiſſe prohibitam, niſi iam meſſe mentis eius amor propriæ poteſtatis, & quædam de ſe ſuperba præſumptio: quæ per illam tentationem fuerat conuincenda, & humilianda.*

*Timor diuinus retrahit à malo.*

*Nequaquam moriemini.* Cur timorem Domini abiicit promittens impunitatem? quia illo ſtante non rueret in peccatum, tranſgrediens præceptum Domini ſui: ſic Tho. 111 (Th. Aug. in Gen.) *Inter omnia quæ tenent hominem in bono, & retrahunt à malo, eſt timor Domini: nam qui timet Deum facit bona, & ideo cum vult diabolus introducere peccatum in mentem hominis, conatur abiicere timorem Dei.*

*Timore pœnæ non audent plures peccare.*

*Nequaquam moriemini:* Nonne verior ſententia Dei quam tua? cur ergo vis pœnam mortis è medio auferre: ideo hanc pœnam è medio auferre ſatagit, vt facilius in peccatum incidant, ſublata pœna peccatorum fræno: ſic Thom. 112 (Th. Aug.) *Quia homo quandoque vitat peccatum timore pœnæ, excludit timorem mortis, dicens, nequaquam moriemini.*

## VARIETAS VERSIONVM VERS. V.

*Vlg.* Scit enim Deus quod in quocunque die comederitis, ex eo aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij, ſcientes bonum & malum. A

*Septuag.* Sciebat enim Deus quoniam qua die manducaueritis ex eo, &c.

*Chald.* Quoniam manifeſtè eſt etiam Deo, quod in die qua comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut principes ſcientes inter bonum & malum.

*Arias.* Quoniam ſciens Deus quod in die comedere vos ex ea, &c.

*Caietan.* Quia ſciens Deus quod in die comedere veſtri, de ipſo.

*Al. qui Hebræ.* Eritis ſicut Angeli.

*Lippom.* Cum *Vatabl.* ait, poteſt verti eritis ſicut Deus.

## CONCORDIA VERSIONVM.

Elohim אלהים non eſt nomen proprium Dei ſed commune magnatibus, vnde aliqui verterunt, eritis ſicut principes, alij & Angeli: licet autem ſit plurale transfertur tamen etiam aliquando ſecundum ſignificationem ſingularem.

## EXPOSITIO VERSVS V.

*Scit enim Deus quod in quocunque die comederitis ex eo.* Diabolus ſubdit cauſam prohibitionis diuinę, culpans Deum inuidiæ, dicens eum ſcire quod ſi de illo ligno comederent, efficerentur ſicut Dij, tam boni quam mali notitiam habentes, vnde ſubdit: B

*Aperientur oculi veſtri*: Non corporis ſed animæ, nempe intellectus, qui quidem æquiuocè dicitur oculus, quaſi diceret ex eſo ligni ſcientiæ boni & mali, cognoſcetis quod modo ignoratis.

*Eritis ſicut Dij*: Non ſecundum eſſentiam, hoc enim eſt impoſſibile, ſed ſecundum ſimilitudinem quandam ſcientiæ, vos eritis ſicut Dij, id eſt, nulla prohibitione reſtricti, nec alteri ſubditi, ſicut modo, timentes comedere fructum arboris vobis prohibitæ.

*Scientes bonum & malum.* Hoc termino vſus eſt diabolus, vt primi parentes exiſtimarent aliquid ſibi eximium & diuinum offerri, nempe nullius rei indigentiam, & omnem ſcientiam, ita vt eſſent regula in omnibus quæ fieri deberent:

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Diabolus Deum odit ita, vt eum niſi per ironiam non nominet.* C

113. *Deus ſcit quod in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri.* Cur ô dæmon Dei ſanctum non en pronuncias, cum de te dicat Pſalmiſta Pſal. 13. dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus: quę verba exponens D. Chryſoſtom. ait, primus inſipiens diabolus, qui inſipientiæ fuit primus ſeminator, qui primus præco Deorum multitudinis, eritis ſicut Dii, voluit Deo eſſe æqualis, dicens ponam thronum meũ ſuper nubes, & ero ſimilis altiſſimo. Iſa. 14. ſuſtulit Deus, & poſuit altiſſimus, erubeſcens eum quem iam negauerat? ſi ergo dixit non eſſe Deum, & cum eum deberet nominare loco illius, altiſſimum dicit, cur nunc eum nominat; reſpõdeo ita Deum odio proſequi, vt ſi eum nominet, ironiæ cauſa eſt: ſic cita Chryſoſt. *Per ironiam & ſimulationem Deum nominauit, dixit Deus ne comedatis.*

*Iſai. 14.*

*Chryſoſt. in Pſ. 13.*

### *Diabolus Dei magnitudinem deprimit.*

114. *Eritis ſicut Dij*, Cur non dixit, eritis ſicut Deus, cum ſolus vnus eſſet, ſiquę aliquid excellentius promiſiſſet; ideo non ſicut Deum, ſed ſicut Deos dixit, ad imminuendam Dei magnitudinem: & excellentiam eam pluribus communicando; ſic Procop. *Volens vt inſueſcerent nihil magni ſentire de Deo. vt exiſtimarent eum, nec ſolum eſſe Deum, poſſe enim & alios eſſe tales, qualis ipſe eſt.*

*Proc. in Gen.*

### *Diabolus plenus deceptione.*

*Eritis ſicut Dij, ſcientes bonum & malum*, Cur non promiſit eis ſcientiam omnium, ſiquidem Deos futuros dixerat, proprium autem eſt Dei omnia ſcire? noluit dicere, ſcietis omnia, ſed ſolum bonum & malum, cum æquiuocatione tamen & deceptione, voluit enim per hanc ſcientiam boni & mali, vt intelligerent omnium ſcientiam, quamuis apud ſeipſum aliud intenderet: ſic Rup. *Æquiuocè dixit* (ſcilicet vt deciperet) *ſcientes bonum & malum. boni & mali agitabat experimentum, ipſos autem volebat intelligere ſcientiam omniũ rerum bonarum ſiue malarum, ſcientiã tanquam omnium, ſiue præteritorum, ſiue præſentium, ſiue futurorum: idcirco dicere noluit ſcientes omnia, ſed ſcientes bonum & malum, vt dum cuncta eueniſſent contra ſpem ſenſumque illorũ, ipſe nihilominus ſeipſum defendere poſſit tanquam veracem, & omnia vera loquutum.* 115 D

*Rup. Ab. l. 2. de Vict. ver. Dei cap. 1.*

### *Diabolus diuerſas formas induit, vt variis modis decipiat.* E

*Eritis ſicut Dij ſcientes bonum & malum.* Qui alteri promittit diuinitatem, debet eſſe Deus, quomodo ſerpens in principio tentationis callide mulierem aggreſſus eſt, nunc autem tanquam Deus creaturis futura numina pollicetur? non mirum nunc ſerpentis, poſtea alterius quaſi perſonæ diuinæ ſpeciem induere, quia diuerſas formas induit, vt variis modis poſſit decipere: ſic D. Iul. Firm. Mater. Epiſ. Medio. c. 27. de erro. propha. relig. *Mihi credite, nihil præter-* 116

*Iul. Firmic. Mater. Ep. Med. l. de*

*miſit diabolus, quod hominem miſeruas aut debilitaret* A *aut perderet, ideo ſeſe in omnes formas multiplici diuerſitate conuertit, ideo ſe diuerſi generis calliditate compoſuit, vt varius ac multiplicibus fraudibus homines irretitos interimeret.*

*Diabolus ab initio ſibi templa conſecrari deſtinat.*

117 *Eritis ſicut Dii.* Cùm non ignoret, ô inſenſate plurimos non eſſe Deos, ſed vnicum, quid in hac promiſſione innuere ergo voluiſti, cum ais, eritis ſicut Dij? nota quod diabolus pluribus in templis adorabatur tanquam Deus: dico ergo in hac locutione ſi- B bi iam deſtinaſſe templa, in quibus tanquam numen coleretur: ita cit. Iul. Firmic. *Hoc erat quod Eua, cum eam perderes, magnopere pollicebaris, cum ei diceres eritis quaſi Dii. tunc parabas tibi, ac tuis templa ac delubra faciebas. & venenatioris illuuiem, ut ſarti ſermonis conſecrabas.*

*Iul. Fir. cit.*

*Diabolus ita perfidus eſt, vt Deum accuſet inuidiæ.*

118 *Eritis ſicut Dii.* Cummentiaris in hac promiſſione, quid ſignificare voluiſti, cum affirmes diuinitatem conſecuturos? dico ita perfidum fuiſſe, vt C non ſolum fuerit mendax in hac promiſſione, ſed etiam Deum inuidiæ accuſauerit: teſtis eſt D. Anaſtaſ. Syn. lib. 10. Hexam. *Deum accuſat inuidia, vobis inquit, inuidet, ne vos quoque efficiamini ſicut ipſe, Dii cognoſcentes omnia, & ideo iuſſit vobis ut comedatis de ipſo fructu.*

*Anaſt. Syn. lib. 10. hexa.*

*Diabolus ſuadet diuinam prudentiam non cognoſcere.*

119 *Aperientur oculi veſtri*, Quid in hac apertione oculorum promittit? an fortè cæci degebant in paradi- D ſo? dico in hoc promiſiſſe prouidentiam ſupremam qua omnia futura agnoſcerent vt à diuina deſciſcerent: accipe D. Euch. *In hoc quod dixit aperientur oculi veſtri, perſuadet vt ſub Deo eſſe nollent, ſed ſimiles ei eſſent, non indigentes illius interno lumine, ſed viuentes propria prouidentia.*

*Diabolus ita aſtutus eſt quod perſuadet plurima peccata, vt ſi in vno non conſequatur quod cupiat, in alio non fruſtretur.*

120 *Eritis ſicut* Dii. In hac tentatione tua, nonne conaris totis viribus vt fructum vetitum comedant, ſicque rebellea Dei mandato exiſtant? cur ergo ſollicitas plurimorum Deorum fidem, dicans eritis ſicut Dij? quia ita impius eſt, vt plurima peccata perſuadeat, vt ſi in vno victus fuerit, ſaltem in alio victor exiſtat: ita ſubtiliter Rabanus Maur. *In verbis ſerpentis notandum quanta arte nequitia diabolus hominem ab initio tentauerit, qui non ſolum eum inobedientiam contemptumque ſui creatoris velut ſibi inuidentis docuit; ſed & numeroſitatem Deorum illi credendam propoſuit, dicens & eritis ſicut Dii: quatenus & ſi fortè ad inobedientiam eos pertrahere nequiret, fidei tamen qua vnum Deum colebant, caſtitatem corrumperet, ſi vero pertraheret, in vtroque victor exſiſteret.*

*Raban. Mau. hic.*

*Ex ambitione noſtra ruina.*

121 *Eritis ſicut Dii.* Nonne ſcis obediandum eſſe Deo, & quaſlibet alias in contrarium promiſſiones reii- A ciendas? Cur ergo dęmoni conſentis ſuadenti tranſgreſſionem diuini mandati? Dicamus ambitionem diuinitatis iam facile ſupplantaſſe, & in contemptum diuini mandati præcipitem duxiſſe: ſic Diuus Chryſoſtom. hom. 16. in Geneſ. Vt audiuit ab illi quod ideo eſum hunc prohibuiſſet Deus; quia ſciret oculos ipſorum aperiendos eoſque ſicut Deos fore æquales, diuinitatis ſpe inflata, magna quædam ſecum concipiebat; tales enim ſunt machinationes inimici, vt quando per deceptionem in ſublime ſubduxerit, tandem & in profundum per præceps deijceret, igitur vt diuinitatem menta ſua imaginata B eſt, ad eſum properauit.

*Chryſ. ho. 16.*

*Diabolus author idololatriæ.*

*Eritis ſicut Dii*, Quid ais, infœlix ſerpens? Sunt ne plures Dij: Scis vnicum Deum? Cur ergo plures nominas? Ita impius eſt, vt velit eſſe author idololatrię: ſic D. Ambroſ. lib. de Parad. cap. 13. *In quo licet aduertere idololatriæ authorem eſſe ſerpentem, eo quod plures Deos induxiſſe, in hominum videatur errorem in quadam ſerpentis aſtutia.* 122

*Amb. li. de Para. c. 13.*

C *Auaritia ita homines trahit, vt ab initio dæmon per eam mulierem ſollicitarit.*

*Et eritis ſicut Dii ſcientes bonum & malum.* Nota quod ait D. Gregor. Maximin. in codice homil. ſuper Euangel. part. 1. homil. 16. antiquus hoſtis contra primum hominem parentem noſtrum, in tribus ſe tentationibus erexit, quia hunc videlicet gula, vana gloria, & auaritia tentauit, ſed tentando ſuperauit, quia ſibi eum per conſenſum ſubdidit, ex gula quippe tentauit, cùm cibum ligni vetiti oſtendit, atque ad comedendum ſuaſit; ex vana gloria tentauit eum, cum diceret eritis ſicut Dij, ex prouectu D auaritiæ, tentauit cum diceret ſcientes bonum & malum, auaritia non ſolum pecuniæ eſt, ſed etiam altitudinis: rectè enim auaritia dicitur cum ſupra modum ſublimitas ambitur, ſi enim non ad auaritiam honoris ambitio pertineret, nequaquam Paulus de vnigenito filio diceret, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo; ſed cur quęſo hominem auaritia tentat? Cum auaritia ſit hominum abiectorum vitium, primus autem parens nobiliſſimi animi erat? Quia auaritia ſaltem ſpiritualis, ita homines etiam magnanimos trahit, vt per illam primos parentes ſollicitare non duxit omittendum: E tum etiam ex eo quod ait D. Greg. citat. *In hoc diabolus parentem noſtrum ad ſuperbiam traxit, quando eum auaritia ſublimitatis excitauit.* 123

*Gregor. Max. in cod. hom. ſuper Eu. p. 1. hom. 16.*

*Ad Philipp. 2.*

*Greg. cit.*

*Scientia ab omnibus naturaliter appetitur.*

*Eritis ſicut Dii ſcientes bonum & malum.* Cur hoc promiſit ei ſerpens potius quam regnum totius orbis? &c. Quia ſciebat nullam maiorem inclinationem in homine, quàm ad ſcientiam & cognitionem, habendam: ſic D. Th. opuſc. 2. cap. 183. *Vt in tranſgreſſionem præcepti facilius inclinaret diabolus, illa pro-* F *miſit quæ homo naturaliter appetit, ſcilicet vitationem ignorantiæ, dicens aperientur oculi veſtri, & perfectionem ſcientiæ, cùm dixit ſcientes bonum & malum. homo enim ex parte intellectus naturaliter fugit ignorantiam, & ſcientiam appetit.* 124

*Thom. opuſc. 183.*

Plus

*Plus ſapere quam oportet, ſuaſio eſt diaboli.*

125 *Eritis ſicut Dij ſcientes bonum & malum.* Nonne indita erat à Deo illi ſcientia rerum naturalium, præcipuè primo parenti, imo & cognitio ſupernaturalium? Quid ergo iactas eos habituros notitiam boni & mali? Nonne ſufficit eos ſapere ſecundum Dei voluntatem? Ideo cognitionem boni & mali ſuadet, vt plus ſapiant quam oportet ſapere, quod diabolicum eſt: ſicut optime aduertit Ferus: *Quid nobis de ſcientia mali, cum ſatis ſuperque nobis fuiſſet ſcire bonum? Sicut igitur tunc, ſic & nunc & ſemper diabolus ſuadet, plus ſapere quam oportet ſapere, plus item quam Deus vult nos ſcire, cum ſatis nobis eſſet ſcire ea quæ Deus nobis manifeſtauit.* (Ferus.)

*Mulier amiciſſima libertatis cuius deſiderium eam præcipitem dedit.*

126 *Aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum.* Libertatem in his verbis maximam promittit diabolus, eſt enim libertas omnia videndi, & hæc proponitur dicendo aperientur oculi veſtri, alia eſt libertas ſciendi, quæ promittitur per hæc verba: eritis ſcientes: & eſt alia etiam libertas in hoc quod ſcientia non erit limitata, ſed extenſa non ſolum ad bonum, ſed etiam ad malum? hoc ſuppoſito: quomodo cecidit mulier his promiſſis innixa? Quid miraris cecidiſſe? Ita eſt enim libertatis amica, vt eam omnibus anteponat: quod fere innuit Caiet. dicens: *Cerne aſtutiam ſerpentis affectus mulieris excitato ad libertatem, proponit quod ſuccedet ei. libertas ad videndum, & libertas ſciendi promittitur.* Quaſi diceret ne mireris tantam promiſiſſe libertatem mulieri, quia ſcit illius ita eſſe cupidam, vt facile omnibus quibuſcumque præferat. (Caiet.)

*Mulier magis gloriæ cupida, quam vir.*

127 *Eritis ſicut Dii.* Cur mulierem prius aggreditur, quæſo, in hoc genere tentationis, nempe promiſſionis diuinitatis: ideo tentat de diuinitate, & priorem aggreditur, tanquam gloriæ viro cupidiorem: ſic Thom. *Mulier enim quaſi à natura eſt magis glorioſa, & magis gloriæ cupida.* (Thom. Angl.)

*In memoriam reuocare nolumus tormentorum noſtrorum occaſionem.*

128 *Eritis ſicut Dii ſcientes bonum & malum.* Non ait aſcendetis in cœlum, ſuper aſtra Dei exaltabitis ſolium veſtrum, ſed ſolum eritis ſcientes bonum & malum: cur non magis ſuggerit tentationem de ſolio cœleſti acquirendo quàm de ſcientia? ſane tentatio de acquirendo ſolio, quam vehemens eſſet, & ipſe in ſe expertus erat: cur ergo ad illam non recurrit? non adeo perditus eſt, vt audeat meminiſſe tentationem, cuius cauſa tam immane ſupplicium ipſe accepit, vix ſolum meditabatur, & Dei fulmine percuſſos decidit in infernum, quo minime audet recurrere ad idem tentationis inuentum: ad hæc D. Ber. ſer. 4. de aſceſ. ait. *Poſt caſum ſuum inuidia cruciante ſathanas male ſollicitus de ſupplantando homine, illius tamen montis aſcenſum nullatenus auſus eſt ei ſuadere, in quo nimirum pro inani aſcenſu, tam immane præcipitium cognoſceretur.* Expertus enim, vel ipſe diabolus iterum in memoriam trahere illud pro quo tam diras ſuſtinet plagas, & non cauebit homo repetere peccatum quod ſibi doloris & lachrymarum noſcit fuiſſe cauſam. (Bern. ſer. 4. de aſcen.)

*Ita demens eſt homo: vt quod Dei proprium eſt, ſurripere nitatur.*

129 *Eritis ſicut Dij.* Nempe ſi comederitis ex ligno ſcientiæ boni & mali: fructum vetitum comedunt, cur quod prohibuerat Deus, edistis? quia promiſit ſerpens quod huiuſmodi fructum comedentes erimus ſicut Dij, ergo dementes? quia dementia eſt credere quod proprium Dei eſt, poſſe ſurripi. *Reuera,* inquit B. Ber. ſerm. 1 de aduen. *principes noſtri Adam & Eua principia noſtræ propaginis inobedientes. & ſocii furum. qui quod filii eſt, ſerpentis imo diaboli per ſerpentem conſilio tentant ſubripere.* (cit. Bern. ſer. 1 de aduen.)

*Diabolus quod non poſſidet pollicetur vt circumueniat.*

130 *Eritis ſicut Dii ſcientes bonum & malum* Hunc dæmonem ita impudentem conſiderans citat. Bern. ait: quid polliceris? quid promittis miſer? cum filius altiſſimi ſcientiæ clauem habeat, imo & ipſe ſit clauis Dauid, qui claudit & nemo aperit, in eo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, tunc eos vt homini præſtes inique furaberis? furari minime poteſt: cur igitur hanc ſcientiam pollicetur? quia cum mendax ſit, quod non poſſidet promittit vt circumueniat *Videtis* (inquit citat. Ber.) *quia verè iuxta Domini ſententiam mendax iſte eſt & pater eius nam & mendax fuit dicens, ſimilis ero altiſſimo & mendacii pater, cùm in hominem quoque venenatum ſua falſitatis ſeminarium effudit.* (cit. Bern.)

*Bona Dei damnabiliter à creaturis emendicantur.*

131 *Eritis ſicut Dii ſcientes bonum & malum.* Ecce Adamo inſtillatur venenum, quo vniuerſi filij eius damnantur, nimirum ſcientia boni & mali, quam ſcientiam dum Salomon exquirit, nullam damnationem incurrit, imo maxime placet: cur huius ſcientiæ deſiderium Adamo lethale fuit, Salomoni autem ſalutare? Salomon vt nouit donum ſcientiæ à Deo eſſe, ſic non aliunde, ſed ex Deo ſcientiam boni & mali amat, Deum pro illa precatus, Adamus autem non à Deo, ſed à ſerpentis ore, ab vxoris manu requirit fructum quo ſciat bonum & malum; cur non fuerit illi lethale Dei donum, non à Deo ſed à creaturis emendicare? ait D. Ambroſ. adductus in gloſ. *Quod enim ſcire diuinum eſt à Domino, vt poſſit cognoſcere promerendum eſt. ſi petiiſſet Adam vt petiuit Salomon, nequaquam in illos inextricabiles erroris laqueos incidiſſet quibus omnis eius hereditas ſtrangulatur.* Non à creaturis emendicandum eſt, ſed à Deo quod diuinæ poteſtatis eſt, vt largiatur, vtinam non de manu vxoris non de ſerpentis conſilio, ſcientiam boni & mali vellet habere ſed illam poſtularet & ſapiens eſſet, & illius hereditas illæſa perſeueraret. (Ambr. cit. à gloſſa.)

*In ſapientia nolumus alteri credere.*

132 *Eritis ſicut Dii ſcientes bonum & malum.* Et acquieuit huic promiſſioni Eua, & ſic fructum vetitum comedit: quid inde contigit? vt ex hoc ſic vniuerſa hominum propago infecta fuerit, vt nulla ſit res adeo vilis, cuius cognitione & ſcientia, vel homunciones non velint alios excedere: rem pulcherrime definit B. Ber. ſer. 4 de aſcenſ. *Peſſimus mons inflans ſcientia. & in quem aſcendebat, qui voluit eſſe ſicut Deus ſciens bonum & malũ. quem vſque hodie filii eius accumulant & eleuant: nihil inuenies ita vile vnde non vellẽt eleuare* (Bern ſer. 4 de aſcen.)

*mentem ſcientia, videns alium litterarum, aliũ mundialis curia, illum ſeruilis cuiuſlibet artis tam vehementer affectare ſcientiam, vt laborem non reputet ta- tummodo vt poſſit aliquibus doctor reputari, ſic ædificant Babel, ſic putant ad Dei ſe peruenturos ſimilitudinem, ſic concupiſcunt quod non expedit, quod expedit omittentes.*

*Diabolus non vnum ſolum, ſed plures ſimul decipere nititur.*

133 *Eritis ſicut Dij ſcientes bonum & malum.* Tantæne maieſtatis eſt mulier, vt cum ea in plurali numero colloquaris? non ita; ſcimus enim non honoris cauſa ita ad eam dirigere ſermonem ſuum: cur ergo cum ſit ſola non vteris verbo ſingulari, dicens: non morieris, eris ſicut Deus ſciens bonum & malum? nonne ſciebat mulierem virum habere? loquitur ergo aſtutè non in ſingulari, ſed plurali, vt non vnum, ſed plures ſimul deciperet: ſubtilis eſt obſeruatio. Caiet. Ad-

Caietan. *uertendum quoque eſt, in hac ſerpentina ſuggeſtione, quod in numero plurali ſemper loquitur, dicendo non moriemini, in die comedere veſtri, & eiuſmodi; tendit enim ad hoc vt mulier non ſola comedat, ſed vt inducat etiam virum ad comedendum fructum vetitum.*

*Diabolus ſub ſpecie boni tegit ſuas tentationes.*

134 *Eritis ſicut Dij ſcientes bonum & malum.* In hoc ſignificare voluit quod Deus ſcit hoc ſolum bonum, quod venturum eſt ex eſu illius arboris, & quod ſimiles ei fient; ſed cur non ait, ideo prohibuiſſe eis eſum huius arboris, vt tale bonum quale eſt cognitio ſcientiæ boni & mali, non poſſiderent? ideo hoc non apertè explicat, ſed ſolum ſub ſpecie boni, & maxima promittens, vt facilius quod intendebat,

Caietan. ſuaderet: ſic obſeruat Caiet. *Verùm callidè voluit hoc explicare, ne apertè videretur prouocare mulierem aduerſus Deum: ſub ſpecie enim boni ſuggeſtiones ſuas palliabat, vt non cognoſceretur hoſtis, ſed ſuggerens bonum mulieri & viro eius.*

*Dignitas & abundantia nos ad lapſum inducunt.*

135 *Eritis ſicut Dij ſcientes bonum & malum.* Et ex hac promiſſione euenit quod vterque, nempe Adam & Eua à ligno vetito non abſtinuerint: quomodo tot donis gratiæ præditus Adam, in tantam miſeriarum abyſſum præcipitatus eſt? Nota quod in hoc quod dixit futuros eſſe Deos, dignitatem ſummam, & rerum omnium abundãtiam promittit: quis enim plura poſſidere poteſt, & quis in maiori honoris culmine conſtitutus, quam Deus? non ergo mirum cecidiſſe, dignitas enim & abundantia nos ad lapſum facile quemlibet inducunt: ſic Hugo à. Vict. *Eritis ſicut*

Hugo à S. Vict. hic. *Dij ſcientes bonorum & malum, in hoc duo promittit dignitatem & abundantiam rerum vt vnum perſuadeat, id eſt, comeſtionem pomi*, quaſi diceret, ne mireris cecidiſſe, cum fuerit attractus dignitate & abundãtia.

*Nullum vitium proprius quam gulæ, ſerpentem diabolum repræſentat.*

136 *Non moriemini, ſed eritis ſicut Dii, &c.* Sed cum hic dæmon tentatione appetens mulierem alicuius vitij ſit figura, cuiuſnam in hac ſuggeſtione poterit eſſe typus? an luxuriæ motus? an criminis furti? an turpis lucri appetitus? an iræ impetus? an vanę glorię appetitus? an tumoris ſuperbię, minime: hæc enim vitia apertè ſunt deteſtabilia, cuius ergo vitij ſimili-

A tudinem geret, cùm nullum aliud vitium eſſe videatur? nota quod vitium gulæ ſub ſpecie boni virus ſuum effundit, videtur enim ſuadere nutritionem, nimietatem tamen inducit: dico ergo vitium gulę ita dęmoni aſſimilari, vt nullũ ex aliis criminibus propriùs ferè repræſentetur ab eo: ſic D. Greg. Mag. l. 5. c. 11. in 1. l. Reg. *Huius ſerpentis, qui callidior fuiſſe dicitur cunctis animantibus, ſi ſimilitudo in vitiis quæritur quid ſimilius quam violentium gulæ motum, inuenimus? nam gulæ vitium tanto eſt fraudulentius quanto & occultius, quia & quaſi neceſſarium ſuggerit cibum corporis, ſed dum abundanter carnem reficit, luxuriæ gladium in*

Gregor. Mag. l. 5. c. 11. in 1. lib. Reg.

B *mentem mergit, ſuadet quod peccatum non eſt: ſed vnde comeſtio quaſi non peccatum recipitur, inde peccato luxuriæ anima ſaginatur, vnde & in paradiſo, ad mulierem gula vitio decipiendam ſerpens veniſſe oſtenditur, qui aliud ſuggereret, aliud obtineret, vt dum comedenda oſtenderet, improuiſam mortem propinaret: ſerpens ergo iſte gulæ deſignat auiditatem, quæ & reſpectu iuſtæ neceſſitatis repit, & virus impiæ delectationis ſuggerit.*

*Punit Deus ſecundum delicta.*

137 *Eritis ſicut Dii.* Forte credit ita futurum, cùm ex

C ligno vetito comederit, inſpiciamus pœnam ſibi à Deo impoſitam: multiplicabo inquit ęrumnas tuas, & conceptus tuos: nonne Angelus qui appetiit Deo ſimilari, dicens ſimilis ero altiſſimo, in profundum inferni è cœlo deiectus eſt? Quomodo ergo ſi primi parentes eandem commiſere culpam, æternum illico non ſubiere cruciatum? Nota plures tenere, eſſe Deos non appetiiſſe: vnde aliqui Hebræorum exponentes eritis ſicut Dij, poſuere, *Angeli*, Elohim enim Angelos ſignificat: dico igitur recto ordine iuſtitię ſeruato, non eandem pœnam ſubiere, quo Angeli apoſtatæ, quia idem delictum non admiſere: ſic

D Lippoman. *Adam per inobedientiam peccauit, leges diuinas tranſgrediendo: non enim tanta arrogantia fuiſſe putandus eſt, vt oblatam diuinitatem voluerit appetere, vt eſſet Deus, ſicut Deus in ea cognitione, eo enim ſcelere pollutus eſt Sathan, ideo grauiore ſententia non eſt damnatus Adam.*

Lip. in Cat. aur.

*Quò natura fragilior, eò maiorem miſericordiam meretur.*

138 *Eritis ſicut Dii.* Plures tenent patres, ſimiles Deo fieri concupiiſſe, quo ſuppoſito, eadem ergo pœna

E plecti deberent ac Lucifer, & ſocij eius, cum idem delictum commiſêre? Nota naturam humanam Angelica eſſe fragiliorem: non mirum igitur, ſi eadem pœna quâ peruerſi ſpiritus, puniti non fuêre quamuis idem commiſiſſent delictum: quia quo natura noſtra eſt fragilior, maiorem à Deo miſericordiam conſequi debet.

Seraph. Græcus in cat. Lippo.

*Ab inſidiis dæmonis maximè cauendum.*

139 *Eritis ſicut Dii ſcientes bonum & malum.* Pollicetur ſerpens, vt ſuaderet cibum vetitum comedere, & ta-

F men illa maximis gratiæ donis ſuffulta, miſere lapſa eſt in inobedientiam: ſi mulier Deo tam grata ſimul cum viro ſuo ſanctiſſimo cecidit inobediens, ex perſuaſione dęmonis, non vt fortis (ſciebat enim ingenio non viribus laborandum eſſe) ſed ſolum vt callidi: quomodo inſidias eius nos infirmi euadere valebimus? Non enim ſolum tanquam verſutus ſerpens, ſed vt fortis & robuſtus leo, circuit quærens quem deuoret: ideo Deus permittit non ſolum vt aſtutum, ſed vt fortem leonem tentationibus nos

aggredi, vt ab inſidiis eius maxime caueamus: ſententia eſt. D. Bernard. ſermone quodam de quadrupl. debito: *A verſutiis & aſtutiis formido, & mihi & pro vobis, in quibus partim ſubtilitate naturæ, partim experientia temporum, ſub tot annorum millibus eruditus fragilitatem humanæ naturæ quaqua verſum ſe vertere non ignorat*; Quaſi diceret ſi formido pro vobis inſidias diaboli, maxima cum vigilantia ab eis cauere debetis.

*Homo appetens bona ſupra menſuram, proximius ruinæ.*

140 *Eritis ſicut Dii.* Nonne vis Adamo mortem inferre? cur illi diuinitatem ſuggeris? cur non magis venenum porrigis? Sane ſciebat nullum venenum ad perimendum hominem efficacius eſſe, quam ſi perſuaderetur, ne ſe cingeret in bonis, ſed illa appeteret quæ eſſent ſupra hominis menſuram, ait D. Baſil. Sel. orat. 3. *Diuinitatis ingerit notionem, vt mortalitate condemnet, dixit quæ volebat.* Volebat equidem malus vt homines eſſe vellent ſicut Dij, vt citius perirent; vt enim diuinitas excedit menſuram hominis, ſic ambulans homo in mirabilibus ſuper ſe feſtinaret ad ruinam.

*Baſil. Seleu. orat. 3.*

*Cum ſeuere punimur propter aliquod delictum, credimus alios illud non commiſſuros.*

*Eritis ſicut Dii ſcientes bonum & malum.* Scientiæ Dei æmulationem propoſuit, & non dominij, & cur non magis propoſuit dominij æmulationem? cur non potius dixit: eritis ſicut Dij dominatores omnium creaturarum, cum dicat S. Ber. ſer. 4. de aſcen. *quam pauci euadunt, quibus non dominandi libido dominatur?* Nonne prius ipſe appetierat hunc dominatum? plane appetierat, cum dicat idem Bernard. *nonne iſte eſt mons in quem aſcendit Angelus & diabolus factus eſt*, appetierat, inquam, ſed ita ſeuere à Deo punitus, vt à ſe abiiciens memoriam dominatus, difficile ſibi perſuaderet in eundem lapſum alios caſuros. 141

## VARIETAS VERSIONVM I. PARTIS VERS. VI.

*Vlg.* Vidit igitur mulier, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile.

*Septuag.* Et vidit mulier quia bonum eſt lignum ad eſcam, & quia gratum oculis ad videndum, & ſpecioſum eſt ad intelligendum.

*Cald.* Et vidit mulier quod bona arbor eſſet ad veſcendum, & quod ſalutifera eſſet oculis, & delectabilis arbor ad intuendum in eam.

*Arias.* Quod bona arbor eſſet ad cibum, & quod deſiderium eſſet oculis, & concupiſcibilis arbor, intelligenda.

*Pagnin.* Quod eſt deſiderabilis.

*Caietan.* Et deſiderabile lignum ad faciendum intelligere.

*Ambroſ.* Bonum lignum ad manducandum, & quia gratum oculis ad videndum, & ſpecioſum ad intuendum.

*Chryſoſt.* Formoſum ad contemplandum

*Auguſtin.* Quia bonum lignum eſt ad eſcam & quia placet oculis videre, & decorum eſt cognoſcere.

*Greg. Nyſſen.* Vidit quod eſſet oculis & guſtui pulchrum & maturum.

### CONCORDIA VERSIONVM.

Legimus aſpectu delectabile, & Hebræi ad intelligendum deſiderabile, ſed vtrumque in his verbis Hebraicis ונחמד להשכיל *Venechmad, Leaſchil*, importatur & externi aſpectus delectatio, & ratio effectus ſcilicet intelligendi per illius eſum, bonum & malum, vnde noſter interpres vnum expreſſit, alterum ſubintellexit.

## EXPOSITIO VERSVS VI.

*Vidit igitur mulier quod bonum eſſet, &c.* Quamuis antea vidiſſet pulchritudinem ligni & non allecta fuiſſet ad eius eſum, ideo nunc dicitur quod vidit, id eſt iudicauit eſſe pulchrum, & ad cibum deſiderabile, quia iam incipiebat appetitus deordinari male appetendo.

*Aſpectuque delectabile.* Vt ſua pulchritudine, & forma Euam in moroſo ſui intuitu, & contemplatione detineret.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Deus maximè beneuolus erga peccatores.*

142 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, &c. & tulit de fructu illius & comedit*, Prima ergo mulier peccauit: inſpiciamus, quid dicat Matth. 28. in quo Chriſtus Dominus ad vitam renouatus, prius fœminis quam viris apparuit, imo per fœminam, ſuam viris reſurrectionem conclauit, ite inquit, nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam vbi me videbunt: Cur hic honor prius fœminis tribuitur, quàm viris qui illo digniores videbantur? nonne diximus primo mulierem peccaſſe quàm virum? reſpondet ergo D. Greg. Nyſſ. orat. de reſurrect. *Quia fœmina prius peccauerat, Chriſtum Dominum prius fœminis apparuiſſe, vt ſuam erga peccatores beneuolentiam oſtenderet, & quantam illic paraſſet medicinam, teſtatur.*

### *Mulier paruı intellectus.*

143 *Vidit mulier quod pulchrum eſſet lignum, &c. tulit de fructu illius, & comedit.* Sibi perſuadens diuinitatem conſequi, quam ſerpens promiſerat: quomodo ſerpens non eſt aggreſſus hominem eum tentans de diuinitate, ſed potiùs mulierem? ideo hominem non tentat, ſed mulierem quaſi minoris intellectus ad facile credendum: ſic D. Aug. l. 11. in Gen. *Si iam ſpiritalis erat Adam, quamuis mente non corpore, quomodo credere potuerit, quod per ſerpentem dictum eſt, ideo Deum prohibuiſſe, ne fructu ligni illius veſcerentur, quia ſciebat eos, ſi feciſſent futuros vt Deos, propter dignoſcentiam boni & mali, tanquam hoc tantum bonum creaturæ ſuæ creator inuiderit? hoc mirum ſi homo ſpiritalis mente præditus, credere potuiſſet an quia credere hoc ipſe non poſſet propterea mulier addita eſt quæ paruı intellectus eſſet, vnde Apoſt. 1. ad Tim. 2. ait Adam primus formatus eſt, deinde Eua, & Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta.*

Aug. l. 11. de Gen. ad litt.

### *Mulier importuna.*

144 *Vidit mulier quod pulchrum eſſet lignum, comedit, &c dedit viro ſuo & comedit.* Quomodo ei dedit? an perſuaſit ei vt ſibi crederet, in quo crediderat ipſa ſerpenti? minime, nam inquit Apoſtolus vir non eſt ſeductus, ſed mulier: quomodo ergo ei dedit? nam homo non erat ita obcæcatus, vt non recordaretur præcepti Domini; nota quod mulieres ſunt importuniſſimæ cum aliquid exoptant, dicamus ergo importunitatibus virum ſuum coëgiſſe ad manducandum: obſeruat Rup. l. 3. in Gen. c. 9. *Quomodo iam dedit niſi abuſiue, imperio vel importunitate muliebri cogendo? ergo potiùs quam ſeducendo, imperando magis, quam aliquid fingendo hoc effecit.*

Rup. l. 3. in Gen. cap. 9.

### *Mulier inhumana.*

145 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, &c. tulit de fructu eius deditque viro ſuo qui comedit:* O mulier, nonne ſufficiebat te ipſam in tantum præcipitium depuliſſe, & maximo honore priuaſſe? cur etiam virum tantæ ruinæ facis ſocium? cur illius inſidiatrix? cuius adiutrix debueras eſſe: reſpondeo inhumanitatem illius ad id ſcelus eam impuliſſe: ſic D. Ber. ſer. 1. in annunt. *Perdidit miſericordiam, cum ſic exarſit Eua in ſua concupiſcentia, vt nec ſibi, nec viro, nec filiis parceret vniuerſis, ſimul omnes terribili maledicto, & neceſſitati mortis addicens, funiculus triplex difficile rumpetur, curioſitatis, vanitatis, & voluptatis, hæc ſola mundus habet concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ, his abſtracta & illecta, miſericordiam omnem crudelis mater abiecit.*

Ber. ſer. 1. in annunt.

### *Ex mulieris curioſitate perditio noſtra.*

146 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile.* Cur ô mulier, à tempore quo tibi dixit ſerpens, nequaquam morituram, tanto affectu hanc arborem contemplaris? nonne audiſti quod in quacunque hora comederis, morte morieris? cur ergo hanc arborem vetitam inſpicis, auerte oculos tuos ne intueantur occaſionem ruinæ totius generis humani? curioſitas eam impulit ad intuendam arborem, & ex ea iudicandum veritatem comminationis diuinæ, vel promiſſionis diabolicæ: ſic Rup. *Vidit, id eſt conſiderauit diligenter, lignum intuita eſt curioſius, & iudex eorum quæ ipſa audierat eſſe voluit: audierat quod dixiſſet Deus, A morte moriemini, inter hoc anceps naturam ligni propriis ſenſibus diiudicare voluit, vt ſciret cui palmam veritatis concederet, Deo videlicet, an ſerpenti.*

Rup. hic.

### *Mulier aliquando virilior homine, ad non conſentiendum malo.*

147 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, tulit de fructu eius, deditque viro ſuo & comedit.* O Adam nihil examinas, nihil caues in dono? non quæris vnde fructus decerptus ſit? non recolis præceptum diuinum opposuit, præcepit nobis Deus vt non comederemus, verum Adamus nihil tale obiecit, necdum meminit, B ſed viſo vxoris dono ſtatim in eſcam ruit: vnde hoc? niſi quod aliquando mulier virilior & conſtantior eſt viro, ad malo reſiſtendum, & non ei conſentiendum: ſic D. Anaſt. Syn. in hexa. c. 10. *Virilior Eua apparuit in tranſgreſſione præcepti, ipſa enim & ſola reſiſtit ſerpenti, & cum quadam abiectione & contentione, (calliditate ſuperata) comedit ex ligno, Adam autem cum nihil omnino pugnaſſet, aut contradixiſſet, fructus fuit particeps dati à muliere,* nihil in dono timuit, nihil cauit, nihil examinauit, vel hinc vxore ſua infirmior.

Anaſt. Syn. l. 10. hexa.

### *Homo ingratiſſimus eſt.*

148 C *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, tulit de fructu illius,* nempè arbori vetitæ, *comedit, deditque viro ſuo qui comedit.* O homo, nonne Deus in maximo honore condito tanquam regi, regiam, paradiſum terrenorum omnium pulcherrimam ſedem aſſignauit? nonne vt oſtenderet quanto animalia reliqua honore tranſcenderes, adduxit ad te omnia, vt ſingulis tanquam ſeruis nomina imponeres? nullumque ex his adiutorium dedit tibi, ſed formauit mulierem tui gratia? nonne ſpiritalem gratiam tibi adiecit, vt futura prædiceres? & quod maiori admiratione di- D gnum eſt, hæc omnia tibi largitus eſt, cum à te nulla ante rectè facta manaſſent? quomodo ergo ſimplici conſilio vxoris acquieuiſti, tranſgrediens præceptũ benefactoris tui? quia homo ita ingratus eſt, vt obliuiſcens beneficia conditoris ſui, aduerſarium ſuum libentiùs audiat & ſequatur: ſic notat D. Chryſ. li. 1. de prouid. *Quod poſt tanta tamque ſingularia beneficia, fideliorem parente ac donatore ſuo inimicum arbitratus eſt, ſpretoque mandato conditoris, fallaciam illius prætulit, qui ſe perdere omnino, boniſque omnibus eiicere, atque honore omni expolliare cupiebat: prætulit autem, cum tamen nullum nec magnũ neque paruum beneficium ab eo E conſecutus eſſet, ſolaque verbum eius aure percepiſſet.*

Chryſ. ho. 16. de prouid.

### *Ita homo ingratus eſt, vt ex beneficiis in impietatem labatur.*

149 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, tulit de fructu eius, comedit, deditque viro ſuo qui comedit.* An ignoras tibi impoſitum eſſe præceptum non comedendi? nonne beneficia à creatore innumera accepiſti? cur ergo tam facile acquieuiſti vxori tuæ, vt præceptum Domini tui violares? tam facile illud violat, quia ita ingratus homo, vt beneficiis à Deo acceptis non F emolliatur: hoc videtur innuere Tert. l. de bapt. *Nihil eſt quod adeo obduret mentes hominum quam ſimplicitas diuinorum operum, quæ in actu videtur & magnificentia quæ in effectu promittitur.*

Tert. l. de bapt.

*Cum Deum timemus, omnes occaſiones peccandi euitamus.*

150 *Vidit igitur mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis aſpectuque delectabile,* Quid nonne ante colloquium cum ſerpente, hanc arborem conſpexerat? Cur ergo ait Moyſes quod vidit tunc mulier, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum? Nonne ante colloquium cum ſerpente Deum timens erat, à quo audierat non eſſe comedendum de hoc ligno ſcientiæ boni & mali? Non eſt ergo mirum, ſi antea non conſpexiſſet arborem vetitam; quia qui timet Deum, ea quæ ad peccandum ipſum inducere poſſunt, vitat & formidat: ſic Diu. Chryſoſt. hom. 16. *Quare non ante diabolicum conſilium illi tale quid in mentem venit, ſcilicet arborem inſpicere? nec lignum hoc conſiderauit, eiuſque pulcritudinem vidit, quia timebat mandatum Dei.*

*Chryſ. ho. 16. in Gen.*

*In omni loco timendum.*

151 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, tulit de fructu illius, deditque viro ſuo qui comedit.* Quo in loco erant cum Dei mandatum tranſgreſſi ſunt? in Paradiſo quidem, quomodo Paradiſus eos ab omni fraude non ſeruauit? vt non ignoremus, in omni loco timendum, cum in Paradiſo primi parentes non fuêre ſecuri: ſic D. Greg. hom. 9. in Ezech. *Quod autem loca mentem non mutant, ipſe humani generis teſtatur parens, qui & in Paradiſo cecidit: item ſi locus ſaluare potuiſſet, ſathan de cœlo non caderet, vnde pſalmiſta vbique in hoc mundo tribulationes eſſe conſpiciens, quæſiuit locum quo fugeret, ſed ſine Deo non potuit inuenire munitum; ex qua re ipſum ſibi locum fieri exiit dicens, eſto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, vt ſaluum me facias.*

*Greg. Mag. hom. 9. in Ezec.*

*Timeat vnuſquiſque ne cadat.*

152 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, tulit de fructu illius & comedit, deditque viro ſuo qui comedit.* Quomodo primus ille homo, qui cum Deo loquebatur in Paradiſo poſitus, potuit labi tam facile, ex terra creatus virgine, quæ ad verbum Dei formata, & creata recens, nondum ea paricidali cædiumque concreta ſanguine, flagitiis & dedecore polluta, nondum carne noſtra damnata maledictio obnoxię hęreditatis? vt nobis eſſet in exemplum timendi, ne ſicut ille cecidit, labamur cum magis nobis timendum ſit: cum dicat D. Ambr. *Quanto facilius poſtea lubrica ad peccandum via maius adduxit humano generi præcipitium, eum deterior, tolerabilior per vices generationis ſucceſſerit.*

*Ambr. enar. 2. in Gen. ad Sabinũ.*

*Nimiùs amor coniugis trahit ad offenſam Dei.*

153 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, tulit de fructu eius, dedit viro ſuo qui comedit.* O Adam nonne ſciebas Deum ſub pœna mortis præcepiſſe, ne de ligno ſcientiæ boni & mali comederes? quomodo ergo tam facilè præceptum Dei tranſgrederis? nonne mortem formidas? nimius viri amor erga mulierem aliquando ita potens vt obliuionem Dei adducat, & vt præceptorum ſuorum ſit immemor, hanc rationem offenſæ primi parentis ſtatuit D. Aug. lib. 11. in Gen. c. vlt. *Salomon vir tantæ ſapientiæ, nunquidnam credendum eſt, quod in ſimulachrorum cultu crediderit eſſe aliquid vtilitatis? ſed mulierum amori ad hoc malum trahenti reſiſtere non valuit, faciens quod ſciebat non eſſe faciendum, ne ſuas quibus deperibat atque diffluebat, mortiferas delicias contriſtaret, ita & Adam poſtquam de ligno prohibito ſeducta mulier manducauit, eique dedit vt ſimul ederent, noluit eam contriſtari.*

*Aug. l. 11. de Gen. ad litt.*

*Ingratitudo occaſio peccati.*

*Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, tulit de fructu illius, & comedit deditque viro ſuo qui comedit:* Quis non mirabitur quod Deus primos parentes tãquam illorum immemor, tam cito in peccatum ruere permiſerit? tamen non debes mirari illos cecidiſſe, tot nempe à Deo beneficiis cumulati, gratiarum actiones non egerant: ita Rup. l. 2. in Gen. c. 39. *Animaduertendum eſt quam pertinaciter homo primus à creatoris laude mutus perſtitit, quam obſtinatis labiis ab omni gratiarum actione abſtinuit, & ingratum Domino Deo ſilentium dedit. formante Deo, inſpirante ſpiraculum vitæ, non ſuſpirauit, eodem ſpiraculo vitæ in plaſtæ ſui faciem, vt adoraret & glorificaret, vt ei gratias ageret:* Ex quo ſequitur eum occaſionaliter cecidiſſe in peccatum ex ingratitudine. 154

*Rup. l. 2. in Gen. cap. 39.*

*Viſus initium peccati occaſionaliter.*

*Vidit igitur mulier quia bonum eſſet lignum ad veſcendum.* Nonne iam viderat hoc lignum? credibile eſt iam illud aſpexiſſe: ad quid ergo iterum refert? tum etiam hoc videtur ſuperfluè dictum: nam ſi comedit, & de arbore legit, certum eſt illud inſpexiſſe, videtur ergo additum ſine neceſſitate; ideo appoſuit & vidit ad declarandum quod initium peccati incipit à viſu & cogitatu: ſic Tho. *Summè cauendum eſt, quid homo in corde reuoluat, quia omne malum intrat per ſenſus, & cogitationes, vnde ille eſt ianitor diaboli, ſcilicet oculus, & malè cogitatus, qui introducit beſtias inferni, quæ animas vaſtat. ſecundum illud.* Thre. 5. *oculus meus deprædatus eſt animam meam,* & D. Chryſ. *Oculus præuaricationis eſt author, mortis ianua, inuidiæ fax, liuoris caminus, toto cupiditatis incendio velocius per aliena percurrit, quam ſi currit ignis, arida & terrena per gramina.* 155

*Th. Ang. in Gen.*

*Thren. 5. Petr. Chryſol. ſerm. 39.*

*Vitanda nimis videndi curioſitas.*

*Vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum & pulchrum oculis aſpectuque delectabile* D. Bern. lib. de Gradib. humil. alloquens mulierem ait, Eua ſerua commiſſum, expecta promiſſum, caue prohibitum ne perdas conceſſum, quid tuam mortem tam intentè intueris? quid illo tam crebro vagantia lumina iacis? quid ſpectare libet, quòd manducare non licet? ſed, ô Bernarde, cur non reſpiciet lignum quod pulchrum oculis aſpectuque delectabile, obiecto viſus exiſtente viſibili, & pulcherrimo? tum ex alia parte, Deus non prohibuit ne illud inſpiceret ſed ne comederet, quid ergo ſuades ne illud intueatur? reſpondet idem Bern. *Apoſtolus ait, omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt, & ſi culpa non eſt tamen indicium culpæ eſt, ſi enim mens nimis curioſa ſe ſeruaret, tua curioſitas tempus vacuum ad videndum non haberet, etſi culpa videre non eſt, culpa tamen occaſio eſt, te enim intenta ad aliud, latenter interim in cor tuum ſerpens illabitur.* 156

*Bern. lib. de grad. humil.*

*Ex viſu peruerſæ cogitationes.*

*Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, tulit de fructu illius & comedit deditque viro ſuo* Nonne Deus præcepit vt hoc lignum vetitum non comederent, quomodo ergo mulier ita immemor, non ſolum comedit ſed viro edendum præbet? inſpicite quid textus

de illa dixit, vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum: reſpondeo ergo non eſſe mirum, ſi tranſgreſſa fuerit Dei præceptum, quia ex intuitu rei non licitæ, malæ cogitationes prodeunt, quæ in peccata nos deuoluunt, ait Greg. 21. moral. cap. 2. *Ne in ſub ica cogitatione verſemur non debemus intueri quod non licet concupiſcere: nec enim Eua lignum tetigiſſet niſi hoc prius incaute conſpiceret: penſandum ergo quantum ab illicitis viſum debeamus reſtringere, qui mortaliter viuimus ſi etiam mater viuentium per oculos ad mortem venit. vt munda mens in cogitatione verſetur, à laſciuia voluptatis ſuæ deprimendi ſunt oculi, quaſi quidam raptores.*

Gregor. Mag. 21 moral. cap 2.

*Ex oculorum cuſtodia, ſalus.*

158 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum,* Et ſi non vidiſſet quid inde ſecutum fuiſſet? ſi oculos ſuos cuſtodiſſet ſalutem tutius quam tunc amiſit, conſeruaſſet: vnde D. Baſil. Sel. ora. 2. ait, *Vbi legem ſcriptam vides, ibi deſiderium coerce, ibi recuſa cibi contactum, vt vita venenum: auerte oculos ne ad tranſgreſſionem traducant fuge ſpectare vt ſaluari poſſis*, ex pende illa verba, *fuge ſpectare vt ſaluari poſſis*, quaſi tota ſalutis ſpes conſtituatur in ictu oculi.

Baſil. Seleu. orat. 2.

*Peccatum maximum non cohibere vxorem à malo.*

159 *Vidit mulier quod eſſet lignum bonum ad veſcendum, tulit de fructu illius. & comedit.* O Adam nonne vxorem tuam comedentem cernis fructum ſcientiæ boni & mali? Nonne ſcis Deum prohibuiſſe eiuſmodi eſum? Cur ergo non renocas mulierem à præcepti diuini tranſgreſſione? Ideo grauiſſime offendit Adam non cohibens vxorem ſuam ab huiuſmodi peccato: ſic Caietan. *In hoc primum peccatum Adæ inſinuatur negligentia ſcilicet cohibendi vxorem à comeſtione fructus vetiti.*

Cardin. Caietan. in Gen.

*Qui peccatum alterius non reprehendit, ad aliud inducit.*

160 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignũ. comedit. & dedit viro ſuo qui comedit* Nonne tibi ſufficiebat ô Eua tam grauiter deliquiſſe in tranſgreſſione præcepti Dei? Quomodo ergo te abyſſus ad abyſſum euocat, vt aliud crimen committas ſollicitans virum de violatione eiuſdem mandati? Diximus in præcedenti conceptu negligentem fuiſſe Adamum in reprehenſione vxoris; ne mireris igitur non ſolum, primo deliquiſſe ſed ſecundo, quia qui peccatum alterius non reprehendit, ad aliud de nouo committendum inducit: ita Caiet. *In hoc inſinuatur facilior aditus datus mulieri ad perſuadendum viro, qui præſens neglexerat ipſam cohibere.*

Caietan. in Gen.

*Non facile iudicandum ne decipiamur.*

161 *Vidit mulier quod bonum eſſet.* Id eſt iudicauit; Quid inde ſecutum eſt? *Et comedit*, quomodo ita decepta eſt? Nonne iudicauit eſſe bonum lignum ad comedendum? Iudicauit quidem ſed facile, & ideo ne mireris deceptam, quia qui facile iudicat, fallitur: accipe D. Ambroſ. *Infirma author iudicij, quæ de eo quod non guſtauerat iudicabat; & ideo non facile niſi ſi quod diligenter pertractauerimus, interiore probauerimus affectu, videtur ad opus aliquod eſſe ſumendum.*

Amb. li. de Para. c. 13.

*Mulier prorſus inexcuſabilis à peccato.*

*Vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile.* Hæc verba mihi ſuperflua videntur, certum eſt enim, quod ſi collegit fructum arboris ſcientiæ boni & mali, illud vidiſſe, aliàs non collegiſſet: ad quid ergo hoc appoſuiſti? Nota quod in conſpicienda arbore & ea conſideranda tempus illi adfuit cogitandi, verum tranſgrederetur vel ne Dei mandatum? dico ergo non ſuperfluè hæc verba addita, ſed ad innuendum mulierem prorſus eſſe inexcuſabilem à peccato, quæ non præcipitanter ſed cum deliberatione fructum arboris accepit: ita Strab. *Aperte ergo inexcuſabilis oſtenditur, cui licuit ſub tali deliberatione dolos inimici animaduertere.* 162

Strab. Fuld. in Cat. Lipp.

*Non viſa mors, ad peccatum allicit.*

*Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, comedit deditque viro ſuo qui comedit.* Nunne Deus prohibuerat ô Adam de ligno ſciẽtiæ boni & mali comedere? Quomodo ergo inobediens Deo non obtemperas? Nota quod Deus dixerat in quacumque horâ comedetis morte moriemini, conſpexit Euam vxorem ſuam comediſſe, & tamen incolumem permanſiſſe, & non mortuam. Quid mirum igitur ſi comederit? non enim viſa mors, & promiſſa, ad peccatum allicit, ſenſus eſt D. Aug. *Dedit viro ſuo fortaßè cum verbo ſuaſorio, quod ſcriptura tacens intelligendum relinquit. an forte nec ſuaderi iam opus erat viro, quando illam eo cibo mortuam non eſſe cernebat.* 163

Aug. cit. in Cat. Lipp.

*Amicitiam hominum, Dei amori præferimus.*

*Vidit mulier quod bonum eſſet lignum comedit deditque viro ſuo qui comedit* Quomodo ô Adam alteri præferendus Deus creaturæ? An Deo creatura? ſine dubio dices Deum omnibus præferendum eſſe, quomodo ergo vxorem tuam omnium creatori antepo, nis? Eam enim illi præfers cùm cibom ab illo vetitum ab ea accipis: reſponde quia talis eſt homo conditionis, vt amicitiam alterius Deo libenter præferat: ſic D. Auguſt. 11. de Gen. ad litt. *Vxorem quæ iam ſeducta manducauerat, noluit Adam contriſtare, quam credebat à ſe alienatam tabeſcere, & ſine ſolatio interire, non quidem carnis concupiſcentia ſed amicabili beneuolentia quâ ſæpe Deus offenditur ne offendatur amicus*, expende vltima verba. 164

Aug. l. 11. in Gen. ad lit.

*Peruerſus, & immoderatus affectus mentem perturbat, & intellectum obſcurat.*

*Vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile* Sed quonam modo, quibuſnam oculis videre potuit lignum eſſe bonum ad veſcendum, cùm omne illi malum, & miſeriarum cumulus ſubeſſet? Sine dubio turbatis iam præ affectu & concupiſcentia oculis, mutato ve intellectu res alias vt erant oſtendente atque repræſentante: ſic ad hunc locum annotat Baſil. Seleu. orat. 3. in Adam his verbis. *Prius quidem videbat, ſed aſpectum expurgauerat affectibus, & propter puritatem ratio inſeruientem minime duci poterat; animaverò paſſionum vinculis impedita, cum oculo malum communicauit, qualia nempe ſunt animæ conſilia; talis & corporis motus.* Vere illud cum oculo malum communicauit id eſt affectus tenebras illi offudit vt rem aliam ab ea quæ reipſa cerneret. 165

Baſil. Sel. orat. 3.

*Diabolus ſub fuco voluptatis perniciem abſcondit.*

A

166 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis,&c.* Conſtat hanc arborem fuiſſe ſcientiæ boni & mali, & vetitam, cur igitur dæmon vt mulierem deciperet vſus eſt aſtutia, vt oſtenderet oculis eius arboris pulchritudinem, & fructus ſuauitatem, cum malum inobedientię, & perditio mortis ęternę quam per peccatum incurrit, abſconderetur in ea & lateret? quia ſub ſpecie boni malum & ſub fuco voluptatis perniciem abſcondit: ita Didacus Ianguas Magiſt. ſacræ Theol. l. 1. de Cardin. leſu Chriſti operibus, conc. t. de ieiu. eiuſd. *Sic omnes homines tentat vt per peccatum decipiat, ſemper malum abſcondit ſub ſpecie atque colore boni, & perniciem ac mortem ſub fuco voluptatis vel alterius commodi occultat, perinde ac ſi quis venenum melle conditum offerat, quod ſenſui propter dulcedinem gratum ſit, mortem autem propter reconditam nocendi vim afferat.*

B

*Didacus Iang. ord prædic. l. 5. de card Chriſti Domini oper.*

*Qui peruerſum conſilium non repellit, miſere cadit & alios inuoluit.*

C

167 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, tulit de fructu eius,&c.* Quid feciſti ô mulier? legem à Deo datam conculcaſti, & in tantam lapſa es intemperantiam, vt non contenta tot tantorumque fruitione, etiam vnicum hoc lignum de quo ne comederes præceperat Deus, auſa ſis contrectare: eſto igitur, teipſam in tantum præcipitium depuleris, & honore maximo priuaueris, quare & virum tantæ ruinæ participem facis? Nota quod conſilium ſerpentis perſuadentis diuinitatem, & cognitionem boni & mali non repulit: dicamus ergo non mirum, tam miſere lapſam, ſuumque virum eadem ruina obuoluiſſe, quia qui peruerſa conſilia admittit, non ſolum ſeipſum male perdet, ſed & alios in eandem perniciem adducet: ſic D. Chryſoſt. ho. 16. qui poſtquam de illo peruerſo conſilio à muliere accepto loquutus eſt, ait primo parenti: *Quare tam leue mandatum neque voluiſti ipſe ſeruare? ſed forte audiuiſti à muliere perniciosi conſilij promiſſionem, & ſpe etiam ipſe inflatus cibi ſtatim particeps factus es, & idcirco vterque ſupplicium luetis, docebitque vos rerum experientia, non eſſe fidelius maligni dæmonis conſilium, quam Dei præceptum.*

D

*Chryſ. ho. 16. in Gen.*

*Silentium ab initio maxime vtile.*

E

168 *Vidit mulier,&c. tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro ſuo qui comedit.* Cur ô mulier benefactori ingrata, vt tam facile fructum vetitum comederes? inſpiciamus quid factum ſit à muliere, reſpondit inquit, mulier, nempe ſerpenti; quid ex hac ratione infers? quod ſi tacuiſſet, frænumque ori ſuo impoſuiſſet, in tam enorme peccatum non incidiſſet: obſeruat D. Amb. in Pſ. 38 *O validum ſtatum circumſpectæ munitionis ſilentium, ô fidiſſimæ ſtabilitatis fundamentum, in quo ſi quis potuerit ſtare, lubricum verbi timere non poſſit, vicimus ſi Eua tacuiſſet, atque vtinam aut Adam fuiſſet ſurdus, aut Eua obmutuiſſet, ille ne vocem vxoris ſuæ audiret, iſta ne loqueretur marito, & lubrica vocis miniſterio, ſerpentis in virũ venena transfunderet.*

*Ambroſ. in Pſal. 38.*

F

*Qui plus ſapit quam oportet in profundum labitur.*

169 *Vidit mulier,&c. comedit, deditque viro ſuo qui comedit.* Comederunt exiſtimantes ſe futuros omniſcientes, ſicut promiſerat illis ſerpens: ſed quid illis

A acidit, niſi bonorum ſupernaturalium amiſſio, & vera ignorantia? qui enim Deo non credit vere ignarus eſt, vnde hęc ignorantia, & tot iactura bonorum niſi quia plus ſapere quàm oportet, voluerunt, & inde in profundum miſeriarum lapſi ſunt? ſic D. Macharius ho. 12. *Quanto plus volueris cognoſcendi ratione ſcrutari, aut penetrare, tanto plus in profundum deſcendes, & nihil comprehendes.*

*Machar. ho. 12.*

*E ſuperbia labimur in alia peccata.*

170 *Vidit mulier,&c. deditque viro ſuo qui comedit.* Vnde nam tam facile in inobedientiam delapſus eſt Adam? nota primum peccatum illius fuiſſe ſuperbiã, vnde D. Valer. Epiſ. Cemel. ait: ſi diligenter requiritis vniuerſa, quibus ab initio mundi Domino cœpimus diſplicere, inuenietis omnium vitiorum principem fuiſſe ſuperbiam; facile igitur crimen inobedientiæ commiſit, quia qui ſuperbus eſt, nulla difficultate in alia incidit peccata: ita cit. Auth. *Tu aſſume efficiũ libertatis, & ſtatim animũ ſuperbientis agnoſces, nunquam profecto ille aut ſine ſuo, aut ſine alterius peccato diem tranſigit, qui ſupercilio elatus incedit.*

*Valer. Ep. Cem. ho. 14. de bono humilitatis*

*Superbus vilis eſt.*

171 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, tulit de fructu & comedit.* Quomodo tam nobilis in tantam vilitatem deueniſti, vt ea Dei primogenita, fieres dæmonis & ſerpentis mancipium, obtemperans fallaciis eius, Deo qui creatori tuo inobediens? diximus in conceptu ſuperiori, peccatum illius fuiſſe ſuperbiã, quid miraris ergo ita mutatam, vt ea nobili creatura Dei, fieret viliſſima dæmonis ſerua, quia omnis ſuperbus vilis eſt: accipe S. Valer. ho. 14. cit. *Superbia vilitatis eſt vitium, & indicium ignobilitatis, neſcit autem excelſi nobilitas mentis, ſemper accreſcit apud indignos mores cum poteſtate ſupercilium.*

*Valer. hom. cit.*

*Ita leuis eſt homo, vt non poſſit ferre Dei beneficia, niſi ſuperbiat.*

172 *Vidit mulier lignum, dedit viro ſuo qui comedit.* Quomodo ô homo infœlix, tantorum à Deo acceptorum es immemor beneficiorum, vt tam facile pręceptum eius transgrediaris? ſi illud obſeruas, innumeris aliis cumulaberis donis: reſponde hominem ita leuem, vt non potuerit Dei beneficia ferre niſi ſuperbiret, Dei pręcepta contemnens: ſic Rup. l. 2. de vict. verb. Dei c. 12. *Deſine pulſare altitudinem maieſtatis creatricis, magiſque pulſa, & accuſa leuitatem creaturæ, quia ingentia Dei beneficia ſuſtinere non potuit, ſed grandia Dei dona in materiam vertit ſuperbiendi, quid enim niſi bonum creatoris donum, in ſuperbiam extulit hominem.*

*Rup. l. de vict. verbi Dei. cap. 2.*

*Amor inordinatus, quod turpe eſt, efficit pulchrum.*

173 *Vidit igitur mulier quod bonum eſſet lignum, & pulchrum oculis.* Cum dictum fuerit quod produxit Dominus de humo omne lignum pulchrum viſu, pręcipue in paradiſo, certum eſt quod ſi conſpexit arborem prohibitam, quod vidit eſſe pulchram: at hic non eſt ſenſus, ſed quod amore inordinato ita in eã ferebatur, vt quamuis fœdiſſima eſſet, ſibi pulcherrima appareret: obſeruatio eſt Proc. *Antequam in arborem incontinentes manus admoueret, cognitam habuit, eamque nimia licentia & voluptate aſpexit, quemadmodum interdum quidam nimis veneris ſtimulis exagitati, rem habent cum muliere turpiſſima, quamuis ipſi pu-*

*Procop. in Gen.*

*cem eam eſſe formoſiſſimam: ita accidit & mulieri, vo luptas & nimia licentia dabant vt prohibita arbor ipſi albeſceret.*

### *Amor inordinatus obcæcat mentem.*

174 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, &c.* Quid feciſti ô mulier? quare pernicioſo conſilio accepto non ſolum legem à Deo datam conculcaſti & contempſiſti, ſed etiam in tantum pelagus cecidiſti, vt perſuaderes viro tui criminis eſſe participem? & tu ô homo, quomodo tam facile neglecto Dei mandato, adduceris ad eſum cibi vetiti? nota iam Adæ vxorem nimium placuiſſe: ne miramur igitur vxorem Deo

A prętuliſſe: mulieris enim amor hominem ſubuertit & illius mentem obcęcat: ſic Lipp. *Iam Adæ vxor placebat, nimis diligere cœperat, fauorem vxoris, Domini Dei præceptis præferebat.* Lippom. in aur.

### *Nitimur in vetitum.*

*Vidit mulier quod bonum eſſet lignum aſpectuque delectabile*, vel vt eſt in hebręo, *deſiderabile.* Sed cur, ô mulier apprehēdis illam arborem vt deſiderabilem, cùm deſiderare non liceat quę à Deo prohibita ſunt? ideo deſiderat quia prohibitum, nitimur enim in ve- 175

B titum; ſic Caiet. *Quod apprehenderetur à muliere vt deſiderabilis oriebatur ex eo quod nitimur in vetitum.* Caietan.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. VI.*

*Vlg.* Et tulit de fructu illius & comedit deditque viro ſuo qui comedit.

*Septuag.* Et ſumens de fructu eius, edit & dedit viro ſuo ſecum, & ederunt, *ſic Auguſt.*

*Cald.* Dedit etiam marito ſuo & comedit cum ea.

*Arias.* Et cœpit de fructu eius, & dedit etiam viro ſuo ſecum, & comedit, *ſic Caietanus, Pagninus.*

*D. Ambroſ.* Accipiens de fructu eius manducauit, & dedit viro ſuo ſimul, & manducauerunt ambo.

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

IN Hebræo eſt dictio ima, id eſt ſecum, quam addiderunt ſeptuag. & tamen vulgatus non expreſſit, quia ex dictis ſubintelligitur, Caldęus ſic tranſponit & comedit cum ea, omnino tamen in idem tendunt.

## EXPOSITIO VERSVS VI.

E*Tulit de fructu illius.* Cum iam conſenſiſſet falſis pollicitationibus ſerpentis, eiuſque mendaciis illecta Dei ſui tranſgrediens pręceptum, extendit manum ad arborem prohibitam, & illius fructum accepit, & comedit, deditque viro ſuo, acceptum arboris prohibitæ fructum guſtauit illiuſque externi guſtus ſapore illecta, nullum adhuc ſentiens externum damnum, viro ſuo obtulit, vt etiam comederet, ſicque vterque promiſſionum dęmonis fieret particeps.

*Qui comedit*, conſentiens vxori, ne contriſtaret delitias cordis ſui, ſimiliter Dei præceptum violauit fructum arboris vetitæ comedens.

Non erit inconueniens primum Euæ peccatum inquirere cùm plura commiſerit, dico illud fuiſſe ſuperbiam, ſtatim enim poſt verba ſerpentis pro-

D mittentis diuinitatem, omnemque boni & mali cognitionem motus elationis extitit in Eua indigne ferente aſtrictam ſe teneri ea lege, & cupiente ſuo arbitratu libere viuere, nulli ſubiectam ſibiq; ipſam ad viuendum ſufficere & hæc eſt ſuperbia, quæ omnis peccati fuit principium Eccleſ. 10. teſtatur.

De primo Adami peccato ſimiliter iudicandum eſt, nempe quod fuerit ſuperbia, vt c. 4. Tobię declarat dicentis ſuperbiam nunquam in tuo ſenſu aut in tuo verbo dominari permittas: in ipſa enim initium ſumpſit hominis perditio, illa autem ſuperbia originem habuit ex Euæ verbis dicentis ſcientiæ præſtantia ſere Deo ſimillimum fore, hinc animus eius

E elatus eſt ſpiritu arrogantię, ductuſque illius excellentiæ obtinendæ deſiderio.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Peccator ita inimicus ſalutis proximi, vt ſe conſoletur cum eum participem habeat peccati ſui.*

176 T*Vlit de fructu eius, & comedit, deditque viro ſuo, & comedit.* Cur tecum virum in peccatum trahere voluiſti? cur peccatū peccato addere non timuiſti? dico peccatorem ita inimicum ſalutis ſui proximi, vt non ſolum non timeat delinquere, ſed ſe conſoletur, ſi ſui criminis participem habeat: ſic D. Ber. in par. ſermon. ſer. 27. *Debuit ille peccatum ſuum deflere, nec addere peccatum peccato: ſed in hoc ſe putauit habere conſolationem, ſi virum faceret peccati ſui participem; quodammodo enim naturale eſt vnumquemque velle ſiue in vitiis, ſiue in virtutibus aſſociare ſibi conſortem.* Bern. in par. ſermon. ſer. 27.

### *Peccatum niſi ſtatim pœnitentia deleatur, aliud adducit.*

*Tulit de fructu eius, & comedit, deditque viro ſuo & comedit.* Quomodo autem dedit, niſi vel abuſiuo imperio, vel importunitate muliebri? non curo quomodo perſuaſerit viro fructum illicitum comedendum: ſed cur perſuaſerit, cum in hac perſuaſione peccatum peccato addiderit? quomodo non timuit iterum delinquere? an primi egit pœnitentiam? minime, incidit ergo in ſecundum peccatum, quia niſi primum ſtatim deleatur contritione, ſæpe aliud attrahit: ſic Ferus, *Peccati ratio eſt, quod niſi ſtatim in pœnitentia aboleatur, maiora ſumat incrementa: non contenta eſt Eua quod ipſa mandatum Dei tranſgreſſa* 177 F Ioan. Ferus in Gen.

*eſt,ſed etiam in idem peccatum coniugem ſuum trahit.* A

### *Societas inæqualis nocet.*

178 *Tulit de fructu & comedit, deditque vira ſuo qui comedit.* Vnde tranſgreſſio tam facilis pexcepn? inſpiciamus quis aggreſſus fuit mulieeem, ad eam tentandam, nonne ſeepens? de quo Procop. loquens ait: ſerpens erat gratus mulieri eumque ſeu delitias tractabat proptee inſignem indolem & quamlibet imitandi ſolertiam: nonne videa maximam cum muliere familiaritatem habere? Reſponde argo principium noſtrę euinę ex ſamiliatitate cum inęqoali ſeu B diſſimili eſſe: vnde D. Baſil. hom. 9. *Quemadmodum inquit in peſtilentibus locis ſenſim attractus aer latentem corporibus mortem inicit, ſic in praua conſuetudine* (qualis fuit ſerpentis & diaboli inſtrumenti) *maxima nobis mala hauriuntur, etiamſi ſtatim incommodum non ſentiatur.*

Baſil. hom. 9.

### *Solus, ſecurus videtur.*

179 *Tulit de fructu & comedit, deditque viro ſuo qui comedit.* Ao quando ſolus ô Adam eras in Paradiſo cecidiſti? Minime, quomodo ergo nunc habens adiuteicem tam grauitee lapſos es? quia aliquando ſolus exiſtens magis ſecuros eſt quam comitatns: ſic D. Ambeoſ. Epiſt. 14. de ſe loqoens ait. *Nunquam minus ſolus ſum, quam cum ſolus eſſe videat, nec minus otioſus quam cum otioſus, ſolus Adam adhærebat Deo in paradiſo, quando autem mulier adiuncta eſt, præuaricatus, & de paradiſo eiectus.*

### *Homo liberrimus eſt.*

180 *Tulit de fructu & comedit, deditque viro ſua qui comedit.* Cue ô Deus optime hominis peemiſiſti tam miſerum lapſum? Cur eum non creaſti ita peefectum, vt non poſſet tua tranſgredi mandata? Vt hominis libertas in operationibus ſuis declaretur, ſic vel vituperio vel laude dignus: ita D. Theodoret. quæſt. 36. Deos rationalem hominem ceeauit, rationalium autem propeium eſt libeeo vti arbitrio, nam intee homines, alij ſunt virtutis amatores, alij vaeo nequitiam exeecent, ſi quis igitue de improborum creationa conquaratue, ptiust vtique vietutis athletas peæmiis victoriæ, ſi enim in electione voluntatis non baberent deſiderium virtutis, ſed natura immutabiles eſſent, ignoti eſſent egeegij virtutis athletæ, & cum voluntas bsbeat optionem bonorum & malorum, hi merito victoeiæ coeonam conſequuntue, illi vero pœnas luunt, pro iis quæ volentes admiſerunt.

### *Intemperans quaſi cæcus eſt.*

181 *Tulit de fructu eius.* Nacomedas quæſo Eua gratiæ enim qua oenata viget anima tua, iacturam facies: iuſtitia originali priuabeeis, comedit tamen non peoſpiciens futueas ſibi calamitates, vnde cæcitas illa? Nota quod intemperantiæ nempe gulæ vitio ducebatur, comedit ergo nihil faciens tot dona, quia intemperans ita cæcus eſt vt ſplendoees gratię pro nihilo habeat: ſic Eſichius ad Theodul. centur. 1. *Qui abcæcatus non videt ſolis lumen, ita qui nec ambulat temperanter, pretioſas gratiæ ſuperno ſplendores nequit proſpicere, neque à malis & Deo odioſis operibus liberabitur.*

Eſichius ad Theodulum centur. 1.

### *In ſcientia nolumus alteri cedere.*

*Tulit de fructu illius comedit deditque vira ſua,* 182 Vniuerſas arbores Paradiſi præteriens ad vnam ſcientię arborem ſubſiſtit prioe, quod conſiderans B. Anaſt. Synait. lib. 11. hexa ait, *Cur ambo ſimul non comederunt, ſed mulier primum?* Sane in re ſciendi mulier nec marito ipſi cedeee ſed ſibi primatum areogauit.

Anaſt. Syn l. 11. hexam.

### *Guloſus anteponit ingluuiem ſuam Dei legibus.*

B *Tulit de fructu dedit vira ſuo & comedit.* Nonne acceperas ô Adam mandatum à Deo de non comedendo fructu huius arboris? nonne tot beneficia à tuo conditore accepta ad obedientiam ei præſtandam ſollicitabant? cur ergo tranſgreſſus es illius præceptum? cur illud contempſiſti? reſponde guloſum anteponere ſuam ingluuiem Dei præcepto: ſic notat D. Chryſoſt. *Oportebat virum pluris facere præceptum Dei receus, quam illicitam hanc concupiſcentiam, & non fieri præuaricationis participem, neque ob minimas voluptates tantis ſe ipſum priuare bonis, & offendere benefactorem, qui illum tanta liberalitate amplexatus eſt, vi-* C *tamque doloris & laboris omnis expertem conceſſit.* 183

Chryſ. hom. 16 in Gen.

### *Adulatio occaſio noſtræ ruinæ.*

*Tulit de fructu illius & comedit.* Quomodo tam facile perſuaſionem ad violandum præceptum Dei admiſit? nonoe virtutibus variis oenata & eaculta erat? inſpiciamus quid dixerit ei ſerpens, cue præcepit vobis Deus vt non comedeeetis de omni ligno Paradiſi? quaſi diceret cue tecum coepote pulcherrimo, viribus pręſtantiſſimo animo, intemerata, & abſqoe vlla contagione peccati tam minutè angu- D ſtéque Deus egit, vt id tibi pomum vetaee voluerit? vide te florentem & mieum immodum vndequaque coſpicuam, atque inde facile agnoſces, non benè cum tua dignitate & pulchritudine tam minutæ rei præceptum ſe gerere, nonnè hæc omnia adulationem ſignificant? eeſpondeo cego non eſſe mieum ſi tam facile fructum vetitum comedie, quia diabolus plus adulationa extoequet, quam aliis vitiis: ita D. Cypeia. ſer. de ieiunio & tentat. Chriſti, in illa verba diaboli mitte te deorſum. *Putabat malignus quam gula non vicerat, vana glaria ſuperari, experientia quippe rerum didicerat, & in multis probauerat, vitiorum vi-* E *ctores ſæpe nugis laudationum carruptas, & cognatum propinquumque eſſe virtutibus malum adulationem;* expende quæſo hęc verba vitioeum victores ſępe nugis laudationum coreuptos. 184

Cypr. ſer. de ieiun. & tent. Chriſti.

### *Diabolus quæ promittit matura, acerbiſſima ſunt.*

*Tulit de fructu eius* Coius ligni? illius de quo Moyſes *vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum & pulchrum oculis aſpectuque delectabile,* ad quem locum ſingularis & opportuna eſt tranſlatio qua vſus F eſt Nyſſenus, quod eſſet oculis & guſtui pulcheum & matueum, quaſi Euæ pomum non ſuaue modo, ſed ſua etiam maturitate carpendum videretue, nihilque expectandum, quominus iſtud ſtatim ederet. Quid vidiſti mulier? feuctum maturum, falleris, quia nihil tibi, & nobis acerbius aut amarius excogitari poterit, cum noſtris adhuc dentibus de pomi tui acerbitate ſtupor hæreat: die ergo froctus quos ad ſpeciem matueos dęmon commonſtrat & pollicetur, acerbos nobis & immaturos eſſe neceſſe eſt, 185

Greg. Nyſ. orat. in 40.

quod exprimit D. Greg. Naz. in Apol. cum Chriſti A paſſionem & mortem Adami è regione oppoſitam recenſuiſſet, concludit, *Veterem Adamum eo vnde exciderat, reducens, à quo ſcientiæ lignum intempeſtiuè atque incommode nos remouerat*, expende *intempeſtiuè atque incommode*, quia cum acerbum & immaturum fuerit, falſa ſpe maturitatem atque ſuauitatem promiſit.

Greg. Naz. in Apolog.

### *Ex impatientia, noſtra perditio.*

186 *Tulit de fructu eius, comedit, deditque viro ſuo.* Vnde nam tam facilis tranſgreſſio diuini præcepti? vnde B nullus mortis metus, cum mors tranſgreſſioni eſſet adiuncta? nota impatientem fuiſſe tum Euam, non expectantem falſitatem eorum quæ à dæmone dicebantur, agnoſcere, & Adam accipientem de manu Euæ fructum vetitum: tranſgreſſio igitur illa & totalis noſtra perditio etiam ab impatientia originem duxit: ita Tertul. lib. de patient. c. 5. *Vſque adeo nunquam omnino peccaſſet, ſi diuino interdicto patientia perſeueraſſet, quidquid non ſuſtinuit ſola conuenta, ſed apud Adam nondum maritum, nondum aures ſibi debentem, impatiens etiam tacendi eſt, ac traducem illum eius quod à malo hauſerat, facit; perit igitur & alius homo, per impatientiam a terius, perit mox & ipſe per im-* C *patientiam ſuam vtrobique commiſſam, & circa Dei præmonitionem & circa diaboli circumſcriptionem, illam ſeruare, hanc refutare non ſuſtinens: hinc forma iudicij vnde delicti origo, hinc Deus iraſci exorſus, vnde offendere homo inductus.*

Tertul. l. de patien. c. 5.

### *Per peccata quæ enarrat Ioannes in ſua canonica, tentata eſt mulier inuenitur.*

187 *Tulit de fructu eius nempe ligni quod vidit mulier bonum eſſe ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile.* Vt formetur conceptus inſpiciamus quid D dicat D. Ioannes in 1. Can. c. 4. nempe quod in mundo eſt concupiſcentia carnis, eſt & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ: concupiſcentia carnis ad corporis voluptatem, concupiſcentia oculorum ad viſibilium rerum pertinet pulchritudinem; ſuperbia vero vitę terreni honoris atque faſtigij exprimit ſublimitatem, per hæc quæ dicta ſunt an primariè mulier tentata reperitur, in verbis allegatis? audi B. Dam. lib. 2. Epiſt. epiſ. 15. *Per hæc primus homo tentatus cognoſcitur, vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, ecce concupiſcentia carnis: deinde ſequitur & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile, ecce ſuperbia* E *oculorum; per oculos enim ſuperbire conuincitur, quiſquis in his quæ Deus prohibet delectatur; ſuperbia vero vitæ fuit, cum mulier eadem ex ore ſerpentis libenter audiuit; eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum.*

Ioan. 1. can. 2.

Pet. Damaſ. l. 2. Ep. epi. 15.

### *Per auditum & oculos malitia dæmonis ingreditur.*

188 *Tulit de fructu eius, & comedit.* Quomodo in tam graue peccatum conſenſerit vt obtemperans dęmoni inobediens Deo fieret? non ignoras blandos ſermones ſerpentis, auribus excepiſſe, & arborem vetitam oculis conſpexiſſe: cecidit ergo conſentiens F dæmoni, & Deo rebellis, quia per auditum & oculos malitia dæmonis ingreditur: ſic D. Nilus Parænet. num 68. *Munito auditum & oculos: per illa enim omnia tela malitiæ ingrediuntur.*

Nilus Parænet. 68.

### *Qui non habet Dei timorem, peruerſa cogitat.*

*Tulit de fructu eius dedit viro ſuo, qui comedit.* Nonne Deo per timorem ſimul & amorem adſtringi debebas? plus ergo debuere duo vincula ab obſeruandum Dei pręceptum, quam vnum tantum erga coniugis affectum, ſiquidem vxori eras aſtrictus tantum per amorem: quomodo ergo te tam peruerſa cogitatio poſſedit vt in animum induceres fructum contra Dei voluntatem comedere? aduerte quod ei vxor dixerat: non moriemur, quamuis fructum arboris prohibitę edamus, ſicque timorem Dei ademerat: ne mireris igitur tam peruerſe cogitaſſe, vt fructum ſibi datum comedere præſumeret, quia vbi non eſt timor Dei ibi eſt peruerſa cogitatio: hoc optimè notat Thalaſius centur. n. 26. *Sicut fluit cera à facie ignis ſic à timore Dei impurior cogitatio.* 189

### *Ille ſeruus eſt infidelis qui inobediens eſt.*

*Tulit de fructu eius, dedit viro ſui qui comedit.* Vtrumque prænouit tranſgreſſurum circa arborem vetitam præceptum: cur ergo hoc mandatum inobedientiæ eis impoſuit? nonne potuiſſet ſolum præcipere vt eum agnoſcerent Deum? optime ei obedientiam iniunxit, quia ille vere ſeruus fidelis eſt, non qui agnoſcit ſolum Deum, ſed eius mandatis obtemperat: accipe D. Marc. Erem. de Lege ſpirit. c. 3. *Nondum ſeruus fidelis perhibendus eſt qui nuda ſolum cognitioni innititur: ſed qui per obedientiam præcipienti fide adhæſerit.* 190

### *Pœna non extenditur præcipuè niſi ad conſummatum peccatum.*

*Tulit de fructu eius & comedit.* Quomodo eam antea non puniſti, cùm antea tam peruerſas cogitationes ſuſceperat, vt arrogantiæ de ſe & ambitionis? cum dicat D. Dorotheus doct. 12. poteſt vnica cogitatio à Deo hominem ſeparare, cum ſcilicet eam ſuſceperit, eique conſenſerit, quare qui vere ſaluari optat, nullo tempore vſque ad vltimum ſpiritũ de ſe debet eſſe ſecurus; ſi ergo vnica cogitatio à Deo hominem ſeparet, cum pluribus fœdauerit mẽtem ſuã Eua, à te ſeparata eſt; puniatur ergo antequam comedat fructum vetitum? Aduerte quod omnia quæ præceſſerunt eſum fructus, ordinabantur tanquam ad peccatum perfectum, nempe comeſtionem, & poterant dici quaſi peccata imperfecta reſpectu illius: dic ergo ſolum puniſſe poſt eſum, quia Deus non extendit pœnam niſi præcipuè ad peccata perfecta: ſic Caiet. *Verum diuina vindicta conſummatum peccatum exterioris comeſtionis prohibitæ expectabat, vt ſenſibilis mortis pœna ſenſibili tranſgreſſioni comeſtionis prohibitæ reſponderet: pœna enim non ſunt extendenda ad imperfecta peccata,* non dicimus peruerſas cogitationes impunitas manere. 191

Dorothe.

Caietan.

### *Qui cito credit, cito cadit.*

*Tulit de fructu illius & comedit, deditque viro ſuo qui comedit.* Quomodo tam facile tranſgredimini præceptum Dei? nota quod leuiſſime dictis ſerpentis crediderunt, ſaltem Eua, & Adam Euæ: reſpondeo ergo non mirum eſſe tranſgreſſos Dei præceptum; quia vt inquit D. Chryſol. *Adam nouus cito cecidit, dum citò credidit, & dum facile dat aures ad mulieris auditum ſe ſuoſque poſteros peſſimo addixit inimico, decipi non poteſt, qui non eſt facilis auditui.* 192

Chryſol. ſerm. 79.

### *Qui primæ voci dæmonis non obturat aures, ſecundam admittit ruens in perditionem.*

193 *Tulit de fructu illius & comedit, deditque viro ſuo qui comedit.* Tam miſera cecidiſti, quæ tam Dei chara, eiuſque gratia ornata degebas? inſpiciamus huius caſus originem, ſerpens eam alloquitur dicens, cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno paradiſi? & hanc vocem dæmonis libenter audiuit: non mirum igitur cecidiſſe, quia qui primę illius voci non obturat aures, ſecundam admittit, ſicut Eua admiſit, deinde ruit in perditionem, ſecum alios ducens: ſic D. Phil. Abb. de ſilen. Cleri. Qualis inuenitur prima illa mulier extitiſſe, quã voce ſubdola ſerpens legitur ſubduxiſſe, & ſic ambo peruerſum conſilium ad finem nefarium perduxiſſe; qui quoniam ad primam vocem exactoris à iuſtitia defecerunt, nos longè poſt futuros æquè miſeros effecerunt, & maledictio quę illis voluntariè promerentibus eſt infuſa, in eos etiam nolentes lege mirabili, vel magis miſerabili pœnaliter eſt infuſa, quę ſic noſtram inuenitur naturam miſeram propedire, vt iam illum exactorem, aut non vix poſſumus non audire, & cum ab eius laqueis facile poſſent primi homines reſilire, nos ab eis iam non poſſumus niſi cum graui luctu geſtus bobiles expedire.

*Philip. Abb. de ſilen. Cleric.*

### *Bonum non agnoſcitur niſi cum amiſſum fuit.*

194 *Tulit de fructu eius, deditque viro ſuo qui comedit.* Quomodo Deus hominem in tanta dignitate conſtitutum, tot bonis fruentem, ita miſerè cadere permiſiſti? tot labores deinde ſufferre, qui tantis delicijs fruebatur, tot incommoda pati, qui ante abundantiſſime omnibus neceſſarijs potiebatur: ideo hoc permiſit, vt cum bonum non exiſtimaſſet, illius omiſſione, intelligeret quanti iacturam feciſſet: ſic D. Proſ. l. 1. c. 19. *In vita contemplatiua, miſeri neglexerunt quid intereſſet inter bonum quod amiſerunt, & malum quod inuenerunt quia ſi amiſſo tanto malo nullum malum incurrerent, quale perdidiſſent bonum, forte neſcirent.*

*Proſper. lib. 1. ca. 19.*

### *Diabolus alterius fauore vtitur, vt non videatur tentator.*

195 *Tulit de fructu eius, deditque viro ſuo qui comedit.* Cur ô ſerpens fructum illius arboris homini non dediſti, ei ſignificans illius eſu conſequuturum diuinitatem, & omniſcientiam habiturum, non autem per fœminam? ideo non per ſe, ſed alterius fauore ea quę deſiderat exequitur, vt quaſi tentator non appareat: id ſignificare voluit D. Ignat. ad Smyrnen. Epiſt. 10. qui loquens de hæreticis ait: *Poſteri ſunt & nepotes ſpiritus illius omnis mali inuentoris, qui Adam fecit Dei mandatum auerſari per fœminam*, quaſi diceret alterius auxilio vtitur ad animas decipiendas.

*Ignat. Mar. ad Smyrn. Epiſt. 10.*

### *Voluptates citò faſtidiunt.*

196 *Tulit de fructu illius & comedit.* An alteram ficum ex arbore collegit, vt comedendam præberet marito? Non legimus, ſed eundem fructum quem tulerat de arbore, dedit viro ſuo id eſt mediam illius partem obtulit, ſi tam pulcher tibi viſus eſt & bonus ad veſcendum, cur non integrum comediſti? Cur dimidiam partem marito obtuliſti? Hoc eo factum eſt vt intelligamus voluptates corporis cito faſtidire, & cum ſolum guſtatæ fuerint, nauſeam parere, hoc innuere videtur Boëtius de conſolatione. *Quid de voluptatibus corporis loquar? Quarum appetentia quidem plena eſt anxietatis, ſatietas vero pœnitentiæ, quarum motus quid habeant iucunditatis ignoro, triſtes vero eſſe voluptatum exitus, quiſquis reminiſcitur voluptatum ſuarum, intelliget, quæ ſi beatos efficere poſſent, qui eis vtuntur, quin pecudes quoque beatæ eſſe dicantur?*

*Boëtius de conſolation.*

### *Amor nihil diuiſum habet.*

197 *Tulit de fructu eius dedit q; viro ſuo qui comedit:* Diximus in pręcedenti conceptu mediam partem fructus marito dediſſe; itane tam exiguo amore erga virum tuum afficeris, vt non alium ficum ex arbore colligas ei dandum, ſed ſolum mediam partem prębeas? Nota ſignum fuiſſe amoris in Chriſto Domino qui buccellam panis comedens, alteram partem illius dedit proditori Apoſtolo; optime ergo ſolum dimidium fructum viro porrigit, vt declaret nihil diuiſum verum amorem poſſidere: ſic D. Bernard. ſerm. 59. in Cant. *Amor proprietatem annuit, ſocietatem non reſpuit.*

*Ber. ſer. 59. in cant.*

### *Memoria tranſgreſſionis legis, reuocat ab eius inobedientia.*

198 *Tulit de fructu eius, & comedit, deditque viro ſuo,* O Moyſes ſapientiſſime, cur refers primorum parentum peccatum? Nonne poſteri eorum qui ſunt infirmiores, illorum exemplum ſequentes, grauiora peccata committent? Dicentes ſi progenitores noſtri tot gratiarum donis præditi, tam facilè deliquerunt, non mirandum ſi tot crimina eis deſtituti perpetramus? Nota non ſolum peccatum contra legem Dei retuliſſe, ſed etiam pœnas propter illius tranſgreſſionem impoſitas; meritò igitur hoc crimen retulit & illius punitionem, propter legis inobedientiam, quia memoria tranſgreſſionis illius, & pœnę ei conſtitutæ reuocant ab eius violatione: ſic Anaſt. Syn. l. 10. hexa. *Quoniam gens quæ non poterat facile perſuaderi, ea de cauſa cum ſcriberet, terrere volens incredulum Iſraelem, eis deſcribit legem quæ data eſt Adamo, & tranſgreſſione & pœnas, & ſententias, &c. quæ quidem omnia paſſi ſunt protoplaſti, quoniam ſcelerato ſerpenti obedientes, conati ſunt ſe ipſos Deos facere, hæc autem omnia exponebat populo, eos repellens, & veluti reprimens à defectione qua ſtatim laborarunt in Horeb, quæ accepit initium tranſgreſſionis ab illo mali auctore ſerpente, & à ligno quod dicitur inobedientia.*

*Anaſt. Syn. l. 10 hexa.*

### *Ea non immeritò prædicatur calamitas, quæ Saluatorem, & liberatorem habuit Deum.*

199 *Tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro ſuo & comedit.* Ecce quàm multus eſt Moyſes in referendo peccato primi parentis, nihilominus Angelorum lapſum obuoluit ſilentio, imo quale illud fuerit, quo ordine & modo perpetratum, nec in Moyſe, nec in ſacra aliqua pagina inuenies narratum, niſi in Iſaia ad ſẽſus allegoricos velis recurrere. Cur cauit Deus ne hiſtoria Angelici lapſus enarretur, cum ſigillatim hominum calamitas & peccatum recenſeatur: quia ea non immeritò prædicatur calamitas hominis, quæ ſaluatorem & liberatorem habuit Deum: fauet Aug. lib. 2. de mirab. S. Scrip. c. 2. *Angelicum vulnus verus medicus qualiter factum ſit, indicare noluit, dum illud poſtea curare non deſtinauit: peccatum vero hominis quomodo factum fuerit profertur, ipſum namque quandoque promereri veniam, non deſperatur.*

*Auguſt.*

## VARIETAS VERSIONVM VERS. VII.

*Vlg.* Et aperti ſunt oculi amborum, cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.

*Septuaginta.* Et agnouerunt quia nudi erant, & conſuerunt folia fici, & fecerunt ſibi ſuccinctoria.

*Cald.* Fecerunt ſibi cinctoria.

*Arias.* Et aperti ſunt oculi amborum ipſorum, cognouerant quod nudi ipſi, & conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi cingulos.

A *Caietan.* Et ſciuerunt quod nudi eſſent ipſi, & conſuerunt frondem, & fecerunt ſibi cinctſiculos.

*Vatabl.* Fecerunt ſibi ſubligacula, *ſic Anaſtaſius Syna.*

*D. Ambroſ.* Et aſſuerunt folia ficus.

*D. Auguſt.* Et fecerunt ſibi campeſtria.

*D. Chryſoſt.* Et fecerunt ſibimetipſis ſuccinctoria.

*Symmac.* Intelligentes facti ſunt.

*Moſes Barſep.* Conglutinauerunt folia ficulnea, feceruntque ſibi ſubligacula.

## CONCORDIA VERSIONVM.

NOmen agorot ſignificat in vniuerſum id omne quod ambit & circumcingit: vnde fit quod plures cinctoria, alij cingulos, vel perizomata, vel campeſtria aut ſubligacula, quæ omnia circumcingunt, verterunt, cur Symmachus legat, intelligentes, vbi habemus & aperti ſunt oculi, vide verſ. quintum.

## EXPOSITIO VERSVS VII.

E*T aperti ſunt oculi amborum* : Non quod antea clauſi fuiſſent, ſed quia tunc inceperunt agnoſcere differentiam inter bonum, & malum; cum enim antea iuſtitiæ originalis tegumento operirentur, ſenſerunt per eſum fructus vetiti eo ſpoliari, & aduerterunt ſuam nuditatem, & confuſionem, quod ſubiungit textus.

*Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos* Propter inſurgentes libidinis motus, ob quos erubeſcebant, antea autem B corpoream nuditatem erant intuiti, tamen indumentis egere non exiſtimarunt, quibus nihil turpe videbatur: *conſuerunt folia ficus*, cùm huius arboris folia ſint lata & propenſa ad nuditatem obtegendam & ea ad manum adeſſent, tunc pelliculis quibuſdam ea folia conſuerunt, *& fecerunt ſibi perizomata*, id eſt cinctoria quædam, quibus præcipuè partes inhoneſtas velarent; reliquo enim corpore manſerunt nudi.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Venit Dei filius ad quærendum hominem nudum & illum tegendum.*

200 A*Perti ſunt oculi eorum, &c. conſuerunt ſibi folia ficus.* Et cum Chriſtus Dominus ad ficulneam venit, alludit ad illam primam ficum, ex cuius folijs Adam decerpſit ad ſuam tegendam nuditatem; ſed ad quid Chriſtus Dominus ad hanc tendit cùm ſciat non habere fructus: reſpondet elegantiſſimè D. Petr. Chryſol. ſerm. 106. *Ad ficulneam venit Chriſtus ad quam legitur Adam nudus fugiſſe poſt culpam, venit ergo ad ficum Chriſtus, vt inueniret Adam, vt nudum tegeret, pro ſui corporis indumento, cuius ficus iſta non velabat, ſed ſtimulabat pudorem.*

Petr. Chryſ. ſerm. 106. Matt. 21.

C *ſua ſpoliationis ſenſum acceperunt, vt per erubeſcentiam quæ inuadebat ipſos, certò ſcirent in quanam ruinam ipſos adduxiſſet mandati domini prauaricatio: qui enim antea fruebantur tanta fiducia, & neque ſibi conſcij erant, ſe ſe nudos eſſe licet nudi erant: quandoquidem ſuperna ipſos gloria quouis veſtimento honeſtius tegebat; poſt eſum autem hoc eſt prauaricationem in tantam humilitatem redacti, vt ob intolerabilem erubeſcentiam, veſtem tunc quærerent:* expende ergo illa verba *propter peccatum ſuperna gratia amictu nudati*, quaſi diceret bonum indumentum gratia, ſed per peccatum eo priuamur ex quo apparet noſtra nuditas. D

*Dæmon multa promittit, ſed acquiſitis deſtituit.*

*Gratia per peccatum priuamur.*

201 *Aperti ſunt oculi amborum, & cum cognouiſſent ſe eſſe nudos.* Vel vt habet Pagnin. ex Hebræo & cognouerunt ſe eſſe nudos; nonne ante eſum videbantur? cur ergo poſt fructus comeſtionem ait apertos eſſe oculos eorum vt cognoſcerent ſe eſſe nudos? nonne ſe nudos videbant? reſpondet acutiſſimè D. Chryſoſt. ho. 16. in Gen. *Quia guſtus ille inobedientia erat argumentum, & prauaricatio mandati à Deo traditi,* F *ob quam cauſam poſt ea ablata eſt gloria, quæ illos circundabat, quia ſe indignos tali honore fecerant, propterea ſcriptura morem ſuum obſeruans, inquit comederunt & aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt quod eſſent nudati propter peccatum ſuperna gratia amictu, & ſenſibiliter*

Chryſ. ho 16 in Gen.

*Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus.* Nonne promiſit ſerpens vos fore Deos, ſi comederetis de ligno ſcientiæ boni & mali? quomodo ergo in tantam miſeriam prolapſi eſtis, vt emendicetis veſtimenta quibus nuditas veſtra tegatur ab arboribus, cum Dij nullo indigeant? quia qui acquieſcit promiſſionibus diaboli, non ſolum maiora non poſſidet, imo poſſeſſis deſtituitur: ſic D. Chryſoſt. hom. 16 *Cogita quomodo & à quanto faſtigio in profundum præcipitium deiecit illos diabolicum conſilium nam tanta gloria dudum circumdati, nunc folia ficus conſuunt, & ſibi ſuccinctoria faciunt, hoc diabolicæ deceptionis lucrum eſt, hoc machinabatur illius conſolatio, vt non ſolum maiora non conferret, ſed & acquiſitis nudaret & deſtitutos ab his quæ habebant, oſtenderet.* 202

Chryſ. hom. 16. in Gen.

*Peccator*

A

### *Peccator non habet niſi folia, non autem fructus bonorum operum.*

203 *Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus.* Cur ad nuditatem ſuam operiendam conſuerunt ſolum ſibi folia? nonne aliquid aliud præ manibus potuerunt habere, quo poſſent operiri? nota myſticè, fructus ficus, opera bona ſignificare, folia autem, eorum apparentias, ſicut Matth. 21. dicitur de Chriſto Domino qui ad ficum venerit, ſed ideo offenditur, quod non inuenerit fructum, ſed tantum folia; reſpondeo ergo rectè dictum quod folia conſuerunt, vt operirent nuditatem ſuam, quia peccator B poſt tranſgreſſionem mandatorum Dei, ſolum habet operum apparentias: ſic D. Amb. lib. de Parad. c. 13. *Docet me Adam quid ſint folia, qui poſtea quam peccauit de foliis ficus, fecerit ſibi ſuccinctorium, qui de fructibus magis eius guſtare debuerit, iuſtus fructus eligit, folia peccator: quis eſt fructus? ad Gal. 5. fructus inquit ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, modeſtia, continentia, caſtitas, non habebat fructum, qui ſpiritum non habebat, non habebat gaudium, qui præuaricatus eſt mandatum Dei, non habebat continentiam, qui de interdicto ſibi guſtauerat ligno.*

Amb. li. de Parad. c. 13.

Galat. 5.

### *Cæcus eſt peccans.*

204 *Cumque cognouiſſent, &c. & aperti ſunt oculi eorum.* Ergo cæci fuerunt ante, ſi poſt eſum cibi, aperuerunt oculos, quando cæci fuerunt? in eſu illius fuere, quia tunc tranſgrediebantur Dei præceptum: ſic Serapion, quotidie fit quod factum eſt, in prioribus illis parentibus, quando nempe peccamus, quaſi cæci ſumus, cùm peccatum eſt, tunc agnoſcimus, quod fecimus, & Orig. lib. 7. *Quos prius habuerunt perſpicuos animæ oculos, fruentes Deo & eius Paradiſo eos vt opinor propter peccatum clauſerant.*

Ori. l. cōt. Celſum.

### *Omnes in Adam peccauimus.*

205 *Cumque cognouiſſent ſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus.* Inſpiciamus quid dictum ſit Nathanaeli Ioan. 1. qui interrogans Dominum vnde eum ſciret, ait ei: cùm eſſes ſub arbore fici vidi te, quid hoc ſibi vult? ſciendum eſt omnes ſimul concurriſſe ad colligendum fructum vetitum ex ficulnea cum Adam, bene ergo dixit vidi te ſub ficu, quaſi diceret cognoſco peccatum originale incurriſſe ab initio mundi: ſic D. Aug. ſerm. 10. de verbis Domini. *Quid eſt cum eſſes ſub arbore fici vidi te? recordare inquit originale peccatum Adæ, in quo omnes morimur, naſcimur in carne peccati.*

Aug. ſerm. 10. de ver. Dei.

### *Peccator ita infælex eſt vt quidquid agit, contra ſe agit.*

206 *Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus.* Deus eos interrogans, cur ſibi obedientes non fuiſſent, abſcondunt ſe à facie illius conſpectumque eius fugiunt, cur ſic fugitis? folia ficus aſſumpſiſtis quibus facile teneri poteſtis: nam folia ficus maxime retinent, vnde communi prouerbio dicitur folio ficulneo tenes anguillam: dicamos ita infœlicem eſſe peccatorem vt in his quæ agit, contra ſe ipſum agere videatur: hoc aſſerere videtur Phil. lib. de Ioſeph. vbi loquens de peccatoris infœlicitate ait. *Non ſemper eſt fælix culpa & malitia,* quaſi diceret infelicissimus peccator in omnibus.

Phil. lib. de Ioſeph.

### *Maximis bonis nos priuat peccatum.*

*Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus.* Nonne antea quaſi vitam Angelicam ducebant, nullo indigentes indumento, nec ſuam nuditatem erubeſcentes? quomodo ergo nunc ita ſunt miſeri, vt non habeant veſtimenta quibus cooperiantur? quænam occaſio tantæ miſeriæ? nonne tranſgreſſi ſunt mandatum Dei? non mirum igitur in tot calamitates incidiſſe, cùm peccatum maximorum bonorum quæ poſſidemus, priuatio & calamitatum occaſio ſit: ita D. Chryſoſt. hom. 16. *Vide à quanta gloria in quantam vilitatem deducti ſunt, qui antea quaſi terreſtres Angeli viuebant, tegmen ſibi ex foliis excogitant, tantum malum eſt peccatum, non ſolum enim nos à ſuperna beneuolentia alienos facit, ſed & ad multam confuſionem & humilitatem deducit, & cùm nos priuat bonis, quæ iam poſſidebamus, omnem etiam fiduciam aufert.* 207

Chryſ. ho. 16.

### *Ex peccato cognitio turpitudinis.*

*Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos,* Nemini eſt dubium primos parentes cum oculis, & apertis oculis, & videntes, productos fuiſſe; cur ergo Moyſes ait C apertos tunc fuiſſe oculos? nam aperire oculos, præſupponit habuiſſe eos clauſos: cum autem non habuerint clauſos, non eſt cur aſſerat habuiſſe tunc apertos, inſpiciamus ad quid aperuerunt: ait textus, & cognouerunt ſe eſſe nudos, cum ante peccatum nudi eſſent, & non erubeſcebant, quomodo ergo erubeſcunt? nonne in peccato ſunt? reſpondeo igitur apertos oculos eorum fuiſſe, cognouiſſeque ſe eſſe nudos, id eſt ex peccato ſuam turpitudinem & infamiam agnouiſſe: ſic D. Greg. Naz. orat. 2. in Paſch. *Poſtquam diaboli inuidia* (inquit) *& mulieris inſultus quem & vt mollior paſſa eſt, vt ad perſuadendum* D *accōmodatior, admonit (ô infirmitatem meam, meam enim duco primi parentis infirmitatem!) accepti mandati oblitus, ab acerba illa eſca victus eſt, primum turpitudinem ſuam infamiamque cognoſcit.* 208

Gre. Naz. orat. 2. in Paſch.

### *Peccatum in principio placet, in fine diſplicet.*

*Cùmque cognouiſſent ſe eſſe nudos,* Cur non in mentem venit, antequam comederent eſcam, cum iam elati & ſuperbi ex promiſſione diaboli? nam mulier viro ſuo narrauit, quæ à ſerpente acceperat, cur inquam non cognouerunt ſe eſſe nudos, id eſt impudentem nuditatem, quam ſine dubio deteſtati E ſunt, cum conſuerint folia ficus ad eam tegendam? reſpondeo in principio non agnouiſſe, quia peccatum in principio maxime placet, poſtea vero agnouerunt, quia in fine diſplicet: ſic Moyſes Barcepha lib. de Paradiſo. *Peccatum initio ſupra modum placet, ac in fine luctum parit patranti: cum enim primi parentes cupiditate ferrentur in illam arborem, de ipſa edendi, & Deum ipſum & legem præ illa parui pendebant, at vbi ediſſent, nudatique erubuiſſent, odio ipſam ſunt proſecuti.* 209

Moy. Barcepha. Epiſ. Syrus part. 1. de parad.

### *Operculum peccatorum areſcit.*

F *Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus.* Scilicet ad tegendam nuditatem, hoc exponens Procopius, ait: conſuerunt folia ficulnea, id eſt adornarunt excuſationem peccati in ſpeciem, non probabilem: inſpiciamus quid in nouo teſtamento dictum eſt de Chriſto Domino Matth. 21. videns fici arborem vnam, ſecus viam venit ad eam, & nihil inuenit in ea, niſi folia tantum, & ait illi nequaquam fructus ex te naſcatur in ſempiternum, & areſacta 210

Matth. 21.

eſtomnino ficulnea;nota folia fici atefacta, & folia A ficus accepiſſe primos parentes, ad obuoluendam nuditatem ſuam ſignificantem peccatum ſuum,quo ſuppoſito, quod fuit illius arboris peccatum tanto ſupplicio ſempiternæ ariditatis puniendum? audi D. Athanaſ. in ſuis qq. quæſt. 58. *Quia poſt tranſgreſſionem Adam accepit folia ficus,quibus obtexit ſuæ turpitudinis peccatum, Dominus artefecit operculum peccati, id eſt folia ficus, quibus Adam tegebatur poſt tranſgreſſionem.*

Ath. in ſuis qq. q. 58.

*Excuſationes peccatoris ſunt quadam folia, quibus pudenda delicta vult obſcondere.*

B

211 *Et cùm cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus.* Quid denotat peccatorem aſſumere folia fici quibus nuditas ſua cooperatur? non enim ſine myſterio hoc enuntiatur: ſufficiebat enim dicere cooperuerunt ſe,videntes ſe eſſe nudos, nota quod nihil eſt magis pudendum quàm peccatum, folia repræſentant aliquid inſolidum & tenue: reſpondeo ergo myſterioſè dictum peccatores Adam & Euam accepiſſe folia quibus nuditatem ſuam tegerent, quia excuſationes quibus pudendum & abominabile peccatum ſuum tegere voluerunt, fuerunt tenuiſſimæ & inualidæ: ſic declarat D.Amb.lib. de Parad. c. 13. *Quicumque prænaricatur mandatum Dei, ſpoliatur atque nudatur, & fit ipſe ſibi turpis, vult ſe operire quibuſdam ficus foliis, fortaſſe quibuſdam inanibus vel vmbrasilibus ſermonibus, quos compoſitis mendaciis aſſuens, & verbum de verbo ſtruens ad operiendam conſcientiam ſuæ mentis factique volamentum, peccatum intexit, vt pudenda ſua contegat, iacit enim ſupra ſe folia, qui culpam velare deſiderans, aut carnis prætendis illecebras, aut alium quempiam perſuaſorem prodit erroris, aut diabolum delicti memorat auctorem.*

Amb. li. de Parad.

C

*Inobedientiæ confuſio in nos redundat.*

212 *Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus & fecerunt ſibi perizomata.* Cum foliis ſe cooperiunt propter carnem ſibi rebellem, cur caro ſibi rebellis? Cùm dominium omnium acceperint, nonne etiam & corporis? vnde hæc ergo nuditas & probroſa confuſio? Scitis præcepto Dei inobedientes fuiſſe non mirum igitur plenos confuſione, quia inobedientia in propriam redundat confuſionem: ſic D.Greg.Mag.lib.26.Moral.cap.12. *Ergo ille primus inobediens, vt ſuperbiendo peccauit, pudenda contexit, quia enim contumeliam ſpiritus Deo intulit, mox contumeliam carnis inuenit, & qui auctori ſuo ſubditus eſſe noluit, ius carnis ſubditæ, quam regebat, amiſit, vt in ſe ipſo videlicet inobedientiæ ſuæ confuſio redundaret.*

Gre Mag. l. 26 mora. cap. 12.

*Inobedientia in principio generationis noſtra inſculpta.*

213 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus.* Ad contegendam ſibi nuditatem propter genitalium inobedientiam, cur cùm omnes aliæ partes corporis ad nutum noſtræ rationis ſtant, hæc vna repugnat? Nota quod hæc eſt porta natiuitatis noſtræ, bene ergo hanc partem permiſit eſſe rebellem, vt in ea inobedientia noſtra ſcripta ſit, tanquam in principio generationis noſtræ: ſic Hugo de S. Vict. *Ex miſericordia Dei, & vt homo ſubſiſtere poſſit factum eſt, vt exteræ partes ad nutum rationis ſtent aut moueantur, vna autem pars rationi non obedit, in ſignum tranſgreſſionis, ſcilicet pudenda, ideo videlicet quod tota propagatio generis humani, per* A *partem illam erat tranſitura ſcriptum eſt in ea quaſi in porta ſignum inobedientiæ parentum, inobedientia inflicta membrorum.*

Hugo à S. Vict.

*Inobediens tanquam nequiſſimus, æternis dignus ſuppliciis.*

214 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, aperti ſunt oculi eorum.* Cæcitas primorum parentum nempe ſpiritualis ex inobedientia proueniens, effecit vt aperirentur oculi eorum, id eſt intellectus ad experiendam fœdam corporis ſui nouitatem: ſed cur eos ſolùm pudore ſuffundit? curque alias ſolùm pœnas deinde temporales infligit? nonne æternas merebantur? B inobediens enim æternis dignus eſt ſuppliciis: dico Deum in hac vita pœna temporali inobedientem afficere, & ni pœniteat, æternis cruciatibus deſtinate; ſic Lactan. Firm. lib. 5. inſt. c. 29. *Quod ſi ſeruorum nequiſſimus habetur, qui Dominum ſuum fuga deſerit, iſque verberibus, vinculo, ergaſtulo, & cruce, & omni malo digniſſimus indicatur, & ſi filius eodem modo perditus atq; impius exiſtimatur, qui patrem ſuum dereliquerit, ne illi obſequatur, ob eandemq; cauſam, dignus putatur, quod ſit exhæres, & cuius nomen de familia perpetuò deleatur. quanto magis qui Deum deſerit, in quem duo vocabula* C *Domini & Patris æque veneranda conueniunt; nam ille qui ſeruum pretio comparat, quid in eum beneficij confert, præter alimenta, quæ illi vtilitatis ſuæ gratiâ ſubminiſtrat? & qui filium generat non habet poteſtatem vt concipiatur, vt naſcatur, & viuat, vnde apparet & non eſſe illum patrem, ſed tantummodò generandi miniſtrum: quibus ergo ſuppliciis dignus eſt deſertor eius qui Dominus verus & pater eſt, niſi quæ Deus ipſe conſtituit, qui ſpiritibus iniuſtis æternum parauit ignem, quod ipſe per vates ſuos impiis ac rebellibus comminatur.*

Lact. Fir. l. 5. inſt. c. 29.

D

*Nihil tam oculos hominum offendit, quàm vitium impudicitiæ.*

215 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.* Ad contegenda ſcilicet genitalia, quæ vitium impudicitiæ ſignificant: cur quæſo hæc ſola corporis membra cooperiunt, & præcipue ante Deum cui nihil eſt inuiſum, cùm omnia occultiſſima pateant? quiá nihil hominum oculos adeo offendit, & humanæ naturæ nobilitatem dedecorat, inuiſumque Deo quàm vitium carnis: ſic Lactan. Firm. l. ad Noph. c. 3. *Nihil* E *tam inuiſum Deo, quam mens inceſta, & animus impurus.*

Lact. Fir. ad Noph.

*Concupiſcentia carnis cognitio poſt peccatum.*

216 *Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos, aperti, &c.* Certum eſt clauſos non habuiſſe antea, ad quid ergo poſt eſum fructus vetiti dicitur, quod habuerunt oculos apertos? dico tunc habuiſſe cognitionem carnis, quæ ex peccato prouenit: ſic gloſ. interli. *Aperti ſunt oculi amborum, nempe ad concupiſcentiam & cognitionem beſtialis motus: culpa quippe oculos concupi-* F *ſcentia aperuit, quæ innocentia clauſos tenebat.*

Gloſſ. interli.

*Poſt peccatum pœnitentia facienda.*

217 *Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.* Cur potius folia ficus accepere, quam alia? cum ſine dubio conſitus eſſet omni arborum genere paradiſus, potuiſſent igitur alia accipere, quibus cooperirentur: Nota folia ficus eſſe aſpera præ aliis arborum foliis; dicamus ergo ideo folia ficus præ aliis accepiſſe, ad ſignificandâ poſt peccati ſui commiſſionem, pœnitentiam: ſic D.

Ire. l.5.ad- uerſ.hæreſ. cap. 37. Iren.lib.5.aduer.hær.c.37.*Per ſuccinctorium in facto oſtendit pœnitentiam ſuam, foliis ficulneis ſeipſum contegens, exiſtentibus & aliis foliis multis, quæ minus corpus eius vexare potuiſſent, condignum tamen inobedientiæ fecit amictum, conterritus timore Dei, & retundens petulantem carnis impetum, quoniam indolem & puerilem amiſerat ſenſum, & in cognitionem peiorem venerat, frænum continentiæ ſibi & vxori ſuæ circumdedit, Deum timens, & aduentum eius expectans, & velut tale quid ſignificans, quoniam inquit, eam quam habui ab ſpiritu ſapientiæ ſtolam amiſi per inobedientiam, & non cognoſco quoniam ſim dignus tali tegumento, quod delectionem quidem nullam præſtas; mordet autem & pungit corpus, & hoc videlicet ſemper habuiſſet indumentum, humilians ſemetipſum, niſi nominum qui eſt miſericors tunicas pelliceas pro foliis ficulneis induiſſet eos.*

*Ex peccaco bonorum terreſtrium acquiſitio.*

218 *Cumque cognouiſſens ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus.* Cur ad folia ſeſe conuerterunt ad ſuam nuditatem obtegendam? Nota quòd bona mundana poſſunt ſignificari foliis, ſicut enim folia cito areſcunt, ſic bona huiuſmodi cito tranſeunt: aſſeramus ergo ideo poſt peccatum optime dictum accepiſſe folia quibus tegerentur, ad ſignificandum quod ex peccato bonorum fit terreſtrium acquiſitio: ſic D. Amb.li.de Para. c. 13. Ambroſ. lib. de parad.c.13. *Ergo poſtquam ſpoliatos ſe illa ſimplicitate & ſanctitate viderunt integræ incorruptæque naturæ, quærere mundana, & manufacta cœperunt,* intuere quomodo poſt peccatum mundana & terreſtria requirunt.

*Homo poſt peccatum agnoſcit ſe eſſe peccatorem.*

219 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus.* Cùm nuditatem tuam velis obtegere, & non ignores plurima eſſe folia etiam herbarum quæ magis idonea ſunt, vtpote magis extenſa, necnon ſuauiora corpori operiendo, cur eis non vteris? Nota quod folia ficus pungunt, ſunt ergo ſymbola peccatorum nos pungentium, & conſcientiam torquentium: forte ergo folia ficus poſt peccatum accepit, vt Procop. ſignificaret ſe eſſe peccatorem: ſic Procop. *Quidam aiunt folia ficus eſſe quaſi quædam ſymbola peccatorum, quaſi ex propria natura ſtillauerint, folia enim ficulnea ſi corpus attingant, pruritum quendam inferunt, itaque peccata pruriginem oſtendunt.*

*Ab initio typus hypocritarum.*

220 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus.* Quid denotat folia ſolum accepiſſet? nonne cùm ſcirêt per eſum illius arboris morti eſſe obnoxios, conuenientius fuiſſet accipere fructum arboris vitæ? & ſic repellerent mortem: Nota quod per folia, hypocritarum geſta ſignificantur: per hoc ergo quod non acceperunt fructum, ſed ſolùm folia, voluit Deus ſignificare conditionem hypocritarum, qui foliis & non fructu bonorum operum gaudent: Amb. in c. 13. ſic videtur aſſerere D. Amb. in c.13. *Licet ſignificatur* (inquit) *futurum quod vltimus temporibus, populus Iudæorum ſub Domini ſaluatoris aduentu, qui eos vocaturus adueniſ, exutum ſe virtutibus per diaboli tentamenta cognoſcens, & intecta conſcientiæ probra formidans, à religione deuius præuaricatione confuſus, eſſet à Domino receſſurus, verborum fluentium velut florum velaminibus adapertus pudenda geſtorum: ergo illi qui de ficulnea folia non poma carpſerunt, eliminati ſunt à regno.*

*Ex nobis flagellum.*

221 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos.* Cur poſt peccatum voluit hac pœna eos afficere, vt ipſa caro aduerſus ſpiritum pugnaret ita vt ipſam mentis legi rebellem agnoſcentes tegumenta quæſiere, quibus nuditas turpis tegeretur? Vt à nobis ipſis ortum ſupplicium eſſe ſciremus: ſic D. Auguſt. Pſalm. 77. August. in Pſalm. 77. *Vt intelligas in te pœnam tuam, in te ex te ipſe eſt flagellum tuum, ſit rixa tua tecum, ſic vindicatur in rebellem aduerſus Deum, vt ipſe ſibi ſit bellum, qui pacem noluit habere cum Deo.*

*Pudor eſt efficax contra peccatum.*

222 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus.* Cur conſuunt ſibi folia ficus? Ex pudore; ſed pudor hic nimis tardus, vnde D. Ambroſ. quia ſerò venit quædam erroris præteriti verecundia, quæ errorem præuenire debuerat: ſed cur, ô Ambroſi, debuiſſet prius præcedere hic pudor? Quia nihil efficaciùs armare poteſt contra peccatum quàm pudor & verecundia: ſic D. Gregor Nyſſen. hom. 1. Eccleſ. Gre. Niſ. ho. 1. Eccl. *Videntur eſſe arma valida, & potentia ad effugienda peccata, pudor: qui eſt inſitus in hominibus, qui ideo (vt puto) eſt nobis à Deo indictus, vt huiuſmodi nobis animi affectio, ſit nobis auerſio à deterioribus, pudor enim magis quam timor erudit ſæpe ad praua fugienda, ſed & pudor ſequens debiti reprehenſionem, per ſe ſufficit ad caſtigandum eum qui peccat, ne rurſus in ſimilia incidat.*

*Non eſt neceſſe vt Deus ſubueniat; cùm nos id efficere poſſimus.*

223 *Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.* Cur Deus cùm decreuiſſet eos induere, reliquit veſtimenta quibus cooperiretur eorum nuditas inquirere? Quia non eſt neceſſe vt nobis ſpeciatim ſuccurrat Deus, cùm ex nobis id poſſimus: ſic Abulenſ. in Geneſ. quæſt. 199. Abul. q. 199. in Ge. *Vt daretur*, inquit, *locus humanæ prudentiæ, & ingenio, ſi Deus ſtatim veniſſet, & de nuditate erubeſcentes inueniſſet, & ſic homo nihil ſibi ipſi faceret, de operimento, per quod appareret quid poſſet nouitatis inuenire humanum genus, vt ergo homo faceret aliquid à ſe ipſo, non venit Deus ſtatim.*

*Ex ſuperbia carnis impudicitia.*

224 *Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus.* Id eſt, cùm cognouerunt carnem rebellem, vndenam hic ſtimulus carnis & rebellio, cùm antea ſuam nuditatem non erubeſcerent? Nonne in ſuperbiam incidunt, cùm audiunt ſe Deos futuros? Non mirum igitur carnis ſtimulos ſenſiſſe, quia ex ſuperbia in impudicitiam labimur; ſic D. Iſidor. Iſid. Hiſ. l. 2. ſent. c. 39. cap.39. libr. 2. ſent. *Vbi per ſuperbiam contra Deum tumuit, ſtatim carnis libidinem ſenſit, & pudenda operuit, ex culpa ſuperbiæ plerumque in abominandam carnis immunditiam itur.*

*Peccatorum oculi intellectuales quæ neceſſaria ſunt, non intuentur.*

225 *Aperti ſunt oculi amborum,* Quid eſt eorum oculos fuiſſe apertos? An antea clauſos habuerunt? Minime, ait enim textus vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, quomodo ergo ſi nondum aperti oculi eorum erant, vidit mulier huiuſmodi lignum? Sine dubio ſunt differentiæ oculo-

rum alij, qui per prætuaricationem aperiontur, & alij A quibus videbaot, oota etiam verba Domini Iſai. 9. in iudicium veni in mundum, vt oon videotes videant & videntes cæci fiaot: reſpondeo ergo bene oculos eſſe apertos, quia qui erant eis meliores, nempe iorellectus, clauduntur in peccatoribus: ſic Orig. homil. 17. io cap. 24. Num. *Ego audiens vocem Domini mei Jeſu Christi, & virtutem bonitatis eius intelligens, ita adducito illud quod dicit, in iudicium igitur veni in mundum, vt non videntes videant, & videntes cæci fiant, quod in peccatoribus non vident illi oculi qui meliores ſunt, ſed ii qui ſenſus carnis appellantur, & qui concilio ſerpentis patefacti ſunt* B *& quæ mala ſunt, intuentur; cæci fiant, & qui cæci fuerint illis oculis, quos perſuaſio ſerpentis aperuit, videant bona Domini his oculis quos Ieſus ſaluator noſter venit aperire, niſi enim malorum viſus claudatur, bonorum non patebit intuitus.*

Iſai. 9.
Orig. ho. 17. in c. 24. Nu.

### *Impudicitiam à nobis abigit Deus.*

226 *Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizemata.* Poſt culpam ioiecit illis Deus pudorem quo veluti auxilio à patrando crimine deterreretur, cùm ſit ipſe pudor vehemens io comprimendis peruerſis affectibus, cur iotegrum C corpus non cooperuerunt, ſed ſolum genitalia, cùm etiam erubeſcamus, cùm iotegro corpore nudi ſimus? Maxime pudenda cooperuere quibus detectis coofuodimur, vt ab eis omnis iotemperantia luxuriæ arceatur: ſic Catena Græca; *Primus pudoris ſenſus neceſſariò circa genitalia fuit, vt longius pudor abigat hominibus intemperantem coitum.*

Cat. Græc.

### *Peccatum coram omnibus reddit confuſibiles.*

227 *Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus, & fecerunt ſibi perizemata*, Cum antea eſſent nudi, quomodo non erubeſcebant, ſed ſolum D poſt peccatum commiſſum? Quia ita eſt enorme, & coram Deo, & coram omnibus vt etiam confuſibiles reddat: ſic Ferus, *Fructus peccati confuſio, vel erubeſcentia, vere enim confundit nos peccatum, & confuſibiles facit corã Deo, & omnibus creaturis, quod ſi peccatum quis rectè videret, coram ſe ipſo confunderetur.*

Feru.

### *Ita impudentia eſt nota, vt naturaliter aperiatur.*

228 *Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos*, Nuditatem cooperuerunt foliis ficulneis, vt eorum quaſi impudicitia E tegeretur: caro enim aduerſus ſpiritum pugnabat motibus iouſitatis & inhoneſtis; ſed à quo doctore acceperunt hos motus libidinis eſſe illicitos, cùm primi fueriot qui eos paterentur? dico vitium libidiois ita notum eſſe, vt ſola natura duce illud agnoſcatur: ſic Rup. lib. 3. io Gen. c. 10. *Ignominiam huius paſſionis pudendam eſſe natura ſponte cognoſcit, ſine doctore intelligit, vltronea fuga confitetur. cur hoc? quia creaturæ rationali ineſſe non debuit, ſed ab offenſo Deo, non intelligenti honorem ſuum impoſita eſt, vt comparetur iumentis, quidquid enim à Deo* F *ſiue propitio, ſiue irato inſtitutum eſt, hoc omnino natura hominis neſcire non poteſt.*

Rup. li. 3 in Gen. c. 10.

### *Veſtimenta quibus operiremur in ſtatu innocentiæ, fuiſſent ſplendores & virtutes.*

229 *Cognouerunt ſe eſſe nudos*, Veſtiti ergo erant, ſed quibus veſtimentis? quæ nec neceſſitas optabat, nec pudor exigebat, nec intemperies cœli ſollicitabat? A dico non huiuſmodi fuiſſe veſtimenta quibus operirentur, ſed virtutes quibus anima ornaretur, ſplendores quibus tegerentur & illorum nuditatis amictum futurum: ſic D. Baſil. ho. quæ ioſcribitur quod Deus non ſit author malorum: *Cur non ſtatim eis ab initio amictus ſunt præparati? quoniam hæc nec naturalia eſſe, neque ex arte decebat, nam naturalia propria ſunt brutorum, vt pennæ, pellium craſſitudines, &c. quæ vero ex arte ſunt opera, negotium generant, quod vt maxime homini noxium vitandum erat, alia parata igitur erant, quæ ex gratia Dei erant illum illuſtratura, vtpote fulgores quidam;* B *quales ſunt Angelorum:* ſed clarius D. Ambr. c. 13. lib. de parad. *Cognouerunt interiore ſcientia, non tunicam ſibi ſed virtutum deeſſe velamina.*

Baſil. ho. quod Deus nõ ſit auth. malorum.
Amb. c. 13. l. de parad.

### *Peccator ita perturbatur, vt neſciat quid agat.*

*Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.* Notat Magiſter hiſtoriæ ſcholaſticæ c. 23. in Gen. quòd folia ficus quandam voluptatis prurigioem excitaot: cur ergo oe vobis patenes eſſent illiciti carnis motus, foliis C ficus vos cootegitis, cum maiorem libidioem, quam compeſcere deſideratis excitatis? quia ita peccator perturbatur & commouetur animo, vt quod prius ſibi occurit ſine conſideratione præcipitaoter arripiat; accipe D. Aug. lib. 11. de Gen. ad litt. c. 32. *Non arbitror cogitaſſe eos aliquid in illis foliis ficus quod talibus congrueret contegi, iam membra prurientia, ſed occulto inſtinctu ad hoc compulſi, in illa perturbatione, vt etiam talis pœnæ ſuæ ſignificatio à neſcientibus fieret quæ peccatorem factum conuinceret, & doceret ſcriptura lectorem.* 230

Aug. li. 11. de Gen. ad litt. c. 32.

### D *Ab hypocriſi oritur culpæ excuſatio.*

*Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata*, deinde interrogati, cur inobedientes fuiſſent, vterq; omni conatu quo potuit, excuſationem præbuit: vndenam tam impudenter vterq; ſe excuſat? inſpice quid dicat textus; conſuerunt folia, per quod denotatur hypocritarum conditio, qui ſolùm foliis nempe apparentiis gaudent: ne mireris igitur primos parentes ſe excuſaſſe, ab hypocriſi enim oritur culpæ excuſatio: ita D. Bern. ſer. 82. io cant. loquutus de primis parenti- E bus qui ſe tegere conabantur: *Frondium* ioquit *ſuccinctoriis, & verbis excuſatoriis*, ſubdit, *quam late ex tunc & deinceps omnem poſteritatem hæreditariam hypocriſis virus infecit quem dabis de filiis Adã qui quod eſt non dico velit, ſed vel patiatur videri?* 231

Ber. ſer. 82. in cant.

### *Peccatum non ſolum bonis ſpiritualibus ſed temporalibus nudat.*

*Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus.* Si nudi, cur arbores foliis ſuis denudant? ſi per arbores paradiſi quas omnibus eis conceſſerat, intelligimus bona temporalia quorum Dei beneficio F erant poſſeſſores, non mirabimur quod cum eſſent nudi & deſtituti Dei gratia ex inobedientia ſua foliis arbores denudauerint, quia delictum peccatorem nudat, non ſolum bonis ſpiritualibus, ſed etiam temporalibus: ita Baſil. Seleuc. orat. 3. in Adamum: *Iam ſeductionis fructum vindemiarunt, conſuerunt folia ficus, ipſi nudati nudant arbores.* Quaſi peccati hic fructus ſit in hominem nudatum gratia, ipſis etiam exterioribus bonis expoliet & nudet. 232

Baſil. Sel. orat.

### *Qui honores & regias maieſtates exoptant nihil niſi leuiſſima folia carpunt.*

233 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus*, Nonne pollicitus fuerat ſerpens vos futuros tanquam Deos, & ideo omnium reges, fructum ſcientiæ boni & mali deguſtantes? ſolum in manibus veſtris intueor folia decerpta ex arbore, vbinam diuinitas, vbi omniſcientia, regia dignitas? hæc omnia folia ſola commutata; qui enim honores & maximas dignitates appetunt inordinate, nihil niſi leuiſſimas frondes accipiunt: ita D Ephr. homil. de pœnit. *O vafritiem & callidicatem draconis! ſic primos parentes Adam & Euam nudauit, cum enim diuinitatem eis promiſiſſet inſtar vermium eos in terra verſari fecit denudans ipſos*, en totam mundi fœlicitatem, maieſtatem, diuinitatem à ſerpente propoſitam, commutatam in folia ficus & nuditatem?

Ephr. ho. de pœnit.

### *In ligno quo periit, homo reparatur.*

234 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos conſuerunt folia ficus*, Ex cuius arbore ſecundum aliquos ramus quidam fuit in Hieruſalem tranſlatus & plantatus, qui in arborem creuit ex qua tandem crux Chriſti Domini confecta eſt: ſed cur Chriſtus Dominus voluit ex hac arbore ficus ſibi crucem fieri? vt in ligno quo periit homo, eodem repararetur: audiamus, Petrum Riga presbyterum Rhemenſ. celeberrimum poëtam & antiquum in ſuo quem inſcripſit libro de aurora.

Petr. Riga.

*In libris legitur Græcis, quod ab arbore cuius*
*Fructu peccauit primus vterque parens,*
*Ramus in Ieruſalem ſanctam translatus ibidem*
*Plantatur, creſcit, magna fit arbor ibi.*
*De qua facta fuit crux, vt repararetur in illo*
*Quo periit ligno perditus omnis homo.*

### *Vexatio dat intellectum.*

235 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, fecerunt ſibi perizomata quibus tegerentur*, Quis autem conſuendi veſtimenta eos? quis ſimul conſuere folia docuit? non legimus Deum fuiſſe, Angelum huius artis doctorem non agnoſcimus: quomodo ergo tam cito perizomata confecere? nonne afflicti erant & vrgenti neceſſitate compreſſi? ne mireris igitur ſuccinctoria ſibi comparaſſe, quia vexatio dat intellectum ad quodlibet efficiendum: ſic fere Procop. *Vbi corpus nudatum & quaſi ſuo habitu ſpoliatum eſt, illico ſcaturire cœpit fons artium inuentionis, proinde conſarcinant folia.*

Proc. in Ge.

### *Conſcientiæ ſtimulus nos pungit vt crimen agnoſcamus.*

236 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos*, Poſt eſum fructus vetiti, quomodo in ipſamet comeſtione nuditatem ſuam non agnouere, id eſt, quomodo ex illa nuditate tunc crimen, quod committebant, non fuit illis patefactum? nota quod omnis qui peccatum cōmittit, quaſi cæcus peccare exiſtimatur, vbi enim viderit quod antea excæcatus fuerit cùm deliquit, ait non cernebam quid faciebam; bene igitur poſt eſum fructus prohibiti cognouerunt ſe eſſe nudos, peccatum ſuum agnoſcentes, quia tunc ſtimulus conſcientiæ ita exacerbauit vt non potuere crimen non agnoſcere: ſic cit. Procop. *Conſcientiæ ſtimulus accedens nos pungit, & efficit vt peccati abomina*tionem conſpiciamus, & ſubdit Theod. *Aperti ſunt oculi amborum non quod antea oculos clauſos haberent, ſed ſenſum ac ſtimulum conſcientiæ, qui eos remorderet, ita ſcriptura appellat.*

Procop.

Theod.

### *Afflictio in Dei veri cognitionem nos inducit.*

237 *Aperti ſunt oculi amborum*, Certum eſt non eſſe ſermonem de oculis corporis, ſed mentis vnde optime Symmachus facti ſunt intelligentes, ſed quid eſt oculos mentis fuiſſe apertos? Nunne ſcientiam rerum ſtatui innocentiæ conuenientium poſſidebant? Nota cum fidem adhibuit Eua præcipue dictis ſerpentis, exiſtimauit ſerpentem veracem, non autem Deum, & ſic potuimus dicere de illa quod oculos mentis habuerit clauſos: aſſero igitur poſt afflictionem nuditatis ſuæ, optime dici, quod aperti fuere oculi eorum, quia prædicta afflictio in cognitionem ſolius Dei veracis fecit deuenire: ſic Rupert. *Non exteriores oculi, ſed interiores quos contra Deum clauſerant, aperti ſunt, quia videlicet veracem Deum, ſerpentem verò in ſua miſeria falſiſſimum cognouerunt, vnde pondera illud verbum in ſua miſeria cognouerunt.* Quaſi diceret tunc in afflictione Deus ſolus verax ab eis cognitus.

Rup. lib. 3. in Gen.

### *Fructus inobedientiæ eſt ditiſſimos efficere pauperrimos.*

238 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus.* Quomodo emendicatis folia ab arbore? Nonne omnium habetis dominium? Qui autem omnium habet poteſtatem, nihil ab aliis emendicat? Non ignoras cum folia ficus accepere iam peccatum inobedientiæ commiſſe; optimè igitur ita pauperes, vt folia quibus tegantur, requirant ab arbore; quia fructus inobedientiæ eſt, ditiſſimos conſtituere pauperrimos, & egenos: ita Lippom. *Conſuerunt folia fici vt ſubligacula formarent, emendare feſtinant opus Dei imbecilles, qui domini & imperatores rerum omnium conſtituti fuerant, adeo iam honoris & bonæ ſtatus tutelam à fici foliis emendicabant, is fructus inobedientiæ & ſuperbiæ, contra verbum Dei.*

Lippom.

### *A peccato inſeparabilis eſt publicatio.*

239 *Cùmque cognouiſſent ſe eſſe nudos, fecerunt ſibi perizomata.* Quid facitis miſeri? Tegmen quæritis, & profertis ramum, ſane ramus potius eſt vendibilium præco, & ſignum alicuius manifeſtatiuum; cur ergo folia vel ramum aſſumitis quibus peccatum tegatur? Imo detegitur: ita ſe res habet, vt noſcas, quàm inſeparabilis ſit à peccato eius publicatio, quando eodem habitu ſerpens antiquus & peccatum ſuggerit, & præfert ramum vt vendibilior appareat peccatoris infamia: ſic eleganter D. Baſil. Sele. orat. 3. *Tales dæmonis ſunt machinationes, cum voluptates ſanciat, & accuſat pudendum in modum, ad ruinam impellit, & ruentes publicis ignominiæ notis conſignat.* Nunquam peccatum nouit eſſe niſi ſub ſignis quibus publicetur.

Baſil. Sele. orat. 3.

### *Vbi ira deſæuit, etiam facillima effugia non cernuntur, niſi Deo monſtrante.*

240 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus.* Mirabar quod cum eorum oculi aperti fuerint vt viderent ſibi mala obuentura, pœnam mortis imminentem, irati Dei pene contorta ſpicula ad folia ficus recurrerint; nunquid non æque liberum erat illis currere ad fructus arboris vitæ? *Sane*, ait Chryſo.

### *Mulier parui intellectus.*

143 *Vidit mulier quod pulchrum eſſet lignum, &c. tulit de fructu illius, & comedit.* Sibi perſuadens diuinitatem conſequi, quam ſerpens promiſerat: quomodo ſerpens non eſt aggreſſus hominem eum tentans de diuinitate, ſed potiùs mulierem? ideo hominem non tentat, ſed mulierem quaſi minoris intellectus ad facile credendum: ſic D. Aug. l. 11. in Gen. *Si iam ſpiritalis erat Adam, quamuis mente non corpore, quomodo credere potuerit, quod per ſerpentem dictum eſt, ideo Deum prohibuiſſe, ne fructu ligni illius veſcerentur, quia ſciebat eos, ſi feciſſent futuros vt Deos, propter dignoſcentiam boni & mali, tanquam hoc tantum bonum creaturæ ſuæ creator inuiderit? hoc mirum ſi homo ſpiritalis mente præditus, credere potuiſſet. an quia credere hoc ipſe non poſſet propterea mulier addita eſt quæ parui intellectus eſſet, vnde Apoſt. 1. ad Tim. 2. ait Adam primus formatus eſt, deinde Eua, & Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta.*

Aug. l. 11. de Gen. ad litt.

### *Mulier importuna.*

144 *Vidit mulier quod pulchrum eſſet lignum, comedit, &c dedit viro ſuo & comedit.* Quomodo ei dedit? an perſuaſit ei vt ſibi crederet, in quo crediderat ipſa ſerpenti? minime, nam inquit Apoſtolus vir non eſt ſeductus, ſed mulier: quomodo ergo ei dedit? nam homo non erat ita obcæcatus, vt non recordaretur præcepti Domini; nota quod mulieres ſunt importuniſſimæ cum aliquid exoptant, dicamus ergo importunitatibus virum ſuum coëgiſſe ad manducandum: obſeruat Rup. l. 3. in Gen. c. 9. *Quomodo iam dedit niſi abuſiue, imperio vel importunitate muliebri cogendo? ergo potiùs quam ſeducendo, imperando magis, quam aliquid fingendo hoc effecit.*

Rup. l. 3. in Gen. cap. 9.

### *Mulier inhumana.*

145 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, &c. tulit de fructu eius deditque viro ſuo qui comedit:* O mulier, nonne ſufficiebat te ipſam in tantum præcipitium depuliſſe, & maximo honore priuaſſe? cur etiam virum tantæ ruinæ facis ſocium? cur illius inſidiatrix? cuius adiutrix debueras eſſe: reſpondeo inhumanitatem illius ad id ſcelus eam impuliſſe: ſic D. Ber. ſer. 1. in annunt. *Perdidit miſericordiam, cum ſic exarſit Eua in ſua concupiſcentia, vt nec ſibi, nec viro, nec filiis parceret naſcituris. ſimul omnes terribili maledicto, & neceſſitati mortis addicens, funiculus triplex difficile rumpetur, curioſitatis, vanitatis, & voluptatis, hæc ſola mundus habet concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ, his abſtracta & illecta, miſericordiam omnem crudelis mater abiecit.*

Ber ſer. 1. in annunt.

### *Ex mulieris curioſitate perditio noſtra.*

146 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile.* Cur ô mulier, à tempore quo tibi dixit ſerpens, nequaquam morituram, tanto affectu hanc arborem contemplatis? nonne audiſti quod in qoacunque hora comederis, morte morieris? cur ergo hanc arborem vetitam inſpicis, auerte oculos tuos ne intueantur occaſionem ruinæ totius generis humani? curioſitas eam impulit ad intuendam arborem, & ex ea iudicandum veritatem commioationis diuinæ, vel promiſſionis diabolicæ: ſic Rup. *Vidit, id eſt conſiderauit diligenter, lignum intuita eſt curioſius, & index eorum quæ ipſa audierat eſſe voluit: audierat quod dixiſſet Deus,*

Rup. hic.

A *morte moriemini, inter hoc anceps naturam ligni propriis ſenſibus diiudicare voluit, vt ſciret cui palmam veritatis concederet, Deo videlicet, an ſerpenti.*

### *Mulier aliquando virilior homine, ad non conſentiendum malo.*

*Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, tulit de fructu eius, deditque viro ſuo & comedit.* O Adam nihil examinas, nihil caues in dono? non quæris vnde fructus decerptus ſit? non recolis præceptum diuinum oppoſuit, præcepit nobis Deus vt non comederemus, 147

B verum Adamus nihil tale obiecit, necdum meminit, ſed viſo vxoris dono ſtatim in eſcam ruit: vnde hoc? niſi quod aliquando mulier virilior & conſtantior eſt viro, ad malo reſiſtendum, & non ei conſentiendum: ſic D Anaſt. Syn. 10 hexa c. 10. *Virilior Eua apparuit in tranſgreſſione præcepti, ipſa enim & ſola reſiſtit ſerpenti, & cum quadam abiectione & contentione, (calliditate ſuperata) comedit ex ligno, Adam autem cum nihil omnino pugnaſſet, aut contradixiſſet, fructus fuit particeps dati à muliere,* nihil in dono timuit, nihil cauit, nihil examinauit, vel hine vxore ſua infirmior.

Anaſt. Syn. l. 10. hexa.

### *Homo ingratiſſimus eſt.*

C *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, tulit de fructu illius,* nempè arbori vetitæ, *comedit, deditque viro ſuo qui comedit.* O homo, nonne Deus in maximo honore condito tanquam regi, regiam, paradiſum terrenorum omnium pulcherrimam ſedem aſſignauit? nonne vt oſtenderet quanto animalia reliqua honore tranſcenderes, adduxit ad te omnia, vt ſingulis tanquam ſeruis nomina imponeres? nullumque ex his adiutorium dedit tibi, ſed formauit mulierem tui gratia? nonne ſpiritalem gratiam tibi adiecit, vt futura prædiceres? & quod maiori admiratione di- 148

D gnum eſt, hæc omnia tibi largitus eſt, cum à te nulla ante rectè facta manaſſent? quomodo ergo ſimplici conſilio vxoris acquieuiſti, tranſgrediens præceptū benefactoris tui? quia homo ita ingratus eſt, vt obliuiſcens beneficia conditoris ſui, aduerſarium ſuum libentiùs audiat & ſequatur: ſic notat D. Chryſ. li. 1. de prouid. *Quod poſt tanta tamque ſingularia beneficia, fideliorem parente ac donatore ſuo inimicum arbitratus eſt. ſpretoque mandato conditoris, fallaciam illius prætulit, qui ſe perdere omnino, boniſque omnibus eiicere, atque honore omni expolliare cupiebat: prætulit autem, cum tamen nullum nec magnū neque paruum beneficium ab eo conſequutus eſſet, ſolaque verbum eius aure percepiſſet.*

Chryſ. ho 16. de prouid.

E

### *Ita homo ingratus eſt, vt ex beneficiis in impietatem labatur.*

*Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, tulit de fructu eius, comedit, deditque viro ſuo qui comedit.* An ignoras tibi impoſitum eſſe præceptum non comedendi? nonne beneficia à creatore innumera accepiſti? cur ergo tam facile acquieuiſti vxori tuæ, vt præceptum Domini tui violares? tam facile illud violat, quia ita ingratus homo, vt beneficiis à Deo acceptis non 149

F emolliatur: hoc videtur innuere Tert. l. de bapt. *Nihil eſt quod adeo obduret mentes hominum quam ſimplicitas diuinorum operum, quæ in actu videtur & magnificentia quæ in effectu promittitur.*

Tert. l. de bapt.

### *Cum Deum timemus, omnes occaſiones peccandi euitamus.*

150 *Vidit igitur mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis aſpectuque delectabile,* Quid nonne ante colloquium cum ſerpente, hanc arborem conſpexerat? Cur ergo ait Moyſes quod vidit tunc mulier, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum? Nonne ante colloquium cum ſerpente Deum timens erat, à quo audierat non eſſe comedendum de hoc ligno ſcientiæ boni & mali? Non eſt ergo mirum, ſi antea non conſpexiſſet arborem vetitam; quia qui timet Deum, ea quæ ad peccandum ipſum inducere poſſunt, vitat & formidat: ſic Diu. Chryſoſt. hom. 16. *Quare non ante diabolicum conſilium illi tale quid in mentem venit, ſcilicet arborem inſpicere? nec lignum hoc conſiderauit, eiuſque pulcritudinem vidit, quia timebat mandatum Dei.*

*Chryſ. ho. 16. in Gen.*

### *In omni loco timendum.*

151 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, tulit de fructu illius, deditque viro ſuo qui comedit.* Quo in loco erant cum Dei mandatum tranſgreſſi ſunt? in Paradiſo quidem, quomodo Paradiſus eos ab omni fraude non ſeruauit? vt non ignoremus, in omni loco timendum, cum in Paradiſo primi parentes non fuère ſecuri: ſic D. Greg. hom. 9. in Ezech. *Quod autem loca mentem non mutant, ipſe humani generis teſtatur parens, qui & in Paradiſo cecidit: item ſi locus ſaluare potuiſſet, ſathan de cœlo non caderet, vnde pſalmiſta vbique in hoc mundo tribulationes eſſe conſpiciens, quæſiuit locum quo fugeret, ſed ſine Deo non potuit inuenire munitum; ex qua re ipſum ſibi locum fieri exiit dicens, eſto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, vt ſaluum me facias.*

*Greg. Mag. hom. 9. in Ezec.*

### *Timeat vnuſquiſque ne cadat.*

152 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, tulit de fructu illius & comedit, deditque viro ſuo qui comedit.* Quomodo primus ille homo, qui cum Deo loquebatur in Paradiſo poſitus, potuit labi tam facile, ex terra creatus virgine, quæ ad verbum Dei formata, & creata recens, needum ea parricidali cædiumque concreta ſanguine, flagitiis & dedecore polluta, nondum carne noſtra damnata maledictio obnoxię hęreditatis? vt nobis eſſet in exemplum timendi, ne ſicut ille cecidit, labamur cum magis nobis timendum ſit: cum dicat D. Ambr. *Quanto facilius poſtea lubrica ad peccandum via maius adduxit humano generi præcipitium, cum deterior, tolerabiliori per vices generationis ſucceſſerit.*

*Ambr. enar. 2. in Gen. ad Sabinū.*

### *Nimiùs amor coniugis trahit ad offenſam Dei.*

153 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, tulit de fructu eius, dedit viro ſuo qui comedit.* O Adam nonne ſciebas Deum ſub pœna mortis præcepiſſe, ne de ligno ſcientiæ boni & mali comederes? quomodo ergo tam facilè præceptum Dei tranſgrederis? nonne mortem formidas? nimius viri amor erga mulierem aliquando ita potens vt obliuionem Dei adducat, & vt præceptorum ſuorum ſit immemor, hanc rationem offenſæ primi parentis ſtatuit D. Aug. lib. 11. in Gen. c. vlt. *Salomon vir tantæ ſapientiæ, nunquidnam credendum eſt, quod in ſimulachrorum cultu crediderit eſſe aliquid vtilitatis? ſed mulierum amori ad hoc malum trahenti reſiſtere non valuit, faciens quod ſciebat non eſſe faciendum, ne ſuas quibus deperibat atque diffluebat, mortiferas delicias contriſtaret, ita & Adam poſtquam de ligno prohibito ſeducta mulier manducauit, eique dedit vt ſimul ederent, noluit eam contriſtari.*

*Aug. l. 11. de Gen. ad litt.*

### *Ingratitudo occaſio peccati.*

154 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, tulit de fructu illius, & comedit deditque viro ſuo qui comedit:* Quis non mirabitur quod Deus primos parentes tanquam illorum immemor, tam cito in peccatum ruere permiſerit? tamen non debes mirari illos cecidiſſe, tot nempe à Deo beneficiis cumulati, gratiarum actiones non egerant: ita Rup. l. 2. in Gen. c. 39. *Animaduertendum eſt quam pertinaciter homo primus à creatoris laude mutus perſtitit, quam obſtinatus labiis ab omni gratiarum actione abſtinuit, & ingratum Domino Deo ſilentium dedit. formante Deo, inſpirante ſpiraculum vitæ, non ſuſpirauit, eodem ſpiraculo vitæ in plaſta ſui faciem, vt adoraret & glorificaret, vt ei gratias ageret:* Ex quo ſequitur eum occaſionaliter cecidiſſe in peccatum ex ingratitudine.

*Rup. l. 2. in Gen. cap. 39.*

### *Viſus initium peccati occaſionaliter.*

155 *Vidit igitur mulier quia bonum eſſet lignum ad veſcendum.* Nonne iam viderat hoc lignum? credibile eſt iam illud aſpexiſſe: ad quid ergo iterum refert? tum etiam hoc videtur ſuperfluè dictum: nam ſi comedit, & de arbore legit, certum eſt illud inſpexiſſe, videtur ergo additum ſine neceſſitate; ideo appoſuit & vidit ad declarandum quod initium peccati incipit à viſu & cogitatu: ſic Tho. *Summè cauendum eſt, quid homo in corde reuoluat, quia omne malum intrat per ſenſus, & cogitationes, vnde ille eſt ianitor diaboli, ſcilicet oculus, & malè cogitatus, qui introducit beſtias inferni, quæ animas vaſtat, ſecundum illud.* Thre. 3. *oculus meus deprædatus eſt animam meam,* & D. Chryſ. *Oculus præuaricationis eſt author, mortis ianua, inuidiæ fax, liuoris caminus, toto cupiditatis incendio velocius per aliena percurrit, quam ſi currit ignis, arida & terrena per gramina.*

*Th. Aq. in Gen.*
*Thren. 3.*
*Petr. Chryſol. ſerm. 39.*

### *Vitanda nimia videndi curioſitas.*

156 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum & pulchrum oculis aſpectuque delectabile* D. Bern. lib. de Gradib. humil. alloquens mulierem ait, Eua ſerua commiſſum, expecta promiſſum, caue prohibitum ne perdas conceſſum, quid tuam mortem tam intentè intueris? quid illo tam crebro vagantia lumina iacis? quid ſpectare libet, quod manducare non licet? ſed, ô Bernarde, cur non reſpiciet lignum quod pulchrum oculis aſpectuque delectabile, obiecto viſus exiſtente viſibili, & pulcherrimo? tum ex alia parte, Deus non prohibuit ne illud inſpiceret ſed ne comederet, quid ergo ſuades ne illud intueatur? reſpondet idem Bern. *Apoſtolus ait, omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt, & ſi culpa non eſt tamen indicium culpæ eſt, ſi enim mens nimis curioſa ſe ſeruaret, tua curioſitas tempus vacuum ad videndum non haberet, etſi culpa videre non eſt, culpa tamen occaſio eſt, te enim intenta ad aliud, latenter interim in cor tuum ſerpens illabitur.*

*Bern. lib. de grad. humil.*

### *Ex viſu peruerſæ cogitationes.*

*Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, tulit de fructu illius & comedit dediſque viro ſuo* Nonne Deus præcepit vt hoc lignum vetitum non comederent, quomodo ergo mulier ita immemor, non ſolum comedit ſed viro edendum præbet? inſpicite quid textus

de illa dixit, vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum: reſpondeo ergo non eſſe mirum, ſi tranſgreſſa fuerit Dei præceptum, quia ex intuitu rei non licitæ, malæ cogitationes prodeunt, quæ in peccata nos deuoluunt, ait Greg. 21. moral. cap. 2. *Ne in lubrica cogitatione verſemur non debemus intueri quod non licet concupiſcere: nec enim Eua lignum tetigiſſet niſi hoc prius incaute conſpiceret: penſandum ergo quantum ab illicitis viſum debeamus reſtringere, qui mortaliter viuimus ſi etiam mater viuentium per oculos ad mortem venit. Vt munda mens in cogitatione verſetur, à laſciuia voluptatis ſuæ deprimendi ſunt oculi, quaſi quidam raptores.*

*Greger. Mag. 21 moral. cap. 2.*

## *Ex oculorum cuſtodia, ſalus.*

158 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum,* Et ſi non vidiſſet quid inde ſecutum fuiſſet? ſi oculos ſuos cuſtodiſſet ſalutem tutius quam tunc amiſit, conſeruaſſet: vnde D. Baſil. Sel. ora 2. ait, *Vbi legem ſcriptam vides, ibi deſiderium coerce, ibi recuſa cibi contactum, vt vitæ venenum: auerte oculos ne ad tranſgreſſionem traducant fuge ſpectare ve ſaluari poſſis,* expende illa verba, *fuge ſpectare vt ſaluari poſſis,* quaſi tota ſalutis ſpes conſtituatur in ictu oculi.

*Baſil. Seleu. orat. 2.*

## *Peccatum maximum non cohibere vxorem à malo.*

159 *Vidit mulier quod eſſet lignum bonum ad veſcendum, tulit de fructu illius. & comedit.* O Adam nonne vxorem tuam comedentem cernis fructum ſcientiæ boni & mali? Nonne ſcis Deum prohibuiſſe eiuſmodi eſum? Cur ergo non reuocas mulierem à præcepti diuini tranſgreſſione? Ideo grauiſſime offendit Adam non cohibens vxorem ſuam ab huiuſmodi peccato: ſic Caietan. *In hoc primum peccatum Adæ inſinuatur negligentia ſcilicet cohibendi vxorem à comeſtione fructus vetiti.*

*Cardin. Caietan. in Gen.*

## *Qui peccatum alterius non reprehendit, ad aliud inducit.*

160 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignũ. comedit. & dedit viro ſuo qui comedit* Nonne tibi ſufficiebat ô Eua tam grauiter deliquiſſe in tranſgreſſione præcepti Dei? Quomodo ergo te abyſſus ad abyſſum euocat, vt aliud crimen committas ſollicitans virum de violatione eiuſdem mandati? Diximus in præcedenti conceptu negligentem fuiſſe Adamum in reprehenſione vxoris; ne mireris igitur non ſolum, primo deliquiſſe ſed ſecundo, quia qui peccatum alterius non reprehendit, ad aliud de nouo committendum inducit: ita Caiet. *In hoc inſinuatur facilior aditus datus mulieri ad perſuadendum viro, qui præſens neglexerat ipſam cohibere.*

*Caietan in Gen.*

## *Non facile iudicandum ne decipiamur.*

161 *Vidit mulier quod bonum eſſet.* Id eſt iudicauit; Quid inde ſecutum eſt? *Et comedit,* quomodo ita decepta eſt? Nonne iudicauit eſſe bonum lignum ad comedendum? Iudicauit quidem ſed facile, & ideo ne mireris deceptam, quia qui facile iudicat, fallitur: accipe D. Ambroſ. *Infirma autem iudicij, quæ de eo quod non guſtauerat iudicabat; & ideo non facile niſi ſi quod diligentius pertractauerimus, interiore probauerimus affectu, videtur ad opus aliquod eſſe ſumendum.*

*Amb li. de Para. c. 13.*

## *Mulier prorſus inexcuſabilis à peccato.*

*Vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile.* Hæc verba mihi ſuperflua videntur, certum eſt enim, quod ſi collegit fructum arboris ſcientiæ boni & mali, illud vidiſſe, aliàs non collegiſſet: ad quid ergo hoc appoſuiſti? Nota quod in conſpicienda arbore & ea conſideranda tempus illi adfuit cogitandi, vtrum tranſgrederetur vel ne Dei mandatum? dico ergo non ſuperfluè hæc verba addita, ſed ad innuendum mulierem prorſus eſſe inexcuſabilem à peccato, quæ non præcipitanter ſed cum deliberatione fructum arboris accepit: ita Strab. *Aperte ergo inexcuſabilis oſtenditur, cui licuit ſub ea deliberatione dolos inimici animaduertere.* 162

*Strab. Euld. in Cat. Lipp.*

## *Non viſa mors, ad peccatum allicit.*

*Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, comedit deditque viro ſuo qui comedit.* Nonne Deus prohibuerat ô Adam de ligno ſciẽtiæ boni & mali comedere? Quomodo ergo inobediens Deo non obtemperas? Nota quod Deus dixerat in quacumque horâ comederitis morte moriemini, conſpexit Euam vxorem ſuam comediſſe, & tamen incolumem permanſiſſe, & non mortuam Quid mirum igitur ſi comederit? non enim viſa mors, & promiſſa, ad peccatum allicit, ſenſus eſt D. Aug. *Dedit viro ſuo fortaſſe cum verbo ſuaſorio, quod ſcriptura tacitus intelligendum reliquit. an forte nec ſuaderi iam opus erat viro, quando illam eo cibo mortuam non eſſe cernebat.* 163

*Aug. cit. in Cat. Lipp.*

## *Amicitiam hominum, Dei amori præferimus.*

*Vidit mulier quod bonum eſſet lignum comedit deditque viro ſuo qui comedit* Quinam ô Adam alteri præferendus Deus creaturæ? An Deo creatura? ſine dubio dices Deum omnibus præferendum eſſe, quomodo ergo vxorem tuam omnium creatori anteponis? Eam enim illi præfers cùm cibum ab illo vetitum ab ea accipis: reſponde quia talis eſt homo conditionis, vt amicitiam alterius Deo libenter præferat: ſic D. Auguſt. 11. de Gen. ad litt. *Vxorem quæ iam ſeducta manducauerat, noluit Adam contriſtare, quam credebat à ſe alienatam tabeſcere, & ſine ſolatio interire, non quidem carnis concupiſcentia ſed amicabili beneuolentia quâ ſæpe Deus offenditur ne offendatur amicus,* expende vltima verba. 164

*Aug. l. 11. in Gen. ad lit.*

## *Peruerſus, & immoderatus affectus mentem perturbat, & intellectum obſcurat.*

*Vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile* Sed quonam modo, quibuſnam oculis videre potuit lignum eſſe bonum ad veſcendum, cùm omne illi malum, & miſeriarum cumulus ſubeſſet? Sine dubio turbatis iam præ affectu & concupiſcentia oculis, mutatoue intellectu res alias vt erant oſtendente atque repræſentante: ſic ad hunc locum annotat Baſil. Seleu. orat. 3. in Adam his verbis. *Prius quidem videbat, ſed aſpectum expurgauerat affectibus, & propter puritatem ratio in ſeruitutem minime duci poterat; anima verò paſſionum vinculis impedita, cum oculo malum communicauit, qualia nempe ſunt animæ conſilia, tales & corporis motus.* Vere illud cum oculo malum communicauit id eſt affectus tenebras illi offudit vt rem aliam ab ea quæ reipſa cerneret. 165

*Baſil. Sel. orat. 3.*

*Diabolus ſub fuco voluptatis perniciem abſcondit.*

166 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, &c.* Conſtat hanc arborem fuiſſe ſcientiæ boni & mali, & vetitam, cur igitur dæmon vt mulierem deciperet vſus eſt aſtutia, vt oſtenderet oculis eius arboris pulchritudinem, & fructus ſuauitatem, cum malum inobedientię, & perditio mortis ęternę quam per peccatum incurrit, abſconderetur in ea & lateret? quia ſub ſpecie boni malum & ſub fuco voluptatis perniciem abſcondit: ita Didacus Ianguas Magiſt. ſacræ Theol. l. 1. de Cardin. leſu Chriſti operibus, conc. 1. de ieiu. eiuſd. *Sic omnes homines tentat vt per peccatum decipiat, ſemper malum abſcondit ſub ſpecie atque colore boni, & perniciem ac mortem ſub fuco voluptatis vel alterius commodi occultat, perinde ac ſi quis venenum melle conditum offerat, quod ſenſui propter dulcedinem gratum ſit, mortem autem propter reconditam nocendi vim afferat.*

*Didacus Iang. ord. prædic. l. 1. de card. Chriſti Domini oper.*

*Qui peruerſum conſilium non repellit, miſere cadit & alios inuoluit.*

167 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, tulit de fructu eius, &c.* Quid feciſti ô mulier? legem à Deo datam conculcaſti, & in tantam lapſa es intemperantiam, vt non contenta tot tantorumque fruitione, etiam vnicum hoc lignum de quo ne comederes præceperat Deus, auſa ſis contrectare: eſto igitur, teipſam in tantum præcipitium depuleris, & honore maximo priuaueris, quare & virum tantæ ruinæ participem facis? Nota quod conſilium ſerpentis perſuadentis diuinitatem, & cognitionem boni & mali non repulit: dicamus ergo non mirum, tam miſere lapſam, ſuumque virum eadem ruina obuoluiſſe, quia qui peruerſa conſilia admittit, non ſolum ſeipſum male perdet, ſed & alios in eandem perniciem adducet: ſic D. Chryſoſt. ho. 16. qui poſtquam de illo peruerſo conſilio à muliere accepto loquutus eſt, ait primo parenti: *Quare tam leue mandatum neque voluiſti ipſe ſeruare? ſed forte audiuiſti à muliere pernicioſi conſilij promiſſionem, & ſpe etiam ipſe inflatus cibi ſtatim particeps factus es, & idcirco vterque ſupplicium luetis, doceb itque vos rerum experientia, non eſſe fidelius maligni dæmonis conſilium, quam Dei præceptum.*

*Chryſ. ho. 16. in Gen.*

*Silentium ab initio maxime vtile.*

168 *Vidit mulier, &c. tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro ſuo qui comedit.* Cur ô mulier benefactori ingrata, vt tam facile fructum vetitum comederes? inſpiciamus quid factum ſit à muliere, reſpondit inquit, mulier, nempe ſerpenti; quid ea hac ratione inferes? quod ſi tacuiſſet, frænumque ori ſuo impoſuiſſet, in tam enorme peccatum non incidiſſet: obſeruat D. Amb. in Pſ. 38. *O validum ſcutum circumſpectæ munitionis ſilentium, ô fidiſſima ſtabilitatis fundamentum, in quo ſi quis potuerit ſtare, lubricum verbi timere non poſſit, vicißemus ſi Eua tacuiſſet, atque vtinam aut Adam fuiſſet ſurdus, aut Eua obmutuißet, ille nec vocem vxoris ſuæ audiret, iſta ne loqueretur marito, & lubrica vocis miniſterio, ſerpentis in virũ venena transfunderet.*

*Ambroſ. in Pſal. 38.*

*Qui plus ſapit quam oportet in profundum labitur.*

169 *Vidit mulier, &c. comedit, deditque viro ſuo qui comedit.* Comederunt exiſtimantes ſe futuros omniſcientes, ſicut promiſerat illis ſerpens: ſed quid illis accidit, niſi bonorum ſupernaturalium amiſſio, & vera ignorantia? qui enim Deo non credit vere ignarus eſt, vnde hęc ignorantia, & tot iactura bonorum niſi quia plus ſapere quàm oportet, voluerunt, & inde in profundum miſeriarum lapſi ſunt? ſic D. Macharius ho. 12. *Quanto plus volueris cognoſcendi ratione ſcrutari, ac penetrare, tanto plus in profundum deſcendes, & nihil comprehendes.*

*Machar. ho. 12.*

*E ſuperbia labimur in alia peccata.*

170 *Vidit mulier, &c. deditque viro ſuo qui comedit.* Vnde nam tam facile in inobedientiam delapſus eſt Adam? nota primum peccatum illius fuiſſe ſuperbiã, vnde D. Valer. Epiſ. Cemel. ait: ſi diligenter requiritis vniuerſa, quibus ab initio mundi Domino cœpimus diſciplicere, inuenietis omnium vitiorum principem fuiſſe ſuperbiam. facile igitur crimen inobedientiæ commiſit, quia qui ſuperbus eſt, nulla difficultate in alia incidit peccata: ita cit. Auth. *In officiũ libertatis, & ſtatim animũ ſuperbientis agnoſces, nunquam profecto ille aut ſine ſuo, aut ſine alterius peccato diem tranſigit, qui ſupercilio elatus incedit.*

*Valer. Ep. Cem. ho. 14. de bono humilitatis*

*Superbus vilis eſt.*

171 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, tulit de fructu & comedit.* Quomodo tam nobilis in tantam vilitatem deueniſti, vt ex Dei primogenita, fieres dæmonis & ſerpentis mancipium, obtemperans fallaciis eius, Deoque creatori tuo inobediens? diximus in conceptu ſuperiori, peccatum illius fuiſſe ſuperbiã, quid miraris ergo ita mutatam, vt ea nobili creatura Dei, fieret viliſſima dæmonis ſerua, quia omnis ſuperbus vilis eſt: accipe S. Valer. ho. 14. cit. *Superbia vilitatis eſt vitium, & indicium ignobilitatis, neſcis autem extollis nobilitas mentis, ſemper accreſcit apud indignos mores cum poteſtate ſupercilium.*

*Valer. hoc. cit.*

*Ita leuis eſt homo, vt non poſſit ferre Dei beneficia, niſi ſuperbiat.*

172 *Vidit mulier lignum, dedit viro ſuo qui comedit.* Quomodo ô homo infœlix, tantorum à Deo acceptorum es immemor beneficiorum, vt tam facile pręceptum eius transgrediaris? ſi illud obſeruas, innumeris aliis cumulaberis donis: reſponda hominem ita leuem, vt non potuerit Dei beneficia ferre niſi ſuperbiret, Dei pręcepta contemnens: ſic Rup. l. 2. de vict. verb. Dei c. 12. *Deſine pulſare altitudinem maieſtatis creatricis, magiſque pulſa, & accuſa leuitatem creaturæ, quia ingentia Dei beneficia ſuſtinere non potuit, ſed grandia Dei dona in materiam vertit ſuperbiendi, quid enim niſi bonum creatoris donum, in ſuperbiam extulit hominem.*

*Rup. l. de vict. verbi Dei. cap. 2.*

*Amor inordinatus, quod turpe eſt, efficit pulchrum.*

173 *Vidit igitur mulier quod bonum eſſet lignum, & pulchrum oculis.* Cum dictum fuerit quod produxit Dominus de humo omne lignum pulchrum viſu, pręcipue in paradiſo, certum eſt quod ſi conſpexit arborem prohibitam, quod vidit eſſe pulchram: at hic non eſt ſenſus, ſed quod amore inordinato ita in eã ferebatur, vt quamuis fœdiſſima eſſet, ſibi pulcherrima appareret: obſeruatio eſt Proc. *Antequam in arborem incontinentes manus admoueret, cogitatum habuit, eamque nimia licentia & voluptate aſpexit, quemadmodum interdum quidam nimis veneris ſtimulis exagitati, rem habent cum muliere turpiſſima, quamuis ipſi pu-*

*Procop. in Gen.*

*etnſeam eſſe formoſiſſimam : ita accidit & mulieri, vo luptas & nimia licentia dabant vt prohibita arbor ipſi albeſceret.*

*Amor inordinatus obcæcat mentem.*

174 *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum, &c.* Quid feciſti ô mulier? quare pernicioſo conſilio accepto non ſolum legem à Deo datam conculcaſti & contempſiſti, ſed etiam in tantum pelagus cecidiſti, vt perſuadetes viro tui criminis eſſe participem? & tu ô homo, quomodo tam facile neglecto Dei mandato, adducris ad eſum cibi vetiti? nota iam Adæ vxorem nimium placuiſſe : ne miremur igitur vxorem Deo

A prętuliſſe: mulieris enim amor hominem ſubuertit & illius mentem obcęcat : ſic Lipp. *Iam Adæ vxor placebat, amare diligere cœperat, fauorem vxoris, Domini Dei præceptis præferebat.* Lippom. in aur.

*Nitimur in vetitum.*

*Vidit mulier quod bonum eſſet lignum aſpectuque delectabile*, vel vt eſt in hebręo, *deſiderabile*. Sed cur, ô mulier apprehēdis illam arborem vt deſiderabilem, cùm deſiderare non liceat quę à Deo prohibita ſunt? ideo deſiderat quia prohibitum, nitimur enim in vetitum; ſic Caiet. B *Quod apprehenderetur à muliere vt deſiderabilis oriebatur ex eo quod nitimur in vetitum.* 175 Caietan.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. VI.*

*Vlg.* Et tulit de fructu illius & comedit deditque viro ſuo qui comedit.

*Septuag.* Et ſumans de fructu eius, edit & dadit viro ſuo ſecum, & ederunt, *ſic Auguſt.*

*Cald.* Dedit etiam marito ſuo & comedit cum ea.

*Arias.* Et cœpit de fructu eius, & dedit etiam viro ſuo ſecum, & comedit, *ſic Caietanus*, *Pagninus.*

*D. Ambroſ.* Accipiens de fructu eius manducauit, & dedit viro ſuo ſimul, & manducauerunt ambo.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

IN Hebræo eſt dictio ima, id eſt ſecum, quam addiderunt ſeptuag. & tamen vulgatus non expreſſit, quia ex dictis ſubintelligitur, Caldęus ſic tranſponit & comedit cum ea, omnino tamen in idem tendunt.

## EXPOSITIO VERSVS VI.

E*T tulit de fructu illius.* Cum iam conſenſiſſet falſis pollicitationibus ſerpentis, eiuſque mendaciis illecta Dei ſui tranſgrediens pręceptum, extendit manum ad arborem prohibitam, & illius fructum accepit, & comedit, deditque viro ſuo, acceptum arboris prohibitæ fructum guſtauit illiuſque externi guſtus ſapore illecta, nullum adhuc ſentiens externum damnum, viro ſuo obtulit, vt etiam comederet, ſicque vterque promiſſionum dęmonis fieret particeps.

*Qui comedit*, conſentiens vxori, ne contriſtaret delitias cordis ſui, ſimiliter Dei præceptum violauit fructum arboris vetitæ comedens.

Non erit inconueniens primum Euæ peccatum inquirere cùm plura commiſerit, dico illud fuiſſe ſuperbiam, ſtatim enim poſt verba ſerpentis pro- D mittentis diuinitatem, omnemque boni & mali cognitionem motus elationis extitit in Eua indigne ferente aſtrictam ſe teneri ea lege, & cupiente ſuo arbitratu libere viuere, nulli ſubiectam ſibiq; ipſam ad viuandum ſufficere & hæc eſt ſuperbia, quæ omnis peccati fuit principium Eccleſ. 20. teſtatur.

De primo Adami peccato ſimiliter indicandum eſt, nempe quod fuerit ſuperbia, vt c. 4. Tobię declarat dicentis ſuperbiam nunquam in tuo ſenſu aut in tuo verbo dominari permittas: in ipſa enim initium ſumpſit hominis perditio, illa autem ſuperbia originem habuit ex Euæ verbis dicentis ſcientiæ præſtantia fere Deo ſimillimum fore, hinc animus eius E elatus eſt ſpiritu arrogantię, ductuſque illius excellentiæ obtinendæ deſiderio.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Peccator ita inimicus ſalutis proximi, vt ſe conſoletur cum eum participem habeat peccati ſui.*

176 T*Vlit de fructu eius, & comedit, deditque viro ſuo, & comedit.* Cur tecum virum in peccatum trahere voluiſti? cur peccatū peccato addere non timuiſti? dico peccatorem ita inimicum ſalutis ſui proximi, vt non ſolum non timeat delinquere, ſed ſe conſoletur, ſi ſui criminis participem habeat: ſic D Ber. in par. ſermon. ſer. 27. *Debuit illa peccatum ſuum deflere, nec addere peccatum peccato: ſed in hoc ſe putauit habere conſolationem, ſi virum faceret peccati ſui participem; quodammodo enim naturale eſt vnumquemque velle ſiue in vitiis, ſiue in virtutibus aſſociare ſibi conſortem.* Bern. in par ſermon. ſer. 27.

*Peccatum niſi ſtatim pœnitentia deleatur, aliud adducit.*

*Tulit de fructu eius, & comedit, deditque viro ſuo & comedit.* Quomodo autem dedit, niſi vel abuſiuo imperio, vel importunitate muliebri? non curo quomodo perſuaſerit viro fructum illicitum comedendum : ſed cur perſuaſerit, cum in hac perſuaſione peccatum peccato addiderit? quomodo non timuit iterum delinquere ? an primi egit pœnitentiam? minime, incidit ergo in ſecundum peccatum, quia niſi primum ſtatim deleatur contritione, ſæpe aliud attrahit : ſic Ferus, *Peccati ratio eſt, quod niſi ſtatim pœnitentia aboleatur, maiora ſumat incrementa : non contenta eſt Eua quod ipſa mandatum Dei tranſgreſſa* 177 Ioan. Ferus in Gen.

*eſt, ſed etiam in idem peccatum coniugem ſuum trahit.*

### *Societas inæqualis nocet.*

178 *Tulit de fructu & comedit, deditque viro ſuo qui comedit.* Vnde tranſgreſſio tam facilis præcepti? inſpiciamus quis aggreſſus ſuit mulierem, ad eam tentandam, nonne ſerpens? de quo Procop. loquens ait: ſerpens erat gratus mulieri cumque ſeu delitias tractabat propter inſignem indolem & quamlibet imitandi ſolertiam: nonne vides maximam cum muliere familiaritatem habere? Reſponda ergo principium noſtræ ruinæ ex familiaritate cum inæquali ſeu diſſimili eſſe: vnde D. Baſil. hom. 9. *Quemadmodum inquit in peſtilentibus locis ſenſim attractus aer latentem corporibus mortem inijcit, ſic in praua conſuetudine* (qualis fuit ſerpentis & diaboli inſtrumenti) *maxima nobis mala hauriuntur, etiamſi ſtatim incommodum non ſentiatur.*

*Baſil. hom. 9.*

### *Solus, ſecurus videtur.*

179 *Tulit de fructu & comedit, deditque viro ſuo qui comedit.* An quando ſolus ô Adam eras in Paradiſo cecidiſti? Minime, quomodo ergo nunc habens adiutricem iam grauiter lapſus es? quia aliquando ſolus exiſtens magis ſecurus eſt quam comitatus: ſic D. Ambroſ. Epiſt. 14. de ſe loquens ait. *Nunquam minus ſolus ſum, quam cum ſolus eſſe videar, nec minus otioſus quam cum otioſus, ſolus Adam adhærebat Deo in paradiſo, quando autem mulier adiuncta eſt, præuaricatus, & de paradiſo eiectus.*

### *Homo liberrimus eſt.*

180 *Tulit de fructu & comedit, deditque viro ſuo qui comedit.* Cur ô Deus optime hominis permiſiſti tam miſerum lapſum? Cur eum non creaſti ita perfectum, vt non poſſet tua tranſgredi mandata? Vt hominis libertas in operationibus ſuis declaretur, ſit vel vituperio vel laude dignus: ita D. Theodoret. quæſt. 36. Deus rationalem hominem creauit, rationalium autem proprium eſt libero vti arbitrio, nam inter homines, alij ſunt virtutis amatores, alij vero nequitiam exercent, ſi quis igitur de improborum creatione conqueratur, priuat vtique virtutis athletas præmiis victoriæ, ſi enim in electione voluntatis non haberent deſiderium virtutis, ſed natura immutabiles eſſent, ignoti eſſent egregij virtutis athletæ, & cum voluntas habeat optionem bonorum & malorum, hi merito victoriæ coronam conſequuntur, illi vero pœnas luunt, pro its quæ volentes admiſerunt.

### *Intemperans quaſi cæcus eſt.*

181 *Tulit de fructu eius.* Ne comedas quæſo Eua gratiæ enim qua ornata viget anima tua, iacturam facies: iuſtitia originali priuaberis, comedit tamen non proſpiciens futuras ſibi calamitates, vnde cæcitas illa? Nota quod intemperantiæ nempe gulæ vitio ducebatur, comedit ergo nihil faciens tot dona, quia intemperans ita cæcus eſt vt ſplendores gratiæ pro nihilo habeat: ſic Eſichius ad Theodul. centur. 1. *Qui obcæcatus non videt ſolis lumen, ita qui nec ambulat temperanter, pretioſos gratiæ ſupernos ſplendores nequit proſpicere, neque à malis & Deo odioſis operibus liberabitur.*

*Eſichius ad Theodulum centur. 1.*

### *In ſcientia nolumus alteri cedere.*

*Tulit de fructu illius comedit deditque viro ſuo,* Vniuerſas arbores Paradiſi præteriens ad vnam ſcientiæ arborem ſubſiſtit prior, quod conſiderans B. Athan. Synait. lib. 11. hexa ait, *Cur ambo ſimul non comederunt, ſed mulier primum?* Sane in re ſciendi mulier nec marito ipſi cedere ſed ſibi primatum arrogauit. 182

*Anaſt. Syn l. 11. l. 11. hexam.*

### *Guloſus anteponit ingluuiem ſuam Dei legibus.*

*Tulit de fructu dedit viro ſuo & comedit* Nonne acceperas ô Adam mandatum à Deo de non comedendo fructu huius arboris? nonne tot beneficia à tuo conditore accepta ad obedientiam et præſtandam ſollicitabant? cur ergo tranſgreſſus es illius præceptum? cur illud contempſiſti? reſponde guloſum anteponere ſuam ingluuiem Dei præcepto: ſic notat D. Chryſoſt. *Oportebat virum pluris facere præceptum Dei recens, quam illicitam hanc concupiſcentiam, & non fieri præuaricationis participem, neque ob minimas voluptates tantis ſe ipſum priuare bonis. & offendere benefactorem, qui illum tanta liberalitate amplexatus eſt, vitamque doloris & laboris omnis expertem conceſſit.* 183

*Chryſ. hom. 16. in Gen.*

### *Adulatio occaſio noſtræ ruinæ.*

*Tulit de fructu illius & comedit.* Quomodo tam facile perſuaſionem ad violandum præceptum Dei admiſit? nonne virtutibus variis ornata & exculta erat? inſpiciamus quid dixerit ei ſerpens, cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno Paradiſi? quaſi diceret cur tecum corpore pulcherrimo, viribus præſtantiſſimo animo, intemerata, & abſque vlla contagione peccati tam minutè anguſtéque Deus egit, vt id tibi pomum vetare voluerit? vide te florentem & mirum immodum vndequaque conſpicuam, atque inde facile agnoſces, non benè cum tua dignitate & pulchritudine tam minutæ rei præceptum ſa gerere, nonnè hæc omnia adulationem ſignificant? reſpondeo ergo non eſſe mirum ſi tam facile fructum vetitum comedit, quia diabolus plus adulatione extorquet, quam aliis vitiis: ita D. Cypria. ſer. de ieiunio & tentat. Chriſti, in illa verba diaboli mitte te deorſum. *Putabat malignus quam gula non vicerat, vana gloria ſuperari, experientia quippe rerum didicerat, & in multis probauerat, vitiorum victores ſæpe nugis laudationum corruptos, & cognatum propinquumque eſſe virtutibus malum adulationem;* expende quæſo hæc verba vitiorum victores ſæpe nugis laudationum corruptos. 184

*Cypr. ſer. de ieiun. & tent. Chriſti.*

### *Diabolus quæ promittit matura, acerbiſſima ſunt.*

*Tulit de fructu eius* Cuius ligni? illius de quo Moyſes *vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum & pulchrum oculis aſpectuque delectabile*, ad quem locum ſingularis & opportuna eſt tranſlatio qua vſus eſt Nyſſenus, quod eſſet oculis & guſtui pulchrum & maturum, quaſi Euæ pomum non ſuaue modo, ſed ſua etiam maturitate carpendum videretur, nihilque expectandum, quominus iſtud ſtatim ederet. Quid vidiſti mulier? fructum maturum, falleris, quia nihil tibi & nobis acerbius aut amarius excogitari poterit, cum noſtris adhuc dentibus de pomi tui acerbitate ſtupor hæreat: dic ergo fructus quos ad ſpeciem maturos dæmon commonſtrat & pollicetur, acerbos nobis & immaturos eſſe neceſſe eſt, 185

*Greg. Nyſ. orat. in 40.*

*Qui prima voci dæmonis non obturat aures, ſecundam admittit ruens in perditionem.*

193 *Tulit de fructu illius & comedit, deditque viro ſuo qui comedit.* Tam miſera cecidiſti, quæ iam Dei chara, eiuſque gratia ornata degebas? inſpiciamus huius caſus originem, ſerpens eam alloquitur dicens, cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno paradiſi? & hanc vocem dæmonia libenter audiuit: non mirum igitur cecidiſſe, quia qui primę illius voci non obturat aures, ſecundam admittit, ſicut Eua admiſit, deinde ruit in perditionem, ſecum alios ducens: ſic D. Phil. Abb. de ſilen. Cleri. Qualis inuenitur prima illa mulier extitiſſe, quã voce ſubdola ſerpens legitur ſubduxiſſe, & ſic ambo peruerſum conſilium ad finem nefarium perduxiſſe; qui quoniam ad primam vocem exactoris à iuſtitia defecerunt, nos longè poſt futuros æquè miſeros effecerunt, & maledictio quę illis voluntariè promerentibus eſt infuſa, in coactiam nolentes lege mirabili, vel magis miſerabili pœnaliter eſt infuſa, quę ſic noſtram inuenitur naturam miſeram propedire, vt iam illum exactorem, aut non vix poſſumus non audire, & cum ab eius laqueis facile poſſent primi homines reſilire, nos ab eis iam non poſſumus niſi cum graui luctu greſtus habiles expedire.

*Philip. Abb. de ſilen Cleric.*

*Bonum non agnoſcitur niſi cum amiſſum fuit.*

194 *Tulit de fructu eius, deditque viro ſuo qui comedit.* Quomodo Deus hominem in tanta dignitate conſtitutum, tot bonis fruentem, ita miſerè cadere permiſiſti? tot labores deinde ſufferre, qui tantis deliciis fruebatur, tot incommoda pati, qui ante abundantiſſime omnibus neceſſariis potiebatur: ideo hoc permiſit, vt cum bonum non exiſtimaſſet, illius amiſſione, intelligeret quanti iacturam feciſſet: ſic D. Proſ. l. 1. c. 19. *In vita contemplatiua, miſeri neglexerunt quid intereſſet inter bonum quod amiſerunt, & malum quod inuenerunt quia ſi amiſſo tanto malo nullum malum incurrerent, quale perdidiſſent bonum, forte neſcirent.*

*Proſper. lib. 1. ca. 19.*

*Diabolus alterius fauore vtitur, vt non videatur tentator.*

195 *Tulit de fructu eius, deditque viro ſuo qui comedit.* Cur ô ſerpens fructum illius arboris homini non dediſti, ei ſignificans illius eſu conſequuturum diuinitatem, & omniſcientiam habiturum, non autem per fœminam? ideo non per ſe, ſed alterius fauore ea quę deſiderat exequitur, vt quaſi tentator non appareat: id ſignificare voluit D. Ignat. ad Symirnen. Epiſt. 10. qui loquens de hæreticis ait: *Poſteri ſunt & nepotes ſpiritus illius omnis mali inuentoris. qui Adam fecit Dei mandatum auerſari per fœminam*, quaſi diceret alterius auxilio vtitur ad animas decipiendas.

*Ignat. Mar. ad Symirn. Epiſt. 10.*

*Voluptates citò faſtidiunt.*

196 *Tulit de fructu illius & comedit.* An alteram ficum ex arbore collegit, vt comedendam præberet marito? Non legimus, ſed eundem fructum quem tulerat de arbore, dedit viro ſuo id eſt mediam illius partem obtulit, ſi tam pulcher tibi viſus eſt & bonus ad veſcendum, cur non integrum comediſti? Cur dimidiam partem marito obtuliſti? Hoc eo factum eſt vt intelligamus voluptates corporis cito faſtidire, & cum ſolum guſtatæ fuerint, nauſeam parere, hoc innuere videtur Boëtius de conſolatione. *Quid de voluptatibus corporis loquar? Quarum appetentia quidem plena eſt anxietatis, ſatietas vero pœnitentiæ, quarum motus quid habeant iucunditatis ignoro, triſtes vero eſſe voluptatum exitus, quiſquis reminiſcitur voluptatum ſuarum, intelliget, quæ ſi beatos efficere poſſent, qui eis vtuntur, quin pecudes quoque beatæ eſſe dicantur?*

*Boëtius de conſolation.*

*Amor nihil diuiſum habet.*

*Tulit de fructu eius deditq; viro ſuo qui comedit:* Diximus in præcedenti conceptu mediam partem fructus marito dediſſe; itane tam exiguo amore erga virum tuum afficeris, vt non alium ficum ex arbore colligas ei dandum, ſed ſolum mediam partem prębeas? Nota ſignum fuiſſe amoris in Chriſto Domino qui buccellam panis comedens, alteram partem illius dedit proditori Apoſtolo; optime ergo ſolum dimidium fructum viro porrigit, vt declaret nihil diuiſum verum amorem poſſidere: ſic D. Bernard. ſerm. 59. in Cant. *Amor proprietatem annuit, ſocietatem non reſpuit.* 197.

*Ber. ſer. 59. in cant.*

*Memoria tranſgreſſionis legis, reuocat ab eius inobedientia.*

*Tulit de fructu eius, & comedit, deditque viro ſuo,* 198
O Moyſes ſapientiſſime, cur refers primorum parentum peccatum? Nonne poſteri eorum qui ſunt infirmiores, illorum exemplum ſequentes, grauiora peccata committent? Dicentes ſi progenitores noſtri tot gratiarum donis præditi, tam facilè deliquerunt, non mirandum ſi tot crimina eis deſtituti perpetramus? Nota non ſolum peccatum contra legem Dei retuliſſe, ſed etiam pœnas propter illius tranſgreſſionem impoſitas; meritò igitur hoc crimen retulit & illius punitionem, propter legis inobedientiam, quia memoria tranſgreſſionis illius, & pœnę ei conſtitutæ reuocant ab eius violatione: ſic Anaſt. Syn. l. 10. hexa. *Quoniam genti quæ non poterat facile perſuaderi, ea de cauſa cum ſcriberet, terrere volens incredulum Iſraelem, eis deſcribit legem quæ data eſt Adamo, & tranſgreſſione & pœnas, & ſententias, &c. quæ quidem omnia paſſi ſunt protoplaſti, quoniam ſcelerato ſerpenti obedientes, conati ſunt ſe ipſos Deos facere, hæc autem omnia exponebat populo, eos repellens, & veluti reprimens à defectione quã ſtatim laborarunt in Horeb, quæ accepit initium tranſgreſſionis ab illo mali auctore ſerpente, & à ligno quod dicitur inobedientia.*

*Anaſt. Syn. l. 10 hexa.*

*Ea non immerito prædicatur calamitas, quæ Saluatorem, & liberatorem habuit Deum.*

*Tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro ſuo & comedit.* Ecce quàm multus eſt Moyſes in referendo peccato primi parentis, nihilominus Angelorum lapſum obuoluit ſilentio, imo quale illud fuerit, quo ordine & modo perpetratum, nec in Moyſe, nec in ſacra aliqua pagina inuenies narratum, niſi in Iſaia ad ſẽſus allegoricos velis recurrere. Cur cauit Deus ne hiſtoria Angelici lapſus enarretur, cum ſigillatim hominum calamitas & peccatum recenſeatur: quia ea non immeritò prædicatur calamitas hominis, quæ ſaluatorem & liberatorem habuit Deum: ſauet Aug. lib. 2. de mirab. S. Scrip. c. 2. *Angelicum enim vulnus verus medicus qualiter factum ſit, indicare noluit, dum illud poſtea curare non deſtinauit: peccatum vero hominis quomodo factum fuerit profertur, ipſum namque quandoque promereri veniam, non deſperatur.* 199

*Auguſt.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. VII.*

*Vlg.* Et aperti ſunt oculi ambornm, cumque cogooouiſſent ſe eſſe nudos, conſuernnt ſolia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.

*Septuaginta.* Et agnouerunt quia nudi erant, & conſuerunt folia fici, & fecerunt ſibi ſuccinctoria.

*Cald.* Fecerunt ſibi cinctoria.

*Arias.* Et aperti ſunt oculi amborum ipſorum, cognouerant quod nudi ipſi, & conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi cingulos.

A *Caietan.* Et ſciuerunt quod nudi eſſent ipſi, & conſuerunt frondem, & fecerunt ſibi cinctiçulos.

*Vatabl.* Fecerunt ſibi ſubligacula, *ſic Anaſtaſius Syna.*

*D. Ambroſ.* Et aſſuerunt folia ficus.

*D. Auguſt.* Et fecerunt ſibi campeſtria.

*D. Chryſoſt.* Et fecerunt ſibimetipſis ſuccinctoria.

*Symmac.* Intelligentes facti ſunt.

*Moſes Barſep.* Conglutinauerunt folia ficulnea, feceruntque ſibi ſubligacula.

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

NOmen agorot ſignificat in vniuerſum id omne quod ambit & circumcingit: vnde fit quod plures cinctoria, alij cingulos, vel perizomata, vel campeſtria aut ſubligacula, quæ omnia circumcingunt, verterunt, cur Symmachus legat, intelligentes, vbi habemus & aperti ſunt oculi, vide verſ. quintum.

### EXPOSITIO VERSVS VII.

E*T aperti ſunt oculi amborum*: Non quod antea clauſi fuiſſent, ſed quia tunc inceperunt agnoſcere differentiam inter bonum, & malum; cum enim antea iuſtitiæ originalis tegumento operirentur, ſenſerunt per eſum fructus vetiti eo ſpoliari, & aduerterunt ſuam nuditatem, & confuſionem, quod ſubiungit textus.

*Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos* Propter inſurgentes libidinis motus, ob quos erubeſcebant, antea au-B tem corpoream nuditatem erant intuiti, tamen indumentis egere non exiſtimarunt, quibus nihil turpe videbatur: *conſuerunt folia ficus*, cùm huius arboris folia ſint lata & propenſa ad nuditatem obtegendam & ea ad manum aderant, tunc pelliculis quibuſdam ea folia conſuerunt, *& fecerunt ſibi perizomata*, id eſt cinctoria quædam, quibus præcipuè partes inhoneſtas velarent; reliquo enim corpore manſerunt nudi.

### CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Venit Dei filius ad quærendum hominem nudum & illum tegendum.*

200 A*Perti ſunt oculi eorum, &c. conſuerunt ſibi folia ficus.* Et cum Chriſtus Dominus ad ficulneam venit, alludit ad illam primam ficum, ex cuius folijs Adam decerpſit ad ſuam tegendam nuditatem; ſed ad quid Chriſtus Dominus ad hanc tendit cùm ſciat non habere fructus: reſpondet elegantiſſimè D. Petr. Chryſol. ſerm. 106. *Ad ficulneam venit Chriſtus ad quam legitur Adam nudus fugiſſe poſt culpam, venit ergo ad ficum Chriſtus, vt inueniret Adam, vt nudum tegeret, pro ſui corporis indumento, cuius ficus iſta non velabat, ſed ſtimulabat pudorem.*

Petr. Chryſ. ſerm. 106. Matt. 21.

C *ſuæ ſpoliationis ſenſum acceperunt, vt per erubeſcentiam quæ inuadebat ipſos, certò ſcirent in quantam ruinam ipſos adduxiſſet mandati domini prævaricatio: qui enim antea fruebantur tanta fiducia, & neque ſibi conſcij erant, ſe ſe nudos eſſe, nec nudi erant: quandoquidem ſuperna ipſos gloria quouis veſtimento honeſtius tegebat; poſt eſum autem hoc eſt prævaricationem in tantam humilitatem redacti, vt ob intolerabilem erubeſcentiam, veſtem tunc quærerent:* expende ergo illa verba *propter peccatum ſuperna gratia amictu nudati*, quaſi diceret bonum indumentum gratia, ſed per peccatum eo priuamur ex quo apparet noſtra nuditas.

D

*Gratia per peccatum priuamur.*

201 *Aperti ſunt oculi amborum, & cum cognouiſſent ſe eſſe nudos.* Vel vt habet Pagnin. ex Hebræo & cognouerunt ſe eſſe nudos; nonne ante eſum videbantur? cur ergo poſt fructus comeſtionem ait apertos eſſe oculos eorum vt cognoſcerent ſe eſſe nudos? nonne ſe nudos videbant? reſpondet acutiſſimè D. Chryſoſt. ho. 16. in Gen. *Quia guſtus ille inobedientiæ erat argumentum, & prævaricatio mandati à Deo traditi, ob quam cauſam poſt ea ablata eſt gloria, quæ illos circundabat, quia ſe indignos tali honore fecerant, propterea ſcriptura morem ſuum obſeruans, inquit comederunt & aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt quod eſſent nudati propter peccatum ſuperna gratia amictu, & ſenſibilis*

Chryſ. ho. 16. in Gen.

*Dæmon multa promittit, ſed acquiſitis deſtituit.*

*Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus.* Nonne promiſit ſerpens vos fore Deos, ſi comederetis de ligno ſcientiæ boni & mali? quomodo ergo in tantam miſeriam prolapſi eſtis, vt emendicetis veſtimenta quibus nuditas veſtra tegatur ab arboribus, cum Dij nullo indigeant? quia qui acquieſcit promiſſionibus diaboli, non ſolum maiora non poſſidet, imo poſſeſſis deſtituitur: ſic D. Chryſoſt. hom. 16 *Cogita quomodo & à quanto faſtigio in profundum præcipitium deiecit illos diaboli conſilium nam ſāta gloria dudum circumdati, nunc folia ficus conſuunt, & ſibi ſuccinctoria faciunt, hoc diabolicæ deceptionis lucrum eſt, hoc machinabatur illius conſolatio, vt non ſolum maiora non conferret, ſed & acquiſitis nudaret & deſtitutos ab his quæ habebant, oſtenderet.* 202

F

Chryſ. hom. 16. in Gen.

*Peccator*

*Peccator non habet niſi folia, non autem fructus bonorum operum.*

203 *Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus.* Cur ad nuditatem ſuam operiendam conſuerunt ſolum ſibi folia? nonne aliquid aliud præ manibus poterunt habere, quo poſſent operiri? nota myſticè, fructus ficus, opera bona ſignificare, folia autem, eorum apparentias, ſicut Matth. 21. dicitur de Chriſto Domino qui ad ficum venerit, ſed ideo offenditur, quod non inuenerit fructum, ſed tantum folia; reſpondeo ergo recte dictum quod folia conſuerunt, vt operirent nuditatem ſuam, quia peccator poſt tranſgreſſionem mandatorum Dei, ſolum habet operum apparentias: ſic D. Amb. lib. de Parad. c. 13. *Docet me Adam quid ſint folia, qui poſtea quam peccauit de foliis ficus, fecerit ſibi ſuccinctorium, qui de fructibus magis eius guſtare debuerit, iuſtus fructus eligit, folia peccator: quis eſt fructus? ad Gal. 5. fructus inquit ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, modeſtia, continentia, caſtitas, non habebat fructum, qui ſpiritum non habebat, non habebat gaudium, qui præuaricatus eſt mandatum Dei, non habebat continentiam, qui de interdicto ſibi guſtauerat ligno.*

Amb. li. de Parad. c. 13.

Galat. 5.

*Caecus eſt peccans.*

204 *Cumque cognouiſſent, &c. & aperti ſunt oculi eorum.* Ergo cæci fuerunt ante, ſi poſt eſum cibi, aperuerint oculos, quando cæci fuerunt? in eſu illius fuere, quia tunc tranſgrediebantur Dei præceptum: ſic Serapion, quotidie fit quod factum eſt, in prioribus illis parentibus, quando nempe peccamus, quaſi cæci ſumus, cùm peccatum eſt, tunc agnoſcimus, quod fecimus, & Orig. lib. 7. *Quos prius habuerunt perſpicuos animæ oculos, fruentes Deo & eius Paradiſo eos vt opinor propter peccatum clauſerant.*

Ori l. cōt. Celſum.

*Omnes in Adam peccauimus.*

205 *Cumque cognouiſſent ſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus.* Inſpiciamus quid dictum ſit Nathanaeli Ioan. 1. qui interrogans Dominum vnde eum ſciret, ait ei: cùm eſſes ſub arbore fici vidi te, quid hoc ſibi vult? ſciendum eſt omnes ſimul concurriſſe ad colligendum fructum vetitum ex ficulnea cum Adam, bene ergo dixit vidi te ſub ficu, quaſi diceret cognoſco peccatum originale incurriſſe ab initio mundi: ſic D. Aug. ſerm. 10. de verbis Domini. *Quid eſt cum eſſes ſub arbore fici vidi te? recordare inquit originale peccatum Adæ, in quo omnes morimur, naſcimur in carne peccati.*

Aug. ſerm. 10. de ver. Dei.

*Peccator ita infælix eſt vt quidquid agit, contra ſe agit.*

206 *Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus.* Deus eos interrogans, cur ſibi obedientes non fuiſſent, abſcondunt ſe à facie illius conſpectumque eius fugiunt, cur ſic fugitis? folia ficus aſſumpſiſtis quibus facile teneri poteſtis: nam folia ficus maxime retinent, vnde communi prouerbio dicitur folio ficulneo tenes anguillam: dicamus ita infœlicem eſſe peccatorem vt in his quæ agit, contra ſe ipſum agere videatur: hoc aſſerere videtur Phil. lib. de Ioſeph. vbi loquens de peccatoris infœlicitate ait. *Non ſemper eſt fœlix culpa & malitia,* quaſi diceret infeliciſſimus peccator in omnibus.

Phil. lib. de Ioſeph.



*Maximis bonis nos priuat peccatum.*

207 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus.* Nonne antea quaſi vitam Angelicam ducebant, nullo indigentes indumento, nec ſuam nuditatem erubeſcentes? quomodo ergo nunc ita ſunt miſeri, vt non habeant veſtimenta quibus cooperiantur? quænam occaſio tantæ miſeriæ? nonne tranſgreſſi ſunt mandatum Dei? non mirum igitur in tot calamitates incidiſſe, cùm peccatum maximorum bonorum quæ poſſidemus, priuatio & calamitatum occaſio ſit: ita D. Chryſoſt. hom. 16. *Vide à quanta gloria in quantam vilitatem deducti ſunt, qui antea quaſi terreſtres Angeli viuebant, tegmen ſibi ex foliis excogitant, tantum malum eſt peccatum, non ſolum enim nos à ſuperna beneuolentia alienos facit, ſed & ad multam confuſionem & humilitatem deducit, & cùm nos priuat bonis, quæ iam poſſidebamus, omnem etiam fiduciam aufert.*

Chryſ. ho. 16.

*Ex peccato cognitio turpitudinis.*

208 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos,* Nemini eſt dubium primos parentes cum oculis, & apertis oculis, & videntes, productos fuiſſe; cur ergo Moyſes ait apertos tunc fuiſſe oculos? nam aperire oculos, præſupponit habuiſſe eos clauſos: cum autem non habuerint clauſos, non eſt cur aſſerat habuiſſe tunc apertos, inſpiciamus ad quid aperuerunt: ait textus, & cognouerunt ſe eſſe nudos, cum ante peccatum nudi eſſent, & non erubeſcebant, quomodo ergo erubeſcunt? nonne in peccato ſunt? reſpondeo igitur apertos oculos eorum fuiſſe, cognouiſſeque ſe eſſe nudos, id eſt ex peccato ſuam turpitudinem & infamiam agnouiſſe: ſic D. Greg. Naz. orat. 2. in Paſch. *Poſtquam diaboli inuidia* (inquit) *& mulieris inſultus quem & vt mollior paſſa eſt, vt ad perſuadendum accōmodatior, admonit (ô infirmitatem meam, meam enim duco primi parentis infirmitatem!) accepti mandati oblitus, ab acerba illa eſca victus eſt, primum turpitudinem ſuam infamiamque cognoſcit.*

Gre. Naz. orat. 2. in Paſch.

*Peccatum in principio placet, in fine diſplicet.*

209 *Cùmque cognouiſſent ſe eſſe nudos,* Cur non in mentem venit, antequam comederent eſcam, cum iam elati & ſuperbi ex promiſſione diaboli? nam mulier viro ſuo narrauit, quæ à ſerpente acceperat, cur inquam non cognouerunt ſe eſſe nudos, id eſt impudentem nuditatem, quam ſine dubio deteſtati ſunt, cum conſuerint folia ficus ad eam tegendam? reſpondeo in principio non agnouiſſe, quia peccatum in principio maxime placet, poſtea vero agnouerunt, quia in fine diſplicet: ſic Moyſes Barcepha lib. de Paradiſo. *Peccatum initio ſupra modum placet, ac in fine luctum parit patranti: cum enim primi parentes cupiditate ferrentur in illam arborem, de ipſa edendi, & Deum ipſum & legem præ illa parui pendebant, at vbi ediſſent, nudatique erubuiſſent, odio ipſam ſunt proſecuti.*

Moy. Barcepha. Epiſ. Syrus part. 1. de parad.

*Operculum peccatorum areſcit.*

210 *Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus.* Scilicet ad tegendam nuditatem, hoc exponens Procopius, ait: conſuerunt folia ficulnea, id eſt adornarunt excuſationem peccati in ſpeciem, non probabilem; inſpiciamus quid in nouo teſtamento dictum eſt de Chriſto Domino Matth. 21. videns fici arborem vnam, ſecus viam venit ad eam, & nihil inuenit in ea, niſi folia tantum, & ait illi nequaquam fructus ex te naſcatur in ſempiternum, & arefacta

Matth. 21.

A a

eſt omnino ficulnea; nota folia fici areſacta, & folia A ficus accepiſſe primos parentes, ad obuoluendam nuditatem ſuam ſignificantem peccatum ſuum, quo ſuppoſito, quod fuit illius arboris peccatum tanto ſupplicio ſempiternæ ariditatis puniendum? audi D. Athanaſ. in ſuis qq. quæſt. 58. *Quia poſt transgreſſionem Adam accepit folia ficus, quibus obtexit ſuæ turpitudinis peccatum, Dominus areſecit operculum peccati, id eſt folia ficus, quibus Adam tegebatur poſt transgreſſionem.*

Ath. in ſuis qq. q. 58.

## *Excuſationes peccatoris ſunt quædam folia, quibus pudenda delicta vult abſcondere.*

B

211 *Et cùm cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus.* Quid denotat peccatorem aſſumere folia fici quibus nuditas ſua cooperatur? non enim ſine myſterio hoc enunciatur: ſufficiebat enim dicere cooperuerunt ſe, videntes ſe eſſe nudos, nota quod nihil eſt magis pudendum quàm peccatum, folia repræſentant aliquid inſolidum & tenue: reſpondeo ergo myſterioſè dictum peccatores Adam & Euam accepiſſe folia quibus nuditatem ſuam tegerent, quia excuſationes quibus pudendum & abominabile peccatum ſuum tegere voluerunt, fuerunt tenuiſſimæ & inualidæ: ſic declarat D. Amb. lib. de Parad. C c. 13. *Quicumque præuaricatur mandatum Dei, ſpoliatur atque nudatur, & fit ipſe ſibi turpis, vult ſe operire quibuſdam ficus foliis, fortaſſe quibuſdam inanibus vel vmbratilibus ſermonibus, quos compoſitis mendaciis aſſuens, & verbum de verbo ſtruens ad operiendam conſcientiam ſuæ mentis factique velamentum, peccatum intexit, vt pudenda ſua contegat, facit enim ſupra ſe folia, qui culpam velare deſiderans, aut carnis prætendit illecebras, aut alium quempiam perſuaſorem prodit erroris, aut diabolum delicti memorat auctorem.*

Amb. li. de Parad.

D

## *Inobedientiæ confuſio in nos redundat.*

212 *Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus & fecerunt ſibi perizomata.* Cum foliis ſe cooperiunt propter carnem ſibi rebellem, cur caro ſibi rebellis? Cùm dominium omnium acceperint, nonne etiam & corporis? vnde hæc ergo nuditas & probroſa confuſio? Scitis præcepto Dei inobedientes fuiſſe non mirum igitur plenos confuſione, quia inobedientia in propriam redundat confuſionem: ſic D. Greg. Mag. lib. 26. Moral. cap. 12. *Ergo ille primus inobediens, vt ſuperbiendo peccauit, pudenda contexit, quia enim contumeliam ſpiritus Deo intulit, mox contumeliam carnis inuenit, & qui auctori ſuo ſubditus eſſe noluit, ius carnis ſubditæ, quam regebat, amiſit, vt in ſe ipſo videlicet inobedientiæ ſuæ confuſio redundaret.*

Gre. Mag. l. 26. mora. cap. 12.

E

## *Inobedientia in principio generationis noſtræ inſculpta.*

213 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus.* Ad contegendam ſibi nuditatem propter genitalium inobedientiam, cur cùm omnes aliæ partes corporis ad nutum noſtræ rationis ſtant, hæc vna F repugnat? Nota quod hæc eſt porta natiuitatis noſtræ, bene ergo hanc partem permiſit eſſe rebellem, vt in ea inobedientia noſtra ſcripta ſit, tanquam in principio generationis noſtræ: ſic Hugo de S. Vict. *Ex miſericordia Dei, & vt homo ſubſiſtere poſſit factum eſt, vt cæteræ partes ad nutum rationis ſtent aut moueantur, vna autem pars rationi non obedit, in ſignum transgreſſionis, ſcilicet pudenda, ideo videlicet quod tota propagatio generis humani, per A partem illam erat tranſitura, ſcriptum eſt in ea quaſi in porta ſignum inobedientiæ parentum, inobedientia inflicta membrorum.*

Hugo à S. Vict.

## *Inobediens tanquam nequiſſimus, æternis dignus ſuppliciis.*

*Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, aperti ſunt oculi eorum.* Cæcitas primorum parentum nempe ſpiritualis ex inobedientia proueniens, effecit vt aperirentur oculi eorum, id eſt intellectus ad experiendam fœdam corporis ſui nouitatem: ſed cur eos ſolùm pudore ſuffudit? cur que alias ſolùm pœnas deinde temporales infligit? nonne æternas merebantur? inobediens enim æternis dignus eſt ſuppliciis: B dico Deum in hac vita pœna temporali inobedientem afficere, & ni pœniteat, æternis cruciatibus deſtinare: ſic Lactan. Firm. lib. 5. inſt. c. 29. *Quod ſi ſeruorum nequiſſimus habetur, qui Dominum ſuum fuga deſerit, iſque verberibus, vinculo, ergaſtulo, & cruce, & omni malo digniſſimus indicatur, & ſi filius eodem modo perditus atq; impius exiſtimatur, qui patrem ſuum dereliquerit, ne illi obſequatur, ob eandemq; cauſam, dignus putatur, quod ſit exhæres, & cuius nomen de familia perpetuò deleatur: quanto magis qui Deum deſerit, in quem duo vocabula C Domini & Patris æque veneranda conueniunt, nam ille qui ſeruum pretio comparat, quid ei cum beneficij confert præter alimenta, quæ illi vtilitatis ſuæ gratiâ ſubminiſtrat? & qui filium generat non habet poteſtatem vt concipiatur, vt naſcatur, & viuat, vnde apparet & non eſſe illum patrem, ſed tantummodò generandi miniſtrum: quibus ergo ſuppliciis dignus eſt deſertor eius qui Dominus verus & pater eſt? niſi quæ Deus ipſe conſtituit, qui ſpiritibus iniuſtis æternum parauit ignem, quod ipſe per vates ſuos impiis ac rebellibus comminatur.* 214

Lact. Fir. l. 5. inſt. c. 29.

D

## *Nihil tam oculos hominum offendit, quàm vitium impudicitiæ.*

*Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.* Ad contegenda ſcilicet genitalia, quæ vitium impudicitiæ ſignificant: cur quæſo hæc ſola corporis membra cooperiunt, & præcipue ante Deum cui nihil eſt inuiſum, cùm omnia occultiſſima pateant? quia nihil hominum oculos adeo offendit, & humanæ naturæ nobilitatem dedecorat, inuiſumque Deo quàm vitium carnis: ſic Lactan. Firm. l. ad Noph. c. 3. *Nihil* E *tam inuiſum Deo, quam mens inceſta, & animus impurus.* 215

Lact. Fir. l. ad Noph.

## *Concupiſcentiæ carnis cognitio poſt peccatum.*

*Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos, aperti, &c.* Certum eſt clauſos non habuiſſe antea, ad quid ergo poſt eſum fructus vetiti dicitur, quod habuerunt oculos apertos? dico tunc habuiſſe cognitionem carnis, quæ ex peccato prouenit: ſic gloſ. interli. *Aperti ſunt oculi amborum, nempe ad concupiſcentiam & cognitionem beſtialis motus: culpa quippe oculos concupi-* F *ſcentiæ aperuit, quæ innocentia clauſos tenebat.* 216

Gloſſ. interli.

## *Poſt peccatum pœnitentia facienda.*

*Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.* Cur potius folia ficus acceperê, quam alia? cum ſine dubio conſitus eſſet omni arborum genere paradiſus, potuiſſent igitur alia accipere, quibus cooperirentur: Nota folia ficus eſſe aſpera præ aliis arborum foliis: dicamus ergo ideo folia ficus præ aliis accepiſſe, ad ſignificandũ poſt peccati ſui commiſſionem, pœnitentiam: ſic D. 217

Ira. l.3.aduerſ.hæreſ. cap. 37. Iren.lib.3.aduer.hær.c.37. *Per ſuccinctorium in facto ostendit pœnitentiam ſuam, foliis ficulneis ſeipſum contegens, exiſtentibus & aliis foliis multis, quæ minus corpus eius vexare potuiſſent, condignum tamen inobedientiæ fecit amictum, conterritus timore Dei, & retundens petulantem carnis impetum, quoniam indolem & puerilem amiſerat ſenſum, & in cognitionem peiorem venerat, frænum continentiæ ſibi & vxori ſuæ circumdedit, Deum timens, & aduentum eius expectans, & velut tale quid ſignificans, quoniam inquit, eam quam habui à ſpiritu ſapientiæ ſtolam amiſi per inobedientiam, & non cognoſco quoniam ſim dignus tali tegumento, quod delectionem quidem nullam præſtat; mordet autem & B pungit corpus, & hoc videlicet ſemper habuiſſet indumentum, humilians ſemetipſum, niſi Dominus qui eſt miſericors tunicas pelliceas pro foliis ficulneis induiſſet eos.*

*Ex peccato bonorum terreſtrium acquiſitio.*

218 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus.* Cur ad folia ſeſe conuerterunt ad ſuam nuditatem obtegendam? Nota quòd bona mundana poſſunt ſignificari foliis, ſicut enim folia cito areſcunt, ſic bona huiuſmodi cito tranſeunt: aſſeramus ergo ideo poſt peccatum optime dictum accepiſſe folia quibus tegerentur, ad ſignificandum quod ex C peccato bonorum fit terreſtrium acquiſitio: ſic D.

Amb. li. de Para. c. 13. Ambroſ. lib. de parad. c. 13. *Ergo poſtquam ſpoliatos ſe illa ſimplicitate & ſanctitate viderunt integræ incorruptæque naturæ, quærere mundana, & manufacta cœperunt*, intuere quomodo poſt peccatum mundana & terreſtria requiruntur.

*Homo poſt peccatum agnoſcit ſe eſſe peccatorem.*

219 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus.* Cùm nuditatem tuam velis obtegere, & non ignores plurima eſſe folia etiam herbarum quæ magis idonea ſunt, vtpote magis extenſa, necnon ſuauiora corpori operiendo, cur eis non vteris? Nota quod folia ficus pungunt, ſunt ergo ſymbola peccatorum nos pungentium, & conſcientiam torquentium: forte ergo folia ficus poſt peccatum accepit, vt

Procop. ſignificaret ſe eſſe peccatorem: ſic Procop. *Quidam aiunt folia ficus eſſe quaſi quædam ſymbola peccatorum, quaſi ex propria natura ſtillauerint. Folia enim ficulneæ ſi corpus attingant, pruritum quendam inferunt, itaque peccata pruriginem oſtendunt.* E

*Ab initio typus hypocritarum.*

220 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus.* Quid denotat folia ſolum accepiſſe? nonne cùm ſcirent per eſum illius arboris morti eſſe obnoxios, conuenientius fuiſſet accipere fructum arboris vitæ? & ſic repellerent mortem: Nota quod per folia, hypocritarum geſta ſignificantur: per hoc ergo quod non acceperunt fructum, ſed ſolum folia, voluit Deus ſignificare conditionem hypocritarum, qui foliis & non fructu bonorum operum gaudent: F

Amb. in c. 13. ſic videtur aſſerere D. Amb. in c. 13. *Licet ſignificatur* (inquit) *futurum quod vltimis temporibus, populus Iudæorum ſub Domini ſaluatoris aduentu, qui eos vocaturus aduenit, exutum ſe virtutibus per diaboli tentamenta cognoſcens, & intecta conſcientiæ probra formidans, à religione denuo præuaricatione confuſus, eſſet à Domino receſſurus, verborum fluentium velut florum velaminibus adaperta pudenda*

A *geſtorum: ergo illi qui de ficulnea folia non poma carpſerunt, eliminati ſunt à regno.*

*Ex nobis flagellum.*

*Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos.* Cur poſt peccatum voluit hac pœna eos afficere, vt ipſa caro aduerſus ſpiritum pugnaret ita vt ipſam membris legi rebellam agnoſcerent, & tegumenta quæſierint, quibus nuditas turpis tegeretur? Vt à nobis ipſis ortum ſupplicium eſſe ſciremus: ſic D. Auguſt. Pſalm. 77. *Vt intelligas in te pœnam tuam, in te ex te ipſo eſt flagellum tuum, ſit ira tua tecum, ſit vindicatur in rebellem aduerſus Deum, vt ipſe ſibi ſit bellum, qui pacem noluit habere cum Deo.* 221 August. in Pſalm. 77.

*Pudor eſt efficax contra peccatum.*

*Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus.* Cur conſuunt ſibi folia ficus? Ex pudore; ſed pudor hic nimis tardus, vnde D. Ambroſ. quia ſerò venit quædam erroris præteriti verecundia, quæ errorem præuenire debuerat: ſed cur, ô Ambroſi, debuiſſet prius præcedere hic pudor? Quia nihil efficaciùs armare poteſt contra peccatum quàm pudor & verecundia: ſic D. Gregor. Nyſſen. hom. 1. Eccleſ. *Videntur eſſe arma valida, & potentia ad effugienda peccata, pudor: qui eſt inſitus in hominibus,* C *qui ideo (vt puto) eſt nobis à Deo inditus, vt huiuſmodi nobis animi affectio, ſit nobis auerſio à deterioribus, pudor enim magis quam timor erudit ſe ad praua fugienda, ſed & pudor ſequens debiti reprehenſionem, per ſe ſufficit ad caſtigandum eum qui peccat, ne rurſus in ſimilia incidat.* 222 Gra. Niſſ. ho. 1. Eccl.

*Non eſt neceſſe vt Deus ſubueniat, cùm nos id efficere poſſimus.*

*Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.* Cur Deus cùm D decreuiſſet eos induere, reliquit veſtimenta quibus cooperiretur eorum nuditas inquirere? Quia non eſt neceſſe vt nobis ſpeciatim ſuccurrat Deus, cùm ex nobis id poſſimus: ſic Abulenſ. in Geneſ. quæſt. 199. *Vt daretur*, inquit, *locus humanæ prudentiæ, & ingenio, ſi Deus ſtatim veniſſet, & de nuditate erubeſcentes induiſſet, & ſic homo nihil ſibi ipſe faceret de operimento, per quod appareret quid poſſet nouitatis inuenire humanum genus, vt ergo homo faceret aliquid à ſe ipſo, non venit Deus ſtatim.* 223 Abul. q. 199. in Ge.

*Ex ſuperbia carnis impudicitia.*

E *Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus.* Id eſt, cùm cognouerunt carnem rebellem, vndenam hic ſtimulus carnis & rebellio, cùm antea ſuam nuditatem non erubeſcerent? Nonne in ſuperbiam inciderunt, cùm audiunt ſe Deos futuros? Non mirum igitur carnis ſtimulos ſenſiſſe, quia ex ſuperbia in impudicitiam labimur: ſic D. Iſidor. cap. 39. libr. 2. ſent. *Vbi per ſuperbiam contra Deum tumuit, ſtatim carnis libidinem ſenſit, & pudenda operuit, ex culpa ſuperbiæ plerumque in abominandam carnis immunditiam itur.* 224 Iſid. Hiſ. l. 2. ſent. c. 39.

F *Peccatorum oculi intellectuales quæ neceſſaria ſunt, non intuentur.*

*Aperti ſunt oculi amborum.* Quid eſt eorum oculos fuiſſe apertos? An antea clauſos habuerunt? Minime, ait enim textus vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, quomodo ergo ſi nondum aperti oculi eorum erant, vidit mulier huiuſmodi lignum? Sine dubio ſunt differentiæ oculo- 225

rum alij, qui per præuaricationem aperiuntur, & alij quibus videbant, nnta etiam verba Domini Iſai. 9. Iſai. 9. in iudicium veni in muodum, vt non videntes videant & videntes cæci fiant: reſpondeo ergo bene oculos eſſe apertos, quia qui erant eis meliores, nempe intellectus, clauduntur in peccatoribus: ſic Orig. homil. 17. in cap. 24. Num. *Ego audiens vocem Domini mei Jeſu Chriſti, & virtutem bonitatis eius intelligens, ita adducito illud quod dicit, in iudicium igitur veni in mundum, vt non videntes videant, & videntes cæci fiant, quod in peccatoribus non vident illi oculi qui meliores ſunt, ſed ii qui ſenſus carnis appellantur, & qui concilio ſerpentis patefacti ſunt & qua mala ſunt, intuentur; cæci fiant, & qui cæci fuerint illis oculis, quos perſuaſio ſerpentis aperuit, videant bona Domini his oculis quos Ieſus ſaluator noſter venit aperire, niſi enim malorum viſus claudatur, bonorum non patebit intuitus.*

Orig. ho. 17. in c. 24. Nu.

A

B

### *Impudicitiam à nobis abigit Deus.*

226 *Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.* Poſt culpam iniecit illis Deus pudorem quo veluti auxilio à patrando crimine deterrerentur, cùm ſit ipſe pudor vehemens in comprimendis peruerſis affectibus, cur integrum corpus non cooperuerunt, ſed ſolum genitalia, cùm etiam erubeſcamus, cùm integro corpore nudi ſimus? Maxime pudenda cooperuere quibus detectis confundimur, vt ab eis omnis intemperantia luxuriæ arceatur: ſic Catena Græca; *Primus pudoris ſenſus neceſſariò circa genitalia fuit, vt longius pudor abigat hominibus intemperantem coitum.*

Cat. Græc.

C

### *Peccatum coram omnibus reddit confuſibiles.*

227 *Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata,* Cum antea eſſent nudi, quomodo non erubeſcebant, ſed ſolum poſt peccatum commiſſum? Quia ita eſt enorme, & coram Deo, & coram omnibus vt etiam confuſibiles reddat: ſic Ferus, *Fructus peccati confuſio, vel erubeſcentia, vere enim confundit nos peccatum, & confuſibiles facit corã Deo, & omnibus creaturis, quod ſi peccatum quis rectè videret, coram ſe ipſo confunderetur.*

Feruſ.

D

### *Ita impudentia eſt nota, vt naturaliter aperiatur.*

228 *Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos,* Nuditatem cooperuerunt foliis ficulneis, vt eorum quaſi impudicitia tegeretur: caro enim aduerſus ſpiritum pugnabat motibus inuſitatis & inhoneſtis; ſed à quo doctore acceperunt hos motus libidinis eſſe illicitos, cùm primi fuerint qui eos paterentur? dico virium libidinis ita notum eſſe, vt ſola natura duce illud agnoſcatur: ſic Rup. lib. 3. in Gen. c. 10. *Ignominiam huius paſſionis pudendam eſſe natura ſponte cognoſcit, ſine doctore intelligit, vltronea fuga confitetur, cur hoc? quia creaturæ rationali ineſſe non debuit, ſed ab offenſo Deo, non intelligenti honorem ſuum impoſita eſt, vt comparetur iumentis, quidquid enim à Deo ſiue propitio, ſiue irato inſtitutum eſt, hoc omnino natura hominis neſcire non poteſt.*

Rup. li. 3 in Gen. c. 10.

E

F

### *Veſtimenta quibus operiremur in ſtatu innocentia, fuiſſent ſplendores & virtutes.*

229 *Cognouerunt ſe eſſe nudos,* Veſtiti ergo erant, ſed quibus veſtimentis? quæ nec neceſſitas optabat, nec pudor exigebat, nec intemperies cœli ſollicitabat? dico non huiuſmodi fuiſſe veſtimenta quibus operirentur, ſed virtutes quibus anima ornaretur, ſplendores quibus tegerentur & illorum nuditatis amictum futurum: ſic D. Baſil. ho. quæ inſcribitur quod Deus non ſit author malorum: *Cur non ſtatim eis ab initio amictus ſunt præparati? quoniam hæc nec naturalia eſſe, neque ex arte decebat, nam naturalia propria ſunt brutorum, vt pennæ, pellium craſſitudines, &c. quæ vero ex arte ſunt opera, negotium generant, quod vt maxime homini noxium vitandum erat, alia parata igitur erant, quæ ex gratia Dei erant illum illuſtratura, vtpote fulgores quidam; quales ſunt Angelorum:* ſed clarius D. Ambr. c. 13. lib. de parad. *Cognouerunt interiore ſcientia, non tunicam ſibi ſed virtutum deeſſe velamina.*

Baſil. ho. quod Deus nõ ſit auth. malorum.

Amb. c. 13. l. de parad.

### *Peccator ita perturbatur, vt neſciat quid agat.*

*Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.* Notat Magiſter hiſtoriæ ſcholaſticæ c. 23. in Gen. quòd folia ficus quandam voluptatis pruriginem excitant: cur ergo ne vobis patentes eſſent illiciti carnis motus, foliis ficus vna contegitis, cum maiorem libidinem, quam compeſcere deſideratis excitatis? quia ita peccator perturbatur & commouetur animo, vt quod prius ſibi occurit ſine conſideratione præcipitanter arripiat; accipe D. Aug. lib. 11. de Gen. ad litt. c. 32. *Non arbitror cogitaſſe eos aliquid in illis foliis ficus quod calibus congrueret contegi, iam membra prurientia, ſed occulto inſtinctu ad hoc compulſi, in illa perturbatione, vt etiam talis pœnæ ſuæ ſignificatio à neſcientibus fieret quæ peccatorem factum conuinceret, & doceret ſcriptura lectorem.* 230

Aug. li. 11. de Gen. ad litt. c. 32.

### *Ab hypocriſi oritur culpa excuſatio.*

*Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata,* deinde interrogati, cur inobedientes fuiſſent, vterq; omni conatu quo potuit, excuſationem præbuit: vndenam tam impudenter vterq; ſe excuſat? inſpice quid dicat textus; conſuerunt folia, per quod denotatur hypocritarum conditio, qui ſolùm foliis nempe apparentiis gaudent: ne mireris igitur primos parentes ſe excuſaſſe, ab hypocriſi enim oritur culpæ excuſatio: ita D. Bern. ſer. 82. in cant. loquutus de primis parentibus qui ſe tegere conabantur: *Frondium* inquit *ſuccinctoriis, & verbis excuſatoriis,* ſubdit, *quam late ex tunc & deinceps omnem poſteritatem hæreditariam hypocriſis virus infecit quem dabis de filiis Adã qui quod eſt non dico velit, ſed vel patiatur videri?* 231

Bern. ſer. 82. in cant.

### *Peccatum non ſolum bonis ſpiritualibus ſed temporalibus nudat.*

*Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus.* Si nudi, cur arbores foliis ſuis denudant? ſi per arbores paradiſi quas Dominus eis conceſſerat, intelligimus bona temporalia quorum Dei beneficio erant poſſeſſores, non mirabimur quod cum eſſent nudi & deſtituti Dei gratia ex inobedientia ſua foliis arbores denudauerint, quia delictum peccatorem nudat, non ſolum bonis ſpiritualibus, ſed etiam temporalibus: ita Baſil. Seleuc. orat. 3. in Adamum; *Iam ſeductionis fructum vindemiarunt, conſuerunt folia ficus, ipſi nudati nudant arbores.* Quaſi peccati hic fructus ſit in hominem nudatum gratia, ipſis etiam exterioribus bonis expoliet & nudet. 232

Baſil. Seleuc.

*Qui honores & regias maieſtates exoptant nihil niſi leuiſſima folia carpunt.*

233 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus*, Nonne pollicitus fuerat ſerpens vos futuros tanquam Deos, & ideo omnium reges, fructum ſcientiæ boni & mali deguſtantes? ſolum in manibus veſtris intueor folia decerpta ex arbore, vbinam diuinitas, vbi omniſcientia, regia dignitas? hæc omnia folia ſola commutata; qui enim honores & maximas dignitates appetunt inordinate, nihil niſi leuiſſimas frondes accipiunt: ita D Ephr. homil. de pœnit. *O vafritiem & calliditatem draconis! ſic primos parentes Adam & Euam nudauit, cum enim diuinitatem iis promiſiſſet inſtar vermium eos in terra verſari fecit denudans ipſos*, en totam mundi fœlicitatem, maieſtatem, diuinitatem à ſerpente propoſitam, commutatam in folia ficus & nuditatem?

Ephr. ho. de pœnit.

*In ligno quo periit, homo reparatur.*

234 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos conſuerunt folia ficus*, Ex cuius arbore ſecundum aliquos ramus quidam fuit in Hieruſalem tranſlatus & plantatus, qui in arborem creuit ex qua tandem crux Chriſti Domini confecta eſt: ſed cur Chriſtus Dominus voluit ex hac arbore ficus ſibi crucem fieri? vt in ligno quo periit homo, eodem repararetur: audiamus, Petrum Riga presbyterum Rhemenſ. celeberrimum poëtam & antiquum in ſuo quem inſcripſit libro de aurora.

Petr. Riga.

*In libris legitur Græcis, quod ab arbore cuius*
*Fructu peccauit primus vterque parens,*
*Ramus in Ieruſalem ſanctam tranſlatus ibidem*
*Plantatur, creſcit, magna fit arbor ibi.*
*De qua facta fuit crux, vt repararetur in illo*
*Quo periit ligno perditus omnis homo.*

*Vexatio dat intellectum.*

235 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, fecerunt ſibi perizomata quibus tegerentur*, Quis artem conſuendi veſtimenta eos? quis ſimul conſuere folia docuit? non legimus Deum fuiſſe, Angelum huius artis doctorem non agnoſcimus; quomodo ergo tam cito perizomata confecere? nonne afflicti erant & vrgenti neceſſitate compreſſi? ne mireris igitur ſuccinctoria ſibi comparaſſe, quia vexatio dat intellectum ad quodlibet efficiendum: ſic fere Procop. *Vbi corpus nudatum & quaſi ſuo habitu ſpoliatum eſt, illico ſcaturire cœpit fons artium inuentionis, proinde conſarcinant folia.*

Proc. in Ge.

*Conſcientiæ ſtimulus nos pungit vt crimen agnoſcamus.*

236 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos*, Poſt eſum fructus vetiti, quomodo in ipſamet comeſtione nuditatem ſuam non agnouere, id eſt, quomodo ex illa nuditate tunc crimen, quod committebant, non fuit illis patefactum? nota quod omnis qui peccatum cōmittit, quaſi cæcus peccare exiſtimatur, vbi enim viderit quod antea excæcatus fuerit cùm deliquit, ait non cernebam quid faciebam; bene igitur poſt eſum fructus prohibiti cognouerunt ſe eſſe nudos, peccatum ſuum agnoſcentes, quia tunc ſtimulus conſcientiæ ita exacerbauit vt non potuere crimen non agnoſcere: ſic ait. Procop. *Conſcientiæ ſtimulus accedens nos pungit, & efficit vt peccati abomina-*

Procop.

A *tionem conſpiciamus*, & ſubdit Theod. *Aperti ſunt oculi amborum non quod antea oculos clauſos haberent, ſed ſenſum ac ſtimulum conſcientiæ, qui eos remorderet, ita ſcriptura appellat.*

Theod.

*Afflictio in Dei veri cognitionem nos inducit.*

*Aperti ſunt oculi amborum*, Certum eſt non eſſe ſermonem de oculis corporis, ſed mentis vnde optime Symmachus facti ſunt intelligentes, ſed quid eſt oculos mentis fuiſſe apertos? Nonne ſcientiam rerum ſtatui innocentiæ conuenientium poſſidebant? Nota cum fidem adhibuit Eua præcipue dictis ſer-B pentis, exiſtimauit ſerpentem veracem, non autem Deum; & ſic potuimus dicere de illa quod oculos mentis habuerit clauſos: aſſero igitur poſt afflictionem nuditatis ſuæ, optime dici, quod aperti fuere oculi eorum, quia prædicta afflictio in cognitionem ſolius Dei veracis fecit deuenire: ſic Rupert. *Non exteriores oculi, ſed interiores quos contra Deum clauſerant, aperti ſunt, quia videlicet veracem Deum, ſerpentem verò in ſua miſeria falſiſſimum cognouerunt, vnde pondera illud verbum in ſua miſeria cognouerunt*. Quaſi diceret tunc in afflictione Deus ſolus verax ab eis cognitus. 237

Rup. lib. 3. in Gen.

C *Fructus inobedientiæ eſt ditiſſimos efficere pauperrimos.*

*Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus.* Quomodo emendicatis folia ab arbore? Nonne omnium habetis dominium? Qui autem omnium habet poteſtatem, nihil ab aliis emendicat? Non ignoras cum folia ficus accepere iam peccatum inobedientiæ commiſſe; optimè igitur ita paupetes, vt folia quibus tegantur, requirant ab arbore; quia fructus inobedientiæ eſt, ditiſſimos conſtituere pauperrimos, & egenos: ita Lippom. *Conſuerunt folia fici vt ſubligacula formarent, emendare feſtinant* D *opus Dei imbecilles, qui domini & imperatores rerum omnium conſtituti fuerant, adeo iam honoris & bonæ ſtatus tutelam à fici foliis emendicabant, is fructus inobedientiæ & ſuperbiæ, contra verbum Dñi.* 238

Lippom.

*A peccato inſeparabilis eſt publicatio.*

*Cùmque cognouiſſent ſe eſſe nudos, fecerunt ſibi perizomata.* Quid facitis miſeri? Tegmen quæritis, & profertis ramum, ſane ramus potius eſt vendibilium præco, & ſignum alicuius manifeſtatiuum; cur E ergo folia vel ramum aſſumitis quibus peccatum tegatur? Imo detegitur: ita ſe res habet, vt noſcas, quàm inſeparabilis ſit à peccato eius publicatio, quando eodem habitu ſerpens antiquus & peccatum ſuggerit, & præfert ramum vt vendibilior appareat peccatoris infamia: ſic eleganter D. Baſil. Selc. orat. 3. *Tales dæmonis ſunt machinationes, cum voluptates ſauciat, & accuſat pudendum in modum, ad ruinam impellit, & ruentes publicis ignominiæ notis conſignat.* Nunquam peccatum nouit eſſe niſi ſub ſignis F quibus publicetur. 239

Baſil. Sele. orat. 3.

*Vbi ira deſæuit, etiam facillima effugia non cernuntur, niſi Deo monſtrante.*

*Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus.* Mirabar quod cum eorum oculi aperti fuerint vt viderent ſibi mala obuentura, pœnam mortis imminentem, irati Dei pene contorta ſpicula ad folia ficus recurrerint: nunquid non æque liberum erat illis currere ad fructus arboris vitæ? *Sane*, ait Chryſo. 240

*potuiſſet ipſe ſi voluiſſet cum aliis etiam de vita arbore edere, quod perpetuam illi conceſſiſſet vitam?* & tam prompta erat illi hæc arbor quàm ficus, cur ergo mortis reo in mentem potius venit ficus quam vitæ arbor, quæ erat infinitatis conceptæ facilis medicina? vbi Dei ira, incipit non cernuntur facillima effugia niſi dederit Deus videre illa.

### *Qui à Deo deficiunt, nihil non luctuoſum & vile complectuntur.*

*Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt ſibi* B

A *folia ficus*. Expende ex quo à Deo deficiunt, ad quid manus tendunt, nimirum ad folia ficus, & aſpera & nimis acerba: cur non magis ad platani folia contendunt, ſiue ad vitis folia, quibus ſuauius & leuius induerentur? ſed ea eſt mens peruerſorum, quæ non gaudeat niſi vilibus & acerbis, vt meritò dicat B. Baſil. Seleu. orat. 3. *Iam ſeductionis fructus vindemiarunt, conſuerunt enim folia ficus.* In iis ſemper eſt miſerorum errorum vindemia, non equidem in ſuauibus fructibus, ſed in vilibus foliis aculeorum & acerbitatum plenis. Baſil. Sel.

## *VARIETAS VERSIONVM I. PARTIS VERS. VIII.*

*Vlg.* Et cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem.

*Septuagint.* Et audierunt, &c. ad veſperam.

*Cald.* Et audierunt vocem verbi Domini, deam- C bulantis in horto ad auram diei, *ſic Arias, Pagninus.*

*Caietan.* Et audieruot vocem Elohim Iehoua ambulantis in horto ad ventum diei, *ſic etiã Vata.*

*Aquila.* Per ſpiritum ſanctum Dei.

*Anaſt.* Et audierunt vocem Dei deambulantis in paradiſo, in meridie.

*Alia Cald. verſ.* Ad quietem diei.

*D. Chryſoſt.* Audierunt vocem deambulantis in horto ad meridiem.

*Theod.* Meridiano calore tranſacto.

*Moſes Barzeſa.* Et audierunt vocem Domini Dei gradientis in paradiſo, inclinante die.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

R*Vach* רוח non ſolum ſignificat auram, ſed etiam ventum & ſpiritum, vnde fit quod vbi nos legimus ad auram, alij habent vel ſpiritum vel ventum: qui habent *in meridie*, hoc non debet intelligi præciſe de medio die, ſed de aliquo tempore poſt meridiem.

## EXPOSITIO I. PARTIS VERSVS VIII.

E*T cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo.* Loquutio hæc & deambulatio ſenſibiliter intelligenda, ſecũdum ſimilitudinem aliquam in qua apparuit, vel humana viſibili, vel ita vt ab eis aliqua refulgentia mirabilis, cerneretur, & licet non viderent effigiem humanam, audirent tamen vocem inde prorumpentem, & ſtrepitum qui- D ſi alicuius deambulantis, vox autem quam Deus protulit, neſcimus qualis fuerit.

*Ad auram poſt meridiem.* Eſt periphraſis pomeridiani ſeu veſpertini temporis, quo Deus in paradiſum venit: nam ad veſperum deambulauit, eo ſcilicet tempore quo ventus ſpirare ſolet, præſertim Zephyrus, & diei æſtus incipit quieſcere & remitti.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deus tanquam optimus medicus viſitat nos infirmos.*

241 C*Vm audiſſent vocem Domini deambulantis in* E *paradiſo.* Cur ô Deus iterum ad hominem ingratum accedis? nonne infinita in eum beneficia contuleras, præceptiſque munieras, miniſque terruxeras à præcepti tui tranſgreſſione? cur eum tanquam indignum tua viſitatione non abdicas? nonne infirmabantur Eua & Adam morbo peccati? non mirum ergo ſi ad eos viſitandos Deus accedit, quia optimus eſt erga nos medicus: ſic D. Chryſ. hom. 17. in Gen. *Velut medicus ad inualidum & ægrotantem, iacentemque ac indigentem cura & medici manu, protinus ad illum accedit.* Chr. ho. 17. in Gen.

### *Deus ſemper lux eſt.*

242 *Cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis ad auram poſt meridiem.* Hæc verba quaſi denotant excitatum Deum à ſomno ſe recreantem deambulare, & bene id quod cecinit Pſal. poſſemus dicere, exurge quare obdormis Domine, & ſi licuit eidem Pſal. dicere, & excitatus eſt tanquam dormiens Dominus, pro eo quod tardiuſculè ſubuenit, capta quippe iam fuerat arca Dei, & gladio ceciderant ſacerdotes eius, quanto magis tunc dormiſſe dicendus eſt, quando illo permittente tantum malum vniuerſo generi humano partum eſt? cur ergo ſi quodammodo dormierat, non dicitur quod poſt noctem, ſed poſt meridiem, Dominus Deus excitatus deambulaſſet? aſſero dictum non poſt noctem, ſed poſt meridiem, quia nunquam in tenebris eſt, ſed ſemper in luce, cùm ſit lux ſemper fulgentiſſima: ſic Rup. l. 3. in F Gen. c. 13. *Dominus Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ*, proinde ſiue *cum vigilat, ſiue cum nobis dormit, nunquam noctem, ſed ſemper habet diem, quia ſemper lux ipſe eſt.* Pſalm. 43. Pſalm. 77. Rup. l. 3. in Gen. ca. 13.

*Quod Deus aliquando videatur nobis dormire, noſtra culpa eſt.*

243 *Cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem.* Diximus in præced. conceptu, quod Deus quaſi dormire viſus eſt, com permiſit primos parentes tam grauiter labi, videtur quod Deus ſit culpandus cum dormierit, & dormiente draco infenſiſſimus hominem rapuerit, & deuorauerit? Nota quod alibi diximus nullas laudes dediſſe Deo, nec cum formati fuerint, neque domini omniũ conſtituti; nota ſimiliter quod vt Deus non dormiat, in arbitrio hominis eſt, qui ſemper illum ne dormitet aut dormiat commouere debeat; vnde & per Prophetam ſpiritus eius dicit, qui reminiſcimini Domini, ne taceatis, & ne detis ſilentium ei: dicamus ergo noſtræ tribuendum eſſe culpæ, ſi aliquando Deus nobis dormiat, cum enim impedi-reone ſomno indulgeat, debemus: hoc notat Ruper. lib. 3. in Gen. cap. cit. *Tota culpa illius eſt qui cuſtodem ſuum dormire permiſit, non autem eius qui tam ingratum ſilentium, vt merito obdormire poßit, ei præbuit.*

Rup. l. 3 in Re. c. citat.

*Deus ſemper benigniſſimus erga peccatores.*

244 *Cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo.* Nonne hominem operatus es, vt in omni honore eſſet, & in nullo Angelorum vita deterius ei foret, dediſtique ei pro habitaculo paradiſum voluptatis? ſi ſua malitia ab hoc honore cecidit, cur ad eum denuo accedis? ignobilem relinque, cum tibi proditor fuerit: dico Deum ſemper benignum in peccatores, & ideo ad eos denuo accedere ne inconſolatos derelinquat: hoc obſeruat D. Chryſ. hom. 17. in Gen. *Nec ſi quidem à ſua benignitate ceſſat, ſed ſemper ſibi ſimilis, quemadmodum clementiſſimus pater filium indignum quid nobilitate ſua per negligentiam ſuam commiſiſſe, & à ſummo honore ad extremam vilitatem redactum videns, paternis viſceribus commotus, non illum conſilij inopem, & auxilio deſtitutum ſinit, ſed iterum ſuum agit officium, paulatim illum à vilitate liberatum, priſtinæ reſtituit dignitati: ſimili modo bonus Deus miſertus eſt hominis, cum vxore ſua circumuenti diaboli inſidiis, cuius per ſerpentem conſilium acceperat.*

Chr ho. 17. in Geneſ.

*Deus ſuam iuſtitiam temperat miſericordiâ.*

245 *Cum audiuiſſent vocem Domini deambulantis.* Qui vocauit Adam dicens, vbi es? nonne mulier primò deliquerat? cur eam primò non interrogat? ad maiorem conceptus intelligentiam nota hanc ſimilitudinem, quod cum mare concitatum eſt ventis, ſolet euenire quod attollit in altum ſinuoſa fluctuum volumina, littoreis minabundum rupibus, ſed priore ſtatim congreſſu, in molliorem arenam expumat, vbi confringit tumentes fluctus ſuos, mitigatoque furore, in cautes mitius deferueſcit: dicamus ergo prius Adamum interrogaſſe quam Euam, quamuis Eua prior deliquiſſet, ſicut priuata perſona, vt iuſtitiam ſuam in eum prius exercens, illam erga Euam mitius exequeretur: ſic D. Chryſ. ho. ad pop. Ant. *Non vocauit Euam, ſed Adamum, qui omnium leuiſſime peccauerat, hunc iudicio primum accerſit, vt ab eo incipiens, qui aliqua poteſt venia potiri, etiam in eam quæ multo peccauerat, mitiorem ferat ſententiam.*

Chy. ho 7. ad po. Ant.

*Chriſtus Dominus nos ſitit.*

246 *Cum audiſſent vocem Domini deambulantis in paradiſo.* Quis hic Dominus Deus qui apparuerit? eſt A ne Pater, vel Filius, vel Spiritus ſanctus? audi Tert. lib. aduer. Praxeam ſic dicentem: filius viſus eſt ſemper, & filius conuerſatus eſt ſemper, & filius operatus eſt ſemper: filios ab Adam vſque ad Prophetas & Patriarchas in viſione, in ſomno, & ænigmate, in ſpeculo, ordinem ſuum præſtruens ab initio ſemper quæ erat perſecuturus, infinita ſemper edicebat, &c. habemus ergo Deum verbum apparuiſſe, dubium eſt, cur iam tunc hominem adumbrans clamat? vox enim ſonuit in auribus primorum parentum: reſpondeo clamare, quia homines perdiderat, quos maxime ſitiebat: ſic fere Aug. in Pſ. 51. *Quis in hoc ſeculo parturiat, & doleat, agnoſcunt fideles, quia inde* B *ſunt. Chriſtus hic parturit, Chriſtus hic dolet:* ſed quid dolet? niſi perditos eſſe peccatores, quorum ſalutem non eſt dubium ſe maxime ſitire: quod adnotat D. Aug. in Pſ. 61. *Illi repellebant, ego autem ſitiebam.*

August in P.am. 51. idem Pſ. 61.

*Eadem hora qua homo è paradiſo deiectus eſt, Chriſtus eum redimit.*

*Cum audiſſent vocem Domini deambulantis ad auram poſt meridiem.* Vnde fit quod poſt meridiem fuit è paradiſo eiectus? ad quid hoc reſpicit Deum feciſſe eum è paradiſo poſt meridiem? inſpiciamus quo tempore Chriſtus Dominus redemit nos? non- 247
C ne fuit hora nona? cur hora nona moritur? Hugo Card. reſpondet: *Vnde hora nona Chriſtus ſpiritum emiſit, qui ſexta hora crucifixus fuit? vt eadem hora reſtitueretur homo, qua de paradiſo eſt eiectus: ſed nonne illa vox Dei deambulantis in paradiſo, fuit aliqua lamentanti ſimilis, iam tunc præfigurans illum clamorem validum, & lacrymas, in quas demum effuſus in cruce Dominus expirauit.*

Hug. Card.

*Abſentia Dei quaſi amentes nos reddit.*

*Cum audiſſent vocem Domini deambulantis in paradiſo.* Abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini, nonne ſignum eſt dementiæ ſe à benefactore 248
D ſuo abſcondere, ægrotum fugere, & deuitare medicum? quomodo ergo abſcondunt ſe Adam & Eua à Deo ſuo qui eos ſanare volebat? nonne Deus abſens erat ab eis propter peccatum quod commiſerant? non eſt igitur mirum, ſi præbeant huiuſmodi ſigna; nam abſentia Dei quaſi amentes efficit: ſic D. Aug. 11. de Gen. ad lit. c. 33. *Cum Deus auertit intrinſecus faciem ſuam, & fit homo conturbatus, non miremur hæc fieri quæ ſimilia ſunt dementiæ.*

Aug. li. 11. de Gen. ad litt. cap. 33. lege Chryſ. hom. 17. in Gen.

*Abſentia Dei ex noſtris peccatis.*

E *Cum audiſſent vocem Domini deambulantis in paradiſo.* Tenet D. Aug. non fuiſſe Deum qui eis apparuerit, & locutus fuerit, ſed cur? nonne antea 249 Deus præſens eis loquebatur, cum præceptum impoſuit de non comedendo fructu? cur ergo nunc eos dedignatur alloqui per ſeipſum? cur ab eis abeſt? nonne præceptum Dei tranſgreſſi fuerant? nonne & aliter offenderant? ne miremur igitur Deum abſentem, non per ſeipſum, ſed per aliquam creaturam alloqui, F quia ex peccato abſentia Dei prouenit: ſic fere Aug. lib. 11. de Gen. ad lit. c. 33. *Fortaßis in illis intrinſecus vel effabilibus vel ineffabilibus Deus modis cum illis antea loquebatur, ſicut etiam cum Angelis loquitur illuſtrans mentes eorum, nunc tamen* (id eſt poſt peccatum) *quod audierunt vocem Dei deambulantis in paradiſo ad veſperam, non niſi per creaturam viſibiliter factum eſt*, quaſi diceret, peccatum auertit Deum ab eis, qui dedignatus ſicut antea eos alloqui præſentes.

Aug. li. 11. de Gen. ad litt.

### *Idem conceptus confirmatur.*

250 *Cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo*, Quid eſt Deum deambulare in paradiſo, cùm in eo ante ſteterit? Deambulatio ergo illius non ſine myſterio apponitur? Non equidem, nam Dei ſignificat receſſum, & abſentiam ab anima eorum: ſic Dionyſius Chart. *Deus*, inquit, *deambulauit quaſi ſuo motu deſignans ſe receſſiſſe ab eis, in quibus ante per gratiam manſit: quia in ſua obedientia non ſteterunt: deambulauit Deus quia non ſtetit in paradiſo terreſtri, ſcilicet à cordibus Adami & Euæ repulſus.*

Dio. Cha.

### *Sero agnoſcit ſuam culpam peccator.*

251 *Cum audiſſent vocem Domini deambulantis in paradiſo, ad auram poſt meridiem*, Septuaginta habent ad veſperam: eodem modo legit D. Ambr. cur dictum eſt audiſſe vocem Domini ad veſperam? Veſpera nonne eſt vltima pars diei? Optimè dictum eſt audiuiſſe tantum vocem Domini ad veſperam, quia peccator ſerò, & tardè audit inſpirationes Dei ad cognoſcendum ſuam culpam: ſic D. Ambroſ. de parad. cap. 14. *Quid eſt ad veſperam? Niſi quia culpam ſuam ſero cognoſcit, & ſero venit quædam erroris præteriti verecundia, quæ errorem præuenire debuerat: nam dum culpa fieret in corpore, & anima exagitatur corporis paſſionibus, non cogitat Deum ſenſus errantis, hoc eſt non audit Deum ambulantem in mentibus ſingulorum.*

Ambr. lib. de Para. c. 14.

### *Peccator inconſtans.*

252 *Cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo*, Cur Dominus deambulat poſt peccatum hominis, cùm antea non legimus deambulaſſe, cùm tamen in paradiſo ſteterit? nota ad intelligentiam conceptus, quomodo ſe habet erga nos Deus, vti ſpeculum nitidiſſimum, ac fideliſſimum, quod cùm tale ſit, recipit tamen ſpecies obiectorum, & ad cuiuſque obiecti ſeſe imaginem accommodat, ridenti ridens apparet, dolenti dolens, deformi deforme, formoſo formoſum videtur, qua ſimilitudine vſus eſt D. Greg. Nyſſ. tract. de beatitud. ita inquit iuſtum quoque Dei iudicium noſtris affectionibus aſſimilatur, qualiacumque à nobis commiſſa fuerint, tales nobis de ſuo præbens retributiones: reſpondeo ergo Deum poſt peccatum apparuiſſe deambulantem, vt illo ſuo motu inconſtantem ſtatum peccatoris ſignificaret: ſic D. Greg. Mag. lib. 28. moral. c. 1. cir. med. *Quid eſt quod poſt hominis peccatum, in paradiſo Dominus iam non ſtat, ſed deambulat? niſi quod irruente culpa, ſe à corde hominis motum demonſtrat*, & lib. 33. c. 3. ante medium, *increpauit ergo Adam deambulans, vt cæcis mentibus nequitiam ſuam non ſolum ſermonibus, ſed etiam rebus aperiret, quatenus peccator homo & per verba, quod fecerat audiret, & per deambulationem amiſſo æternitatis ſtatu mutabilitatis ſuæ inconſtantiam cerneret.*

Gre. Nyſſ. tract. de bea. — Gre. Mag. l. 28. mor. cap. 1. idem l. 33. c. 3.

### *Lux à peccatoris anima abeſt.*

253 *Cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo, ad auram poſt meridiem.* Cur hæc notantur à diuino ſcriptore quod deambulat Deus poſt meridiem, vel vt alij legunt ad veſperam? quid enim refert quo tempore deambularet? audi tamen D. Greg. Mag. lib. 28. cit. *Quid eſt quod ad auram poſt meridiem? niſi quod lux feruentior veritatis abſceſſerat, & peccatricem animam culpæ ſuæ frigora conſtringebant, ad auram namque poſt meridiem primus homo poſt culpam abſconſus inuenitur, quia enim meridianum charitatis calorem perdiderat, iam ſub peccati vmbra quaſi ſub frigore auræ torpebat.*

Gre. Mag. li. 28. citat.

### *Cum ab anima peccatoris primo abeſt Deus, in tenebris eſt, ſed non omnino.*

*Cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis, ad auram poſt meridiem*, Caldæus ad quietem Dei, D. Theodoret. in aura verſus refrigerationem, ſed D. Ambr. in Pſal. 40. pro his verbis legit ad veſperam, cur appoſuit ad veſperam? reſpondet D. Ambr. conſiderans Deum ſic clamaſſe: ô homo vbi es, ego te in lumine poſui, tu tenebras requiſiſti, in paradiſo vbi ſemper matutinus erat dies, veſper eſt factus, quoniam omnia peccata tenebroſa; ſed ſi in tenebris voluit declarare peccatorem eſſe, debebat potius dicere audierunt vocem deambulantis in nocte? nota quod veſperè adhuc aliqua lux permanet; dico ergo non ita obcæcatum manere peccatorem; ita vt omnino in tenebris, ſit ſed ei effulget aliqua lux: ſic Procop. *Veſpertinum tempus admodum congruebat huic rei, nam cum adhuc virtutem tenebant, vitiorum ignari veritatis lumen in ipſis vigebat, atqui relicto lumine, ad ignorantiæ tenebras contendit, & vitia ſectatur, veſper qui præcedit tenebras ei exoritur, non itaque lux ſtatim omnis ipſos deſeruit, ſed paulatim, veſpere enim audiere Deum.* 254

Ambro. in Pſalm. 40. — Procop.

### *Ne in peccatis maneamus, omni diligentia qua poteſt, efficit Deus.*

*Cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo*, cur cùm tam grauiter Deum offendiſſent & contempſiſſent, poſt tantam prouidentiam ſuam, eruditionem, beneficia ab eo accepta, non dixit Deus derelinquamus homines tam ingratos? quid enim aliud proderit? quæ vtilitas? nihil ex omnibus his dixit; ſed ad eos veniſſe vt à peccato erigeret, nam ne in peccatis maneamus omni qua poteſt diligentia efficit: ſic D. Chr. *Nihil horum dixit, ſed protinus ad illum venit, alloquutus eſt, conſolatus eſt, at rursus aliud admonuit remedium, videlicet laborem ac dolorem, nec prius deſtitit omnia facere, donec naturam collapſam reſtituiſſet, atque à morte liberaſſet & ad cælum prouexiſſet.* 25

Chriſ. ho. de Adam & Eua.

### *Peccatum refrigerat Dei amorem.*

*Cum audiſſent vocem Domini deambulantis ad auram poſt meridiem*, Quid ſignificat Deum poſt tranſgreſſionem peccati ad auram poſt meridiem deambulare? quid enim intereſt vtrum ad auram poſt meridiem deambulauerit Deus vel non deambulauerit? nota ventum poſt meridiem flantem deſignare quoddam refrigerium, quod in meridie non ſentitur; reſpondet igitur D. Aug. ſer. 26. ad fratres in Eremo, *Poſt meridiem apparet. oſtēdens quod Dominus ab amore peccatorum refrigeſcit, quia per peccatum in homine refrigeratus eſt amor creatoris.* 256

Aug. ſer. 16 ad fratr. in Eremo.

### *Qui mala affectus eſt conſcientia, omnia ſuſpecta habet.*

*Cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo*, Vnde ſenſerunt Deum deambulare? non enim dicitur quod viderunt eum deambulantem, ſed quod ſolum audierunt vocem Domini: ex voce autem Domini quomodo collegerunt in paradiſo eum deambulare? ideo ſuſpicati ſunt eum ambulantem ad ſe venire, vt puniret, quia peruerſâ affectus conſcientiâ omnia habet ſuſpecta & vniuerſa 257

Chryſ. h. 8. ad po. Ant. formidat:ſic D. Chryſ. hom. 8. ad popul. Anth. *Talis eſt peccantium conſuetudo, omnia ſuſpecta habent, vmbras tremant, omnem ſtrepitum timent, quemq; putant contra ſe venire: multos igitur ſæpe conſpicati ad aliud myſterium currentes ad ſe venire cogitauerunt peccatores, & alüs alia inter ſe differentibus peccati ſibi ipſi conſcij, putant illos de ſe ſermocinari.*

## *Circumſtantia in ſacra ſcriptura maxime obſeruanda.*

258 *Cum audiſſent vocem Domini deambulantis poſt meridiem.* Nonne ſufficiebat Moyſem aperuiſſe quod Deus primos parentes vt ad meliorem frugem reduceret, quæſierit? cur igitur tempus, quo id egerit
B nobis compertum vult haberi? dicat igitur ſolum Moyſes cùm audiſſent vocem deambulantis hora ſuæ deambulationis omiſſa? imò hanc horam non prætermittat: circumſtantia enim temporis etiam in ſacra ſcriptura maxime obſeruanda eſt: quod notat
Gaſ. Melo c. 1. in Apo. Gaſpar à Melo Auguſtini. cap. 1. in Apoc. in illa verba fui: in ſpiritu in dominica die: *Temporis circumſtantia magnopere obſeruanda in ſacra ſcriptura, vt accepit Salomon ſapientiam nocte, vt in* 3. lib. Reg.
3. Reg. c. 3. Gen. 18. c. 3. *legitur, quoniam non duratura erat nec ad lucem peruentura: Abraham in meridie Geneſ.* 18.
C *Angelos vidit, quoniam ardebat tunc fide & amoris feruor in illo, Adamus punitur poſt meridiem, quoniam à luce iuſtitiæ declinabat.*

## *Chriſtus tardus ad pœnam, ad remiſſionem autem & ad redemptionem noſtram promptiſſimus.*

259 *Cum audiſſent vocem Domini deambulantis in paradiſo,* Quomodo ita lentè deambulat? nonne ille eſt de quo ſponſa Cant. 2. ait, ecce iſte venit ſaliens in
Cant. 2. mõtibus, tranſiliens colles, ſimilis eſt dilectus meus capreæ, hinnuloq; ceruorum? quomodo tanta celeritate progreditur? quomodo tanta currit cum veloci-
D tate, cum in paradiſo ita lente deambulet? ſed quid miraris lento gradu in paradiſo deambulantem? ad puniendum enim veniebat: ſponſus autem celerrimè progreditur; redemptionem enim generis humani & condonationem ſcelerum eius meditabatur:
Galf. in al. Tilm. ſic Galfridus in alleg. Tilm. *Deambulauit Dominus in paradiſo, non ſic poſtea venit ad ſponſam quæ in magno ſe gaudens amore præuentam in eo quod venientem cum celeritate conſpiceret: ecce inquit, venit hic ſaliens in montibus: nunc vero deambulare dicitur, quærens latentem inter frutices peccatorem, ſic enim ſanctus quidam exponent quod de Ioſeph*
E *legitur, quia inuenit eum vir errantem in agro, errabat, inquit, quia errantes quærebat: ſic velut cunctabundus & mutare paratus quod intendebat Dominus, deambulat, nec ferebatur impetu, ſed quaſi moras nectens retractando & expectando an pœnitere peccator vellet, hinc inde pergebat, retardabatur & lentis gradibus incedebat, vt pote qui veniebat triſtem mortalibus inferre ſententiam: ad ſponſam vero veniens feſtinat, & lætis admodum ſaltibus aduolat, æternæ reparationis afferens medicinam.*

## *Peccatum Dei iram excitat.*

260 *Cum audiſſent vocem Domini deambulantis ad auram poſt meridiem,* Quam vocem? Domini fortaſſe minantis, & quia peccauerant, terrorem ſignificantis: ſed quare ad auram deambulare dicitur? aduerte quod qui auram quærit, æſtuationis calorem
A ſe paſſum eſſe demonſtrat: non ſine igitur emphaſi dictum eſt peccato commiſſo, ad auram Deum deambulaſſe, ad denotandum quod ex eo in iram efferbuerit, à qua temperabatur per auram refrigerantem: ita Bruno cit. in Alleg. Tilm. *Ex hoc datur*
*intelligi quod primi hominis peccatum Deum in iram commouerat, non quod iſtæ paſſiones in Deo ſint; ſed quod eius voluntas, niſi humanis affectionibus ſignificari non poteſt.* Bruno in all. Tilm.

## *Deus cùm exiit à peccatore eum gyrat, vt viam denuo redeundi ad eum inueniat.*

*Cum audiſſent vocem Domini deambulantis,* 261
B Nonne ſufficiebat dixiſſe ambulantis? Cur igitur vſus eſt termino *deambulantis?* Et cur Deus non ambulat ſolum; ſed etiam vult deambulare? Aduerte quod deambulare non eſt in directum abire, ſed in gyrum: emphaticè igitur dictum poſt peccatum primi parentis à quo Deus expulſus, quod deambulat, quia ita miſericors eſt, vt eum gyret vt viam denuo ad eum redeundi inueniat: quàm verò elegãter hanc veritatem aperiat Hugo Vict. cit. à Tilm. audite: Hug. Vict. cit. à Tilm.
*Non ambulauit, ſed deambulauit, & illico quaſi errabundus & vagus in directum non vadens, ſed pergens quocumque: hoc eſt deambulauit, & quare*
C *deambulare ita voluit? vt oſtenderet ſe talem foris qualis intus cœperat ille eſſe: iam enim in eo mota erat veritas, & fluctuabat, & ideo veritas foris deambulabat, deambulabat tamen, & non diſcebat, neq; abiit in directum, elanguens quaſi irreuocabilis, nec reuerſus amplius, ſed prope gyrans & iuxta deambulans, abiit & non abiit, modo vadens, modo rediens, & motu quodam incerto æſtuans, quaſi nolens ſedem ſuam deſerere, nec valens pollutam manſionem ſuſtinere: Quid facis Adam? Quare ſiles? Voca diſcedentem, ſequere fugientem, quoniam adhuc prope eſt, & expectat ſi forte reuocetur, & ideo moram facit, & blande minatur abſceſſum læ-*
D *ſum ſe dolens, & violenter eiectum, & redire velle, ſi forte inuitetur vt veniat.*

## *Eodem ordine quo introiuit venenum peccati, venit & illius antidotum.*

*Cum audiſſent vocem Domini deambulantis poſt* 262
*meridiem,* Moſes Barzepha legit *inclinante die,* nunc quæſo conſideremus aliquod myſterium, nonne Angelus miſſus à Deo ad Mariam Virginem, veſpere etiam veniſſe credendus eſt, vt ex vſu Eccleſiæ, colligi facile poteſt, apud quam veſpere fit memoria
E huius ſacri myſterij, & omnes beatiſſimam Mariam Virginem Angelico Aue ſalutant fideles orantes etiam, & gratias Deo referentes pro tam ineffabili beneficio illis exhibito, quo poſito nonne ad veſperam, & poſt meridiem diabolus Euam viſitauit vt tentaret atque deciperet? Vnde & Dominus ad eam arguendam venit poſt meridiem, cur ſimiliter Angelus Domini ad Mariam viſitandam de cœlo venit veſpere, declinante iam ſole? *Vt eodem ordine* (inquit Didacus languas ſermoo. 2. de annunt.) *& Did. lang. Dominic.*
*modo veniret antidotum quo venerat venenum &* ſerm 2. de
*peccatum in mundum,* vnde & Cyrill. lib. 12. *de ador.* annun.
F *in ſpiritu, docet quod in ſcriptura veſpera typus eſt aduentus Chriſti & incarnationis eius.*

## *Etiam magnus Dei fauor quod vocet hominem etiam iam vita declinante.*

*Cum audiſſent vocem Domini deambulantis poſt* 263
*meridie,* Plures legunt ad veſperam, & Moſes Barſep.

A inclinante die: iam adueſperaſcente igitur die ſonat Dei vox in paradiſo, ſonat equidem & percipitur & auditur, cur citius quam inclinata iam die non vocat? Certe non exiguum Dei beneficium, ſane magnus fauor quod in fine diei vitæ noſtræ Deus clamet, Deus vocet, peccatorem, & quamuis ſit clamor

Amb. li. de Parad. c. 4. ſerotinus affectum pœnitentiæ excitabit in anima: accipe D. Ambr. lib. de Paradiſo cap. 4. ſic dicentem: *Quid eſt ad veſperam? Niſi quia culpam ſuam ſero cognoſcit, & ſero venit quædam errorum præteriti verecunditas quæ errorem præuenire debuerat, nam dum culpa feruet in corpore, & anima exagitatur corporis paſſionibus, non cogitat Deum ſenſus errantis, hoc eſt non audit Deum ambulantem in* B *mentibus ſingulorum.*

*A diabolo veniunt ſemper iudicia quæ aliquem inexaminatum & inauditum condemnant.*

264 *Cum audiſſent vocem Domini, abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi.* Nonne Deus eos appellat, imo illius vocem audierunt? quis igitur eos impulit fugere à facie venientis iudicis? ſane ſerpens qui vetiti ſuaſerat fructus eſum: an ita ſtupidus vt arbitretur eos poſſe Deum latere? non equidem, cur igitur? ſane vt iudicium in abſentes ferretur & inauditos, vt exinde pa- C reat ex quo auctore veniat quod abſentes & inauditi

Lucif. Epi. Calarit. l. 1. pro Athan. damnationem mortis incurrant. Vnde ſic venerabilis Lucifer Epiſc. Calaritanus lib. 1. pro Athanaſio ad Conſtantium, ſic eidem Imperatori loquitur: *Si iudicium Dei antiſtitum tam decet eſſe iuſtum, quod Dei iudicium dicatur determinatum, quomodo tu inauditum iubebas damnari à nobis? itaq; hoc tuum præceptum quod prolatum eſt à te, non eſt veniens de lege Dei, ſed eſt plane ex voluntate formatum diaboli, cumque omnium Chriſtianorum bono te hoc opus dixeris aggreſſum, vtiq; inſpecta opera tua da-* D *tur intelligi ſerpentem te illum eſſe imitatum, cupiens Dei mandatorum fieri tranſgreſſores, dediſti præcepta damnandum eſſe inauditum abſentem, negandamque eſſe audientiam purgare poſſe ſe de crimine obiecto proclamanti:* expende ab illis, *inſpecta opera tua datur intelligi ſerpentem te illum eſſe, &c.* ſerpens antiquus in illo habitans apparet, quando iubet abſentem & inauditum damnari.

*Ex peccato timor ſeruilis.*

265 *Cum audiſſent vocem Domini deambulantis in paradiſo.* Quid ais, ô Moyſes, an Deus deambulat? pe- E desne habet? nonne vbique præſens, & omnia implet, cui cœlum thronus, & ſcabellum terra: quomodo in horto continetur? cur hac phraſi ſacer textus vtitur? vt eorum timorem ſeruilem deſcribat clarius, cùm viſum ſit eis audire Deum deambulantem, quo perterriti pœnam timentes fugerant: ſic

Chryſ. ho. 17. in Gen. D. Chryſoſ. ho. 17. in Gen. *Voluit illos hoc tali modo ſentire, vt in magno mentis angore conſtituerentur, id quod & factum eſt, tanto ſiquidem ſenſu affecti ſunt, vt cum aduenifſet Deus; ſeſe occultare conati* F *ſunt, mox enim vt intrauit peccatum, & tranſgreſſio, tumultuatio ſimul eos inuaſit, & erubeſcentia.*

*Deus cum punit, deponendi iuſtam iram occaſiones inquirit.*

266 *Cum audiſſent vocem Domini deambulantis in paradiſo, ad auram poſt meridiem.* D. Hier. habet ad veſperam, cur ad veſperam venit Deus ad illos puniendos, cum ante meridiem peccaſſent? nota quod

A in veſpera diei ſolet ventus refrigerans excitari, quo nimius calor temperatur: ideo dictum fuit ad veſperam veniſſe Deum ad puniendos primos homines, ad declarandum quæſiſſe occaſionem temperandi iuſtam iram, qua in hominem ingratum æſtuabat: ſic aliquo modo Thom. *Loquitur de eo ad modum viri horto ſuo propter æſtum refrigerium quærentis,* & Abul. *qui ad auram ambulat, & calore refrigerari vult, ſic Deus poſt peccatum hominis calore iracundiæ incanduerat, ideo refrigerari volebat.* Tho. Aug. in Gen. Ab. Procop.

*Dei eſt, pœnis coercere impios.*

B *Cum audiſſent vocem Domini Dei ambulantis in paradiſo,* in Hebræo eſt *Iehoua Elohim*, id eſt, Deus Dominus, cur quæſo eum in creatione poſuit ſolum Deus, cum ad puniendum venit, addidit Dominus? quia non ſolum Dei eſt qui vocatur Elohim, ſed etiam Iehoua, id eſt, Domini punire: ita Procop. *Pulchre dictum Deus, hoc loco addidit Dominus, cùm tranſgreſſio hominis explicatur, & in creatione ſolum poſuit, fecit Deus cœlum, nam conſequens eſt, ſi quis naturam Domini diligentius exquirat, vt pœnis coerceat negligentes, & bona opera fugitantes, indigebant enim caſtigatione.* 267 Procop.

*Tardus ad puniendum Deus.*

C *Cùm audiſſent vocem Domini deambulantis in paradiſo.* Cur deambulabat cum ad puniendum venit? nota quòd motus deambulationis tardus, & grauis eſt: Reſpondeo ergo deãbulantem venire ad puniendum, quia tardus ad caſtigandum progreditur: ſic Aug. in Pſ. 44. *Puniendũ eſt peccatum, ſi puniendum non eſſet, nec peccatum eſſet, præueni illum, non vis vt puniat, puni; ideo enim differt, tenet manum, differt ergo manum à peccatis tuis tamen noli differre.* 268 Auguſt. in Pſalm. 44.

*Peccator audiens verbum Dei, ſignum ſalutis.*

D *Et cùm audiſſent vocem Domini deambulantis in paradiſo.* Nempe Adam & Eua: an pœnitentiam delicti ſui egerunt? dubitandum non eſt quod poſt tam graue delictum, ſurrexerunt & ſanati ſunt, inſpice quid dicat ſacer textus, audierunt vocem Domini: bene igitur diximus peccatorem audientem verbum Domini fore ſanandum: hoc notat D. Ambr. lib. de parad. c. 14. *Adhuc in his remedium ſanitatis eſt, qui audiunt verbum Dei.* 269 Amb. li. de Para. c. 14.

*Homo tardus verbi Dei auditor.*

E *Cùm audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem.* Seu vt D. Amb. cum Sept. legit ad veſperam, vnde animaduertẽdum ad veſperam non coniungere eum Deo deambulante, ſed cum Adamo audiente, ita vt ſit ſenſus, cùm ad veſperam audiſſet vocem Dei deambulantis, quid hoc ſignificat? niſi quod homo ſit tardus ad audiendum verbum Dei, cùm Deus forte in meridie vocaret, & Adamus non niſi ad veſperam audierit: vnde F D. Iacobus in ſua Canonic. nos admonet: *Sit omnis homo velox ad audiendum.* 270 Iaco. in ſua cão. cap. 1. verſ. 19.

*Deus vult nos mortis habere memoriam.*

*Et cum audiſſent vocem Domini deambulantis in paradiſo ad aurã poſt meridiem.* Cur ad auram poſt meridiem? hoc eſt ex ea parte ex qua aura poſt meridiem flare ſolet, nempe ex plaga occidentali: nota quod primi parẽtes neſcio qua ſpe viuendi in æternũ 271

excitati poſtquam in peccatum inciderunt, conſuerunt ſibi folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata, ac ſi virentibus induti foliis ſuam ſemper ætatem vernaturam eſſe teſtarentur: Reſponde ergo Deum vt eos à ſuo depelleret errore, veniſſe in primis ad auram poſt meridiem, ſicut explicuimus ex parte occidentali, vt ex ſolis occaſu illis occaſus vitæ portenderétur, tunc vernantibus foliis eos exuit, & fecit illis tunicas pelliceas ex mortuis animalibus detractas, vt ſuæ eos mortis quam peccando incurrerant, admoneret: ſic Hip. *Mortuum fecit ei veſtimentum qui à peccato mortuus fuerat; nam peccata habenti veſtimentum illud corporis corruptionem ſignificabat.* (Hippol.)

*Noſtra ſalus à Deo non differtur.*

272 *Cùm audiſſent vocem Domini Dei deambulantis ad auram poſt meridiem.* Nonne ſufficiebat, ô bone Deus, ſubſequenti die veniſſe ad eos puniendos? cur eodem die & non nocturno ſaltem, ſed veſpertino tempore? non craſtino die, nec nocturno tempore venit, ſed veſpertino, quia cum de ſalute hominis peccatoris ageretur, noluit diu differre: quia vt optime Tert. lib. 2. cont. Marcion. cap. 27. *Nihil tam dignum Deo quàm ſalus hominis.* (Tert. l. 2. cont. marc. c. 27.)

*Locum dat pœnitentiæ Deus.*

273 *Cùm audiſſent vocem Domini deambulantis in paradiſo.* Cur paulatim deambulat? nonne melius fuiſſet illos conuenire? ideo Deus deambulat, vt eis locum pœnitentiæ daret: ſic Hugo de S. Vict. *Ecce ait quanta eſt miſericordia Dei, non vult eos ſubito conuenire de ſua culpa, ne amiſſa verecundia inuerecundi fiant, & pertinaces, ſed dat eis locum pœnitentiæ & conſilij, vnde deambulat, vt audiant, & ſic fiant ipſius Dei memores.* (Hug. de S. Victor.)

*Non dedignatur Deus ſub forma ſenſibili apparere.*

274 *Cùm audiſſent vocem Domini deambulantis in paradiſo.* Si deambulat certe ſub forma ſenſibili, vt à primis parentibus agnoſcatur: ſed quid vilius creatura ſenſibili? quid autem nobilius ipſo Deo ſupremo & omnium creatore? quomodo ergo in forma corporea apparet? Quia tanto amore erga hominem fertur, vt propter eum non dedignetur ſenſibiliter apparere: ſic Caietan. *Deſcribitur ſub vtroq; nomine Deus, vt dignatio ſummi principij eſſendi vſque ad hoc in ſpecie ſenſibili appareat, & innoteſcat.* (Caietan.)

*Deus iudex ſingularum actionum.*

275 *Et cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo.* Scilicet vt ab eis ſuæ tranſgreſſionis rationem exigeret: ſed cùm duplex nomen hîc ſortiatur diuinum numen, *Dei & Domini* vnum ſuperfluere videtur, nempe *Dei*: ſufficiebat enim manifeſtari ſub Domini appellatione, vt cùm inobedientes ei fuerint, tanquam Dominum ſupremum cui obedientia debetur, agnoſcerent: nota aliud nomen Dei quod hebraice dicitur Elohim, ſignificare iudices. Rectè igitur vtroque nomine appellatur, vt declaret cuiuſlibet actionis prauæ futurum eſſe iudicem: ſic citat. Caietan. *Deſcribitur ſub vtroque nomine Deus, vt ab ipſo fonte eſſendi iudicium ſingularum noſtrarum actionum prodire tanquam à ſupremo iudice intelligamus.* (Caietan.)

A *Deus non ſolum vt iudex apparet, ſed ſeueriſſimus, & ex improuiſo.*

*Cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo, ad auram poſt meridiem.* Cathena Græca hunc ordinem ſtructuræ dictionum apponit, & cùm illi ad auram poſt meridiem vocem Domini audiſſent deambulantis in paradiſo, quia, inquit, ad auram, id eſt, ſub dio tunc fuiſſe Adam cum coniuge ſua ſequentia docent; cum enim ſonitum aduenientis Domini inaudierunt ſub arboris tegmen receſſerunt: ſi igitur ſub dio requieſcebant, aduentum Dei iudicis non expectabant: quomodo ergo tam citò B cum deambulantem audiunt ad exigendam ab eis rationem ſuæ inobedientiæ? Dico nihil tale expectantibus Deum ſubitò tanquam iudicem apparuiſſe, quia ad iudicium vniuerſale etiam ex improuiſo, tanquam ſeueriſſimus iudex apparebit: ſic Rupertus in cap. 20. Exodi. *Sic enim & vniuerſale iudicium duris corde, & impœnitentibus ex improuiſo ſuperueniet, tanquam laqueus & tanquam fur.* 276 (Cathen. Græc.) (Rup in ca. 20. Exod)

*Deus modo conuenientiori apparet ad largiendam nobis miſericordiam.*

*Cùm audiſſent vocem Domini Dei deambulantis* C *in paradiſo.* Cur ſub corporali forma, & humana apparuit Deus, & non ſub alia, quæ ipſum Deum exprimeret? Nota nos non tam ab homine timere, quam ab alio ſub forma incognita, & non viſa, quia ſimili facilius adiungimur, vt ab eo quod neceſſe eſt, requiramus: dicamus igitur ſub forma corporea apparuiſſe vt conuenientiori modo ad largiendam nobis miſericordiam præſentetur: ſic Moſes Barſepha 1. parte de Paradiſo: *Voluit vt audiretur ab ipſis ſuus inceſſus, & ipſe vt corporatus expectaretur humanâ formâ, vt præ motu feſtinarent ad eius gratiam agnoſcentiamque.* 277 (Moſ. Barſ. 1. p. de par.)

D

*Magna peccatoris debet eſſe humilitas.*

*Cum audiſſent vocem Domini deambulantis in paradiſo.* Terrefacti fugerunt, an exiſtimatis Deum poſſe effugere? Minime, nihil enim ei abſconditum; ſi ergo ad vos venire feſtinat, cur ad eum non acceditis miſericordiam impetraturi? Nota ſignum eſſe humilitatis in peccatore non audere ante conſpectum Domini offenſi apparere: forte ergo vt declarent magnam debere eſſe in peccatore humilitatem, E Domini conſpectum fugiunt eo ſe indignos omnino iudicantes: ſic D. Iren. lib. 3. aduerſ. hæreſ. cap. 37. *Ab altero ſeductus Adamus ſub occaſione immortalitatis, ſtatim timore corripitur, & abſconditur, non quaſi poſſet effugere Deum, ſed confuſus, quoniam tranſgreſſus erat præceptum Dei, indignum ſe putauit venire in conſpectum & colloquium eius.* 278 (Iren. lib. 3. aduer. hæreſ. cap. 37.)

*Ex defectu orationis plurima nobis contingunt mala.*

*Cùm audiſſent vocem Domini Dei ambulantis in* F *paradiſo ad auram poſt meridiem.* Hæc exilia videntur ſecundum Dei majeſtatem, quod tanquam homo poſt curas, vel laborem pranſus dormiat, & ſopori vel quieti ſuas deputatas habeat horas meridianas, ac deinde poſt ſomnum deambulando graue corpuſculum recreat, ac dulci releuat aura, ſed nihil tale de Deo cogitandum eſt; neque enim ambulat de loco in locum qui vbique eſt, nec dormit qui cuſtodit Iſraël, tamen alio modo dormire dicitur Deus, 279

cum ſcilicet diſſimulat & adiuuare tardat, vnde in Pſalmo: exurge quare obdormis Domine, ſic hoc loco homini dormiuit Deus, alioquin quomodo tantum malum accidiſſet? quod autem Deus diſſimulauerit, nec hominem in tentatione adiuuit, diximus non Dei ſed hominis culpam fuiſſe, ſed quænam culpa potuit ineſſe homini vt Deum non excitaret dormientem? nota cùm in tentatione ſumus poſiti orantes ad Deum confugere debemus vt ab ea nos liberet, quod non effecit vterque parens Eua ſcilicet à dæmone tentata, & Adam ab Eua: non mirum eſt igitur in tot calamitates incidiſſe, & nunc Deum ab eis pœnam delictorum ſuorum exigere, quia ex defectu orationis plurima ſolent mala contingere: ſic Ferus: *Quia Deum in tentatione poſitus homo non excitauit orando, idcirco ipſe nunc venit, qui diſſimulauit, nec hominem in tentatione adiuuit, vt pœna hominem excitaturus, ſic etiam nunc nobiſcum agit Deus, ſatius igitur eſſet vt nos eum orationibus excitaremus, ne ipſe cogeretur nos flagellis excitare.*

Pſalm. 43. | Nouſ. Fer.

a

## *VARIETAS VERSIONVM II. PARTIS VERS. VIII.*

*Vlg.* Abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini Dei, in medio ligni paradiſi.
*Septuag.* Abſconderunt ſe Adam & mulier eius à facie Domini Dei.
*Cald.* In medio arboris horti, *ſic Pagnin.*
*Arias.* Et abſcondit ſe homo & vxor eius.
*Caiet.* Abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Elohim Iehoua in intus ligni horti.
*Vulg. Antiqua.* In medio arborum horti.
*Chryſoſtom.* Et delituerunt tam Adam quàm vxor eius.
*Anaſt. Syn.* Et latuerunt.
*Moyſes Barſepha.* Et occultabantur Adam & vxor eius à conſpectu Domini Dei inter arbores paradiſi.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

NOſter interpres vtitur ſynecdoche, cùm ſolum ait, in medio ligni paradiſi, id eſt, lignorum ſcilicet arborum, vnde alij in plurali, inter arbores vel in medio arborum.

## EXPOSITIO II. PARTIS VERSVS VIII.

*ABſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini*, Ex quadam perturbatione animi neſcientes quid agerent, non audentes in conſpectu diuinæ maieſtatis apparere, præ pudore erubeſcentes abſconderunt ſe.

*In medio ligni paradiſi*, id eſt, in ea parte nemoris quæ denſiſſima erat, propter arbores, vt multitudine earum tegerentur vitarentq; conſpectum Domini.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Deus varias formas aſſumit ad noſtram vtilitatem.*

280 *ABſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini Dei.* Cur fugientes eos perquirit vt miſericordiam largiatur? ſine dubio fugam arripiunt, quia audierunt vocem Domini Dei deambulantis in forma ſcilicet humana, cur ergo ſpiritualiter non apparuit, ſicut aliàs, & pluries prophetis, vt immoti manerent, & latebras non quærerent? ideo nunc ſub hac forma apparet, nunc ſub alia, & aliquando ſpiritualiter, vt diuerſas formas induens; diuerſimodè ſit nobis vtilis: ſic D. Hilarius 12. de Trinitate vbi poſtquam diuerſas Dei apparitiones retulit, ſubiungit: *Curre per tempora, & intellige qualis viſus ſit, vel IESV Naue nomini ſui prophetæ, vel Iſaiæ etiam cum Euangelico teſtimonio viſum prædicanti, vel Ezechieli vſque ad conſcientiam reſurrectionis aſſumpta, vel Danieli hominis filium in æternorum ſæculorum ſempiternitate confitenti, & cæteris aliis quibus ſe in habitu variæ creationis iniecit, in viis Dei & in opera Dei, ad cognitionem ſcilicet Dei & noſtræ æternitatis profectum.*

Hila. 12. de Trinit.

*Deus vt ſeueriſſimus iudex quia extraneus, apparet.*

281 *Abſcondit ſe Adam à conſpectu Domini Dei,* Ponitur nomen Dei qui Elohim, id eſt, iudices ſignificat, fugiunt igitur ab eo tanquam iudice. Sed nonne benignus? maneant ergo, expectent ſententiam, cur ergo latebras quærunt, in nullo alio conſtituentes ſpem ſalutis niſi in fuga? cur non potius ſperant in nobiliſſimi ſibique familiariſſimi Dei clementia? inſpice quid dicat textus, cùm audiſſent vocem Domini Dei ambulantis; audiunt igitur vocem iudicis non præcogniti, ſed ambulantis, hoc eſt in habitu deforis venientis, & extranei; ne mireris igitur timore & tremore perculſos, latebras quærere, quia Deum iudicem ſeuerum, vt pote extraneum & ignotum extimeſcunt: ſic Moſes Barſepha parte prima de Parad. c. 28. *Sæpe alias apparuerat Deus Euæ, primo cum Adamum conderet, 2. cum lege imperata vetaret, ne de arbore cognitionis ederet, &c. ſane cuiuſcumq; huiuſmodi viſio fuerit pacatè ac blandè illis vicibus apparuerat ipſis, etiam ita plane ſe repræſentat, vt ſuis illis ſenſibus percipiant, nimirum humana ſpecie formidabilis, turbidus & difficilis & quaſi peregrè adueniens*, expende vnde proſiliant timores in primis peccatoribus, nimirum ex eo quod obiiciatur iudex quaſi peregrè adueniens.

Moſ. Bar. p. 1. parad. cap. 28

*Deus iudex ſeuerus apparet, vt confitentibus delicta, veniam largiatur.*

*Abſcondit ſe Adam & vxor eius.* Quia ſcilicet 181

Deus

A Deus tanquam iudex formidabilis apparuit, ſi nolebas primos parentes fugere, cur in hac forma vis conſpici, ut non facilis appares, & gratioſus, vt eos ad meliorem frugem reuoces? nota peccatores aliquando niſi terrore percuterentur, ſua crimina non detecturos: dico igitur ita formidabilem conſpectum ab eis fuiſſe, vt timore perculſi peccata confi-
Moſ. Barſ. terentur: ſic cit. Moſes: *Irâ tumens furenſque & ſuo inceſſu concutiens terram, atque adeo ipſas paradiſi arbores preſſis veſtigiis tremefaciens, huiuſmodi inquam habitu hic nunc videtur ab illis, nimirum vt panidi confiteantur ſua delicta, atque illius miſericordiam veniamque implorent, eò enim ſpectat quod*
B *ambulantis vocem audiſſe dicuntur.*

### *Fuga Chriſti Domini fuga antiquorum parentum attulit remedium.*

*Abſcondiſſe Adam & vxor eius à facie Domi-*
283 *ni*, ſcilicet fugientes, hæc fuga primorum parentum
Matt. c. 2. reſpicitne aliquid futurum? audiamus quid Mat. c. 2. dicat, quòd apparuit Angelus Ioſeph, eique dixit, vt acciperet puerum, nempe Chriſtum Dominum,
Petr. Chr. & fugeret in Ægyptum, ô Euang. ait D. Petr. Chryſ. deuoti militis eſt regis ſui tacere fugam, referre con-
C ſtantiam, virtutes loqui, tacere timores; aperire fortia, infirma reticere, aduerſa delere, prædicare victorias, cur ergo Euangeliſta ſancti pueri ſaluatoris fugam in memoriam ſempiternam ſcribis? reſpondeo Euangeliſtam timores & fugam diuini ducis decantare, hominumque commendare memoriis, non in decus fugientis, ſed vt eam fugam, declararet fugitiui hominis antiquæ defectioni remedium dediſ-
Theo. Ep. Ancyr. ho. cont. Neſt. ſe: ſic D. Theod. antiſtes Ancyreus hom. cont. Neſtori. *Nos à pio Domino aufugimus, vſum paradiſi deliciàs acceperamus, ſed legem violantes & infeſto*
D *hoſti morem gerentes, ex honore excidimus, & in terreſtrem hunc locum fugitiui illius ſerui vitio depulſi ſumus: quid ergo nunquid mira tarditas pulcherrimæ huius poſſeſſionis iacturâ efficit? abſit, nefas enim erat vt inuidia gratiam Domini ſuperaret, at quid igitur Dominus facit, adiungit ſe fugitiuo*, & rectè adiungit ſe fugitiuo vt fuga ſua fugitiuum dedecus eliminet, ſic fugæ fugam opponens & fugitiuus reſtaurat, & gloriæ pondus immenſum ſibi parturit.

### *Abſcondere ſe nituntur peccatores.*

E *Abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Do-*
284 *mini Dei*. Cur ſe abſcondunt, cum inabſconditi ſemper ante Domini conſpectum manebunt? qui mos eſt peccatorum, ſe ab oculis Dei abſcondere: ſic D. Chr.
Chryſ. ho. 17. in Gen. homil. 17. in Gen. *Abſcondere ſe tentant, ſed ne mireris, dilecte: talis enim peccantium conſuetudo eſt, vt tametſi occultari non poſſint, occultari tamen velint, & ſtudeant.*

### *Abſcondere ſe à Deo noſtra perditio eſt.*

*Abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domi-*
285 *ni Dei*. Si abſcondit ſe à Deo vterque, ad quem con-
F fugere potuit? non ad Angelos, qui ſibi etiam irati, non ad alias creaturas, quæ eis inobedientes erant: Reſpondet Phil. Hebr. 2. alleg. quiſquis à Deo fugit, ad ſeipſum confugit: ſed, ô homo inſenſate, quod remedium à te expectas, confugiens ad teipſum? audi
Phil. l. 2. all. eundem Phil. *Quam triſte, quam vanum, quam nullum hoc perfugium, id quidem eſt à vita in mortem, à cælo in gehennam, procidere potius quam profugere.*

### *Maximè timere debent peccatores.*

*Abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Do-* 286
*mini*. Cur te abſcondis, Adam? timore correptus fugit, ait D. Iren. lib. 5. cont. hæreſ. c. 37. non quaſi poſſet effugere Deum, ſed confuſus, quoniam tranſgreſſus fuerat præceptum Domini, indignum ſe putauit venire in conſpectum & colloquium eius, timor autem Domini eſt initium intelligentiæ: ſed cur timore corripitur, quia vnius pomi reus? quid ſignificat Adamum, qui nullius antea peccantis, & propter peccatum ſuum morientis terrebatur exemplo, propter vnius ficus guſtum ita formidare?
B vt timore ſuo moneat, quo motu corripiendi eſſent, qui innumera pene peccata commiſerunt: vnde optime D. Bern. ſer. de ver. Iob. ex c. 5. *Quis illis pudor* D. Bernar. in Iob.
*erit? quæue confuſio, poſt tanta beneficia tam tepidos, tam imperfectos, tam vacuos apparere ante faciem Dei noſtri? fugiebat Adam vt abſconderetur ab eo, poſt vnius vtique pomi vetiti guſtum, quid nos poſt tanta flagitia præſumemus?*

### *Peccatum erubeſcendum.*

*Abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Do-* 287
*mini*. Cur vos abſconditis? nemo adeſt qui peccatum
C veſtrum exprobret, nullus eſt teſtis qui vos accuſet, cur ergo pudore ſuffulti fugitis? ideo poſt peccatum fugæ ſe committunt, quia peccatum ita eſt de ſe erubeſcendum, vt ſine teſtibus confundat, vnde ipſi primi parentes etiam remotis arbitris de ſuo peccato erubeſcebant: quod obſeruat in omnis peccati admiſſione Tert. in Apol. c. 1. *Omne malum aut timore* Tert. in Ap.
*aut pudore natura perfudit, denique malefici geſtiunt latere, deuitant apparere, trepidant deprehendi, negant accuſati, ne torti quidem facile aut ſemper, conſtanter certe damnati mœrent, dinumerant in ſe-*
D *metipſos, mentis malos impetus, vel fato, vel aſtris imputant, nolunt enim ſuum eſſe, quia malum agnoſcunt.*

### *Peccator abſcondens ſe poſtquam deliquit, in via ſalutis eſt.*

*Abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Do-* 288
*mini*. Quod ſignum eſt abſcondiſſe ſe à facie Dei? videtur enim deſeſperatio quædam? nam ægrotus abſcondens ſe à medico, quomodo ſanabitur? qui in tenebris eſt fugiens lucem, quomodo illuminabitur? dicamus tamen peccatorem abſcondentem ſe à con-
E ſpectu Domini, tanquam confuſum præbere doloris ſignum, ſicque eſſe in via ſalutis: ſic D. Amb. l. de Amb. li. de Para. c. 14.
parad. c. 14. *Habent remedium qui ſe abſconderunt,* Pſalm. 6.
*nam qui abſconditur, erubeſcit, qui erubeſcit conuertitur, ſicut ſcriptum eſt Pſ. 6. confundantur & conteſtantur omnes velociter.*

### *Conſcientia contra nos clamat.*

*Abſcondit ſe Adam & vxor eius.* Cur vos ab- 289
ſconditis fugientes à conſpectu benefactoris veſtri? audiuimus vocem Domini: quam vocem audiſtis?
F proferte, non enim exprimitur niſi interrogatio, vbinam eras? hæc autem vox non erat ſufficiens vt fugeretis à facie Domini: quam ergo vocem audiſtis? vocem conſcientiæ ſuæ eos accuſantis, & ideo fugiunt: ſic D. Chryſ. hom. 17. *Conſcientia cùm aduer-* Chryſ. ho. 17. in Gen.
*ſus hominem exurgit, clara voce clamat & accuſat, & oſtendit, & quaſi ante oculos ſcribit peccatorum magnitudinem, eamque ob rem benignus Dominus principio cum formaret hominem, conſcientiam illi indidit accuſatricem perpetuam, quæ deciperet;*

*deceptionem ferre poſſet nunquam, & licet quis* A *commiſſo peccato, perpetratoque aliquo facinore illicito, omnes homines celat, illam tamen accuſatricem non poterit latere: nam hanc intrinſecùs habentes vbique ſcimus, circumferimus, ipſa nos circumit, obturbat, laniat, flagellat, nunquam quieſcit, ſed & domi, & in foro, & in templis, & in menſa, & dormientem, & ſurgentem adoritur, rationem delictorum exigit, obque oculos proponit, & delictorum grauitatem, & ſubſecuturam pœnam. Deinde ſubiungit: Et propterea primogenitus homo, vt illum ſenſum accepit, aduentum Domini ſecum cogitans,* B *ſtatim ſe occultauit, quare dicoro: quoniam videbat ſibi teucem aſtare accuſatorem conſcientiam, neque enim alium obiurgatorem habebat, vt teſtem peccatorum, ſed vnicum illum quem intrinſecùs circumferebat.*

### *Mala conſcientia latebras quærit.*

290 *Abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini.* Si cognoſcunt ex ſumma fœlicitate in ſummam miſeriarum abyſſum decidiſſe, cur ab ipſomet fœlicitatis auctore fugiunt? imo ad eum confugere debe- C rent vt ſuam calamitatem ſubleuarent: nonne arguebantur ſtimulis conſcientiæ? non mirum igitur ſe abſcondere, quia mala conſcientia latebras quærit: ſic Procop. (Procop.) *Quapropter latebras quærebant quibus abderentur celantes vniuerſi huius conditorem, qui deambulabat in voluptatis horto. nam ſi quis vel parum ſe peccato dediderit, redarguitur clam à communibus animi conceptibus, quos Deus animo hominis impreſſit: hoc enim ſemper inſonant, ſic volente Deo, homo quid feciſti? quo fœdiſſimo te mâcipaſti peccato.* D

### *Homo ingratiſſimus eſt.*

291 *Abſcondit ſe Adam & vxor eius in medio ligni paradiſi.* Cur quæſo in medio paradiſi? nonne vt occultè abſconderentur, conuenientius fuiſſet extra paradiſum ſe occultare? Nota quod ingratus ſeruus cùm Dominum offendit, conſcientiâ accuſante delitеſcit in aliquo domus angulo: ideo in medio paradiſi, & non extra eum ſe abſcondêre, quia vt ingratiſſimi ſerui perturbantur ſua conſcientia, nullum aliud effugium reperiunt: ſic Chryſoſt. hom. 17. (Chryſ. ho. 17.) *Conſidera, & vbi occultantur in medio paradiſi, & non* E *extra eum ſe abſcondere, nam ſicut ingrati quidem famuli cum non poſſint à Domino ſuo occultari, huc & illuc in angulos domus currere ſolent metu illorum, conſcientias concutientes, ita & hi nullum effugium inuenientes, in ipſa domo, paradiſo, inquam, circumaguntur.*

### *Præſentiâ Dei indignos nos efficit peccatum.*

292 *Abſcondit ſe Adam, & vxor eius à facie Domini Dei.* Cur ſe abſcondunt à facie Dei ſui creatoris, cùm ille ſit in quo ſumus, mouemur, & viuimus? Nonne peccatum commiſerant? Non mirum ergo ſe abſcondere à facie Dei, quia peccatum indignos F eius præſentia nos reddit: ſic Procop. (Procop.) *Propter peccati ſordes, non habent poteſtatem, & libertatem colloquendi cum Deo*, quaſi diceret indigni omnino ſunt ante præſentiam Dei apparere.

### *Præſentia illius verecundiam peccatoribus infundit.*

293 *Abſcondit ſe Adam, & vxor eius à facie Domini Dei.* Cur latebras quæritant? an ſic verecundantur Deo approximare? hanc verecundam & humi- A lem fugam meditati ſunt, ex Dei approximatione, cùm præſentia illius verecundiam peccatoribus largitur: ſic Theodor. *Per auram quandam, aduentum Domini intellexerunt; nam poſtquam peccauerunt ſtatim Dominus apparuit, qui & ſenſum peccati illis præſtitit, & ad pœnitendum illos prouocauit.* Theod.

### *Homo ab initio infidelis.*

*Abſcondit ſe Adam, & vxor eius à facie Dei.* O homo, an non credis Deum omnia intueri? Cur ergo te abſcondis? Iam à primo peccato, quaſi in infideli- 294
B tatem ceciderat: ſic obſeruat Rupert. lib. 3. in Gen. cap. 12. *Vetus homo abſcondit ſe à facie Domini Dei, male de oculis omnia videntis ſentiens vt infidelis.* Rup. l. 3 in Gen. c. 12.

### *Ideo peccator, quia abſconditum habet vitium, & non vult confiteri.*

*Abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Dei.* 295
Rupert. hanc abſconſionem non tam ad corpus quàm ad animam referendam putat, occluſos nempe eorum animos in peccato, ſed quid ſignificat ſe C abſcondere intra ſe? Niſi occultum velle tenere peccatum, ne confeſſione illud aperiat: ſic cit. Abbas: Rup. Abb. *Quomodo ſecundum animam abſconderunt ſe in medio ligni? Videlicet amando concupiſcentiæ vitium quod contraxerunt per fructum ligni: nam quamdiu peccator blandum amat vitium, tamdiu clauſus & abſconditus animus preſſum tenet oris oſtium, & ad Deum vocantem non egreditur, per ſimplicem confeſſionis occurſum*, & rectè in eo quiſque dicitur vitio abſconditus, quo delectatus, per confeſſionis ianuas nuſquam egreditur.

D

### *Defectus recordationis præſentia Dei cauſa malorum.*

*Abſcondit ſe Adam, & vxor eius à facie Domini Dei.* Quid colligis eos ſe abſcondiſſe à Deo? Au- 296
deo dicere ex hoc me inferre nunquam Adamum & Euam caſuros, ſi Dei memores, ſi eius non obliti, at quia putarunt Deo ſe abſcondere poſſibile, ipſoſque in eius non ſtare præſentia, ideo audaces & temerarij effecti, vetitum adierunt, præceptumque fregerunt: illatio eſt optima, quia Deum ambulantem E præſentientem putarunt ſe ab illo latere poſſe: quod grauiter dicit Hieron. in cap. 29. Iſai. lib. 9. ſuper illa verba, væ qui profundi eſtis corde! (Hier. in ca. 29. Iſai. l. 9.) *Mali idcirco arbitrantur Deum ſua neſcire conſilia, quia in tenebris ſunt opera eorum, & dicunt quis videt nos? hæc dicunt ſapientes huius ſæculi, non recordantes eius quod ad Deum dicitur, tenebræ non obſcurabuntur à te, hoc errore decepti Adam, & Eua audientes ſonitum pedum eius deambulantis, abſconderunt ſe ſub arbore.*

### *Pudor de peccato Deum præſentem liberatorem habet.*

F *Abſcondit ſe Adam, & vxor eius a facie Domi- 297
ni.* Ex pudore commiſſi peccati, quod antea præ ſe ferebant, cùm cognoſcentes ſe eſſe nudos, conſuerût folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata? Quid inde ſequitur, & cum audiſſent vocem Dei ambulantis, vbi Pagn. nulla coniunctione appoſita, ſic legit, *& fecerunt ſibi cingulos, audierunt vocem Domini.* Cur ſic ſubitò audiunt vocem Domini ad meliorem frugem eos reuocantis, niſi ex pudore? Vbi enim nos pudet de peccato commiſſo, liberatorem ſentimus præſentem; audiant igitur qui tot peccata commit-

Chryſ. ſer. de pœnit. runt pudore autem nullo afficiuntur, audiant, inquam Chryſ. ſerm. 5. de pœnit. *Non tam graue facinus eſt peccatum, quàm ipſum peccantem non pudere.*

### *Carnalis amor omnia dilapidat, vna contentus amaſia.*

298 *Abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini.* Nonne Deus præſens nobis plurima bona conciliat? cur ergo à facie eius te vis abſcondere? cur tanto te plectis exilio? quid habes in latebris ob quod amittere Dei faciem non pertimeſcis? habebat fœminam A & ſibi delectam conſortem latebrarum, & vnam hanc fœminam habens, non dubitat perdere Deum, & quidquid à Deo creatur: pulchrè B. Ambroſ. lib. 5. Epiſt. 13. *Recedere, Adame, à Deo tuo propter vnam mulierem deſideraſti, propterea fugis quem videre quærebas, cum vna muliere te abſcondere maluiſti, relinquere ſpeculum mundi, incolatum paradiſi, gratiam Chriſti:* Expende illud, *cum vna muliere, &c.* Quippe primus parens videtur nihil omnia facere, nec curare Dei amicitiam, contentus, ſi cum vna puella poſſit viuere, vel in horrida & obſcura terræ ſpelunca. Ambroſ.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. IX.*

*Vlg.* Vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei vbi es? *Septuag.* Et dixit Adam vbi es? ſic *Auguſt. Ambroſ. Chryſoſtom.*

*Cald.* Et dixit ei vbi es tu? *ſic Pagn.*

*Arias.* Et vocauit Deus hominem, & dixit ei vbi tu?

## EXPOSITIO VERSVS IX.

*Vocauitque Dominus Adam vbi es?* Non ex ignoratione eum interrogat, vbinam loci eſſet Adamus, ſed vt ex reſponſione quam tamen nouerat, conuenientiùs ipſum reprehendat & vt ad ſui peccati agnitionem adducat: vel ſunt verba reducentis in memoriam Adam, qualis tunc eſſet, & quantum mutatus ab illo qui fuerat ante peccatum, videlicet ex quanta fœlicitate in quantam inciderit miſeriam?

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

D

### *Deus ad puniendum non eſt pronus.*

299 *Vocauit Dominus Deus Adam & dixit vbi es?* Cur ad puniendum non properas nulla vocatione præmiſſa, cùm omnino ſint inexcuſabiles? ideo prius vocat, vt declararet ſe ad puniendum non eſſe pronum, ſed lento gradu procedere: ſic Procop. *Quis pater tanta cura & clementia perditum quæſiuit filium, dolens quod ſua dignitatis oblitus in tantam miſeriam deuolutus ſit? ſi enim Deus pronus fuiſſet ad puniendum, è veſtigio inobedienti pœnas irrogaſſet emeritas.* Procop.

### *A quo abeſt Deus, non eſt in ſuo loco.* E

300 *Vocauit* Dominus *Adam & ait, vbi es?* An ignoras vbinam ſit? cum te omnia inſpicientem nihil lateat? cur ergo ais vbi? nota hominis locum Deum eſſe, ſiquidem eſt centrum iuſtorum: acutè ergo reſpondet Rup. lib. 3. in Gen. c. 14. *Rectè illi dicitur vbi es, quia videlicet mouit pedem ſuum, & in loco ſuo non eſt, locus enim hominis Deus eſt, extra quem nunquam bene eſt, probat acutiſſimo ingenio ex Iob. 7. qui cum dixiſſet: ſicut conſumitur nubes, & pertranſit, ſic qui deſcendit ad inferos non aſcendet, nec reuertetur vltra in domum ſuam: continuo ſubiunxit neque cognoſcet eum amplius locus eius.* Nota quod *non dixit neque cognoſcet amplius locum ſuum, ſed neque cognoſcet eum amplius locus eius, quia profectò poſtquam dixerit neſcio vos, neminem damnatorum cognoſcet Deus, neminem perditorum requiret amplius, bene ergo locus ſuus poſt lapſum hominem, locus, inquam, ſuus id eſt Deus requirens, dixit Adam vbi es?* Si ergo Deus locus eſt hominis, à quo abeſt Deus, non eſt in loco ſuo. Rup. l. 3. in Gen. c. 14.

### *Vocat Deus ſalutariter.*

*Vocauit Dominus Adam & dixit vbi es?* Quid eſt vocauit Deus Adam? nam in multis ſanctæ ſcripturæ locis Deus inuenitur vocare: nam eſt vocatio, qua vnaquæque res vocabulo ſuo ſiue proprio ſiue communi appellatur, velut cum dicimus homo iſte Moyſes, qua vocatione Deus in conſtitutione mundi firmamentum cœlum & aridam vocauit, quod nihil aliud ſonat quam ſuis ea nominibus appellare: eſt & alia vocatio, qua Propheta Aggæus nobis deſignat imo per illum Deus, vocauit inquit ſiccitatem ſuper terram, & ſuper triticum, & vinum & ſuper oleum & ſuper quæcumq; profert humus; eſt alia vocatio qua Deus legitur vocare hominem, ſed homine interpoſitio nuntio; eſt & alia vocatio qua Deus per ſe vocat homines ſine aliquo hominum myſterio; prima vocatio poteſt dici nominatio, ſecunda iuſſio, vocare enim ſiccitatem ſuper terram nihil aliud mihi eſſe videtur, quam cum exigentibus culpis habitantes in terra Deum punire diſponeret, iuſſit vt terram fames vel ſiccitas occuparet; tertia commonitio, quarta immutatio: prima imponit vocabula rebus, vt diſcernantur, ſecunda iubet vt homines puniantur, tertia commonet vt corrigantur, quarta infundit gratiam vt immutentur, qua ergo ex his vocationibus vocauit Deus Adam dicens vbi es? qua poſt peccatum miſericordia ſua motus vocat vnumquemq; noſtrum ſalutariter: ſic D. Phil. Abb. cap. 5. de ſalute primi hominis: *Vt mihi videtur diuinæ ſcriptor hiſtoriæ, id quod dictum eſt, vocauit Deus Adam, non perfunctoriè attendi voluit, ſed in eo pium vocantis affectum, magnum vocati profectum intelligi debere commonuit.* 301 Aggæus. E E Phil Abb. c. 5. de ſalute primi hominis.

### *Nos fugientes vocat Deus.*

302 *Vocauit Deus Adam dicens, vbi es?* In quo ſtatu erat Adam cum vocat Deus? abſcondit ſe, inquit, à facie Dei, fugiebat igitur Adam? cur igitur vocat ſi fugit? magna eſt Dei miſericordia, cum fugientes etiam nos ſequatur: ſic Drogo Hoſtienſ. lib. 1. de ſacra. diuinæ paſſionis. *Clamat vbi es, Adam ſequens poſt tergum fugientis, & abſcondentis ſe, quantum in ipſo fecit, qui dimiſſus eſt de Paradiſo voluptatis,* & D. Anaſt. Syn. *Miſericordia tua ſubſequetur me ſeruum fugitiuum, qui ſemper ad peccatum confugio.* (Anaſt. Syn.)

### *Iudex debet eſſe clemens.*

B

303 *Vocauit Deus Adam vbi es?* Tranſgreſſione facta præcepti diuini ab Adamo, tunc vocauit Dominus Deus Adam, ſi tot Deus Angelos habet ſuæ iuſtitiæ miniſtros, cur vnum ex eis non miſit ad Adamum, vt eum ad ſe accerſeret? cur ipſemet venit ad reum, & interrogat vbinam eſt? ita geſſit Deus, vt iudices hominum doceret eſſe clementes & manſuetos apud reos, cùm ipſe omnium iudex ita clemens eſt vt per ſe ipſum reum interroget: ita D. Chryſ. ho. 17. in Gen. *Ex ipſa interrogatione dignum eſt, vt obſtupeſcant, ad eminentem Dei clementiam, non ſolum quod vocauit, ſed per ſe ipſum vocauit, id quod homines facere nunquam ferrent inter ſe, licet eandem naturam ſortiti ſunt, ſcitis enim cum iudices in alto ſolio ſedens, ſuppliciiſque malefactores afficiunt, nec ſuo reſponſo dignantur, ſed Deus non ſic agit, ſed quomodo ipſe per ſeſe vocat.* (Chryſ. ho. 17. in Gen)

C

### *Iudicium non eſt præcipitandum.*

304 *Vocauit Dominus Adam, vbi es?* Tranſgreditur primus parens præceptum Dei ſibi impoſitum, de non comedendo ligno quod erat in medio Paradiſi, tunc vocauit Dominus Deus Adam: & dixit illi vbi es? Qui immenſus eſt & vbique an ignoras vbi nam ſit Adam? Si non ignoras cur inquiris? Neque interrogat de loco nec de crimine quaſi id exploratum non haberet, ſed vt nos à præcipitandis iudiciis refrænaret: ſic D. Ambroſ. *Vt magnanimitatem, & patientiam doceret iudices ne quis præproperè rapiatur ſtudio vindictæ.* (Amb. li. de Cain & Abel.)

D

### *Non debet iudex condemnare, niſi cognita cum multo examine, cauſa.*

305 *Vocauit Dominus Adam, vbi es?* Cùm Deus veniſſet in Paradiſum inquirit ab Adam *vbinam eſſet,* ô æquiſſime Deus, tuum præceptum tranſgreſſum fuiſſe agnoſcis, pœnamque à te latam incurtiſſet? Cur ergo nunc eum ad loquendum & excuſandum prouocas? Quamuis in pœnam incidiſſe latam propter tranſgreſſionem ſciret, non vult tamen in eum ferre iudicium, niſi prius auditis illius rationibus: ſic obſeruat D. Chryſoſt. hom. 17. *Mox aſſiſtit, & quaſi manſuetus & benignus iudex in tribunali, terrore & horrore pleno, ſed & examinat diligenter, per hoc nos docendo ne quem fratrum noſtrorum condemnemus, niſi cauſa antea diligenter cognita.* (Chryſ. ho. 17. in Gen.)

E

F

### *Iudex reum citet.*

306 *Vocauit Dominus Deus Adam dicens, vbi es?* Nouit certiſſime Deus quòd Adam peccaſſet, & præ pudore inter arbores ſe abſcondiſſet, cur ergo quaſi dubius de loco in quo degebat, inquirit? Non ignoras Deum perſonam iudicis agere, Adam autem

A eſſe criminis reum? Dico igitur Deum Adam interrogare, non de loco dubitantem, vbi erat, ſed vt doceret iudices ad iudicium non procedendum niſi citato reo: ſic Caieta. *Exemplum dedit iudicibus, vt quamuis certiſſimi forent, quod aliquis deliquerit, non procedant incitato reo.* (Caiet. in Ge.)

### *Peccator à Deo ignoratur.*

307 *Vocauit Dominus Deus Adam, & dixit vbi es?* Si nihil te latet, ad quid interrogas vbinam ſit Adam? Nonne in peccato erat Adam? Non mirum interrogare vbinam ſit, quia peccator à Deo ignoratur: ſic D. Greg. Mag. lib. 1. in Iob. 13. *Nunquidnam*
B *diuina potentia inſciebat poſt culpam ſeruum ad quæ latibula fugerat? Sed qui vidit in culpa lapſum, cum ſub peccato velut ab oculis veritatis abſconditur, quia tenebras erroris eius non approbas, quaſi vbi ſis peccator, ignoret, eumque vocas & requirit dicens vbi es?* (Gre. Mag. l. 1. in Iob cap. 13.)

### *Nullibi eſt peccator.*

308 *Vocauit Adam, & dixit vbi es?* An omnes perluſtraſti mundi partes? Et cum ſit in Paradiſo, inquire ergo iscrutator omnium, eum: in eo ei tu reſponde vbinam ſis: nonne inciuilitas eſt Domino inqui-
C renti ſeruum non reſpondere? Tacet vbinam ſit: nam peccator nullibi eſt: ſic Phil. lib. 2. Alleg. *Si quærenti vbi es reſpondeatur, nuſquam, nullum enim habet locum mali hominis anima cui vel inſiſtat, vt inſideat.* (Phil. Iud. l. 2. Alleg.)

### *A Deo peccator reprobatur.*

309 *Vocauit Deus Adam & dixit, vbi es?* Si nihil oculis tuis abſconditum, ſuperfluum mihi videtur interrogare Adam vbinam ſit, poſſet enim tibi dicere ſi Deus es, non te poſſum latere? Quid ergo ſignificat Deum dixiſſe vbi es? Reſpondet D. Auguſt. ſerm. 26. ad in Erem. *Per hoc quod dixit vbi es,*
D *oſtendit quod viam peccatoris ignorat, non tamen quod ignoret, ſed quod reprobet.* (Aug. ſerm. 26. ad Fratres in ſtre.)

### *Ad confeſſionem noſtri criminis nos inducit Deus.*

310 *Vocauit Dominus Adam & dixit vbi es?* Tranſgreſſorem ſuæ legis vocauit Dominus Deus, & ait ei vbi es, ad quid eum interrogas, cum non ignoras vbinam ſit? Ad quid interrogatio rei manifeſtæ & euidentis? Non interrogat quaſi ignoraret, ſed vt eum
E ad peccati confeſſionem induceret prouocaretque: ita D. Chryſoſtom. vbi ſup. *Cum ſe præ confuſione nudatum tegeret, rogabat vbi es, non ignorans ſed fiduciæ occaſiones illi præbens, vt per confeſſionem peccati peccatum ipſum ablueretur, hunc enim morem habet, vt ab initio a nobis peccatorum exigat confeſſionem vt veniam præbeat.* (Chryſ. hom. 17.)

### *Quo quis ſuperior eſt ſi peccat, magis reprehenſibilis.*

311 *Vocauit Dominus Deus Adam dicens vbi es:* Si mulier prima deliquit cur ad eam reprehendendam non interrogat priorem? Noto quod Adam erat ſuperior, & caput: ideo igitur prius Adam interrogat quā Euam, quia ſuperiores ſi delinquant, magis ſunt reprehenſibiles quàm alij: ſic Dion. Chartu. *Vocauit Deus magis Adam quàm Euam quoniam principalior fuit, ad inſinuandum quod ſuperiores dum peccant, ſpecialiter fiant reprehenſibiles apud Deum.* (Dio. Char.)

### *Prælatus benignus debet esse erga subditos lapsos.*

312 *Vocauit Dominus Deus Adam dicens, vbi es?* Quid ita benignè tuam creaturam iograram tractas? Cur non dicteriis & verbis amatoribus exulceras? Cur non terræ absorbes hiatibus, & fulminibus exuris? Benignè aduersus eum processit vt doceat prælatos aduersus subditos etiam lapsos mansuetè se gerere; vnde optimè D. Bernard. serm. 23. in Cant. *Discant prælati subditorum se patres esse debere non dominos, studeant magis amari quam metui, suspendant verbera, producant vbera.* (Ber ser. 23. in Cant.)

### *Inobediens à Deo abest.*

313 *Vocauit Dominus Adam, & dixit, vbi es?* Interrogauit Domious primum hominem, vbinam esset, cui Adam, vocem tuam audiui, ô Adam, non inquirit Deus vtrum vocem suam audieris, sed vbinam sis, respoode ergo adsum? Assero oon potuisse dicere adsum, quia cùm esset inobediens, looge aberat à Deo: sic Rupert. lib. 3. io Gen. cap. 14. *Non dixit ecce adsum, nec enim Deo aderat, aut obedienter adesse volebat, qui post inobedientiam se absconderet.* (Rup li. 3. in Gen. c. 14.)

### *Hominem ieiunantem familiarissimè excipit Deus, gulæ deditum tum minus alloquitur.*

314 *Vocauit Deus Adam dicens, vbi es?* Consulamus quæso verba Dei ad Eliam 3. Reg. cap. 19. vers. 9. quid hîc agis Elia? Et videamus discrimen quod interuenit inter ea quæ dicta fuerunt Adæ: tu similia dices, nam ait Deus Adam vbi es? Et Eliæ quid hîc agis? Sed falleris, nam Deus Eliam alloquitur maxima cum familiaritate, ieiunium enim colebat: Adamum autem cum minis vt gulæ deditum, & abstinentiæ sibi imperatæ transgressorem? Audiendus est Tert. lib. de ieiun. cap. 16. *Minantem inquit Iesabel fugiens post vnicum pabulum, & potum, quem ab Angelo expergefactus inuenerat, & ipse quadraginta diebus, & noctibus vacuo ventre, arido ore peruenit in montem Horeb, vbi cum in speluncam diuertisset, quàm familiari congressu Dei exceptus est, quid tu Elia hic? Multo amicior ista vox quàm Adam vbi es? Illa enim pasto homini minabatur: ista ieiuno blandiebatur, tanta est circumscripti ventris prærogatiua, vt Deum præstet homini contubernalem, parem reuera pari, si enim Deus æternus non esuriret, vt testatur per Esaiam, hoc erit tempus, quo homo Deo adæquetur, cum sine pabulo viuit*, pende illud, *circumscripti ventris prærogatiua*: anima scilicet corpus circumscribente, sibique subiiciente: vt cœlestem vitam in terris imitetur. (Tert. li. de Ieiun. c. 16. 3. Reg. c. 19. vers. 9.)

### *Illico peccatum consequitur Dei iudicium.*

315 *Vocauit Deus Adam dicens, vbi es?* Nonne commisso peccato sufficiebat quod nudus maxima cum confusione appareret? cur ita citò eum vt rationem suæ reddat transgressionis appellas? quia peccatum illico Dei iudicium consequitur: *Non sola nuditas* (ioquit Oleast.) *& verecundia, & multa alia mala, sed etiam iudicium Dei sequitur.* (Oleast.)

### *Summo desiderio Deus exoptat pœnitentiam.*

316 *Vocauit Dominus Deus Adam, & dixit ei, vbi es?* D. Greg. ait per hoc quod vocat Adam vbi es, signum dat quia ad pœnitentiam vocat; dubium est cur vocem duplicat, nam vocauit Adam, deiode dixit vbi es, nonne sufficiebat eum vocasse semel? bis vocat, vt desiderium suum exprimeret, quo summopere vellet pœnitentiam Adami: sic Proco. *In clamando Deus vocem ingeminans, vehementiam desiderij indicat.* (Gregor. 2. Moral. c. 3.) (Procop.)

### *Ingratus non cognoscit suum peccatum.*

317 *Vocauit Dominus Adam, & dixit vbi es?* Post transgressionem præcepti vocauit Deus Adam qui respondet: vocem tuam audiui & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me; iotentio Dei cum eum vocauit, nonne fuit vt suum delictum agnosceret & confiteretur peccatum? cui noo dixit, peccaui? ideo oon agnouit delictum, quia ingratus fuerat ipsi Deo: ita Ruper. vbi supra. *Qui gratiam Dei non agnouit, mirum non est quòd peccatum suum non agnosceret, eodem quippe intuitu & suum malefactum, & diuinum erga se beneficium cognoscit homo.* (Rupert.)

### *Ad spem habendam nos prouocat Deus.*

318 *Vocauit* Dominus Deus *Adam dicens, vbi es?* Qua de causa eum appellat, cùm non ignoret vbinam moretur? Nota quod iis qui peccauerunt os quasi confictum est, peccato linguam auertente, & conscientiâ ipsum cohibente; stupidique remanent silentio, tanquam vinculo quodam coerciti: dicamus ideo Deum vocare Adam tanquam consternatum & timidum, vt eum ad spem erigeret, & ad confidentiam habendam prouocaret: sic Tert. lib. 4. cont. Marc. c. 20. Quia verò Adamus propter pudorem & timorem aufugerat, & io latebras se abdiderat, nec vocem ipsam edere aut audebat, aut poterat, Deus ipsum compellendo spe omni & fiducia replet ad loquendum, & confitendum. Sic etiam D. Chrysost. loquitur: *Volens Deus ipsum in fiduciam erigere per colloquium, & vt confidere faceret, & in eorum quæ admiserat purgationem inducere, vt aliqua foueretur venia, ipsum prior ipse vocauit.* (Tert. l. 4. cont. Marc. cap. 20.)

### *Maximè hominem Deus amat.*

319 *Vocauit* Dominus Deus *Adam, & dixit ei vbi es?* Cur aliquem Angelum eum redarguentem, & seuerè hominem tam ingratum prementem, non misisti? vel si Angelum noluisti mittere, qua de causa eum verbis grauissimis non interpellas, eum sceleratum & impium nominans, sed proprio oomine Adam vbi es? eum proprio nomine appellauit & non iniuriis affecit, ad declarandum erga eum maximum amorem: sic D. Chrysost. ho. 7. ad Pop. Anti. Ipsemet Dominus ad collapsum descendit, iacentem releuauit, & solus ad amicum malefacientem, & in magna constitutum procella deuenit: prima profectò vox statim illius ineffabilem amorem demôstrauit. Sed ad hunc maiorem amorem illustrandum, nonne verum est quod eorum qui nos læserunt, nomina commemorari nolumus, imo nec audire, quanto minus pronunciare? nonne Saül qui nullam iniuriam passus, multas verò & magnas iniurias in Dauid machinatus, postquam ipsum auersabatur & oderat, nec illius appellationem commemorare tolerabat, sed considentibus omnibus postquam non venisse vidit, quid, inquit, non dixit vbi est Dauid, sed vbi est filius Isai? à patre ipsum vocans: & iterum Iudæi in Christum idem faciunt, quoniam enim ipsum auersabantur & oderant, non dixerunt vbi est Iesus, sed vbi est ille? Ioan. 5. quomodo ergo, ô bone Deus hominem peccatorem, & ideo odio dignum pro- (Ioan. 5.)

Chryſ. ho. 7. ad po. Anti.

A ptio nomine appellas? audi eund. Chryſ. cit. *Hoc eſt legitimæ amicitiæ indicium, ſic & mortuos reuocantes facere conſueuerunt, continuò ipſorum nomina verſantes ſicut viciſſim odio habentes, & inimici in quoſpiam diſpoſiti, nec nomina illorum qui ſe læſere tolerant commemorari, ſed Deus & in hoc commonſtrare volens quod nec peccatum amorem extinxit, nec inobedientia ſuam in ipſum beneuolentiam ſuſtulit, ſed adhuc prouidet, & curam gerit lapſi, ait, Adam vbi es?*

## *Deus miſericordia plenus.*

320 B *Vocauit Dominus Deus Adam, & dixit vbi es?* An tè aliquid latet, nihil tibi abſconditum eſt? cur ergo inquirens vocas quaſi neſcires vbi nam eſſet? nonne vocare Deum, ſignum eſt miſericordiæ, vt habemus ad Rom. 9. quos præſciuit, hos & vocauit? aſſeramus ergo Deum non vocare tanquam ignorantem vbi nam eſſet, ſed tanquam miſereri volentem? ſic D. Amb. lib. de parad. c. 14. *Hoc ipſum quod vocat indicium ſanaturi eſt, quia Dominus quos miſeratur, & vocat.*

Amb. li. de parad. c. 14. ad Rom. 9.

## *Crux ab initio fuit peccatorum aſylus.*

321 C *Vocauit Dominus Deus Adam, vbi es?* Cum deliteſcerent primi parentes ſub arbore, vocauit Deus Adam: dubium propono cur ſub arbore ſe abſcondunt, vt in ea ſalutem ſuam quærerent? nam qui deliteſcit ſub arbore, facile reperitur; nota hanc arborem adumbraſſe ſanctiſſimum lignum crucis: optime igitur ad hanc arborem confugiunt, vt remedium aliquod in ſua neceſſitate reperirent, quia typus erat crucis peccatorum refugij: ſic Orig. ho. 4. in Gen. *Impulſu quodam primos parentes ad arborem tanquam ad aſylum ſe contuliſſe putandum eſt, vt ſignificaretur iam tunc vnicum perfugium peccatorum, quod ſubinde conſtitutum eſt in arbore crucis.*

Orig. ho. 4. in Gen.

## *Gula Deum iratum oſtendit, ſicut ieiunium beneuolum.*

5:2 D *Vocauit Dominus Deus Adam, dicens vbi es?* Hæc interrogatio eſt-ne ſimilis illi quam habuit Deus ad Heliam deliteſcentem in ſpecie montis Horeb, dicens, quid agis Helia? minime, cur non ſimili modo eum appellat? Nota quod Adam gulæ deditus, Helias ieiunio; vtraque igitur diſſimilis eſt, nam interrogatio ad Adam Deum declarat maximè iratum propter gulam, ad Heliam vero benignum propter ieiunium: ſic Tert. lib. cont. Phyſi. c. 6. *Helias cum in ſpeluncam diuertiſſet, quàm familiari congreſſu Deo exceptus eſt, quid agis hic Helia? multo amicior iſta vox quam Adam vbi es? iſta enim paſto homini minabatur, iſta ieiuno blandiebatur, tanta eſt circumſcripti victus prærogatiua, vt Deum præſtet contubernalem, parem reuera pari.*

Tert. libr. cont. Phyſi. l. 2.

## *Deus contra tentatorem gulæ tanquam periculoſiſſimum, cum caſtigaturus procedit.*

323 E *Vocauit Adam Deus dicens, vbi es?* Quandonam hæc vox eſt audita? ait textus, cum audiſſent vocem Domini Dei ambulantis ad auram poſt meridiem, ſed Rabi Salomon legit, contra ſpiritum meridianum: in hac verſione fundetur conceptus, quiſnam eſt iſte ſpiritus meridianus? audi gloſ. Moral. in Pſal. 90. in hæc verba, à dæmonio meridiano, dicentem ab incurſu & dæmonio meridiano, id eſt, ab ſpiritibus de gaſtrimargia tentantibus, quæ fit in prandiis magnis, vbi concurrunt multa fercula, & vina, & fiebant hora communiter meridiana: ſpiritus ergo ille meridianus eſt dæmonium meridianum, tentans de gula, ſed cur Deus illico contra eum procedit? quia cum de gula aliquem tentatom ſuperauit, ſicut accidit in primo parente, vlterius ad grauiora crimina ſollicitat, ne ergo maioris ruinæ eſſet occaſio primo parenti, contra eum procedit: hoc notat Theod. *Veriſimile eſt vt hominum inſidiatores, poſt cibum atq; ſatietatem veluti ad paratam prædam concurrant, & eos qui cœleſti cura orbati ſunt facile ſuperent*, adde, & ad alia inducant crimina.

Pſalm. 90.

Theod. in Pſalm 90.

## *Qui in peccato eſt, in perditione eſt.*

*Vocauit Dominus Deus Adam, vbi es?* Interrogatiue-ne debemus legere vbi es Adam, cum hoc ſignificet Deum ignorantem? Tertullianus videtur negare, ſed quomodo ergo cum ita apud omnes ſcriptum reperiatur? Reſpondet acute idem Tert. lib. 2. cont. Marc. cap. 25. *Nec ſimplici modo id eſt interrogatorio ſono legendum eſt vbi es Adam, ſed impreſſo, & incuſſo, & imputatiuo Adam vbi es, id eſt in perditione es, id eſt iam hic non es, vt, &, increpandi, & dolendi exitus vox ſit.* 514

Tert. li. 2. cont. Marc. c. 25.

## *Quò quis maiorem ſcientiam habet, ſtrictiorem rationem reddet.*

*Vocauit Dominus Deus Adam, dicens vbi es?* Nonne peccatum à muliere inceperat? prior ergo interrogetur rationem tranſgreſſionis præcepti Dei redditura. Nota primum parentem excellentiorem & ampliorem ſcientiam, & abundantiorem habuiſſe quàm Euam; ideo Deus prius interrogat Adamum, vt eum grauiter puniat, quia qui maiori decoratur ſcientiâ, ſtrictiorem ſuæ vitæ reddet rationem: ſic Ferus, *Quamuis a muliere peccatum inceperit, primo tamen virum interrogat, ipſi enim mandatum dederat, quo enim maiorem ſcientiam, & cognitionem diuinæ maieſtatis quis acceperit, eo diſtrictiorem reddet rationem, iuxta illud, ſeruus ſciens voluntatē Domini, & non faciens, vapulabit multum.* 325

Noſt. Fer.

## *Vir mulierem docet pudorem.*

*Vocauit Dominus Adam, & ait vbi es?* Quaſi diceret, quò te perduxerunt peccata tua vt fugias Deum tuum, quem ante quærebas? Sed non immoror niſi in interrogatione qua reprehendens Deus primum parentem aggreditur: cur nempe cùm prior Eua fructum guſtauerit vetitum prima illa non reprehenditur? Accuſatur prior Adam vt prior erubeſcat peccatum commiſiſſe, & ſic dolore ſuffuſus, pudorem doceat vxorem ſuam; ſic Ambr. lib. de Paradiſo. *Fortaſſe moneat cur ante increpetur Adam, cùm mulier ante guſtauerit ſed à præuaricatione ſexus infirmior cœperit, à verecundia, & excuſatione fortior, vt ſi fœmina erroris cauſa fuerit, vir pudoris.* 326

Ambr. libr. de parad.

## *Deus ad cognitionem præteritæ fœlicitatis nos reuocat.*

*Vocauit dominus Deus Adam dicens vbi es?* Sermo hic non Deum veri inſcium, vel vbi eſſet Adam oſtendit ignarum, cum nulla igitur ignorantia eſſet apud eùm, quomodo hîc dixit Dominus Adam vbi es? Dico interrogare hominem, quia tanta eſt Deo cura, vt ad cognitionem fœlicitatis perditæ prouocet, vt denuo eam recuperare poſſit: ſic Diuus Eucherius. *Adam vbi es? hoc eſt dicere Adam quo recidiſti, qualis fueras, quando obediendo ſimpliciter* 327

Euchet. in Gen.

*incedebas, & qualis nunc appares, quando præuaricator effectus es?* Quaſi diceret conſidera ſtatum fœlicem quo fruebaris, ante tranſgreſſionem præcepti A mei, vt pœnitentia miſeriam in qua degis à te poſſis repellere, & fœlicem ſtatum gratiæ valeas recuperare.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. X.*

*Vlg.* Qui ait, vocem tuam audiui in paradiſo, & timui, eo quod nudus eſſem, & abſcondi me.
*Septuagint.* Vocem tuam audiui deambulantis in Paradiſo.
*Cald.* Vocem verbi tui audiui in horto, & timui quoniam nudus ſum ego.
*Arias.* Quia nudus ego.
*Caietan.* Audiui vocem tuam in horto, & timui, quia nudus ego fui abſconditus.
*Anaſt. Syn.* Timui quia nudus ſum & latui.
B *Procopius.* Extimui quia nudus ego, & abſconditus ſum.
*Moſes Barſepha.* Vocem tuam audiui in Paradiſo, & vidi quod nudus eſſem atque occultaui me.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

*** ſignificat abſcondit, latuit, occultauit, abdidit: ſi Caldæus addidit *verbi tui* in Hebræo, nec in Græco reperitur, ſed myſterioſe forte dictum.

## EXPOSITIO VERSVS X.

*QVi ait vocem tuam audiui in Paradiſo & timui, eo quod nudus eſſem*, id eſt ex propria nuditate confuſibilis factus per culpam, & abſcondi me, metuens coram te taliter præſentari: aduerte quamuis aperta eſſent verenda eius, tamen cæteró corpore nudus erat, & ideo eo modo nudus apparere coram Deo extimeſcit.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Index debet eſſe patiens, cum Deus ſit longanimis.*

328 *QVi ait vocem tuam audiui.* Cum interrogaſſet Deus Adam vbinam eſſet, quaſi ei diceret vnde de hoc accidit? in alio te ſtatu reliqui, in alio te inuenio, alia gloria te veſtitum reliqui, nunc in nuditate te inuenio, vbi nam es ergo? reſpondit Adam, *vocem tuam audiui in Paradiſo & timui*, cur ab ore reſponſum illius expectas Deus, quam excuſationem ſuæ ingratitudinis poteſt præbere? aſſero reſponſum illius expectaſſe, rationeſque ſuas audiſſe, ad declarandum iudicem debere eſſe
Chry. ho. 17. in Gen. longanimem aduerſus reos: audi D. Chryſ. hom. 17: *Vide excellentem patientiam, & miſericordiam Domini, nam cum poſſet, ne reſponſo quidem dignari eum qui peccauerat, ſed ſtatim pœnam infligere, quam prius ſtatuerat præuaricaturo, longanimis tamen eſt, & ſuffert & interrogat & reſponſum accipit.*

### *Peccator magis timet pœnam, quam culpam.*

329 *Vocem tuam audiui & timui eo quod nudus eſſem.* Tranſgreditur mandatum Dei primus parens, vocatus à Deo abſcondit ſe, & poſtea reſpondet, *timui eo quod nudus eſſem*, nonne tranſgreſſus eſt præceptum Dei? nonne illius tranſgreſſio magis timenda quàm nuditas? cur ergo non ais: timui eo quod te offenderam? quia peccatoris timor magis eſt de pœna quam de culpa, ita Rup. lib. 3. in Gen. c. 14. *Notandum*
Rup. lib. 3. in Gen. ca. 14. *quod culpam ſuam tacuit, & nudum ſe eſſe queſtus eſt, non enim dixit timui eo quod præceptum tuum præuaricatus eſſem, ſed eo quod nudus eſſem*, & ſtatim addit, *quam peruerſus hic timor, qui non facti ſui gerere pœnitudinem, ſed ſolum pœnæ ſuæ ſe fatetur habere confuſionem.*

### *Homo ita inciuilis eſt, ut Deum non honoret.*

D *Vocem tuam audiui in medio Paradiſi & timui.* 330
Dic ô Adam inurbane & inciuilis, nonne Deus creator eſt tuus, & Dominus? quomodo ergo non ais, Domine audiui vocem tuam? homo ita eſt inurbanus erga Deum, vt eum parui æſtimet, nec honoret: ita Lipp. *Deum alloquitur, veluti attonitus à voce Domini corripientis, & propria conſcientia iam confuſus, & accuſatus, non addit clementiſſime* Deus. Lippom.

### *Homo veracior eſt mulier.*

*Audiui vocem tuam & timui.* Cur primus reſpondes ſi prior non peccaſti? primus reſpondet quia 331
E prior interrogatur; ſed cur prior interrogatur, cùm ſecundus deliquerit; quia cum veritatem elicere vellet, à veraciori incipit: ſic Thom. *Interrogat eum prius, quia à naturali complexione eſt homo veracior, & citius confitetur culpam ſuam, ideo à pœna ſuæ nuditatis inquiritur, & concludit ſuam culpam, quia per culpam inciderat in illam pœnam, cùm dicit quis oſtenderat quod nudus eſſes?* Tho. Ang.

### *Vox Dei nos animat.*

*Vocem tuam audiui in Paradiſo.* Quomodo non 332
exanimis ſine voce & motu iaces? cum te enim Deus
F condiderit ex terra ad ſuam imaginem & ſimilitudinem, manibuſque ſuis te formauerit, vxorem vitæ tuæ ſubſidium dederit, in Paradiſo omnibus delitiis referto collocauerit, & caput & imperatorem rerum omnium quæ in terris ſunt, conſtituerit, & tamen calumniatori ſerpenti aures præbuiſti; præceptum eius violans, quomodo ergo agnoſcens tuam ingratitudinem poſt tot accepta beneficia, exanimis

&c ſine voce non iaces? nonne ait vocem tuam audiui? ne mireris ergo adhuc loquentem & animatum, quia talis efficaciæ eſt vox Dei, vt etiam ipſos mortuos viuificet. Fauet Moſes Barſepha prima parte de Parad. *Ipſe voce Dei animatus Adamus reſpondit dicens, vocem tuam audiui & timui.*

Moſ. Barſepha t. p. de parad.

### *Deus noſtrum ex peccato in pœnam conuertitur.*

333 *Vocem tuam audiui & timui eo quod nudus eſſem.* Reſpondit Adam Deo, ſed nonne antea nudus degebas in Paradiſo? ait enim textus de te & vxore tua, erat vterque nudus Adam ſcilicet & vxor eius, & non erubeſcebant; tua ergo excuſatio nullius eſt momenti, dicens te timuiſſe eo quod nudus eras? nihilominus meritò formidat ante conſpectum Dei apparere, quia nuditatis pulchritudo ex peccato iam commiſſo in ſummum dedecus verſa erat: ſic Lippom. *iam ſentiebat pœnam eſſe quod fuerat pulchritudo, & honor, veſte non tegi.*

Lippom.

### *Peccatum timidos nos efficit.*

334 *Vocem tuam audiui & timui*, nonne inter tot animalia ferocia intrepide verſabatis? quis ergo te timore percellit? nullus enim tibi molitur inſidias, ne dicas igitur timui? imò, verè ſe timore correptum fatetur, peccatum enim quod commiſerat puſillanimum & timidum efficit. *Audias hîc* (inquit Hamer.) *quam timidos faciat peccatum homines*, ad Rom. habet Paulus, *ſi malum egeris, time.*

Ham. hîc.

### *Virtutibus quibus quaſi veſtiebamur, per peccatum denudamur.*

335 *Vocem tuam audiui & timui eo quod nudus eſſem.* Nonne ex quatuor virtutibus eius amictus, nempe miſericordia, veritate, iuſtitia & pace? acceperat enim miſericordiam cuſtodem atque pediſſequam, vt ipſa præueniret atque ſequeretur eum, ipſa protegeret & conſeruaret vbique; vides qualem nutricium contulit paruulo ſuo Deus, qualem dedit pediſſequam homini recens nato? ſed illi neceſſarius eſt eruditor tanquam ingenuæ & rationali creaturæ, vt non ſicut aliquod iumentum cuſtodiretur, ſed tanquam paruulus educaretur, cui ſane in magiſterium nemo poterat aptior inueniri quam veritas ipſa quæ eum in agnitionem ſummæ aliquando perduceret veritatis: interim verò ne ſapiens inueniretur vt faceret malum, eſſetque peccatum & tanquam ſcienti bonum & non facienti, iuſtitiam quoque qua regeretur, accepit; adhuc autem & pacem qua foueretur & delectaretur, addidit manus benigniſſima creatoris pacem vbique duplicem, vt nec intus pugnæ, nec foris timores id eſt nec caro concupiſceret aduerſus ſpiritum, nec eſſet ei creatura vlla formidini, quid huic deerat quem miſericordia cuſtodiebat, docebat veritas, regebat iuſtitia, pax fouebat: quomodo igitur ſe nudum eſſe fatetur ſi tot virtutibus amictus fuerat? vnde tanta ei contigit nuditas? ſine dubio ex peccato quo tot ſpoliatus virtutibus nudus euaſit: ita cit. Bern. in Alle. Tilm. *Heu homo ille deſcendit ab Hieruſalem in Hierico, & incidit in latrones, à quibus, & ante omnia legitur deſpoliatus, qui Domino veniente nudum ſe eſſe conqueritur: timui, inquit, eo quod nudus eſſem, nec verò poterat reueſtiri, niſi ſua Chriſtus amitteret veſtimenta, ſicut enim iuſtificari in anima niſi interueniente corporali morte non potuit, ita nec reueſtiri* A *ſine eius ſpoliatione; ſed ſpoliatum quatuor virtutibus hominem diximus, quonam modo ſit ſpoliatus ſingulis videamus. Perdidit homo iuſtitiam, quum Eua ſerpentis, Adam mulieris voci potius obediuit quàm diuinæ, erat tamen reſiduum aliquid quod apprehendere poſſent, idque Dominus ſuo illo ſcrutinio innuebat; prior enim iuſtitiæ portio, non peccare, ſecunda per pœnitentiam damnare peccatum: ſed abiecerunt etiam illud, conuerſi in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis: perdidit & miſericordiam, cùm ſic exarſit Eua in concupiſ-* B *centia ſua, vt nec ſibi, nec viro, nec filiis parceret vniuerſis, Adam quoque indignationi diuinæ mulierem pro qua peccauerat, obiecit, quaſi poſt tergum eius volens declinare ſagittam: priuata eſt etiam veritate mulier, primo quidem male detorquens quod audierat, morte morieris, dicens ne forte moriamur, demum ſerpenti credens penitus abneganti & dicenti: nequaquam moriemini, priuatus etiam & Adam veritate, vbi eam erubuit confiteri, volatilia excuſationum operimenta prætendens, pacem quoque protinus amiſerunt; quia non eſt pax impiis, di-* C *cit Dominus, nonne enim contrariam legem inuenerant in membris ſuis quos de nouo pudere cœperat nuditatis, timui inquit, eo quod nudus eſſem, non ſic miſer, non ſic paulò ante timebas, non quærebas folia, licet nudus corpore, ſicut modò.*

Ber. in All. Tilm.

### *Excuſatio peccati celat turpitudinem, ſed non aufert.*

*Vocem tuam audiui in Paradiſo.* Cur timuiſti? eo quòd, inquit, nudus eſſem, nonne folia conſueras vt 336
D nuditatem tegeres? quomodo igitur te nudum aſſeris? quia ante Deum excuſationes peccatorum quæ ſunt folia, non nos protegunt, ſed nudum deſerunt: ita Bern. cit. in Alleg. Tilm. *Quid ne timeat ſermonem veritatis qui lætari vult cum male fecerit & in rebus peſſimis exultare? ſed friuolum nimis tegumen quæris, anima miſera, prorſus inutile tegumentum ſunt folia iſta quæ conſuis, operiunt, ſed non calefiunt, celant vulnera, ſed non ſanant: an vero diu tegere poterunt? abſit, fluent certe, & effluent folia. ad primum radium ſolis ſiccabuntur, & diſperget ea* E *tenuis flatus auræ, nihil enim occultum quod non reueletur, &c. non enim erit vbi lateant miſeri, nudi aſtabunt ante tribunal Chriſti, vt audiant vocem iudicij, qui ad vocem conſilij aures obturauere.*

Ber. cit. in All. Tilm.

### *Ex peccato miſere confundimur.*

*Vocem tuam audiui & timui.* Nonne vocem 337
Dei audieras antea, cùm toties tibi loquutus fuerit? dixerat enim ex omni ligno Paradiſi comede, &c & tamen tunc non te abſcondiſti vocem eius audiens, quomodo ergo nunc latebras requiris, cum loquitur tibi Deus? nonne iam peccatum commiſerat? ne
F mireris ergo ita eum obloqui, ita enim miſera peccatum confuſione repleuit, vt nimium conturbatus neſciat quid proferat: ſic D. Proſper. ſecundo de vita contemplatiua. *O quantum ſecuritatis habent, qui ſibi bene ſunt conſcij, & quantum perturbatos humiliat perpetratio pudenda peccati, ſicut iſti qui ſe abſconderunt à facie Domini, de ſua turpitudine non de nuditate confuſi, qui non ideo erubeſcebant quia veſte erant extrinſecus nudati, ſed quia intrinſecus protectione diuina nudi.*

Proſp. 2. de vita cont.

### *Maximus amor viri erga vxorem.*

*Vocẽ tuam audiui & timui.* Nõne vxor tua tecum 338
ſimul ſe abſconderat? nonne audierat etiam vocem

Dei deambulantis in Paradiſo? quamuis igitur ſolus A interrogetis, cur pro ea etiam non reſpondes, dicens audiuimus vocem tuam, & timuimus, quia nudi ſumus, & latuimus? hoc enim erat verum: ſi hæc dixiſſet, ſuam vxorem accuſaſſet tum nuditatis, tum fugæ: ſolus ergo reſpondet quia in eam tanto amore ferebatur, vt eam nolit prodere; ſed ſolum ſeipſum: ſic Anaſt. Syn. *Solus quæſitus & vocatus reſpondet ſingulariter, & non coniunxit ſibi mulierem ſed nolens accuſare ſuam coſtam, ſeipſum prodit pro ea.*

Anaſt Syn. li. 10. Exa.

### *Externa mala erubeſcimus, de internis non curantes.*

B

339 *Vocem tuam audiui eo quod nudus eſſem.* Cur potius cauſam timoris peccato commiſſo non tribuis? nuditas enim corporis Deo diſplicere non poteſt, cùm te nudum creauerit: ita miſer eſt peccator, vt non de internis malis, quæ ſunt peccata, erubeſcat, ſed ſolum mala externa, nempe nuditatem, paupertatem reformidat: ſic Ferus, *Adam cauſam tanti timoris, & confuſionis non adſcribit peccato ſuo, ſed nuditati corporis, quaſi Deo diſpliceret nuditas, cùm melius illi placuiſſet ſi homo ſi permanſiſſet vt creatus erat, ſic & nos externam adhuc nuditatem erubeſcimus, non autem internam, de externis malis querimur, nec cogitamus quod è peccato ſint.*

Ferus.

C

### *Tale eſt iudicium Dei, vt ante eum nullus audeat comparere.*

340 *Vocem tuam audiui, & timui, eo quod nudus eſſem, & abſcondi me.* Vix vocem Dei audiuit, & timens & pauens latebras quærit, cur fugis? cur te abſcondis? nonne diximus Deum apparuiſſe tanquam iudicem terribilem, vt exigeret ab eo rationem tranſgreſſionis ſuæ? rectè igitur ſe abſcondit & fugit, quia tale eſt iudicium Dei vt nullus ante eum comparere audeat: vnde D. Atha. Patr. Conſtan. de neceſſaria Epiſ. reſid. Ep. 5. iudicij extremi incutiens metum Epiſc. ait: *Adde inſtare diem illius magnæ iræ & calamitatis, propter multitudinem ſcelerum, quæ quidem cùm expectetur, quales quæſo ac quàm ſanctos nos eſſe oportet?* quaſi diceret, tam terribile eſt iudicium illud, vt vix etiam ſancti ante tribunal Dei comparere audeant.

Athan. Patriar. Côſt. de neceſſaria Epiſc. reſid. Ep. 5.

D

### *Defectus recordationis iudicij ad ruinam nos adducit.*

E

341 *Vocem tuam audiui & timui, quod nudus eſſem, & abſcondi me.* Vnde hic timor? vnde hæc fuga? niſi ex tranſgreſſione & peccato commiſſo: ſed vndenam hoc peccatum? Nota primum parentem cognitionem habuiſſe iudicij peruerſorum ſpirituum; forte ergo ex defectu conſiderationis iudicij, in talem lapſum cecidit: nihil enim nos ita reuocat à peccatorum commiſſione, quàm illius recordatio: ſicut S. Theop. Alex. Epiſc. 3. Epiſt. Paſcha. ait. *Cùm futurum tribunal & formidoloſum iudicij diem cogitauerit, tam principium quam medium, finemque peccati prohibebit, & amaros illius fluctus, atque intumeſcentes gurgites vſque ad ipſum fontem, venaſque ſiccabit.*

Theo. Ale. Epiſ. 3. Paſ.

F

### *Defectus. conſiderationis legis, ad pecatum nos inducit.*

342 *Vocem tuam audiui & timui quod nudus eſſem, & abſcondi me.* Diximus hunc pudorem proceſſiſſe ex peccato: peccatum autem forte ex inconſideratione iudicij Dei, ſed nonne alteri principio tribuere poſſumus hunc lapſum? Nota cùm Eua obtulit fructum vetitum primo parenti, non dixit præcepit nobis Deus ne comederemus de ligno ſcientiæ boni & mali; dico igitur fortaſſe ex defectu recordationis legis diuinæ in illud peccatum incidiſſe: nam vt optime S. Theop. cit. *Recordatio non ſinit peccata generari, peccata creſcere non patitur.*

Theop. cit.

### *Qui conſcientiam conculcat, virtutes excutit.*

*Vocem tuam audiui, & timui.* Et ideo fugam ar- 343
ripuiſti, nonne conuenientius fuiſſet ante tuum liberatorem te proſternere, & ab eo miſericordiam poſtulare, vt motus humilitate tua, delictum tibi condonaret? nihil enim ita eum mouet quàm humilitas, nihil humilitatem facit nec alias virtutes, ſed fugam arripit, & tanquam infidelis, ſe abſcondit, quia conſcientiam ſuam forte non curat, & ſic virtutes nihili facit: vnde optime D. Iſai. Abb. ora. 16. de gaudio animæ ait: *Qui conſcientiam conculcat, virtutes excutit è corde ſuo.*

Iſai. Abb. orat 16. de gaudio animæ.

### *Mala conſcientia nihil amplius de Deo ſperat.*

*Vocem tuam audiui.* Non à te inquiritur ſi vo- 344
cem Domini audieris, ſed vbinam ſis, dic ergo ecce adſum Domine creatura tua, indigna tali creatore, ecce adſum deprecans tuam miſericordiam: cur ita non reſpondes à Deo efflagitans veniam? non petit veniam, quia peruerſa affectus conſcientia, quaſi de Deo nihil amplius ſperare videtur: ſic Ferus. *Non dicit ecce adſum, Domine, mala enim hominis conſcientia nihil boni amplius à Deo ſperare audebat, hinc eſt quod non veniam petit.*

Ferus.

### *Qui dona Dei perdidit ſuâ culpâ, vix orare Deum audet.*

*Vocem tuam audiui & timui eò quòd nudus eſ- 345
ſem.* Cur non magis miſer Deum ſupplicas? cur pro te & ſponſa apud diuinum iudicem non magis oratorem agis? ſane iam ipſe cauſam inſinuat, aiés eò quòd nudus eſſem, cum enim talarem Dei habitum, nempe donum iuſtitiæ originalis qua regebatur, exuiſſet, ſic frigore compreſſus tabeſcebat, vt vix valeret orare: ſic D. Petr. Dam. lib. 6. Epiſt. 17. fatur. *Illius viſcera extincti amoris algor obſtrinxerat, atq; ideo vox illius in auribus Domini raucum ſonabat, ſi vis ergo vocem habere intonantem, vel in orationibus efficacem, ſatage ſemper, vt diuinus feruor accendat, ne vocem tuam torpor frigoris intercipiat: frigidæ quippe mentis oratio, tamquam vox rauciens non auditur.*

Pet. Dam. l. Epiſt. 17.

### *Summa Dei bonitas eſt periclitantibus prompta proponere effugia.*

*Vocem tuam audiui in paradiſo, eo quod nudus 346
eſſem, & abſcondi me.* Nonne Deus iratus contra Adamum, eum condemnaturus exurgebat? cur ergo adhuc ipſe reus & peccator in paradiſo remanet? cur antequam foliorum amictum perficiat, à paradiſo non eiicitur? cur ſic moras Deus nectit in eo expellêdo? Pulchram huius rei rationem reddit Tert. lib. 2. Mar. fatus. *Certamini enim dedit ſpatiũ, vt & homo eadem arbitrij libertate illideret inimicum, qua ſucciderat illi, probans ſuam non Dei culpam, & ita ſalutem dignè per victoriam recuperaret, & diabolus amariùs puniretur ab eo quem deuicerat ante, deuictus, & Deus tantum magis bonus inueniretur, ſuſtinens hominem in glorioſiorem paradyſum, ad licen-*

Tertull.

*tiam decerpendæ arboris vitæ iam de vita egreſſurum.* Expende illa, per quæ Dei bonitas oſtenditur ſumma, ninitum: *ſuſtinens hominem in paradiſum ad licentiam decerpendæ arboris vitæ, &c.* quippe erant in paradiſo tot vitæ conciliatrices, quot arbores vitæ. Deus autem vt ſumme bonus, ſimul A reum mortis agnoſcit hominem, & ſuſtinet eſſe in loco paradiſi, vbi & vitæ arbor, nulla eius interdictio; ſed & licentia erat edendi, & eſus facillimus, quid dici poteſt conuenientiùs bonitati ſummæ? medias inter illas locum permittit, quo homo & facile reſipiſcere poſſet, & promptam haberet arborem vitæ.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XI.*

*Vl.* Qui dixit quis indicauit tibi, quod nudus eſſes, niſi quod ex ligno quod præceperam tibi ne comederes, comediſti? B

*Septuag.* Et dixit illi Deus, quis nuntiauit tibi, quod nudus es, niſi à ligno quod præceperam tibi, tantum ne manducares, ab eo ediſti?

*Cald.* Quis indicauit tibi, quod nudus eſſes tu, nunquid de arbore de qua præcepti tibi, vt non comederes, ex ea comediſti?

*Arias.* Quis indicauit quod nudus tu, nonne ex arbore quam præcepi tibi, ad non comedendum, ex ea comediſti?

*Caiet.* Quis nuntiauit tibi, quod nudus tu, ſi de ligno quod præcepi tibi, non comedere de ipſo, comediſti?

*D. Auguſt.* Quis indicauit tibi quod nudus es, niſi quia de ligno quod præceperam ab hoc ſolo ne manducares, manducaſti?

C *Anaſtaſius.* Si quis tibi renuntiauit, quod nudus ſis, niſi comediſſes ex ligno quod tibi iuſſi ne comederes.

*Procop.* Quid tibi nuditatem indicauit, num de vetitæ arboris fructu comediſti?

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

QVod in noſtra editione eſt, *Niſi quod ex ligno*, in Hebræo eſt, nunquid, vel nonne de ligno comediſti, ſed idem vtrobique ſenſus eſt: nam prior quidem interrogatio pro affirmatione eſt ſicut & ſecunda.

## EXPOSITIO VERSVS XI.

Q*Vis indicauit tibi quod nudus eſſes?* Quaſi diceret vnde euenire exiſtimas nuditatem corporis tui, quam antea nullo modo verebaris, nunc cum tanto pudore erubeſcis, eam ſub ratione turpi conſiderans.

*Niſi quod de ligno, &c. comediſti.* Id eſt niſi quia propter præcepti mei tranſgreſſioné, donum originalis iuſtitiæ, à te ablatum eſt, ex cuius ſubſtractione facta eſt plena confuſione nuditas tua, ſicut per illius præſentiam, nuditas boneſta tibi decora videbatur.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deus maxime miſericors in hominem.*

347 Q*Vis indicauit tibi quod nudus eſſes?* Nonne ſufficiebat ſemel eum interrogaſſe, cum ait Adam ubi es? Cur igitur eum denuò alloquitur, cum ne reſponſo quidem accepto ſtatim pœnam infligere deberet, cùm ſuum tranſgreſſus fuiſſet præceptum? Non ſemel, ſed bis interrogat, vt ſummam erga illum miſericordiam declararet: mens eſt D. Chryſ. (Chryſ. ho. 17. in Gen.) *Interrogat & reſponſum accipit, iterum interrogat, quaſi ad defenſionem eum prouocans, vt arrepta occaſione, etiam poſt tantam præuaricationem ſuam erga illum miſericordiam declaret.* E

### *Dei miſericordiam imitari debemus.*

348 *Quis indicauit tibi quod nudus eſſes?* Diximus in præcedenti conceptu, non ſolum ſemel, ſed bis hominem interrogaſſe, vt arrepta occaſione ſuam erga illum miſericordiam declararet, ſed cùm omnia ad noſtram doctrinam ſcripta ſint, cur tanta erga præuaricatorem & reum vtitur miſericordia? vt nos doceret erga nocentes non vti ſeueritate, ſed maxima clementia; ſic citans Chryſoſtom. (Cit. Chryſ. Chryſ. ho.) *Quo nos docet vt quando & nos reos condemnamus, non tam crudeliter illis loquamur, neque ferina in illos vtamur ſæuitia: ſed longanimiter & miſericorditer agamus, vt pote noſtra ipſorum membra condemnari.* F

### *Deus in primum parentem liberaliſſimus.*

*Quis indicauit tibi quod nudus eſſes, niſi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne manducares comediſti?* Inſpiciamus verſionem Septuag. quis indicauit tibi quia nudus es, niſi à ligno quod præceperam tibi tantum (vel vt habet Chryſoſtom.) de quo ſolo præceperam tibi ne ex eo manducares, ab eo ediſti? Ad quid appoſitum eſt *de ligno ſolo, vel tantum?* Nonne ſufficiebat dixiſſe ex ligno ſine additione *tantum?* Reſpondeo emphaticum fuiſſe hoc aduerbium *tantum vel ſolum*, ad denotandum fuiſſe erga eum benigniſſimum cùm ei vnam ſolum arborem interdixiſſet, poſitis omnibus aliis creatis in eius poteſtate: ita D. Chryſ. ho. 17. in Gen. *Non caret emphaſi, & latenti quadam vi, quod dicit de quo ſolo, quaſi diceret non enim anguſtos fruendorum bonorum limites tibi perſcripſi, nonne omnem copiam præbui? Nonne omnium quæ in Paradiſo ſunt poteſtatem tibi dedi? Et dumtaxat ab hoc vnico vt abſtineres præcepi, vt ſcire poſſes te ſub Domino eſſe quodam, cui obedientiam debes.* 349 (17. in Gen.)

*Debet iudex cum reo tanquam cum amico loqui.*

350 *Quis indicauit tibi quod nudus eſſes: niſi quod de ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti?* Cur illum ita alloqueris? nonne reus eſt, quem interrogas? cur ergo eum ita benigne tractas? vt amice reos interrogare iudices doceat: ſic D. Chryſoſt. homil: 57. *Conſidera, dilecte, bonitatis Dei excellentiam quomodo quaſi amicus amico loquitur, & quaſi expoſtulat cum eo, qui mandata prævaricatus erat.* (Chryſoſt.)

*Nos inuitat Deus ad confeſſionem.*

351 *Quis indicauit tibi quod nudus eſſes?* Cur factum ſtatim non redarguiſti? & cur non dixiſti quare de ligno comediſti, ſed ſolum quis indicauit tibi quod nudus eſſes, niſi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes comediſti? reſpondet ſubtiliter D. Chryſ. *Nec tacuit, nec apertè ipſum redarguit, non enim tacuit, vt ipſum ad peccati confeſſionem euocaret, nec verò manifeſtè redarguit, ne totum Dei eſſet, & ille priuatus remaneret venia, quæ nobis ex confeſſione naſcitur, propterea non dixit manifeſtè cauſam vnde cognitio nata eſſet, ſed ſub interrogationis forma ſermonem profert, illum permittens ad confeſſionem venire.* (Chryſ. hic.)

*Ingratitudinem noſtram declarat Deus.*

352 *Quis indicauit tibi quod nudus eſſes, niſi de ligno de quo præceperam tibi, ne comederes comediſti?* Septuag. habent de quo præceperam tantum, vel vt Chryſoſt. de quo ſolo præceperam, cur addit de quo *tantum vel de quo ſolo?* nonne ſufficiebat dicere comediſti de ligno à quo præceperam vt abſtineres? non ſine myſterio dictum *de quo tantum*, ſed vt indicet eius ſummam ingratitudinem, qui cum tot abundaret optimis fructibus, vnum voluit deguſtare vetitum, & lethalem: hoc inſinuat D. Chryſoſt. hom. 17. *Omnium quæ in Paradiſo ſunt, poteſtatem tibi dedi, & dumtaxat ab hoc vnico vt abſtineres præcepi, quæ igitur tanta negligentia illa vt tantis fructibus non contentus ab hoc vnico abſtinere nolueris?* vbi habet Chryſoſt. quæ igitur tanta negligentia, appone quæ tanta igitur ingratitudo? (Chryſ.)

*Abundantia bonorum contemptum Dei ingerit.*

353 *Quis indicauit quod nudus eſſes, niſi quod ex ligno de quo præceperam tibi?* (Sept. habent tantum) *ne comederes comediſti?* tranſgreſſus eſt igitur mandatum primus parens, & legem eius contempſit, vndenam Dei contemptus, à quo tot beneficia acceperat à quo tot fruendorum bonorum poteſtatem conſequutus fuerat, cùm tantum vt ab vnica arbore abſtineret præcepit? ne mireris Deum contempſiſſe & eius mandatum violaſſe, tot enim bonorum copia Dei contemptum induxit.

*Peccatum nos indecoros efficit.*

354 *Quis indicauit tibi quòd nudus eſſes?* Pœnalis eſt tibi nuditas ob quam pudore confunderis, nonne antea tibi decora erat? nam nudus non erubeſcebas, nonne iam tranſgreſſus Dei præceptum fuerat? non mireris igitur pœnoſam fuiſſe ei nuditatem quæ antea ſibi decora fuerat, quia peccatum nos turpes & indecoros efficit, hoc ſignificat Gloſſa interl. explicans hæc verba, ait: *quis te ad hanc informitatem adduxit, niſi quod præceptum meum non obſeruaſti?* (Gloſſ. int.) A nuditatem igitur vocat informem ex præcepti tranſgreſſione.

*Qui non confitetur, acriter punitur.*

*Quis indicauit tibi quòd nudus eſſes, niſi quod de ligno, &c.* Diximus hæc non protuliſſe ſuauiter, ſed acriter inuectum fuiſſe iudiciario more interrogantem, reúmque diſſimulantem, aſpera quæſtione pulſantem: cur hominem arguis & corripis non in manſuetudine, ſed in ira & furore? nota in prima interrogatione peccatum ſuum non agnouiſſe, nec confeſſum fuiſſe, ſed ſolum de nuditate erubuiſſe: meritò B igitur acriter, & non benigne reprehenditur, grauiter ſtatim puniendus, quia qui delictum non fatetur, ſeuere à Deo plectitur: accipe Rup. Abb. *Quia ſuæ nuditatis (id eſt peccati) homo tacuit, idcirco Deum loqui & eandem in homine cauſam urguere oportuit, eſt autem hæc regula diuinæ æquitatis, vt homo ſi iuſtificari velit, id eſt ſeipſum accuſet (iuſtus enim in principio accuſator eſt ſui) tunc mitius & manſuetius agat cum illo miſericordia Dei; ſi autem homine tardante priorem Deum oporteat loqui, & narrare quod homo fecerit, tunc diſtrictius arguat atq; corripiat, non in manſuetudine atq; miſericordia ſed in furore & in ira ſua*, vt factum eſt circa primum parentem. 355 (Rup. Abb. hic.) (Prou. 8.) C

*Iudices non de quolibet crimine de quo non conſtat, reos interrogent.*

*Quis indicauit tibi quod nudus eſſes, niſi quod de ligno, &c.* Cur de cauſa nuditatis, nempe de prohibitionis tranſgreſſione ſolùm interrogas? nonne alia commiſit peccata, vt ſuperbiæ, &c. quæ potuiſſent eſſe nuditatis occaſio? adeo ſolum interrogat & inquirit non de alio peccato, ſed ſolùm de eo quod fuit cauſa nuditatis, vt doceat iudices non perquirere de quolibet crimine reos, ſed de eo quod ſibi commiſſum eſt: ſic Caietanus. D *Aduerte quod quum notitia nuditatis potuiſſet ex diuerſis peccatis cauſari, non interrogauit in ſpecie de quocumq; grauiori peccato, ſed de minimo; omiſſis enim peccatis contra ius naturæ & contra credenda, interrogauit tantummodò de peccato contra ius poſitiuum vnicum, quod tunc erat latum, vt hinc diſcerent iudices maleficorum, abſtinere à vitio ſuggeſtionis, interrogando reos.* 356 (Card. Cai. in Gen.)

*De aliis male ſuſpicari non debemus.*

*Quis indicauit tibi quod nudus eſſes, niſi quod de ligno, &c.* Poterat Adamus nuditatem & iuſtitiæ E amiſſionem incurriſſe ob alia ingentia crimina, & grauiſſima delicta poterat abnegaſſe Deum, cultum & adorationem ſerpenti obtuliſſe, peieraſſe poterat, vel alia grauiſſima delicta perpetraſſe: cur Deus de ſolo illo præcepto inquirit aliorum immemor, cum reſpectu naturalium præceptorum videbatur minimum? non bonæ mentis eſt de proximis ſuſpicari maxima: ſuſpicio enim quælibet maxime periculoſa eſt: quod D. Doroth. doctrina 12. de mendacio oſtendit dicens. *Nihil grauius ſuſpicionibus, quæ adeo noxiæ ſunt, vt ſi in nobis paululum inſideant, nituntur ſtatim perſuadere, vt credamus nos ipſos euidentiſſime cernere ea, quæ neq; ſunt neq; fuerunt*: F deinde ſubiungit, *Curemus ergo (fratres) quo poſſumus ſtudio & diligentia, ſuſpiciones omnes à nobis abigere, nihil enim adeò hominem à Deo ſegregat, vt nullam ſuorum vitiorum curam habere curet; & ſcrutari ſemper quæ nihil ad ſe attinent, hinc nullum bonum, ſed innumera afflictiones procedunt, hinc fit vt homo nunquam pacificus ſit, nunquam quieſcat, timorem* 357 (Dorot. doctrina 12 de mendacio.)

*Dei nunquam poſsideat: vt igitur cœperint in nobis oriri, imo palpitare ſuſpiciones malæ ex malitia & iniquitate noſtra, eas illico ad rectam intelligentiam inflectamus, atque ita nos minime lædent.*

### *Confeſſarius non deterreat pœnitentem à peccatorum confeſsione.*

358 *Quis indicauit tibi quod nudus eſſes?* Cur non dixit Deus, impie & ſcelerate in hunc timorem & hunc pudorem coniecit te præcepti tranſgreſſio? iam iam delicti tui ſolues pœnas: Nota quod Deus hominem adducere volebat ad ſui criminis confeſſionem, non igitur eum grauiter arguit & reprehendit, A ſed cum illo mitius agit, vt doceat Confeſſarios non deterrere peccatores à delictorum ſuorum accuſatione: indicare hoc voluit Procop. dicens. *Quapropter Deus in adhortatione, & admonitione perſeuerans, inquit, quis tibi nuditatem ſignificauit? à quo te nudum eſſe audiuiſti? ne nunc quidem hominis peccatum in ſolem protrahit, ne ſcilicet verborum aſperitate eum deterreret, & ipſe deinde minus peccati redargutionem inuehere quiret, interrogando, & dubitando oſtendit magis hominem deliquiſſe: facile enim fuiſſet Deo dicere in hunc timorem & hunc pudorem coniecit te præcepti tranſgreſsio, ſed clementius agit cum lapſo homine, inquiens, quis tibi nuditatem indicauit?* Procop.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XII.*

*Vlg.* Dixitque Adam, mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno & comedi.

*Septuagint.* Mulier quam dediſti mecum, hæc mihi dedit de ligno & edi, *ſic Ambroſ. Auguſt.*

*Cald.* Hæc mihi dedit de arbore, & comedi, *ſic Pagnin.*

*Vulg. Antiq.* Mulier quam dediſti vt eſſet mecum, ipſa dedit mihi de arbore.

*Moſes Barſ.* Mulier quam attribuiſti mihi, ipſa dedit mihi de arbore & comedi.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

QVod in noſtra editione legitur quam dediſti mihi ſociam, Hebraicè habetur עמדי Immadi id eſt mecum, quod non immutarunt Septuag. ſed noſter interpres more noſtro loquutus eſt, & quidē elegantius.

## EXPOSITIO VERSVS XII.

MVlier quam dediſti mihi ſociam. Credens Deum ſibi citius remiſſurum culpam ſuam, refert mulierem, quæ ſibi data ab eo fuerat, quaſi diceret ſi non dediſſes mihi, non peccaſſem: aliquo modo ergo excuſatione ſum dignus, cum illa mihi fuerit tranſgrediendi occaſio, *dedit enim mihi de ligno*, non extendi manum ad arborem vetitam, ſed illa decerpſit fructum quem mihi tribuens degustaui.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Superbi conantur referre in creatorem ſi quid mali egerunt.*

359 MVlier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi & comedi. Quaſi diceret dediſti mihi in adiutorium mulierem, quam ſi non dediſſes, de fructu non comediſſem: ô Adam, nonne ſufficiebat non acquieuiſſe Dei præcepto, non autem accuſare cum tuæ tranſgreſſionis? Reſponde ſuperbum ſemper eniti in Deum referre male acta & perpetrata: ſic D.

August. l. 9. de Gen. ad litt. Auguſt. *Aduertamus quo morbo ſuperbiæ laborent homines hodie, non niſi in creatorem conantes referre ſi quid mali egerint, cùm ſibi velint tribui ſi quid egerint boni: mulier inquit quam dediſti mecum, id eſt quam dediſti vt eſſet mecum, hæc mihi dedit à ligno, & edi, quaſi ad hoc data eſſet vt non ipſa potius obediret viro, & ambo Deo.*

### *Superbia impedit agnitionem peccati.*

360 *Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi & comedi.* Interrogatori Deo, cur tráſgreſſus fuiſſet ſuum præceptum, comediſſetque de ligno vetito, reſpondit Adam. Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi, & comedi. Cur, ô Adam, peccatum tuum non confiteris, cùm ad hoc veniat Deus vt peccatum agnoſcas? ſuperbia abſtulit cognitionem & confeſſionem ſui peccati: ſic D. Aug. lib. 9. de Gen. ad lit. c. 35. *Nunquid dixit peccaui? ſuperbia habet confuſionis deformitatē, & non habet confeſsionis humilitatem.* Aug lib 9. in Gen.

E

### *Proprium peccatorum ſuperbire.*

361 *Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi.* Cur non agnoſcit culpam ſuam, humiliterq; reſpōdet, dicens, Domine agnoſco delictum, non habeo quid reſpondeam? ſic ſuperbè reſpondit, quia peccatorum proprium eſt ſemper ſuperbire: ſic Rup. l. 2. de vict. ver. Dei c. 11. *Nullū ſubmiſsionis, aut humilitatis verbum reſpondit ſed hoc tantum dixit, mulier quam dediſti, &c profectò reſponſa hæc non conſentiūt Domino, haud & humiliū ſed rebellium ſunt & contumaciū.* Rup. l. 2. de vict. ver. Dei cap. 11.

F

### *Exules fuimus à paradiſo ob negationem confeſsionis.*

362 *Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* Plures Patres inuehunt in miſerum Adam, eum reprehendentes quod noluerit peccatum ſuum confiteri, ſed quid mali accidit ex eo quod non confeſſus fuerit delictum? nam iam nudus erat, gratiam Dei perdiderat, morti condemnatus, quod ergo aliud damnum poterat effugere, quamuis crimen non negaſſet? nota alias pœnas ſubeundas, vt à paradiſo

paradiſo eiectionem; dicas igitur ſi peccatum confeſſus fuiſſet, & fortè à paradiſo expulſus non fuiſſet: ſic B. Iuo Carnoten. ſer. quare Deus natus & paſſus ſit. *Si humiliter ſe accuſaſſet, & in authorem ſuum culpam non retorſiſſet, à paradiſo non exulaſſet,* quæ verba habet etiam D. Aug. ſer. 11. de Sanctis.

S. Iuo Epi. Carnot.

### *Excuſatio non legitima in peccato indignos venia efficit.*

363 *Mulier quam dediſti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi.* Quaſi diceret, mulier quam formaſti vt me adiuuaret, hac me repleuit confuſione, quæ neſcio qua de cauſa mihi hunc fructum porrexit, & B comedi: hæc excuſatio veniamne meretur: nam ſalrem peccatum ſuum non negat, ſed confitetur? minime, quia ſciens prætulit mulierem præcepto ipſius Dei: ſic D. Chryſ. hom 17. *Videntur quidem defenſionem quandam præſe ferre, ſed prorſus venia carent: qua enim venia dignus es, inquit, qui mea præcepta obliuiſceris, & qui mulieris datum meis verbis præferendum putas? nam licet mulier dederit, ſufficiebat tamen mandatum meum, & timor ſupplicij ad fugam eſcæ incutiendam, an non cernis excuſationes non nos liberare, ſed noxios relinquere?*

Chryſ. ho. 17. in Gen.

### *Deus ad pœnitentiam nos prouocat, non autem diabolus.*

364 *Mulier quam dediſti mihi, &c.* Interrogatus hoc Deo reſpondit, poſtquam tranſgreſſus præceptum ſibi à Deo impoſitum, ſerpens autem non interrogatur, ſed ſolum quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia: cur, quæſo, Deus primos parentes inquirit de ſua clupa, reprehenditque; in ſerpentem autem abſque præuia inquiſitione aut interrogatione ſententiam acriter ſtatim fulminauit? ideo ita ſe geſſit, quia non diaboli ſed hominum pœnitentiæ D & conuerſioni conſulebat, non diabolum ſed homines ad miſericordiam ſuam confugere deſiderabat: ita Rup. lib. 3. in Gen. c. 17. *Ab homine cui cùm iratus eſt, miſericordiæ recordari habet, Dominus Deus requiſiuit, & cum eo de facto ratiocinari dignatus eſt, cum ſerpente autem ſibi eiuſmodi nulla ratio eſt, ſcriptum eſt enim, quia multitudinem iræ ſuæ non quæret, ſcimus autem quia ſuper antiquum ſerpentem diabolum ira Dei multa & interminabilis eſt.*

Rup. li. 3. in Gen. c. 17.

### *Iratus nihil benignum pronuntiat.*

365 *Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno.* Hæc mulier nonne eſt adiutorium à Deo tibi E datum? ait enim Deus: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi, cur ergo non dicit, mulier quam dediſti mihi in adiutorium? aduerte nomen adiutorij ſuauiſſimum eſſe, nomen autem ſocij æqualitatem dicere, nota inſuper quaſi D[eo] o[ratum] hæc reſpondere; dico igitur non nominaſſe mulierem adiutorium, quia iratus nihil benignum pronuntiare valet: ſic Rup. *Non dixit mulier, quam dediſti adiutorium mihi, cum dixeris Deus: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi, ſed vt totus erat in felle amaritudinis, dulciora F nomina, vel verba fugiens, pro eo vt diceret, quam feciſti adiutorium mihi, quam dediſti mihi ſociam, inquit.*

Rupert.

### *Deus ad confeſſionem nos inducere ſatagit.*

366 *Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi.* Prorſus vana eſt & inanis hæc Adami defenſio, quippe quæ nec præſefert humiliatum demiſſumq;



A animum, imo in ipſum quodammodo Deum culpam reducit, quaſi dicat, mulier quam tu apud me eſſe voluiſti, ea mihi cauſa fuit tranſgrediendi legem, ſed aduerſus hæc nonne multa à Deo ad illum arguendum dici potuiſſent? verbi gratia, non quia mulierem ego tibi adiunxi, iuſta tibi ratio erat, vt ei auſcultans mea iuſſa violares, tum ſi me accuſas; quia vxorem tibi dedi, cur non etiam quia te condidi: niſi enim te creaſſem, non peccaſſes, &c. Fruſtrà igitur te excuſas cùm eam mulierem quam tibi ſociam dedi, ita comparauerim, vt tibi ipſa eſſet in manu atque ſubiecta, non autem vt te tuaſque actiones regeret, gubernaretque: his atque huiuſcemodi verB bis Deus vti potuit ad illum arguendum, cur ergo ab his abſtinuit? quia Deus potius hominem ad pœnitentiam adducere vult, quam verbis acrioribus perterrere: ſic Moſes Barſepha. 1. par. de para. *Omnibus abſtinuit verbis, quæ cum illo expoſtulare potuiſſet iure Deus, quia non accuſationibus perterrere hominem, ſed patrati facinoris pœnitentia reuocare cupiebat.*

Moſ. Berſ. 1. p. de par.

### *Timor pœna nos ſuperbos & audaces efficit.*

*Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno & comedi.* Quomodo ita audacter & ſuperbè C loqueris Deo, exceſſus tui vitium in auctorem latenter intorquens? Quaſi ei diceres; tu occaſionem delinquendi præbuiſti, qui mulierem dediſti, nonne præ timore plenus puſillanimitate fugiſti? Quomodo nunc ergo tumens, & audax? Ne mireris ita audacem, ne dicam impudentem, quia timor pœnæ audaces & ſuperbos reos cognitos efficit: ſic D. Greg. 4. Moral. cap. 25. *Primus homo poſt culpam audacior extitit, dicens mulier quam dediſti mihi, &c. qui quidem per timorem ſemetipſum abſconſurus fugerat, ſed tamen requiſitus innotuit, quantum enim timens tumebat; cum enim ex peccato præſens pœna metuitur, & amiſſa Dei facies non amatur, timor* D *ex tumore eſt non ex humilitate.* 367

Gregor 4. Moral. c. 25.

### *Homo immiſericors.*

*Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno & comedi.* O Adam nonne dixiſti os de oſſibus meis, & caro de carne mea, ſignificans te vnicè vxorem diligere? Quomodo ergo cum amore illius perſuaſus præceptum Dei tranſgreſſus fueris, non eam excuſas; imo accuſas & dignam ſupplicio iudicas? Ideo mulierem accuſat, & ſe excuſat vt immitem, & inhumanum animum ſuum declaret: ſic D. Bernard. ſerm. 1. Feſt. omnium ſanctorum ad illa verba Do- E mini, Beati miſericordes: *Iam vero Adæ crudelitatem hæc ſententia tangit, qui videbatur vxoris amore peccaſſe, ecce enim ſcimus, Adam, quia os de oſſibus tuis, & caro de carne tua eſt, & eiuſ amore peccaſti, videamus nunc quantum diligas eam, oppone te diſcrimini propter illam, & dic: Domine mulier infirmior eſt, mulier ſeducta eſt, mea iniquitas, meum peccatum, in me ſolum vindicta procedat, ſed non loquitur ſic: mulier, inquit, quam dediſti mihi, dedit mihi de ligno, & ô peruerſitas! pœnam pro ea ſuſcipere refugis, & culpam admittere non recuſaſti, quo-* F *modo? proh dolor! omnia confudiſti? Pernicioſe miſericors, vbi ſeuerus eſſe debueras, crudelis vbi miſericordiam impendere oportebat, nam delinquere propter illam nullomodo, ſatisfacere vero pro ea libenti animo debuiſti.* 368

Bernard. in feſto omnium ſanctorum.

### *Reprehenſio non debet eſſe ſeuera.*

*Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno.* Solò ei dixerat, vndenam ſciret ſuam nuditatē, 369

niſi quod fructum vetitum comederat; ſed noone, ô A Deus æquiſſime, interrogaſti Adam vt eum repiehenderes? Cur ergo eum ſciens oocentem & reum, euiuſque præcepti tranſgreſſorem, grauioribus verbis non obiurgas, ſed ſuo reſponſo quaſi contentus, ad mulierem ſermonem tuum dirigis? Nihil amplius homini ſeuere loquitor, quia ſeuera obiurgatio nimium exaſperat: ſic Procopius. *Voluit eum ſaltem corrigere, ne igitur ipſum magis exaſperaret, ſeueriora verba omiſit errorem conuertit ad mulierem, vt quia communis peccati erat particeps, particeps quoque fieret communis correctionis.*

Proc. Gaz. in Gen.

### *Si nobis imputauerimus peccata noſtra, Deus non imputat.*

370 *Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi & comedi.* Hac non obſtante reſponſione, à Deo punitur; cur ô Deus æquiſſime hominem puois qui rationem dedit cibi vetiti; quem comedit? Nota in reſponſione ſupra dicta, peccatum ſibi non imputaſſe, imo mulieri, meritò igitur ſeuere caſtigatur à Deo, quia qui peccatum non ſibi imputat, à Deo ſeuere puniente imputatur: ſic D. Gregor. Mago. in Pſalm. Beati quorum remiſſæ. *Si noſmet ipſos iudicaremus, non vtique iudicaremur, ſi nobis peccata noſtra imputaremus, non ea nobis imputaret Deus, ſi ea ſatisfaciendo puniremus, nullum qui nos in futuro puniret inueniremus: imputare ſibi Adam peccatum ſuum noluit, quando culpam ſuam in creatorem refudit, dicens: mulier, &c. vnde quia ſe confiteri culpabilem renuit, mortiferæ damnationis ſententiam ad poſteros miſit.*

Gre. Mag. in Pſalm. Beati quorum rem.

### *Quam peruerſè leges amicitiæ ſeruamus.*

371 *Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi, & comedi.* Nonne tibi ſtrictiſſimo amicitiæ vinculo coniuncta erat, ita vt eius illecebris illectus Dei præceptum fueris tranſgreſſus? Quomodo igitur obiicis ſuppliciis ſuſtinendis eam accuſans? Quia peruerſe D leges amicitiæ obſeruat homo; lex enim veræ amicitiæ eſt, vt Deum propter amicum non offendamus, & propter eum incommoda patiamur, & damna feramus, ſed è contrario nos gerimus: nam omne ius violantes, nihil enim incommodi amicorum cauſâ ſubire volumus, licet eorum gratiâ quodlibet ſcelus aggrediamur. *Boni amici* (inquit Oleaſter) *eſt non peccare propter amicum, pœnas tamen libenter dare propter ipſum, quot ſunt homines hodie in mundo, qui non ſolum propter amicos, ſed propter eos qui ad malum inuitant, mille peccata committunt,* A *qui tamen illis propter quos tot peccata perpetrant, non darent vnum ducatum, ne obolum dicam.*

Hie. ab Oleaſt.

### *Virilis animi eſt ſe ipſum accuſare.*

*Mulier quam dediſti mihi ſociam.* Cur accuſas alienam, & non teipſum, cum ipſemet tranſgreſſus fueris Dei præceptum, peccantis autem ſeipſum eſt accuſare? Aduerte virilem animum demiſiſſe, cùm blanditiis vxoris ſuæ illectus, fructum à Deo prohibitum comedit; oe mireris igitur ſe ipſum non accuſaſſe, quia ſolius virilis animi eſt, idipſum facere; ſic citatus D. Gregor. Magn. *Iudicare ſe ipſum nemo* B *poterit, niſi qui virilem animum ad vitia perſequenda ſumit.* 372

Gre Mag. vbi ſup.

### *Vmbra excuſationis non excuſat.*

*Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi & comedi.* Non obſtante excuſatione videbimus eum grauiter puoitum, qui ſe ab alicuius delicti commiſſione excuſat; nonne dignus eſt venia? Condonetur ergo Adam, ſi ſe à delicto perpetrato excuſauerit: dico excuſationem illius oon fuiſſe validam, ſed ſolùm excuſationis vmbram, & ideo non excuſantem: ſic Saluianus libr. 3. ad Eccleſiam Catholicam: *Vm-* C *bra excuſatiuncula non eſt excuſans, dans reo deprecatiunculæ ſpeciem, non reatûs ſecuritatem.* 373

Salu. Epiſ. Mal. l. 3. ad Ecc. Cath.

### *Chriſti paſſi conſortium gignit animos auxiliatores, ſed hominis, ſeductores.*

*Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit de ligno & comedi.* Quaſi diceret, quam ex latere accepi adiutricem, inueni ſeductricem, quamuis ex meo latere, dum dormirem, proceſſerit. Sed attentè conſideremus ſecundum Adam, qui dum dormit, dum ſoporatur in cruce, ex percuſſo latere emiſit aquam & ſanguinem, quibus ædificatur ſponſa Eccleſia, vt eſt D omnium Patrum concors ſenteotia. Cur cœleſtis Adame, non magis tibi caues à ſponſa ex latere orta? & quidem ex latere dormientis in paradiſo orta ſponſa potuit eſſe ſeductris; at quæ ex latere Ieſu dormientis in cruce oritur, non ſeductrix, ſed adiutrix eſt omnium. Ad hæc Pantaleoo Preſby. orat. in exalt. cruc. apud Grethſer. tom. 2. ait: *Rurſus exaltatur crux, rurſus Adamus reſingitur, rurſus ex latere mater viuentium adeſt, auxiliatrix vere, non inſidiatrix*, noo poſſet prodire ex crucifixi Ieſu latere, niſi quæ auxilium præſtaret. 374

Pantal.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XIII.*

*Vlg.* Et dixit Dominus Deus ad mulierem, quare hoc feciſti? Quæ reſpondit; ſerpens decepit me & comedi.

*Septuag.* Dixit Dominus mulieri; quid hoc feciſti? Et dixit: ſerpens decepit me, & manducaui, *ſic Caldæus, & Arias.*

*Pagnin.* Serpens errare fecit me, & comedi.

*Caietan.* Abduxit me, & comedi.

*Diuus Auguſt.* Serpens ſeduxit me, & manducaui.

*Alij legunt.* Serpens eleuauit me

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

NAſa, נשא cum puncto *Iamin*, in littera ſin, decipere & ſeducere ſignificat נשא. *Naſa* verò cum puncto ſemel, eleuare & extollere, abducere ſignificat; hinc fit quod vbi legimus, decepit, alij abduxit, verterunt, licet tamen vnus & idem ſenſus ſit.

## EXPOSITIO VERSVS XIII.

S*Erpens decepit me.* Scilicet cum dixit nequaquam moriemini, & eritis ſicut Dij ſcientes bonum & malum, ex quo patet quod Eua fortaſſe exiſtimabat ſerpentem aliquam naturam ratione vtentem, alias animali non imponeret quod decepiſſet, quia decipere eſt naturæ ſagacioris & aſtutæ, cum ſe excuſans Adam non dixerit, mulier ſeduxit me, mulier autem aſſeruerit, ſerpens decepit me. Vtile A erit proponere, quomodo plurimi patres aſſerant ſeductum, D. autem Paulus ad Corinth. neget dicens Adam non eſt ſeductus, Chryſoſt. & Hieronym. dicunt, non fuiſſe ſeductum vt mulier fieret in præuaricationem, tandem alij, vt D. Thom. D. Haymo, inquiunt quod non fuit ſeductus Adam ſed Eua, quæ poſtea ſeductionis Adamo cauſa extitit.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Ambitioſus magis dolet fruſtrari intentis, quam de peccatis ſuis.*

375 S*Erpens decepit me.* Cur ô mulier non ais ſerpens deiecit me in peccatum, vel ſerpens occaſio fuit quòd Deum offenderem, quod Dei amorem amitterem? nota quod ei promiſerat diuinitatem ſerpens: reſpondeo omnia ſupra dicta non tam dolere, quam promiſſionis diuinitatis iacturam, hanc præ omnibus aliis moleſte tolerat: ſic Arnol. Carnot. de opere ſex dierum. *Deceptam ſe dicit, amplius dolens quod diaboli promiſſio effectu caruerit, quam quod eius ſuggeſtioni aſſenſum præbuerit.*

Arn. Carn. de opere ſex dierum.

*Dei miſericordia abutimur.*

376 *Serpens decepit me.* Nonne optime ſcis qua de cauſa illum fructum arboris vetitæ dedit viro ſuo? Cur igitur illam interrogas? ait Proc. vt oſtenderet mulieri ſuum peccatum, iterum ignorantiam ſimulat & ſciſcitatur, ſi ergo peccatum ſic Deus mulieri declarat, cur illa non agnoſcit culpam, ſed illam in ſerpentem reiicit? reſpondet idem Procop. *Quapropter ſumpta audacia culpam in ſerpentem reiicit,* quaſi diceret illa abutitur miſericordia, nolens crimen ſuum detegere, & alterum illius auctorem conſtituere.

Procop.

*Diabolus non nos cogit ad male agendum.*

377 *Serpens decepit me* Nonne ô mulier te excuſare moliris! cur ergo excuſationem validam non profers, dicens ſerpens coegit me? non ita excuſare ſe poteſt, quia diabolus nequit nos cogere, ſed ſolum perſuadere vel allicere: ſic obſeruat Chryſ. hom. 17. *Non dixit ſerpens coegit me & comedi, ſed quid? ſerpens decepit me, vt autem deciperetur aut non deciperetur in ipſius erat poteſtate: vide, namq; inimicus noſtræ ſalutis opera huius beſtiæ vſus, conſilium dedit & decepit, non vim fecit nec coegit, ſed perniciosè conſilio fraudes ſuas opere compleri fecit.*

Chryſ. ho. 17. in Gen.

*Vxor debet viri ſui amantiſſima eſſe.*

378 *Serpens decepit me & comedi.* Nonne mulier vir ſe accuſauit, reiiciens culpam ſuam in te? cur ſimiliter tuam in eum non refundis, dicens ſi vir ſemper ſecum me habuiſſet, non cecidiſſem? &c. in hoc præbuit inſigne exemplum amoris erga virum cùm ab illo accuſata fuiſſet criminis, patienter tulit & totam in ſe atque in ſerpentem reiecit culpam: ſic D. Amb. lib. de inſtit. virg. c. 4. *In iudicio ipſo quanto clementior viro, ille mulierem ſuam accuſauit, iſta ſerpentem, hoc eſt nec accuſata crimen retorſit, ſed ipſum accuſatorem ſuum maluit ſi poſſet abſoluere, quam ligare.*

Amb. li. de inſtit. Vir. cap. 4.



*Prælatus ſeuerius Dei iudicium ſubibit.*

B *Serpens decepit me.* Dixit mulier Deo interroganti cur feciſti hoc? neſcio qua de cauſa ſolum hæc verba eam examinans dixerit, cùm ſeueriùs egerit cum homine: nam ei nuditatem exprobrauit, arguit eum tranſgreſſionis præcepti, vbinam eſſet inquirit: ita ſeuere cum Adam egit, cum Eua vero benigne, ad declarandum cum ſuperioribus rigorosè Deum acturum, cum inferioribus vero benignius: ſic fere Procop. *Seuerius, & exactius Deus cum Adamo quam cum Eua egit, inclamauit vbi eſt, exprobrauit homini nuditatem, arguit tranſgreſſionis latæ legis* C *de vetito cibo non edendo, at mulierem excutit & examinat, volens ei vt vaſi infirmiori parcere.* 379

Proc Gaz. in Gen.

*Excuſare ſe à peccato prouenit ex faſtu.*

*Serpens decepit me, & comedi.* Cur non agnoſcis peccatum tuum, ô Eua? cur illud reiicis in alium? nonne potuiſti ſuadenti reſiſtere? diximus ſuperbam: dicamus ergo ex faſtu & ſuperbia ſe excuſare à peccato: ſic D. Aug. lib. 11. de Gen. ad litt. c. 35. *Nec iſta confitetur peccatum, ſed in alterum refert impari ſexu, pari faſtu: ſerpens decepit me & manducaui,* D *quaſi cuiuſque ſuaſio præcepto Dei debuerat anteponi.* 380

Aug. lib. 11. de Gen. ad litt. c. 35.

*Confitens veniam meretur.*

*Serpens decepit me?* Reſpondit mulier Deo interroganti, quare feciſti? nonne optime noſti ſerpentem illi promiſiſſe diuinitatem ſi ex fructu comederet? non ſolum ergo comedit, ſed dedit viro ſuo comedendum, cur igitur eam interrogas? certum eſt non inquirere tanquam ignorantem, ſed tanquam benignum ad confeſſionem prouocantem: ſic D. Chryſ. hom. 16. *Vide bonum Dominum illorum verbis contentum, & ad plura dicenda non cogentem: quan-* E *doquidem enim hoc non ignorans interrogabat, ſed conſcius & valde conſcius ſuam declararet miſericordiam, ad illorum ſe infirmitatem demittit & ad peccatorum confeſſionem prouocat,* & Rupertus: *Mulierem ad conſcientiam vocare voluit, vt recogitaret & diceret quia feci.* 381

Chryſ. ho. 16. in Gen.

Rupert.

*Ad confeſſionem prouocat Deus.*

*Serpens decepit me & comedi.* Sicut te abſcondetas cum viro tuo, credēs forte Deum non te viſuram, F cur etiam non negaſti delictum? nota quod ait Arn. Abb. tr. de ſept. ver. Domini in cruce, in illa verba: Pater ignoſce illis: *Licet recrudeſcat peccatū in multis, generalitas tamen in illa ita abraſa eſt, vt ad expiationē illorum, quæ quotidie admittuntur, non iterū Chriſtū oporteat pati, ſed vnū confeſſionis ad õnia crimina ſufficiet lauacrū,* vides ex veritate & hac autori- 382

Arn. Abb.

rate omnia peccata deleri confeſſione: reſpondeo igitur hanc virtutem confeſſionis forte agnoſcentem non negaſſe, ſed delictum confeſſam, vt veniam mereretur accipere: hoc obſeruat D. Ambr. libr. de paradiſo cap. 14. *Venialis culpa, quam ſequitur profeſſio delictorum, ideo non deſperata mulier, quæ non reticuit Deo, ſed magis confeſſa peccatum eſt, quam medicinalis ſecuta ſententia eſt*, deinde ſubiungit, *dixit peccatum ſuum & reputatum eſt ei ad veniam; iuſtus enim accuſator eſt ſui in principio ſermonis, neque enim poteſt quiſquam iuſtificari à peccato, niſi peccatum fuerit ante confeſſum, vnde Dominus ait: dic iniquitates tuas, vt iuſtificeris, ergo quia Eua ipſa confeſſa delictum eſt, mitior ſequitur & profutura ſententia, quæ condemnaret errorem & veniam non negaret.*

Amb li. de Para. c. 14

## *Vbi ſuperbia, ibi deceptio.*

383 *Serpens decepit me.* Dictio Hebraica ſignificat abduxit me, nam Iſſihani hoc vere ſignificat, & etiam ſubleuare & eleuare, vnde ſenſus etiam poteſt eſſe eleuare me fecit, vel eleuauit me; quomodo eadem dictio ſignificat deceptionem & eleuationem, quæ in hac materia ſuperbiam deſignat? Non ſine myſterio vtraque ſignificatio repetitur in hoc verbo; ſed vt denotetur quod ſuperbiæ deceptio maxime coniuncta eſt: ſic Caiet. *Parui refert veram ſignificationem ſectemur; nam ibi interuenit & ſeductio, vt teſtatur Apoſtolus quæ abductio à vero eſt, & ſubleuatio in appetitum aſſimilationis ad ſuperos, quoad ſcire bonum & malum, quæ ſubleuatio deceptionem manifeſtè annexam habet.*

Caiet.

## *De humilitate à Deo inſtruimur.*

384 *Serpens decepit me.* Ait Deo dicenti quare hoc feciſti, ſi mulierem interrogare cupiebas, & ab ea delicti ſui cognitionem habere, cur aliquem ex tuis minimis Angelis (cuius etiam præſentia indigna erat) ad eam interrogandam non miſiſti? Quis enim vnquam agnouit ipſummet regem, viliſſimum nocentem per ſe, & non interpoſita perſona interrogare? Hoc non dedignatur Deus Rex Regum & Dominus Dominantium, vt humilitatis ſectandæ exemplum nobis præberet: ita citatus Caietanus: *Vide dignationem ſummi Dei fontis eſſendi, & iudicis vniuerſorum, in hoc quod per ſe ipſum etiam mulierem interrogat*, quaſi diceret, ne deſpicias humiliari, cùm ipſe Deus etiam ſe humiliet.

Caiet.

## *Maior ſuperbia eſt in peccatore quàm in alio.*

385 *Serpens decepit me, & comedi.* Non dubitat Deus te comediſſe, ſerpentem te decepiſſe, ſed inuitat ad confeſſionem puram, & ad nullum ſubterfugium inquirendum: pete ergo miſericordiam, implora Dei clementiam; ſed neutrum exequitur, vnde tanta ſuperbia? Nonne erat peccatrix? Ne mireris igitur eam ſuperbam: maior enim ſuperbia in peccatore quàm in aliis reperitur: ſic D. Auguſt. libr. 14. de Dei ciuitate cap. 14. *Eſt peior damnabiliorque ſuperbia, quæ etiam in peccatis manifeſtis ſuffugium excuſationis inquirit, ſicut illi primi homines quorũ, & illa dixit ſerpens ſeduxit me, & manducaui, nuſquam hic ſonat petitio veniæ, nuſquam imploratio medicinæ, ſuperbia quærit in alium referre, quod perperam fecit, ſuperbia mulieris in ſerpentem.*

Aug li. 14. de Dei ciu. cap. 14.

## *Peccati principium ſuaue, finis vero amara cognitio doli.*

*Serpens decepit me.* Cùm fructum arboris collegiſti comedendum, an cognouiſti te deceptam fuiſſe? minime, quomodo ergo nunc fateris quod ſerpens te decepit? ideo in principio peccati non agnouit fraudem, ſed in fine, quia peccati initium iucundum & ſuaue, finis autem amara cognitio doli: teſtis eſt Procop. *Conſuetudo eſt vt decepti, vbi circumſcripti fuerint, tum demum dolum & fraudem ſentiant: initio enim voluptas ita ineſcat hominem, vt mali ſenſus ad ipſos haud poſſit peruenire, nam ratio cuius erat peccatum ſubuertere & diſſuadere, voluptate obfuſcatur, vt non audiat Deum in mente præſentem, & admonentem.* 386

Procop.

## *Qui excuſat peccatum, illud multiplicat.*

*Serpens decepit me.* An in hac excuſatione mulier offendit? non eſt dubium, ait enim D. Greg. lib. 33. Moral. c. 31. hic quorum pœnitentia quæſita eſt, ſcutum nequiſſimæ defenſionis contra iuſtiſſimæ correctionis verba protulerunt, ſed vnde hoc nouum peccatum? ſolum enim Deo interroganti reſpondet, tenemur autem veritatem inquirenti ſatisfacere: dico tamen ideo nouum admiſiſſe peccatum, quia qui in crimine commiſſo ſe excuſat, illud multiplicat: ſic cit. Greg. lib. 22. Moral. c. 13. *Vſitatum humani generis vitium eſt, & latendo peccata committere, & commiſſum negando abſcondere, & conuictum defendendo multiplicare*, & ſupra cita. libr. *vſque nunc in vſum peccantium trahitur, vt culpa cum arguitur, defendatur, & vnde finiri reatus debuit, inde cumuletur: ſic ergo reatum ſuum dum defendere moliuntur, addiderunt, vt culpa eorum atrocior diſcuſſa fieret, quàm fuerat patrata.* 387

Gre. Mag. l. 22. moral. cap. 13.

## *Proprium hominis eſt in peccatis excuſationem perquirere.*

*Serpens decepit me.* O mulier non ad excuſationem atque peccati occultationem, ſed ad cauſationem tui criminis prouocaris, cur ergo in ſerpentem reiicis crimen tuum? Nota quod ait Iob, loquens de ſua accuſatione: ſi abſcondi peccatum meum quaſi homo: cur appoſuit quaſi homo, cum nulla alia creatura ſit quæ ſuum abſconderit? hæc dictio ergo ſuperflua videtur eſſe? non ſine myſterio hanc appoſuit B. Iob, ſed vt inſinuaret humani generis à primis parentibus conſuetudinem deductam, in commiſſis peccatis ſubterfugia excuſationis quærere: ſic Greg c. 13. cit. l. 22. Moral. *Quia hæc occultationis culpa, in humano genere vehementer excreuit, bene B. Iob cùm diceret, ſi abſcondi peccatum meum, interpoſuit, quaſi homo: hominis quippe eſſe proprium conſpicit quod ex parentis veteris imitatione deſcendit.* 388

Gre Mag. L. 22 moral. cap. 13.

## *Homo non condemnetur indefenſus.*

*Serpens decepit me, & comedi.* Sic interrogatus Adam reſpondet, at ſerpentem indefenſum damnat, quia feciſti hoc, maledictus: cur homo non damnatur inauditus, cum de ſuo conſtaret delicto, ſicut ſerpens? quia iſte, id eſt dæmon, nil boni efficere poteſt, atque ita omnia eius facta damnare poſſumus, antequam diſcutiamus. Cæterum homo natura eſt liber, qui ad bonum & malum ſe flectere poteſt, vnde non oportet indefenſum damnare: ſed quamuis aliquid perperàm factum ab eo nobis videatur, diſcutere & examinare: ita ſentit Philo lib. 2. alle. leg. *Merito, quandoquidem naturam per ſe malam non ha-* 389

Philo.

*bet homo, ſed vtriq; parti fauens, & ad bonum, & ad deterius propendit, non prius damnatur quam confeſſus: at ſerpens voluptas ſuo ingenio mala, eam* A *ob rem in bono ne inuenitur quidem animo. ſed ſolus malus eſt eius particeps: itaq; iure optimo non permiſſum reſpondere execratur Deus.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XIV.*

VVlg. Et Dixit Dominus ad ſerpentem, quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ.

*Cald.* Et Dixit Dominus ſerpenti, quia feciſti hoc, maledictus tu præ omnibus iumentis, & præ omnibus beſtiis agri.

*Septuag.* Quia feciſti hoc, maledictus tu ab omnibus pecoribus, & ab omnibus beſtiis, quæ ſunt ſuper terram, *ſic Ambroſ.*

*Pagnin.* Maledictus eris præ omni animali, & præ omni beſtia agri. B

*Caiet.* Maledictus tu plusquam omne iumentum & plusquam omnis beſtia agri.

*Vatab.* Quid eſt hoc quod feciſti?

*Procop.* Quia feciſti hoc, maledictus præ omni iumento.

*Cyprian.* Maledictus tu ab omni pecore, & ab omni genere beſtiarum terræ.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

CVm Hebræi nec comparatiua nec ſuperlatiua habeant, ſupplent ſuperlatiuum per valde; comparatiuum per *ab*, vnde vbi legunt aliqui præ omnibus iumentis; alij plusquam omne iumentum.

## EXPOSITIO VERSVS XIV.

E*T ait Dominus ad ſerpentem.* Cum Moyſes hebræi populo nempe Iudæo ſcriberet, verba Domini quæ ſequuntur quaſi ad ſerpentem verum animal directa deſcribit, quæ in littera ſonant, in ipſo vera eſſe experimur, licet præcipuè diabolum ſpectent velut motorem & locutorem.

C *Maledictus eris inter omnia animantia, & beſtias terræ.* Quaſi diceret: quemadmodum naturalis ſerpens inter omnia terræ reptilia nunc eſt abominabilis, ſic tu, ô dæmon, præ vniuerſis terræ beſtiis hominibus horribilis, & omni imprecatione, & maledictione dignus eris.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deus benigniſſimus erga hominem.*

390 D*Ixit ſerpenti, quia feciſti hoc, maledictus es.* Attendamus ordinem iudicij, nonne interrogaſti hominem & mulierem? cum tranſgreſſi fuiſſent tuum præceptum, & mulier fateretur ſe eſſe deceptam D à ſerpente, cur ſerpentem non interrogas, qua de cauſa deceperit mulierem? nam ſi reſpondeatis non fuiſſe neceſſariam interrogationem, quia ſciebat Deus qua de cauſa deceperat mulierem, dicam ſimiliter quod non ignorabat: qua de cauſa mulier comederat fructum prohibitum, dederatque viro ſuo comedendum, & tamen interrogauit cur hoc feciſſent; debebat ergo ſimiliter ſerpentem interrogare: In hoc manifeſtatur Dei benignitas erga hominem, quem dignatus eſt interrogare, contempto ſerpente, tanquam ſuæ interrogationis indigno: ſic D. Chryſ. hom. 17. in Gen. *Attende ordinem contextus refertum Dei erga homines beniuolentia: nam interrogans à viro incepit, deinde ad mulierem tranſit, & poſtquam ipſa dixit quis ſibi auctor fuerit, vt ventum eſt ad ſerpentem, non iam dignatur illum, vt reſponſum ex eo audiat, ſed pœnam intentat.* Chryſ. ho. 17 in Gen. E

### *Deus iuſtiſſimus eſt.*

391 *Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ.* Si ſerpens eſt irrationalis, cur in eum fers ſententiam? ad quid condemnas? iuſtitia enim reſpicit id quod ad rectum ordinem poteſt reduci; ſerpens autem cum intellectu careat, hunc ordinem ſeruare minime poterit: ideo etiam ſerpentem condemnat ad declarationem & manifeſtationem ſuæ iuſtitiæ: ſic Tho. qui poſtquam eandem difficultatem propoſuit, ait. *Quare punitur, cùm non ſit animal quod habeat liberum arbitrium? illud fuit ad oſtenſionem diuinæ iuſtitiæ*, quaſi diceret, ſi Deus in animalia irrationalia iuſtitiam ſuam exercet, quanto magis in homines peccatores? Tho. Ang.

### *Deus punit etiam inſtrumenta, per quæ ad peccatum deducimur.*

*Quia feciſti hoc, maledictus es, &c.* Neſcio, ô 
miſericors Deus, quare ſerpentem rationis incapa- 392
cem, nec aliquid demerentem tam ſeuerè punis? nam pœna refertur ad culpam, culpam autem non potuit admittere, cùm careat libero arbitrio neceſſario ad culpam? reſpondeo Deum non ſolum peccatores, ſed etiam inſtrumenta inducentia eos ad peccandum punire, & ideo tam grauem pœnam infligere ſerpenti, vt inſtrumento peccati primorum parentum: ſic D. Chryſ. hom. 17. in Gen. *Sicut clementiſſimus pater, puniens eum qui filium ſuum occiderit, & gladium & enſem per quæ filius ſuus occiſus eſt, deſtruit, & in multas partes diuidit, eodem modo Deus egit, quia ipſe ſerpens, quaſi gladius quidam diabolicæ ſeruiuit malitiæ, vnde & æterna ipſi pœna intentata eſt.* Chryſ. ho. 17. in Gen.

*Prius delinquens prius punitur.*

393 *Quia feciſti hoc, maledictus es, &c.* Noone prios mulierem & hominem interrogaueras? ſi ergo agnouiſti ſuas excuſationes eſſe inualidas, cur eos tunc non condemnaſti, ſed prius ſerpentem, quem adhuc non interrogaſti? nota quod ſerpeos prius deliquerat, perſuadens mulieri inobedientiam: iure meriio ergo prius ſerpens condemnatur, quia prius delinquens prius puniri debet; ſic D. Amb. de Para. c. 6.
Amb li. de Para c. 12. *Non mireris cur ante ſerpens damnetur iudicio Dei, ſecundo mulier, tertio vir ſecundum errorum ordinem, damnationis quoque ordo ſeruatus eſt.*

*Deus punit aliquando ea quæ non videntur punienda ad hominum inſtructionem.*

394 *Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia terræ.* Certum eſt diuinæ derogare iuſtitiæ pœnam infligere ſine præuia culpa, atque punire innoxium ſeu innocens animal, qua de cauſa ergo punit ſerpentem? Nota Deum infligere pœnam ſine
Leuit. 20. culpa patientis, legimus in ſacra ſcriptura Leuitic. 20. præcepit occidi iumenta, non ſolum ſi quis per ea peccauerit, ſed etiam ſi ab homine repreſſa non eſſent ab actu ſolum exteriori, qui tamen in ſe non
Exod. 19. Ioſue 6. 1. Reg. 15. fuit culpabilis, ſicut in Exod. 19. præcepit interfici pecus, ſi montem attingeret, & Ioſ. 6. 1. Reg. 15. qua de cauſa innoxia occidere iubet animalia? Nota medi is vtendum eſſe, ſecundùm exigentiam finis; omnia autem animalia propter hominem ſunt producta: reſponde ergo hoc nequaquam diuinæ derogare Iuſtitiæ, ſed Dei ſapientiæ congruere: *Vt bruta puniantur*
Dio. Cart. (inquit Dionyſius Carth.) *ſecundum quod expedit ad hominum inſtructionem, perterritionem, ac punitionem, ideo ſerpens ille taliter eſt punitus, ad hominum & ſpecialiter protoplaſtorum informationem.*

*Magnis pœnis torquetur diabolus.*

395 *Quia feciſti hoc, maledictus eris inter omnia animantia & beſtias terræ, &c.* Cur tam ſeuerè ſerpentem innocentem condemnas? Cur potius diabolum miniſterio illius vtentem rigoroſè non punis, cùm ſit peccati præcipuus author? Dicamus ideo hanc pœnam innocenti ſerpenti grauiſſimam impoſuiſſe, vt ex illa quantis torqueatur ſuppliciis diabolus, colligamus: ſic D. Chryſ. hom. 17. *Per viſibile*
Chryſ. ho. 17. in Gen. *hoc & ſenſibile ratiocinemur, & expendamus, in quanta ignominia ſit diabolus; nam ſi is, qui vt inſtrumentum miniſtrauit, tantam expertus eſt indignationem, quale ſupplicium veriſimile eſt ſuſcepturum diabolum.*

*Diabolus hoſtis communis omnium.*

396 *Quia feciſti hoc, maledictus eris inter omnia animantia terræ.* O Deus æquiſſime, cur hunc ſerpentem condemnas, antequam interrogaueris? Cum ab Adam & vxore inquiſiſti rationem præuaricationis ſuæ, inquire ſimiliter, cur tentauerit mulierem? Eum Deus non interrogat quia in peccatis ſuis eſt obſtinatus, & ſic ſine ſpe confeſſionis faciendæ: ſic Tho.
Tho Ang. in Gen. Angl. *Serpens non interrogatur, quia omnino peruerſus erat & obſtinatus, & finaliter condemnatus, ideo illa interrogatio nihil profeciſſet.*

*Diabolus hoſtis communis omnium.*

397 *Quia feciſti hoc, eris maledictus inter omnia animantia,* D. Amb. de fuga ſæculi, legit maledictus tu ab omnibus pecoribus terræ, quid ſignificat lectio hæc Ambroſij, ita vt dicat etiam maledici ab omnibus pecoribus terræ? poſſet quidem ab hominibus maledici, cùm eorum ruinæ occaſio fuerit, ſed pecoribus quod damnum intulit, ita vt dicatur ab eis maledictus? vt hoſtis non ſolum hominum, ſed omnium creaturarum diceretur: ſic Ambr. cit. *Omnium*
Amb. li. de fuga ſæculi cap. 7. *enim communis inimicus eſt, qui fuit hoſtis bonorum & pro his damnatur, quos adhuc non læſerat, quoniam qui hominem læſit, cui illa omnia ſubiecta ſunt, læſit omnia, ideo communi odio omnium, atque execratione maledictionis oneratur.*

*Diabolus maledictus tum quia malè adiuuat, tum quia nocet.*

*Quia feciſti hoc, maledictus eris inter omnia animantia & beſtias terræ.* In Caldæo eſt maledictus 398
præ omnibus iumentis, & præ omnibus beſtiis terræ, vel vt in Hebræo ſecundum Caiet. maledictus tu pluſquam iumentum & pluſquam beſtia agri, ſit in hoc mentio tum adiuuantium, qualia ſunt iumenta, tum nocentium, cur dicitur quod maledictus eſt plus quam iumenta, cùm nos adiuuent ad vitam? cur plus quam aliæ beſtiæ, cùm plurimæ magis noceant quam ſerpens, tum in veneno tum in crudelitate? ideo ſerpens ſignificans diabolum, maledictus dicitur præ iumentis & aliis beſtiis terræ, quia tum iuuamen, quod nobis præſtat, eſt contra illius intentionem, imò cum peruerſa, in nocendo autem cum intentione: ſic Caiet. *Ex hoc maledictione declaratur, quod eſt maledictus tum in adiuuando, tum in nocendo, præ omnibus irrationalibus, & vere ſic eſt quoniam vtrumque mala intentione agit, qua carent irrationabilia & pro vtroque puniendus erit.* Car. Caiet. in Gen.

*Peccatum ex malitia inexcuſabile eſt.*

*Quia feciſti hoc, eris maledictus, &c.* Nonne primum hominem, cur tibi præcipienti non obedierit 399
interrogaſti? nonne ſimiliter ab Eua inquiſiſti, cur tuum tranſgreſſa fuerit præceptum? cur igitur à ſerpente non ſciſcitaris, cur vtrumque ad tui violationem mandati induxerit? aduerte ſerpentis nempe diaboli peccatum fuiſſe ex malitia; meritò igitur Deus eum non interrogat, cur deliquerit, quia peccatum ex malitia nullo ſubterfugio poteſt excuſari. *Ad ſerpentem nihil dicitur* (inquit Oleaſt.) *nec interrogatur, quoniam peccatum quod ex malitia procedit, nihil habet quod illud poſſit excuſare.* Hier. Oleaſt.

*Voluptas in ſe mala & inexcuſabilis.*

*Quia feciſti hoc maledictus es, inter omnia animantia.* Si interrogatio debeat præcedere condem- 400
nationem, quomodo ſerpentem inauditum condemnat? nonne Euam & Adamum antequam in eos ſententiam condemnationis ferat, interrogauit? myſtice loquendo, nota quod per ſerpentem voluptas blanda repræſentatur, reſpondeo ſerpentem non interrogaſſe, quia voluptas non eſt audienda, ſed ſtatim condemnanda: ſic Philo Iud. lib. 2. alleg. *Quid vetabat,* Philo Iud. li. 2. Alleg.
*dicente muliere ſerpens me decepit, percontari ipſum deceperis ne? potius quam indicta inauditaq; cauſa, execrari: at ſerpens voluptas ſuoque ingenio mala eſt, eam ob rem in bono ne inuenitur quidem omnino, ſed ſolum malus eius particeps, itaq; iure optimo non permiſſam reſpondere execratur Deus, vt potè nullum ſemen virtutis in ſe habentem, ſed ſemper & vbique ſceleſtam atque reprehenſibilem.*

*Voluptuoſus cœleſtia non cogitat.*

401 *Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia.* Deinde ſubiungit terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ, per hunc ſerpentem delectationem ſiue voluptatem deſignari diximus; ſic etiam Marc. Herem. de lege ſpirit. ſerpens eſt voluptas carnalis; nam ſic D. Amb. ad Sabin. enarratione in c. 2. Gen. voluptas prona eſt, ſuper ventrem ſicut ſerpens non pedibus incedens, aut vllis eleuata cruribus, ſed ſinuoſo fluxu totius velut corporis ſui lubrica, ſed cur dicit quod ei terra cibus eſt, cùm ſciamus terram non comedere? reſpondet idem Auctor: *Ei terra cibus eſt ſicut ſerpenti, quoniam eſcam neſcit cœleſtem, corporalibus enim paſcitur, atque in varias mutatur ſpecies cupiditatum, & tortuoſis angulantur anfractibus, venenum in dentibus habet, quibus vnuſquiſq; ſe euiſcerat luxurioſus.*

Marc. Herem. de lege ſpirit. Ambr. ad Sab. enar in c. 2. Gen.

*Maxima pœna ſuperbo eſt aliis ſubiici.*

402 *Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ.* Quid curat ſerpens maledici inter omnia terræ animalia? ſcimus per hunc viſibilem ſerpentem, inuiſibilem, deſignari, aſſeramus ergo maximam infligi ei pœnam, qui cum ſit maxime ſuperbus, alia ſibi inferiora præponi maxime angitur: ſic Lyran. *Præponit ei bruta animalia, non quantum ad cognitionem naturæ, ſed quia ſeruauerunt ſtatum ſuum, quod non fecit diabolus, & hoc eſt magna pœna ſuperbo quod inferiora & vilia ei præponantur.*

Noſt. Nic. de Lyran.

*Malis conſiliis acquieſcentes grauiter puniuntur.*

403 *Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, &c.* Cur quæſo nobis pœna ſerpentis repræſentatur? nam vt dixi in eo inuenitur culpa formaliter, cum non ſit capax rationis, ſed ſolum inſtrumentum fuit mali conſilij, & decipi ſe permiſit, cur ergo ita grauiter punitur? vt ex hac grauiſſima pœna colligamus quanta meretur ſupplicia, qui peruerſa præbet conſilia, & ea admittit: ſic D. Chryſ. hom. 17. *Quia tali malitiæ miniſtrati, vt impoſtura illa opere compleretur, malum conſilium efferendo, propterea quia te in his vt inſtrumento eſt vſus, perpetuam tibi pœnam impono, vt per ea quæ tibi fiunt, futuri homines erudiantur, non accedendum ad diaboli conſilia, neque illius fraudes accipiendas, vt ne in eaſdem incidant pœnas.*

Chryſ. ho. 17. in Gen.

*Vitandum eſt ſcandalum.*

404 *Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ.* Eandem difficultatem proponimus iam inquiſitam, cur Deus animal irrationale puniat, cum pœna dicat ordinem ad culpam qua caruit hoc animal? nota quod ſcandalum oritur ſi aliquid impunitum manet: meritò igitur Deus punit ſerpentem ſcandali vitandi cauſa: ſic Tho. Angl. *Illud fuit ad vitandum ſcandalum, ne videretur quod Deus peccatum alicuius naturæ intellectualis dimitteret impunitum, ideo ſicut fuerat in eo aliqua ſimilitudo intellectualis, quia ſcilicet loquebatur, ita eſſet in eo aliqua ſimilitudo pœnæ inflictæ pro peccato.*

Tho. Ang. in Gen.

*Vult Deus ſui ſolius cognitionem haberi.*

405 *Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, terræ.* Si fuit diabolus qui decepit hominem; cur ipſum non punit aliqua pœna, quæ videretur à primis parentibus? noluit ipſum dæmonem deceptorem punire aliqua pœna viſibili, vt ſolum ſui ipſius cognitionem haberet, & non alicuius creaturæ inuiſibilis: ſic Proc. *Non vtile erat tum homini, aliud quippiam cognoſcere inuiſibile. quapropter non abs re omiſit punire diabolum viſibiliter, vt aſſueſcerent ipſi Deo & Domino ſoli, eumque ſolum vt conditorem vniuerſi agnoſcerent.*

Procop.

*Maledictio quæ infertur Zelo iuſtitiæ; non prohibetur.*

*Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia terræ.* Deinde condemnans hominem, ait, *maledicta terra in opere tuo*, nonne maledictionis iaculum diuina vox graui inſtruit vltione plectendum, ita vt regni quoque cœleſtis aditum claudat? quod eſt ergo quod nunc deinde peccanti homini, & terræ maledictio diuina voce (quod homo facere prohibetur) infertur? nota quod ſancta ſcriptura duobus modis maledictum memorat: aliud videlicet quod approbat, aliud quod damnat: aliud enim eſt maledictum ex iuſtitia, aliud liuore vindictæ: dico igitur maledictionem factam liuore vindictæ deſendi, aliam verò approbari: ſic D. Greg. mag. lib. 4. moral. c. 5. *Maledictum iudicio iuſtitiæ ipſo primo homine peccante probatum eſt, cum audiuit maledicta terra in opere tuo, rurſum quia maledictum non iudicio iuſtitiæ, ſed liuore vindictæ prohibetur, voce Pauli prædicantis admonemur, qui ait: benedicite & nolite maledicere; & rurſus veritas dicit, neque maledici Dei regnum poſſidebunt: Deus ergo maledicere dicitur, & tamen maledicere homo prohibetur, quia quod homo agit malitia vindictæ, Deus non facit niſi examine & virtute iuſtitiæ; nam & ſancti viri cum maledictionis ſententiam proferunt, non ad hanc ex voto vltionis, ſed ex iuſtitiæ examine erumpunt, &c.* 406

Gre. Mag. l. 4. moral. cap. 5.

Rom 10. 1. Cor. 6.

*Qui voluntarie non peccat non reprehenditur.*

*Quia feciſti hoc.* Cur antequam punias non reprehendis & non interrogas? nullus enim nocens punitur non interrogatus? non ignoras ſerpentem non potuiſſe libere peccare; dic igitur merito non fuiſſe interrogatum, vt puniretur, quia non peccans voluntarie, non eſt reprehendendus: ſic D. Aug. lib. 11. de Gen. ad litt. *Quod ſerpens cum hoc fecerit, non eſt interrogatus, poteſt videri quod non ipſe vtique in ſua natura, & voluntate fecerat, ſed diabolus de illo, & per illum, & in illo fuerat operatus*, vnde punitio quæ in verbis ſubſequentibus, deſcribitur refertur ad eum qui per ſerpentem operatus eſt. 407

Aug. l. 11. de Gen. ad litt.

*Deus vt proximum agens etiam nos punit.*

*Quia feciſti hoc, maledictus, &c.* Nonne ſufficiebat appoſuiſſe ſolum nomen *Dei*, cum agitur de punitione ſerpentis diaboli? Ad quid ergo etiam nomen ineffabile Iehoua? Tibi conſtat nomen Iehoua primum principium ſignificare, nomen autem Dei, id eſt, Elohim iudicem: recte igitur vtrumque nomen apponitur cùm de punitione agitur vt ſignificetur quod Deus eſt primum principium puniendi, & iudex: ſic Caiet. *Idem Deus ſub eiſdem nominibus punit ſerpentem, qui & mulierem & virum, vt omni ex parte pateat, Deum qui eſt omnium primum principium, & iudex, eſſe non agens remotum in iudicando & puniendo, ſed tanquam iudicem & punitorem proximum interuenire etiam in minimis punitis tam dæmonum quam hominum.* 408

Caietan.

*In iudicio impij non examinabuntur excuſandi, ſed tantum condemnandi.* A

409 *Quia feciſti hoc.* Cur non dicis cur feciſti hoc, cùm ſic primos parentes interrogaueris? nota hunc ſerpentem impios condemnandos referre: non interrogat igitur ſerpentem, vt ſe excuſet, ſed ſine interrogatione condemnat, quia impij in iudicio non examinabuntur excuſandi, ſed condemnandi: ſic

Serap. Ep. in cat. Serap. *Vide admirabile iudicium Dei, decepto ſciſcitatur Deus, ſerpentem autem non interrogat quid feciſti? ſed quia feciſti hoc.* Ad huius iudicij exemplum reſpiciens Dauid, ait: ideo non reſurgunt in iudicio, non quia non reſurgant, ſed quia vt examinentur non reſurgunt. B

*Diabolus ad maiorem pœnam tentat.*

410 *Quia feciſti hoc, maledictus es.* Si hominem quia cibum vetitum comedit, morte puniſti, cur diabolum huius tranſgreſſionis occaſionem (cum non ſit mortalis) ſaltem non annihilaſti? hac enim pœna dignus cenſetur ſicut homo morte: ideo non annihilatur, ſed reſeruatur, quia tentans maiori pœna afficitur: ſic fere Hugo à S. Vict. *Super diabolum ſtatim*

Hugo à S. Victor.

*ponit ſententiam, quia & ante peccaueras in ſe, & modò hominem ad peccandum impulerat, vnde magis reus factus meruit, vt liceret ei tentare omnes alios futuros ad detrimentum ſuiipſius*, expende vltima verba.

*Ita grati ſumus peccatum ſuadenti; vt pro morte quam nobis contulit, vitam largiamur.*

*Quia feciſti hoc, maledictus es.* Id de ſerpente refert Rup. quod dixit Pythago. de medulla hominis 411 mortui, quæ in ſpina eſt ſerpentem creari; quod & alius quidam in libro ſuo commemorat, dicens, *ſunt qui cum clauſo putrefacta eſt ſpina ſepulchro, mutari credant humanas angue medullas*, nonne ſerpens eſt qui nobis occaſionaliter mortem intulit? quomodo igitur vitam pro morte largimur? quid reſpondebimus? niſi quod ita grati ſumus peccatum ſuadenti, vt pro morte quam nobis ſollicitauit, vitam præbeamus: ſic aliquo modo Rup. cit. *quod ſi hoc* Rupert. *creditur, merito euenit, vt ſicut per ſerpentem mors euenit, ita & hominis morte ſerpens naſcatur*, quaſi diceret, tibi mortē contulit, tu autem vitam largitus.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XV.*

*Vlg.* Super pectus tuum gradieris; & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.

*Septuagint.* Super pectus tuum & ventrem ambulabis, & terrã comedes omnes dies vitæ tuæ.

*Cald.* Super ventrem tuum gradieris, & puluerem comedes, omnibus diebus vitæ tuæ, *ſic Pagnin. & Arias.*

*D. Ambroſ.* Supra pectus tuum & in vtero tuo ambulabis, & terram manducabis omnibus diebus vitæ tuæ.

*Caietanus*, Supra ventrem ibis, & terram comedes.

*Lippom. Ait vbi legimus puluerem; poſſe dici fauillam.*

*Cyprian.* Pectore tuo & ventre repes; & erit tibi terra cibus in omnibus diebus vitæ tuæ.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

SEptuaginta addiderunt ventrem quem noſter interpres non appoſuit quia in ſerpentibus nullum eſt diſcrimen pectoris & ventris, Septuagint. ergo verbum vnicum Hebræum גחן *Gehon*, duobus exprimere voluerunt עפר *Aphar*, ſignificat puluerem terræ & fauillam.

## EXPOSITIO VERSVS XV.

SVper pectus tuum gradieris. Senſus eſt, ſicut naturalis coluber ſuper pectus graditur (non enim putandum eſt antea rectum, pedibuſq; inſiſtentem progredi) ita tu, ô dæmon, qui antea erectus incedebas per ſuperbiam, nunc quaſi ſerpēs & repens fraudibus & verſutiis gradieris, & ſicut moleſtum eſt ei qui graditur, ſuper pectus ambulare, ſic etiam tibi omnes fraudes & verſutiæ in pœnam tibi cedent.

*Et terram comedes.* Quaſi diceret, ſicut nullum vilius alimentum terra qua veſcitur ſerpens, ſic viliores & turpiores actiones hominum erunt tuus cibus ſpiritualis, additur *cunctis diebus vitæ tuæ*, id eſt, vſque ad conſummationem ſæculi: vita enim ſerpentis nimirum curſus eius, terminabitur adueniente Chriſto Domino, ceſſante ſiquidem tempore merendi, ceſſabit & diabolus ſerpere.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Contraria quæ diabolus intentat, eueniunt.*

412 SVper pectus tuum gradieris. Dixit Deus ſerpenti, antequam diabolus per os eius loquutus fuiſſet, pedibus aut cruribus non ambulat, pectore è terra ſublato, & poſtea pedibus ademptis ſuper pectus ſuum gradiri cœpit, ſquamis ſuis & coſtis pro pedibus & cruribus vtens, & preſſo repens inceſſu: nam antequam hominem feciſſet Deus, dixerat, producat terra iumenta, reptilia; quomodo ergo nunc pro pœna infertur, quod à natura prius illum habuiſſe non negamus? quid aliud denotat hîc ſerpens, quam dæmonem? quo poſito ſic ſubtiliter exponit Rup. hanc Rup. lib. 3. in Gen. c. 13. pœnã, ſuper pectus tuum gradieris: *Tanquã ſi diceret* (inquit) *ſicut hoc reptile calliditate abuſus eſt, ſuper pectus ſuum gradietur, & ſeipſum in terrã premit, ſic tu, diabole, cum ſis rationalis ſpiritus, rationale tuũ ſemper graui fatuitate onerabis, & quocũq; te verteris;*

*ſemper intentionem tuam deorſum conteres, & factus premes contrariis, verbi gratia inuidendo euacuaſti hominis meritum, ſed hoc facto gratiæ Dei locum aperuiſti, cui amplius inuidebis, dum homo ſe ipſo tantò fit altior, quantò gratia Dei cuiuſcumque creaturæ meritis eſt maior, ab hinc & vſque in finem dum Deo volens aduerſari, Deo nolens cooperaris, & ita circulum habens in naribus tuis, ſuper pectus tuum gradieris, quia miro modo, & mala intendis, & bona facis, dum perſequendo hoc ipſum quod vt deſtruas, perſequeris, dum quaſi malleolus aurum Deus nequiter affligis, & affligendo ad gloriam extendis.*

### *Plures ſunt verſutiæ diaboli.*

413 *Super pectus tuum gradieris.* Certum per hanc viſibilem pœnam ſerpentis diaboli punitionem declarari, ſed quid in hoc quod gradiatur ſerpens, poſſumus in eo cognoſcere? nonne ſunt diuerſi greſſus tortuoſi ſerpentis? reſpondet ergo D. Hier. in qq. Heb. *Vt verſutias eius cogitationum aperiret, quod omnes greſſus eius nequitiæ eſſent & fraudes.* (Hie. in qq. Heb. in Ge.)

### *Vſque ad finem mundi tentabit Diabolus.*

414 *Super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.* Cur additum eſt cunctis diebus vitæ tuæ? nota per cunctos dies vitæ eius intelligi totum tempus vſque ad aduentum Chriſti Domini: audi igitur Caiet. *Per hos dies vitæ eius vniuerſum tempus comprehenditur, quo diabolus viuit, quatenus ſerpens: terminabitur enim vita eius ſerpentina adueniente Chriſto ad iudicium, ceſſante quidem tempore merendi, ceſſabit & diabolicum ſerpere, nempe tentando.* (Card. Cai.)

### *Inepto cibo veſcitur diabolus.*

415 *Super pectus tuum gradieris, terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.* Quiſnam eſt cibus terræ, ita vt ex eo comedat ſerpens? per terram terrenas affectiones intellige, & his quid ſimile, reſponde hoc recte dici quod terram comedet, quia inepto cibo vſque ad finem mundi veſcetur: ſic Caiet. *Durante tempore quo diabolus officium tentantis exercet, puluerem, hoc eſt rem omnino ineptam ad cibum comedet, quia vſque ad finem veſcetur malis affectibus, & pœnis hominum, quemadmodum puluis omnino ineptum eſt alimentum, ita malum tam pœnæ quam culpæ omnino ineptum eſt ad rationalis animæ, quaſi nutrimentum.* (Caiet. ſ in Ge.)

### *Pœna diaboli ex impiorum condemnatione augetur.*

416 *Super pectus tuum gradieris, & terram comedes, &c.* Diximus idem eſſe ac terrenis & carnalibus hominum actibus reficieris, homineſque terrenos & iniquos tibi incorporabis, qui ad tuum corpus myſticum pertinent, ſed cum in ſerpente diabolum puniat, qua pœna eum affligit in huiuſmodi condemnatione? nulla enim eſſe videtur: nota quòd accidentale præmium Angelorum augetur ex eorum conſortio, qui per ipſorum cuſtodiam pericula euadunt, & ſaluantur: dicamus ergo ſimiliter per hanc condemnationem pœnam dæmonum accidentalem augeri: ſic Dion. Cart. *Pœna ſenſus dæmonum augetur ex eorum conſortio, & ſocietate eorum quos vincunt, quanquam ob hoc non ceſſent ab hominum tentatione, ex nimia ſua inuidentia aut malitia.* (Dio. Cart.)

### *Diaboli iugum graue.*

417 *Super pectus tuum gradieris.* Vel vt Sept. ſuper ventrem deambulabis? quid eſt ſuper ventrem deambulare? nonne eſt ventrem maxime premere? per ventrem nonne gulæ deditι & voluptati, per pectus, ſuperbi, &c. intelligendi? bene dictum eſt igitur, ſuper pectus tuum & ventrem deambulabis, quia omnes ſequaces ſuos opprimit iugo grauiſſimo: ſic Caiet. *Venter eſt officina cibi digerendi, & ita ſuper ventrem ire, & proprium ventrem eundo opprimere, officium diaboli eſt, cibum ſuum, id eſt, animas peccatorum opprimere*, ac ſi apertius diceret, non ſolum maledictus eris tu, ſed etiam maledicti erunt tui, opprimuntur enim à te. (Card. Cai.)

### *Deus efficit vt non decipiamur.*

418 *Super pectus tuum gradieris*, nonne ſufficiebat quòd Deus inuiſibilem ſerpentem pœna inuiſibili inſequutus fuiſſet, dicens, maledictus es? cur organum deceptionis manifeſtæ & ſenſibili pœnæ ſubiicit, dicens, ſuper pectus tuum gradieris? vt cum viderimus eum ſerpere, & ſuper pectus gradiri, antiqui doli illius ſimus memores, & denuo euitemus: ſic D. Theodoretus. *Organum deceptionis manifeſtum, manifeſtæ maledictioni ſubiicit, volens argumentum & memoriam hominibus relinquere in ſerpente manifeſto occulti & inuiſibilis deceptoris, vt videntes inſurgentem aut reptantem homines ſerpentem, antiqui doli recordentur*, ſcilicet vt eum effugiant. (Theod.)

### *Vult Deus ante oculos nos habere punitionem ſuam.*

419 *Super pectus gradieris.* Nonne maledictionem ei imprecatus fuerat, dicens, maledictus tu inter omnia animantia terræ? nonne maledictio diuina excedit omnem pœnam ſenſibilem? ad quid ergo ſubiugit hanc ſerpenti imponens, ſuper pectus tuum gradieris? nota maledictionem quaſi pœnam ſpiritualem & inſenſibilem? meritò igitur aliam ſenſibilem impoſuit, vt eâ conſpectâ, punitiones diuinas ante oculos ſemper habeamus: ſic D. Chryſoſt. *Quia maledictio non erat ſenſibilis, neque oculis videri poterat, propter hoc ſenſibilem ei pœnam infert, vt continuo ante oculos videre poſſimus eius monimenta.* (Chryſoſt.)

### *A nobis pœnæ oriuntur.*

420 *Super pectus tuum gradieris, & terram comedes.* Nonne tu es, ô Deus æquiſſime, qui illum condemnas? cur ergo non dicis: faciam te ſuper pectus tuum ambulare? ſicut quando loquutus es de obſeruatione mandatorum tuorum dixiſti: faciam vt in præceptis meis ambuletis: id non dixit, vt declaret ab eo non prouenire noſtra ſupplicia, ſed à nobis ipſis, quod declarat D. Ambr. lib. de parad. c. 15. Hic non dixit facio te ſupra pectus tuum ambulare, & terram manducare omnes dies vitæ tuæ; ſed ambulabis, inquit, & manducabis, vt prædixiſſe magis de ſerpente quæ futura ſunt, videretur, quàm præſcripſiſſe quid faceret, probat ex 1. Reg. cap. 2. vbi Deus ait: honorificantes me honorificabo, & contemptor mei honore priuabitur: *licet* (inquit) *nobis ex his verbis aliquid æſtimare, Deus enim operatur quod bonum eſt, non quod malum, ergo doceant te verba diuina, quia operatur gloriam, pœnam relinquit; honorificantes me, inquit, honorificabo, honorem bonorum operationis ſuæ eſſe declarat, & contemptores, inquit, mei, non* (Amb. li. de Parad. c. 15. 1. Reg. c. 2.)

A *dixit honore priuabo, ſed honore priuabuntur, non ſuæ operationi deputans eorum iniuriam, ſed quid futurum eſſet oſtendens.*

### *Curioſitas maxima pœna.*

412 *Super pectus tuum gradieris, & terram comedes, &c.* Non maxima videtur pœna, quod ſerpens terram comedat, cùm aliquorum animalium etiam ſit cibus? nota per terram comedere poſſe ſignificari curioſitatem, quia curioſi eſt proprium profunda & obſcura inueſtigare, quæ quidem repræſentantur in terra: dico igitur non exiguam eſſe pœnam impoſi- B tam, vt comederet terram, quia maxima pœna eſt

Iſid. Hiſpa. hîc. curioſitas: ſic D. Iſidor. Hiſpal. *Tertium tentationis genus in hoc figuratur, quod eſt curioſitas: qui enim terram manducat, profunda & tenebroſa penetrat.*

### *Superbiens deprimitur.*

413 *Super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.* Pluries diximus ſerpentem hunc dæmonem repræſentare, cur ergo ei impoſita fuit pœna, ita vt proſtratus & humi repens terram comederet? nonne ſimilis Deo voluit eſſe? reſpon- C deo ergo ita abiici, vt terram tanquam viliſſimum animal comedat, quia ſuperbiens ſic humiliatur:

Rup. l. 3. in Gen. c. 16. conſentit Rup. lib. 3. in Gen. cap. 16. *Sub nomine ſerpentis quem inuaſit diabolus, ipſe percutitur, & qui per ſuperbiam ſuam ſimilem ſe Altiſſimo fore putauit, propter malitiam ſuam infimæ creaturæ, quam ipſe vitiauit, iudicatur fieri pœnaliter ſimilis.*

### *Per ſuperbiam nos decipit diabolus, & luxuriam.*

414 *Super pectus tuum gradieris*, vel vt habent Sept. D *ſuper pectus tuum & ventrem tuum deambulabis.* Quid ſignificat ſerpentem ſuper pectus & ventrem ſuum deambulare, cum ſit calidiſſimus, & aſtutiſſimus? certum eſt per pectus, impetum animi, arrogantiæ inceſſum denotari, ait enim Stapleton in ſ. domi. 22. poſt Pent. ſuper pectus graditur, quia ſuperbos facit atque inflatos pectore: rectè igitur ei dicitur, quod ſuper pectus gradierur, quia gradiens ſu-

Eucher. perbia nos aggreditur: ſic Euch. *Nomine pectoris ſignificatur ſuperbia mentis: in peccatore enim impetus animi dominatur, nomine autem ventris ſignificantur deſideria carnis, venter enim mollior corporis* E *pars, his enim duabus rebus ſerpit aduerſus eos, quos vult decipere, id eſt, aut terrena cupiditate, aut luxuria, aut ſuperbiæ inſana ruina.*

### *Voluptas inquietum malum.*

415 *Super pectus tuum gradieris.* Cur vſus eſt hoc verbo gradieris in condemnatione ſerpentis? Nota quod gradiri ſignificat motum, & inquietudinem, ſerpens autem voluptatem: optime igitur vſus eſt Deus hoc verbo in condemnatione ſerpentis *gradieris*, ad ſignificandum voluptatem eſſe malum in-

Phi. l. 2. all. quietum nullo modo conſiſtens: ſic Philo libr. 2. F Alleg. *Recte gradieris ſuper pectus, & ſuper ventrem, voluptas enim non eſt quieſcentium, & ſtantium, ſed commotorum, & conturbatione plenorum, & ſicut flamma continuò mouetur, ita cuiuſquam flammæ more affectus hic in anima excitus, non ſinit eam quieſcere, voluptas enim titillationem, & conuulſionem quandam appetit, & interdum non quieſcentem, ſed continuam vehementemque exercitationem poſtulat.*

### *Voluptas execrabilis propter damna quæ infert.*

*Super pectus tuum gradieris.* Dixerat antea &c. 416 maledictus tu, cur ita Deus execratur ſerpentem, cum ex creaturis ſuis ſit? Nonne diximus ſerpentem voluptatem deſignare? Dicemus ergo rectè ita Deum execrari eum, quia voluptas plurimorum malorum origo: ſic Philo libr. 2. Alleg. *Merito Deus execra-* Phil. 2. all. *tur nomine ſerpentis voluptas eſt, eſt enim malus affectus, turbat terminos animæ pro virtutis ſtudio, amorem affectionum ſcilicet illicitarum in ea generans.*

### *Ad gulam inducens, in gula punitur.*

*Super pectus gradieris, terram comedes cunctis* 417 *diebus vitæ tuæ.* Nonne Deus conceſſerat omnibus animalibus terræ herbam? Cur ergo pœnam infligit huiuſmodi, vt terram inſipidam comedat? Nota quod ſerpens induxit mulierem ad gulam, ſuadens vt comederet fructum vetitum à Deo: aſſeramus ergo dignam pœnam ſerpentem ſuſtinuiſſe, quia qui induxit ad gulam, in ea debet puniri: ſic aliquomodo obſeruat D. Chryſ. hom. 17. *Quia formatione abuſus es* (adde & induxiſti hominem ad ingluuiem) *ſolus ex animalibus terra paſceris.* Chryſ. ho. 17.

### *Dediti gulæ, ſunt ſerpentes ſuper terram gradientes.*

*Super pectus tuum gradieris.* Vel vt habet Ambr. 418 *ſupra pectus tuum & in vtero tuo ambulabis.* Cur hanc pœnam imponit, & non aliam? Nota quod ſerpens hîc ſymbolum eſt hominum gulæ deditorum, cùm induxerit ad gulam primos parentes: optime D igitur dictum eſt ei ſuper pectus tuum gradieris, quia guloſi potius tanquam ſerpentes ſuper terram repunt, quam ſicut homines faciem habent erectam: ſic D. Ambroſ. libr. de parad. cap. 15. *Qui ſunt qui in vtero ſuo ambulant? Niſi qui ventri & gulæ inſeruiunt, quorum Deus venter eſt, & gloria in pudendis eorum, qui terrena ſapiunt, & cibo onerati ad terrena curuantur? Bene ergo delectationis, quæ cibis intenta, terram videtur manducare, ait: ſupra pectus tuum, & in vtero tuo ambulabis, & terram manducabis omni tempore.* Amb. li. de Para. ca. 15. ad Epheſ. 5.

### *Ingluuies proxima libidinoſis cogitationibus.*

E *Super pectus tuum gradieris.* Vel vt habent Septuagint. *ſuper pectus, & ventrem gradieris.* Cùm 419 pectus & venter ita ſint proxima, nonne ſufficeret vnum è duobus dixiſſe, vel ſuper pectus, vel ſuper ventrem ambulabis? Quia vno dicto aliud intelligeretur: nota quod venter ingluuiem ſignificat, pectus autem ex quo malæ cogitationes exeunt, libidinem: merito ergo dictum, ſuper pectus & ventrem gradieris, quia gulæ nihil congruentius quàm libidinoſæ cogitationes: ſic D. Greg. 3. part paſtor. cap. 20. *Homines plerumque, edacitas, vſq; ad luxuriam pertrabit, quia dum ſatietate venter extenditur aculei* F *libidinis excitantur, vnde & hoſtis callidus qui primi hominis ſenſum in concupiſcentiam pomi aperuit, & in laqueo peccati ſtrinxit, diuina voce dicitur: pectore & ventre repes, ac ſi ei apertè diceretur, cogitatione & ingluuie ſuper humana pectora dominaberis, quia gulæ deditos luxuria ſequitur,* deinde ſubiungit, *admonendi ergo ſunt gulæ dediti, ne in eo quod eſcarum delectationi incumbunt, luxuriæ mucrone ſe transfigant.* Gregor. 3. p. paſt. cap. 20.

### *Impius cibus diaboli.*

420 *Super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.* Qui eſt, terram ſerpentem diabolicum comedere? Nonne iuſti ſunt cœli, impij ergo erunt terræ? videtur igitur ſerpentem comedere terram, denotare impios cibum eſſe ſerpentis nempe diaboli: ſic Rupert. libr. 3. in Gen. cap. 13. *Terram inquam comedes, & non cœlum, id eſt, non quorum conuerſatio in cœlis eſt, ſed qui terrena ſapiunt, illi cibus tuus erunt.* Inter alios, optime Lippoman. quia diaboli corpus & membra ſunt omnes impij, & illius familia, quales eſſent futuri huiuſmodi, dicere poſſumus his verbis à Domino deſcribi; ſi namque perpetuò hærent pectore ſuo terrenis, pauent, horrent, deſperant, terrena ſapiunt, fide in Deum non eleuantur, auerſantur cœleſtia.

Rup. l. 3. in Gen. ca. 13.

### *Impius qualis ſit.*

421 *Super pectus tuum.* Adde cum Septuagint. & ſuper ventrem gradieris, ſcimus per hoc naturam ſerpentis deſcribi, ſed cui hominum accommodari poſſit? Certe impiis, ſed impios non ita humilis videtur, vt ſuper ventrem decumbat, imo omnes contemnit, omnibus ſuperiorem ſe exiſtimans: reſpondet tamen D. Ambroſ. libr. de fuga ſæculi cap. 7. *Magis omne vas malitiæ deſcribitur, omnis ſerpens improbitatis, qui in ventrem ſe deiicit, atque intra ſe venenum ſuum claudit, & intus & in pectore ſuo voluit, cogitationibus ſuis lubricus, & ſuper fraudes ſuas ambulans, ſuis dolis ſe ipſe implicans, mouens ſemper atque exagitans, ſua venena cum cogitat.*

Amb. li. de fuga ſæculi cap. 7.

### *Libido humi repit, tanquam impuriſſima omnium vitiorum.*

422 *Super pectus tuum gradieris.* Præſuppono ex concepcu infra ponendo, & ex Tertull. quod ſerpens hic ſignificat libidinem, quid eſt ergo, ſerpentem inter omnia animantia terræ, & beſtias illius gradiri ſuper pectus ſuum? Nota quòd animantia terræ & beſtiæ, ſignificant diuerſa vitiorum genera, imo omnia, vt in actibus Apoſtolorum declaratur, cum in linteo D. Petro apparuerunt beſtiæ & animantia, bene ergo inter omnia animantis terræ, & beſtias illius ſuper pectus ſuum ſolum graditur ſerpens, quia ſola libido tanquam omnium vitiorum impuriſſima, humi repit: vnde D. Hieronym. Epiſt. ad Euſtoch. inuehitur in fœminam, quæ repudiato coniugio, virginitatem dum vouet, amittit infœliciter: ſic ait. *Rectius fuerat hominis ſubiiſſe coniugium, ambulaſſe per plana quàm ad altiora tendentem, in profundum inferni cadere: ne fiat obſecro, ciuitas meretrix, fidelis Sion, ne poſt Trinitatis hoſpitium, ibi dæmones ſaltent, & Syrenæ nidificent & herinacij;* Ex quo collige omnium vitiorum libidinem eſſe impuriſſimam, & abiectiſſimam, cùm in profundum inferni nos deuehat, ſed expreſſe Philo Hebr. lib. 2. Alleg. *Voluptas igitur præ omnibus beſtiis eſt execrabilis, præ omnibus, inquam, affectibus animæ, quibus illa ſauciatur & perditur.*

Act. Apo. 10. verſ. 12.

Hieron. ad Euſtoch.

### *Libido opere & cogitatione expletur.*

423 *Super pectus tuum gradieris.* Septuaginta transferunt: *Super pectus & ventrem deambulabis.* Ad quid addiderunt ventrem? Cùm ſolùm in vulgata habeamus ſuper pectus tuum, hoc non caret myſterio, nota quod ex pectore exeunt malæ cogitationes, per ventrem ipſum opus libidinoſum intellige, ſerpens autem ſignificat ipſam impudicitiam: dico ergo non ſolum ſerpenti dictum fuiſſe, quod gradietur ſuper pectus ſuum, ſed etiam optime additum quod etiam ſuper ventrem repet, quia impudicitia non ſolum actione, ſed etiam cogitatione exercetur: hoc notat D. Gregor. lib. 12. moral. cap. 2. *Malum luxuriæ aut cogitatione perpetratur, aut opere, callidus namque aduerſarius noſter, cum ab effectu operis expellitur, ſecreta polluere cogitatione molitur, vnde & ſerpenti à Domino dicitur pectore & ventre repens, ſerpens videlicet ventre repit, quando hoſtis lubricus per humana membra ſibimet ſubdita vſque ad operis luxuriem exercet, ſerpens autem repit pectore, quando eos quos in opere luxuriæ non valet polluere, polluit in cogitatione; alius itaque cùm luxuriam perpetrat actione tunc ſerpens repit ex ventre, alius autem perpetrandam verſat mente, hùc ſerpens prius pectore, & poſt modum ventre repere dicitur.*

Gre. Mag. lib. 12 moral. cap. 2.

### *Voluptatem pro fine habet gula, finis autem voluptatis infœliciſſimus.*

*Super pectus tuum gradieris.* Septuaginta ſuper ventrem addunt; ſine dubio venter gulam deſignat, pectus autem libidinem vel voluptatem, quo notato facilis erit ſolutio cùm interrogatur: cur Deus voluit ſuper pectus, & ventrem ſerpere colubrum, ſignificat enim gulæ indulgentem pro fine voluptatem habere: quod ſanctus Nilus libr. aſcetico confirmat dicens, *Gula voluptatem pro fine propoſitam habet.* Sed ſi deditus gulæ habet pro fine voluptatem, repræſentatam per ſerpentem, ſuper pectus & ventrem gradientem; gradiri autem ſuper pectus ſit ærumnoſum, & pœnale, quomodo hoc conuenire poterit gulæ & voluptati, ſi quidem vtraque iucunda & delectabilis? Optime competit, finis enim voluptans, & exitus gulæ acerbus & moleſtus: ita cit. Nil. *Voluptatis finis eſt dolor, dolor enim, & moleſtia ſtatim conſequitur, qui ab eiuſmodi cupiditatibus victi ſunt.* 424

Nil. li. aſc.

### *Vtilitati noſtræ conſulit Deus.*

*Super pectus tuum gradieris.* Cum ſerpentem videmus ſinuoſo corpore voluntari per cœnum, atque imprecationis memores ſumus: ſed quid hæc memoria vtilitatis confert? Nam ex hac re nullo ſerpens afficitur incommodo, vtpote cui naturale ſit ſerpere humi: quidquid enim à natura eſt, moleſtia carere videtur: dico tamen maximam vtilitatem nobis conferre, memoriam præuaricationis antiquæ; nam vt optime Cathena Græca: *At diximus quanta mala peccatum conciliet iis, non modo qui peccant, ſed etiam qui peccatum ſuadent.* 425

Cath. Græ.

### *Qui nihil cum cœleſtibus habet commune, humi ſerpere dicitur.*

*Super pectus tuum gradieris:* Cur ad denotandam conditionem naturamque dæmonis, hac metaphora gradientis ſerpentis vtitur ſacra ſcriptura? nota quod nihil remotius eſt cœleſtibus quàm terra quæ calcatur: optimè igitur diabolus ſeu impius ſerpenti gradienti comparatur, quia nihil omnino commune habet cum cœleſtibus: ſic Seuerianus: *Cum Sathan ipſum vocauerit ſerpentem, non potuit elegantius denotari illius conditio, quàm in eiuſdem metaphoræ deſcriptione ſeruata: cum enim nihil ſit illi cum cœleſtibus, neque ſe poſſit ad ea erigere, truncus veluti pedes meritò humi ſerpere dicitur.* 426

Seuerian.

*Sine iudicio rationis eſt impudicitia.*

427 *Super pectus tuum gradieris.* Vel vt legunt plurimi, ſicut D. Greg. cit. Philo Iudæus, cum ſeptuaginta ſuper ventrem etiam gradieris; cur pœnam non impoſuit ſerpenti, vt ſuper caput ſuum graderetur, in maiorem confuſionem, & non ſolum ſuper pectus & ventrem? nota quod in capite eſt iudicium rationis, ſerpens autem ſignificat libidinem, reſpondeo ergo non eſſe ſerpenti dictum, ſuper caput tuum gradieris, ſed ſuper pectus & ventrem, quia libido non poteſt ſimul eſſe cum iudicio rationis, nec in eo B eſſe, ſed cum partibus & in partibus brutis: ſic Phil. Heb. li. 2. alleg. *Quando quæres, ô anima, quam regionem voluptas ſortita ſit, ne ſpectes capitis locum qui rationis eſt, non inuenies eum, reſiſtit enim huic affectui ratio, nec poteſt vnà cohabitare, quod hac vincente, voluptas peſſum eat, ſicut è diuerſo, dum voluptas vincit, exulat ratio, proinde illam quære in pectore ventreque, vbi partes brutæ domicilium habent, ira, concupiſcentiaque: nam ira collocata in pectore, concupiſcentiæ locus aſsignatur circa iecur & ventrem: hic enim vis hæc habitat, appetitus ratione carens.* C

Phil. Heb. L. 2. Alleg.

*Labor via ad cælum.*

428 *Super pectus tuum gradieris & terram comedes.* Cùm autem aduerſus hominem profert ſententiam, addidit, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, cur cum ſerpentem condemnat vt terram manducet, non addidit in laboribus? cum autem ſententiam in hominem profert, addit in laboribus comedes? ſerpens diabolum repræſentans extra viam eſt, homo eſt in via gloriam merendi, bene ergo non addidit in condemnatione ſerpentis, *in laboribus*: D in homini autem appoſuit, quia labores viæ ſunt ad coronam quam ſperare non poteſt ſerpens iam extra viam poſitus; ſed homo adhuc in via conſtitutus, itaque ſerpens ſicut ad coronam non tendebat, ita à laboribus qui ſunt viæ ad coronam, aberrabat, homo tamen qui nitebatur ad coronam, ad labores quibus illicitur, trahebatur: vnde optime Phil. Heb. lib. 3. de vita Moyſis: *Qui fugit laborem, fugit fœlicitatem, è diuerſo qui fortiter patienterque difficultates tolerat, ad beatitudinem properat.*

Phil. Heb. l. 3. de vita Moyſ.

*Hæretici quare ſerpentes.*

429 *Super pectus tuum gradieris.* Vel, vt habent ſe- E ptuaginta, ſuper ventrem & pectus tuum deambulabis, ſcimus myſticè ſerpentem adumbrare hæreticum, ſicut enim ſerpens variis decoratur coloribus, ſic hæreticus varius in colore, multiplex in malignitate, ſed quomodo quæſo ei poteſt ſerpentis pœna accommodari, ſuper pectus & ventrem tuum gradieris? hæreticus enim elato incedit collo, erecta ceruice, omnes tanquam inferiores deſpiciens, de illo etiam non poteſt dici, quod terram comedat quia delitiis indulget, cibos delicatiſſimos conſumit: audi ſatisfacientem authorem operis imp. ho. 45. *Super ventrem & pectus repunt* (nempe hæretici) F *quoniam quidquid faciunt propter ventrem faciunt, & propter vanam gloriam pectoris ſui; terram autem manducant, quoniam neminem lucrantur, aut capiunt in perfidia ſua, niſi illos qui in terra ſunt, id eſt, carnales homines, ſpirituales autem viros ſeductio non conſumit.*

Auct. operis imp. ho. 45.

*Anima cibus debet eſſe cæleſtis.*

430 *Super pectus gradieris, comedes terram cunctis* A *diebus vitæ tuæ.* Quare ſerpenti imponitur hæc pœna, vt habeat terram pro alimento? non ignotas ſerpentem terreſtrem eſſe & corporeum, & terram ſimiliter: recte ergo animali corporeo animal terreſtre conceditur, quia cibus ſpiritualis & cæleſtis, animæ reſeruatur; ſic Phil. lib. 2. alleg. *Pulchrè enim conuenit vt corpus factum è terra cognatis alatur cibis, anima verò æterna naturæ portio, habeat alimenta diuina.*

Phil. lib. 2. alleg.

*Prælatus aliquomodo excuſabilis videtur à Deo recedens, ſi ſuorum curam habet.*

431 *Super pectus tuum gradieris, &c.* Hanc & alias pœnas infligit Deus dæmoni, non aliam ob cauſam niſi quia deceperat Euam, ait enim Eua & comedi, ſerpens decepit me, ſed conſidero quod ait Chryſoſt. *ſerpens decepit me, inquit & comedi; O Eua eſto, te viro tradidi, num & ſerpentem tibi tradidi?* Notate verba Chryſoſt. qui innuere videtur Deum excuſationem accepturum, ſi prætextu alicuius ſibi ſubdi- C ti, lapſa eſſet; ait enim eſto quod comederis, ſed non tibi ſerpentem tradidi: quaſi diceret, ſi tibi tanquam ſubditum tradidiſſem, & propter eum tranſgreſſa fuiſſes præceptum meum, aliquomodo excuſabilis fuiſſes, quia videtur aliquomodo excuſabilis recedens à Deo, dummodo ſuorum curam habeat.

Chryſoſt.

*Eadem pœnâ qua quis alium affligit, eadem punitur.*

*Et terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.* Anne hæc pœna ſerpenti inflicta tibi conueniens videtur? 432 D minimè, ſed fructus arboris debuiſſet dari in alimentum, vt quoties comederet, ſuæ deceptionis & fraudis recordaretur, ſed nota quæſo hominem in puluerem redegiſſe ſua fraude & aſtutia; puniens enim hominem Deus ait: puluis es, & in puluerem reuerteris: conueniens igitur pœnâ illius eſt comedere terram, quia eadem pœna quis debet puniri, qua quis propter eum caſtigatur: ſic Moſes Barſepha in 1. p. de parad. *In puluerem redegiſti primos parentes, puluere igitur veſceris tota vita.*

Moſ. Barſ. 1. p. de par.

*Qui aliena crimina corripit vel caſtigat, id faciat vt bono eius qui corripitur, conſulat.* E

*Super pectus tuum gradieris.* Moſes Barſephas 433 lib. de parad. part. 1. c. 28. de ſerpente loquens ſic ait, pedibus ſerpens ante execrationem incedebat animantium gratiâ, poſt verò, illis amiſſis proſerpere cœpit: ſed qua de cauſa pedum iacturam fecit? ſane licet eum caſtigauerit Deus, tamen bono ſuo in hoc conſuluerit. Nam quia velox cucurrerat ad decipiendem hominem, cùm vix prima paradiſi limina attingeret, in tanti ſceleris pœnam pedes amiſit, ne F vltra currere poſſet, & in hoc ei conſuluit auferens ei pedes, ne vlterius velox ad perſuadendum hominẽ malum hoc animal poſſet excurrere, vel potius dæmon eius opera vti. Hunc ſenſum habere videtur citatus auctor. *Et ſuper ventrem tuum gradieris, quaſi diceret, amiſſurus es pedes tuos quibus ad prauitatem cucurriſti, ambulabis ac repes ſuper ventrem, quia ventrem primorum parentum infecaſti.*

Moſ. Barſ.

*Corporis mortificatio animæ ſanitatem affert.* A dum corpus immiſſo morbo comminuis, anima firmam valetudinem haurit: ſubiicio verba Ambroſ.

434 *Super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.* Per terram exponit Ambroſ. 1. de pœnit. c. 13. corpus, quid eſt quod corpus comedet, id eſt atteret, vulnerabit, mortificatione conſtringet ac in animam nihil poterit efficere, imò verò dum corpus immiſſo morbo comminuis, anima firmam valetudinem haurit: ſubiicio verba Ambroſ. *damnati ſerpentis hæc ſententia: erit tibi terra cibus,* Ambroſ. *quæ terra, ea vtique de qua dictum eſt, terra es & in terrā ibis, hanc terrā ſerpens mādacat, ſi propitius eſt nobis Dominus Ieſus, vt non compatiatur anima carnis debilitati, non accendatur calor corporis.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XV.*

*Vlg.* Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius.

*Septuagint.* Inimicitias ponam, &c. ipſe ſeruabit caput tuum, & tu ſeruabis eius calcaneum.

*Cald.* Inimicitias ponam inter te, & inter mulierem, & inter filium tuum & inter filium eius, ipſe obſeruabit tibi quid feciſti ei à principio, & tu obſeruabis ei in finem.

*Paguin.* Inimicitias ponam, &c. ipſum conteret caput tibi, & tu conteres ei calcaneum, *ſic Arias, ſic Caiet.*

B *Vatabl.* Inimicitiam ponam, &c. ipſum conteret te in capite, vel vulnerabit.

*Rabi Abraham.* Percutiet caput tuum.

*Rabi Salomon.* Contundet.

*D. Auguſt.* Ipſa ſeruabit caput eius, & tu obſeruabis calcaneum eius.

*D. Ambroſ.* Ipſa tuum obſeruabit caput, & tu illius calcaneum.

*D. Cyprian.* Ipſe tuum obſeruabit caput.

*Moſes Barſepha.* Ipſum conteret caput tuum, & tu illud feries in calce ipſius.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

VBi legimus ſemen tuum, & ſemen illius, Caldæus habet inter filium tuum, & inter filium eius, tamen non eſt contrarietas, quia ille clarius exprimit Christum Dominum filium eius, alij obſcurius; verbum Hebræum שוף *Seph* ſignificat inſidiari, & conterere, ſeruare autem rariſſime vel nunquam.

Diuerſa eſt lectio in pronomine *ipſe*, nam alij legunt in maſculino, alij in fœminino *ipſa*, & Hebræi codices in neutro, nempe הוא *Hu*, quod ad ſemen referunt; nos autem retinuimus *ipſa*, tum quia in pluribus ſanctis patribus legitur, tum etiam quia correctiora exemplaria habent, in margine היא *Hi*, id eſt ipſa.

## EXPOSITIO I. PARTIS VERSVS XV.

I*Nimicitias ponam inter te & mulierem,* Id eſt, ſpecialiter odioſum te faciam mulieri, imo & viro, totique generi humano, ideo ſubditur, *& ſemen tuum & ſemen illius,* id eſt, inimicitias iſtas inducam, non ſolum inter te & fœminam iſtam, ſed inter cæteros ſpeciei tuæ ſerpentes, & primorum parentū filios: ſic vt ſis à ſimili, ô dæmon, deinceps mulieri odioſus, nec acceſſus ad eam, nec ad eius filios, ſed te & ſemen tuum, id eſt, dæmones eiuſdem naturæ & malitiæ quaſi eiuſdem ſeminis, vos abominabuntur, voſque illos perſequimini, *ipſe*, vidimus in concordia lectionum, varias eſſe lectionis *ipſius* pronominis *ipſe*, alij ipſa & Hebræi ipſum habent, nulla autem ex his lectionibus eſt reiicienda; omnes enim E verum ſenſum continent, vt legenti & intelligenti fit manifeſtum: cum autem Deus opponat mulierem cum ſuo ſemine, ſerpenti cum ſuo ſemine, conſequenter vult dicere mulierem cum ſuo ſemine, caput ſerpentis contrituram, ſicut è contrario ſerpentem tam mulieri, quam calcaneo eius inſidiaturum.

*Conteret caput tuum.* Expertum habemus quod ſi mulier plantâ nudâ dentem ſerpentis præuenerit, & caput eius preſſerit, ſtatim cum capite totum corpus perire, quamuis eius caput gladio appetatur vel malleo, difficile ita conteri poteſt, vt totum corpus D enecetur: ſic continget dæmon, quod caput tuum, id eſt, initium ſuggeſtionum tuarum reprimet, nec ei conſentiet (figuratiuè hoc eſt eius caput conterere) ſi autem referatur ad Christum Dominum, vere ſerpentis contriuit caput, hoc eſt principatum illius, ſimiliter à beatiſſima virgine contritum fuit ſerpentis caput, quia illius victrix glorioſa extitit.

*Et tu inſidiaberis calcaneo eius*, Solet ſerpens à tergo incautos mordere, percutere in calce ſiue calcaneo, extrema corporis parte, indeque totum corpus veneno fluente interimere; ſic tu ô dæmon inſidiaberis quaſi extremæ parti hominum, nempe parti ſenſitiuæ, illam commouendo & excitando vel quamuis alio modo hominem appetat, ſenſus erit quod licet per totam vitam homini inſidietur, id tamen in extremo vitæ, quod eſt per tropum, calcaneum potiſſimum ferire, quo quidem tempore & callidius inſidiatur, & inſtantius premit ac vexat hominem: ſi autem referantur ad Chriſtum Dominum ſenſus erit: inſidiaberis calcaneo eius, infimæ ſui parti, impellens vt afficiatur paſſione & morte, inſidiatus eſt etiam calcaneo virginis in ſua conceptione, ſed non præualuit: ea enim contriuit caput eius nempe initium omnis peccati ſcilicet originale,

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Incarnatio verbi ſtatim ab initio peccati deſignatur in remedium illius.*

435 I*Nimicitias ponam inter te & mulierem, ſemen tuum & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum.* Pagni. ex Hebr. habet *ipſum* conteret caput tuum, nempe ſemen mulieris, cur quæſo ſtatim commiſſo peccato, dicitur, ſemen mulieris conteret caput tuum? quod eſt ſemen mulieris niſi Chriſtus, qui ex ſola Virgine natus eſt? merito ergo poſt commiſſum peccatum annunciatur, quod ſemen mulieris conteret caput ſerpentis, quia patrato ſcelere tranſgreſ- B ſionis, in remedium illius futura Dei incarnatio deſignatur: ſic D. Leo Pap. 5. diſt. c. cum enixa. *Deus omnipotens & clemens, cuius natura bonitas, cuius voluntas potentia, cuius opus miſericordia, ſtatim vt diabolica nos malignitas veneno ſuæ mortificauit inuidiæ, prædeſtinata renouandis mortalibus ſuæ pietatis remedia, inter ipſa mundi primordia præſignauit, denuntians ſerpenti futurum ſemen mulieris, quod noxij capitis elationem, ſua virtute contereret, Chriſtum ſcilicet in carne venturum Deum hominemque deſignans.*

[Leo Pap 5. diſt.c.cum enixa.]

*Chriſtus Dominus dæmonem aperto marte debellauit.*

436 *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ipſa conteret caput tuum*, Non ſolum ipſa legitur in vulgata, ſed etiam ipſe, vt in Sept. *αὐτὸς*, in paraph. Cald. & in pluribus ex SS. Patrib. vt intelligatur ipſe Chriſtus, quo ooratn quod vertimus in dubium eſt, cur non dixit Deus, ponam dolum & fraudem, cum diabolus bellum dolo & fraude geſſerit aduerſus mulierem: nam & illam calliditate ſua decepit, deberet ergo Chriſtus debellare fraude & dolo hunc diabolum in pœnam ſui doli: non eſt dictum fraudem ponam, ſed inimicitias, vt indicetur Chriſtum Dominum per inuictam fortitudinem aperto marte, & ioimicitiis declaratis dæmonem ſuperaſſe, non D per fraudem, ſicut ille de paradiſo mulierem deiecit: ſic Rup. *Cum dixit Deus, ponam inimicitias inter te & mulierem, profecto magnum opus gratiæ ſuæ promittit, quod victorem diabolum qui vicerat fraude, recte nunc mulier vincere quandoque debet fortitudine, porro hæ inimicitiæ non per ipſam mulierem, ſed per ſemen illius exercendæ, & vſque ad victoriam perducendæ ſunt, hoc eſt per Chriſtum, qui plane cum illo antiquo ſerpente fortiter ſeſe exercuit, & accinctus gladio ſuper femur potentiſſimum intendit proſpere, proceſſit, regnauit, hoſtemque publicum ante pedes ſuos productum contriuit.*

[Rup.l. 3. in Gen. c. 19.]

*Virginitas Mariæ in conceptu filij declaratur.* E

437 *Inimicitias ponam inter te & mulierem, ſemen tuum, & ſemen illius.* Aduertantius quod hoc teſtimonium intellexerunt SS. Patres de Vitgine, nempe D. Aug. lib. 12. de Gen. ad lit. D. Amb. lib. de fuga ſeculi c. 7 D. Chryſ. ho. 17. in Gen. & alij, inſuper aduerte quod per ſemen illius intelligitur filius eius nempe Chriſtus, quo ſuppoſito, quare non dixit ſemen viri, cum in ſacra ſcriptura ponatur vir & non mulier? optime poſitum eſt ſolum ſemen illius, & non viri, quia cum Chriſtus fuerit ex ſola Maria, & F non ex Ioſepho, hinc eſt quod non dicitur ſemen viri, ſed mulieris, nempe Mariæ, & ita Virgo in partu vnigeniti ſui permanſit: Sed alia difficultas, quare non dixit pono inimicitias inter te & mulierem, &c. A ſed ponam? ne hoc videretur pertinere ad Euam, quæ tunc erat præſens, ſed refertur ad illam intemeratam mulierem Virginem: ita D. Cyp. vtrumque confirmat, *Ponam inimicitias inter te & mulierem, non dicit pono, ne ad Euam pertinere videretur: ſed ponam inimicitias inter te & mulierem, id eſt ſuſcitabo mulierem, quæ repudiata facilitate credendi, non ſolum te non audiat, ſed ipſa etiam Angelo deferente verbum, rationem de promiſſionis exigat nouitate, dicendo quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? ecce iſtud ſemen mulieris, quod non per traducem genitalium miniſteriorum commiſtione, ſexus* B *vtriuſque infunderetur in vtero, ſed clauſo clauſtro indeflorata Virginis inueniretur: ex hac ergo ſemen promiſſum eſt mulieris, quod ſemen Dominus Deus noſter eſt, qui infuſus eſt in vtero, ſed inuentus, Euangeliſta confirmante, cum de Maria ait, inuenta eſt in vtero habens.*

[Cyprian.]

*Virgo Maria omnibus modis deuicit dæmonẽ.*

*Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ipſa conteret caput tuum.* Inquirerem libentiſſime à Deo, nonne ſufficiebat dicere inimicitiam ponam inter te & mulierem, vt sciret ſerpens mulierem eſſe ſibi contrariam, & ipſam conterere debere caput ſuum? cur ergo appoſuit *inimicitias* in plurali? ioimicitias C dixit, & non inimicitiam, quia omne inimicitiæ genus ſuſcipere debebat aduerſus diabolum, & ex eo ſuum triumphum reportare, terendo illius caput: ſic Diu. Chryſip. ſerm. 2. de laud. V. M. inducens dæmonem conquerentem & dicentem, *Quantum tempus ſufficere poſſit ad proſequendum verbis, quibus modis triumphauit de me.* 438

[Chryſip. ſer. 2. de laud. V. M.]

*Virgo Maria dæmonem ſuperauit fortitudine, non fraude.*

*Inimicitias ponam inter te & mulierem.* Dubium moueo, cur cum diabolus vſus fuerit dolo & fraude aduerſus primam mulierem, quare in fraudis ſuæ pœnam Deus non dicit, ponam inter te & mulierem D fraudem, & ipſa dolo conteret caput tuum? oon appoſuit fraudem, ſed inimicitias, vt ſciremus multo maiorem futuram in ſuperando dæmone potẽtiam, quam fuerit dæmonis in vincenda prima muliere: ſiquidem dæmon per fraudem & aſtutiam, ſimulatamque amicitiam mulierem decepit, ſed B. Virgo non dolo nec fraude, ſed aperto marte congrediens eum ſuperauit: ita Rup. li. 3. c. 19. *In hoc inimicitiæ à fraudibus differunt, quod fraudes pacatam ſermonis, vel cuiuſlibet rei prætendunt ſuperficiem, inimicitiæ vero manifeſtam contrarietatis habent intentionem: conſtat autem quod ſubdolus diabolus in* E *ſerpente, non tanquam armatus aduerſarius occurrit, ſed tanquam fidus conſiliarius lateri eius in via ſeſe adiunxit: cur igitur Deus dixit ponam inimicitias inter eo & mulierem, profecto magnum opus gratiæ ſuæ promittit, quod victorem diabolum qui vicerat fraude, nunc mulier vincere quandoque debet fortitudine*, nempe in alia muliere ſcilicet Virg. Maria. 439

[Rup l. 3. in Gen ca. 19.]

*Beata Maria humilitate ſua contriuit ſuperbiam ſerpentis.*

F *Inimicitias ponã, &c. ipſa conteret caput tuũ, & tu inſidiaberis calcaneo eius.* Rup. li. 2. de vict. verbi c. 16. inquirens cur hæc verba dicta ſunt ſerpẽti, & non mulieri nempe Euæ, ait, quia non ad ipſam Euam, ſed ad alteram eiuſdem ſexus perſonam, videlicet 440

A ad B.V. Matiam intendebat ipſe qui loquebatur: quid ſignificat ergo Virgioem contrituram caput ſerpentis, illum autem inſidiaturum calcaneo eius? Nota per caput ſuperbiam intelligi, in capite enim eſt elatio, per calcaneum extremam corporis partem humilitatem: Reſpondeo ergo rectè dictum eſſe ipſam contrituram caput ſerpentis, quia ſuperbiam illius depreſſit humilitate ſua, nempe calcaneo ille, aut humilitati eius inſidiatur, ſed vanè & ſuperfluè; humilitas enim illius eximia erat, de qua loquens Rup. in c. 2. Cant. ait, cunctæ virtutes, omnes gratiæ, cuncta dona, quæ Virg. Mariam exornabant, humilitati eiuſdem tributa pendebant: ſic D. Idelphonſ. ſer. 2. de Aſſum. *Ideo Chriſtus humilis ad humilem Virginem venit, vt de tam profunda humilitate triumphum extolleret ſalutis.*

Idelphonſ. ſer. de Aſſ. Rup. li. de vict. c. a. 16.

### *B. Virgo longè expulit à ſe peccatũ originale.*

441 *Inimicitias ponam, &c. ipſa conteret caput tuum.* Non eſt dubium hoc de beatiſſima Virgine etiam intèlligi, per caput ſimiliter ſerpentis originale peccatum, quod iure caput, fontemque aliorum appellare licet: ſed obſerua quæſo Hebræam vocem *Ros*, quæ voci caput ſubeſt, æque ſignificare toxicum C quod omnium lethalium ſuccorum caput ſit, deinde verbum *Suph*, pro quo noſter poſuit conteret, propriè verti poſſe, exſufflare, ſeu cum peculiari impetu & vi flare, de longius ponere, quid hoc ſignificat? niſi Virginem vehementi flatu primordiale virus à capite deſcendens exulaſſe, à ſe quam longiſſimè remouiſſe, nec eo fœdatam eſſe? quod D. Bern. ſerm. 4. ſuper Salue Regina exponit, *Innocens fuiſti, inquit, ab originalibus, & ab actualibus peccatis, nemo ita præter te.*

Ber. ſer. 4. ſuper ſalue Regina.

### *Ecleſia quamuis tentatur, tentationem ſuperat.*

442 *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius.* Per hoc pronomen *ipſa*, Eccleſia ſancta poteſt deſignari, ſed quid denotat ſerpentem debere calcaneo eius ſemper inſidiari, illam autem conterere caput illius? quot quæſo perſecutionibus, calamitatibus, ſuaſione ſerpentis tentata, & probata, ſemper tamen ſuperior his euaſit? aſſeramus ergo optime dictum, ipſam caput ſerpentis conterere, ipſum autem inſidiari calcaneo E eius, quia licet ſemper ab eo tentetur, tamen ille deuincitur, imo ab ea ſuperatur: ſic interlin. *Sancta mater Eccleſia, Chriſto à mortuis reſurgente, diaboli caput contriuit, quoniam virtute Domini mundum deuicit, & dæmones ei ſubiecti fuere, licet illi nunquam ipſam tentare & perturbare ceſſent.*

Gloſſ. interl.

### *Homo ad debellandũ dæmonẽ fortior muliere.*

443 *Inimicitias ponam inter te & mulierem, ſemen tuum, & ſemen illius*, ſecundum plurimos, *ipſe conteret caput tuum.* Cur potius cum loquitur de F viro ait, conteret, non vero de muliere? quia homo ad debellandum dæmonem fortior eſt muliere, ideo dicitur de eo, quod conteret caput ſerpentis: ſic Procop. *De viro vt qui non deceptus erat (ſecundum Pauli teſtimonium) prædicari conueniebat, ipſe obſeruabit, vir namque fortior erat, & magis idoneus ad debellandum, facilius præcauere potuit, ſi afferret dolos, at oportebat de infirmiori dici, inimicitias ponã, &c. vt fraudi & dolo non daretur locus.*

Procop.



### *Hominis poteſtas in dæmonem.*

444 *Inimicitias ponam, &c. & ipſa conteret caput tuum.* Sept. legunt, ipſe ſeruabit caput tuum, ſic D. Chryſ. Chal. ipſe obſeruabit, cur pœnam hanc infligit ſerpenti, ita vt hominem dicat calcaturum pedibus ſuis caput eius? Nota quod hic viſibilis ſerpens inuiſibilem repræſentat: bene ergo ideo dixit hominem calcaturum caput ſerpentis viſibilis, vt ſe oppreſſurum dæmonem, & ſerpentem ſpiritualem agnoſceret: ſic D. Chryſ. ho. 7. *Vide quomodo per pœnam huic beſtiæ deputatam, quanta humani* B *generis cura Deo ſit demonſtretur, & hoc quidem de viſibili ſerpente, licet autem poſt hoc volenti conſiderare ſcriptorum tenorem, & agnoſcere quod ſi de ſenſibili ſerpente hæc dicta ſunt, multo magis accipienda ſunt de ſpirituali ſerpente; etenim & illud pedibus noſtris ſubiecit humiliatum, & nos incumbere illius capiti fecit.*

Chry. ho. 17.

### *Inſidiæ diaboli nobis à Deo aperiuntur.*

445 *Inimicitias ponam, &c. inſidiaberis calcaneo eius*, nempe hominis dixit Deus ſerpenti. Cur Deus ita expreſſit? nonne ſerpens potuiſſet homini inſidiari, C quamuis nobis non ita eſſe declaraſſet? nam ex maledictione quam incurrit, fuiſſet in omnibus quæcumque potuiſſet, infenſus: ideo hoc voluit Deus exprimere, vt ſic inſidias illius ſcientes eas fugiamus: ſic Procop. *Deus bonus etiam inſidias aduerſarij noſtri aperit, oſtendens in hoc diabolum eſſe, vt obſerues incrementum virtutum.*

Procop.

### *Diabolus inſidiari poteſt, mordere non poteſt niſi volentem.*

446 *Inimicitias ponam, &c. tu inſidiaberis calcaneo* D *eius.* Cur non ait Deus, calcaneum eius mordebis, ſed ſolum inſidiaberis? vt nobis declaret Deus poteſtatem dæmonis non ſe extendere niſi ad aſtruendas inſidias, non vero ad mordendum, intellige niſi volentes: ſic Rup. lib. 3. Gen. c. 19. *Inſidiaberis, ſed non etiam mordere poteris.*

Rup. l. 3. in Gen. c. 19.

### *Diabolus bellum nobiſcum gerit continuum.*

447 *Inimicitias ponam inter te & mulierem, ſemen tuum & ſemen illius*, Quid hæ inimicitiæ ſerpentis cum homine & hominis cum illo? diximus pluries per ſerpentem ipſum denotari diabolum: reſpon- E deo ergo bene pronuntiatum fuiſſe ſerpentem nobiſcum habere inimicitias, quia continuum cum ſerpente inuiſibili bellum gerimus, & ille nobiſcum: quod obſeruat Proc. *Significat perpetuum nobis cum reptilibus eſſe bellum, at hoc bellum indicat hoſtile quoque bellum quod gerimus perpetuò cum diabolo; nullum eſt tempus quo non omnis mali auctorem culpemus diabolum.*

Procop.

### *Diabolus maxime nobis inferior.*

448 *Inimicitias ponã, &c. ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius*, Cur inferẽs Deus pœ- F nam dæmoni, non ait inſidiaberis capiti hominis? & cur non dictum eſt homini, tu conteres extremã partem ſerpentis? nota caput alterius conterentem longe eo eſſe ſuperiorem: rectè igitur dictum eſt homini, quod contereret caput ſerpentis, & ſerpenti quod ſolum inſidiaretur calcaneo hominis, vt denotaretur quod dæmon longe eſt inferior homine: ſic Proc. *Serpens cum humi repat magis lædit hominis calcaneum, neq; enim ſatis attingere caput ſcit, homo facile*

Procop.

*deſuper ſerpentis caput conterere valet*: per illa verba innuitur quanto nobis inferiorem Deus Diabolum fecerit. A

### *Diabolus omnino nos euertere ſatagit.*

449 *Inimicitias ponam, &c. & tu inſidiaberis calcaneo eius*, Cur inſidiari hominis calcaneo niteris, ô Sathan & potius capiti inſidias non tendis? nota per calcaneum poſſe intelligi humanas neceſſitates, quæ etiam aliquomodo ad virtutem conſeruandam ſpectant: recte igitur non inſidiatur capiti quia non poteſt, ſed calcaneo, quia omni modo quo valet, quæ ad virtutem etiam conducunt, euertere ſatagit & nititur: ſic Proc. *Serpens nequit caput contingere ſapientis, ſed violare nititur calcaneum: calcaneum vero accipe extremas partes eorum, quæ ad virtutem ſpectant: ſæpiſſime namque diabolus cum nequeat expugnare eos qui iam fecere ampliſſimos progreſſus, circa neceſſitates humanas ponit inſidias, vt vel ſic nos euertere poſſit.* B

Procop.

### *Diabolum odiſſe licet.*

450 *Inimicitias ponam inter te & mulierem.* Sitoties prædicatur in Teſtamento pax & concordia, quomodo nunc odium & inimicitiam ſeminas inter tuas creaturas mulierem & dæmonem? dico cum omnibus pacem conſeruandam, ſed ſolum diabolum odio proſequendum: ſic D. Antioch. hom. 57. *Non fas ſit odiſſe nos vnum aliquem è contribulibus, aut qui fide compares, & cohæredes futuri ſunt regni cælorum, diabolum porro indeſiſſum noſtræ ſalutis oſorem odiſſe licet, communem omnium hominum hoſtem, maxime fidelium, illum inquam, cum operibus ipſius maligni oderimus, nemo, qui integra fide ex profeſſo ſit Chriſtianus, peccat hoc genere odij, neque qui habeat charitatem odit vllum hominum.* C

Anti. ho. 57.

### *Debemus attendere initium ſuggeſtionis, & tentationis diabolicæ, vt illam poſſimus euadere.*

451 *Inimicitias ponam, &c. inſidiaberis calcaneo eius, & ipſa conteret caput tuum.* Quod inquirendum mihi videtur, eſt, cur non dixit Deus, ipſa inſidiabitur calcaneo tuo, ſicut dixit ſerpenti, inſidiaberis calcaneo eius? nam vt certamen eſſet æquale, videtur ita foiſſe dicendum, vel ſaltem, ſicut dixit Deus ſerpenti, quod mulier conteret caput eius, ipſe etiam deberet conterere caput illius: pro ſolutione huius difficultatis obſeruandum eſt, quod calcaneus qui eſt finis corporis, ſignificat finem actionis, caput autem eſt initium ſuggeſtionis diabolicæ: quo ſuppoſito aſſeramus optime dictum fuiſſe mulierem debere conterere caput eius, quia initium diabolicæ ſuggeſtionis & tentationis debet obſeruare, & ita illam radicitùs extirpare, vt ſic anima fidelis ab eo victoriam reportet: ita D. Grego. lib. 1. Moral. in illa verba Iob, ne forte peccauerint filij mei, ait: *Serpenti dicitur, ipſa tuum obſeruabit caput (ſic enim Sept. etiam legunt) & tu calcaneum eius) caput nempe ſerpentis obſeruare, eſt, initium ſuggeſtionis eius aſpicere, & manu ſollicitæ conſiderationis à cordis aditu funditus extirpare; qui tamen cum ab initio deprehenditur, percutere calcaneum molitur, quia & ſi ſuggeſtione prima intentionem non percutit, decipere in fine tendit: ſi autem ſemel cor in intentione corrumpitur, ſequentis actionis medietas, & terminus ab hoſte callido ſecurè poſſidetur, quia totam ſibi arborem fructus ferre conſpicit, quam veneneato dente in radice vitiauit.* D E F

Greg. lib. 1. moral. c. 38. Iob.

### *Tentatio frænum vitiorum.*

*Inimicitias ponam, &c. & tu inſidiaberis calcaneo eius.* Per has inſidias, & inimicitiam ex parte ſerpentis intelligimus tentationes ipſius dæmonis, quibus tanquam communis humani generis hoſtis illud ſollicitat ad diuinorum Dei mandatorum tranſgreſſionem; ſi nos, ô Deus imbecilles & infirmos agnoſcis, & tentationibus pluries ſuccumbere, quomodo hunc ſerpentem permittis nobiſcum inimicitias habere? Non ſine maxima noſtra vtilitate id permittit, frænum enim vitiorum id quæ labi poſſemus, eſt tentatio: ſic Anaſt. Niceo. in quæſt. 10 ſcriptutam. *Propterea tentationes, & afflictiones, & multi rerum caſus eueniunt, vt fræna innumerabilia circumponantur animæ, quæ facile extolli tur in ſuperbiam.* Noli ergo perturbari, dum tentaris, ſed tanquam medicamenta ſuſcipe, calamitatem, & poteris conſequi maiorem remiſſionem. 452

Anas. Nic.

### *Per tentationes regnum cœlorum conſequimur.*

*Inimicitias ponam inter te & mulierem, & tu inſidiaberis calcaneo eius*, Diximus in præcedenti conceptu per has inſidias ſerpentis, tentationes intelligi, miror quomodo Deus eas permittit, cum nos auertant à regno cœlorum conſequendo? Optimi autem patris munus eſt, quodlibet malum in quod incidere poſſunt filij, auertere, cur ergo permittit dæmonem parare tentationes, cum ſit omnium pater? Imo eas permittere debet, vt poſſimus regnum cœlorum conſequi: ita D. Dorotheus Abb. ad fratrem tentationibus oppreſſum, *Recordare filij eius, qui dixit quod per multas afflictiones oportet nos intrare in regnum cælorum, non adijciens per has aut illas, ſed dicens indefinite per multas, & tu igitur ſufferas quæ incidunt, cum gratiarum actione, in ſcientia, tanquam, iucunda ſi non habes peccatum, ſin minus tanquam purgantia te ab affectibus, aut præparantia regnum cælorum.* 453

Dorot. Abb.

### *Vult nos Deus ſocietatem malorum vitare.*

*Inimicitias ponam inter te, & mulierem*, O Deus ſi charitatis affectum amicitiis nutrire debemus, imo integræ dilectionis cumulus ſit odium amore recompenſare, cum illud beneficiis adſcribatur, hoc autem virtutibus deputetur, inquit D. Valerian. ho. ta. de bono conſeruandæ pacis, quomodo igitur inimicitias inter aliquos conſtituis? Nota quod duplex pax, vtilis & damnoſa, damnoſa eſt illa pax ex qua ruina animæ noſtræ oritetur, quomodo ex diaboli ſocietate, & pace: recte ergo ſtatuit inimicitias inter nos & ſerpentes, vt nobis innueret ſocietatem malorum omnium eſſe vitandam: ſic Procop. *Mirum ſane videri poſſet, quod Deus bonus inimicitias poſuit mutuas, ſed mirari deſinimus ſi reputemus ſimplicem, non mediocre damnum accipere ex conſuetudine, & familiaritate mali, oportet itaque huiuſmodi inimicitias conſtitui, vt ſimplex prudentior factus, illud ſalutare dictum proferat, corrumpunt bonos mores colloquia praua: non enim ignoramus eius cogitationes, quibus enim de cauſis pax damnoſa eſt, ob eas vtile æſtimatur bellum, quemadmodum enim ex parum ſalutaribus locis, aër homines afflans clandeſtinos morbos ſuo afflatu hominibus comitat, ſic vſu venire ſolet ex prauis colloquiis, & commercio peſſimorum hominum.* 454

Valer. ho. 12. de bono conſeruanda pacis.

Procop.

*Peccato nos efficimus indignos Dei promiſſionibus.*

455 *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſementuum & ſemen illius. ipſa conteret caput tuum.* Cur hoc ipſi mulieri non dixit? Poterat namq; ſic ad eam loqui: inimicitias ponam inter te & ſerpentem, & tu conteres caput illius: reſpondet ſubtiliter Rup. (Rup. l. 2. de vict. verbi cap. 16.) libr. 2. de vict. verbi Dei cap. 16. *Quia propter peccatum hoc, mulier non merebatur, vt iam tunc promiſſiones tales, promiſſiones tantæ gratiæ faceret Deus: rectè igitur non ad mulierem male meritam facta eſt auxiliatricis gratiæ promiſſio, ſed potius ad ſerpentem hoſtilis & bellica comminatio.*

*Mulier diabolo in omnibus inimica eſſe debet.*

456 *Inimicitias ponam inter te & mulierem.* Ait Deus ſerpenti, nonne ſufficiebat appoſuiſſe inimicitiam in ſingulari? Reſpondeo inimicitias in plurali dixiſſe, vt intelligeret mulier, non in vno aut altero, ſed in omnibus contra eum bellum gerere debere: ſic Caietanus. (Caietan.) *Poſuit in animis earum, non qualeſcumque ſed omnis generis inimicitias, propter hoc enim dixit inimicitias, in numero plurali, inter ipſas, & ſerpentem diabolum.*

*In fine vitæ acriùs impugnamur à dæmone.*

457 *Inſidiaberis calcaneo eius.* Cuius? hominis, quid eſt ſerpentem inſidiari calcaneo hominis potius quam alteri illius corporis membro? Nota calcaneum extremam partem vitæ hominis repræſentare: ſic Rupert. dixit igitur potius ſerpentem inſidiaturum calcaneo hominis quàm alteri parti, quia in extremo vitæ noſtræ tempore acriores ſtruit inſidias: ſic Eucher. (Euch. in Ge.) *Calcaneum eſt extrema vitæ noſtræ tempus quo diabolus nos acriùs impugnare ſatagit, cui ſi viriliter reſtitimus, victoriam perſeuerantiæ cum ſalute noſtra percipiemus.*

*Lex amicitiæ eſt æqualitas.*

458 *Inimicitias ponam inter te & mulierem, ſemen tuum & ſemen illius.* Cur inimicitiæ inter hominem & ſerpentem ſint conſtitutæ, cùm ſerpens hominem non deceperit? Nota quod diabolus eſt hoſtis Dei atque hominis, in malo obſtinatus, ideoque inæqualis homini in malo non obſtinato: ideo non inter hominem & ſerpentem eſt amicitia, ſed inimicitia, quia vt loquitur Procop. (Procop.) *Lex certiſſima amicitiæ eſt æqualitas: hæc namque amicitiæ mater perhibetur, inter æquales ant plerumque amicitiæ conglutinantur.*

*Iuſtus debet certare aduerſus diabolum omnibus modis.*

459 *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ipſa conteret caput tuum.* Sciamus, nonne ſufficiebat dixiſſe: inimicitiam ponam, in ſingulari, & non inimicitias? vt enim ſim alteri aduerſarius, ſufficit cum illo habere inimicitiam: cur ergo apponit in plurali? Reſpondeo optime dixiſſe inimicitias in plurali, & non inimicitiam in ſingulari, quia omne genus inimicitiæ ſuſcipiendum eſt cum dæmone, nec vlla cum illo habenda eſt amicitia: ita Caietan. (Caietan.) *Nec enim ſatis eſt, inquit, inimicum eſſe diabolo, quoad ea quæ ſunt fidei aut ſpei, ſed oportet ſecundum omnes partes inimicum eſſe, videlicet ſecundum ea quæ ſunt caſtitatis, abſtinentiæ, liberalitatis, miſericordiæ, & cæterarum virtutum.*

A *Quando pax eſt noxia, vtile bellum cauſatur.*

*Inimicitias ponam inter te, & mulierem, ſemen tuum & ſemen illius.* Cur ô Deus cùm pacem vnicè 460
diligas, inimicitias tamen conſtituis? Nota quod pax quæ inerat inter ſerpentem & mulierem, fuit mulieri admodum nociua; ſiquidem ab eo fuit decepta, & eius ſuaſione tranſgreſſa eſt præceptum Dei? meritò ergo Deus inimicitias conſtituit, inter ſerpentem & mulierem & ſemen eius, quia cum pax nociua eſt ſaltem animæ, bellum eſt amplectendum: ſic Græcus author. (Græ. auct. in Cant.) *Inimicitias ponam inter te &*
B *mulierem, quia vt amicus decepiſti, vt inimicus expelleris, & hic ſermo in legem factus eſt, inter quos enim pax noxia eſt, bellum vtile eſſe videmus.*

*Voluptas in medio noſtrum oritur.*

*Inimicitias ponam inter te & mulierem.* Nonne 461
ita propriè dictum fuiſſet: inimicitias ponam tibi & mulieri? cur ergo non ita loquutus eſt, ſed inimicitias ponam, inquit, inter te & mulierem? dicimus quod per ſerpentem voluptas deſignatur, & per mulierem corpus, ſiue ſenſus denotatur, bene ergo dixit inter te & mulierem, & non tibi & mulieri; ponam
C inimicitias, quia in medio noſtri à quo oriebatur voluptas, vult in hoc medio conſtitutum eſſe bellum: ſic ſubtiliter Philo lib. 2. alleg. (Philo lib. 2. alleg.) *Obſeruandum non dixiſſe inimicitias ponam tibi & mulieri, ſed inter te & mulierem, cur? quoniam in medio & tanquam confinio voluptatis & ſenſus hoc bellum naſcitur, id amborum medium cibus & potus eſt, aptum ad quæcumq; ſenſibilia, huiuſmodi facultatem voluptatis inducendæ habentia, hæ quoties voluptas ingurgitat, præſentaneam ſenſui afferunt noxam.*

*Timor Dei conterit diaboli inſidias.*

D *Inimicitias ponam inter te & mulierem. ſemen tuum & ſemen illius, tu inſidiaberis calcaneo eius,* 462
*& ipſa conteret caput tuum.* D. Phil. Abb. c. 17. de (Philip. Ab. cap. 17.) ſalu. primi hominis, hoc exponens ait, ſemen diaboli eſt mala ſuggeſtio, cuius fructus æterna eſt damnatio, ſemen mulieris timor Dei, cuius finalis vtilitas viſio Dei, an ita validus eſt timor; vt mulier ſcilicet anima iuſta poſſit caput fortiſſimum ſerpentis conterere? timor enim carentiam animi dicit: fateor tamen ita validum & fortem eſſe Dei timorem, vt non ſolum non vereatur ſerpentem inuiſibilem, imo
E caput illius pedibus conculcat, & conterit: ſic cit. author. *Ipſa nempe mulier vel anima iuſta, machinamenta tuæ ſuggeſtionis conteret ariete diuini timoris, eneruans fraudes tuas conſilio prudentiæ ſuæ.*

*Impius, ſemen diaboli.*

*Inimicitias ponam inter te & mulierem, ſemen* 463
*tuum & ſemen illius.* Quid dicat ſemen mulieris, optime intelligitur; nam ex muliere naſcuntur filij: ſemen autem dæmonis neſcio quomodò intelligi poſſit; niſi accipiamus errorem Tertul. qui exponit
F hunc verſum, videntes filij Dei filias hominum quòd eſſent pulchræ, acceperunt eas in vxores, de Angelis qui genuerunt gigantes, qui ſemen ſerpentis nempe diaboli poſſent dici: aſſeramus per ſemen diaboli impios intelligi, qui ſerpentem inuiſibilem in depravatis ſuis motibus imitantur: ſic Rup. l. 2. de (Rup. l. 2. de vict. verb. cap. 17.) vict. verbi, cap. 17. *Per ſemen ſerpentis, omnes inquit, maligni homines imitatores eius rectè intelliguntur, licet neminem genuerit aut creauerit ille; nam ſi*

*impij & iniqui homines ſerpentis, id eſt diaboli ſemen non eſſent, nequaquam Dominus diceret Iudæis: vos facitis opera patris veſtri, diabolum volens intelligi: ſequitur enim protinus in eodem ſermone, vos ex patre diabolo eſtis.*

### *Superbia caput diaboli.*

464 *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ipſa conteret caput tuum.* Vel vt alij habent, ipſe conteret caput tuum, ſi per ſerpentem diabolus iotelligitur, diabolus aotem cum ſit ſpiritus, careat capite, quid per caput illius intelligemus? inter alia vitia, quibus præeminet diabolus, ſuperbia primum locum habet & quaſi illius caput eſt, quod ſic fere exponit Caiet. cùm ait: *Chriſti verè ſerpentis caput contriuit, hoc eſt ſupremam partem, & excellentiam ac principatum*, qui prioeipatus & domioium ex ſua ſuperbia naſcitur. Caietan.

### *Cùm cætera vitia ſuperaueris, caue tibi à ſuperbia.*

465 *Inimicitias ponam, &c. ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius.* Econtra dicendum videbatur: tu ioſidiaberis calcaoeo eius, & poſtea ipſa cooteret caput tuum: qua enim ratione poſt cootritum caput inſidiari poteſt ſerpens calcaneo? imò verò tum maximè ſerpens ioſidiatur, cum eius caput contriuerimus, reliqui ſerpentes omnino deficiunt, ſi eorum caput attriueris: hic autem ſerpens, id eſt dæmon, tum vires aſſumit, & durius aggreditur, ſcilicet cum reliqua vitia debellaueris, tunc aſſurgit per ſuperbiam, quæ ſæpius de ipſa victoria trahit origioem, & tunc acrius noa impetit. Audi Hugon. Card. io Pſ. 17. *Valde cauendum eſt vitium quod de victoria ſurgit vitiorum. Hoc autem bene ſignificatum eſt Gen. 3. vbi cum dixiſſet Dominus ad ſerpentem, ipſa conteret caput tuum, ſtatim adiunxit, & tu inſidiaberis calcaneo eius.* Hug. Car.

### *Princeps Dei exemplo cauere debet à poteſtate abſoluta in moderanda republica.*

466 *Inimicitias ponam, &c. ipſa conteret caput tuum.* Præmonſtrans Mariam, & ſic in tempus futurum reiiciens curationem illius mulieris. Sed cùm Deus optimus ſit, & poteotiſſimus, & ſic curare ſtatim hominem potuerit, & dæmooem ſpoliare, vel antequam vllus intraret tenebrarum carcerem, cur maluit tot ſæcula expectare, vt carcerem cooſtriogeret? nonne id tunc potuit præſtare? potuit equidem id Deus facere, ſed eſſet maximam violentiam inferre tyranno, quare iuſtiſſimus, ſapientiſſimuſque princeps maluit expectare motas iuſtitiæ, quam pro poteſtate vllam inferre iniuriam: ait B. Aug. qu. 81. ex nouo Teſt. *Saluator inter ipſa primordia venire non debuit, hic victus ſubiecit peccato genus ſuum, quamobrem iniuſtum erat victori violenter auferre ſpolia, quia Deus quod facit iuſte facit, quanquam enim omnia poſſit Deus, illud facit quod conuenit rationi, vt irreprehenſibilis perſeueret.* Auguſt.

### *Excuſatio peccati indignos nos reddit Dei fauore.*

467 *Inimicitias ponam inter te & inter mulierem,* Dixit Deus ſerpenti cùm poſtea direxerit Deus ſermooem ſuum ad mulierem, dicens, multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos, cur nunc bo fauore non dignatur eam alloquens & dicens: inimicitias

A ponam inter te & ſerpentem? oota ſi loquutus eſt ſerpenti, non fuit ex amore, ſed potios ex comminatione, inſuper reuoca io memoriam cum interrogata fuit mulier ſe excuſaſſe, ne mireris igitur Deum hoc fauore eam non dignari, excuſatio enim peccati indignos nos efficit Dei fauore: ſic Rupert. lib. 2. de vict. verbi Dei cap. 16. *Propter peccati defenſionem hoc mulier non merebatur.* Rup. li. de vict. verbi Dei. c. 16.

### *Male agens & conſentiens eâdem pœnâ plectuntur.*

B *Inimicitias ponam inter te & mulierem.* Si dæmon omoino diſtinctus ſit à ſerpente, imo diuerſa fuerit illius culpa, quomodo eadem pœna vterque plectitur? nam oon ſolum cum diabolo, ſed etiam cum ſerpeote contiouas gerimus inimicitias: nota ſerpentem aliquomodo conſenſiſſe peccato, tanquam malum orgaoum; recte igitur vterque eadem pœnâ plectitur, quia male agens & conſentiens eandem ſubire debent pœnam: ſic Moſes Barſ. 1. parte de Parad. *Deus ſerpenti & ſathanæ maledixit, quia vterque execratione dignus erat pro maximo quod pararant ambo maledictio.* 468 Moſ. Barſ. l. de parad. part. 1.

C

### *Ad pœnitentiam nos prouocat Deus.*

*Inimicitias ponam inter te &c. ipſe conteret caput tuum.* Neſcio qua de cauſa tam graui maledictione proſequutus eſt ſerpentem, talemque pœnam ei indiderit, ita vt caput eius contereretur ab homine, & à qualibet muliercula? nota hanc pœnam impoſitam eſſe propter peccatum quod ſuaſerat primis parentibus: dico igitur adeo grauem ſerpenti inflixiſſe pœnam, vt eam protoplaſti conſiderantes, ad pœnitentiam delicti commiſſi prouocarentur: ſic D citatus Barſepha, qui poſtquam inquiſiuit cur Deus ſathanæ & ſerpenti maledixerit: ait: *Vt primi parentes audita ea tam dura deteſtatione diuina ad pœnitudinem reuocarentur.* 469 Moſ. Barſ. cit.

### *Societas malorum ita nociua eſt, vt omnibus inferat damnum.*

*Inimicitias ponam inter te, &c. & tu inſidiaberis calcaneo eius.* Serpens humi depreſſus calcaneo mulieris ioſidiatur, & quaotumlibet exiguus ſit, ſi vel extremæ plantæ dentulum infixerit, occidit morſus namque ioſuſa peſtis per venas vegetatione corporis E aucta, diſcurrit; animamque eximit, & noo ſolum hoc proprium eſt vnius ſerpentis, ſed omoium: ſi ſolum vnico ſerpenti qui mulierem vt organum diaboli decepit, maledixit Deus, ex qua maledictione forte ei venenum innatum eſt, quomodo alij ſerpentes qui non delicti organa fuere, etiam participes maledictionis & veneni ſunt? aduerte hanc maledictioοem & virus habuiſſe ex ſocietate peruerſa cum dæmone; non miror igitur alios ſerpentes diuerſæ ſpeciei ab eo qui maledictus fuit, venenatos, & maledictionem incurriſſe, quia ſocietas malorum ita noxia eſt vt omnibus damnum inferat: ſic Ruper. F lib. 2. de Trin. c. 30. *Serpentum quot genera tot venena, quot ſpecies tot pernicies, quot colores tot habentur & dolores: maledictum quippe animal eſt, ex quo diabolo ad miniſterium mortis propria calliditate ſuffragatum eſt*, pondera vltima verba, & reperies non ſolum primum ſerpentem, ſed quoſlibet alios maledictos ex quo primus ſocietatem dæmonis habuit. 470 Rup. lib. de Trint. c. 30.

### *In quo quis peccat, patitur.*

*Inimicitias ponam inter te, &c. & tu inſidiabe-* 471

*ris calcaneo eius.* Cur præcipue Deus hanc partem hominis voluit eſſe obnoxiam ſerpentis morſui, aduerte pedibus ſuis mulierem properaſſe ad arborem ſcientiæ boni & mali prohibitam: recte igitur in calcaneo pedum punitur, quia in quo quis peccat, in eo plecti debet: ſic Moſes Barſepha. *Quia calcibus ſuis properarunt primi parentes ad arborem prohibitam, tu feminis ipſorum calces feries.* (Moſ. Barſ.)

### *Maximus Dei erga nos amor.*

472 *Inimicitias ponam inter te & mulierem.* Cur amicitias diſſoluens, inimicitias conſtituis inter genus humanum, & hoſtes illius? cum potius inter illos amicitiam conſeruare deberes, cum vterque tibi aduerſarius extiterit, dæmon ſuadens tranſgreſſionem legis, homo ei obtemperans, vterque ergo pereat & nullum ſit inter eos diſſidium? dico talem eſſe erga nos Dei amorem, vt amicitiam diſſolueri mulieris cum ſerpente, vt ita diſſoluta, nullam aliam quæramus niſi ipſius Dei conditoris noſtri: ſic fere Rup. lib. 2. de vict. verbi Dei c. 16. (Rup. l. 2. de vict. verbi cap. 16.) *Quid primum in verbo hoc gratioſa fides meretur? quid potiſſimum collaudat, verbi veritatem? an patris eius bonitatem? (adde vel vtriuſque amorem) vtrumque collaudet, vtrumque digne prædicare deſideret, quia verè bonitate ſic eloquutus eſt, inimicitias, inquit, ponam inter te & mulierem, tanquam diceret: nunc mulier ſimul & vir tibi fœderati ſunt, tecumque fecerunt pactum, & cum morte fœdus percuſſerunt, vt pote quia à facie mea profugi, atque abſconditi dum requiruntur à me, quare hoc fecerint, contemnunt vocem commonentis, & defendendo peccatum ſuum, palam faciunt, quia tibi fauent, tibi conſentientes, tui amici ſunt, ego autem huiuſmodi amicitias diſſoluam, inimicitias ponam inter te & mulierem.*

### *Ita Deus optimus eſt, vt ex malo, bonum pro nobis nanciſcatur.*

473 *Inimicitias ponam inter te & inter mulierem, inter ſemen tuum & ſemen mulieris.* Quomodo Deus qui in nos excandeſcere tunc debebat, propter tranſgreſſionem noſtram, & illo tempore quo ſupplicia merebamur, miſerandi argumentum proponit? ait enim quod ſemen mulieris conterere deberet ſemen ſerpentis, ſemen autem illud mulieris eſt Chriſtus Dominus, qui nos à peccati ſeruitute eripere deberet, donandos libertate gratiæ; quomodo igitur ſpem libertatis promittit, quando in ipſa conſtituti ſeruitute eramus, & vbi nulla fere forent ſpes redemptionis? quia tantæ bonitatis eſt Deus vt ex malo, pro nobis infinita bona nanciſcatur: ſic eleganter D. Hier. Ep. 7. de viro perfect. ad amicum ægrotum. (D. Hieron. Epiſt. 7.) *Deus autem noſter contra omnem ſpem, contra omnem pene fidem, ex diuitiis miſericordiæ ſuæ, in malo bonum nactus, in iracundia generans confirmanſque pietatem, peccandi ſemen in fructum voluit euadere miſerandi, & qui nos propter tranſgreſſionem perdere debuiſſet, propter ſuam miſericordiam reparaturum ſe eſſe promiſit, & illo tempore quo ſupplicia merebamur, argumentum ſalutationis oſtendit, vt intelligere poſſemus, quantum valeret præſtare non læſus, qui tantum donaret iratus: in primo ergo homine, vt loquebatur, ſtatim nobis iudiciarium ſpopondit auxilium, ſtatim de bono theſauro bona produxit, ſtatim ignotum ipſis Angelis ſacramentum, quod implendum eſſet in nouiſſimo tempore, publicauit, & terreno Adæ Adam promiſit è cœlo; nam cum ſerpentem pro maledicto ſuo fulminaret, iubet eum terram pro cibo habere, ſupra ventrem repere, & quoniam mortem illam ipſe feciſſet, addidit dicens: & ponam inimicitias inter te & mulierem, & inter ſemen tuum & ſemen mulieris, ipſa calcabit caput tuum, & tu eius obſeruabis calcaneum, nonne conſideras? nonne conſpicis quod eidem tunc minabatur in Chriſto? aliud enim ſemen mulieris nullum prorſus accipio, niſi illud quod Apoſtolus ait factum eſt ex muliere, factum ſub lege, illud quod vt Euangeliſta ait, Ioſeph filius putabatur eſſe, ſed non erat, illud vtique quod verbum caro factum eſt: nam ſi generandi publicam iſtam & naturalem circumſpicimus rationem, ſemina non habent mulieres; denique nulla concipit ſine viro, ac per hoc, quoniam iam tunc in Adam ſemen humanæ generationis eſſet tranſgreſſione vitiatum, ſemen cœleſte promittitur, vt Apoſtolus ſentit, non ex corruptione viri, ſed ex Deo.*

### *Qui alios dignitate priuat, dignitate priuabitur.*

*Inimicitias ponam inter te, & ipſe conteret caput tuum*, cur potius voluit Deus punire ſerpentem in contritione capitis ſui, quàm in alia partis corporis læſione? Nota per caput principatum deſignari, & inſuper quod ſerpens fraude ſua primos parentes à ſuo principatu & dignitate deiecit; rectè igitur feritur in capite, quia qui alios dignitate priuat, in ſua punietur: ſic Moſes Barſepha. (Moſ. Barſ. l. de parad.) *Præterea quia tu Adamum atque Euam de gradu dignitatis, quem quaſi principes obtinebant, deieciſti, ſemen poſteritaſque ipſorum, tuum caput viciſſim conculcabit & interficiet.* 474

### *Odium debet eſſe non perſonarum, ſed morum.*

*Inimicitias ponam inter te & mulierem.* Cur vetus teſtamentum nouo non aduerſetur, quomodo dicente nouo, diligite inimicos veſtros, vetus pronuntiat: inimicitias ponam inter te, & mulierem? Ex qua lege odio habemus inimicum noſtrum dæmonem? Vtrumque tamen non eſt diſſentiens; non enim tam perſonarum quam morum facta eſt diſcordia: ſic Diuus Hieronymus in cap. 6. Epiſt. ad Galat. (Hie. in c. 6. Epiſt. ad Gal.) *Certe non tam perſonarum quam morum eſt facta diſſenſio, vt quomodo Deus vtiliter inter ſerpentem, & mulierem inimicitias poſuit, ne amicitia eorum inutiles eſſent homini, per quas proiectus eſt de Paradiſo.* 475

## *VARIETAS VERSIONVM I. PARTIS VERS. XVI.*

*Vlg.* Mulieri quoque dixit: multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios.

*Septuagint.* Multiplicabo triſtitias tuas, & gemitum tuum, in triſtitiis paries & filios, *ſic Ambroſius.*

*Cald.* Multiplicans multiplicabo tribulationes tuas, & conceptiones tuas, & in tribulatione paries filios.

*Arias*, Multiplicans multiplicabo dolorem tuum, & conceptum tuum, & cum dolore paries fi-

lios, *ſic Pagnin.*

*Caietan.* Multiplicans multiplicabo dolorem tuum, & fœtum tuum.

*Vatabl.* Iterando iterabo dolorem tuum, dolorem, inquam, conceptus tui.

*D. Cyprian.* Multiplicans multiplicabo triſtitias tuas, & gemitus tuos: & in triſtitia paries filios tuos.

A *Tertullianus.* In doloribus & anxietatibus paries filios tuos.

*Anaſt. Syna.* Multiplicans multiplicabo dolores tuos & gemitus tuos, in doloribus paries filios tuos.

*Moſes Barſepha.* Et in angoribus paries filios tuos.

## CONCORDIA VERSIONVM.

IZabon עצבון ſignificat laborem, dolorem, tribulationem, anguſtiam, afflictionem, ærumnam, mœrorem, vnde orta eſt diuerſa verſio: dictio הרן Heron, proprie ſignificat conceptum, ſiue conceptionem, tamen aliqui appoſuerunt gemitum, ſed ideo hoc euenit quia gemitum, quem patientes edunt, vel anguſtiam illam quâ afficiuntur mulieres, à conceptu vſque ad partum inuenire voluerunt.

## EXPOSITIO I. PARTIS VERSVS XVI.

MVltiplicabo ærumnas & conceptus tuos. Plures infligit pœnas mulieri, proprias aliis vxoribus, eo quod coniugali affectu traxerat virum ad peccatum, quarum prima ſpectat ad ea quæ concurrunt ad prolem in vtero, nempe multitudinem C dolorum, non ſolum in vna & eadem prole, ſed in multiplicatis fœtibus; multiplex enim conceptus eſt in grauamen mulieris, tum propter pondus prolis per nouem menſes, diuerſa pericula, retentionem menſtruorum: ſenſus igitur illius pœnæ infligendæ erat: multiplicabo conceptus tuos cum ærumnis, vel in conceptibus tuis multiplicabo tibi ærumnas.

*In dolore paries filios.* Qui dolor maior eſt in muliere quàm in vllo animali, propter continuatum partium difficiliorem auulſionem; clauſtra enim vteri, præter naturalem eius conſtitutionem, maximè dilatantur, ac laxantur, quod ſine acutiſſimo doloris ſenſu fieri non poteſt.

Nota quod ſtatu innocentiæ perſeuerans; mulier omni dolore partus liberata fuiſſet, geſſiſſetq; fœtum ſine moleſtia ac labore, quâ gratiâ, & beneficio ob peccatum priuata fuit: quomodo autem in ſtatu innocentiæ mulier ſine dolore pareret, explicat Aug. cùm fœtus in vtero iam partui fuiſſet maturus, tunc materna viſcera ſponte in tãtum laxarentur, vt commodum fœtui ſine matris dolore tranſitũ præberent.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Melius eſt hic puniri, quàm in futuro ſæculo.*

476 MVltiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios, &c. Cur Deus non D differt pœnam? rigoris & ſeueritatis nimiæ accuſabitur, qui ita mulierem infirmam punit & caſtigat: non ſeueritatis indicium, ſed potius clementiæ eſt, Deum noſtra delicta punire in hoc ſæculo: ſic obſeruat D.

Amb. l. de Para. c. 14. Ambr. lib. de para. c. 14. *Bonum eſt condemnari in peccato, & flagellari in delicto, vt cum hominibus flagellemur.*

### *Quantitas pœnæ culpæ reſpondit.*

477 *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios tuos, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.* Cur Deus tribus flagellis ſexum fœmineum cruciari voluit? nonne ſufficiens & grauiſſima pœna erat in dolore parere filios ſuos, cùm non ſit dolor, ſicut dolor parturientis? inſpiciamus in quibus deliquerit mulier, primo plus ſerpenti E quàm Deo credidit; ſecundo, fructum comedit: tertio, virum ſuum ad peccatum induxit. rectè igitur his tribus verberibus ſexum fœmineum cruciari ſtatuit, vt pœnæ quantitas culpæ reſpondeat: hoc con-

Rup. l. 3. in Gen. c. 21. firmat Rup. lib. 3. in Gen. c. 21. *Mulier triplicem pœnam habet, quia peccati quantitas triplo maior quàm in viro eſt, vnde triplici peccato triplex quoq; vindicta, præter communem ſibi cum viro mortem, reddita eſt.*

### *Deus peccati perpetuam nos vult habere memoriam.*

478 *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios tuos.* Cur voluit perpetuas ærumnas, & triſtitias noſtras in hac valle miſeriarum? nonne pœnam aliquod tempus duraturam, & non continuam potuit imponere? nota quòd hæc pœna propter peccatum eſt impoſita: ideo pœnam continuò duraturam impoſuit, vt ſemper præ oculis habeamus peccatum, illius originem: ſic D. Chryſ. ho. 17. Chryſ. ho. 17. in Gen.

*Rem magnæ lætitiæ, & filiorum propagationem, à triſtitia te incipere faciam, vt & ipſa quanta ſit peccati & inobedientiæ magnitudo, perpetuam habeat memoriam, ex perpetuis doloribus, & maxime tempore partus.*

### *Peccatum ſuadens maiori pœna plectitur.*

*Multiplicabo ærumnas tuas.* Heb. ex Pagni. multiplicabo dolores tuos, Sept. tribulationes, Cald. triſtitias; condemnationis autem ſententiam ferens in hominem, ait, maledicta terra in opere tuo: minus eſt terram maledici in opere ſuo, quàm doloribus angi plurimis, vel moleſtiis, ſiue tribulationibus affici: quare ergo mulier tali pœna plectitur, homo autem minori? nota ſuaſiſſe Adamo Euam, peccatum: dicamus ergo maiori pœna puniri Euam, quàm Adamum, quia ſuaſerat Dei tranſgreſſionem: ſic Raban. *Notandum quòd Adæ extrinſeca pœna imponitur, maledicta terra in opere tuo, mulieri verò intrinſeca, cum dicitur, multiplicabo, &c. quia ſeducta ſeduxit virum.* 479

Rab. in Ge.

### *Gaudium promiſſum præſentes moleſtias dulces efficit.*

*Multiplicabo ærumnas, in dolore paries filios tuos.* 480
Et hoc ita verum eſt, vt etiam poſt intolerabiles dolo-

res, poſt noctes inſomoes, poſt membrorum diſtenſinnes, ipſæ inter pariendum moriantur: quomodo ergo ſi res ita ſe habeat, & mulieres hoc ſcientes, aliarum periculo ſapientiores non ſunt, ſed eadem pericula ſubire audent? quia gaudium futurum de prole præſentes moleſtias ſuauiſſimas efficit: ſic D. Chr.

Chr. hom. in Gen.

ho. 17. *Deus triſtitia illius infernit lætitiam & voluptatem, propterea hoc dicebat: multiplicans multiplicabo triſtitias tuas, & gemitum tuum, hoc etiam Chriſtus dicebat diſcipulis ſuis, monſtrans tam doloris magnitudinem, quam lætitiæ excellentiam. mulier quãdo parit triſtitiã habet: deinde volens nobis declarare quomodo triſtitia ſimul è medio tollamur, gaudium autem & lætitia ſuccedant, inquit, quando autem peperit filium, non iam memor eſt afflictionis, propter gaudium, quia natus eſt homo in mundo.*

B

## *Nulla lætitia in præſenti vita.*

481 *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos.* Vel vt habet Hiern. gemitus tuos, & Sept. addunt in triſtitiis paries. D. Chryſ. ait, plectitur pœna magnam habente admonitionem: ſed in quo admonemur in hac pœna? certe quod ſi tanta eſt moleſtia in ortu & principio vitæ, nullum futurum gaudium verum in illius continuatione: ſic Per. Chryſol. ſer. 44. *Qualis finis eſt, vbi eſt origo pœnalis? in vita lætitia quam tenebit, qui vitæ ſumit exordium de mœrore?*

Pe. Chryſ. ſerm. 44.

C

## *Afflictiones virtutum examinationes ſunt.*

482 *Multiplicabo ærumnas tuas, in dolore paries filios tuos.* Et homini dixit, in ſudore vultus tui paſceris pane tuo; nonne propter peccatum has Deus pœnas impoſuit homini? quare ergo poſt remiſſionem peccatorum labor hic & afflictio permanet, & hæc dura & aſpera parit etiam terra fidelium? ſimiliter ſi dictum eſt mulieri, in gemitu paries, cur etiam poſt remiſſionem peccatorum, fœminæ fideles eoſdem dolores in parturiendo patiuntur? poſt peccatorum remiſſionem non propriè pœnæ, ſed exercitationes iuſtorum potius nuncupantur: ſic D. Aug. li. 2. con. Pelag. cap. 33. *Reſpondemus ante remiſſionem eſſe illa ſupplicia peccatorum, poſt remiſſionem certamina, exercitationeſque iuſtorum.*

D

Aug. lib. 2. cont. Pelag. cap. 33.

## *Spes filios habendi leniorem præſentem pœnam efficit.*

483 *Multiplicabo ærumnas, in dolore paries filios tuos.* Vel vt habet Cald. in tribulatione, grauiſſima pœna mulierum, per quam ſignificat parturientium dolores, multiplicemque illum laborem, quem ferre neceſſe eſt, vt pote tot menſibus geſtare vterum, veluti ſarcinam, & ſentire ſingulares qui inde oriuntur dolores, ita vt plurimæ inter nimios cruciatus è viuis excedant: miror quomodo iungere ſe matrimonio ita ſummoppere deſiderant, cùm certos habeant ſui partus tot dolores, & cruciatus? nonne filios futuros ex eo ſperant: ergo non eſt mirum tot labores & dolores ſufferre: quia ſpes futuri boni in filiorum ortu leuiſſimas illas pœnas efficit; ſic D. Chr. hom. 17. in Gen. *Semper futurorum bonorum ſpes, præſentia incõmoda leuius ferri facit, probat etiam ex negotiatoribus qui remota maria tranſeunt, & naufragia ferunt, & piratas, & præterea pericula multa quibus illorum pro tunc ſpes fruſtratur, neque tamen ſic deſiſtunt, iterum ea attentant, vnde hoc niſi propter ſpem futuri boni,* proſequitur dicens, *hoc etiam de agricolis poſſumus dicere, etenim illi cum profunde ſecuerint terram, & diligenter excoluerint, ac ſementem fecerint, ſæpe ariditate vel immodicis pluuiis, vel tãdem quando manipulis colligendi rubigine vel calamitate ſuperueniente ſpe ſua excidant, veruntamen neque illi ſic deſiſtunt, ſed iterum vt tempus aperterit, agriculturam exercent, vnde hoc niſi propter ſpem futuri boni?*

E

Chry. ho. 17.

F

A

## *Mulieris conceptus maxima pœna.*

*Multiplicabo ærumnas tuas & cõceptus tuos.* Quęnam hæc pœna conceptuum? multiplicatio, nulla mihi videtur eſſe; nam dixerat Deus creſcite & multiplicamini, & replete terram; non poterat autem fieri multiplicatio, niſi mediis conceptibus mulieris; cur ergo in pœnam impoſita eſt multiplicatio conceptuum? quia ſi non fuiſſet præuaricatio, mulier pepeiſſet, ſed ſine dolore, & ærumnis; nunc autem quantos dolores ſufferant, ſciunt parturientes, maxima illarum ergo pœna eſt multoties parere, hoc acutè notat Rup. lib. 3. in Gen. c. 22. *Hæc multiplicatio non benedictionis, ſed damnationis eſt, non gratiæ, ſed iræ, non clementiæ ſed vindictæ, vnde & non ait tantum multiplicabo conceptus tuos, ſed multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos.* 484

B

Rup lib. 3. in Gen ca. 22.

## *Mulier quanto fœcundior, eo miſerior.*

C

*Multiplicabo conceptus tuos,* ait Deus mulieri, pœnam grauiſſimam ei imponens, ſed hoc pœnale non videtur, imo iucundum & delectabile, multiplicatio enim prolis bonum eſt naturæ, maximumque parentum gaudium; futura enim eſſet in ſtatu innocẽtiæ homine non peccante, quomodo igitur ea mulieri pro ſcelere admiſſo, tanquam ingens quoddam malum pœnæ loco denuntiatur? Hiern. ab Oleaſtro noua interpretatione vtitur ad ſoluendam hanc obiectionem, ita vt multiplicabo conceptus tuos, non referat ad multiplicationem prolis, ſed ad tempus, quo poſt conceptum, geſtaret fœtus in vtero, vſque ad partum: arbitratur nempe ſi primus homo non peccaſſet, fore vt ſtatim proles concepta ederetur in lucem; in pœnam autem peccati, tempus illud per nouem menſes multiplicatum & prolatum eſt; ſed hoc non ſolum falſum, ſed ridiculum: nam longa manſio fœtus in vtero naturalis eſt & ex cauſis naturalibus proficiſcitur; quamobrem non debuit propter peccatum variari, quapropter alij illud, multiplicabo conceptus tuos & ærumnas tuas ſic dictum volunt, modo dicendi ſacræ ſcripturæ non infrequẽti, vt ſi dictum eſſet, multiplicabo conceptus tuos in ærumnis, vel in conceptibus tuis multiplicabo tibi ærumnas tuas, bona eſt expoſitio; ſed ſi velimus exponere præcisè multiplicabo conceptus tuos, dico maximam fuiſſe ei pœnam impoſitam: quia vt optime Rup. *Mulier quippe quanto fœcundior tanto ærũnoſior, poſt ſingulos conceptus, dolor cruciat, per ſingulos partes, ſuus eam ſanguis fatigat.* 485

Hie. ab Ole.

D

E

Rup. lib. 3. in Gen. ca. 22.

## *Mulier aliquando tanta rabie agitur, vt non caput ſerpentis, ſed ſanctorum conterere velit.*

F

*Multiplicabo ærumnas tuas.* Sed de ea antea dixerat ſerpenti, *ipſa conteret caput tuum,* quomodo ergo mulier ita impudens, vt non caput ſerpentis ſed Ioan. Baptiſtæ conterere auderet, petens illud ſibi dari in diſco? quid commune habet caput nefandum ſerpentis, cum ſanctiſſimo capite Ioannis, vt conterat illud, cum ſibi dictum ſit quod caput ſerpentis contereret? reſpondeo quia tanta eſt rabies mulieris, vt illæſum caput ſerpentis relinquens, ſanctiſſimi viri 486

contetendum caput accipiat, non longe abeſt ab hac expoſitione D. Paſch. libr. 6. in Math. cap. 14. *Serpentis germen caput Joannis petis ſemper atque hominum, cuiſuum caput ſententia olim ſummi iudicis ſciebat addictum, dicente Domino, illa cuum obſeruabit caput, & tu illius obſeruabis calcaneum, ſed miſera feralis aula Regis, & infælix rabies, quæ in paſtum ſuum ſuſcepit caput Martyris.*

Paſcha. l. 6 in Math. cap. 14.

## *Opus bonum cum labore.*

487 *Multiplicabo ærumnas tuas, in dolore paries filios tuos, ſub viri poteſtate eris.* Myſticè loquimur, quid eſt in dolore mulierem patere filios ſuos, ſub viri poteſtate eſſe? Nam quæ connexio vnius cum alio? Si enim dixiſſet: paries cum dolore filios, vir autem tuus erit in auxilium & conſolationem, hoc rationi conſentaneum eſſet, ſicut enim mulier ad hoc adiutorium homini data eſt, ita ſimiliter in doloribus ſuis mulier debet adiuuari à viro ſuo: opera noſtra, filij noſtri poſſunt appellari; parimus autem cum operamur; bene ergo dictum eſt mulieri, cum dolore paries: quia vt ait Eucherius, *Voluntas carnalis cum aliquam conſuetudinem malam vult vincere, & facere opus bonum, cum dolore facit tale opus bonum, & poſt ipſis erudita doloribus, cautior fit, & ne corruat, obtemperat rationi & libenter ſeruit quaſi viro.*

Eucherius

## *Deus impatientiam caſtigat.*

488 *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos,* Vel vt eſt in Hebræo, multiplicando multiplicabo anguſtiam tuam, & conceptum tuum, in anguſtia paries filios; hîc notat Oleaſter dicens, decreuerat Deus vt fœmina ſuſcepto ſemine & formato fœtu ſtatim illum emitteret, & non geſtaret in aluo ad nouem menſes, cum maxima moleſtia, aut ergo Deus in pœnam peccati voluit tantum tempus in emiſſione partus conſumi? Nota impatientiſſimam fuiſſe Euam; non immeritò ergo Deus multas voluit per longum tempus moleſtias ferre, vt impatientiæ ſuæ pœnas daret: ſic idem Oleaſter, *Ideo in pœnam peccati multiplicauit tempus vt patiatur in deſiderio, in quo vehementiſſima eſt.*

Oleaſt.

## *Triſtitia ex voluptate.*

489 *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos.* Sept. triſtitias tuas, cur tot triſtitiæ pro pœna imponuntur mulieri, nota maximam voluptatem habuiſſe, ex eſu ligni vetiti: iuſte ergo multiplicantur eius triſtitiæ, quia voluptatem triſtitia concomitatur; ſic D. Antioch. hom. 25. de triſt. *Victor paſſionum, victor triſtitiæ eſt; quem autem vicit voluptas, non facile effugerit triſtitiæ vincula.*

Antio. ho. 25 de triſt.

## *Bona eſt triſtitia quæ eſt ad pœnitentiam.*

490 *Multiplicabo ærumnas tuas,* Septuagint. triſtitias tuas, cùm nihil peius reperiatur triſtitia, ait enim Hermes Diſcipulus D. Pauli libr. 2. mandato 12. triſtitia ſpiritum ſanctum offendit, & vexat eum, aufer ergo triſtitiam à te, & noli offendere ſpiritum ſanctum, qui in te habitat; de qua etiam loquens D. Nilus oratione 5. de triſtitia, triſtitia Leonis eſt os, quod hominem mœſtum facile deuorat, animi vermis triſtitia eſt, qui parentem exedit, triſtis non excitat animum ad contemplandum, nec putas vnquam effundit preces, omnibus enim rebus bonis triſtitia eſt impedimento, vt vincula pedes à curſu prohibent, ſic triſtitia mentem auocat à contemplatione; quomodo ergo pœnam infligit Deus tantorum originem malorum, cum pœna detur non ſolum vt punitio præcedentis peccati, ſed vt remedium futuri? Nota duplicem eſſe triſtitiam, vna, quæ eſt animi contractio, & mœror ab iracundia proficiſcens, alia autem quæ proficiſcitur ex conſideratione peccati: dico igitur non primam præcipue eſſe impoſitam, ſed quæ ex peccati memoria, & ad pœnitentiam conducit: vnde D. Antioch. hom. 25. de triſtitia, *Quæ ſecundum Deum triſtitia eſt, iuxta Apoſtoli Pauli ſententiam, pœnitentiam operatur ad ſalutem, nec ſane pœnitendam aut aſpernabilem.*

D. Nilus. Antio ho. 25 de triſt. Paul.

## *Fraudes dæmonis in eius caput reincidunt.*

491 *Multiplicabo conceptus tuos, & ærumnas tuas, in dolore paries, &c.* Gaudes Sathan, non ſolum quia perſuaſiſti crimen primæ mulieri, ſed etiam quia pro fœlicitate quam haberet in Paradiſo terreſtri, doloribus affectam, & ærumnis confectam contemplaris: cur ergo ita impius vt in tot mala mulierem præcipitares? Nota quæſo quod dictum eſt ſuperius de muliere, ipſa cōteret caput tuum: dico igitur maximè impium, & fraudulentum fuiſſe, ſed dolum eius in caput proprium reincidiſſe; ſic D. Chryſippus Preſbyter Hieroſ. ſerm. 2. de laudib. Virg. Mariæ, qui inducit dæmonem ſic loquentem, *Profectò præſtabat mihi vt Euam illam antiquam non inducerem in dolum, ſatius erat mihi etiam per ſerpentem illam non decipere, nam quid lucri mihi acceſſit ex circumuentione? Si quidem eos quos in ſeruitute redegi, modò video priſcam libertatem recipere, imo vere vna cum præcedente libertate etiam ipſum regnum cælorum hereditario iure poſſidere, talibus equidem communis omnium noſtrum inimicus, apud ſeipſum vſus eſſe ſermonibus videtur.*

D. Chryſip.

## *Odio peccatum proſequi debemus.*

492 *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos,* Videtur hoc non comprehendere virgines ſaltem quoad conceptus; quoad ærumnas autem non eaſdem patiuntur mulieres innuptæ; quam ergo ex eis vtilitatem videntes alias mulieres plurima incommoda pati, quæ ſunt ſibi incognita, colligere poſſunt? Reſpondet Procopius, *Vt innaſcatur odium peccati cogitantibus illas miſerias ex hoc manere.*

Procop.

## *Finis afflictionis gaudium.*

493 *Multiplicabo ærumnas tuas, in dolore paries filios,* Siue vt habet Tertullian. in anxietatibus paries; nonne iure merito poſſet conqueri Eua de tot afflictionibus, anxietatibus & doloribus impoſitis, propter vnius præcepti tranſgreſſionem? Nota mulierem in partu doloribus torqueri; poſt partum autem ſummo gaudio lætantem propter prolem liberatam: dico igitur nullomodo conqueri poſſe de tot afflictionibus, tum quia impoſitæ in pœnam peccati, tum quia eas maxima comitatur lætitia: ſic D. Maximus centuria prima numer. 44. *Finis omnis afflictionis eſt gaudium, vniuerſi laboris, requies.*

D. Maxim.

## *Afflictio fortiter ferenda, quia paterna correctio eſt.*

494 *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos.* Cū afflictio non ſit afflictio dāda, & Eua ex nuditate ſatis afflicta fuerit, & ex amiſſione iuſtitiæ originalis, nec non ex fraude dæmonis cognita, cur alias

adiungis denuo anxietates? Nihilominus afflictio- A nes etiam multiplicatæ, ideo à muliere iam afflicta patienter tolerandæ ſunt, quia paternæ ſunt corre- Idiota de contem. l. 2. ctiones: *Sic Idiota de contemplatione libr. 2. Aperi oculos tuos, Rex æterne, aperi oculos tuos, & vide tribulationem meam, vt affectum tui benignitate, eam cum patientia tolerem, & cum gratiarum actione ſuſtineam, quia ſi ſic miſericorditer mecum agas, operabitur in me tribulatio carnalium afflictionum extinctionem, nam ſicut mare Ægyptios operuit, & Iſraëlitis non nocuit, ſic amaritudo tribulationum opera vitiorum impediet, & virtutum opera inuabit, ſicut ſcriptum eſt, curatio id eſt tribulatio ceſſare faciet peccata maxima, tribulatio reddit homi-* B *nem ſecurum iudicij, quia non conſurget duplex tribulatio, oſtendit præterea ſalutem æternam, quia ſi compatimur & conregnabimus.*

*Sua dona vult Deus in pretio eſſe.*

495 *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos,* Hæ pœnæ ſine dubio ei impoſitæ fuere, vt inde naſceretur odium peccati, ex hoc manere illas miſerias cogitanti: ſed nonne odium peccati ex alio capite oriri poterat, ſcilicet ex nimio pudore, & nuditatis C ſuæ verecundia, ex fraudis diabolicæ cognitione? Cur ergo tot calamitates corporis ei inferuntur? Aduerte immortalitatem corporis futurum eſſe Dei donum, reſponde igitur tot dolores, & calamitates perpeti in corpore, vt poſtea donum immortalitatis conſequuti magis æſtimemus, quam ſi ſine dolore illud poſſediſſemus: ſic Procopius, *Iterum ſub ſpecie* Procop. *minantis elabuntur à Deo iam antea promiſſa, ſed quare? Vt deinde admiremur, & exoſculemur immortalitatis beneficiũ quod in nouiſſimo præſtabitur.*

*Dolor corporis animæ ſalutem operatur.*

496 *Multiplicabo ærumnas tuas, in dolore paries,* Cur ærumnis dolorem ſubiungit? Nonne ſatis mi- D ſerum calamitates efficiunt ſine dolore? Nota quando Chirurgus vulnus aliquod curat, hoc fit in ærumno cum dolore patientis, attamen hic dolor remedium ſalutis eſt: recte igitur ærumnis additus eſt dolor, vt hoc mediante ſalutem conſequeretur: ſic etiam Procop. Procopius, *Adhibet vulneri dolorem, vt caſum noſtrum ſanet non ſecus ac peritus chirurgus qui vel ſecat, vel vrit oblatum corporis vitium: nam is dolor qui ſecundum Deum eſt, operatur ſalutem haud pœnitendam.*

*Maxima pœna eſt matri, filios reprobos parere.*

497 *Multiplicabo conceptus tuos, in dolore paries filios.* E Hæc multiplicatio nonne futura erat ſtatu innocentiæ permanente? præceperat enim Deus dicens: creſcite & multiplicamini, & hæc maxima erat Dei benedictio; quomodo igitur pro maledictionis pœna imponitur? nota ex plurium ſententia, ſi ſtatus innocentiæ permanſiſſet, reprobi nati non fuiſſent, ſed poſt præuiſionem peccati, decreuit illos Deus naſcituros: dic igitur multiplicationem filiorum nunc non eſſe ſolum benedictionem, ſed iræ Dei argumentum, maximamque mulieris pœnam, quia ex ea plures naſcuntur condemnandi: ſic F Rup. lib. 3. de Tri. c. 22. *Quanta putas hæc ira,* Rup. l. 3. de Trin. c. 22. *quanta eſt vindicta, concipi, vel naſci tot homines, qui numerum excedant, qui ad Dominum, vel ad vitam æternam non pertineant? quibus proinde melius erat, ſi nati non fuiſſent; nempe ſi incorrupta natura noſtra terra permanſiſſet, ſi non Dei bene-*

A *dictionibus peſtem maledicti ſerpentis ſuperinduxiſſet, ſolas bonas arbores, id eſt, ſolos bonos germinaſſet homines, & nullum agreſtium lignorum, quæ ad hoc nata ſunt, vt excidantur, & in ignem mittantur, quia fructum non ferunt, ſucci eius abundantiâ produxiſſet, hæc fortis atque terribilis nimis, & timenda magis, quam diſcutienda diuini iudicij ſeueritas eſt.*

*Filius, dolor matris.*

*Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos.* 498
Hæc multiplicatio non maledictionis, ſed benedi- B ctionis, non iræ, ſed gratiæ, non vindictæ, ſed clementiæ videtur mihi eſſe argumentum; mater enim multitudine filiorum gaudet, gaudium autem non impoſitum eſt ei pro pœna, non ergo deberet dicere Deus, multiplicabo conceptus tuos, ſed ſterilem efficiam te, cum ſterilitas ſit in muliere ſicut grauiſſimus cruciatus. Recte tamen pro pœna maledictionis imponitur ei multiplicatio conceptuum, & filiorum abundantia, quia ſine dubio maximis doloribus & anxietatibus afficitur mater, in filij etiam vnius procreatione: ſic Moſes Barſe. 1. p. de para. C *Si vniuerſum illud tempus reputes, quod à concepto* Moſ Barſ. l de Parad. part. 1. *fœtu vſque ad morientem hominem extenditur, tum ſane intelligas mulierem multis difficultatibus, doloribus, ærumnis ſubiectam eſſe, pro ipſa Dei execratione: nam editum infantem laborioſiſſima cura excipit, deinde per ſummam moleſtiam, atque angorem educat, ad poſtremum amaro vlulatu morientem deflet.*

*Originale peccatum eſt opprobrium mulierũ.*

*Multiplicabo ærumnas, in dolore paries filios tuos.* 496
In quo dolore? an ſolius corporis, an etiam animæ? vtriuſque: ſed quis dolor in anima mulieris parientis? nota filios ſuos in peccato originali producere, D non igitur ſolum cum dolore corporis, ſed etiam animæ, filios parit, quia peccatum originale quod eſt maximum opprobrium, ex ſe quaſi deriuatum ſentire debet: ſic Rup. *Verbum æternum in matre,* Rupert. *quod mulieres patiuntur in partu, iuxta illud, in dolore paries filios tuos:* vides igitur quomodo dolorem vocat Rupert. originale delictum mulierum opprobrium.

*Mulier ad peccatum trahens virum, grauiter punitur.*

*Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos,* Id 500
eſt, ærumnoſos conceptus, ſed cur alias pœnas, mulierem innuptam ſolum ſpectantes non impoſuit? E non ignoras Euam illecebris ſuis Adam traxiſſe ad eſum cibi vetiti? recte igitur plectitur pœna vxoribus propria, quia vxor viro ſuadens peccatum propria pœna puniri debet: ſic Caiet. *Quatuor pœnas* Caietan. *infligit mulieri proprias vxoribus, eo quod coniugali affectu traxerat virum ad peccatum.*

*Triſtitia ex peccato interimit peccatum.*

*In dolore paries filios tuos,* ſiue vt habent Septua. 501
*in triſtitia.* Nonne hæc triſtitia propter peccatũ impoſita eſt, & ex peccato originem ducit? quomodo igitur D. Paulus ait, triſtitia pœnitentiam operatur? Corint. 7. F interimit igitur peccatum, quia per pœnitentiam omnino deletur, quomodo fieri poteſt, vt id quod ex aliquo oritur illud interimat? quia tanta eſt Dei miſericordia, vt efficiat ipſam triſtitiam, quæ ex peccato eſt, ſi recte cauſatur, ipſummet peccatum omnino conterere: ſic D. Chryſ. ho. 5. de pœnit. adducens

illud quod in peccati pœnam Deus intulit mulieri, A dicens, in triſtitia paries filios tuos, inquit, *O magnum donum quod in pœnam Dominus dedit, in ſalutem vertit peccatum: triſtitiam in corde peperit, triſtitia peccatum contriuit, & quemadmodum vermis natus in ligno idipſum comminuit, ſic triſtitia de peccato nona, peccatum minuit per pœnitentiam inducta, quapropter Paulus dicit, quæ ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiã in ſalutẽ incommutabilẽ operatur.*

*Prior peccans prius punitur.*

*Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos.* 502
Cur priorem non punis hominem, cùm prior creatus fuerit, & caput mulieris ſit? Aduerte poſt mulierem cibum guſtaſſe vetitum; merito igitur Eua prior pœna plectitur, quia prior delinquens non ſecundus caſtigari debet: ſic Ferus, *Primo mulierem punit, quia primo peccauerat.* Ferus.

## *VARIETAS VERSIONVM I. PARTIS VERS. XVI.*

V*lg.* Sub viri poteſtate eris, & ipſe B dominabitur tui, *ſic Ambroſius, Auguſt.*
*Septuag.* Et ad virum tuum conuerſio tua, & ipſe tui dominabitur.
*Pagninus,* Et ad virum tuum erit deſiderium tuum, & ipſe dominabitur tibi.
*Arias,* Ad virum tuum appetitus tuus, & ipſe dominabitur in te.
*Caietan.* Et viro tuo deſiderium tuum.
*Moſes Barſepha.* Ad virum tuum reſpicies.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

Licet videantur differre hæ verſiones, tamen ſunt maxime concordes, in Hebræo eſt ad virum tuum deſiderium tuum, ſiue appetitus; tamen noſter interpres & Septuag. aliter verterunt, ſed conformiter ad literam: quidquid enim ſub alicuius eſt poteſtate, ad ipſum ſemper ſpectat, ſemperque id intuetur, id ſemper exoptat.

## EXPOSITIO VERSVS XIII.

S*Vb viri poteſtate eris.* Grauis pœna mulieri ſubeſſe viro, propter ingenij mulieris leuitatem, atque varietatem, hominem ſibi præeſſe indignè ferentis: in ſtatu autem innocentiæ, quamuis ſub viri poteſtate fuiſſet, non eſſet ei moleſtum, libens enim & gaudens ſub viri imperio degiſſet, diuinæ voluntati conſentaneum id eſſe intelligens, tum etiam C quia imperium mariti, plenum amoris & dilectionis fuiſſet, *& ipſe dominabitur tibi*, præcipiendo quod exequi tenearis, & coërcendo puniens ni obtemperes, non autem colligè virum dominatum tyrannicum debere in eam exercere; nam debet eſſe iuſtus & moderatus.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Qui donis à Deo acceptis abutitur, eis priuatur.*

503 S*Vb viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.* E hanc pœnam imponit mulieri, vt eius dominum conſtituat hominem, cum ex eius latere formata ſit, ad declarandum quod ſocia eius eſſet, & non ancilla? parem enim homini in honore fecit Deus, & dignitatis eiuſdem in omnibus participem: ideo pœna hæc legitimè ei impoſita, quia ſuo imperio male vſa eſt: omnis autem abutens ſua dignitate, ea priuari meretur: hanc rationem aſſignat D. Chryſ. ho. 17. in Gen. *Quia abuſa es honoris dignitate, ſubiicio te viro, quia relicto eo, cui dignitati par, & cuius naturæ particeps, & propter quem formata es, familiaritatem cum ſerpente mala illa beſtia habere, & eius accipere conſilium voluiſti, propterea poſthac illi te ſubiicio, & illum Dominum tuum aſſero, vt illius ſcilicet dominium agnoſcas.* F

Chry. ho. 17. in Gen.

*Vxoris ſeruitus temperatur amore viri.*

504 *Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.* Sept. cum Cald. habent, *ad ipſum conuerſio tua.* Miror quomodo Deus mulierem liberam ita viro ſubditam conſtituit? nonne ait, ad ipſum conuerſio tua? ſeruitus ergo mulieri impoſita non eſt intolerabilis, viri enim amore & ſolatio temperatur: ſic Proc. *Mulier dum audit, ipſe dominabitur tui, intolerandam ſeruitutem ne ſeruiat, primo loco poſuit quanta cura mulierem virtutare & fouere debeat, dicens: ad virum tuum erit conuerſio tua, id eſt, ipſe erit refugium tuum, portus, anchora, tutiſſimuſque ex omni periculo receptus, amor timori iungitur.*

Procop.

*Seruire Deo, donum illius eſt.*

*Sub eius poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.* Septu. habent, & ad virũ tuum conuerſio tua, D. Ambr. li. de para. c. 14. hoc dictum eſſe de Eccleſia, & Chriſto Domino agnoſcit: ſed ô Ambroſi, quomodo verificabitur hoc eſſe de Eccleſia, cùm in pœnam peccati hoc dictum fuerit mulieri, quod ſub ſeruitute viri ſui eſſet? non verificabitur in pœnam eſſe, Eccleſiam ſeruire Chriſto, imo maximum donum illius: ſic ait. Doct. *Deſignatur Eccleſia ad Chriſtum futura conuerſio, & religioſa ſeruitus, ſubdita Dei verbo, qua multò ſit melior quàm ſæculi huius libertas, hæc ſeruitus Dei donum eſt, hanc ſeruitutem operatur charitas, quæ eſt ſpe fideque maior.* 505

Ambr. li. de Para. c. 14.

*Peccatum liberos, ſeruos efficit.*

*Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.* 506
Quis te, ô mulier, ad Dei imaginem formatã, & ideo liberam quaſi ſeruam efficit? qui enim alterius dominatum

natum ſuſtinet, ſeruus nuncupari poteſt? reſpondet D. Anſel. c. 14. in 1. Ep. ad Cor. *Duabus de cauſis iubetur mulier eſſe ſubiecta, quia ex viro eſt, & per ipſam intrauit peccatum, ſubditur dominio alterius, peccatum ergo liberum ſeruum efficit*, vnde Chry. ho. 29. in Ge. *Peccatum vbi intrauit, libertatem perdidit, & corrupit poteſtatem naturæ datam.*

Anſel. in c. 14. Ep. 1. ad Corinth. Chry. ho. 29 in Gen.

*Ex multitudine filiorum uxor fit ſuperba.*

507 *Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui*, Quare poſtquam dixit Euæ quod futura eſſet mater plurimorum filiorum, eam tamen ita deprimit vt ſub dominio viri conſtituerit? vt quantum ex longo filiorum examine ſuperbiret, tantum ex viri in ſe B dominatu deprimeretur, fœminæ enim ex prole inſoleſcunt: ita D. Aug. lib. 2. de Gen. contr. Manich. *Mulieres quaſi dignitatem ſibi additam credũt, quod matres fiant, & plerumque ſuperbiores exiſtunt.*

Aug. li. de Gen. cont. Manich.

*Mulier connubio, emit ſuam ſeruitutem.*

508 *Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui*, Si mulier quando copulatur matrimonio, aliquando ditior eſt viro, ſub illius poteſtate erit & ipſe dominabitur ei, & quamuis non eo ditior ſit, ſemper tamen admittitur cum aliqua poſſeſſione, cur poſſeſ- C ſione ſua ſeruitutem emit? conditio nuptarum propter peccatum eſt miſera, ita vt in pœnam illius, mulieres ſuam ſeruitutem comparent: ſic D. Amb. in exhort. ad Virg. *Quæ nupſerit, inquit, ad ſeruitutem ſua pecunia venditur, meliore conditione mancipia, quam coniugia comparantur, in illis meritum emitur ſeruitutis, in iſtis pretium ad ſeruitutem additur, nupta venalis auro grauatur, auro æſtimatur.*

Amb. in exhot. ad vir.

*Neſciens imperare, aliis ſubiicitur.*

509 *Sub viri poteſtate eris & ipſe dominabitur tui.* Neſcio qua de cauſa hæc pœna mulieri imponitur? quid enim eam viro ſubiicit, cùm ſit æqualiter vter- D que ad Dei imaginem formatus, vterque habens dominium creaturarum? nota quod quia habebat dominium in creaturas, & ideo etiam in ſerpentem, cum ei perſuadebat violationem præcepti diuini, debebat imperare, vt obmuteſceret; merito ſubiecta eſt homini vt ab eo regeretur, quia qui neſcit ſuo imperio vti, neceſſe vt aliis ſubiiciatur: ſic D. Chryſoſt. hom. 17. in Gen. *Quia neſciuiſti imperare, diſce bene regi, ad virum enim tuum conuerſio tua, & ipſe dominabitur tui, melius eſt vt tu ſub illo ſis, & illum dominum habeas, quàm impauide, & libere vivens, per præcipitia feraris, nam & equo vtilius* E *eſt fræno regi, & compoſite ingredi, quam ſine illo per præcipitia ferri.*

Chry. ho. 17 in Gen.

*Inobedientia hominũ erga creatorem, caſtigatur inobedientiâ impiorum erga eum.*

510 *Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui*, Dixit Deus mulieri, ſed nonne mulierem vidimus viro ſuo inobedientem? quomodo igitur dicitur quod ſub eius dominio & poteſtate futura ſit ſi ei obedire negligit & retractet? vt eius inobedientia erga Deum puniatur, alia inobedientiâ inferioris F mulieris erga ipſum: ſic B. Damianus ſer. 5. de ſancto Seuero: *Ex ea enim muliere feriendus erat, quam errans auctori præpoſuerat, vt vnde homo culpam non timuit ſuperbiæ admittere, inde pœnam corrigendus inueniret.*

Dam. ſer 5. de S. Seuer.



A *Recte priuatur mulier dominio, quia cauſa mortis noſtra.*

*Sub viri poteſtate eris*, Si ad imaginem Dei formata fuit mulier & ad imaginem vir; imago autem æqualis cum altera imagine, ea non eſt inferior, quomodo mulier tanquam inferior viro ſubiicitur? imo non ſolum viro, ſed etiam omnibus creaturis inſenſibilibus ſubiici deberet, tanquam noſtræ ruinæ principium & mortis origo, vnde S. Theod. Studita in epiſt. 4. ad Nœta. ait: *Cum mulieribus ne cõgrediamur familiariter, à quibus in nos profluit mors.* 511

Tho. Stud. in Epiſt. ad Nœrat.

*Qui male docet, ſit ſub ſilentio.*

B *Sub viri poteſtate eris & ipſe dominabitur tui.* Quod explicans Anaſt. Nicen. q. 63. ait ad virum tuum conuerſio tua, hoc eſt refugium tuum, portus tuum, tutela tua, propterea ergo dicit D. Paulus primæ Timot. 2. mulieri docere non permitto, neque authoritatem in virum exercere, ſed eſſe in ſilentio: cur præcipitur mulieri ſilentium ſeruare? nonne Deus illam loquentem creauit, ſicut hominem? aduerte hominem voluiſſe docere, cùm ſuaſit illi fructum arboris ſcientiæ boni & mali comedere, dicenſque ſe futurum omniſcientem, & Deum: iure C merito igitur præcipitur ei ſeruare ſilentium, quia qui male docuit, pœnâ ſilentij puniri debet: ſic citatus Nicen. *Semel docuit & vſa eſt authoritate & euertit omnia, propterea eam deiecit à ſede doctrinæ, qui enim neſcit docere, diſcat, ſi autem nolit diſcere, & ſe & eos qui diſcunt perdit, quod tunc quoque accidit in muliere, & ideo dicit mulier in ſilentio diſcat, cum omni ſubiectione.* 512

1. Tim. 2. Ana. Nic. qu. 63.

*Virtus, imperij cauſa.*

*Sub viri poteſtate eris*, Quod reſpiciẽs Paulus non permiſit mulieri dominium in virum, ſi quidem primitùs perperam imperauerat viro, ſed iuſſit eam D omnem imperandi poteſtatem illi concedere: cuius rationem ipſemet Paulus reddens ait, Adam non eſt deceptus, ſed mulier circumuenta tranſgreſſioni facta eſt obnoxia; ſed quæſo, ſi daretur caſus in quo mulier dolos euaderet, reſtitueretur-ne illi dignitas & imperium? imo ſi fieret mulier dux ſalutis viri ſui ſubiicine deberet imperio illius? an ipſa aliquam poteſtatem haberet? imperio certe digna, ſed hoc imperium non mulieri, ſed virtuti eius tribueretur: accipe Procop. *Vbi fieri poteſt, vt mulier euadat doli & fraudis laqueos, ibi continuò mulieri iterum tribuitur imperij dignitas, vt doceat quod quidem E patefecit ex his Pauli verbis: namque ſcis mulier, an maritum ſis ſeruatura? qui vero alteri ſalutis præcepta ſuggerit, ſeruati dux & dominus conſtituitur, vnde liquet virtutem ſemper & vbique dominationis & imperij eſſe cauſam.* 513

Procop.

*Subiectio laudanda eſt.*

*Sub viri poteſtate eris & ipſe dominabitur tui*, Cur addit hoc vltimum cùm primum videretur ſufficiẽs & maxima pœna? hoc ſecundum recte additum eſt, nam & puerulus maſculus ſub viri, id eſt, tutoris poteſtate eſt, mulier autem nunquam libera erit viri iugo, & eius ætas quam conditio primum ſub pote- F ſtate viri tutoris, deinde cum in manum viri per legitimas coniugij leges venerit, ſub eius dominio permanebit; ſed ſi ita eſt quod Dei decreto mulier non ſolum poteſtate, ſed etiam illius dominio conſtituta eſt, quomodo D. Petr. 1. 3. mulieres quaſlibet ad ſubiectionem ſpontaneam cohortatur, di- 514

Petr. 1. 3.

cens ſimiliter & mulieres ſubditæ ſint viris? hoc A enim ſuperfluum videtur, cùm ſaltem piæ ſe ſub virorum poteſtate, & dominio poſitas eſſe non ignorent: ideo Petrus hortatur etiam mulieres ſanctis viris ſuis ſubditas eſſe, quia hæc ſubiectio non tam pœnalis eſt, ſed quàm maxime laudabilis: ſic Rup. li. 3. de operib. Trin. c. 21. *Verum caſtis & fidelibus mulieribus hanc tertiam pœnam beneuolentia nullam aut leuiſſimam efficit, & non ſolum non obeſt, ſed etiam laudi eſt, propter quod & Petrus Apoſtolus mulieres ad ſubiectionem ſpontaneam cohortans, dicit ſimiliter & mulieres ſubditæ ſint viris ſuis, ſic enim aliquando & ſanctæ mulieres ſperantes in Deo ornabant ſe ſubiectæ propriis viris, ſicut Sara obediebat Abrahæ Dominum eum vocans, &c.* B

Rup. lib. 3. de operi. Trin. cap. 21.

*Gula peccatum nefandum.*

*Sub viri poteſtate eris*, Mirmt quomodo in pœnis impoſitis mulieri Deus non declarauerit cauſam caſum, cùm tamen condemnans ſerpentem dixerit, quia feciſti hoc, maledictus es inter omnis animantia: ſic ſimiliter condemnans hominem, ſimiliter protulerit cauſam condemnationis ſuæ, dicens quia audiſti vocem vxoris tuæ, &c. an ne indignior ſerpente mulier, vt ſuæ punitionis à Deo cauſa non declaretur? nota peccatum mulieris gulam fuiſſe, licet enim primus parens etiam comederit fructum vetitum, non tam illectus ingluuie quam vxoris amore: dico igitur Deum non nominaſſe cauſam condemnationis mulieris, quia illius cauſa erat peccatum gulæ, quod eſt nefandum, quod innuere videtur D. Ambr. *Maximum crimen illud nominans*, lib. 6. epiſ. ep. 36. maximum autem crimen certe eſt nefandum. 515

Ambr. li. 6. epiſ. ep. 36.

## *VARIETAS VERSIONVM I. PARTIS VERS. XVII.*

*Vlg.* Adæ vero dixit, quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno ex quo præceperam C tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo.

*Septuag.* Quia, &c. & ediſti de ligno de quo præceperam tibi de eo ſolo non edere, de eo ediſti; maledicta terra in operibus tuis.

*Cald.* Quia obediſti verbo vxoris tuæ, comediſti de arbore de qua præcepi tibi, dicens ne comedas ex ea, maledicta terra propter te.

*Pagn.* Quia paruiſti voci vxoris tuæ, &c. *ſic Arias.*

*Caietan.* Quia audiuiſti ad vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno de quo præcepi tibi dicendo non comedes ex ipſo.

*Ambroſ.* Quia, &c. & manducaſti de ligno paradiſi, à quo præceperam tibi ab eo ſolo non manducare, maledicta terra in operibus tuis.

*Procop.* Quia audiuiſti, &c. maledicta humus propter te.

*Theodoretus*, Maledicta Adama in tranſgreſſione tua.

*Moſes Barſepha.* Quia auſcultaſti voci vxoris tuæ.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

VErbum שמע *Samaa* ſignificat, & audire vocem, & obedire, vnde fit diuerſa lectio: Septuag. addiderunt de eo ſolo non edere, emphatice quidem, argumentum eſt enim maioris in eos Dei liberalitatis, & magis inexcuſabilis eorum tranſgreſſionis.

## EXPOSITIO I. PARTIS VERSVS XVII.

QVia audiſti vocem vxoris tuæ. Non reprehendit, quia audierit vocem vxoris ſuæ: hoc enim non erat ei prohibitum, ſed eſt Hebraiſmus frequentiſſimus pro obediſti, vt ſit ſenſus, quia perſuaſioni vxoris tuæ annuiſti, præferens illius preces mandato meo, comedens ex ligno vetito, cuius ſolius eſum prohibueram.

*Maledicta terra in opere tuo*, Non eſt ſermo de terra paradiſi quæ in ſua permanſit integritate, fertilis E te atque decore, ſed de terra extra paradiſum ad quam erat mox eiiciendus, quæ dicitur maledicta, id eſt, naturalibus quibuſdam donis priuata, nempe fœcunditate ſolita, ornatu ac colendi facilitate, in hac ergo maledictione, notatur terræ ſterilitas, quæ poſt peccatum fructum homini conuenientem non produxit, niſi cum cultura & labore, quia ſi permanſiſſet homo in ſtatu innocentiæ, ſponte produxiſſet longe abundantiori copia.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deus maximam curam hominis gerit.*

316 QVia audiſti vocem vxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo. Si primus parens hanc inobedientiam commiſit, cur non ipſemet punitur, & ei dicitur, maledictus in opere tuo? ideo maledictionem non impertiit primo parenti ſed terræ, quia ipſius hominis maximam curam gerebat: ita D. Chryſ. ho. 19. in Gen. *In terram effuſſa eſt maledictio, oſtenſa ſua in hominem cura.*

Chryſ. ho. 19. in Gen.

F

### *Propter incarnationem futuram, humana natura non maledixit.*

*Quia audiſti vocem vxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo.* Mirabitur quis, cur Deus ab Adamo offenſus, non in illum maledictionem conuertit, ſed in terram, cum ea dignus fuiſſet homo, terra autem minime; quid enim deliquit vt eam maledictione quam homo merebatur, feriret? homini iam futuro delatum eſt; nempe Chriſto Domino, ne ignominia 517

maledictionis illum afficeret Deus maledicendo hominem: ſic Caiet. *Nouit omnipotens Deus, quod aliquando eſſet naturam humanam aſſumpturus, ideo noluit eam maledicere.*

Caiet.

*Deus benigne punit hominem.*

518 *Quia audiſti vocem vxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo.* Neſcio qua de cauſa in puniendo, ſtylum verborum tam facile inuertas, nonne condemnando ſerpentem, qui ſolum inſtrumentum fuerat peccandi, dixiſti, maledictus es inter omnia animãcia? cur ergo ſimiliter condemnans hominem non dicis: maledictus es, ſed ſolum maledicta terra in opere tuo? ideo ita pœnam diſpoſuit & ordinatiſſime, vt in puniendo hominem, benignitatem eius agnoſcamus: ſic Chry. ho. 17. *Vide benignitatem Domini, quomodo ſerpentem punit, quomodo & animal rationale: illi enim dixit, maledictus de terra, hic autem non ſic, ſed quid? maledicta terra in operibus tuis.*

Chry. ho. 17.

*Punit Deus vt humiliemur.*

519 *Quia audiſti vocem vxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo.* Cur eum taliter non deſtruis inobedientem, diriſque condemnas ſupplicijs? quia Deus punit non vt deſtruat, ſed vt ædificet; non vt perdat, ſed vt ſaluet: ſic Rup. lib. 2. de vict. verbi Dei ca. 14. *Quomodo percutit quis filium, vel ſeruum ſuum, vt corripiat eum, ita percuſſit ſuperbientem hominem, vt ad humilitatem, quæ ſalutis initium eſt, reduceret eum.*

Rup. lib. de vict. verb. Dei. ca. 14.

*Peccatum opus hominis.*

520 *Quia audiſti vocem, &c. maledicta terra in opere tuo.* Audiuit homo à Deo, cum plura ſint opera hominis, cur non aſſignauit propter quod, vel in quo eorum terra maledicebatur? appoſuit *in opere tuo,* abſolutè, ad declarandum quod peccatum præcipue illius opus erat: ſic D. Hier. in qq. Hebr. *Opera hic non ruris colendi, vt plerique putant, ſed peccata ſignificant, vt in Hebr. habetur, & Aquila non diſcordat, dicens, maledicta humus propter te,* & Theodot. *Maledicta Adama in tranſgreſſione tua.*

Hier. in qu Heb. in Ge.

*Peccato peccata addentes, maiori pœna plectuntur.*

521 *Quia audiſti vocem vxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo.* Cur ipſum ingratum tranſgreſſorem maledicis? nonne filium eius Cain maledixiſti, dicens, maledictus eris ſuper terram? Nota quod Cain primæ tranſgreſſioni fratricidium addidit, non maledicitur Adam, ſed Cain, quia peccato peccatum addentes maiori pœna plecti debent: ſic Strabus, *Terra maledicitur non Adam, Cain autem, quia primæ præuaricationi fratricidium addidit, maledicitur, cum dicitur, maledictus eris ſuper terram.*

Strab.

*Vult Deus vt intelligamus à nobis punitiones potius quam à ſeipſo.*

522 *Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & de ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comediſti, &c.* Nonne illum punis, quia præceptum tuum violauit? ſufficiebat ergo dixiſſe, quia comediſti de ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comediſti? ad quid ergo ait, quia audiſti vocem vxoris tuæ? nota in excuſatione ſua dixiſſe: mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi, &c. merito ergo hæc verba protulit, quaſi ſignificare videretur, punitionem ex eo ortum habere, & non à ſe ipſo, qui prohibuerat non comedere: quod aliquomodo Rupert. obſeruit in 14. nu. *Tali modo prolata ſententia, manifeſtiſſimam habet iuſtitiam; nam hoc modo reus ex ore ſuo iudicatur.*

Rup. in ca. 14. num.

*Mala conſilia cauenda.*

523 *Maledicta terra in opere tuo, &c.* Cur tam graues imponit homini pœnas, cum ſeductus non fuerit, ſicut Eua? Nota quod ait textus, quia audiſti vocem vxoris tuæ, quaſi diceret, quia peruerſa conſilia ſecutus es: dicamus ergo recte ei pœnas graues imponi, quia acquieſcens peruerſo conſilio, grauiter plectendus: ſic Rupert. *In hoc caſu Adæ docemur, vt à malis conſilijs declinemus, eo quod licet deceptionis author congrua pœnâ plectatur, nec ille quidem qui ſeductus eſt condemnatione caruit, licet aliquando leuiore quàm ille qui author deceptionis extitit, Adam qui ſeductus; eſt (imo vt Apoſtoli verbis vtamur) qui ſeductus non eſt, ſed ſeductæ acquieuit, pœnam portauit.*

Rup. l. 3 in Gen.

*Etiam cum caſtigat Deus, excuſat ſe apud punitum.*

524 *Maledicta terra in opere tuo.* Ait Deus, iuſtiſſime homo punitur propter inobedientiam, qua tranſgreſſus eſt præceptum Domini ſui, tamen addit D. Chryſoſtom. loquens etiam de mulieris punitione, quando conſtituta eſt ſub viri poteſtate? *Quaſi ſe defendens apud mulierem (adde & hominem) hæc dicit miſericors Deus,* Quid ais Chryſoſt. quaſi ſe defendens apud mulierem, & hominem? Nonne iuſtiſſime pœnam ſibi impoſitam merebantur? Imo grauiorem, potius ergo debebat dicere eis, punio vos citra condignum, quid igitur Chryſoſtom. ait, quod Deus hanc pronunciauit ſententiam quaſi ſe deffendens? Forte illius ſenſus eſt, quod ita eſt miſericors in puniendo Deus, vt quamuis iuſtiſſime caſtiget, tamen ſe excuſat apud illud, quod punierit.

D. Chryſ.

*Vera terra promiſſionis eſt gloria.*

525 *Maledicta terra in opere tuo, ſpinas, & tribulos germinabit tibi.* Hæc maledictio ad terram ſpectat, ex qua in moleſtiis hoc eſt in laboribus edit omnis homo, in Adam mortuus: ſi igitur hæc maledictio terræ, nullam illius partem excludit, quomodo Moyſes inducit Deum promittentem terram ſanctam, bonam, lacte melleque manantem? Proprie non fuit illa terra Iudæorum, cùm maledictioni eſſet ſubiecta, ſicut vniuerſa non poteſt dici terra ſancta & bona, ſed terra viuentium, nempe gloria: ſic Origin. lib. 7. contr. Celſum: *Moyſes inducit Deum promittentem terram ſanctam, bonam, & magnam, lacte & melle manantem, omnibus qui iuxta legem eius viuerent, non (vt quidam opinantur) iſtam fertilem Iudæam infernam, quæ & ipſa ſita eſt in parte terræ maledictæ, in ſuis operibus propter Adæ tranſgreſſionem; de terra ergo bona dictum eſt, quam Deus iuſtis pollicetur.*

Ori. lib. 7. cont. Celſum.

*A maiori gratia decidens, longe culpabilior eſt.*

526 *Maledicta terra in opere tuo, &c.* Difficultas circa hanc pœnam impoſitam homini proponitur, cum à fœlici ſtatu gratiæ decidit, ſicut Angelus, cur ſicut Angelus non eſt reſtitutus ad priſtinam fœlicitatem, ſed illico è cœlo depulſus in æternum punien-

dus, ſic etiam hominem in æternum non priuauit beatitudine, ſed ſolum quodam pœnam temporariam impoſuit? Nota in natura Angelum homine ſuperiorem & in gratia; non eſt igitur reſtitutus ſtatui priſtino, quia à maiori gratia decidens longe culpabilior eſt: vnde fit quod homo fuerit reſtitutus, quia minor in natura & in gratia, & ideo minus culpabilis: ita D. Auguſt. tract. 110. in Ioann. *Cum nouerimus bonorum omnium creatorem reparandis Angelis malis nihil gratiæ contuliſſe, cur non potius intelligimus, quod tanto damnabilior eorum iudicata ſit culpa, quanto erat natura ſublimior, tanto enim minus quam nos peccare debuerunt, quanto meliores nobis fuerunt.*

Aug. tract. 110. in Ioa.

*Aquæ nec maledicuntur etiam poſt peccatum, quia figurabant baptiſma.*

527 *Maledicta terra in opere tuo*, Cur quæſo ſola terra maledicitur, & non aqua ſimul? Cum ſicut à terra nutritur, ita & aquam homo bibat, litteralis ratio eſt quia homo de fructu terræ contra mandatum comedit, non de aquis bibit: dicamus tamen myſticè, ideo nec aquis maledixiſſe, quia ſacrum baptiſma quo peccata diluenda erant, repræſentabant: ſic Albinus: *Terræ maledicitur, non aquis, quia in aquis erat peccatum abluendum de fructu terræ contractum.* Idem habet Auguſt. lib. 1. mirab. cap. 4.

Alb. in Ge.

*Primi legis tranſgreſſores grauiter puniri debent.*

528 *Maledicta terra in opere tuo*, Deinde in labore comedes cunctis diebus ex ea, miror certe quomodo Deus cum ſit ita miſericors, & benignus tanta cum homine ſeueritate vtatur, ob tam paruam cibi quãtitatem à ſe comeſtam? Nonne Adam fuit primus diuinæ legis tranſgreſſor? Non mirum igitur ita puniri, quia primi legis tranſgreſſores debent ſeuerius aliis caſtigari: ſic D. Theodor. quæſt. 37. in Geneſ. *Conſiderandum eſt, quod primis legum tranſgreſſoribus ſine venia, ſupplicia infliguntur, vt alij punitione conſpecta, tranſgredi non audeant: quod & factum eſt circa legem de ſabbato latam, cum enim qui die ſabbati ligna colligere auſus erat, & ita primus legem tranſgredi, populus vniuerſus lapidauit, id enim Deus præceperat vt qui ſuis manibus de nocente ſupplicium ſumpſerant, deinceps legem tranſgredi reformidarent, tanquam ſupplicij cauſam; longe vero poſt tempore cum permulti legem de ſabbato violauerint, id patienter legiſlator tulit: conueniebat igitur Adamum qui primus legem acceperat, & eam quidem, leniſſimam luere pœnam delicti, ad vtilitatem generis humani.*

Theod. q. 37. in Ge.

*Cum punit Deus etiam eſt amantiſſimus rei.*

529 *Maledicta terra in opere tuo*, Cur terram & non Adamum maledicis? Adam te offendit, terra minime, non eſt ergo, cur maledictionem ſubeat? Nota quod aliquando pater fertur iracundia aduerſus filium quẽ in aliquo ſcelere deprehendit, expedit virgam, aut quidquid aliud quod in manibus habet, ſed tamen totus ille ictus in terram tecidit iracto filio & illæſo: pulſatur terra baculo, terram maledicit & non Adamum, in hoc oſtendens patris irati ſimul ac peramantis ingenium in homine puniendo; nam manum eius quaſi regens patrius amor, ita in filium Adamum vibrauit ictum, ſed in terram ipſam amor deflexit.

*Mitius nobiſcum quã cum primo parẽte agit.*

*Maledicta terra in opere tuo*, In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, cur quæſo tam cito Deus ſe iudicem aduerſus hominem conſtituit, illumque punit ſeuerè, & nos eiuſdem Adami filios ampliſſimis, & perennibus ſuæ miſericordiæ donis cumulauit, ad ſui beneuolentiam poſt infinita ſcelera recipit? Nota quod Adamus carnem illam ſuam à Dei manibus efformatam ſanctamq; ſuſcepit, ſed ſuo vitio inquinauit, & nos eandem ab illo ſic infectam miſeri accepimus: iure merito igitur ſeuerius cum illo, mitius autem nobiſcum etiam peccantibus agit: quod notat D. Ambroſ. ſerm. 8. in Pſalm. 118. *In illum iuſta ſeueritatis proceſſit ſententia, quia ſcire voluit quod ſcire non profuit, nobis autem qui hæreditario vinculo tenemur aſtricti, qui in hac carne ſumus, quæ priorum prælaudicio detrita, iam non poterat emergere, quaſi iuſtus indulſit, iuſte enim ignouit hæredi, qui præiudicio laborat auctoris.* 530

Ambr. ſer. 8. in Pſ. 118.

*Maledicitur terrena diligens.*

*Maledicta terra in opere tuo*, Ait Deus Adam, cur non hominem maledicit, ſed terram? nota quod D. Ambr. per terram, noſtram carnem & per opus vel opera vt plures alij legunt, rem terrenam intelligit, bene ergo maledicitur terra in operibus ſuis, quia caro dedita rebus terrenis, digna maledictione eſt: ſic Ambr. lib. de par. cap. vltim. *Conſidera quia non eſt maledictus ſerpens, nec terra in ſe maledicta eſt, ſed maledicta, inquit, in operibus tuis, ad animam dictum eſt, tunc terra maledicta eſt, ſi habeat opera terrena, id eſt, opera ſecularia.* 531

Ambr. de Parad. vlt.

*Maledictionis expers, qui in peccato non communicat.*

*Maledicta terra in opere tuo*, Cur ſolam terram maledixit, aquas autem minime, cum terra non videatur in aliquo alio peccaſſe quam aquæ? nota aquam contra Dei præceptum non bibiſſe, merito igitur aquis non maledixit, quia maledictionem non incurrere debet, quod nullo modo ad peccata occaſionem tribuit: ſic D. Aug. vel author de mirabil. ſacr. ſeript. c. 4. qui eandem difficultatem proponens: ſic ipſe reſpondet, *Quia aquam contra interdictum non bibit, ſed de fructu terræ homo comedit.* 532

Aug. auth. de mir. ſac. ſcript. c. 4.

*Dira maledictio in eum qui confiteri crimen renuit.*

*Maledicta terra in opere tuo*, Hęc in primum parentem prolata ſententia: quæ autem data in filium eius Cainum inſpiciamus, maledictus eris ſuper terram, cur ita grauem incurrit maledictionem Cain, nõ autem Adam? dices quia fratricida: ſed obijciam, quod Adam filicida, poſteritatem enim ſua morte inuoluit ex inobedientia ſua, & ademit nobis donum immortalitatis, potiori ergo iure deberet ipſemet maledici, & non ſolum terra in opere ſuo: aduerte quod ſicut primus parens peccatum ſuum, quamuis non ſine aliqua excuſationum vmbra aperuit, ita filius eius Cain fratricidij flagitium omnino denegauit: quid mirum igitur ſi ipſemet Cain maledicitur, non autem Adam, quia dira maledictione dignus eſt, qui confiteri crimen renuit: audiamus Ter. hoc annotātẽ li. 2. cõt. Marc. c. 25. *Ideoque nec maledixit ipſi Adam nec Euæ, vt reſtitutioni candidatos, vt confeſſione releuatos, Cain vero maledixit* 533

Ter. lib. 2. cõt. Marc. c. 25.

*cupidum morte lucro delictum; mori interim vetuit, vt præter admiſſum etiam negationis exemploonoratum ad ingens animi leuamen & tranquillitatem, quæ homini peccata ſua integre confitenti aduenit, nec non ad grauiſſimum pondus atque cruciatum quo y qui vitioſo pudore correpti male confitentur, aſſidue afficiuntur, non abs re referas.*

### *Sibi præficere indignum pernicies & ruina.*

534 *Maledicta terra in opere tuo, &c.* Qua de cauſa? quia audiſti verba vxoris tuæ, & comediſti, meritas ſoluit pœnas quia comedit vetitum ligni fructum, ſed neſcio, cur in ratione ſupplicij inferendi, hoc poſuit, *quia audiſti vocem vxoris tuæ* (nam nonne licet ad coniugum voces obedire? licet, ſed non peruerſè, hinc mala ei euenerunt quia ordinem inuertit, & cùm vir eſſet & caput fœminæ, eam ſecutus eſt, quæ mobilitate animo innata eum in malum protraxit, hinc totius tragœdiæ principium, quia infirmum ſexum & indignum imperio ſibi præfecit, probat Philo Alex. lib. de opific, mundi, ducta ſimilitudine à quadrigis, quarum curſus optime dirigitur dum auriga flectit habenas, & equi parent; ſi vero è contra eorum impetum ſequeretur auriga, omnia peſſum irent: *Sic autem* (ait) *nihil inutilius quam audiri ſenſum ab intellectu & non contra potius, debet enim ſemper præeſſe melior, ſubeſſe deterior, an intellectu ſenſus eſt melior?* Ergo ſicut auriga regente, & iumenta habenis quo placet flectente, currus præcedit, ſic illis contumaciter frænum mordentibus, & auriga tranſuerſus fertur, & iumēta interdū rapiuntur in cœnum, curſu prorſus aberrante.

Phil. Alex. li. de opiſ. mundi.

### *Qui voluptatem ſequuntur, Dei voce neglecta, graues luunt pœnas.*

535 *Maledicta terra in opere tuo, &c.* Cur in primum parentem hāc fert pœnam condemnationis? inquit ipſemet Deus quia audiſti vocem vxoris tuæ, ita ne graue delictum eſt vocem vxoris audire, vt vir mereatur hac de cauſa puniri? Hugo Foller. citatus à Tilm. in alleg. in Gē. *Vox vxoris vox carnis, vox autem carnis voluptas,* quid mirū igitur ita graues luere pœnas protoparentem! qui enim voluptatem ſequitur, voce Dei neglecta, graui dignus eſt ſupplicio.

Hug. Folle. cit. à Tilm. in alleg. in Geneſ.

### *Diuina manus neſcit non promittere beneficia, etiam dum iraſcitur.*

536 *Maledicta terra in opere tuo.* Cur maledictionem non primo parenti ſed terræ adſcribis? cur terram pro maledictionis fundamento ſubijciat? mortali facto in terra ſepulchrum omnium laborum requies, & ideo præpoſuit terram maledictioni, vt vel in terra primum appareret requiei ſuauiſſimæ fundamentum. Non longè abeſt B. Baſil. Sel. or. 3. *Terræ cultioni, natiſq; inde ſudoribus eſto obnoxius, & cum labore vitæ tuæ ſpatium emenſus, ſepulchrum inuenies vitæ ſuccidaneum.* Eſt equidem terra laborum peccatoribus cauſa, ſed ante omnia ſepulchrum oſtendit, vbi vniuerſi labores finientur, & requies ſuccedit, vt ſic gratiæ beneficium præcedat pœnas.

Baſi. Sel.

### *Cognitio propria, via ſalutis.*

537 *Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea.* Sic occluditur miſero paradiſi via, & mandatur terræ cultura: Cur natum cœlo ſic ad terram deprimis? cur eiectum à paradiſo iubes terram, ex qua originem trahit, pro alimento quærendo, & fumendo ſemper aſpicere. Sanè ea fuit ratio miſericordiæ, quæ viam paradiſi occludens, dedit homini terram aſpicere, ex qua traxit originem, quod doceri poſſet hac via, huius conſideratione ad paradiſum redire, ait Theoph. Antio. epiſt. 2. ad Autol. *Hominem eiecit paradiſo, ſolum vertere iubens, vt ſtatuto tempore peccatum exoluens, & probe omnia edoctus, & inſtitutus poſtremo reuocaretur:* Expende illa, *nimirum & probe omnia edoctus & inſtitutus:* quippe vna illi paratur terræ colendæ ſchola, vnum illi exercitium iniungitur, quod ſolum verat, quam terram colendam ſibi conſideret, & inde omnia probe edoctus, & inſtitutus dicitur reuocandus ad paradiſum.

Theophil. Antioch.



### *In quo delinquimus, punimur.*

538 *Maledicta terra in opere tuo,* Nonne ei aliud imponere potuit ſupplicium? cur igitur terram in opere ſuo maledicit? nonne in fructu terræ peccauerat, cùm pomum legit vetitum, & comedit? merito igitur terra in opere ſuo maledicitur, vt in quo delinquerat puniatur: *Aduerte hominem in cibo punitum* (inquit Oleaſt.) *quia in cibo peccauerat, vt vera ſit illa ſententia per ea per quæ quis peccat, punitur.*

Oleaſt. hîc

### *Homo terrenis deditus, quid communicare poteſt niſi eundem ſpiritum terrenum?*

539 *Maledicta terra in opere tuo,* Deinde in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, nonne eius poſteri rebus terrenis inſudant, nihil niſi terrenum appetentes? nonne cœlo creati ſumus? quomodo ita proni terræ hæremus? nonne diuina ſententia illum obligauit vt laboraret terram, circaque labores terrenos verſaretur? ſic igitur acute Tert. lib. 2. in Marc. notat totam generis humani infirmitatem & in terrena pronitatem: *Quid mirum* (inquit) *ſi homo, & in ergaſtulum terræ laborandæ relegatus ipſo opere prono & deuexo ad terram vſurpatum ex illa ſpiritum mundi vniuerſo generi ſuo tradidit,* ad terram deiectus quid ex terra traderet, niſi illum ſpiritum terrenum & obſcurum quo totum genus ſuum infirmaret.

Tert. li. 2. in Marc.

### *Dei nomen in maledictionibus non apponitur.*

540 *Maledicta terra in opere tuo,* Cur non ait Deus, ego Iehoua vel Elohim terram maledico, ſic enim maiorem efficaciam haberet maledictio? ita Deus quaſi cum dolore maledicit, vt maledictioni nomen ſuum præponere nolit, ex ſententia Hier. vt declaret maledictionem quaſi à ſe ipſo non eſſe; hoc notat D. Hier. c. 3. ep. ad Gal. *Audaci itaque pede ad hoc procede certamen, vt ad libros prouocem, nullo loco ſcriptum à Deo quemquam eſſe maledictum, & vbicumque maledictio ponitur, nunquam Dei nomen adiunctum, maledictus tu ab omnibus beſtiis dicitur ad ſerpentem, & ad Adam: maledicta terra in operibus tuis, & ad Cain maledictus tu ſuper terram & alibi, maledictus Chanaam puer famulus erit fratribus ſuis, nec non in alio loco maledictus furor eorum, quia audax, & ira eorum, quia dura, longum eſt ſi vniuerſas maledictiones quæ in Leuitico & in Deuteronomio & in Ieſu Naue ſcribuntur enumerem: & tamen in nulla earum Dei nomen eſt additum, in tantum vt etiam ipſe Satanas cum de Iob polliceretur quod ſi grandibus preſſus fuiſſet anguſtiis blaſphemaret, à meliori parte hoc ſignificauerit, dicēs niſi te benedixerit in faciē,*

Hic in c. 1. ep. ad Gal.

Iob. 2. v. 9.

### *Maledictio quomodo reperitur in operibus Christi.*

541 *Maledicta terra in opere tuo*, Quæret ſpiritualis & ſtudioſus lector, ſi omnia ſunt de Chriſto prius deſcripta & figurata in lege, vt dicit Apoſtolus, quomodo etiam pœna Adamo propoſita, poteſt ad Chriſtum referri ſpiritualiter, maxime illud, maledicta eſt terra in opere tuo? quomodo fieri poteſt, vt in Chriſto, omnino maledictionem intelligamus? nota quod per terram, peccatũ intelligitur aliquando Pſal. 103. deficiant peccatores à terra, id eſt, de cætero recedant peccatores à peccato, inquit Anaſt. (Pſal. 103.) ſtatim citandus, & alibi, exurge Deus iudica terram, hoc eſt condemna terreſtre peccatum: optime igitur in operibus Chriſti reperitur maledictio, & de eo poteſt dici: maledicta terra in opere tuo, quia ab eo maledictum fuit peccatum: ſic Anaſt. Synai. lib. 11. in Hexam. (Anaſt. Syn. l. 11. in hex.) *Quoniam audiuimus paulo ante Chriſtum dicentem ſerpenti in maledictione terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ, hoc eſt terreſtres & naturales & limoſos ſenſus peccati cibus, inquit ſerpentis fuit maledictus, & condemnatus ineffabilibus Chriſti operibus, vt & ſerpens & eius cibus eſſent maledicti, quomodo enim cibus Chriſti eſt iuſtitia, ita etiam ſerpentis cibus eſt peccatum, nec mireris cum audis terram nominari terreſtres ſenſus peccati, propheta nos id ipſum docet, dicens in matutinis interficiebam omnes peccatores terræ, hoc eſt amputabam omnes malas cogitationes irruptionis peccati.*

### *Maledictio propter peccatum.*

542 *Maledicta terra in opere tuo.* In quo opere Adami quæſo maledicitur terra? an rutis colendis minime, non enim agricultura maledictionem Dei meretur? nota quod *in opere tuo*, reddit hunc ſenſum propter opus tuum, quodnam eſt illud opus? dico eſſe peccatum, ex eo enim omnis maledictio: ſic Rup. (Rup. l. 3. in Gen.) *Maledicta terra in opere tuo, id eſt, propter opus quod eſt peccatum tuum.*

### *Propter peccatum futurum benedictio non datur.*

543 *Maledicta terra in opere tuo*, Cur potius fructum arboris vetitæ, quaſi occaſionem peccati non maledixit; dignior enim maledictione erat quàm terra; ſed ſi non maledixit, cur ſaltem in principio non benedixit, cum aliis creaturis benedictionem ſuam dederit? nonne ex eo futurum erat peccatum? recte igitur non benedixit, quia aliquid quod eſt futurum occaſio peccati, indignum eſt benedictione: ſic Proc. (Procop.) *Verum mirandum quod Deus nulla benedictione à ſe creatos fructus exhilarauit, cum tamen benedictione dignum iudicauerit hominem & cætera animalia, Deus, ne erres, ſciuit peccatum futurum.*

### *Excuſatio peccati non admittitur.*

544 *Maledicta terra in opere tuo*, Nonne ſe excuſauit Adam à transgreſſione præcepti tui, dicens mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno & comedi? nunc ergo eum punias? recte caſtigatur Adam, quamuis excuſationem delicti ſui patefecerit, quia excuſatio in peccatis non admittitur: ſic D. Chryſoſt. hom. 17. (Chry. ho. 17.) *Audiant viri, audiant mulieres, ſi culpa in mulierem reiecta nullam veniam aſſequutus eſt, qualem quis haberet veniam, dicens propter vxorem hoc & hoc peccaui, & hoc & hoc feci?*

### *Inducimur ad peccati deteſtationem.*

545 *Maledicta terra in opere tuo*, Maledici Adam deberet, qui transgreſſus eſt Dei præceptum, non autem terra, quæ cum ſit irrationalis, transgreſſionis non eſt capax, cur ergo maledicitur? ideo maledictione percutitur, vt conſiderantes etiam ea quæ obnoxia peccato non fuere, execratione affici, ipſum deteſtemur peccatum: ſic Strabus: (Strab Mona. in gl. or.) *Terra maledicitur non Adam, vt cuncti propter quos hæc ſcripta ſunt, terreantur, ne ſimilia facientes ſimili pœna plecterentur.*

### *Homo ab ipſo Deo honoratur.*

546 *Maledicta terra in opere tuo*, Miror execratum non fuiſſe ipſum hominem, qui tot donis gratiæ decoratus, qui tot beneficia à Deo acceperat, tamen ne contriſtaret delitias cordis ſui, auſus eſt transgredi præceptum ipſius Dei, nihili faciens mortem propriam, nec poſteritatis ſuæ ruinam, maledicitur ergo ille & non terra? ideo non hominem maledicit, quamuis dignum execratione, quia eum quaſi honorat: ſic Moyſes Barſepha prima parte de paradiſo: (Moſ. Barſ.) *Nimirum non eſt execratus Deus Adamum ipſum, quo ſuæ ipſe imagini honorem conſeruaret.*

### *Iuſti apud Deum maximo ſunt honore.*

547 *Maledicta terra in opere tuo*, Sine dubio videtur maledicendus Adam, & non terra, nota plurimos iuſtos præuidiſſe Deum ex Adam procreandos; non maledicitur igitur homo, vt propter honorem quem Deus iuſtis defert, retrahat ab ipſo homine execrationem: ſic cit. Barſepha: (Barſep. cit.) *Non eſt execratus Adamum, quia ex eo naſcituri erant multi mortales probi iuſtique, vt Prophetæ & Apoſtoli, ne per illum hi quoque execrabiles atque deteſtabiles haberentur, ſed maledixit terræ propter illum, quippe ex qua ipſe eſſet procreatus.*

### *Qui alium in vitiis imitatur, aliquando eum in impietate ſuperat.*

548 *Maledicta terra in opere tuo.* Qua de cauſa? quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti: ſi ergo vocem vxoris audiuit, non deberet eius opus in terra colenda maledici: qui enim vxori obedit, vituperiũ non meretur, quanto magis ſupplicium? Dices obediſſe coniugi contra Dei voluntatem, & ideo punitione dignum cenſeri: ſed ſi ita eſt, cur ſaltem in condemnatione hæc verba connectit? ad minuendũ eius delictum? imo ad exaggerandum: ſed in quo exaggeratio poteſt eſſe? nonne coniugem in transgreſſione præcepti Dei imitatus eſt, & quaſi diſcipulus eius fuit inobedientiæ crimine admittendo? dicamus [illegible] hæc verba, nempe *Audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti*, Deum protuliſſe malitiam protoparentis exaggerantem, in hoc quod cum imitatus fuiſſet eius inobedientiam in grauitate delicti eam ſuperaſſet: ſolet enim contingere quòd qui aliũ in peccando ſequitur, etiam ſuperet in impietate: quod innuit D. Chryſ. ſer. 100. qui inducens Chriſtum Dominum loquentem de immanitate populi ſui, qui alios in impietate ſuperabat, ait: (Pe. Chryſ. ſer. 100.) *Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierant domus Iſraël, ſed oues luporum contagione iam rabidæ, & ipſis beſtiis propria feritate ſæuiores laniare, & violare ſuum ſemper voluere paſtorem*, ſubiungit: *atque ideo velle ſuum Chriſtus implere non poterat, non impoſſibilitate ſua, ſed nequitia perditorum*, ſed preme hæc verba Chryſoſt. *oues ipſis beſtiis ſæuiores propria feritate*, quaſi dicere, luporum qui

Deo ſemper cootradicere auſi ſunt, ſequutus eſt populus meus perfidam malitiam, imo & eos io impietáte ſuperauit, ecce enim non ſimplicitatem ouium retinet, ſed in rabiem æſtuat, & ſuum benefactorem, & paſtorem ſuum interficere ſollicitè & anxiè curat.

### *Ex inobedientia, mors hominis.*

549 *Maledicta terra in opere tuo, &c.* deinde morti eum condemnat, cur quem immortalem creaſti, morti tributarium efficis? nota ſenſum horum verborum, *quia audiſti vocem vxoris tuæ*, hunc eſſe, quia pluris feciſti vocem vxoris, quàm præceptum meum: iure igitur punitur tot afflictionibus, & ipſimet morti obnoxius, quia mortem inobedientia meretur: ſic D. Antioc. 38. *Ab hac igitur inobedientia quæ præſentaneam mortem ſuis ſtudioſis, quàm longiſſime nos auocemus.*

Antio. ho. 38.

### *Ita grauis eſt pœna inobedientis, vt etiam comprehendat non inobedientes.*

550 *Maledicta terra in opere tuo.* Homini inobedienti dixit Deus, & cum morte caſtigatur, dignum inobedientia ſua ſupplicium refert: terra autem cur punitur? cum obedientiſſima fuerit, præcepit enim ei Deus vt produceret herbam virentem, &c. & verbo citius produxit: qua de cauſa igitur punitur? tam graue delictum eſt inobedientia, vt etiam obedientes participes ſui faciat, & ideo pœna non ſolum inobedientem, ſed etiam obedientem comprehendit.

### *Vita diuturna pœna eſt.*

551 *Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea*, deinde poſt alia addidit, *donec reuertaris in terram.* Expendamus ſeriem & ſtructuram verborum: non enim dictum, quia audiſti vocem vxoris tuæ, reuerteris in terram, quia ſenſus eſt iſte, & verborum ſeries? ſeries optime ſeruata eſt, ad declarandum, quod in peccati pœnam viueret, vita ſpinis, laboribus, afflictionibus, lachrymis plena: *Nihil enim* (inquit D. Chryſ. ho. 22. ad pop.) *habet hæc vita niſi lachrymas & opprobria, & conuitia, & triſtitias, & labores, & morbos, & ſenectutem, & peccata, & mortem.*

Chry. ho. 22.

### *Legis tranſgreſſio, nos in ordine impiorum conſtituit.*

552 *Maledicta terra in opere tuo.* Si ſerpentem antea condemnaſti tanquam impium, cur hominem ad imaginem tuam creatum, in numero impij ſerpentis, nempe dæmonis conſtituis, eum ſimiliter pœna ſicut ſerpentem puniens? Non ignoras tranſgreſſorem legis fuiſſe Adam, recte igitur ſicut impius punitur, quia legis tranſgreſſores in ordine impiorum conſtituit: vnde optime Moſes Barſ. 3. p. de par. c. 2. ait: *Lex & ſi ab Adamo violanda erat, tamen vtilis fuit ad probandos, ſegregandoſque morigeros à rebellibus, bonos à malis, amicos ab hoſtibus, aliorumque virtutem ab aliorum prauitate, quorum nihil, ſublata lege cognoſci diiudicarique à nobis poſſet*, quaſi diceret, legis obſeruatio improbos à piis ſeparat, eius autem tranſgreſſio quemlibet impium in numero prauorum conſtituit.

Moſ. Barſ.

### *Qui ſeruat legem, ab ea protegitur.*

553 *Maledicta terra in opere tuo.* Nonne legiſlator cuius eſt pœnam conſtituere legem tranſgredienti, poteſt in ea diſpenſare? quomodo igitur Deus qui præceptum & legem impoſuerat primo parenti, de non comedendo ligno ſcientiæ boni & mali, non diſpenſauit cum eo in pœna ſtabilita, poſtquàm eam violauit? quia legem tranſgrediens, à legiſlatore non meretur protegi; nam vt optime S. Antio. ho. 42. ait: *Qui ſeruat legem vtique ab eo protegitur, & ſeruatur qui ſanxit legem*, è contra igitur, qui eam non ſeruat indignus eſt à legiſlatore ſeruari.

Antio. ho. 42.

### *Quæ iubet lex diuina, eiuſdem eſt authoritatis etiamſi minima præcipiat.*

554 *Maledicta terra in opere tuo, &c.* Certe terram maledixit, aliiſque condemnat pœnis Adamum, nec non ſuam poſteritatem ob exiguum cibum editum, quod quidem inhumanum & crudele videtur: ſi quis enim non modò criminis authoribus, ſed & iis etiã qui de illorum genere procreantur propter præcepti tranſgreſſionem minimi, pœnas graues irrogauerit, vltra condignum punire videbitur: Nota præceptum de non comedendo fructu ſcientiæ, fuiſſe legem diuinam: recte igitur tranſgreſſor illius grauiſſimè punitur, quia tantæ authoritatis eſt, quamuis minimum quid præceperit, ac ſi grauiora iuſſerit: ſic Cate. græ. quæ reſpondens cuidam dicenti, & accuſanti Deum inhumanitatis atque ſæuitiæ, quod ob exiguum cibum ſæuam irrogauerit pœnam, ait: *Illud pro comperto habendum, quòd lex omnis etiamſi de minimis caueat, eiuſdem eſſe authoritatis cum ea quæ grauiores res coerceat, præcipuè vero diuina.*

Cate. Græ.

### *Lex imponitur ſecundùm perſonarum rationem.*

555 *Maledicta terra in opere tuo.* Propter vnius violationem præcepti hæc pœna cum cæteris imponitur Adamo: ſed miror quomodo Deus poſteros etiam in lege quam tulerat de fructu non comedendo, comprehendere voluerit, ita vt ex eius violatione etiam punirentur, cur legem non ſtatuit ei, quæ ſolùm ſuam ſingularem perſonam ſpectaret? videmus enim longè maiora crimina, qualia ſunt in Decalogi præceptorum violatione, ſolum puniri perſonaliter? Nota Adam fuiſſe perfectiſſimum, populum autem Iudæum, cui tunc data eſt decalogus, imperfectum: aſſere igitur iure merito legem quæ plures comprehenderet, & cuius tranſgreſſio plures puniret, fuiſſe impoſitam Adamo, aliis autem ſolum præceptum perſonam reſpiciens, quia leges aliquando feruntur ſecundum perſonarum rationem: ſic Diu. Theo. *Nos vtriuſque legis Deum authorem agnoſcimus, diſcrimen vero fecit perſonarum ratio, quibus illæ ferebantur, etenim ille veluti prudens magiſter infirmis parum robuſta propoſuit, perfectis vero perfecta præcepit.*

D. Theod.

### VARIETAS VERSIONVM II. PARTIS VERS. XVII.

*Vlg.* Io labotibus comedes ex ea cuoctis diebus vitæ tuæ.
*Septuag.* In triſtitiis edes illam omoes dies vitæ tuæ.
*Cald.* In tribulatione comedes eam, omnibus diebus vitæ tuæ.
*Arias*, In labore comedes, *ſic Pagnin.*
A *Vatabl.* Io dolore.
*Galati.* In afflictione comedes.
*Ambroſ.* In triſtitia comedes eam.
*Moſes Barſepha.* Per dolores comedes eam omnes dies vitæ tuæ.
*Dinus Cyprianus.* In triſtitia, & gemitu edēs ex ea.

### CONCORDIA VERSIONVM.

I*Zabon*, עצבון ſignificat dolorem, labotem, & ſimiles calamitates vel paſſiones, nomioe autem doloris intelligendæ veoiuot triſtitiæ, gemitus, &c.

### EXPOSITIO II. PARTIS VERSVS XVII.

I*N laboribus comedes ex ea cūctis diebus vitæ tuæ.* Id eſt, fructus terræ quibus veſceris, laborioſè & moleſtè aequites, qui quidē labor oon ſolū erit moleſtus, ſed etiam cōtinuus vſque ad finem vitæ tuæ.

### CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Nunquam à laboribus ceſſandum.*

556 I*N laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ.* Ad qnid addit, *cunctis diebus vitæ tuæ?* nonne pœna ſatis ſeuera erat, vt qui in delitiis, fructibus patadiſi poterat veſci, deinde labore maximo fructibus terræ nutriretur? non ſine myſterio addidit, *cunctis diebus*, ad declaraodum noſtrum laborem debere eſſe cootinuum, & nunquam ab eo ceſſandum: ſic obſeruat Tho. Ang. (Tho. Ang. in Geneſ.) *Et quia poſſet aliquis dicere quod homo debet aliquo tempore laborare, ſudare, & poſtmodum delitiis vacare; ſubdit terminum illius laboris, ſcilicet limitem mortis.*

*Triſtitia de peccatis vtilis eſt.*

557 *In laboribus comedes ex ea cūctis diebus vitæ tuæ,* Sept. habent, *in triſtitia edes illam.* Ao idem delictum commiſit homo ac ſerpens? minime, quomodo ait ſerpenti: comedes terram, & homini ſimiliter comedes ex ea? oon debent diſſimilia peccata ſimili pœna plecti. Nota quod ſerpenti non dixit, in triſtitia comedes, ſed ſolum homini, bene additum eſt in triſtitia, quia maximum beneficium Dei, vt in ea comedat propter peccata ſua, quia hæc triſtitia ſalutem operatur: hoc notat D. Amb. lib. de pata. c. 15. (Amb. li. de Para. c. 15.) *Adiectio iſta in triſtitia, diſcretionem facit, diſcretio quam vim habeat, conſidera: bonum eſt mihi in triſtitia magis terram manducare, quàm in delectatione, hoc eſt vt in actu quodam corporis contriſtari videar, quàm delectari*, deinde ſubiungit, nobis ſuadens vtilem iſtam eſſe triſtitiam, quæ ſecundùm Deum eſt: *Oportet*, inquit D. Paulus 2. Corinth. 7. (D. Paul. 2. Corinth. 7) *vos contriſtari in pœnitentiam ſecundum Deum, nam ſecundum Deum triſtitia ſalutem operatur, ſæculi autem triſtitia mortem operatur.*

*Deus humilitatem noſtram ſollicitat.*

558 *In laboribus comedes ex ea, cūctis diebus vitæ tuæ.* In laboribus vult hominem ſuo veſci pane; oonne ſufficiebat delitiis paradiſi priuatos ab eo eiici? recte in labore hominem conſtituit, vt eo ad ſuperbiam deponendam ioduceretur, & ad humilitatem

C amplectendam iouitaretur; quia vt ait Thom Angl. (Tho. Aug.) *Labor & vexatio humiliat hominem, ne nimis efferatur, & ne inſoleſcat, ſicut frenum continet equum ne impetuoſè currat.*

*Etiam diuites in laboribus ſunt.*

*In laboribus comedes ex ea cūctis diebus vitæ tuæ,* Hæcoe pœna communis omnibus comedere in labore & ſudore? nam in diuitibus hoc non videtur habere locum, non enim difficulter victum quærunt, nec in ſudore vultus ſui veſcuntur, tamen quilibet in ſua conditione panem cum labore comedit: audi D. Aug. lib. 2. de Geneſ. contr. Manich. cap. 10. (Aug. l. 2. de Gen. cont. Mani. c. 10) 559
D *Nunquid fortaſſe diuites quibus prouenit facillimus victus, neque in terra operantur, euaſiſſe etiam pœnam æſtimandi ſunt? quia dicitur, in ſudore vultus tui: ſed certe illud manifeſtum eſt, quod nemo euadit iſtam ſententiam, hoc ipſo enim quod in hac vita quiſque natus eſt, nemo euadet iſtam ſententiam, ſed agendum eſt, vt ſaltem in hac tantum vita ſentiatur*, & D. Cypt. epi. 1. idem habet. (Cypr. ep. 1.)

*Deus peccatorum noſtrorum vult nos memoriam habere.*

*In labore comedes ex ea; cunctis diebus vitæ tuæ.* 560
E Quare vult nos hanc pœnam luere continuo? cur non temporalis fuit caſtigatio? voluit eſſe continuā, vt ſemper peccatum propter quod impoſita fuit, ante oculos habeamus: ſit D. Chryſoſt. ho. 17. in Gen. (Chry. ho. 17.) *Vide quot nunc ſæculis hanc pœnam luimus, vt non ſolum illis vtile ſit, ſed vt poſteri iiſdem rebus doceantur, vnde illis hæc ſupplicia ſunt inuenta.*

*Peccatorum memoria humiliat.*

*Comedes ex cunctis diebus vitæ tuæ.* Nos excitat
F Deus ad cōtinuam peccatorum memoriam, ſed cur 561
ob oculos perpetuam nos vult Deus habere peccatorum recordationem? quid enim prodeſt niſi vt ſemper triſtitiis afficiamur, angamurq; doloribus? quod quidem repugnat Pſalmiſtæ dicenti; ſeruite Domino in lætitia, (Pſal. 99.) tamen ſæpe lætitia ſpiritualis non eſt

contraria triſtitiæ ex peccati conſideratione, & memoria, quia huiuſmodi recordatio maxime mentem humiliat: ſic D. Chryſoſt. hom. de pœnitent. & confeſſione: *Peccatorum memoria mentem humiliat, & humiliter ſapere facit, & per humilitatem conciliat gratiam Dei.* A

Chry. ho. de pœn. & conf.

### *Labor contra peccatum medicamentum.*

562 *In laboribus comedes ex ea*, Siue in doloribus; quinam ſunt hi dolores, niſi Dei flagella? ſed cur Deus ita hominem continuis flagellis vrget, ita vt per totius vitæ decurſum in laboribus comedat panem ſuum? tot flagellis & laboribus Deus afficit hominem, quia nullum præſtantius remedium ad peccata vitanda: ſic D. Aug. in Pſalm. 37. *Flagellum enim inquit medicamentum eſt contra peccatum.* B

Auguſt. in Pſalm. 37.

### *Labore vitia comprimuntur.*

563 *In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ*, Cur non dicit Deus per aliquos dies comedes in labore panem tuum? nam certe poſt laborem aliquorum dierum, vel menſium, requies eſſet concedenda: nota quod de die in diem in noua prolabimur peccata, & vſque in finem vitæ ab eis non abſtinemus; recte igitur dictum eſt quod in labore eſſet, cunctis diebus vitæ ſuæ, quia per laborem continuum, ſecundum Deum omnia comprimuntur vitia: ſic B. Iſaias oratione 16. de gaudio animæ: *Labor ſecundum Deum ad virtutem auxilio eſt, deſidia vitiorum eſt mater, moderati corporis labores in excolendis virtutibus proſunt, & inertia pullulant vitia.* C

Iſa. ora. 16

### *Eſſe in labore ſignum prædeſtinationis.*

564 *In laboribus comedes ex ea*, Cùm grauior fuerit culpa ſerpentis hominem mendaciis, & fraudibus ad peccatum allicientis, quomodo ei dictum non eſt, quod in laboribus eſſet, ſed ſolum homini cum minor illius culpa fuerit? Nota dæmonem reprobum non autem hominem: recte igitur Deus hominem in labore conſtituit, quia eo affici aliquando ſignum prædeſtinationis eſt: vnde optime D. Greg. libr. 39. moral. cap. 10. *Lapides extra tunſi ſunt, in conſtitutione templi Domini, vt abſque mallei ſonitu ponerentur, quia videlicet nunc foras per flagella tundimur, vt in templum Dei poſtmodum ſine percuſſione diſciplinæ diſponamur, quatenus in nobis quidquid eſt ſuperfluum modo percuſſio reſecat.* D

Grе. Mag. l. 39. moral cap. 10.

### *Labor, maxima diuitia.*

565 *In laboribus comedes ex ea*, Vel vt habet Caldeus in tribulatione, hos labores & tribulationes homini impoſitas, an ipſemet homo patienter tolerat? Plures certe retractant eas ferre libenter; ſed verè plurima etiam ex pauperibus libenti animo ſuſcipiunt: ſed nonne miſero ſufficit paupertas ſua? Ad quid ergo labores ſuſcipit? Dicamus pauperem, laborem & tribulationem ſuſcipere, quia eis maximas diuitias acquirit: ſic D. Primaſius explicans hæc verba cap. 3. Apocalypſis, ſuadeo tibi emere aurum ignitum, vt locuples fias, per illud aurum intelligit afflictiones, vnde ait: *Bene aurum conflatum dicit, propter preſſuram perſecutionis, quam ſi eis contigerit pro Christo ſubire, optent deuotè ſuſcipere, non ſolum ſibi ſed & aliis & poſteris fructuoſi.* E F

Prim. in c. Apoc. 3.

### *Labor eſt quid optimum.*

*In laboribus comedes ex ea*, Cal. legit, *in afflictionibus comedes*, ſine dubio hanc afflictionem ſiue laborem imponis homini, non ſolum in pœnam peccati, ſed vt denuò eum ab illo retrahas, & ad te conuertas: ſed miror ſi hominem à te auerſum ad te conuertere deſideras, nonne conuenientius eſſet illum beneficiis & fauoribus attrahere, quàm laboribus & afflictionibus impellere? Nam certe eo quod eſt optimum magis commouemur, quàm eo quod eſt peſſimum, vt ſunt afflictiones & labores; ſed falletis, nihil enim eſt melius tribulatione, & labore: ſic Ioann. Xiphilinus orat. de feſto crucis, inducens Dominum vocantem ad labores: ait, *Ad bona enim voco, non ad mala, non ad pœnam vt etiam cogere oporteat, ſiquidē ipſa rei natura potius eſt attrahere.* 566

Ioa Xiph.

### *Cui plurimi labores imponuntur, plurima conferentur præmia.*

*In laboribus comedes ex ea*, Diximus in concordia, quod Zaboo ſignificat dolorem, & quaſlibet calamitates; dubium igitur eſt cur non ait Deus in ſingulari, in labore comedes, cùm labor ſufficeret continuus, cur igitur appoſuit in plurali *in laboribus*? Nota quod per labores, plura afflictionum genera intelligi poſſunt, inſuper aduerte prædeſtinatum primum parentem forte ad magnum præmium, recte igitur non vnicum laborem ei contulit ſed plurimos, & varios, quia vbi plurimi labores tolerantur plurima præmia conferuntur: ſic D. Hieronym. Epiſtola 4. ad Marcel. exhortans eam ad afflictionum tolerantiam. *Dominus, ait, te in hominum laboribus poſuit, & ſalutifero paternæ pietatis verbere viſitauit, vt in paucis vexatum in multis bene diſponeret, teſte ſpiritu ſancto, in paucis vexati in multis bene diſponentur.* 567

Hier. ep. 4. ad Marcel.

### *Labor non eſt iuſtis pœna, ſed virtutis exercitium, iniuſtis autem è contra.*

*In laboribus comedes ex ea.* Si labores non ſolum ferendi ſunt à primis parentibus, ſed ab omni eorum poſteritate, ex qua plures naſcendi ſunt impij, & plures iuſti, quomodo communes omnibus labores imponis? Si quidem omnibus non eſt vtiles, impius enim obmurmurabit detrahens tuæ iuſtitiæ, quod ita ſeuerus fuiſti in genus humanum; iuſtus autem ſilebit, agnoſcens tuam iuſtitiam, quomodo igitur hic labor communis diuerſum ſortitur effectum in iuſtis, & improbis? Quia afflictio non eſt quaſi iuſtis pœna, ſed virtutis exercitium, iniuſtis autem è contra: ſic Origen. hom. 16. in Geneſ. *Non facilè de Hebræis leges, quia obtinuit eos fames, licet enim ſcriptum ſit quod inuoluit eos fames ſuper terram, non tamen ſcriptum eſt quod obtinuit fames Iacob aut filios eius, ſicut de Ægyptiis, quamuis enim veniat ad iuſtos fames, non tamen obtinet eos, propterea quod & glorientur in ea, ſicut Paulus inuenitur libenter gloriari huiuſmodi paſſionibus, cum dicit in fame, & ſiti, & frigore, & nuditate, quod ergo iuſtis exercitium virtutis eſt, hoc iniuſtis pœna peccati eſt.* 568

Orig. ho. 16. in Gen.

Paulus.

### *Labor eſt commune naturæ humanæ debitum.*

*In laboribus comedes ex ea*, Ex qua pœna proceſſit in omnes qui fuere, & qui futuri ſunt, labor, ſed quæſo, cur nullus etiam ſaltem iuſtiſſimus ab hac pœna eximetur? Nonne quilibet etiam innocentiſſimus, homo eſt? Recte ergo cum omnibus aliis in 569

A D.Maxim labore repetitur, quia labor commune naturæ humanæ debitum eſt: ſic D. Maxim. cent. 4. capit. 6. œconomicorum cap. 37. *Labor omnis eſt debitum, quod videlicet iuſta de cauſa naturaliter perſoluitur ab omnibus, qui ſunt participes naturæ.*

### *Labor pœna voluptatis.*

570 *In laboribus comedes*, Siue vt habet Vatabl. in dolore, cur aliam potius non impoſuit Deus homini pœnam quam doloribus affici? Nota maximam voluptatem hauſiſſe primum parentem ex eſu ligni vetiti; rectè igitur punitur dolore, quia pœna voluptatis, dolor eſt: ſic D. Maximus citat. cap. 34. (B) (Max. citat. cap. 34.) *Voluptas, & dolor non ſimul cum natura carnis creata ſunt, ſed illam quidem excogitauit transgreſſio ad corrumpendam liberam voluntatem; hanc autem ad diſſoluendam naturam adiudicauit, vt illa ſpontaneam animæ mortem pariat peccatum, dolor autem per diſſolutionem in quauis animantium ſpecie carnis necem efficiat; nam ad puniendam vltroneam voluptatem, prouidentia quadam Deus dedit naturæ inuitæ dolorem, & inde mortem naſcentem.*

### *In laboribus diuina gratia etiam cognoſcitur.*

571 *In laboribus comedes*, Siue vt habet Moſes Barſe. per labores comedes; noone aliqua oblectatio & voluptas habenda eſt in hoc ſæculo? (C) Cur ergo tam grauem imponit pœnam vt doloribus afficiamur, quibuscum non compatitur voluptas? Dico tantam eſſe Dei erga nos bonitatem vt etiam per labores & dolores quos nobis per peccatum indidit, non extinguat totaliter voluptatem, ſed ſolum aliquomodo auferat: ſic D. Maxim. citat. cap. 35. (Max. c. 35.) *Ob voluptatem irrationalem, quæ naturæ obuenit, iuſta ratione proceſſit dolor qui multis tormentis in quibus & ex quibus mors oritur, voluptatem quæ præter naturam eſt, auffert, non tamen penitus extinguit, in quo diuinarum animi deliciarum gratia demonſtrari ſolet.*

### *Ieiunium pertimeſcit diabolus.*

*In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ*, Vel vt habet Auguſt. in triſtitiis, ſi tot cum laboribus & triſtitiis panis comedendus eſt, ſatius eſſet ab eo abſtinere, & ieiunare: forte Deus miſcuit tantum dolorem in pane comedendo, vt homo qui antea gulæ deditus fuerat, ieiunio vacaret, præuidenſque dæmonem aggreſſurum etiam poſtea hominem vt in alia impelleret crimina: rectè igitur voluit vt homo in dolore panem comederet, & ex nimio illius labore potius vacaret ieiunio, ne denuo appeteretur à dæmone, qui maxime ieiunium pertimeſcit; quod expendit D. Chryſolo. ſerm. 13. in illa verba dæmonis dicentis Chriſto Domino, dic vt lapides iſti panes fiant. *Signum panis petit, qui ſignum ieiunij pertimeſcit, ſignum panis petit, vt ieiunium tremendum ſibi refugiat, panem malus ingerit conſolator, vt virtutem mutet, vt propoſitum violet ieiunantis:* Expende illa verba ſignum panis petit qui ſignum ieiunij pertimeſcit, quaſi diceret, nullam virtutem ita pertimeſcere videtur diabolus, ac ipſum ieiunium. 572 (Pe. Chryſ. ſerm. 13.)

### *Ieiunij neceſſitas.*

*In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ*, Certè cibus nos mortales efficit, & in his laboribus continuis conſtituit ſi contrariorum eadem eſt ratio, quid faciemus vt immortales reddamur? Si cibo mortales ſumus facti, ieiunemus vt immortalitatem deperditam requiramus: ſic D. Zeno. ſerm. de ieiun. *Nunquid delitiari nos patitur iſta ſententia? Manducando, in hoc quod ſumus, ventum eſt, quid noſtram velut gloriam ducimus? Quid pœnam delitias facimus? Quid condemnationem ducimus voluptatem? Expulſi ſumus de paradiſo quia non ieiunauimus, ieiunemus nunc vt ad paradiſum reuertamur.* 573 (Zeno ſerm de ieiun.)

## *VARIETAS VERSIONVM II. PARTIS VERS. XVIII.*

*Vlg.* Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ.

*Septuagint.* Spinas, &c. & edes fœnum agri, *Ambro. Auguſt.*

*Cald.* Et comedes herbam agri.

*Pagnin.* Et ſpinam, & tribulum germinabit tibi, *ſic Arias.*

*Tertull.* Tribulos & ſpinas det tibi.

*D. Cyprianus.* Spinas & tribulos eiiciet tibi, & edes pabulum agri.

*Procopius.* Tribulum, & ſpinam faciet creſcere tibi.

*Moſes Barſepha.* Spinas & carduos proferet tibi, &c.

*Sanctus Macharius.* Tribulos, & ſpinas producet tibi terra.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

HEbræi ſingulari pro plurali vtuntur, vnde Hebraizantes ſolum in ſingulari legunt ſpinam & tribulum, diximus autem pluries eandem dictionem עשב *Eſeb*, ſignificare herbam, fœnum, &c.

## EXPOSITIO VERSVS XVIII.

S*Pinas & tribulos germinabit tibi.* Quamuis terra ante præuaricationem, ſpinas & tribulos germinet, tamen hæc germinatio homini tunc non fuiſſet pœnalis, ſed animalibus his vtentibus vtilis & iucunda, vel ad terræ ornatum, vel ad eleuandum hominem ad laudem Dei multiplici creaturarũ genere; nunc autem eſt pœnalis, quia productionem ſeminum vtilium impendiunt, & eorum loco pluries enaſcuntur.

*Et comedes herbam terræ.* Quaſi diceret, qui prius comedebas fructus paradiſi, eis iam indignus, alimentum tuum erit etiam herba terræ; aſſimilatus enim beſtiis in actionibus, aſſimilari etiam debebas in modo viuendi.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Inducit nos Deus ad humilitatem.*

574 S*Pinas & tribulos germinabit tibi.* Cur Deus voluit hominem ita aſſiduum laborare, cum ſudore & dolore, ita vt ipſa terra ſolum producat ſpinas & tribulos? Nota quod homo nimia elatus viueret, ſi omnia votis ſuis proſpera eueniſſent: ideo tot calamitatibus hominem voluit Deus afficere, tot labores illum exantlare, vt ſic infirmitatem ſuā agnoſceret, & ſub manu Dei humiliaretur: ſic D. Chr. ho. Chry. ho. 17. 17. *Omni tempore cum triſtitia viuere te faciam, vt hoc tibi frænum ſit, quid ſupra dignitatem de te ſentias, ſed cogites continuò tuam ipſius ſubſtantiam.*

### *Humilitas ſuperat omnes diabolicas artes.*

575 *Tribulos & ſpinas germinabit tibi.* Sed cur hominem Deus ita humilem deſiderat? nonne ſatis abiectus ex gratiæ amiſſione, ex corporis nuditate, &c. Nota nunquam dæmonem ceſſare ab homine perſequendo variis fraudibus & ſuggeſtionibus: dico igitur rectè eum humilem voluiſſe, vt ſuperuenientes diabolicas artes facile ſuperaret: ſic B. Iſaias Iſa. Ab. or. 3. ad fratr. Abb. ora. 3. ad fratres, *Humilitas in primis eſt neceſſaria; humilitate enim omnes aduerſarij artes ſuperantur.*

### *Humilitas ex afflictione theſaurum animæ conſeruat.*

576 *Spinas & tribulos germinabit tibi.* Scilicet vt humiliteris: ſed nonne ſufficiebat in laboribus & doloribus comedere panem? cur igitur humiliationem etiam requirit? aduerte quod poſt peccatum gratiam recuperauit primus parens; vult igitur non ſolum afflictionem, ſed etiam humilitatem ab eo requirit, quia humilitas ex afflictione theſaurum animæ nempe gratiæ conſeruat: ſic D. Maxim. qui loquens D. Maxim. de Apoſtoli Pauli humilitate & afflictione, ait, *Nouerat ſummus Apoſtolus humiliationem, quæ naſcitur ex afflictionibus corporis extrinſecus allatis, eſſe diuinorum animæ theſaurorum conſeruatricem, propterea lubens ſuſtinebat.*

### *Humilitas, & perpeſſio malorum maxime impetrant Dei miſericordiam.*

577 *Spinas & tribulos germinabit tibi.* Colligimus ex his verbis Deum voluiſſe hominem colere humilitatem; ſed cum malorum tolerantia, quæ ſibi impoſita erant, ſufficiens ſit ad ſatisfactionem peccati, cur cum hac tolerantia tot malorum iungit etiam humiliationem? nonne indigebat Adam Dei miſericordia? dic igitur Deum cum perpeſſione malorum humilitatem ab eo exigere, vt hoc medio miſericordiam conſequeretur: ſic Thalaſius Monach. Thal. hecat. 2. num. 69. hecaton. 2. num. 69. *Diligens animæ cura in malorum ſuſtinentia, & humilitate conſiſtit, propter eas enim Deus peccata omnia condonat.*

### *Ex peccato terra nobis infenſa.*

578 *Spinas & tribulos germinabit tibi.* Neſcio qua pœna hominem afficis? nonne ſpinas & tribulos germinaſſet terra, quamuis non peccaſſet? cur ergo in pœnam peccati ſuis ſis terram germinaturā ſpinas & tribulos? Nota quod non ait Deus abſolutè germinare, ſed tibi, ad declarandam terram quæ ante peccatum fuiſſet grata, propter peccatum fuiſſe homini infenſiſſimam: hoc obſeruat Thom: *Dicitur germinabit tibi, & prius enim iſta germinabat terra non homini, ſed animalibus iſtis vtentibus, forte ſicut aſinis, qui inde delectabiliter comedunt; vel ad terræ ornatum, vel forte ad aliquam neceſſitatem animalium brutorum.* Tho. Ang. hic.

### *Peccatorum vult nos eſſe memores Deus.*

*Spinas & tribulos germinabit tibi.* Nonne tribulos, nonne ſpinas germinaſſet terra ante peccatum? quæ eſt ergo pœna vt poſt peccatum dicatur quod ſpinas & tribulos germinabit? plures tenent homine non peccante terram tribulos & ſpinas non germinaturam, qua de cauſa ergo poſt peccatum voluit Deus terram ea germinare? reſpond. Rab. Mau. *Quapropter ſpinæ & tribuli monent hominem, vt auertatur à peccatis.* 579 Rab. Mau. hic.

### *Peccatum eſt occaſio cur terra infœcunda ſit, & omnia tempora mutentur.*

*Spinas & tribulos germinabit tibi.* Diximus (ſecundum aliquos) ex peccato eueniſſe quod terra produxerit ſpinas ac tribulos, horum autem productio illius denotat ſterilitatem, at in hoc non immoror, ſed cum in paradiſo bene ordinata fuere tempora, ita vt quodlibet alteri ſuccederet, hyems autumno, autumnus æſtiuo, &c. quomodo nunc ita naturæ temporum mutatæ, vt frigora hyemem excedant, calores tempus æſtiuum, &c. dico peccatum non ſolum ſterilitatis terræ cauſam, ſed omnium temporum mutationis; ſic D. Baſil. hom. 8. tom. 1. *Aſpicite, quæſo,* ait ſanctus, *quomodo noſtrorum pondus peccatorum, anni, temporumque naturas mutauerit, ſtatutaſque ſemel rerum formas, in alia temperamenta deduxerit, hyems ſolitum humorem cum ſicco non retinuit, ſed in glaciem tota abiit, & pluuiis penitus expers, verum tempus alteram quidem ſui officij partem oſtendit, caliditatem dico, humiditatem verò nullam coniunxit illi, æſtus verò immenſus, & frigora naturæ leges prætereuntia, ac in nos, damnumque noſtrum coniurata, mortales ad victum, vitæque ſimul trahunt diſcrimina, vnde, fratres, talis rerum temporumque mutatio? an non quoniam fraternitatis charitatem occluſimus, ob hoc campi ſteriles quia charitas frigeſcit.* 580 Baſil. ho. 8. tom. 1.

### *Qui noluit dulcia guſtare in gratia, guſtet amara in peccato.*

*Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ,* ſiue vt habent Sept. & edes fœnum agri: nonne dulciſſimi fructus conceſſi fuere homini ad eſum? quomodo nunc herbæ ex quibus plures ſunt amaræ, dantur ei in alimentum? ſatisfacias dicens, ideo hoc eueniſſe, quia qui in gratia dulcia noluit guſtare, in peccato guſtat amara: ſic Lippom. *Noluiſti arborum fructu veſci, ede ergo herbam terræ tibi contumacis, non magnopere delectatis vtere, ſed terræ naſcentibus ac communibus.* 581 Lippom.

### *Magna contemnens in exiguo punitur.*

*Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ.* Si erga hominē ita magnificus & liberalis fuiſti, vt omnium arborū fructus, dempto ligno ſcientiæ conceſſus ſis, cur quaſi retractās ſententiam, ita auarus es, vt herbas etiam animalibus communes in cibum conſtituas? ideo herbas pro cibo 582

largitur; qui antea fructuum maximam copiam
Procop. poſſidebat, quia vt inquit Procop. *Contempſiſti magna, ô homo, punieris per parua.*

*Peccator bellua eſt.*

583 *Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ.* Scilicet ad tuæ miſeriæ cumulum; ſed ſi herba eſt alimentum animalium, cur homo rationalis hoc cibo veſcetur? Nonne homo cum in honore eſſet, non eſt recordatus, ſed per peccatum comparatus eſt iumentis inſipientibus, & factus eſt ſimilis illis? recte igitur alimentum habet ſicut animalia, herbas terræ, vel vt alij pabulum agri, quia
Dio. Cart. peccator etiam bellua eſt: ſic Dion. Carth. *Qui peccando brutis ſimilis es effectus, & brutales ſuſtines motus, in hoc aſſimilaberis beſtiis, quod herbis terræ veſceris.*

*Fructus mali paſtoris, ſpina & tribuli.*

584 *Spinas & tribulos germinabit tibi.* Si myſtice loquamur, quinam ſunt illi qui tanquam terra ingrata pro bonis ſeminibus, ſpinas & carduos germinant? pores dicere eſſe malos paſtores, qui lupis comparantur, ſed an-ne tribulos producunt? ſufficiat tibi teſtimonium Hiero. in cap. 2. Zachar. qui de his
Hier. in ca. 2. Zach. loquens ait: *Lupos autem, & ſæuiſſimas beſtias quorum fructus eſt fœnum, ſtipula, & afferunt tribulos & ſpinas, ſuo igne conſumat, nempe Deus.*

*Creatura inferior hominem ſequitur in defectu.*

585 *Spinas & tribulos germinabit tibi.* Ac ſi diceret, in detrimentum tuum, & omnino aliter quam antea germinare ſolita erat, prodocet quaſi ex ſterilitate ſpinas & tribulos; ſed cur Deus voluit terram à fœcunditate ſua deficere? non ignoras hominem à Deo defeciſſe, terra igitur à ſua virtute deficit, quia creatura inferior ſequitur hominem in defectu: ſic
Lippom. Lip. *Terra non reſpondebit culturæ pro voto tuo, labor & diligentia fruſtrabitur, ex horto fiet tibi ſylua, & ex agro heremus, degenerabit terra ab originali fœcunditate, ſicut homo ab originali iuſtitia.*

*A creaturis ad Deũ magnificandũ incitamur.*

586 *Spinas & tribulos germinabit tibi.* Plurimorum Patrum eſt opinio, ſtatu innocentiæ permanente, terram etiam tribulos germinaturam; ſed cum huiuſmodi herbæ nec homini, nec animalibus deſeruirent, cur terra eas germinaſſet? Nota pulchritudinem vniuerſi in varietate ſpecierum conſiſtere, per quas Deum admirabilem agnoſcimus: dico igitur ſaltem tunc tribulos producendos, vt ab eis ad
Tho. Angl. Deum admirandum eleuaremur: ſic Tho. *Præter iſta germinat terra, vel ad eleuandum hominem ad laudem Dei multiplicibus generibus entium.*

*Virtus laborioſa.*

587 *Spinas, &c. comedes herbam terræ.* Dixit Deus homini poſt peccatum, cùm Deus ſit ita miſericors, quomodo ſaltem non ait, fructus vel ſpicas tritici comedes? myſtice per herbam quæ ipſam antecedit ſpicam grano confertam, intelligitur virtutis ini-
A tium, per ſpicam virtus perfecta; bene ergo dixit herbam comedes & non ſpicam, quia perfectio virtutis non ſtatim acquiritur, ſed paulatim & labore: ſic Procop. *Primo naſcitur herba, huic deinde ſuccedit ſpica, bonis vero quaſi introductio eſt comedisſe herbam, id eſt prima virtutis deguſtaſſe rudimenta, & deinde venit ſpica, id eſt perfectio; proinde laborioſa virtus eſt, cum cor hominis prorſus propenſum ſit ad malum.* Proc. Gaz.

*Omnia bona Deo tribuenda.*

B *Spinas & tribulos germinabit tibi,* Quaſi diceret non ſemper reſpondebit labori tuo, erunt interdum anni ſteriles, quamuis eam ſtrenue colas, & labores: ſed cum Deus voluerit hominem continuò laborare, cur caſſam voluerit eius operam, ita vt fructus terræ labori ſuo non reſpondeant? Ideo aliquando anni ſunt ſteriles, labori hominum non ſuccedentes, vt non ſibi ſed ſoli Deo fœcunditatem terræ tribuant: ſic Ferus, *Non ſemper reſpondebit labori tuo terra, hoc autem ideo permittit, ne fructus terræ noſtro labori adſcribamus, ſed ſoli Deo.* 588 Ferus.

C *Ex noſtra carne nihil niſi ſpina & dolores.*

*Spinas & tribulos germinabit tibi.* Nempe terra; ſed ſi ſenſum allegoricum exprimere velimus, quid ſignificabit terram tribulos & ſpinas germinare? An non terra carnem noſtram deſignat, & recte tribulos & ſpinas producit? quia caro noſtra plena & fœcunda ſpinis & doloribus: ſic Procop. *Quid enim non illorum quæ ex corpore prodeunt, doloribus & ſollicitudinibus ſcatet? hæc enim inter ſpinas collocat Saluator.* 589 Procop.

D *Bona terrena aliena deberent ab homine, ſolus panis Euchariſticus illi proprius.*

*Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ.* Deinde ſubiungit, *in ſudore vultus tui veſceris pane tuo*, ſed antea dixerat, *in laboribus comedes ex ea.* Triplicem cibum aſſignant hæc verba homini: primus eſt terra, illis verbis, *in laboribus comedes ex ea*: ſecundus eſt herba, quem aſſignant hæc etiam verba, *& comedes herbam terræ*: tandem tertius eſt panis, *in ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* Cur agens Deus cum homine non ait, comedes ex terra tua, vel ex herba tua, cum dixerit veſceris 590
E pane tuo? Anaſt. Syn. in malam partem ſumit terram & herbam; per terram ſiquidem intelligit craſſiora crimina, per herbam leuiora, vel ſaltem res terrenas, & per herbam earum oblectamenta, per panem autem, eum qui Euchariſticus eſt. Quid mirum igitur ſi ex omnibus cibis ſolus panis dicitur illius? quia ſane omnia terrena deberent eſſe aliena ab homine, ſolus autem panis Euchariſticus illi proprius: hoc dixerim ex cit. Syn. lib. 11. anogicarum contempl. *Quæres* (inquit) *ſi modo his quæ dicta ſunt fidem adhibeas, quomodo dixerit Deus hominem veſci tribus cibis, nempe primo quidem* Anaſt. Syn.
F *terra, ſecundo autem herba, tertio vero pane proprio cibo hominis: non enim dicit ei, in doloribus comedes terram tuam, neque de herba dicit, & comedes herbam tuam, ſed hoc ſolum ponit in pane dicens, in ſudore vultus tui comedes panem tuum*, & infra: *vtpote quod terra & herba ſunt ſignificatiua peccati & impietatis.*

VARIE-

## VARIETAS VERSIONVM VERS. XIX.

*Vlg.* In ſudore vultus tui veſceris A pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.

*Septuaginta.* In ſudore vultus tui edes panem tuum, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es, quia terra es, & in terram ibis.

*Cald.* In ſudore vultus tui comedes panem, donec reuertaris in terram de qua creatus es.

*Pagnin.* Donec reuertaris in terram quia ex ea ſumptus es, quia ex puluere es, & in puluerem reuerteris.

*Arias*, Vſque reuertere tu in terram, quia ex ea ſumptus es, nam puluis es tu.

*Caietan.* Cum ſudore vultus tui comedes panem vſque reuerti ad terram, quia de ipſa ſumptus, quia puluis tu & ad puluerem reuerteris.

*Ambroſ.* In terram redibis.

*Chryſoſt.* In terram abibis.

*Moſes Barſepha*, Et cum ſudore faciei tuæ comedes panem, donec reuertaris in terram ex qua acceptus es.

## CONCORDIA VERSIONVM.

NOſter interpres appoſuit pronomen *tuo*, quod non inuenitur in Hebræo, ſed ſequutus eſt Septuaginta illud addentes.

## EXPOSITIO VERSVS XIX.

*IN ſudore vultus tui veſceris pane tuo*, Quamuis C ante peccatum hilariter terram coluiſſet, vel delectationis cauſa, vel in naturalium virium exercitium, nec vero in pœnam peccati ſuo pane veſcitur, maximo eum ſudore; ſufficit autem ad veritatem textus quod panis non ſit ſine humano ſudore, vt agricolæ experiuntur, ſi dicas autem reges, & diuites huius ſæculi panem ſuum non ſic comedere, dicas panem Hebraiſmo, victum hominis intelligi. Et ſic rex comedit panem in ſudore, in regni ſui gubernatione, alij in familiæ ſuæ administratione, & ſic vnuſquiſque hanc pœnam ſuo modo experitur.

*Donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es*, Pœna enim ſupradicta comprehendit vniuerſam vitam hominis vſque ad mortem incluſiue, ita quod vita quidem vniuerſa laborioſa vſque ad ſudorem incluſiue futura ſit.

*Quia puluis es, & in puluerem reuerteris*, Cum ſis factus è terra ſeu puluere, in puluerem reuerteris ſcilicet media morte, quæ licet conſideratis principiis hominis, fuiſſet illi naturalis, niſi ab ea Dei liberalitate præſeruatus fuiſſet, reddita tamen eſt pœnalis, ex hoc quod ſua transgreſſione donum diuinum ſeruans à morte perdidit, vnde ſit quod mors nobis accidit in pœnam propter peccatum primi hominis, perſeuerante enim ſtatu iuſtitiæ originalis quamuis mori potuiſſemus, vitam cum morte non cõmutaſſemus.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Pœna culpæ reſpondens imponitur.*

591 *IN ſudore vultus tui veſceris pane tuo*, Cur hanc pœnam potius quam aliam impoſuit? Nam in impoſitione pœnarum eſt aliqua ratio, cur potius hæc quam illa imponatur? Nota quod per gulam peccauerat delitiosè comedens ex ligno ſcientiæ: prudenter ergo hæc pœna fuit inflicta, quia culpæ correſpondet, confirmat Tom. Angl. *Illa pœna ſibi optimè competit, quia de ligno vetito guſtauit delicioſe, ideo debet viuere laborioſè: quia cum pœna ſit medicina quædam contra culpam, & remedium, ſecundum D. Greg. fiat per contraria, ſicut curantur calida frigidis, in culpa fuit libidinoſa delectatio, in pœna debet eſſe laborioſa afflictio, iſta autem medicina labor talis ſcilicet non tantum eſt medicina curatiua, vel purgatiua infirmitatis præſentis, ſed etiam præſeruatiua & cautela pro futuris.* [Tho. Ang. hic.]

### *Ad Euchariſtiæ ſacramentum, cum labore & exercitio virtutum accedendum.*

592 *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* Si corticem verborum ſpectemus, non omnes qui pane veſcuntur, eum ſibi labore cõparant, plures enim alienis laboribus victum conſequuntur, imo & delicatiores epulas: cur ergo cuilibet ex nobis dicitur, quod D in labore veſcetur pane ſuo? B. Aug. in Pſal. 138. ad Euchariſtiam hunc panem refert, & ſic verum eſt quod vnuſquiſque veſcitur pane ſuo: quicunque enim hoc cœleſti pane vtitur, ſudore & labore virtutum, & mentis exercitatione ſibi comparare debet, aliàs non multam ſibi inde percipiet vtilitatem. Exercere ergo ad virtutis palæſtram, mentis exercitatione hunc panem adi, & hac ratione vberes fructus excipies, Infero verba Aug. *Neque enim nos fruſtra in primo peccato noſtro pœnam accepimus, vt in ſudore vultus noſtri panem manducemus: tantum ſi panis eſt attendito, panis autem eſt ſi Chriſtus eſt: ego ſum, inquit, panis viuus qui de cœlo deſcendi.* [D. Aug.]

### E *Cum pœnitentia recipere debemus hoc auguſtiſſimum ſacramentum.*

*In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*, Omitto ſenſum literalem nimis notum, ad rem ergo inquiro, 593
quid denotet nos cum primo protoplaſte comeſturos panem in dolore? Per panem, Euchariſticum intellige, per dolorem animi contritionem, & ſatisfactionem accipe; ergo optime dictum eſt vt comedamus panem noſtrum in dolore, quia cum vera cordis contritione ad ſacramentum Euchariſtiæ panem Angelorum accedere debemus: ita Sanctus

eucherias. Encher. *Hunc panem cum maximo dolore & pœnitentiæ ſatiſfactione, accipere debemus.* Et D. Iuſt. Orgelita explicatione 10 Cant. Cant. *Non enim qui vitio quodam vel ſopore inertiæ reſoluuntur ad illius panis qui de cœlo deſcendit eſum cito perueniunt, ſed qui ſanctis laboribus inuigilauerint.*

## *Veſtiemur immortalitate per S. Sacramentum Eucharistia.*

594 *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Corruptibilis caro noſtra, ergo? Sed nonne aliquando incorruptiooe & immortalitare ſuperueſtietur? Nemini dubium eſt; quomodo quod corruptibile eſt, incorru- D. Paſch. ptione induit? Reſpondet D. Paſc. lib. de corpote & ſang. Domini cap. 1. *Quamquam terra vera caro licet corruptibilis, quæ ſi ſeruauerit iura legis, & mandatorum Dei præcepta, veſtietur immortalitate per iſta, quæ exponimus,* loqoebatur autem de corpore, & ſanguine Domini, *etiamquamuis caro, tamen incorruptibilis erit.*

## *Punitio Dei plena miſericordiâ.*

595 *Puluis es, & in puluerem reuerteris*, Vel terra es & in terram ibis, quodnam genus eſt ſupplicij? Nullum equidem mihi videtur, imo beneficium maximum: oam ſi quis extra natale ſolum degat, & condemnetur vt ad illud redeat, eritne ei ſupplicium vel potius beneficium? Vltimum non poteſt negari, cum omnes teneamur deſiderio maximo oatale ſolum conſpicere, & in eo degere; terra autem nonne eſt patria homiois in qua, & ex qua formatus eſt? Hæc ergo pnoitio Dei, quæ videtur ſeuera, pleoa eſt miſericordia: nam ad tedeundum in propriam patriam D. Bernar. coodemoatur: ſic D. Bernar. ſer. de Sancto Martin. *Quid cauſaris ô homo? Terra addictus es, factus es terra, vt ipſa tibi ſis patria, quæ materia fuit.*

## *Punitio potius eſt remedium peccati futuri quàm ſupplicium.*

596 *Puluis es, & in puluerem reuerteris*, Maximam in hoc punitionem arbitrabetis, vt homo qui ad imagioem Dei creatus eſt, & immortalis, redigatur in cinerem: tamen potius remedium futuri peccati D. Augu. exiſtima, quàm præteriti caſtigationem: ſic D. Aug. ſe. 21. in Euang. Matth. *Etenim quod mortalis eſt homo, ad diſciplinam illi debet valere, vtatur ergo homo pœna ſua, fratres, & bene vtatur malo ſuo, vt proficias bono ſuo.*

## *Iuſtitia Dei temperatur miſericordiâ.*

597 *Puluis es, & in puluerem reuerteris*, Nonne dixeras quod in quacumque hora comediſſet morte moreretur? Quomodo ergo de futuro loqueris, io puluerem reuerteris? Dic, iam iam in puluerem reuertere: nota quod maxima Dei iuſtitia elucet in morte hominis: dicimus ergo præſentis mortis ſententiam non dediſſe, ſed diſtuliſſe de futuro vt iuſtitiam ſuam miſericordiæ temperamento leniret: ſic D. D. Bernar. Bernar. ſer. de S. Mart. *Terra es & in terram ibis grauis ſententia ſed non ſine grandis miſericordiæ temperamento, dura admodum, ſed indulgentiæ plena, ſi peccatori diceretur ſtatim, morte morieris, iuſta quidem eſſet ſententia, ſed ſine miſtura miſericordiæ, at non infernus confitebitur tibi nec mors laudabit te, Domine, ſed nos qui viuimus, benedicimus te, pepercisti ergo Domine creaturæ tuæ, pepercisti gloria nominis tui, non damnans hominem in loco perditionis, ſed in loco afflictionis humilians, donec reuertaris, inquit, in terram. vere Domine cum iratus fuiſſes, miſericordiæ meminiſti.*

## *Memoria mortis ad omnia peccata vitanda neceſſaria eſt.*

*Puluis es, & in puluerem reuerteris*, Cur poſt laborem & dolorem addit donec reuertaris in terram? 598 nonne ſciebat moriturum, cum ei dixiſſet, io quacumqoe die comederis morte morieris? in memoriam reuocat ei ſuam diſſolutionem, & nobis omnibus, vt continuò præ oculis habentes, ſit nobis remedium ad omnia vitanda peccata; obſeruat Rup. lib. 5. c. 24. *Nos hodie cum tam multos quotidie carne quoque morientes videamus, laſciuiente ſanguine iocamur, & redimus, iamq; gaudiis æternis priuati, & mox temporalibus quoque priuandi, tamen læti ſumus: quid, inquam, ſi interim dum viuimus abſque laboribus & abſque ſudore vultus ſui, omnis homo pane ſuo veſceretur? cum ſemper in ſolitudine famis, & alternante diuerſarum rerum penuria, nunquam de imminente morte nobis incertis tamen adhuc, ſemetipſam caro noſtra præ ſuperbia neſciat, & libidinibus diffluat? bene ergo Deus bonus ne malam mortem homo anima ſua neſciret, & ſecus vſque ad vltimi iudicij diluculum, in ſuis voluptatibus dormiret morte carnis illum percellit, vt ſaltem eius inſtantis metu aliquis euigilet, & quia ſaturitas panis & oſtium, iſtam quoque poſſet abolere ſollicitudinem, voluit illum non ſine laboribus & ſudore vultus ſui veſci pane ſuo, quinetiam fortiter laborantem, nonnumquam ſterilibus annis magna ex parte priuari fructu ſuo.* Rup. l. ca. in Ioan. c. 24.

## *Nos eſſe mortales poſt peccatum, gratiæ diuinæ tribuendum.*

*Puluis es, & in puluerẽ reuerteris*, Magnus rigor 599 & Dei viodicta tibi videbitur, quod in puluerem ſit reuertendus poſt peccatum; oam maximus dolor eſt, animam ſeparari à corpore, parentes & amicos relinquere, &c. reſpondebit tibi Rup. lib. 5. in Gen. c. 25. *Quod non iratæ iuſtitiæ, ſed miſerantis eſt gratia, quod vitiatum hominem Deus mortalem voluerit eſſe, interim dũ viuis, in laboribus pane ſuo veſci, vt videlicet antequam dies iudicij, quo cum antiquo peccatore diabolo damnandi ſunt omnes iniqui, reſipiſcant aliqui doloribus, & denique ipſa morte eruditi, quatenus vel ſola vexatio det intellectum auditui.* Rup lib 5. Gen. c. 25.

## *Mors certiſſima.*

*Puluis es*, Cur quæſo qui eraot adhuc carne & 009 ſanguine compacti, iam in puluerem reſolui dicebantur? quia ita mors certiſſima, ſi effectus moriendi ſpectetur, vt qui viuit, poſſit dici mortuus, & puluis, qui iam diſſolutionem hominis ſignificat: ſic D. Greg. lib. 24. Moral. c. 27. *Et ſi viuentem carnem nec dum in terram mors ſoluerat, hoc tamen apud ſe erant, quod ſe futuros abſque dubitatione præuidebant.* Greg. Mo.

## *Mors finis malorum.*

*Puluis es, & in puluerem reuerteris*, Expendamus 601 verborum ordinem, & inquiramus, cur cum mortem comminatus fuerat, non dixit quia audiſti vocem vxoris tuæ, reuertere in terram, ſed poſt pœnas ſibi impoſitas, & miſeriam ſuſtioeodam, addit mortem? donec inquit reuertaris in terram? optime poſt

pœnas quas debebat ſufferre, mortem declarat, quaſi illius miſertus diceret, mortem tot miſeriarum metam largior: ſic D. Ambr. l. de fide, vbi cùm præfata verba adduxiſſet ait: *Habes pœnarum ferias, quia aduerſus ſpinas ſæculi huius & ſollicitudines mundi, mors pro remedio data eſt, quaſi finis malorum: non enim dixit, quoniam audiſti vocem mulieris, reuerteris in terram, hoc enim eſſet pœnalis ſententia, quemadmodum eſt illa: maledicta terra, ſpinas & tribulos germinabit tibi, ſed dixit manducabis panem tuum in ſudore, donec reuertaris in terram, vnde mortem magis metam eſſe noſtrarum pœnarum, quam curſus huius vitæ, indicitur.*

Amb. li. de fide.

## *Memoria mortis neceſſaria ad deprimenda carnalia deſideria.*

603 *Puluis es & in puluerem reuerteris*, Nõne dixeras homini quod in quacumque hora comederet, morte moreretur? cur ergo ad illius memoriam reducis, quod puluis eſt, & in puluerem reuerteretur? nota quod poſt eſum fructus vetiti, cognouerunt ſe eſſe nudos id eſt titillationes carnis, & illecebras illius ſentire cœperunt, ex quibus quis dubitat naſci deſideria carnis? recte igitur ſtatuitur ei mors denuo ante oculos, quia nihil vtilius eſt memoria illius ad carnalem concupiſcentiam deprimendam: ſic S. Idiota lib. 5. de morte, *Aſſidua memoria mortis prodeſt, Domine Ieſu Chriſte, ad deprimenda carnalia deſideria, & ad abigendas tentationes varias & diuerſas, quæ ſeparant animam à te, nihil enim tantum valet ad dominanda deſideria, quantum cogitare qualis ſit ipſa futura mors.*

Idiot. lib. 5. de morte.

## *Mortis memoria vtilis ad eleemoſynam elargiendam.*

604 *Puluis es & in puluerem reuerteris*, Certum eſt hanc pœnam comprehendere vniuerſum genus humanum, quod mortis futuræ voluit eſſe memor, ſed cùm nihil triſtius morte, cur continua nos vult affici triſtitia, mortem ante oculos ſemper habentes? nota homines eſſe illiberales; qui autem cogitat mortem nulla bona temporalia ſecum deferre non ignorat: rectè igitur vniuerſum genus humanum perpetuò diſſolutionis ſuæ voluit eſſe memor, vt hac recordatione pauperibus eleemoſynas largiretur, ita citatus Idiota, *Prodeſt etiam Domine ad erogationem eleemoſynarum: non enim ſunt bona hominis, quæ ſecum ferre non poteſt, ſola namque miſericordia comes eſt defunctorum.*

S. Idio. cit.

## *Mors primi hominis & Chriſti Domini longe diuerſa.*

605 *Puluis es & in puluerem reuerteris*, Cum hæc pœna propter peccatum ſuum fuerit impoſita, quomodo comprehendit etiam Chriſtum Dominum, qui non eſt transgreſſus præceptum Dei ſimul cum aliis hominibus; & tamen cum illis etiam mortem ſubiit? dico longe diuerſam eſſe mortem primi hominis à morte Chriſti Domini; illa enim in pœnam peccati, iſta autem in ſatisfactionem culpæ & pœnæ aliorum, tum etiam diuerſa, vt ait Thalaſ. cent. 4. *Quia ſicut Adam in mortem incidit præuaricando, ita & ſaluator obediendo mortem trucidauit.*

Thala. cent. 4. num 50.

## *Mortis tempus non idem omnibus ſtabilitum.*

606 *Puluis es & in puluerem reuerteris*. Video pœnã ſtabilitam non autem tempus illius ſoluendæ; poſſumus igitur retrahere conſiderationem à mortis memoria, cùm poſſimus exiſtimare non eſſe futuram niſi in fine ſæculi: ſed ne decipiaris quamuis mortis tempus non idem omnibus ſtabilitum ſit, tamen per mortem omnes cito corrumpemur & deficiemus, ſic citatus Idiota, *Neceſſe eſt omnes homines per mortem corrumpi & deficere, & multiplici ſubiacere miſeria, ſicut enim, Domine Ieſu Chriſte, omnes ſtellæ quæ ab oriente veniunt, quamuis ſint magnæ claritatis & virtutis, tendunt tamen ad occaſum, & ibi ſecũdum diuerſos circulos aliæ tardius, aliæ velocius ſe ſe à noſtris aſpectibus abſcondunt; ſic etiam homines vniuerſi qui ab oriente, id eſt per natiuitatem intrant in mundum, quamuis ibi aliquandiu rutilent & clareſcant; neceſſe tamen eſt quod tandem ad occaſum mortis, alij tardius, alij citius ſecundum curſum durationis, quem à te acceperunt, veniant, decidantque, & à mundi aſpectibus ſe ſe ſubtrahant & recedant.*

Idio. lib. 5. de morte.

## *Mors à morſu dicta.*

607 *Puluis es & in puluerẽ reuerteris*, Applicat his verbis pœnam mortis quam antea minatus fuerat, dicens in quacunque hora comederis morte morieris; ſed cum de morte toties loquamur, an ignorare debemus illius nominis etymologiam? nota primos parentes per morſum fructus vetiti mortem incurriſſe; recte igitur dicemus mortem à morſu nuncupari; ſic D. Iulian Arch. Tolet. lib. 1. de origine mortis c. 4. *Mors à morſu primi hominis appellata, nam cum primus hominum generis parens, lignum vetitum per inobedientiam contigit, per morſum mortem incurrit.*

D. Iulian.

## *Mors ex inobedientia.*

608 *Puluis es & in puluerem reuerteris*. Si homo creatus eſt immortalis, ita vt mori non poſſet, perſeuerante ſtatu innocentiæ, quomodo Deus prædicit eum morti ſuccumbendum, cum mors immortalitatem deſtruat? nonne tranſgreſſus eſt inobedientia ſua Dei præceptum? recte igitur de immortali mortalis, quia ex inobedientia mors ipſa; ſic citatus Iulianus c. 3. *In Paradiſo præceptum conſtitutus accepit, vt qui poſſe non mori & poſſe mori habuit in natura, aut exequutione præcepti vitalis, probatus obediens, ſi fieret immortalis vt mori vltra non poſſet, aut præuaricatione eius deprehenſus inobediens, ſic inciperet eſſe mortalis, vt mortem vitare non poſſet, hæc mihi videtur cauſa qua primus homo præceptum accepit, vt iuſta pœna ſit quæ peccati merito & ſuæ præuaricationi acceſſit.*

Iulian. c. 3.

## *Mortis cognitio eadem eſt ac vita æterna.*

609 *Puluis es & in puluerem reuerteris*. Nonne ſufficiebat à Paradiſo expulsũ hominem, vitam miſeram degere ſine ſeparatione animæ à corpore? maxima Dei fuit miſericordia erga hominem, ſcire tandem ſe moriturum eſſe, vt vitam æternam non ignoraret ſe conſequuturum eſſe; mortis enim & gloriæ eadem eſt cognitio & conſideratio: ſic D. Ant. Magn. Epiſt. 2. *Quicumque cognouerit propriam mortem, iſte iterum cognoſcet etiam ſuam æternam vitam.*

Anto. Ma. Epiſt. 2. ad fratres.

## *Mors corporis à Deo eſt.*

610 *Puluis es & in puluerẽ reuerteris*. Si pœnam mortis homini conſtituis, dicemus te illius authorem eſſe, contra id quod Sapientiæ 13. dicitur Deus mortem non fecit, tamen hac non obſtante authoritate, mortem tolerare debemus tanquam à Deo in pœnam peccati prouenientem; ſic Dionyſ. Carthuſia. *Certũ eſt quod mortẽ culpæ Deus non fecit, quæ mors*

Sapient. 13.

Dion. Car.

*ipſum eſt formaliter peccatum, mortem vero corporalem quæ non eſt niſi priuatio ſeu terminus vitæ, aut ſeparatio animæ à corpore, Deus non fecit directè, ſed potius concomitanter, vnde mors aliquomodo à Deo eſt, veruntamen in quantum mors eſt pœna peccati directè à Deo eſt, qui teſtatur ego occidam & ego viuere faciam.*

*Per mortem fides ſtabilitur.*

611 *Puluis es & in puluerem reuerteris.* Non miror primum hominem mortem ſubire, nec etiam plurimos infideles, qui non fuere baptiſmate regenerati, ſed ſolum Chriſtianos, cùm per gratiam baptiſmatis reatus eorum deletus fuerit, nam mors quæ in B primum hominem venit, ex malo inobedientiæ accidit, & ideo pro originali illo peccato mortis vnicuique conditio impertitur, Chriſtiani autem quorum originale peccatum in baptiſmate ſoluitur, cur mortis huius ſupplicio tenentur? Nota nos immortalitatem corporis noſtri credere: rectè ergo etiam regeneratis mors contigit, vt fides eorum ſtabiliatur: ſic ſanctus Iulian. citatus cap. 19. *Si regenerationis Sacramentum continuò ſequeretur immortalitas corporum, ipſa fides eneruaretur, quæ tunc eſt fides, quando in re non videtur, fidei autem robore in maioribus dumtaxat ætatibus, etiam mortis fuerat timor ſuperandus.* C

Iulia. c. 19.

*Sine morte in pluribus nulla foret gloria.*

612 *Puluis es & in puluerem reuerteris,* Certum eſt hanc pœnam etiam iuſtiſſimos comprehendere, quod quidem iniuſtum mihi videtur, vbi enim nulla culpa, nec pœna eſſe deberet, cur ergo morti ſubiiciuntur? Nota plures martyrio ſuo gloriam conſequutos: bene igitur obnoxij ſunt morti etiam iuſti, culpa carentes, vt ea mediante gloriam conſequantur æternam: ſic D. Iulianus cap. 9. *In martyribus nulla eſſet certaminis victoria, nulla gloria, quia nec ipſum omnino eſſet certamen, ſi poſt lauacrum regenerationis, iam ſancti non poſſent mortem perpeti corporalem.* Vides igitur quomodo mors ſit vtilis, cùm nec martyres ſine ea gloriam martyrio debitam aſſequerentur. D

Iulian. c. 9.

*Memoria mortis ad humilitatem præcipue acquirendam neceſſaria eſt.*

613 *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Magna hominis punitio videtur, ita vt fiat puluis viliſſimus & abiectiſſimus, vermiumque alimentum, qui antea ipſius Dei manibus formatus fuerat, nihilominus fuit Dei maxima miſericordia, dixiſſe eum puluerem eſſe, & in puluerem reuerſurum, vt memoria mortis ſuperbiam deponeret, & ſic humiliaretur: E ita Rup. lib. 2. de vict. verbi Dei c. 16. *Ad virum & ad mulierem quæcumque dicta ſunt, etiam ipſa mors corporis, quam imponens miſericors Deus, quia puluis es, & in puluerem reuerteris: verba ſunt ſaluare cupientis, & iam vias hominis auerſi ſepientis ſpinis, vt ſaltem ſola vexatio det intellectum auditui, memoremque faciat hominem ſuæ conditionis, vt humiliatus corrigi poſſit & ſaluari.*

Rupertus.

*Memores mortis, æternæ gloriæ participes.*

614 *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Diximus maximam Dei miſericordiam his verbis ſignificari, F vt eum ſcilicet inſtrueret de memoria mortis, qua reprimeret ſuperbiam: ſed ſolumne memoria mortis vtilis eſt humilitati comparandæ? minime, nam cum ad aiiciendum eum de paradiſo dixerit, in puluerem reuerteris, ſignificat ſi ad paradiſum verum

A regredi vellet, nullum efficacius remedium, quàm recordari ſe moriturum: hoc ſubtiliter confirmat Albert. Mag. ſer. 74. qui explicans illud Matt. 22. ite ad exitus viarum, & quoſcumque inueneritis, vocate ad nuptias, per has nuptias gloriam intelligit; difficultas eſt, cur tamen ſoli qui in exitibus viarum erant, introducuntur ad huiuſmodi nuptias? reſpondet, *Illi qui ſunt in exitibus viarum, mortem ſuam iugiter proſpiciunt, & qui ſe credunt quotidie morituros; & certe tales dignos ſe efficiunt, vt ad Chriſti nuptias introire mereantur: quicunque enim mortis ſuæ efficaciter recordantur, ſtudent eſſe patientes, continentes, & obedientes.*

Alb. Mag. ſerm 74. Matth. 22.

*Sine morte nulla ſpes.*

*Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Cur hanc 615 pœnam mortis in aliam non commutauit Deus, cum ea nihil ſit terribilius? ſuauior autem pœna videretur conſtituenda, ſoli vnius præcepti tranſgreſſioni: Nota quod media ſpe vitam æternam conſequimur, ita vt ſpes non ſit temporalis vitæ ſed æternæ; non ſine myſterio igitur mors in aliam pœnam non eſt mutata, quia ſine illa poſt peccatum nulla ſpes haberetur: ſic Iulia. Pomerius cit. à S. Archiep. Toler. eiuſdem nominis, c. 9. *Ideo regenerati hinc ad æternam beatitudinem tranſire ſine carnis morte non poſſunt, quia non præſentis vitæ, ſed futuræ omne bonum, quod in eis ſacramenta quibus regenerantur, efficiunt, & vtique ſi ſpe ſalui fiunt quicunque ſaluantur, & ſpes non temporalis vitæ ſed æterna eſt, non ſpe aliqua ſaluarentur regenerati in Chriſto, ſi non ad æternam beatitudinem conſequendam, quæ non videtur cui militat ſpes, ſed propter hanc viſibilem vitam ſine termino poſſidendam, viderentur velle in Chriſto renaſci.*

Iuli. Pome. cit. à S Iul. Archiep.

*Mors incerta, vt inimicis parcamus.*

*Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Fateor homi- 616 nem corporis ſui diſſolutionem mereri: ſed cur ſaltem mortis ſuę non aſſignaſti ei terminum? ſic enim ſciens ſe moriturum ſuorum geret pœnitentiam peccatorum; nota ita aliquos eſſe impios, vt ſi alios proſequerentur odio, ſcientes terminum vitæ ſuæ, ſine vllo timore eos interficerent; merito igitur non eſt nobis notum moriendi tempus, vt ſaltem inimicis noſtris condonemus, & eos non perſequamur: ſic Anaſt. Epiſc. Niceen. qu. 59. in ſcripturam, qui inquirens cur non præſciunt homines diem mortis ſuæ, ait: *Si hoc præſcirent multa fierent abſurda, vnuſquiſque enim habens inimicum, & ſciens quod appropinquat ſuæ mortis diem, interimeret eum, morte afficeret, reputans quod ſiue à Deo, ſiue ab homine eſſet ſibi moriendum, lubenter moreretur, inimico ſuo prius interfecto.*

Anaſt. Ep. Nice q. 59. in ſcript.

*Mortis nullus timor debet eſſe.*

*Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Quis hanc 617 pœnam audiens non ſolum primo parenti, ſed etiam ſibi impoſitam non formidet? itane Deus immortalis vitam miſeram nos ducere permittis, vt continuo timore afficiamur? Nota nullum futurum eſſe timorem, in eo qui certo ſciret cito ſe ab immenſis miſeriis liberandum: nullus ergo mortis timor nobis ſubſit, ſed potius diem mortis amplecti, quam timere debemus, cum in eo à tot miſeriis eripiamur: audi D. Cypr. lib. de mortalitate, *Regnum Dei, fratres chariſſimi, eſſe cœpit in proximo, præmium vitæ, & gaudium ſalutis æternæ, & perpetua lætitia, & poſſeſſio paradiſi ſemper amiſſa mundo tranſeunte iam veniunt, iam terrenis cœleſtia, & magna paruis, & caducis cœleſtia ſuc-*

Cypr. li. de Mortali.

*cedunt, quis hic anxietatis & ſollicitudinis locus eſt? quis inter hæc trepidus & mœſtus eſt? niſi cui ſpes & fides deeſt.*

### *Ita viuere debemus, quaſi iam eſſemus morituri.*

618 *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Cur ô Deus immortalis diem mortis ei non aſſignaſti, dicens, vſque ad annum nongenteſimum vitam duces? vltimum vitæ illius, nec noſtræ aſſignauit, vt ſemper ita viueremus quaſi iam eſſemus morituri: ſic Rup. l. 1. c. 5. *Mortis diem vel horam homini incognitam eſſe voluit, vt dum naſcitur, quando ſit, qua ſine dubio futura eſt, ſemper ſollicitum reddat, ſemperque ſuſpectum, ſuperbire non ſinat: dixit enim indefinitè donec reuertaris in terram de qua ſumptus es, & non dixit vſque ad tot annos vel dies, quibus tranſactis ſtatim reuerteris in terram de qua ſumptus es: ita ergo viuere hominem voluit, quaſi altera die iudicandum, & rationem de propriis factis redditurum.*

Rupert. li. in Ioa. c. 3.

### *Nullus ſtatus vitæ noſtræ.*

619 *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Nonne homo ita conditus eſt, vt manente illo deciderent tempora, nec cum temporibus ipſe tranſiret, ſtabat enim quia nequaquam ad vitæ terminum per dierum incrementa tendebat, quomodo ergo nunc ei dicitur, in puluerem reuerteris? quod inconſtantem vitæ ſtatum illius dicit, & quod ſimul cum tempore tranſibit? Nota quod poſt peccatum hæc ſententia lata eſt; non eſt ergo mirum ita ei dictum fuiſſe, quia ſine mora tranſiés vita noſtra, fluit vſque ad terminum ſuum, nempe mortem: ſic D. Gre. Mag. l. 15. Mora. c. 26. *Vbi vetitum contigit, mox offenſo creatore cœpit ire cum tempore, vnde & ei dictum eſt, terra es, & in terram ibis, ſtatu videlicet immortalitatis amiſſo, curſus eum mortalitatis abſorbuit, & dum iuuentute ad ſenium, ſenio traheretur ad mortem tranſeundo, didicit ſtando, quod fuit, cuius nos quia de propagine naſcimur, radicis amaritudinem quaſi in virgulto retinemus, nam quia ex illo originem ducimus, eius curſum naſcendo ſentimus, vt eo ipſo quotidiano momento quo viuendi nobis ſpatium vnde creſcere creditur, inde decreſcat, quia dum infantia ad pueritiam, pueritia ad adoleſcentiam, adoleſcentia ad iuuentutem, iuuentus ad ſenectutem, ſenectus tranſit ad mortem, in curſu vitæ præſentis, ipſis ſuis incrementis ad detrimenta impellitur, & inde ſemper deficit, vnde ſe proficere in ſpatium vitæ credit.*

Greg. Ma.

### *Labor inſipidum ſapidum efficit.*

620 *Puluis es, &c.* Sed antea dixit, in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, cur ſudorem vultus primo loco appoſuit, deinde panem? Nonne ita elegauter loquutus fuiſſet Moyſes, pane veſceris in ſudore vultus tui? Sudorem & laborem primo loco appoſuit, vt declararet ipſum laborem ſapidum eſſe, ita vt etiam ipſum panem, ſi inſipidus eſſet, dulceſceret, & ſaporaret: ſic Gen. in Pſal. 133. *Labor eſt ferculum ita ſuaue, vt omnia etiam ſi amara, dulceſcere faciat.*

Genebr. in Pſalm. 133.

### *Ex gula mors, & vita infœliciſſima.*

621 *Puluis es, &c.* Non ſolum hoc dixit, ſed etiam in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua ſumptus es, nonne in Paradiſo conſtitutus, gaudens deliciis omnigenis, ſine labore cibum ex arboribus ſumens, & quaſi immortalis? Quomodo ergo nunc dicit Deus quod in labore & ſudore veſcetur pane ſuo, quod in terram reuertetur? Nonne tranſgreſſus eſt præceptum ieiunij quod Deus ei impoſuerat? Nonne deditus gulæ accepit vetitum? Quid igitur mirum tot ei miſerias contingere? Quia earum eſt origo gula: ſic D. Chryſ. ſe. 2. de ieiunio, *Si huic voci (nempe de ligno ſcientiæ boni & mali non comedes) conſenſiſſes ſecundæ vocis ſententiam non meruiſſet audire: terra es & in terram ibis. ſed quia huius vocis præcepta contempſit, ideo mors, & dolores & animi cogitationes & mentis anguſtiæ, & ipſa vita omni morte grauior eſt, propterea ſpinæ & tribuli, propterea dolores & gemitus, & humani generis vita nimio dolore contereretur, vides, quemadmodum Deus commouetur, cum abſtinentia ieiuniumque contemnitur, ad vindictam violatam ieiunij, mortem violatori conſtituit.*

Chry ſer. 2. de ieiun.

### *Quo quis in re facili non obedit, eius inobedientia deteſtabilior, & pœna grauior.*

622 *Puluis es, & in puluerem reuerteris,* Itane graue eſt illius peccatum, vt ei pœna adeo grauis imponatur, nempe mors? Inſpiciamus quod ei à Deo dictum fuerit, de omni ligno Paradiſi comede, de fructu vero ligni ſcientiæ boni & mali ne comedas, quid facilius, quam hoc præceptum obſeruare, cùm inter tot fructus arborum ab vno ſolo prohibeatur? Tamen tulit de fructu illius & comedit, quænam hæc inobedientia? Grauiſſima, quia quo quis in re facili non obedit, eius inobedientia grauior & deteſtabilior: ſic D. Aug. lib. 14. de Dei ciuit. c. 15. *Sicut Abrahæ, non immerito magna obedientia prædicatur, quia vt occideret filium res difficillima imperata, ita & in Paradiſo, tanto maior inobedientia fuit, quanto id quod præceptum eſt, nullius difficultatis fuit,* deinde ſubiungit, *vbi magna eſt inobedientia pœna propoſita, & res à creatore facilis imperata, quiſnam ſatis explicet, quantum malum ſit non obedire in re facili, & tantæ poteſtatis imperio, tanto terrenti ſupplicio?*

Aug li. 14. de Dei ciu. cap. 15.

### *Otium vult vitari Deus.*

623 *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Audiuit, ſed antea tranſgreſſori inter alia ait, in laboribus tuis comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, cur eum deſtinat labori & ſudori? Nonne aliam pœnam imponere potuiſſet? Merito laborem imponit quia nihil magis aduerſatur humanæ naturæ quàm otium: ſic D. Chry. de prouid. lib. 1. cap. 2. *Non his tamen contentus fuit, minime, imo & ſudores illi adiecit, & labores, nihil enim minus otio & quieti natum, quam hominis natura: ſi enim his addicti ne ſic quidem peccare deſiſtimus, quo ſcelerum progreſſa non eſſet audacia noſtra? Si nos affluere delitiis, & otio conſtituiſſet Deus, omnia enim in Eccleſ. 33. mala docuit otioſitas.*

Chryſo. de prouid. l. 1. cap. 2.

### *Obliuio mortis malorum cauſa.*

624 *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Cum quodlibet verbum in ſacra ſcriptura fœcundum ſit ſenſibus, non grauabor iterum inquirere, cur hanc pœnam impoſuerit homini, illiuſque memoriam habere voluerit? Nota primum parentem ſi forte ante oculos mortem quam Deus ſibi minatus fuerat, habuiſſet, in tam graue delictum miſerè non cecidiſſet; voluit igitur hanc pœnam mortis memoriæ inculcare, ne eius obliuio ad alia prouocaret crimina; cùm plurimorum ſit origo malorum: teſte S. Idiota;

Idio l. 3. de conſ. mort. *Quia mortem tanquam fatuus, imo tanquam demens, quaſi procul ſit conſidere, vitam meam miſeram emendare negligo, & conuerſionem meam differo, in voluptatibus & delectationibus corporalibus, peccatiſque variis, & diuerſis tempus meum miſerabiliter expendo, & conſumo, vix de anima mea, ac de tuo beneplacito aliquantulum cogitando:* Vides obliuionem mortis quantorum ſit origo malorum.

*Superbus deprimitur.*

625 *Puluis es & in puluerem reuerteris*, Quomodo hominem paulo inferiorem Angelis, ad terram & puluerem reducis, & in numero etiam animalium infimorum conſtituis? ſcimus Adamum ſuperbia peccaſſe; rectè igitur nunc puluis dicitur, imo & in puluerem reuerſurus, quia qui ſuperbus extitit, merito deprimitur: ita Moſes Barſep. 1. part. de Paradiſo: Moſ. Barſ. *Sicut conditionem Adami mirifice extulerat, dum ipſum crearet, vt quemſe ad ſuam ipſius imaginem ſimilitudinemque fingere dicere, ita vt affectauit diuinitatem, pro fallacis ſerpentis conſiliis, illam eandem ad terram vſque deprimit, demonſtrans ex puluere conſtare.*

*Defectus cognitionis propria, occaſio peccati.*

626 *Puluis es & in puluerem reuerteris*, Nonne ſciebat ſe eſſe puluerē, cum ex eo formatus fuerit? ſuperfluum igitur videtur eſſe hoc ei annuntiare, ſed ſolum ad pœnam ſufficiens eſſet prædicere, in puluerem reuerteris? nota quod ait Moſes Barſepha, Adamum ante hoc oraculum, *Quia puluis es*, neſciuiſſe ſe eſſe de terra formatum, quid miraris ergo in tam graue incidiſſe peccatum, cùm ſui cognitionem non habuerit? defectus enim illius plurimorum occaſio malorum: ſic D. Chryſ. ſuper cap. 11. Gen. Chryſo. in cap. 11. Ge. *Hoc eſt quod humanum genus perdit, quia non vult naturæ ſuæ menſuram agnoſcere.*

*Inuitamur ad peccatum odio habendum.*

627 *Puluis es & in puluerem reuerteris*, Quaſi dicat postquam ærumnoſam laborioſamque toleraueris vitam, (ſicut prædixi) moriturus deinde es, atque in id diſſolueris, quod antea fuiſti; peccaſti enim, & ſic graues luere debes pœnas: ſed quid præter hoc Adamum commonefacit? non eſt dubium tot genera pœnarum ſubire peccati occaſione? inſtruit igitur eum maxime odio proſequendum eſſe peccatum, ſi propter illud tot calamitatibus & ęrũnis obnoxius redditur: ſic citatus Epiſ. Cirus, Moſ. Barſ. *Hiſce verbis multarum rerum comonefacit Adamum Deus, & docet quantis ipſum malis implicauerit peccatum, atque adeo hoc proſequendum odio eſſe, fugiendumque merito.*

*Ex muliere nobis tot mala euenere.*

628 *Puluis es & in puluerem reuerteris*, Vnde huiuſmodi ſeparatio corporis ab anima? vnde totius generis interitus? tot calamitates & miſeriæ? accuſabis hominem, quia præceptum Dei trangreſſus eſt, horum cauſam fuiſſe, & rectè; ſed quis occaſionem tot malis præbuit? non ignoras mulierem fructum vetitum excerpſiſſe ab arbore & comediſſe, nec non dediſſe viro ſuo qui comedit; non accuſaberis igitur accuſans mulierem, & dicens omnium malorum noſtrorum occaſionem fuiſſe, habes enim teſtimonium veriſſimum D. Anaſt. Syn. lib. 11. hexam. Anaſt. Syn. lib. 11. hex. *Quid dicis, ô homo? terribiles à Deo criminationes ſunt in te intentatæ propter mulierem, & execrationes, & pœnæ, & ſententiæ, & mors, & exterminatio, & dolores, & tribuli, & ſudores, & iræ, & quæcumque ſunt grauia.*

*Reſurrectio in ipſa morte præfiguratur.*

*Puluis es & in puluerem reuerteris*, Cum diſſo- 629
lutionem primi hominis enuntiare poſſet aliis verbis, vt puluis es & in puluerem euaneſces, cur ita factum non eſt? aduerte quod poſtquam dixit in puluerem reuerteris, addidit ex qua ſumptus es: ſed ad quid hæc additio? quid enim illi prodeſt ſi in puluerem debet reuerti, agnoſcere ſe eſſe ex ipſo puluere? dico in huc ſpem reſurrectionis dari: ſenſus enim eſt, in puluerem reuerteris, ſed in puluerem ex quo te formaui, potens ego ſum ex eadem materia te reformare: ſic Procopius, Pro. in Ge *Hi reſurrectionis ſeminat ſpem, ſi enim te in rerum exordio ex terra accepit, inde te in nouiſſimo recipere poterit, quapropter dixit in terram reuerteris, nec penitus euaneſces.*

*Peccatum ita enorme, vt quaſi Deus noluerit illud nominare.*

*Puluis es & in puluerem reuerteris*, Hic deſignat 630
mortem corporis, ſed cum etiam ſpiritualiter fuerit mortuus, nonne conuenientius fuiſſet ei ſuum crimen patefacere, dicens puluis es, & tamen tantæ audaciæ fuiſti, vt contra præceptum meum, peccatum committeres? mortem ſpiritualem non ei annuntiat, quia huiuſmodi mors, quæ eſt peccatum, ita enormis eſt, vt Deus illam nominare noluerit: ſic aliquomodo D. Eucherius, D. Euche. *Dicendo puluis es & in puluerem reuerteris, mortem ſignificauit corporis, quæ illi fit anima diſcedente, propterea de morte ſecunda nihil dixiſſe credendum eſt, quia occultam eſſe voluit propter diſpenſationem teſtamenti noui, vbi ſecunda mors apertiſſime declaratur.* Quaſi diceret, in principio quia ſatum erat peccatum non nominandum erat, hoc nimis enim enorme cenſebatur, nunc autem cum commune pluribus & cognitum ſit, non ita ab eis abominandum videtur, & ideo à quocumque nominatur.

*Per peccatum, homo bellua eſt.*

*Puluis es & in puluerem reuerteris*, Hanc com- 631
munem diſſolutionem habet homo cum animalibus, nonne antea immortalis erat cum Angelis? quomodo igitur nunc mortalis effectus cum terræ animantibus? quia per peccatum in numero belluarum eſt conſtitutus: & ſic eandem conditionem ſortiri debet: *O miram rerum mutationem!* (ait D. Ber. ſer. 35. in Cant) Ber. ſer. 35. in Cant. *habitabat homo in Paradiſo & in loco voluptatis conuerſatio eius, nihil moleſtiæ, nihil indigentiæ ſentiebat, & odoriferis ſtipatus malis, fulcitus floribus, & honore coronatus, & conſtitutus ſuper opera manuum Plaſmatoris, magis autem ob inſigne diuinæ ſimilitudinis præcellebat, & erat illi ſors & ſocietas cum plebe Angelorum, & cum omni militia cæleſtis exercitus, ſed mutauit iſtam gloriam Dei, in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum*, quod proprium eſt belluæ, fœnum enim eſt alimentum illius.

*Vita noſtra miſera, quia finis eſt puluis.*

*Puluis es & in puluerem reuerteris*, Si mortem 632
inflixit vltimum terribilium, ad quid hoc poſtremum? ad quid addidit & in puluerem reuerteris? an quia incineratio eſt ipſa morte vilior? vilior eſt, & ideo vita noſtra miſera, quia finis illi⁹ puluis; nã ſane aliquod Adamo ſolatium extitiſſet, ſi poſt mortem

in ſuo remanſiſſet eſſe eius corpus, etſi cadauer; A quod vt Dominus præſcinderet, ſciretque nullum ipſi conueniens eſſe ſolatium, qui Deum ne ſolatium ſuum contriſtatet, offendit, ideo adiunxit ad mortem, incinerationem, tanquam quid vilius & abiectius; confirmat hunc conceptum ora Chriſti Domini, qui etſi omnia voluit ſuſtinere opprobria, omneſque Adami pœnalitates; hanc tamen noluit, imo pro ea orauit, quam cum obtinuiſſet, ſic vndequaque lætus extitit, vt intus ipſam lætitiam continere non valeret, reminiſcens ſe in puluerem non reſolutum; prouidebam Dominum (inquit regius vates ex per-

Pſal. 15. ſona Chriſti Pſalm. 15.) in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commouear, propter hoc eſt lætatum cor meum, & exultauit lingua mea, inſuper & caro mea requieſcet in ſpe: vnde ei tanta lætitia? ni fallor quod etſi tormenta, afflictiones, crucem, mortem tandem ſe ſubiturum vidiſſet, tamen non ſui incinerationem, non ſui ſanctiſſimi reſolutionem corporis, vnde ſequitur, *Nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem*, hoc eſt corpus meum videre incinerationem; vt inquit Euthymius,

Euthym. in hanc Pſal. *haud dubium inquit, quin de corpore dicat, quod in ſepulchro iacebat exanime.*

### *Non durat malum, vbi mortis timor ob oculos verſatur.*

*Puluis es & in puluerem reuerteris*, Damnatur

633 miſer: ſed damnationis terminus conſtituitur, donec reuertaris in terram; non ſic Angeli damnatio eſt, ſed abſolutè mittitur in ignem æternum: cur Angelo pœna ſine termino datur, & hominis pœnæ terminus conſtituitur? non ignoras ante oculos hominis pallorem mortis verſari, non autem timorem hunc Angelis propoſitum: & ideo homini non durat malum, ſed ſolum peruerſis Angelis in æternum:

Ber. in declamation. ſic D. Bern. in declamationibus ait, *Tempus mihi conſtituit, mihi dicit: donec, illi æternum parat, in ſudore inquit vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es, miſer ille Angelus de terra ſumptus non eſt, nec in terram aliquam rediturus, propterea non habet donec, ſed ignis ei paratur æternus*: potuiſſet & ipſe teterrimus Angelus ſe ab æterno liberare præcipitio, ſi puluerem haberet, quem ſibi ob oculos conſtitueret: cui puluis defuit, & defecit remedium malorum omnium, & defuit terminus ruinæ.

### *Iuſtus, cœlum Dei eſt.*

634 *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Vel vt habent Sept. terra es, & in terram ibis: ſed inſpiciamus quid dicat Deus de iuſto, anima iuſti ſedes ſapientiæ; dubium moueo, ſi cœlum ſedes Dei eſt, quomodo homo iuſtus qui eſt terra, poterit eſſe ſedes Dei? reſpondet D. Aug. in Pſal. 121. cœlum mihi ſedes eſt,

Auguſt. in Pſalm. 121. qui ſunt cœli, niſi iuſti? in ipſis ſedet Deus, & de ipſis iudicat quomodo peccator factus eſt terra, cui dictum eſt, terra es, & in terram ibis, ſic iuſtificati facti ſunt cœlum; ſed nos qui ſumus terra & puluis, quomodo in cœlum commutabimur? Hoc enim impoſſibile videtur: audi tamen eundem Aug. in Pſal. 96.

Auguſt. in Pſalm. 96. tibi reſpondentem, *Tu ſi vis, cœlum eris, ſi vis eſſe cœlum purga de corde tuo terram, ſi terrenas concupiſcentias non habueris, & non fruſtra reſponderis ſurſum te habere cor, cœlum eris.*

### *Ambitio iudicium rationis impedit.*

635 *Puluis es, & in puluerem reuerteris*, In talem miſeriam incidit, quia fructum vetitum comedit: ſed an ſuperfluum erit inquirere quomodo ita ſui oblitus eſt vt cibum prohibitum guſtauerit? ſed deſine mirari, ambitione enim forte diuinitatis ductus comedit, ambitio autem iudicium rationis impedit vt non operemur quod exequi debemus; ſic Victor Antiochenus ad caput tertium Euangeliſtæ S. Marci, qui loquens de Iudæorum crimine in Chriſtum ait: *Horum mentis iudicium impediebat ambitio, vanæque gloriæ cupido*, quaſi diceret, eum in tot [illegible] incidere crimina ambitio cauſa fuit, quæ eorum iudicium peruerterit. Vict. Ant. in ca. 3. Euangel. S. Marci.

B

### *Ambitioſus cupiens eſſe quod non eſt, deſinit eſſe quod eſt.*

*Puluis es & in puluerem reuerteris*, Nonne homo conditus eſt ita vt non moreretur, ſed ab hac vita ad æternam transferretur? Quomodo ergo in puluerem reuerſurum dicis? Inſpiciamus quæſo quid cupierit, dixit illis ſerpens: eritis ſicut dij, diuinitatis ſtudio ducti fructum vetitum comederunt: non mirum igitur in puluerem reuerſuros, cum immortales eſſent, quia ambitioſus cupiens eſſe quod non eſt, 636

C amittit eſſe quod eſt: ſic D. Auguſtinus ſermo. 4. nati. Ioan. Baptiſt. *Vnde Adam lapſus perdidit quod erat, quia quod non erat vſurpauit.* Aug. ſerm. 4. nat. Io. Baptiſ.

### *Quia contrarij ſumus voluntati diuinæ, vt in nobis adimpleatur debemus deprecari.*

*Puluis es, terra es*, Inquiunt Septuag. quo ſuppoſito ad intelligentiam cuiuſdam precationis accedamus; dicimus fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra: an minus in terra quam in cœlo voluntas Dei agitur? Omnia quidem elementa rerum, & quod in 637

D eis eſt aut ex eis eſt, eius ſubiacent poteſtati, omniſque natura illius imperiis famulatur, etiam & in aduerſas tranſit iuſſu dominantis ſpecies, vel figuras, nec eſt aliquid quod reluctetur eius dictis, cur ergo dicitur fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra? Nonne certum per ipſam terram, hominem intelligi: bene igitur precamur fieri voluntatem in terra, ſicut in cœlo, qui cum ſimus rebelles voluntati diuinæ, vt in nobis adimpleatur, debemus precari: ſic D. Paſ. l. 4. in Matth. c. 6. *Quia ſolis hominibus in terris libertas arbitrij conceſſa fuit, ſicut Angelis cœleſtibus, docemur precari vt ſicut illi iam per gratiam* Mat. ca. 6. Paſch l. 4. in Matth. cap. 6.

E *voluntati eius inhærent, vt vltra nec peccare nec quippiam contra eius voluntatem velint, aut poſſint agere, ita nos conemur, qui adhuc in terra ſimus, quatenus cum eo per eius voluntatem vnum ſimus, cæterum quod terra ſumus de maledicto eſt, quia terra es inquit, & in terram ibis, & ideo petimus vt voluntas Dei, quæ de terra cœlos fecit, fiat in nobis quatenus & ipſi cœli ſimus.*

### *Quo quis facilius peccat, eo grauius.*

*Puluis es, & in puluerem reuerteris, &c.* Cur pro eſu vnius pomi, damnatio tanta impoſita eſt? nonne 638

F mitius cum eo Deus agere potuit? vide quæſo facilitatem illorum in peccando, tulit de fructu illius nempe Eua, & comedit, deditque viro ſuo qui comedit: hæc igitur pœna non debet iudicari grauis, quia peccatum grauiſſimum: nam quo quis facilius peccat, eo grauius: ſic D. Aug. lib. 14. de ciuit. Dei c. 15. *Quiſquis huiuſmodi damnat pœnam, vel nimiam, vel iniuſtam putat, metiri profecto neſcit quanta fuerit iniquitas in peccãdo, vbi tanta erat nõ peccãdi facilitas.* D. Augu.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XX.*

V*lg.* Et vocauit Adam nomẽ vxoris ſuæ Eua, eo quod mater eſſet cunctorum viuentium.
*Septuaginta.* Et vocauit Adam nomen mulieris ſuæ vita, quoniam eſt mater omnium viuentium *ſic Ambroſius & Auguſtin[…]*

A *Cal.* Eo quod eſſet mater omnium filiorum hominum.
*Arias,* Et vocauit homo nomen vſoris ſuæ Chauach, quia ipſa fuit mater omnis viuentis.
*Caietan.* Quod ipſa fuit mater omnis viui.
*Procopius,* Eo quod ipſa fuerit mater omnis viuentis.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

HEbraicè non eſt vita, ſed Chauach quod nomen dicitur à ın Chai quod ſignificat viuentem vel animalem, ponitur autem mn Chauaeh, pro mn Chaia: nam ratio nominis eſt, quia ipſa erat futura omnium viuentium mater, Chauah autem non ſignificat viuere, ſed nuntiare; Chaiah vero ſignificat viuere, & litteræ nn ſunt ad inuicem permutabiles: Septuag. igitur legerunt vitam nomine Chaua deducto ab haja.

## EXPOSITIO VERSVS XX.

E*T vocauit Adam nomen vxoris ſuæ Eua.* Quod nomen tam apud Græcos, quàm apud Latinos corruptè legitur: nam hæc vox non capit ethymologiam, quam præbet hoc loco ſacer contextus; deberet ergo dici ſicut in Hebræo, Chauah, quod à Chai deductum, ſignificat viuentem, vel Chaia, quod vitam ſignificat.

Dubium eſt quando hoc nomen ei impoſitum fuerit ab Adamo, varij ſunt interpretes, exiſtimo hîc eſſe prolepſim, ſiue anticipationem, & ideo poſt quam eſt eiectus à paradiſo, peccato commiſſo, illi nomen indidit, non ſtatim autem vt eiicitur, quia non veriſimile videtur eum iudicio Dei vehementer premeretur, inter medias pœnas, amariſſimamque mortis denunciationem, & miſeram à paradiſo eiectionem, quaſi tranquillo animo de imponendo nomine vxori cogitaſſe: dicendũ eſt igitur illud im-
C poſitum poſt aliquod tempus à paradiſi expulſione.

*Eo quod futura mater eſſet omnium viuentium,* ſcilicet rationis participum, & in hoc non ſolum nominis Euæ ethymologiam aſſignat, ſed etiam rei veritatem declarat.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *In Sacramento altaris vitam æternam accipimus.*

638 V*Ocauit nomen vxoris ſuæ Eua, eo quod eſſet mater viuentium.* Hoc faceſſit negotium; nam nonne omnis poſteritas illius comprehenſa fuerat in pœna mortis, non ſolum quando ſeparanda erat anima à corpore, imo in prima ſua vnione cum eo contrahendum peccatum erat originale, quod vere mors dicitur? potius ergo videtur quod matrem morientium debuiſſet appellare, quàm viuentium: videamus quid Eua repræſentat è latere viri formata, niſi Eccleſiam è latere Chriſti Domini fluentem? fideles autem poſſunt dici viuentes, tum quia iuſtus ex fide formata viuit, tum quia accipientes Sacramentum Eucharistiæ vitæ immortalis participes fiunt; optime ergo Eua dicitur mater viuentium, quia Eccleſia repræſentata per eam, communis eſt parens omnium qui vere vita æterna fruuntur in Sa-
E cramento altaris: ita D. Aug. 12. cont. Fauſt. *Eccleſia* [Auguſt. 12. cont. Fauſt. Ioan. 6.] *quæ de viri ſui latere facta eſt, Eua, id eſt mater viuentium vocatur: etenim Dominus dicit in Euangelio, ſi quis non manducauerit carnem meam, & biberit ſanguinem meum, non habebit in ſe vitam, & è contra qui ſumpſerit debita cum præparatione, vita fruetur æterna.*

### *Bonorum omnium origo V. Maria eſt.*

639 *Vocauit nomẽ vxoris ſuæ Eua.* Aliqui exiſtimant Gabrielem Angelum in ſalutatione dixiſſe, Aue, quaſi nomen inuerterit primę mulieris, vnde Eccleſia in hymno illius ait, Sumens illud Aue Gabrielis ore, mutans nomen Euæ, cur Angelus hoc nomen Euæ immutat? nonne Eua fuit malorum noſtrorum origo? bene inuertit in ſalutatione Mariæ nomen Euæ, ad declarandum quod ſicut illa malorum noſtrorum fuit origo, ſic è contrario Virgo ſanctiſſima omnium bonorum futura eſſet principium: vnde
D D. Epiph. cont. hæreſ. *Eua facta eſt mortis cauſa hominibus, per eam enim ingreſſa eſt mors in mundum,* [Epiph. cõt hæreſ.] *Maria vero cauſa vitæ, per quam genita eſt nobis vita, & per hanc filius Dei acceſſit in mundum, & vbi redundauit peccatum, ibi ſuperabundauit gratia, & vnde facta eſt mors, illinc proceſſit vita, vt vita pro morte fieret, & qui per mulierem nobis vita factus eſt, mortem ex muliere inductam excluderet.*

### *Verè vita eſt Maria.*

*Vocauit Adam nomen vxoris ſuæ Eua.* Quid ſi- 640
E gnificat Adam impoſuiſſe vxori ſuæ Euam, cum ſignificet vitam, illa autem merebatur appellari mors? Adam propheticè loquitur de V. Maria, quæ verè vita eſt, & omnium viuentium mater: ſic D. Epiph. cita. hær. 78. *Hæc eſt quæ per Euam ſignificatur, quæ per ænigma accepit vt mater viuentium vocetur,* [Epiph. cit. hæreſ. 78.] *illa enim mater viuentium vocata eſt, etiam poſtquam audiuit terra es, & in terram reuerteris, poſt tranſgreſſionem, & mirum eſt, quod poſt hanc tranſgreſſionem magnum cognomen habuit, & ſecundum ſenſum quidem ab illa omnis hominum generatio genita eſt in terra, hic autem verè à Maria hæc vita mundo genita eſt, vt viuentem gigneret, & facta eſt mater viuentium; per ænigma igitur Maria mater viuentium appellata eſt.*

*Homo ab initio infidelis.*

641 *Vocauit nomen vxoris ſuæ Eua,* Quis non mirabitur, quod vbi mortis corporeæ ſententia ferebatur, puluis es & in puluerem reuerteris, illic vxorem ſuam Euam, id eſt vitam appellauit? ſi hoc aliàs dixiſſet, v. g. vbi ſuperius dixit, hæc vocabitur virago, quia de viro ſumpta eſt, ſi inquam, tunc dixiſſet hæc vocabitur Eua, quia mater cunctorum viuentium, nullam nobis admirationem excitaſſet, nunc autem cum in vtrumque ſententia mortis fertur, eam vocet Euam, id eſt, vitam, neſcio quid per hoc innuere vult Adam? ſe infidelem declarat, cum non credat ſe moriturum nec vxorem, ideo vocat eam vitam: ſic Rup. l.3. in Ge. c. 25. *Sicut ſuperius dicente Deo, in quocunque die comederis ex eo, morte morieris, non credidit, ſed comedit, quia mulierem quæ prior comederat non ſtatim corporaliter mortuam eſſe vidit: ſic & nunc dicenti, donec reuertaris in terrã de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris, ea Deo non credidit, vt è contrario vocaret nomen vxoris ſuæ Euam, id eſt vitam, eo quod eſſet mater cunctorũ viuentium.*

Rup. l.3. in Gen. c. 25.

*Mira hominis ſuperbia.*

642 *Vocauit Adam nomen vxoris ſuæ Eua.* Mira videtur narrantis digreſſio, ne dum ſententia tantæ calamitatis profertur, vt vacet hinc diuertere, ad dicendum nobis quo nomine reus iam conuictus, & pendens ſub iudicis manu, ſuam vxorem nuncupauerit; narrauerat dixiſſe Deum in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris, quis hic locus erat, vt inſereret quia appellat Adam nomen vxoris ſuæ Euam? dico non eſſe digreſſionem, ſed ſic ſe habuiſſe rerum ordinem ſicut enarratur; ſi hoc ita ſe habet, quomodo Adam cum ei dicitur quod puluis es, vxorem ſuam appellat Euam, id eſt, vitam, cum potius mortem appellare debuiſſet? in hoc mira ſuperbia hominis declaratur, qui dicenti Deo quod eſſet terra & puluis, noluit aſſentire, ſed vitam appellat vxorem, quæ mors eſſe dicenda: hoc notat Rup. lib. 3. c. 26. *Mira peccatoris ſimul & contemptoris ſurditas, & ſuperbæ mentis eius duritia breuiter deprompta eſt, quid enim inſanius, quam in tali articulo Euam dicere eam qua non habet vitam? Eua namque in vitam transfertur, dixerat autem Deum, in quocunque die comederis ex eo, morte morieris, & illa comederat, & viro ſuo dederat, & dando occiderat, & nunc impræſentiarum dicebat, quia puluis es & in puluerem reuerteris, & ſic vterque morte corporis ſcilicet & animæ iam mortuus, & adhuc moriturus erat, tam ipſe quàm vxor ſua; quid ergo inſanius quam in illo talis cauſæ iudicio, illam nuncupare Euam, id eſt vitam? quæ nec ſaltem habebat vitam, dicere matrem cunctorum viuentium, eam, quæ potius eſt mater omnium morientium.*

Rup. lib. 3. cap. 26.

*Mulier habet ſignificationem in ſuo nomine, quod garrula ſit.*

643 *Vocauit nomen vxoris ſuæ Eua.* Nomen Hebræum eſt חוה Chauuah, idem eſt atque denuntians: cur tale nomen impoſuit Adam vxori ſuæ? ſi ex ſignificato fœmineum genus credere volumus, poſſumus dicere quod videlicet prima & mater reliquarum mulierum, ſuo iam nomine loquacitatem quaſi congenitam traxiſſe videtur, cum denuncians fuerit nuncupata.

A

*Vita mors potius eſt dicenda.*

644 *Vocauit nomen vxoris ſuæ Eua, eo quod eſſet mater cunctorum viuentium.* Quid ais Adam? quomodo vxorem tuam Euam, id eſt vitam appellas cum potius mors dicenda eſſet? & cur eam matrem viuentium, & non potius morientium dicis? per ironiam vitam appellat; nam cum eſſet dolore exacerbatus propter peccatum, & pœnam mortis, & idcirco aduerſus mulierem, à qua fuerat in malum impulſus, vnde iratus, per amarum quendam iocum, acerbamque ironiam, appellat illam matrem viuentium, cum B ſerio potius eſſet appellanda mater morientium, quippe quæ ſibi & marito, vniuerſæque liberorum poſteritati, omnium malorum, & cauſa mortis extitiſſet: vnde optime Phil. Heb. lib. quis rerum diuinarum hæres, ait, *Adamum mulierem videns quamuis mortem ſuam, vitam illam nominauit, vocauit vitam,* dicatur quod ipſa eſſet mater viuentium, reuera mortuorum, iuxta vitam animæ.

Phil. Heb.

*Pater quamuis mortuus in filiis ſuis viuit.*

645 *Vocauit nomen vxoris ſuæ Eua,* Diximus ſecun- C dum Hieron. quod alia littera habet vocauit nomen vxoris ſuæ vitam, admiratur Phil. Heb. lib. quis ſit hæres. quod Adam mulierem videns quamuis mortem ſuam, vitam nominauit, cur igitur ſic eam appellat à qua initium mors ſumpſerat: potius enim videbatur appellanda mors quę morti primã viam fecit, oſtiumque aperuit? mortem vtique ſuam nouerat Adamus eam quam vitam appellauit? cum ergo ô Philo vxorem ſuam mortem cognouit, cur eam vitam appellat, reſpondet, *Ideo hoc nomen impoſuit, quia ſe per illam victurum vidit in filiis, cuius ſuaſione mortis pœnam incurrerat, nobis omnibus meruerat, filiorum ſi-* D *quidem vita parentum propria iudicatur, hiſque in illis viuere cenſentur.*

Phil. Heb. l. quis ſit harum rer.

*Superbia omnium malorum conſummatio.*

646 *Vocauit nomen vxoris ſuæ Eua,* Diximus ex mente Ruperti maximam fuiſſe hominis ſuperbiam, in hoc quod culpam ſuam deflere teneretur, ſeque iudicati vita omnino indignum eſſe, tamẽ vitam ſuam mulierem appellat: ſed vlterius addo inquirens, nonne in malitia conſummatur homo, qui plura à Deo beneficia accipiens, tamen eorum non ſolum non recordatur, & cum ingratitudini ſuæ data eſt indulgen- E tia, eam tamen non ſolum fatetur, ſed vita dignum ſe exiſtimat, & in huius rei teſtimonium eam quæ vere mors dici poſſet, vitam nuncupat? à quonam hæc conſummatio malitiæ prouenit? fatendum eſt ex ſuperbia, quæ omnium malorum conſummatio eſt: ſic Ioann. Clima. *Inanis gloria ſuperbiam peperit, quæ malorum omnium dux, & conſummatio eſt,* nam vt gradu 22. proſequitur, *eſt Dei abnegatio, inuentio dæmonum, aſpernatio hominum, condemnationis mater, ſterilitatis augmentum, laudum progenies, diuini adiutorij expulſio, ſtuporis præcurſor, lapſuum miniſtra, caſus materia, iracundiæ fons, ſimulationis* F *ianua, firmamentum dæmonum, delictorum cuſtos, duritiæ & crudelitatis artifex, compaſſionis & miſericordiæ ignoratio, amoris exactor, immitis index, Dei aduerſatrix.*

Ioa. Clim. 21. gradu de ſuperb.

*Vir Dominus vxoris.*

647 *Vocauit nomen vxoris ſuæ Eua,* Cur ſicut Deus nomen impoſuit primo homini, imo & aliquibus creaturis irrationalibus, quomodo ita dedignatur mu-

lieterem, vt ei nomen non imponat? nota nomen imponere ſignum eſſe dominij, voluit igitur Deus non per ſe ipſum, ſed per Adamum virum Euæ, eidem imponi nomen, vt agooſceret ſe dominum habere, ſic Ferus, *Quod Adam poſt peccatum nomen impoſuit, confirmat illud, quod Euæ dixerat ſub viri poteſtate eris: nomina enim imponere, ſymbolum eſt dominij, vnde & ſupra dictum eſt quod Adam animalibus nomina impoſuit.* Fer. in Ge.

### *Filius magis matris eſt quam patris.*

648 *Vocauit nomen vxoris ſuæ Eua, eo quod ipſa eſſet mater omnium viuentium*, Sed cur periode Adamum non ſcripſit Moſes eſſe patrem omnis viuentis, ſicut Euam prodidit eſſe matrem: pater enim longe nobiliori modo concurrit ad prolis generationem? dico ideo Adamum non patrem omnis viuentis dixiſſe, quia minus patri debemus, quam matri: hoc innuere videtur Moſes Barſepha. *Cum ait, vir dum rem cum muliere habet, ſemen inijcit neque vita neque forma præditum, at fœmina exceptum illud poſtquam in ſuo vtero infantis formam induit, atque in humanam figuram conformatum eſt, tum demum non quale vir inieceret, ſed viuens partu edit, merito ergo omnis viuentis Eua appellatur à Moſe.* Moſ Bar. 2.g. de par.

### *Humilitatis magnum eſt præmium.*

649 *Vocauit nomen vxoris ſuæ Eua*, Quomodo Adamus quando morte damnatum ſe à Deo eſſe moriturumque intelligebat, cur auguſto & fœlici illo nomine vxorem vocauit, quo mater omnis viuentis futura ſignificabatur? quod plane diuinæ illi ſententiæ aduerſum eſſe videri poterat? nota in mentem primi hominis hanc indidiſſe veritatem, vt Eua vxor ſua omnium viuentium mater futura eſſet: ſed cur tanto fauore ſui præcepti tranſgreſſorem dignatur? aduerte iterum quod ſententiam ſibi à Deo datam humiliter accepit: non eſt igitur mirum ſi Deus iterum ei confert hoc beneficium, quia humilitatis ſemper eſt aliquod præmium: hoc ſignificare videtur Batſepha, cum ait, *Adamus illam aduerſum ſe prolatam mortis ſententiam accepit quidem pro nota accuſatoria ſibi iniuſta, ſed interea Deus pro ſua miſericordia in illius mentem eam indidit opinionem, vt iam tum exiſtimaret genus humanum in vita permanſurum eſſe ſuper terram, & per hanc cauſam ſpecioſo illo nomine illam vocauit Euam, hoc eſt omnis viuentis matrem.* Barſep. cit

A *Deus cum iratus eſt, miſericordiæ recordatur.*

*Vocauitque nomen vxoris ſuæ Eua*, Diximus ſuperiori conceptu Adamum hoc nomen ſpecioſum vxori ſuę impoſuiſſe, quia Deus illi reuelauerat hanc veritatem ſcilicet futuram matrem omnium viuentium; ſed nonne Deus ira & furore percitus excandeſcebat in hominem, eo quod ſibi antepoſuerat ſerpentem? quomodo igitur ei hanc reuelationem contulit? quia Deus cum iratus eſt, miſericordiæ ſuæ recordatur: ſic Ferus, *Poteſt hoc Adæ factum in bonam partem accipi, quod ſcilicet in medio iræ Deus memor fuerit promiſsionis factæ de ſemine mulieris, quæ conterere deberet caput ſerpentis, &c.* 650 Ferus.

B

### *Aliena diſcutimus, noſtris cæci.*

*Vocauit nomen vxoris ſuæ Eua, eo quod eſſet mater viuentium*, Quomodo ita facile nomen vsori imponit ſui immemor? non enim legimus nomen ſibi impoſuiſſe: ſane in hoc ingenium humanum agnoſcitur, quod facile omnia alia à ſe diſcutit, & facile ſibi videtur illis nomen indere, vnum ſe non nouit, & cui alia omnia explorata videntur, ipſe ſe latet. ſubiicio verba Philonis lib. 1. de alleg. leg. *Adam, id eſt mens, alia nominans & comprehendens, ſubiipſi nomen non imponit, quando ſeipſum ignorat, naturamque propriam.* 651 Philo.

C

### *Ieſus efficaciſsimus pro hominum vita reſtituenda.*

*Vocauit nomen vxoris ſuæ Eua, eo quod eſſet mater cunctorum viuentium.* Quid occurrere potuit Adamo, quod inter ſententiam mortis vocet vxorem Euam, ideſt vitam? audis te, & vxorem, & filios morituros, & in puluerem conuertendos, & nihilominus coniugi nomen vitæ, & matris viuentium imponis? vnde tibi potuiſti perſuadere? meminit dormientis latus fuiſſe apertum, vt vxor inde prodiret, in quo adumbrabatur Dominici aperti lateris myſterium, quod vbi apparuit, non potuerunt & ipſi mortui non apparere viuentes: ad hæc D. Aug. tract. 120. in Ioan. *Vnus militum lancea latus eius aperuit, hoc pronuntiabat quod Noë in latere arcæ oſtium facere iuſſus eſt, qua intrarent animalia quæ non erant diluuio peritura, propter hoc prima mulier facta eſt de latere viri dormientis, & appellata eſt vita, materque viuorum*, vbi in latere Adami dormientis ex quo vxor ædificata eſt, latus Chriſti præfiguratum eſt, lancea in cruce apertum, non eſt cur non ſperet Adamus ſibi, & vxori, & poſteris omnibus etiam inter ipſum interitum eſſe viuendum. 652 D Aug. tract. 120. in Io.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXI.*

*Vlg.* Fecit quoque Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos, *ita Septuaginta.*

*Cald.* Fecit Dominus Deus Adæ & vxori eius veſtimenta honoris, ſuper cutem carnis ſuæ, & induit eos.

*Caietan.* Et fecit Iehoua Elohim Adæ & vxori eius veſtes corij, & fecit induere eos.

*Arias.* Fecit Dominus Deus tunicas pellis, & induere fecit eos.

*Tertul.* Scorteas fecit tunicas Adæ, &c.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

NE miteris aliquos habere tunicas pelliceas, alios autem ſcorteas; quidam enim exiſtimant fuiſſe ex arborum corticibus, & conformiter ſecundum Hebræum verterunt, nam עור or, ſignificat pellem, arbores etiam ſuas habent pelliculas, ex quibus veſtimenta poſſent fieri.

## EXPOSITIO VERSVS XXI.

F*Ecit Deus tunicas pellicea*s. Non metaphoricè, nec impropriè hoc intelligendum, ſed hiſtoricè, quare æſtimo ex pellibus animalium eſſe factas, ab eis cæſis detractas; cùm enim plura indiuidua eiuſdem ſpeciei animalia fuere, non eſt inconueniens hoc aſſerere, cùm propter hominem fuere creata: ratio quæ me mouet ad hanc ſequendam ſententiã, non autem eam quæ aſſerit fuiſſe ex corticibus arborum, aptatis ad veſtium humanorum vſum, ea eſt,

A quia nuſquam in ſacra ſcriptura reperies vocabulum Hebræum quod hîc apponitur, corticem arboris, ſed vbique pellem animalis ſignificare.

Cum audis, *fecit Deus, &c. & induit eos*, hoc intellige quod Deus iuſſerit fieri ab illis, feceritque poteſtatem animalia cædendi, ſi non ad victum, ſaltem ad veſtitum induit eos, id eſt, induere fecit eos, vel modum induendi tradidit eis.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deus maximè prouidus eſt.*

653 F*Ecit Dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.* Nonne, ô æquiſſime Deus, grauiſſimas pœnas propter tranſgreſſionem legis facillimæ meruerunt? cur ergo eos nudos non relinquis, vt nuditate ſuâ grauitatem peccati agnoſcamus? non ſolum Deus eſt benignus, ſed maxime prouidus, ideo idemmet eos veſtibus à ſe con-

Theodo. q. 39. in Gen. quiſitis induit: ſic D. Theodo. *Admirari oportet perennem eius bonitatem, qui etiam delinquentium curam gerat, nec veſtimentis neceſſariis eos carere permittat nudos.*

### *Verbum Dei ſigna prabet reparationis futuræ ab initio.*

654 *Fecit Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.* Cur ipſemet Deus induit? nonne ſufficiebat eis veſtes feciſſe? ad quid ergo ipſe tunicas imponit? reſpondet Thom. Angl.

Tho. Ang. in Gen. *Induit eos ad oſtendendum ſuam ad eos pietatem, vt ſic daret aliquam ſpem reparationis, eo quod incipiebat de eis curare, vnde ab iſto loco incepit noſtram neceſsitatem reuelare, & tunc conſummauit, quando ianuam paradiſi per ſuam paſsionẽ aperuit.*

### *Veſtimentis vilibus deberemus indui.*

655 *Fecit tunicas pelliceas & induit eos.* Cur pelliceas & non potius delicatas vel ſericas? potuit enim eas formare, nonne Deum offenderant? merito ergo vilibus & aſperis veſtibus voluit eos indui, vt doceat peccatores non ſe ſericis veſtimentis ornare, ſed vilioribus vti: ſic Chr. ho. 18. in Gen. *Audiant opu-*

Chr. ho. 18 in Gen. *lenti & qui luxuriant in vermium operibus, & veſtiuntur ſericis, diſcantque quomodo ab initio humanam naturam benignus Dominus docuerit, quia propter tranſgreſsionem pœnæ mortis reus erat factus homo primigena, opuſque habebat veſte, quæ* E *confuſionem tegeret, pelliceas fecit veſtes, quo docuit nos vt mollem & diſſolutam vitam fugiamus, neque inertem & remiſſam ſectemur, ſed magis auſteram amplexemur.* Lege B. Baſil. in reg. in reſponſ. ad interrog. 22. idem enim habet.

### *Veſtimur in recordationem peccatorum.*

656 *Fecit tunicas pelliceas.* Cur Deus voluit homines veſtiri? nonne ſicut ante tranſgreſſionem diuinæ legis nudi degebant, potuit etiam in eadem nuditate conſeruare? ſic enim plurimi faſtus in veſtium ornatu vitarentur, nos veſtitos voluit eſſe, vt ſemper recordaremur primi peccati quod cum primo paren- F

Chr. ho. 18. te commiſimus: ſic D. Chr. cit. *Veſtium amictus continuum nobis ſit monimentum; quo memores ſimus quantis bonis exciderimus, & dicamus quanto ſup-*

B *plicio humanum genus ad inobedientiam ſit affectum: dicant nobis igitur qui tanto vtuntur apparatu, vt iam lanæ vſum prorſus audire nolunt, ſed ſerico veſtiuntur eoque inſaniæ peruenerunt, vt animum veſtibus intexant, quare corpus ita ornas, & gaudes huiuſmodi affectu?*

### *Vſus veſtimentorum curioſus, multos è paradiſo eycict.*

*Fecit Dominus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas*, deinde ſubiungitur, *& emiſit eum Dominus de paradiſo voluptatis*, Cur veſtitum eiicit è loco 654

C deliciarum? cur nudum non expulit? verborum hãc connexionem notauit Amb. l. de reſur. cat. c. 7. induit eos, & expulit de paradiſo, indicãs fore vt vſus A. Ambro. veſtimentorum nimis curioſus, & ſuperfluus multos de paradiſo eiiceret, & in barathrum detruderet: audi Ambroſ. *Illæ pelliceæ tunicæ quas Adam & Eua paradiſum exituri induerunt.*

### *Noſtra mortalitas ſemper ante oculos habẽda.*

*Fecit Dominus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas.* Præſuppono illas tunicas pelliceas ex pellibus 658 animalium fuiſſe, cur Deus eis voluit indui primos patres, deinde ſuam poſteritatem? ſiue enim ſericis,

D ſiue laneis indumentis vtatis, animalia mortua deſignantur: non ſine myſterio à Deo hoc ordinatum fuit, ſed vt præ oculis noſtris mortalitatem haberemus: ſic D. Aug. in Pſal. 103. conc. 1. *Primi paren-* Aug in Pſ. 103. con. 1. *tes noſtri, auctores peccati generis humani Adam & Eua facti mortales dimiſsi ſunt de paradiſo, vt aut ſignificaretur ipſa mortalitas eorum, induti ſunt tunicis pelliceis; de pellibus autem tunicas factas accepimus, pelles autem detrahi non ſolent niſi de animalibus mortuis, ergo pellium nomine mortalitas figurata eſt.*

E

### *Mors per peccatum.*

*Fecit Dominus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.* Cur commiſſo peccato eos in- 659 duit huiuſmodi veſtimentis? tunica ex pellibus mortem ſignificat: bene ergo eos poſt peccatum huiuſmodi pellibus induit, vt ſignificaret ex peccato mortem ipſam fuiſſe: ſic Hippol. *Mortuum quidem veſtimentum fecit eis, quia peccato mortui fuerant, vt* Hipp mar. in cat Lip. *veſtimentum illud corporis corruptionem ſignificaret*, vnde interlin. *in tunicis pelliceis mors quæ poſt peccatum debebatur naturæ, ſignificata eſt.*

### *Mors remedium malorum.*

F *Fecit Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.* Cur poſtquam à Dei ſentẽtia 660 deficiens homo, ad delictum obſoleuit, vitiiq; quam

plurimas expreſſit in ſe maculas, quas princeps ille & errores indiderat, qui laborem, vt ſcriptura loquitur, concepit, vt hominem ad improbitatem perpetuo fraudibus ſuis trahere ac circumuenire valeret, Deus veſtiuit eum tunicis pelliceis? ſubtilis & ad D. Epiph. inſtitutum accommodata ratio D. Epiph. aduerſus hæreſ. lib. 2. hær. 64. *Omnipotens Deus, æternum illum dæmonis fraudibus, malum eſſe fructum videns, vt & impoſtor diabolus erat, propterea pelliceas & illas tunicas fecit, quo illum velut morte quadam indueret, vt ea corporis diſſolutione, quidquid eo mali productum fuerat intermoreretur.*

### *Ieiunium violans peior eſt pecude.*

661 *Fecit ei Deus tunicas pelliceas.* Ad ſimilitudinem ergo animalium veſtiuntur: nonne ſicut Angeli degebant in paradiſo nudi? vnde hæc metamorphoſis igitur, vt ſimiles effecti fuerint beſtiis? non ignoras ieiunium violaſſe? ne miteris ergo ſimilitudinem belluarum præ ſe ferre, quia non ieiunans, cum tenetur, ſimilis eſt pecori, imo eo peior: ſic D. Maxim. Max. Tau. Taur. hom. de ieiun. Niniuit. *Stolidior pecude eſt qui indicto pro ſe ieiunio non ieiunat, nonne enim pecus eſt, qui non intelligit quid illi immineat, quid incumbat?*

### *Prælati licet reos puniant ſubditos, in eos tamen aliquod ſignum amoris exhibeant.*

662 *Fecit Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas.* Nonne in vtrumque ſententiam condemnationis protuleras? graues vtrique pœnas impoſueras? cur igitur nunc eos demulces tunicis induens? ſi grauiſſimum commiſere delictum, nullus eis fauor impendatur, ſed omni in ſeueritate puniantur, puniantur equidem ſed eis oſtenſa aliqua benignitate: vt Dei exemplo Prælati ſi in reos ſubditos animaduertant, aliquod ſignum amoris exhibeant: Oleaſt. hîc *Docet locus iſte* (inquit Oleaſt.) *Prælatos non ſolum caſtigare ſubditos ſuos ob peccata, ſed etiam amoris ſigna caſtigatis oſtendere, neque propter ea. illa quæ ſibi neceſſaria ſunt, auferre, nam etſi peccator puniendus* Iſai. 40. *ſit, homo tamen fouendus eſt qui modus Domino peculiaris eſt, vt Iſaiæ 40. videre licet, conſolamini, populum meum ô Propheta, dicit Dominus veſter, loquimini ad Hieruſalem & aduocate eam quoniã completa eſt malitia illius, dimiſſa eſt iniquitas eius.*

### *Mortis memoria contra libidinem.*

663 *Fecit Deus tunicas pelliceas.* Diximus ideo Deũ induiſſe huiuſmodi tunicis hominem, vt ſuæ futuræ mortis recordaretur, ſed cum hæc recordatio non ſit ſuperuacanea, ſed vtilis, quamnam vtilitatem ex ea, quæſo conſequemur? nota ex amiſſione iuſtitiæ originalis, pronam fuiſſe eorum naturam ad libidinem: vult igitur eos mortis recordari vt illius, Petr. Abb. memoriâ omnis extinguatur libido: ſic Petr. Abb. Celen. lib. de panib. c. 11. *Meditatio mortis velut nouacula acuta radit renaſcentia quotidie ſuperflua deſideria carnis.*

### *Peccator bellua eſt.*

664 *Fecit Dominus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas & induit eos.* Sed cur quæſo ex pellibus animalium mortuorum illis condidit indumenta? cum alia poſſet conficere quibus inducrentur? nonne peccato animalibus ſumus ſimiles, teſte Pſal. homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis, bene ergo eos induit pellibus belluarum, ad indicandum eos poſt peccatum vere belluas, ideoque eis hæc veſtimenta optime conuenire: ſic D. Greg. Nyſſen. in vita Moyſ. *Vt ſcirent pelle bellnina vterentur, qui intus belluina cupiditate animum deformarunt, & qui aſpirarant ad diuinam naturam ſuperbiendo, intelligerent ſe peccando degeneraſſe in belluinam.* Greg. Nyſſ. in vit. Moyſ.

### *Propter leuia peccata etiam grauiſſima eſt punitio.*

*Fecit Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas.* 666
Antequam tunicis induiſſet Deus hominem pelliceis, ei dixerat; puluis es & in puluerem reuerteris, quæ pœna non ſolum eos ſed etiam omnes eius poſteros comprehendit, quid ita graue commiſit, vt ſic ſeuero ſupplicio afficiatur, ſcimus ex pomo guſtaſſe: reſpondeo etiam propter peccatum, quod tibi leue videtur, grauiſſime etiam punire: vnde D. Chryſ. ſer. de vitandis leuium peccatorum periculis, *dicens commiſſa leuia impunitatem habere non poſſunt, deinde ſubiungit: Guſtus vel viſus leue quoddam & inane videbitur: guſtus leuis non eſt, qui Adam protoplaſtum in origine mundi decepit & cum eo genus humanum ſententia mortis addixit.* Chr. ſer de vitan. leuit.

### *Omnis occaſio impudicitiæ adimenda.*

*Fecit Deus tunicas pelliceas.* Cum iam pudenda 666
haberent cooperta, & forte tunc nulla eſſet aëris intemperies, cur Deus voluit vt tunicis corpus omnino tegeretur? nota aſpectum nudi corporis magnam eſſe libidinis illecebram, ſapienter ergo voluit totum corpus veſtimentis obtegi, vt omnis occaſio impudicitiæ adimeretur: ſic Moſes Barſ. *Hoc à Deo factum eſt, vt lateret libidinis irritamentum.* Moſ. Barſ. Vnde D. Ant. homil. 54. loquens de libidinis incentiuis: D. Antio. hom. 54. *Iubemur Madianitas execrari, & odiſſe, nimirum impuros illos ſpiritus fornicationis, atque omnifariæ libidinis incentores, qui improbas cogitationes & obſcenas, quaſi ſemina cordibus inſerunt noſtris.*

### *Peccata aliorum vult Deus celari.*

*Fecit Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas.* 667
Cur nuditati primorum parentum veſtimentum apponit, quo patens eorum nuditas tegeretur? nuditas peccatum eorum ſignificat, vult ergo eos tunicis induere, vt peccata aliorum nobis eſſe obtecta, nec ea detegere debere ſignificaret: nam vt peccati veſtigia non appatereut, honorifice eos induit: ſic verſio Caldaica: *Et fecit Dominus Deus Adæ & vxori eius veſtimenta honoris ſuper cutem carnis ſuæ, & induit eos,* Caldaic. & ad hoc probandum optima eſt expoſitio D. Petri Chryſol. ſerm. 3. de prod. quod ideo cum ad patrem rediit, præcepit vt veſtimenta afferrentur, rationem præbet Chryſol. *A ſeruis ante filium veſtiri voluit, quam videri,* Quaſi diceret aliorum peccata non vult omnibus eſſe aperta.

### *Deus ſeruis ſuis qui ob peccata aliqua grauiſſime puniuntur, aliquod etiam temporale beneficium confert.*

*Fecit Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos,* 668
Cur hoc beneficio ingratos afficit & inobedientes, nudi debebant omnino è paradiſo eiici: reſpondeo Deum non ſolere eos qui ſibi ſerui fuerunt, inglorios omnino in hac vita relinquere, & ideo Adamo & Euæ antequã è paradiſo eliminaret, hoc benefi-

Moſ. Barſ. beneficium contulit, ita videtur ſentire Moſes Barſephe, de parad. c. 23. *Cum itaque nudati iam eſſent & pudore afficerentur, non erat conſentaneum diuinæ miſericordiæ, nudos prorſus eliminare à paradiſo* quaſi diceret, Adam & Eua ſerui Dei fuere & ideo hoc ſaltem dono, remunerat.

*Vult Deus aliquo decore nos diſtingui à belluis.*

669 *Fecit Deus tunicas pelliceas,* Cum per peccatum ſimiles facti fuiſſent animalibus, quomodo eos non dereliquit nudos & ſine veſtibus, ſicut animantia degunt? ita Deus erga hominem eſt miſericors, vt aliquo decore ab eis nos diſtingui voluerit; ſic Mo-
Moſ. Barſ. ſes Barſepha 1. part. de parad. qui inquirens, cur mortalibus data fuerit veſtis, ait: *Vt anguſtiore atque elegantiore cultu eſſent, eoque à brutis animantibus different.*

*Ambitioſus deprimitur vſque ad ſimilitudinem belluæ.*

670 *Fecit Deus tunicas pelliceas,* Nonne pelles ſimilitudinem animalium repræſentant, quibus indui omnino diſconueniens eſt naturæ humanæ? quid igitur ſignificare voluit Deus, cùm iuſſit, huiuſmodi pellibus indui? non ignoras peccato ambitionis offendiſſe: recte igitur pellibus animalium veſtiuntur, vt ſignificetur quòd ambitioſus deprimitur vſ-
Euch. Lug. in Gen. que ad ſimilitudinem animalium: ſic Eucher. *Cum homo per ſuperbiam,* vel ambitionem, *Deus eſſe appetiit, vſque ad bellnarum mortalitatem deiectus eſt.*

*Miſerum hominis corpus.*

671 *Fecit Deus tunicas pelliceas,* Nonne ſufficiebat tunicas habuiſſe quibus induerentur, vt nuditas pudenda earum tegeretur? ad quid igitur voluit eſſe pelliceas? quia ita miſerum eſt hominis corpus vt non ſolum nuditas eius tegi debeat, ſed etiam pelli-
Rupert. bus calefieri: ſic Rup. *Bene ergo non tantum tunicas, ſed tunicas pelliceas illis feciſſe dicitur Dominus Deus, quia iuſte calia voluit eorum eſſe corpora, quæ non ſolum tegi propter turpitudinem, ſed etiam calefieri opus eſſet propter infirmitatem.*

*Benignitate v[…]ndum eſt erga aduerſarium.*

672 *Fecit Deus tunicas pelliceas.* Quis rex habens ſibi inobedientem ſubditum, & rebellem ſuis mandatis, tunicam conficiat, qua induat eum? quomodo igitur Deus Rex regum tranſgreſſorem ſui præcepti induit veſtimentis; vt hoc exemplo nos inſtruat vtendum erga aduerſarios benignitate: ſic Caiet. *Vide diuinam benignitatem erga primos parentes (quamnis inobedientes ei) quod nec inter puniendum omittit prouidere ſingulariſſima cura, vt quiſi ipſos reddiderant indigentes veſte, nec haberent vnde ſe veſtirent, habeant veſtes diuinitùs factas.* Caietan.

*A benefaciendo Deus nunquam deſiſtit.*

*Fecit Deus tunicas pelliceas,* Nonne Deus ante peccatum beneficiis hominem cumulauerat? cur igitur tunc cum omni fauore indignos ſe conſtituerent, curam eorum ſatagens pelliceis induit veſtimentis? hoc ideo factum eſt vt ſciremus Deum à benefaciendo nunquam deſiſtere: ſic Lippom. *Non deſtitit à beneficiis miſericordia Dei, etiam peccatores induendo pelliceis tunicis.* 673 Lippom.

*Maxime ſperandum eſt diuinæ prouidentiæ.*

*Fecit Deus tunicas pellicas,* Igitur nudi erant, ſed cum peccatores eſſent & Deo omnino inobedientes, cur nudos eos non dereliquit, ſed veſtimentis induit? hoc facto nobis indicauit Deus quod maxime ſperandum eſt ſuæ diuinæ prouidentiæ, cum indignis, ea quæ neceſſaria ſunt, largiatur: ſic Fer. *Nos docere volens quod Chriſtus in Euangelio docuit: nolite ſolliciti eſſe dicentes quid manducabimus aut quo operiemur? ſcit enim pater veſter quod his opus habetis, ſi enim peccatoribus hæc non negauit, ſed ſua ſponte etiam non rogatus conceſſit, multo minus piis & credentibus ea negabit.* 674 Ferus. Matth. 19.

*Per pœnitentiam tegenda ſunt peccata.*

*Fecit Deus tunicas pelliceas,* Quibus corpus eorum omnino coopertum eſt: ſed cum eorum anima propter peccatum magis nuda fuerit, quam corpus, nullam-ne illius prouidentiam habuit, ita vt omnino nudam reliquerit? nota pelles mortuorum animalium figurare virtutem pœnitentiæ; per quam moriendum eſt peccatis: dico igitur Deum prouidentiam animæ eorum habuiſſe, quia illo veſtitu indicabat peccatorum nuditatem animæ ſuæ ac fœditatem peccati virtute pœnitentiæ obtegere debere; ea enim obtegimur tanquam veſtimento: ſic Olymp. c. 19. in Salomonis Eccleſiaſtem: *Habere dicitur veſtimenta, qui lauat per ſingulas noctes lectum ſuum, & lacrimis ſuis ſtratum ſuum rigat, ſordes peccatorum per pœnitentiam tergens.* 675 Olym. c. 19. in Eccleſ.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXII.*

*Vlg.* Et ait ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum.

*Septuag.* Et dixit Deus; ecce Adam factus eſt tanquam vnus ex nobis in cognoſcendo bonum & malum.

*Cald.* Et dixit Dominus Deus ecce Adam eſt vnus in ſæculo ex ſe ſciens bonum & malum.

*Arias.* Ecce homo fuit ſicur vnus ex nobis, ad ſciendum bonum & malum.

*Procop. addit pronomen.* Ecce ille homo fuit.

*Pagnin.* Ecce Adam fuit ferme vnus ex nobis ſciendo bonum & malum.

*Vatabl.* En homo iſte factus eſt quaſi vnus ex nobis.

*Ambroſius*, Ecce, &c. vt ſciat bonum & malum.

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

IN Hebræo eſt כ quaſi tanquam, vel ſicut en ecce quod Caldæus omiſit: non tamen ſine ratione, ſed vt exprimeret maiori cum ironia hæc à Deo dicta eſſe.

## EXPOSITIO VERSVS XXII.

E*Cce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, &c.* Quamuis aliqui exiſtiment hoc ex compaſſione dictum eſſe à Deo, quod probabiliſſimum eſt, tamen communis ſententia eſt, quod per ironiam loquitur, vt intelligeretur quanta irriſione & ludibrio eſſet peccator dignus, quaſi diceret, voluit Adam A nobis per eſum pomi fieri ſimilis, en quàm factus eſt diſſimilis! voluit fieri omnipotens, vt ego pater, ſed quam infirmus! voluit eſſe omniſciens vt filius meus vnigenitus, en in quale baratrum ignorantiæ corruit! voluit eſſe omnino bonus & purus vt Spiritus ſanctus, en quam impurus & impius!

Theodor. Anaſ. Nic.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Trinitatis myſterium exprimitur.*

679 E*Cce Adam factus quaſi vnus ex nobis ſciens bonum & malum*, Quid ais Deus quaſi vnus ex nobis ſciens bonum & malum? quibus loqueris in numero plurali? ſcio Iudæos aſſerere hîc loqui de Adamo ad Angelos, nihil de Trinitatis myſterio agnoſcentes, ſed falluntur: ſic Aug. de Ge. c. 89. dicit, *Quod ait vnus ex nobis, niſi propter Trinitatem numerus pluralis accipietur: ſicut dictum erat, faciamus hominem, pater igitur loquitur, ecce Adam quod à ſerpente permiſſum concupierat, nunc adeptus eſt vt fieret Deus, ecce omnipotens vt ego, ſapiens vt filius meus, omnino ſanctus vt ſpiritus ſanctus*, & Ioa. 2. Papa, *in Geneſis libro: Trinitas ipſa per Moyſen dicens, ecce Adam factus eſt tanquam vnus ex nobis.*

de Gen. ad lit. cap. 89. Chryſto. Ioa. 2. Pap. in epiſt. de duab. nat. cont. Euc. Aug. l. 11.

### *Vnitas diuinitatis cum Trinitate.*

677 *Ecce Adam quaſi vnus factus eſt ex nobis*, Si tres ſunt diuinæ perſonæ, cur non ait Deus ecce Adam trium gerit vicem, ſicut nos tres ſumus? optime loquutus eſt Deus cum ait, ecce Adam quaſi vnus, deinde addidit nobis, vt denotet vnitatem diuinitatis & Trinitatem perſonarum: ita D. Auguſt. dialogo 65. qq. q. 36. *Deus quamuis vnus ſit, tamen Trinitas eſt, P. Filius, Spiritus Sanctus, vnus ex nobis dictum eſt non propter pluralitatem deorum, ſed propter pluralitatem perſonarum.*

D. Augu.

### *De futura incarnatione gaudet Deus.*

678 *Ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis*, Quem ſenſum poſſumus tribuere his verbis? ſcio communem opinionem, hunc eſſe ironicum, ſed nonne hæc vox *ecce*, potuit declarare Deum maxime exultantem, quaſi filius Dei propter oblatam ſibi occaſionem veniendi in carne, & redimendi hominem gaudio incredibili geſtire videatur? hoc inſinuare videtur Ter. li. 2. contr. Marc. c. 25. *Ecce ait Adam propter ſtatum legis deditus morti eſt, ſed ſpes ei ſalua eſt, dicente Domino, ecce Adam factus eſt tanquam vnus ex nobis, de futura ſcilicet adiectione hominis in diuinitatem*: expende illa acutiſſima verba Tert. nam ſecundum illius expoſitionem, hiſce ſignificat incarnationem futuram verbi diuini, quaſi dicat, ecce habemus occaſionem illam quam ex omni æternitate venturam ſcimus, vt peccato in mundum ingruente, miſericordia noſtra ſuperabundet, & gratia, vbi abundauit delictum, vti Deus homo fiat ad redimendum ſuo ſanguine hominem, à diabolo factum mancipium.

Tert. l. 2. contr. Mar. c. 25

### *Gloria eſt Chriſto noſtra vtilitas, dummodo per illam noſtram ſalutem conciliet.*

*Ecce Adam quaſi vnus factus eſt ex nobis*, Diximus quod per hæc verba ſignificauit Deus ſe veniendum homini ex Tert. dicente, ſpes Adamo ſalua eſt B dicente Domino, ecce Adam quaſi vnus factus eſt ex nobis, futura adiectione hominis in diuinitatem, quid hac veſte magis inglorium? quid Zona illa pellicea vilius? tamen ita Deo glorioſa & honorifica apparuit, vt eâ fere ſimili voluerit indui ad reſtituendam nobis ſalutem: quod annuit D. Theodot. Antiſ. Ancyr. contr. Neſtor. *Ne igitur* (inquit) *curationis modum in contumeliam vertas, neque improperes medico, ſi in corporis humilitate conſtitutus, tuam operatus eſt ſanitatem, Deus enim nihil igno-* C *minioſum dicit, quod humanam ſalutem conciliare natum eſt.* 679

Theodo. Ant. Ancy. cont. Neſtor.

### *Deus nos reuocat à ſuperbia.*

*Ecce Adam factus eſt tanquam vnus ex nobis*, Quomodo hæc verba accipienda? nam propter peccatum non eſt credendum hominem eſſe vnum quaſi ex diuinis perſonis? cur ergo hoc Deus dicit? reſpondeo vt omnes à nimia ſuperbia reuocaret, ne talia auderent qualia Adam: audi D. Aug. lib. 11. de Gen. ad lit. *Verba ſunt hæc Dei non tam inſultantis, quam cæteros ne ſuperbiant, deterrentis, propter quos iſta conſcripta ſunt: factus eſt inquit tanquam vnus ex no-* D *bis, in cognoſcendo bonum & malum, quid aliud intelligendum, niſi exemplum timoris incutiendi eſſe propoſitum, quod non ſolum non fuerit factus, qualis fieri voluit, ſed nec illud quod factus fuerat, conſeruauit.* 680

Aug. li. 11. de Gen. ad litt.

### *Agnoſcens peccatum ſuum, eſt tanquam Deus.*

*Ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis*, Quid ais Deus? ad ironice loqueris? multi aſſerunt: nam poſt peccatum ſimilis factus eſt iumentis inſipientibus, Deique ſimilitudinem amiſit, quomodo ergo poſſet eſſe ſicut Deus? ſed ſi Deus ſeriò loquitur, quomodo E verificatur dictum illius; ecce Adam factus eſt ſicut vnus ex nobis? nota quod Adam agnouit culpã ſuam, quamuis prius ſe excuſauerit, admittens enim pœnitentiam ſine contradictione, fatetur delictum ſuum: aſſeramus ergo optime dixiſſe Deum, ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis, quia ſuum agnouit delictum: ſic D. Amb. l. de parad. c. 14. *Dixit factus eſt Adam quaſi vnus ex nobis, quia aperuit oculos vt culpam ſuam videret, magis enim poſtquã peccauimus, neſcio quomodo delicta noſtra cognoſcimus,* 681

Amb. l. de para. c. 14.

*runt peccatum eſſe intelligimus, quod antequam peccaremus, non putabamus eſſe peccatum, certe non quaſi peccatum putabamus damnandum*, expende prima verba: factus eſt tanquam vnus è nobis quia aperuit oculos vt culpam ſuam videret.

### *Peccator non ſolum irriſione dignus, ſed eſt bellua.*

682 *Ecce Adam quaſi vnus factus eſt ex nobis*, Fere interpretes omnes cenſent dictum eſſe per ironiam, & ita Procop. ait, quidam Deum ſubſannando; alij irridendo ita verba deprompſiſſe aſſerunt, ſed iumenta ſi loquerentur quid dicerent Adam, qui Dei tranſgreſſus eſt præceptum? audi D. Bern. dicentem ſer. 61. in cant. *Puto iumenta dicerent ſi loqui fas eſſet, ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis*, & optime, nam de eo ait Pſalm. homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt eis. (Bern. ſer. 61. in cant.)

### *Quo quis vilior & infirmior, eo aliquando magis ambitioſus.*

683 *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt*. Cur paradiſi delitiis frueretur, & cum magnus erat, & vere potens, tanquam creaturarum dominus, nunquam de illo tale dixit Deus, quod factus ſit quaſi vnus ex perſonis diuinis: cur media in deſertoris hominis hoc de eo effatur? ſanè loquitur Deus ad ſenſum Adami, vt exprimeret non quod in re erat, ſed quod erat Adamus in phantaſia ſua, in qua nunquam ambitioſior fuit niſi quando fuit infirmior; ait S. Ephrem Patriar. Theopol. apud Photium orat. 2. in Anathol. ſcholaſt. *Ecce nunc, ait, ſenſum accepit, quoad enim imaginari ſe Deum eſſe, ad illius ſententiam loquitur Deus, exprobratque malitiam*, Ecce quando imaginatus eſt ſe Deum, cum à ſede paradiſi deturbatus, vili pelle veſtitus, infirmus & abiectus addictus eſt terræ culturæ, quando vilior apparuit, tunc euanuit in ambitionem inauditam. (Ephr. Patriarcha.)

### *Condolet Deus virgineo ſexui fœmineo peccatori.*

684 *Ecce Adam quaſi vnus factus eſt ex nobis, ſciens bonum & malum*. Nonne mulier etiam comedit de ligno ſcientiæ boni & mali? cur ergo eam non irridet Deus, cùm omni irriſione eſſet digna? nota tunc mulierem fuiſſe adhuc virginem: dicamus ergo eam non irriſiſſe Deum tanquam virgini mulieri peccatrici condolentem: ſic quodammodo inſinuat Dion. Carth. *Reſponderi poteſt quod Deum condoluit, & pepercit in hoc mulieri, quæ adhuc virgo fuit propter teneritudinem verecundiæ ſuæ, & fragilem ſexum, ne abundantiori abſorberetur triſtitia.* (Dion. Car.)

### *Fidens dæmoni, dignus irriſione.*

685 *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt*. Non verè, ſed ironicè dicendum eſt hæc verba à Deo eſſe pronuntiata: nam quomodo Adam in anima iam mortuus, & corpore quoque in breui moriturus, indigens victu, poteſt eſſe ſicut aliqua ex diuinis perſonis? ſed cur tali ironia irridet Deus primum parentem, qui peccatoribus comparitur? Aduerte vt diximus, forte Adam fidem adhibuiſſe mulieri dicenti, quod eſſet futurus Deus eo modo quo explicuimus; meritò igitur à Deo irridetur Adam, quia fidem adhibens dæmoni, vel illius organo, omni irriſione dignus eſt; ſic Abb. Rup. qui idem dubium proponens reſpondet, *Quia ſtulte & ſuperbe fallaciſſimo diabolo credidit, dicenti eritis ſicut Dij.* (Abb. Rup.)

### *Suauiſſime nos inducit Deus ad culpæ cognitionem.*

686 *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt*. Quaſi diceret propterea quod contempſiſti mandatum meum, ecce factus es quod expectaſti: imo non quod expectaſti, ſed quale te fieri dignum erat; ſed cur Deus potius eum acriter non reprehendit, grauioribuſque verbis in eum non inuehit, dicens: impie tranſgreſſor mandatorum meorum, ingratiſſime tantorum beneficiorum, vides quomodo non adeptus es diuinitatem, nec omniſcientiam, ſed potius malorum experientiam? non ita grauiter & acriter loquutus eſt, ſed potius quaſi humiliter, vt ſuauiſſimo modo eum induceret ad culpæ cognitionem: hoc ſentire videtur D. Chry. dicens: *Vide quam congruis & idoneis modis infirmitati noſtræ vtatur Deus, vult enim per verba hæc in memoriam referre, quomodo decepti fuerint à diabolo per ſerpentem, atque hac de cauſa illos monere volens, vt ſentirent quam grauiter eſſent lapſi per inobedientiam.* (D. Chryſ.)

### *Qui ſolum uni virtuti ſtudet quaſi peccator apparet.*

687 *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt*, Hoc dictum eſt illo affectante ſolam diuinitatem, quæ verba conſiderans Origen. hom. 1. in Ezech. ait, ergo quando peccauit Adam, tunc factus eſt quaſi vnus, cur quaſi vnus ô Orig. non ne dixerat Deus faciamus hominem ad imaginem noſtram? ergo ad inſtar plurium erat: quomodo ergo factus eſt vnus, quando peccator eſt? tunc ad inſtar plurium erat, quia iuſtus multiplici virtutum ſtudebat varietati, nunc vero vnus & peccator, quando non multis ſed vni aſſimilari curabat, iuſti enim proprium eſt non vni inhærere, ſed pluribus virtutibus: vnde D. Proſper. de voc. gent. c. 23. ait; *Proprium ergo habet noua creatura per gratiam, vt qui figmentum Dei ſunt, qui natiuitate cœleſti condiuntur in Chriſto, non otio torpeant neque deſidia reſoluantur, ſed de virtute in virtutem proficiant, per viam bonorum operum ambulando*, expende illud de virtute in virtutem, vt nulla ſola virtute contentus ſis, ſed alias & alias acquirere ſtatuas, quantumuis prima excellens videatur. (Orig. ho. 1. in Ezec.) (D. Proſp.)

### *Vir exprobrare non debet mulieri.*

688 *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt?* Cur cum vtrique promiſerit ſerpens diuinitatem, & ſcientiam boni & mali, Deus ſoli viro exprobrat? cur ironice loquendo ait, ecce Adam quaſi vnus ex nobis? hac voce ironice virum non mulierem perſtrinxit, parcens nempe infirmiori vaſi muliebri, quo vir inſtrueretur vxorem ſuam venerari: hunc enim ait D. Petr. 1. c. 3. *Viri quaſi infirmiori vaſculo impertientes honorem*, quod exponens Oec. ait: *Vt quoniam fœminarum leuitatem, temeritatem atque imbecillitatem probe norit, mitem ſe illi atque placabilem exhibeat, neque domeſticarum rerum, quæ ipſius fidei creditæ ſunt nimis ſeueram aut accuratam rationem exigat.* (Petr. 1. c. 3.) (Oecume.)

*Ita hominem æſtimat Deus, vt diu ferre non poſſit humiliationem ſuam & contemptum, quin maiorem ei honorem deperdito reſtituat.*

689 *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis?* Sic homo contemnitur vt comparetur iumentis inſipientibus & ſimilis ſit factus eis; non enim diuinitatem conſecutus eſt, ſed à gratia Dei decidit: ſed ô Deus ſi hominem ad tuam imaginem & ſimilitudinem creaſti, tot virtutibus decoraſti, & paulominus ab Angelis minuiſti, an feres ita vilem & abiectum iumentis comparari & omnium riſui patere? non equidem: nam licet ironice dixerit, ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis, aliquando dicet veraciter homo, Deus factus eſt vnus ex nobis: *ô qualis eſt* (inquit Rich Vict. cit. Rich Vic. à Tilm. à Tilm. in alleg.) *reformatio honoris! ô qualis deterſio exprobrationis, transformatum ſimilitudini iumenti habere iam Deum ſimilem ſui: ceſſet ergo iam vetus opprobrium, ecce enim audio vnam aliquam ex tribus in vnitate perſonis, perſonare in vocem exprobationis: ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis? merito certe exprobraſtis, ſed numquid ſemper exprobaturi eſtis, certe ſi ironicè dicitis, quia homo factus eſt quaſi vnus ex nobis: nos de cætero dicemus tam fidenter quàm veraciter, quia Deus factus eſt quaſi vnus ex nobis, dictum eſt illud in voce exprobrantis & obſequentis, dicamus nos iſtud in voce exultationis & confeſſionis, quod igitur dictum eſt per ironiam de Adam primo, iam dicere poſſumus ex ſententia de Adam ſecundo, ecce factus eſt Adam quaſi vnus ex nobis, ſciens bonum & malum.*

*Humilitate ad diuinitatem fit conſcenſus.*

690 *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis.* Quomodo diuinitatem conſecutus eſt? ironice hoc dictum cenſet Amb. l. de Elia, & ieiun. c. 4. ſed cur per irriſionem exponi? quia nō per ſuperbiam qualis fuit in Adam, ſed per humilitatem patet aſcenſus ad diuinitatem & immortalitatem: nam humilitas homines euehit, ſuperbia vero deprimit: *Et dixit Deus* (inquit Amb.) *ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis? & videns vtique Deus non approbans dicit, hoc eſt putabas te ſimilem fore noſtri, qui voluiſti eſſe quod non es, deſiſti eſſe quod eras, itaque dum ſupra te affectas, infra te eſſe cœpiſti.*

Amb. li. de Eli. & ieiu. cap. 4.

*Qui propria prudentia innititur intellectum obedientia non ſupponens, dignus irriſione.*

691 *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum,* Quæ verba ſic Caldæus optime expreſſit, ecce Adam vnicus eſt, in ſæculo ex ſe ſciens bonum & malum, hæc dicta ironice ex aliquorum patrum ſentētia aſſerimus: nonne dignior eſt compaſſione quàm irriſione? quæſo preme illud *ex ſe*, & ſtultiſſimam prudentiam compertam habebis, ſicque dignum quod irrideatur, poterat ille quidem ex Dei præcepto quid bonum, quid malum eſſet, perdiſcere, at ipſe ex ſe id noſſe bonumque ac malum, nec non Dei præcepta penſitare voluit, vnde illi opportunè præfatis verbis inſultauit Dominus, ac ſi dixerit, en eum qui noſtri adſimilis ductore opus non habet, cùm ex ſe, malum & bonum dignoſcere valeat, nec ad fœlicitatem comparandam alieno iudicio egeat? ô egregium caput! aptauit hæc religioſæ vitæ cultoribus Bern. libr. de vit. ſolit. ad fratres de

D. Bernar.

A monte Dei in hunc modum: *Lignum ſcientiæ boni & mali in paradiſo, cenſura diſcretionis eſt, in conuerſatione religionis penes Patrem ſpiritualem, qui diiudicat omnia, ipſe vero à nemine iudicatur: ipſius eſt diſcernere, aliorum eſt obedire, Adam guſtauit in malum ſuum de ligno vetito edoctus ab eo qui ſuggerendo ait: quare præcepit vobis Deus, vt de ligno non comederetis? ecce diſcretio, cur præceptum ſit,* & addit, *ſciebat enim, quia qua die comederitis, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij, ecce vnquid præceptum ſit, ſcilicet quod Deus fieri non ſinet, diſcreuit, comedit & inobediens factus eſt, & de paradiſo eiectus eſt.*

*Peccator diuinitatem quam ex gratia habebat, amittit peccato.*

692 *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt,* Sumamus hoc non ironice ſed seriò: quomodo intelligemus hominem eſſe vnum ex diuinis perſonis? nota pro formatione cōceptus, quod vnus ex nobis poteſt intelligi vnus extra nos, ſicut dicitur vnus ex conſulibus; qui aliquando conſul fuit & iam non eſt, qui apertius & vſitatius exconſul appellatur; ſicut enim qui conſulatu fungitur dicitur conſul: ſic enim qui eodem functus eſt, appellatur exconſul, ita etiam exepiſcopos, exabbates dicimus. qui hanc aliquando dignitatem habuerunt, & iam depoſuerunt: aſſeramus ergo ſimiliter voluiſſe dicere Deum, Adam factus eſt vnus ex nobis, id eſt, qui antea Deus erat nobiſcum per gratiam, tranſgreſſione ſua factus eſt extra nos: ſic D. Phil. Ab. c. 2. de ſalute primi hominis: *Adam ab hoc factus eſt ad imaginem Dei, vt & ipſe Deus eſſet, cohærendo ſemper ei, qui adhæret, inquit, Deo vnus ſpiritus eſt: quamdiu igitur obediens patri & filio, & ſpiritui ſancto, manſit in eis, Deus procul dubio fuit & ipſe cum eis. quamuis non ſubſtantiue, ſed nuncupatiue non natura, ſed gratia, non ſui merito laboris, ſed beneficio creatoris: poſtquam autem vetitum comedens voci vxoris obediuit, à conſortio illorum miſerandus exiuit, & qui per iuſtitiam vnus erat in eis, id eſt, inter eos, per iuſtitiam factus eſt vnus ex eis, id eſt extra eos, cohærendo quippe, Deus erat, recedendo autem ab eo factus eſt non Deus, quod expreſſius diceretur, ſi tamen vſus loquendi pateretur, exdeus, ſicut dicitur exconſul qui aliquando fuit & iam non eſt conſul, ſic ſi vſus loquendi haberet conuenienter dici poſſet exdeus, quia aliquando fuit & iam non eſt Deus.*

Phil. Abb. 1. Corint. 6.

*Peccator dignus omni riſu.*

693 *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis,* Quid ô bone Deus loqueris? Nam quis eſt Adam vel qualis vt ſit vnus ex vobis, nempe ex tribus perſonis diuinis? Quilibet enim ex vobis vt Deus eſt, ſiue pater, ſiue filius, ſiue ſpiritus ſanctus, neque mortuus eſt, neque morietur, neque propter famem victu, neque propter turpitudinem aut frigus, indiget veſtium; cur ergo eum dicis factum quaſi vnum ex vobis? Nota hæc dixiſſe poſtquam Adam tranſgreſſus eſt Domini præceptum: hoc Deus ironicè dixit, & iure merito, quia peccator omni irriſione dignus eſt: ſic Rup. l. 3. cap. 28. *Non vere ſed ironice dictum aut dicendum eſt, quia hic talis quaſi vnus ex nobis factus eſt, vt iam ſimus Trinitas ſed quaternitas. quamquam non cum Deo Deus, ſed contra Deum affectauerat eſſe Deus.*

Rup. l. 3 in Gen. c. 28.

*Peccator ſimilis beſtiis.*

694 *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt,* hoc ironice dictum accipiamus, quænam eſt hæc

ironia & deriſio? Quis ironice loquendo ſimilior eſt Deo? Nonne eſt aoimal irrationale? Ergo optime dictum vnum ex diuinis perſonis Adam poſt peccatum, quia factus eſt omnioo beſtiis ſimilis: ſic citatus Philipp. Factus eſt vnus ex nobis ſciens bonum & malum, quaſi diceret dum peruersè appetit eſſe tanquam Deus, ecce ad hoc recte redactus eſt vt ſit

Philip. cit.

A tanquam equus & mulus, & dum iniuſte creatoris ambit diuinitatem, iuſte ad beſtiarum deuolutus eſt mortalitatem, iam ſcit homo bonum, & malum, quod vtrumque, & ego non; ſed illud amittedo iſtud experiendo, qualiter ergo ooo ooui, ſcio quidem bonum, ſed ſemper habeodo, ſcio & malum ſed nuoquam experiendo.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXIII.*

*Vlg.* Nunc ergo ne forte mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat & viuat in æteroum.

*Septuagint.* Et nunc ne aliquando extendat manum ſuam, & ſumat de ligno vitæ, & edat & viuet in æternum.

*Cald.* Et tunc forte extendet manum ſuam, & ſumat

B etiam de arbore vitæ, & comedet & viuet in æternum.

*Arias.* Et ounc, &c. & comedat, & viuat in ſæculum.

*Ambroſ.* Et tunc ne quando manum ſuam extendat, & ſumat de ligoo vitæ, & manducet, *ſic Tertull.*

*Moſes Barſepha.* Iam vero fortaſſis extendat manum ſuam.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

VBi habemus æternum, alij legunt ſæculum, quia, Olim עלם quando cum vau æternitatem ſignificat, quando ſine illo longum tempus: ſic Hieronym. in primum caput ad Galat. inde cum hîc oon ſcribatur cum vau, illud æternum ſolum ſumitur pro ſæculo, id eſt, longo tempore.

## EXPOSITIO VERSVS XXIII.

N*VNC ergo ne forte mittat manum ſuam, & ſumat de ligno vitæ, &c.* ſcilicet & prouideamus io poſterum, frequens eſt apud Hebræos hic modus loquendi, & hominibus iratis familiaris, non exprimendo aliqua, ſed reticendo, quæ ſubiotelligi debent, & hæc figura vocatur Apoſtophesis: caueamus igitur io poſterum, oe extendens manum ad

C arborem vitæ, colligat fructus illius & comedat.

*Et viuat in æternum*, id eſt, io maximum tempus, ſi enim iteratis vicibus de ligno vitæ comederet, vitam ſibi prolongaſſet, quæ prolongatio oomioe æterni ſignificatur, vode & in Hebræo eſt, & viuat vſque in ſæculum, quod deſigoat longiſſimum tempus.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Indignus, arcendus à ſumptione ſanctiſſimi Sacramenti.*

695 N*E forte mittat manum ſuam, & ſumat de ligno vitæ.* Ao ligoum vitæ validius eſſe poteſt ad conſeruandam vitam, quam voluntas tua, quæ iuſte & ſapienter ſtatuit pœnam, ne mittant manum ad arborem vitæ, & ex ea comedant? Nota quod per hoc lignum vitæ intelligitur Sacramentum Euchariſtiæ: recte à paradiſo eiiciuntur ne de lignó vitæ comederent, quia iodigni arcendi ſunt à ſumptione Euchariſtiæ Sacramenti: ſic Proco. *Non oportet eum qui peccati labe inquinatus eſt, vitæ ligno paſci, etenim inde fieret, vt cibus ille vitæ deſpectui haberetur.*

Procop.

### *Inobedientes ab Euchariſtico cibo arceantur.*

696 *Ne forte mittat manum ſuam, & ſumat de ligno vitæ, & comedat, &c. & emiſit eum Dominus de paradiſo.* Quo ſupplicio afficitur qui Deo non obedit? extorris fit à paradiſo, & ab arbore vitæ arcetur: ſed cum arbor vitæ Euchariſtiam adumbret, ille ſane de paradiſo expelletur, qui Dei iugum detrectat, ille ab Euchariſtica arbore vitæ propellendus, qui mandatis neſcit obtemperare. Noo alienus ab hoc ſenſu B. Ant. ho. 8. de obe. *Meo huic ſermoni* (inquit) *teſtimonium facile reddit hominis qui primus eſt formatus*

B. Antiqc.

D *falſum enim ſui opificis mandato gerit mortem, nec vtique ligni vitalis priuatus eſt vſu, contra à paradiſi amœnitate in hanc complorationis, & miſeriæ vallem per inobedientiam relegatus, ſe ſuamque poſteritatem addixit morti.* Quod probat ex illo Exodi 16. qui non audierunt eum, ſed dimiſeront ex eis quidam vſque mane, & ſcatere cœpit vermibus, atque computruit; vode ponderat dictorum ordinem, non audierunt eum, id eſt, non obſecuti ſunt Moyſi, quid inde? & ſcatere cœpit vermibus, atque computruit, quaſi diceret, ioobedientia indignos reddit, vt ſuauiſſimum manna poſſent guſtare.

### *Arcet Deus peccatores ab eſu arboris Euchariſticæ, ne in grauiora decidant delicta.*

E *Ne forte mittat manum ſuam, & ſumat de ligno vitæ, & comedat, &c. & emiſit eum Dominus de paradiſo.* Ante peccatum liber erat ei aditus ad arborem vitæ; at poſtquam deliquit, eum de paradiſo eiecit, & ab arbore vitę arcuit, vt etiamſi vellet, non poſſet fructũ huius arboris contiogere: nec hoc ſat fuit, ſed ante ianuam paradiſi collocauit Cherubim, & gladium flammeum, quid hoc denotat? Hie. in c. 65. Iſai. ad Euchariſtiam locum retulit, arbor enim vitæ eam deſignat, ab hac autẽ arbore maxima diligentia Deus remouet peccatores, oe ſcilicet in peius pec- 697.

B. Hieron.

catum diffluant, & maiori cura eos ab hoc crimine auertere intendit, quam ab aliis. Tum etiam Cherubim ſacerdotes notantur, qui gladium flammeum dicuntur habere, quia quanquam in aliis peccatis mites eſſe oporteat, fulgurare tamen debent contra eos qui indigni ad hanc menſam accedunt: ſubinfero verba Hier. *Ne Adam poſitus in peccato, & necdum ſua delicta cognoſcens, comederet ex eo, & impœnitentiæ, deſperationis, & ſuperbiæ morte moreretur.*

*Tanta eſt Dei miſericordia, vt in pane cœleſti arborem vitæ conſtituat, vt ex ea comedentes viuamus in æternum.*

698 *Ne forte mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum.* Et ſic de paradiſo eiicitur, in quo erat arbor vitæ, ne illius fructu veſcens vitam in perpetuum protraheret. Quid ergo Chriſtus Dominus, vt tanto malo obuiam iret? fructum ligni vitæ in pane condidit, vt homo dum pane ſibi in alimentum conceſſo vtitur, ſimul etiam & fructum arboris vitæ edat, & vitam protrahat in æterna ſæcula: hoc eſt enim quod Chriſtus Dominus ait: qui manducat hunc panem viuet in æternum. hoc ex Amb. dixerim in Pſ. 21. qui in huius rei confirmationem tradit illud Iere. 11. (Ierem. 11.) mittamus lignum in panem eius, quæ verba Deo attribuit Ambr. hac ratione: homo qui prius paradiſiacis fructibus veſcebatur, iam paradiſo eiectus, pane tanquam proprio cibo veſcitur, quid ergo? lignum vitæ inſeramus in panem eius, vt ſolito cibo vtens, ſimul & arborem vitæ hauriat; quo fiet vt edens panem, viuat in æternum, ſic autem Amb. (D. Ambro.) *Pulchrè duo iſta coniunxit, iniiciamus lignum in panem eius, neſciebant quid loquerentur Iudæi, & myſterium loquebantur: paradiſum crux nobis reddidit Chriſti, hoc eſt, lignum quod Adæ Dominus demonſtrauit, dicens, de ligno vitæ quod eſſet in medio paradiſi edendum:* Expende illud Amb. paradiſum nobis crux reddidit Chriſti, ac ſi dicat, ideo hoc Sacramentum ſimul eſt ſacrificium, in quo Chriſtus Dominus de cruce pependit: vt hac ratione oſtendat Chriſtus Dominus, ſe quidem huic pani arborem vitæ inſeruiſſe, id eſt, ipſam crucem, ex qua Chriſtus pendet, tanquam fructum & arborem vitæ.

*Mors, Dei beneficium, & ſignum illius amoris.*

699 *Ne forte mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum.* Videtur quidem, ait Iulianus Apoſtata, Deus inuidus aut malignus, cùm perpetuam vitam ſine cauſa ademerit: imo nobis vitam non æternam conceſſit, ſicut Angelis Apoſtatis, ſed mortem dedit, eximiam in hoc erga homines Dei dilectionem, ſiue electionē, ſuperborum vero ſpirituum odium, & reprobationem declarans Deus miſericors: ſic D. Cyril. Alex. l. 3. cont. Iul. (Cyri. Alex.) *Neque inuidia, vel inuidentiæ opus erat, ſicut auſus eſt dicere quod prohibuerit eum ne comedat de ligno vitæ, vt ne viuat in æternum: admirabilis autem in ipſo prouidentiæ modus eſt, apud eos qui ſapiunt: non oportebat enim eos qui ſemel diuinis legibus, ventriſque erant victi voluptatibus, & in tantam poſtea miſeriam deducti, vt & in ipſo corpore propter peccati legem languerent, malā perpetuo in hoc mundo ſeruare, & ſicut immundi ſpiritus longam & exoſiſſimam Deo ſanctiſſimo degere vitā.*

*Mors certamen, vt gloriam conſequamur.*

700 *Ne forte mittat manum, &c. & viuat in æternū.* A Voluit ergo eum Deus mori, ſimiliter & eius poſteritatem: admitto hanc mortem eſſe pœnam peccati, his quibus non eſt dimiſſum peccatum originale; ſi ergo peccatum dimittitur, mors etiam debet auferri, cùm ſit pœna illud conſequens: mors derelinquitur, vt vincentes illius metum, præmia habeant æterna: ſic Aug. l. 2. cont. Pelag. c. 34. (D. Auguſt.) *Eam peccato accidiſſe fatemur, & poſt peccatorum remiſſionem, vt magnus timor eius à proficientibus ſuperetur, ad certamen nobis relictum eſſe non dedignemur: ſi enim parua virtus eſſet fidei quæ per dilectionem operatur, mortis metum vincere non eſſet tanta martyrum gloria, nec Dominus diceret, maiorem charitatem non habet quàm vt animam ſuam ponat pro amicis ſuis: nequaquam igitur in morte pro iuſtitia ſuadenda, vel contemnenda laudaretur præcipua patientia, ſi e mortis non eſſet magna multumq; dura moleſtia, cuius timore qui vincit fide, magnam ipſius fidei comparat gloriam, iuſtamque mercedem, vnde mirandum non eſt poſt remiſſionem peccatorum eam fidelibus euenire, vt in eius timore vincendo exerceretur fortitudo iuſtitiæ.*

*Mors medicina eſt.*

*Ne forte mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & viuat in æternum.* 701 Cur, ô Deus immortalis, non vis eos in æternum viuere? Videris inuidia ferri in genus humanum: non inuidia, ſed potius miſericordia in eum fertur impediens viuere, & volens mori, cum mors ſit peccati medicina: ſic Theodoretus: (Theod. hîc) *Hoc ideo non eſt dictum quod Deus vitam æternam inuiderit, ſed vt per mortem peccati impetum detineret, vt enim ait Apoſtolus qui mortuus eſt à peccato iuſtificatus, itaque mors non ſupplicium, ſed eſt medicina.* (Rom. 6.)

*Gloria non mortuos, ſed viuos ſuſcipit.*

*Ne forte mittat manum ſuam, & ſumat de ligno vitæ, & comedat & viuat in æternum.* 702 Sed ô bone Deus quamuis permaneant in paradiſo, & licet comedant de ligno vitæ, quid tuæ poterit obſiſtere voluntati? quæ ſtatuit, quod in quocumque die comediſſent de ligno vetito, morerentur: tum etiam nonne efficere potes quod manentes in paradiſo impediantur extendere manum ad arborem vitæ? Ne ergo eos expellas à paradiſo. Nota à tempore quo comederant fructum vetitum, mortui ſunt ſaltem ſpiritualiter: rectè ergo eos expulit Deus à paradiſo, quia paradiſus non mortuos, ſed ſolum viuos poteſt retinere: ſic Procopius: (Procop.) *Pulſus eſt, inquit, homo ſecundum præcepti tenorem à paradiſo, qui ſuſcipiebat viuentes non morientes,*

*Deſiderio feramur in gloriam.*

*Ne forte mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ,* 703 Cur arces eos ab eſu ligni vitæ? Nota quod per iſtud lignum vitæ poſſumus intelligere Chriſtum Dominum regnantem in beatitudine, reſpondeo ergo ab hoc ligno vitæ arcere eos, vt videntes eo ſe deſtitutos, deſiderio ad illud acquirendum ferantur: ſic Procopius: (Procop.) *Idcirco interdictum homini eſt lignum vitæ, vt infœlix eo ſolatio ſummo deſtitutus, in deſiderio fœlicitatis æternæ venturæ cum Chriſto vitam tranſigeret.*

*Mors remedium malorum.*

*Ne forte mittat manum ſuam, & ſumat de ligno vitæ, & viuat in æternū.* 704 Diximus diabolū vitæ arborem neſciſſe, cur voluit Deus diabolum ignorare?

Quia cum hæc arbor vitam dioturniſſimam conſeruaret, nihil magis diabolus curaret, quam à peccatore mortem auertere, at illius miſeriam æternam redderet: ſic Greg. Naz. oratione in Chriſti natiuitate, mortem lucretur homo, ne malum immortale foret, ita pœna in miſericordiam ceſſit, vnde Boëtius lib. 4. de conſolatione proſa quarta argumentatur: *Si nequitia miſeros facit, miſerior ſit neceſſe eſt diutuenior nequam, hos infœliciſſimos iudicarem, ſi non eorum malitiam ſaltem mors extrema non finiret.*

Gre. Naz.

Boetius.

## *Ieiunium ſalutem amiſſam recuperat.*

705 *Ne forte mittat manum ſuam, & ſumat de ligno vitæ*, Cur ad nouam abſtinentiam incitas, cum primam ſibi impoſitam non obſeruauerit, ſed potius tranſgreſſus fuerit? Eum ad nouam abſtinentiam quaſi coëgit, vt prioris defectum poſterioris obſeruantia compenſaret, & ſalutem amiſſam recuperaret, hoc videtur ſignificaſſe Tertul. lib. aduer. phy. cap. 3. dicens, Deum poſt lapſum homini iterum mandaſſe ieiunium, *Vt homo*, inquit, *per eandem materiam ſatis Deo faciat per quam offenderat, atque ita ſalutem æmulo modo reaccenderet inedia, ſicut extinxerat ſagina.*

Tertull.

## *Bonum eſt puniri temporaliter.*

706 *Ne forte mittat manum ſuam, & ſumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum*, Cur hanc miſericordiam non illi tribuis, vt comedendo vitam æternam poſſideat? Argumentum magnæ miſericordiæ Dei fuit ei vitam non concedere in æternum, quia ſemper miſer fuiſſet, ſed ſolum temporalem, vt hac punitione quod amiſerat, recuperaret: ſic Rup. l. 3. c. 29. *Iam miſer factus eſt, ſi æternus quoque ſit, quid niſi miſeriam æternam habet? Parcamus illi ne hoc modo, male ſit, parcamus inquam homini, & quia fœlicitatem perdidit, æternitatem quoque præripiamus infœlici, vt in neutro ſit quaſi vnum ex nobis, nobis eſt æterna fœlicitas, fœlix æternitas, ſic illi temporalis miſeria, vel miſera temporalitas, vt tunc illi commodius reformetur æternitas, cum fuerit recuperata fœlicitas, in magna ergo ira magnæ miſericordiæ Dominus Deus recordatus eſt, in hoc ipſo quod lignum vitæ non conceſſit miſero homini.*

Ruper. li. 3. in Gen. c. 29.

## *Deus prouidet ne in gulam incidamus.*

707 *Ne forte mittat manum ſuam, & ſumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum*, Quænam eſt ratio hæc eiectionis primi hominis è paradiſo? Si enim es adeo benignus, permitte vt vitam quam peccato ſuo perdidit, ſibi per cibum ligni vitæ reparet & reſtituat? Nota quod iam peccato ceciderat: ideo eiecit de paradiſo, ne ingluuie ductus adhuc lignum vitæ ſumeret, & in peccato gulæ maneret: ſic D. Chryſ. hom. 18. in Gen. *Nam quia magna intemperantiæ indicia exhibuit, præuaricandoque mortalis factus eſt, ne nunc & lignum quod vitam præbet & continuam, attingere audeat peccaturus perpetuo, ſatius fuit hinc ipſum eiici, ita vt magis prouidentiæ quàm indignationis fuerit illa eiectio.*

Chry. ho. 18. in Gen.

## *Peccatũ in nobis extingui Deus omnino vult.*

708 *Ne forte mittat manum ſuum & ſumat de ligno vitæ & comedat & viuat in æternum*, Ait D. Epip. poterat in æternum viuere corpus & immortale fieri niſi à guſtando ligno vitæ foret prohibitum: ſed cur quæſo ab hac guſtanda eſca fuit homo prohibitus? reſpondet idem ſanctus l. 1. aduerſus hær. hæreſ. 64. *Idcirco prohibitum eſt vt & peccatum extinctum, vna cum corpore moreretur, & corpus peccato mortuo reſurgeret*, quaſi diceret, vult eum mori vt peccatum illius omnino extinguatur: ſi enim viueret immortalis, peccatum illius perpetuò conſeruaretur.

D. Epiph.

## *Pœna tranſgreſſoribus legum iniunctæ imponendæ ſunt.*

709 *Ne forte mittat manum ſuam & ſumat de ligno vitæ, &c.* Cum Deus ſit ſummus legiſlator, & pœnam mortis tulerit in Adam, ſi ex fructu ligni vetiti comederet, cur in ea non diſpenſat, imo vult vt eam ſuſtineat cum eiicit de paradiſo ne ſumat de ligno vitæ immortalitatem conferente? merito equidem, nam pœnæ, quas leges earum tranſgreſſoribus minantur, imponendæ ſunt: *Docet locus iſte* (inquit Oleaſt.) *legiſlatores & iudices imponere reis pœnas à legibus comminatas: deridentur enim leges, cum comminantur, neque tamen imponuntur, ideo enim noluit de ligno vitæ comedere, vt mortem comminatam incurreret, ſimiliter hac de cauſa de paradiſo eiecit, vt in ſudore vultus ſui cibum quæreret ſibi.*

Oleaſt.

## *A ſacramentis indigni ſunt arcendi.*

710 *Ne forte mittat manum ſuam, & comedat de ligno vitæ*, Si mortem hominis non deſideras, cur hominem prohibes ne ſumat de ligno vitæ illius conſeruatiuæ? nota lignum vitæ ſacramenta quædam referre quibus dignè receptis vitam nobis conſeruamus immortalem: merito igitur impeditur Adam ne de ligno vitæ comedat quia indignus & publicus peccator arcendus eſt ab aliquibus ſacramentis accipiendis: ſic D. Aug. *Quod in eo (nempe ligno vitæ) eſſet ſacramentum viſibile, inuiſibilis ſapientiæ, alienandus inde vtique fuerat, vel iam moriturus, vel etiam tanquam excommunicatus, ſicut etiam in hoc paradiſo, id eſt, Eccleſia ſolent à ſacramentis altaris viſibilibus homines Eccleſiaſtica diſciplina remoueri.*

D. Auguſt.

## *Diabolus ſi non offendit non ex defectu voluntatis, ſed ſcientiæ.*

711 *Ne ſumat de ligno vitæ & comedat & viuat in æternum*, Hîc æternum pro diurno ſumitur, ne viueret aut per diurnum tempus Deus noluit, quia miſeria illius vitæ diutius perſeueraſſet: ſed cùm nequiſſimus ſit aduerſarius noſter, cum ſuaſione ſua vitam miſeriis plenam reddidiſſet ex eſu ſcientiæ boni & mali, cur non è ligno vitæ deinde fructus abſtulit homini vt ex eis comedens diuturniorem in calamitatibus vitam degeret? id non operatus fuit ex defectu peruerſæ voluntatis, ſed ex ignorantia illius, & virtutis arboris vitæ: ſic Rup. *Datur intelligi quod lignum vitæ diabolus neſciuit, quod Deus plantaſſet tale lignum medio paradiſi: ſi enim ſciſſet nunquam conſilium malignitatis ſuæ, ita dimidiaſſet, ſed ſicut lignum ſcientiæ boni & mali perſuaſit, vt miſeros faceret, ſic & lignum vitæ præripere perſuaſiſſet, vt æternaliter miſeros vel miſeros æternos faceret, vt eſſemus ſimiles ei, qui fœlicitatem perdidit, & æternitatem non amiſit, & ita eſt eius æterna infœlicitas, & infœlix æternitas.*

Rup. hîc.

## *Deus per ſemetipſum vult nos reparare.*

712 *Ne mittat manum, &c. comedat de ligno vitæ & viuat in æternum*, Si immortalitatem homini conferre ſtatuiſti aliquando, cur ſi ipſe poteſt eam conſequi ex eſu ligni vitæ, non permittis? tanto amore fertur

Deus in hominem, vt per ſe ipſum reddere immor- A
Epi. idem talem & ipſum reparare ſtatuerit: ſic D. Epiph. *No-*
habet Pro. *luit eum Deus viuere in æternum in detrimento, ſed vt optimus figulus in proprium figmentum vas extinctum & confractum per ſe ipſum reparare conſtituit, in regeneratione igitur reficiet vas, vt ſine priore detrimento poßit ſemper viuere.*

*Deus ad pœnitentiam nos prouocat.*

713 *Ne mittat manum & comedat de ligno vitæ & viuat in æternum,* Miſericordiâ Deus motus ne ſemper miſer viuere, hoc ſtatuit, ſed voluntas Dei ſolum-ne eſt limitata ad amouendam miſeriam ab homine? B Deus ita hominis ſalutem curat, vt non ſolum miſerum eſſe non permittat, ſed ad pœnitentiam ſollicitat & prouocat, teſtis eſt D. Euch. *Exules ſunt ab*
D. Euche. *illius eſu ad tempus effecti, vt per congruam pœnitentiæ ſatisfactionem, rurſum illuc vnde emißi fuerant, reuerterentur.*

*Hominis libertas.*

714 *Ne forte mittat manum ſuam, & comedat de ligno vitæ.* Cum nihil te lateat, Deus, & omnia futura ſicut præſentia infinitâ ſcientiâ cognoſcas, cur quaſi ſub dubio loqueris dicens *ne forte?* ſcis enim hominem ſi permaneat in paradiſo, ſumpturum de ligno vitæ, Deus non ignorat, quid futurum ſit, ſed apponit, *ne forte*, ad declarandam maximam hominis liberta-
Card. Cai. tem, ſic Card. Cai. *Deſcribitur ſub dubio, non relatiue ad diuinam ſcientiam, ſed relatiue ad libertatem hominis, ad conditionem actionis ſecundum ſe, ad ſignificandum quod potuiſſet accidere.*

*Non permittit Deus dæmonem promißis ſuis inueniri fidelem.*

*Ne forte mittat manum ſuam & comedat, &c. & viuat in æternum,* Poteris, ô Deus, accuſari inuidiæ, 715
quod nolueris homini donum immortalitatis conſequi, permitte ergo vt fructum arboris vitæ comedat? nota promiſiſſe dæmonem homini immortalitatem, cum ait nequaquam moriemini: iure merito igitur Deus noluit, vt viueret homo in æternum, ne fidelis diabolus in ſuis promiſſis inueniretur: ſic Pro.
*Nunc hominem qui peccato ſe addixit non vult manere in æterna vita, ne forte in quibuſdam fidelem indicet diabolum, & inuidum pronuntiet Deum.* Procop.

*Omnis occaſio peccati adimenda.*

*Ne forte mittat manum & comedat de ligno vitæ, & viuat in æternum,* Ne impedias quæſo hominem 716
comedere lignũ vitæ; ſic enim grauiores peccati ſui luet pœnas in miſeriis ſuis per longiſſimum tempus ſubſiſtens? nota per eſum arboris vitæ quaſi illius æternitatem conſequuturum fuiſſe, & in peccato ſuo toto hoc tempore permanſurum, merito igitur ei arboris vitæ eſus adimitur, quia omnis occaſio peccati eſt amputanda: ſic Proc. in c. 2. Ge. *Placuit radicem peccati penitus erui, ne dum vel minima eius reliqua foret particula, nouos peccatorum ſurculos emitteret.* Procop.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXIV.*

*Vlg.* Et emiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis, vt operaretur terram, de qua ſumptus D eſt.
*Sep.* Et emiſit illum Dominus Deus de paradiſo voluptatis, operari terram ex qua ſumptus eſt.
*Cald.* Et emiſit eum Dominus Deus de horto voluptatis, vt operaretur terram ex qua creatus eſt.
*Arias*, Emiſit eum Dominus Deus de horto Eden, ad colendam terram, quod ſumptus eſt inde.
*Caietan.* Et emiſit eum Elohim Iehoua ex horto Eden ad ſeruiendum terræ, quia ſumptus eſt inde.
*Chryſoſtom.* Et emiſit illum ex paradiſo delitiarum

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

V*Bi habemus de ſumptus eſt*, & Hebraice לקח *Lucah*, à לקח *Lacach*, quod ſignificat ſumere, Caldæus clarius expreſſit dicens de qua creatus eſt.

## EXPOSITIO VERSVS XIX.

E*T miſit eum de paradiſo voluptatis*, Exire præce- E pit de paradiſo, vel emiſit eum Angeli alicuius miniſterio, *vt operaretur terram*, id eſt, eam coleret fœcundaretque, *ex qua ſumptus eſt*, ſcilicet ſecundum corpus, ex quo aliqui colligunt quod Adam in illum locum reductus eſt in quo fuit formatus.

Ex hoc verbo eiecit eum de paradiſo voluptatis, mouetur dubium, quanto tempore Adam & Eua in paradiſo commorati fuere? certum eſt non poſſe conſtitui præciſe ac definite; nam nec ex ſacra ſcriptura, nec ex ſanctis patribus (cum etiam interpretes non ſibi conſtent) nec aliquibus certis coniecturis colligi poteſt, quid ergo dicemus cùm plures ex ſanctis patribus teneant eodem die quo creatus eſt Adam lapſum fuiſſe, atq; ex loco paradiſi eiectum: eorum Eodem die
ſententiæ non aduerſor, cum ſatis probabilibus ful- quo creatus eſt
ciatur rationibus, quarum præcipua deſumitur ex il- Adam eie-
lis verbis quæ ſerpens dixit Euæ, cur præcepit vobis ctus eſt à
Deus, vt non comederetis ex omni ligno paradiſi, id parad.
eſt, vt ex nullo ligno ederetis, quibus verbis licet in- Ire. l. 3. ad hær.
telligere nihil vſque ad id tempus quo ſerpens hæc Cyril.
dixit Adam & Euam comediſſe, (ſic aliqui ex patri- Epi. Ephr.
bus) nam ſi veſcentes eos, vidiſſet antea ſerpens, id profecto minime dixiſſet, iam vero ſi multo ante conditi & in paradiſo conuerſati eſſent, nequaquam ſane potuiſſent tamdiu abſque eſu ciborum vitam tolerare, tum etiam quia talis eſt diaboli inuidia, vt non permiſerit diu Adamum innocentem manere.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Ita benignus Deus, vt per ſe non puniat.*

717 Dion.Car. EMiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis, ait Dionyſ. *Miniſterio Angelorum* vnde & ſenſus etiã poteſt eſſe, fecit e mittere, fecit eiicere; ſed cur ipſemet non expellit, ſed miniſterio Angelorum? iſta expulſio fuit Adæ punitio; ne mireris ergo ideo non per ſe ipſum, ſed miniſterio aliorum eieciſſe, ne quid amori ſuo ac ſuauiſſimæ miſericordiæ detrahere videretur, ſed ad tam acerbum tamquam luctuoſum miniſterium deſtinaſſe Angelum.

### *Signum clementiæ nos punire.*

718 *Emiſit eum Dominus de paradiſo voluptatis*, Cur hominem ita dilectum è paradiſo eiicis? te nimirum ſeuerum appellabunt aduerſarij, cum ad tuam imaginem formatum, ita dedecore afficis; ſignum maximę clementię Dei hominem eieciſſe, non autem ſeueritatis & iuſtitiæ: ſic D. Chryſ. l. 2. de prou. c. 1. *Videtur eiectio illa paradiſi ligniq; vitalis inhibitio mortis quaſi mulctatio cruciantis eſſe atque punientis: ſunt autem profectò iſta omnia ſigna clementiæ & non minus quam priora*, per ista intelligit Chry. omnia quæ in eum Deus contulit beneficia ante peccatum, probat, *Si conſideremus diligentius, quid illum pati neceſſe fuerit, niſi hoc ita contigiſſet, nam ſi pollicitante diabolo æquales illos Deo poſt præuaricationem in eodem honore perſtitiſſent, tum profectò incurriſſent ſumma ſcelera: primò enim Deum maleuolum & iniuſtum ſeductoremque & mendacem exiſtimaſſent, 2. verò ſeductorem maleuolentiæque & mendacij & inuidiæ parentem beneficum atque amicum putauiſſent, poſtremo tandem in peccatis immortaliter, & abſque vllo fine perſeueraſſent: at his omnibus eum liberauit, cum è paradiſo eiecit, ita ferè & medicus ſi vlcus negligat & deſerat, virulentum amplius reddit, ſin verò id reſecet, vlterius progredi ſaniem & morbi vlcus vetat.*

D. Chryſ. l. 2. de prouident.

### *Dominus eſt Deus præcipuè eorum qui ſunt in Eccleſia.*

719 *Emiſit eum Deus de paradiſo voluptatis*, Nota quod poſt eiectum hominem, non inuenies Dominum appellari Deum in toto c. ſubſeq. vnde hoc? cur à Moyſe hoc nomen illi ademptum eſt? Nota quod paradiſus pro Eccleſia optime poteſt ſumi; meritò ergo habuit nomen Dei, quouſque homines in paradiſo manſerunt, non autem poſtquam ſunt eiecti, quia Dominus eſt Deus eorum qui ſunt in Eccleſia, non autem dignatur eorum qui extra Eccleſiam ſunt, Dominum ſe dicere: ſic D. Iunil. tra. ſuo in Ge. *Vt diſcas* (inquit) *quomodo Eccleſiæ eſt proprius Dominus & Deus, at non pariter eorum qui ſunt extra Eccleſiã.*

D. Iunil.

### *Vxor inuigilet circa maritum, vir autem circa familiæ ſuſtentationem.*

720 *Emiſit eum de paradiſo voluptatis*. Ait vt operaretur terram de qua ſumptus, nonne vterque eiectus eſt de paradiſo? cur ergo ſolum de homine dictum, vt operaretur terram de qua ſumptus eſt? an otioſa viuet mulier poſt eiectionem à paradiſo? Homini indicauit laborandum eſſe ad vitę conſeruationem, ſed præſuppoſuit de muliere, quod inuigilaret circa viri ſui obſequium: ſic eleganter Rup. *Quod dictum eſt vt operaretur terram de qua ſumptus eſt, melius de ſo-* A *lo viro accipitur, quia de terra ſumptus eſt: nam mulier de carne vel oßibus viri ſumpta eſt, vnde & ipſa natura docet decere virum vt operetur terram: nam mulieri magis congruit, vt erga corpus viri in quolibet opificio ſimiliter occupetur, proinde cum dicitur, vt operaretur terram de qua ſumptus eſt, commodè ſubauditur, & mulier operaretur circa cultum viri de quo ſumpta eſt.*

Abb. Rup.

### *Honor nos aliquando deteriores efficit.*

*Emiſit eum Dominus de paradiſo voluptatis*. Scio B grauiſſimum ſcelus admiſiſſe; cur tamen eum alia pœna non plectis, quàm priuatione honoris tam eximij, qualis erat commorari in paradiſo, tanquam in curia ſua? Iuſta de cauſa eum eiecit de paradiſo, ablato ſibi honore, quia honor deteriores nos efficit: ſic D. Chryſ. lib. de prouident. ca. 2. *Quo circa primum hominum à principio è paradiſo expulit, quomodo ex honore ſibi præſtito deterior effectus fuiſſet, ſi poſt ſpretum violatumque mandatum immotus ille ſtabiliſque duraſſet?* 721

D. Chryſ.

### *Ira impedit prolationem verborum.*

C *Emiſit eum Dominus de paradiſo*, antea rationem exprimit, *nunc ergo ne forte mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ*: Quis ſenſus eſt hic verborum non capio, quæ enim eſt mens tua? Si diceres, exeat de paradiſo, optime ſequeretur ne forte mittat manum ſuam, ſed nihil tale profers, certum eſt aliquid intelligi, vt perfectus ſenſus reddatur aliquis textus ſecundum Carthuſ. habet *videte*, quod tamen non eſt in Hebræo; ſed ſubintelligendum eſt, quaſi Dominus diceret Angelis quibus paradiſi cuſtodiam, & primorum parentum inde expulſionem commiſit, nunc ergo videte, id eſt, præcauete ne mittat manum ſuam, ſed cur verba Dei non ſunt expreſſa? Nota quòd Deus ingratis eſt maximè iratus & offenſus; reſpondeo ergo verba hæc non pronuntiaſſe, quia ira in nobis prolationem verborum impedit, ad ſimilitudinem autem irati loquitur: ſic Gloſſ. interl. *Apoſiopeſis eſt, id eſt, defectiua loquutio, quæ irato & perturbato congruit.* 722

Gloſſ. inte.

### *Durius eſt è prima fœlicitate cadere quàm mori.*

*Emiſit eum Dominus de paradiſo voluptatis*, Dicemus poſtea, ideo ante conſpectum illius ſtatuiſſe, vt E recordatio amiſſæ fœlicitatis magis cruciaret? ſi eum magis torquere volebat, nonne ſatius illi fuiſſet adimere vitam qua nihil carius, cui quen obnoxius erat propter delictum? Ideo vitam non ademit, quia iactura amiſſę fœlicitatis intolerabilior eſt ipſa morte, probat Philo Hebræus in Flaccum; qui cum à Caio Imperatore in exilium mitteretur, durius iudicabat ex priori fœlicitate in exilium quam à vita in ſepulchrum corruiſſe; ſic enim loquentem introducit: *Quomodo vocabo hanc inſulam? Exilium-ne, an nouam patriam? Sepulcri ei nomen maximè conuenit, F ſiquidem infœlix ego me ipſe quodammodo in monumentum infero, aut enim præ dolore miſeram vitam finiam, aut ſi potero diutius ſuperaſſe, longam mortem perpetior.* 723

Philo He. in Flacc.

### *Inducit nos Deus ad humilitatem.*

*Emiſit eũ Dominus de paradiſo, vt operaretur terrã* 724

*de qua ſumptus eſt*. Cur addit de qua ſumptus? Nonne ſufficiebat dixiſſe, vt operaretur terram, ſine vlla additione, cum notum nobis eſſet hominem de limo terræ fuiſſe formatum? Non ſine myſterio addidit, *de qua ſumptus*, vt reuocaret ei in memoriam ſuam D. Chryſ. vilitatem, & ad humilitatem prouocaret: ſic D. Chr. ho. 18. *Nec temere dixit de qua ſumptus eſt, ſed vt perpetuò commoneſieret humilitatis, inter operandum, ſcireque poſſet, quod inde ſit conſtitutus, & ſubſtantiam corporis habeat ab initio.*

### *Inobedientia nos à paradiſo expellit.*

725 *Emiſit eum Dominus de paradiſo voluptatis*, An à paradiſo adulterium, vel homicidium, vel aliquid aliud eos expulit? Minime, quodnam igitur? inobe- Gre. Mag dientia ſuæ eiectionis ſufficiens eſt ratio: ſic D. Greg. in 1. Reg. c. 1. *Hic inobedientes aſpicere debes, quia primus humani generis parens, à paradiſi gaudiis nec furto, nec rapina, nec adulterio, nec homicidio, ſed pomi vetiti inobedientia corruit.* Idem habet B. B. Antioc. Antioc ho. de obedientia dicens, *per inobedientiam relegatus à paradiſi amœnitate in hanc vallem miſeriæ.*

### *Statim poſt peccatum commiſſum agenda eſt pœnitentia.*

726 *Emiſit eum Dominus de paradiſo voluptatis*, Dubium moueo an poſt plures menſes à tranſgreſſione præcepti, & commiſſo peccato emiſit Deus hominem ab horto delitiarum? Satisfacit D. Amb. lib. de pœnit. c. 11. dicens, Adam poſt culpam ſtatim de paradiſo Deus eiecit, ſed cur ſtatim? Nonne pauliſper Deus hominem peccatorem in loco amœno tolerare poterat? Noluit diutius eum ibi commorari, ſed ſtatim eiecit, vt delicti pœnitentiam quæ non differenda eſt, ſtatim ageret: ſic citat. Doctor. Amb. l. de pœnit. c. 12. *Non diſtulit, ſed ſtatim ſeparauit à delitiis vt ageret pœnitentiam.*

### *Impœnitentiæ occaſionem amputat Deus.*

727 *Emiſit eum Dominus de paradiſo voluptatis*, Ne comederet de ligno vitæ viueretque in æternum, quid refert quod in æternum viuat? Eum ergo in paradiſo non fuiſſet eiectus, comediſſetque de ligno vitæ, peccati ſui non recordaretur, nec doleret: ſapientiſſime ergo eum de paradiſo expulit, vt impœnitentiæ occaſionem ab eis omnino amputaret: ſic D. Hieron. D. Hieron in c. 65. Iſai. *Iuxta Septuagint. lignum vitæ intelligimus quod in paradiſo ſitum eſt, ad quod ne extenderet manum ſuam Adam vt viueret, eiectus eſt de paradiſo, ne in peccato poſitus, & nec dum ſua delicta cognoſcens, comederet ex eo, & impœnitentia morte moreretur.*

### *Onus terræ peccator.*

728 *Emiſit eum Dominus de paradiſo voluptatis*, Similiter quaſi eiectum è terra Caio intuemur, ecce eiicis me à facie terræ, cur è paradiſo eiecit Deus Adamum, & Cain à facie terræ? Nonne vterque erat peccator? Non igitur mirum vnum eiici à paradiſo, alterum vero à facie terræ, quia vterque cum eſſet Phil. Iud. peccator, onus erat terræ grauiſſimum: ſic Phil. Iud. *Eſt autem Deus bonus, beneficus bonarum rerum donator munificentiſſimus, ideoque Adamum Cainumque onera terræ profligauit de paradiſo.*

A *Fœlicitas amiſſa maximum infert dolorem.*

*Emiſit eum Dominus de paradiſo voluptatis*, Sed quo in loco extra paradiſum manere præcepit Deus? 729 ſine dubio è regione illius, ſed cur longiſſime non amouit, & in remotiſſimas partes eiecit? Ideo ante paradiſum & non remote manere præcepit, vt conſiderans fœlicitatem paradiſi deperditam, vehementiori afficeretur dolore: ſic D. Titus Boſtrenus: *Deus Adamo è paradiſo eiecto, ex aduerſo paradiſi ſedes aſſignauit, quo creber eiuſdem conſpectus dolorem inſtauraret.* Titus Boſ. & Chryſ. con. 2. de Lazar.

B

### *Ad amorem ſuum nos inuitat Deus.*

730 *Emiſit eum Dominus Deus de paradiſo*, Magnam certe exiſtimabis pœnam eiici de loco amœno, cur ergo eum Deus tam grauiter punit? Certe eum pœnis debitis tranſgreſſioni ſuæ potuit afficere, ideo eum è paradiſo eiecit, vt cum videret ſe exulem à loco tam amœno, ſatageret amore Dei ad eum redire: D. Chryſ. ſic D. Chryſ. ho. 23. in Epiſt. ad Roman. *Quod à paradiſo illos eiecit, eo magis adorare, & admirari oportet: quoniam enim ad iſtam ſocordiem delitiæ illos de-* C *duxerat, abſciſſa lætitia triſtitiam veluti murum ſocordiæ perpulſandæ præſtruxit, quatenus ad dilectionem ſuam reuerterentur.*

### *Per ieiunium ad paradiſum fit regreſſus.*

731 *Emiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis*, Cùm hic paradiſus ſit figura cœleſtis à quo exules nunc degimus, ad illud regrediendi inuenieturne aliquod remedium? Inſpiciamus qua de cauſa eiectus fuerit primus parens, propter ieiunij violationem; nam contra Dei legem fructum vetitum comedit, cum igitur contrariorum contraria ſit ratio per D ieiunium regreſſus fiet ad paradiſum: ſic D. Baſi. ho. 1. D. Baſil. de ieiu. *Quoniam non ieiunauimus, exulamus à paradiſo, ieiunemus igitur vt ad illum reuertamur.*

### *Qui magnis abutitur, exigua ſolum ei conceduntur.*

732 *Emiſit eum Deus de paradiſo*, ſubiungit Moyſes, *vt operaretur terram de qua ſumptus eſt*, Nonne cum in paradiſo conſtitutus fuerit, dictum eſt à Moyſe vt operaretur & cuſtodiret illum? Si igitur terram para- E diſi ſummo cum gaudio, & exercitij cauſa colere debebat, quomodo nunc terram cum ſummo dolore & labore operari tenetur? Non ignotas paradiſi agriculturæ non vacaſſet: eſte igitur condemnatur terræ aſperæ & rudi colendæ, quia qui magnis abutitur, D. Proſp. exigua ſolum ei conceduntur: ſic fere D. Proſp. in ſententiis: *Homo è paradiſo in hoc ſeculum depulſus eſt, id eſt, ab æternis ad temporalia, à copioſis ad egena, à bono ſummo ad bonum infimum*, Quaſi diceret copioſa contempſit, ſolùm egenis gaudeat.

### *Ad peccatum odio habendum prouocamur.*

F *Emiſit eum Dominus è paradiſo voluptatis.* Expulſum conſtituit Deus ante eundem locum amœnum, 733 cur non in inſulam remotiſſimam relegat tanquam indignum omni ſocietate, & vt qui per peccatum ſimilis fuerat beſtiis, inter eas degeret? Ante paradiſum collocat, vt conſiderans cauſam ſuæ expulſionis à tam delitioſo loco, illam maximo odio proſequeretur: ſic Procopius. Procop. & Theo. q. 40. in Ge. *Voluit vt paradiſus ſubinde eius oculis obſeruaretur qui recordaretur peccati,*

*ipſum que oderit, vt tauſam qua illum deturbauerit* A *poſſeſſione paradiſi.*

### *Ne otio indulgeamus, efficit Deus.*

734 *Emiſit eum Dominus de paradiſo voluptatis, vt operaretur terram de qua ſumptus eſt.* Nonne grauiſſima pœna erat exilium à paradiſo, cum morte aliquando ſubeunda? cur igitur addens Deus afflictionem afflicto, vult eum ſummo cum labore & dolore terram operari? ideo cum labore ſtatuit Deus terram colere, vt fugiens otium plurima vitaret peccata: ſic Moſes Barſ. *Deus non fruſtra quietem illi* Moſ. Barſ. in l. de Par. *nullam conceſſit, vt eſt humanum ingenium: nam ſi* B *tantis condemnat malis, non deſinimus peccare, quid non patraſſemus in otio, delitiiſque vitam agitare permiſſi? certe huius rei exempla nobis ſuppeditant homines, qui otioſi ac deſides molliter ac delicate* Exod. 32. *agunt: ſcriptum eſt enim Exo. 32. conſedit populus ad edendum, & ad bibendum, ſurrexitque ad ludendum, & Prouer. 12. malum eſt otium, atque pigritia* Prouer. 12. *fraudem parat.*

### *Deus etiam ſupremus iudex, circa infirma punienda verſatur.*

735 *Emiſit eum Dominus Deus è paradiſo voluptatis,* C *vt operaretur terram.* Cur in illa eiectione & condemnatione primi parentis in terræ operatione, non ſolum appoſitum eſt nomen Elohim, ſed ineffabile etiam Iehoua? Deus enim circa hæc infima non deberet verſari, ſed alicui ex ſuis miniſtris demandare; ideo appoſitum eſt vtrumque nomen, tam Dei quam Domini, vt agnoſceremus non ſolum tanquam iudicem, ſed ſupremum numen, etiam in punitione Card. Cai. circa infima exerceri: ſic Card. Caiet. *Attribuuntur autem Deo ſub vtroque nomine omnes narratæ actiones circa ſingularia, vt credatur Deus qui eſt omnium principium efficere, cognoſcendo hæc minima, prouiſor, & iudex omnium ſingularum*

### *Amor carnalis è paradiſo nos expulit.*

736 *Emiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis,* Quænam potuit cauſa ſubeſſe, vt homo qui ab ipſomet Deo in loco amœniſſimo paradiſi conſtitutus fuerat, ab eo exul fieret? in memoriam reuoca primum parentem amore carnali vxoris ſuæ irretitum, & ne illam contriſtaret, fructum vetitum comediſſe; ne cauſam igitur illius exilij indagemus, amor S. Idiota. enim carnalis eum è paradiſo expulit: ſic S. Idiota lib. 1. de amore diuino c. 34. qui poſtquam huiuſ- E modi amoris effectus retulit, dicens, eſt laqueus animæ, diſcrimen vitæ, mors ſuauis, blanda percuſſio, imperfectio leniens, mel felleum, pernicies delicata, dulce venenum, malum ſpontaneum, lepida iugulatio, & omnium rerum calamitas, ſubiungit: Ioan. 2. *Nam Adam & Euam de paradiſi delitiis eiecit, cæleſtes terrenos fecit, humanum genus in infernum demerſit, vitam abſtulit, mundo laborem & preſſuram inuenit, & malum quod ad mortem perducit.*

### *Malo ſubuenitur, quando occaſione illius ſtatim adimitur.*

737 *Emiſit eum Dominus de paradiſo voluptatis.* An ſtatim poſt peccatum commiſſum expulſus eſt à paradiſo? affirmatiuè reſponſum eſt ex Amb. ſed cur ſaltem poſt aliquot dies in eo non eſt commoratus, vt A deliciis eius fruens, poſtea eiectus maiori dolore angeretur earum iacturam feciſſe? nam ſi per aliquod tempus manſiſſet, ex arbore vitæ comediſſet, cuius eſu miſerrimus redderetur, & fortaſſis occaſionaliter ex eo obſtinatus in peccato? recte igitur ſtatim eiicitur, quia tunc malo bene ſubuenitur, quando illius occaſio ſtatim adimitur: ſic Card. Toletus in 15. verſ. 2. cap. Ioan. *Tunc enim* Card. Tol. *malo ſubuenitur perfecte, quando etiam mali occaſio amputatur.*

### *Radix peccati omnino reſcindenda.*

B *Emiſit eum Dominus de paradiſo voluptatis.* Cur 738 in parad. eum non derelinquis, vt conſpiciens arborem ſcientiæ vetitam, quæ in tot mala eum præcipitauit, maledictionibus impeteret, vel ſaltem in eodem loco, quo crimen admiſit, illius pœnitentiam ageret? Nota hanc arborem ſcientiæ boni & mali, illius peccati fuiſſe quaſi radicem: non permaneat igitur in paradiſo, ſed ab eo expellatur, vt omnis peccati radix omnino præſcindatur: ſic Procop. in c. 2. Gen. qui poſtquam dixit radicem peccati pe- Procop. nitus eruendam, ne minima eius particula noua germinet peccata, hoc confirmat veriſſimo exemplo, C dicens: *Sæpius in templis vſu venire animaduertimus, vbi, exempli gratia, ſi ficus inter lapidum commiſſuras enaſcatur, & non penitus vnà cum radice euellatur, ſequitur interdum muri diſſolutio & ruina, verum ſi radicitus euulſa fuerit arbor, permanent lapidum commiſſuræ incolumes, non enim ceſſat repullulare, quantiſper vel obſcuræ relictæ fuerint radiculæ, totam ſublatam è medio oportet, ſi nolis pati damnum aliquod inſigne, ſi radices penitus exciſſæ fuerint durabit illæſa & inuiolata lapidum coniunctio ſeu commiſſura, haud diſſimili ratione & caro reſurgit, non exactè & funditùs euulſo peccato.*

### D *Qui violat locum ſacrum, eo priuari debet.*

*Emiſit eum Dominus de paradiſo voluptatis.* Non 739 defecere hæretici, ſicut Iulianus Apoſtata, Deum inuidiæ arguentes, eo quod expulerit hominem è paradiſo, ne beatus degeret vitam immortalem: ſed meritò ab eo expellitur, non ex Dei inuidia, ſed quia qui locum ſacrum prophanat, ſicut erat paradiſus, eo indignus omnino cenſetur: ſic Moſ. Barſ. 1. p. de Moſ. Barſ. parad. *Æquum non erat, vt locum obtineret ſacrum, poſtea quàm eum lege violata per peccatum prophanaſſet, & erat illud tantum delictum hoc exilio dignum.*

### *Violatio ieiunij quædam ſpecies deſperationis.*

*Emiſit eum Dominus de paradiſo voluptatis.* 740 Diximus expulſum, quia ieiunium violauerat, ita ne graue crimen eſt cibo quodam non abſtinere, vt adeo acerbam pœnam mereatur, qualis eſt non ſolum cum labore maximo panem comedere, ſed à proprio domicilio cum maximo pudore eiici? ne tibi videatur grauiſſima pœna inflicta, quia violatio ieiunij quaſi deſperationem includit grauiſſimum crimen: ſic D. Maxim. Taurin. Epiſc. hom. in lætaniis & ieiuniis Niniuitarum, vbi poſtquam dixit, D Maxim. Thaur. *Pecus videns declinat foueam, cauet præcipitia, cur autem non vis ieiunando periculum declinare quod cernis?* ſubiungit, *deſperationis genus eſt, tunc te manducare, cùm abſtinere debeas.*

## VARIETAS VERSIONVM VERS. XXV.

*Vlg.* Eiecitque Adam, & collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque verſatilem, ad cuſtodiendum viam ligni vitę.

*Septuag.* Et eiecit Adam, & collocauit eum contra Paradiſum voluptatis, & ordinauit Cherubim & flammeam romphæam, quæ vertitur, cuſtodire viam ligni vitæ.

*Cald.* Et eiecit Adam, & collocauit ad orientem horti voluptatis, Cherubim & acutum gladium verſatilem ad cuſtodiendam viam arboris vitæ.

*Arias*, Et eiecit hominem & collocauit ab oriente, ad hortum Hedem Cherubim, & aciem gladij vertentis ſe, ad cuſtodiendam viam arboris vitæ.

*Pagnin.* Collocauit ab oriente horti Cherubim, & flammeum gladium.

A *Caietan.* Et collocauit ab ante ad hortum Heden, Cherubinos & flammam gladij verſatilis, ad cuſtodiendam viam ligni vitarum.

*Vatabl.* Cherubim & laminam enſis verſatilis.

*D. Auguſt.* Et ordinauit Cherubim & romphæam flammeam quæ vertitur cuſtodire viam ligni vitæ, *ſic D. Ambroſ.*

*D. Chryſoſtom.* Eiecit & habitare fecit eum è regione Paradiſi delitiarum, & collocauit Cherubim, &c.

*Procop.* Expulitque illum hominem, & collocauit à plaga orientali horti Heden. Cherubim &

B laminam gladij verſatilis ad cuſtodiendum iter arboris vitæ.

*Moſes Barſepha*, Et verſari fecit ad orientem Paradiſi ipſius Heden Cherubim, & aciem gladij verſatilis ad cuſtodiendum iter arboris vitæ.

---

## CONCORDIA VERSIONVM.

Diximus קדם Kedem ſignificare ante, contra orientem, vnde oritur varia lectio, apud Hebræum: Cherubim in duali numero eſt, vnde fit quod aliqui Cherubinos legunt, vbi habemus flammeum gladium atque verſatilem, alij legunt acutum ſiue aciem gladij, quia exiſtimant verſatilem idem eſſe ac ancipitem, & bis acutum.

---

## EXPOSITIO VERSVS XXV.

*Eiecitque Adam.* Repetitio eiuſdem emiſſionis Adam à paradiſo, quaſi diceret, poſtquam eiectus eſt Adam.

*Collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim.* Patres ſequentes verſionem Sept. iungunt hæc verba, *collocauit ante paradiſum*, cum præcedentibus, *eiecitque Adam*, ita vt ſit ſenſus, eiectum Adamum

D collocauit è regione paradiſi, quem ſenſum deinde aperiemus conceptibus: ſed noſtra verſio, collocauit ante paradiſum, coniungit cum Cherubino, & flammeo gladio verſatili, quibus conſtitutis ante paradiſum, aditus ad arborem vitæ impediebatur: difficultas eſt in aſſignando quid per Cherubim, quid per gladium verſatilem & flammeum denotetur.

Per Cherubim non intellige potentes quaſdam, & terribiles viſiones, & figuras animalium horribiles, quæ Adamo timorem incutientes, ab ingreſſu paradiſi prohiberent, ſed ſubſtantias ſpirituales, nempe Angelos, qui impedirent hominem & dæmones, ne ipſi paradiſum ingreſſi, & fructum vitæ colligentes, eum poſtea hominibus offerrent, promittentes ipſius eſu vitæ immortalitatem, vt hac ſuaſione ad ſui amorem impellerent: quod autem hoc ſic debeat intelligi, ratio ſuadet: nam cum oratio Moyſis ſit hiſtorica, hæc verba prout ſonant, ſunt propriè intelligenda, non figuratè, nec metaphoricè aut impropriè, ſed propriè pro Cherubinis.

*Et flammeum gladium atque verſatilem*, Hic gladius non eſt ignis ambiens paradiſum inſtar muri, nec zona torrida, non ignis purgatorius, ſed verus gladius, acerrima acie acutiſſimus, & ex illius vibratione fulgentiſſimus: enſis enim vehementiſſime vibratus, ſi ſit ſplendidus quaſi flammam mittere videtur; dicitur verſatilis, quod facile verti poſſet, & in vtraque eius parte acies conſpiceretur: gladium huiuſmodi vnuſquiſque ex Cherubinis ſub ſpecie & figura hominum tenebat, vt eos feriret qui paradiſum ingredi præſumerent.

---

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deum noſtri habere prouidentiam debemus agnoſcere.* E

741 *Eiecitque Adam & collocauit ante Paradiſum*, cur ante Paradiſum? cur non longè amouet à Paradiſo, ſed circa eum collocat? vt homo prouidentiam Deum habere circa ſe crederet, cùm non longe conſtitueretur à domicilio eius: ſic Procop. *Nec du-*

Procop. *bito quin homo crediderit Deum verſari & quaſi domicilium habere in paradiſo, hinc perſuaſus eſt ſe non eſſe ſubmotum à cura & prouidentia diuina.*

### *Deus quantum poteſt, pœnam demulcet.*

*Eiecitque Adam & collocauit ante Paradiſum voluptatis*, Cur non in extremas terræ partes relegat, 742
cum omnia propter ſummam ſuam ingratitudinem ſupplicia demereatur? nota quod Rex clemens non longinquum delinquenti indicans exilium, ſed propinquum, pœnam illius maxime lenit, iubens illum morari in conſpectu Regiæ vrbis; in hoc ergo quod ante Paradiſum voluit collocari & non in longinquam regionem abire, maximum clementiæ ſuæ argumen-

Procop. argumentum præbuit volens illios pœnas temperare: ſic Proc. *Vt Deus aliquantulum pœnam leniret, iuſſit hominem habitare è regione Paradiſi.*

### *Spes nobis datur ad Paradiſum redeundi, & quomodo.*

743 *Eiecit Adam è Paradiſo, ante eum collocauit flammeum gladium atque verſatilem.* Ad cuſtodiendum ſcilicet aditum Paradiſi: ſed cur ad hanc viam cuſtodiendam ponitur gladius verſatilis? nonne in ingreſſu gladius rectus eſſet conuenientior, quam verſatilis? nam dum vertitur in aliquam partem aliam ſine offenſione patet ingreſſus, optime in ingreſſu B Paradiſi ſtatuitur gladius verſatilis, vt nobis redeundi ad eum ſpes maxima donetur: ſic Strabus, Strab. Fal. *Gladius verſatilis dicitur, quia poteſt remoueri, remotus eſt enim Enoch & Eliæ, & quoties remouetur fidelibus de hac vita ad ſupernam beatitudinem tranſeuntibus*; cur ait poſuiſſe flammeum gladium? ſatisfacit author dicens *qui ad Paradiſum redeunt, neceſſe eſt vt igne ſpiritus ſancti omnes concupiſcentias huius vitæ exurant, & gladio Dei verbi omnia noxia præſcindant.*

### *Gloriam conſequi poſſumus, charitate ſcilicet tolerantia temporali.* C

744 *Eiecit Adam & collocauit Cherubim & flammeum gladium atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ*, aſſeruimus quomodo eſſet ſpes ad eum redeundi, ſed cum per Cherubim atque gladium flammeum redeundum eſt, quid quæſo hæc Iſid. Hiſpal. hic. ſignificant? nota ex D. Iſidor. quod Cherubim plenitudo ſcientiæ, hæc eſt charitas quæ plenitudo legis eſt diuinæ, gladius flammeus, ſunt pœnæ temporales, quæ verſatiles ſunt, quoniam tempora volubilia ſunt; reſpondet itaque idem ſanctus, *Ad arborem vitæ non reditur, niſi per Cherubim id eſt plenitudinem ſcientiæ, id eſt charitatem, & per gladium verſatilem id eſt tolerantiam temporalem*, D idem habet D. Auguſt. lib. 2. de Geneſ. contr. Manic. D. Auguſt. *Per plenitudinem ſcientiæ id eſt per charitatem venitur, quia ſi charitatem non habeant, nihil ſunt.*

### *Quæ impediunt hominem à gloria, ſunt ſolum quædam ſimulacra.*

745 *Eiecit Adam & collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim & flammeum gladium atque verſatilem*, Theod. & Proc. aſſerunt Cherubinos impedientes viam Paradiſi nihil aliud fuiſſe, quam ſpectra quædam, & ſimulachra ad incutiendum timorem E metumque primis hominibus, in veſtibulo Paradiſi collocata, more agricolarum qui in hortis & ſatis ligneos defigunt palos, laceris humanarum veſtium pannis obuolutos, vt eo terriculamenti genere aues à ſeminum & frugum paſtu deterritas arceant: ſed hac ſtante opinione, cur ſolum hæc ſimulacra vt impediret viam Paradiſi, appoſuit? vt ex hoc diſcamus quod quæ hominem à gloria adipiſcenda reuocant, non ſunt quidem ſolida & vera, ſed ſolum ficta & Amb. li. de Joſep. c. 4. in Gen. apparentia & ſomniata, teſte D. Amb. lib. de Ioſeph. *Magnificentia in hoc ſæculo ſomnium eſt, & omnis potentia huius ſæculi ſomnium, non veritas eſt, &c.* F

### *Deus iuſtus iudex.*

746 *Eiecitque eum è Paradiſo*, Quorſum Deus poſuit hominem in Paradiſo à quo ſtatim expellendus erat? vt Deum non ſolum miſericordem & optimum, Rupert. ſed etiam iuſtiſſimum non ignoraremus. ita Rup. A lib. 3. c. 23. in Gen. *Gratiæ fuit quod hominem foris plaſmatum in Paradiſo Deus poſuit; iuſtitiæ vero, quod datum peccati rurſus abſtulit.*

### *Iudicium finale ab initio nobis exprimitur.*

*Eiecit eum & collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim & flammeum gladium atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ*, Præter hiſtoriam, 747 hocne innuit aliquod myſterium futuris temporibus aperiendum? ſcio quod in Apocalypſi viſus eſt Apoc. 1. Dominus ad iudicium veniens cum gladio ex vtraque parte acuto: dicamus ergo hoc ad finale iudicium B referri poſſe, cuius figura nobis hîc repræſentatur: ſic Rup. lib. in Gen. c. 32. *Gladius verſatilis, ſententia eſt diuini iudicij, quæ talis eſt vt poſſit verſari, id eſt non ſemper eadem diſtinctione claudat hominibus aditum Paradiſi: flammeus autem eſſe dicitur, quia reuera iudicium Domini flamma ignis eſt, iuxta Apoſtolum dantis vindictam his qui male egerant: porro Cherubim nomen eſt Angelicarum fortitudinum, hæc ante Paradiſum eſſe poſita ad cuſtodiendum ligni vitæ aditum cùm legimus, miramur, cùm tamen publica fide teneamus & confiteamur quod per ignem tranſituri, & non niſi per Angelorum myſterium examinati, paradiſum intraturi ſumus!* Rupert. C

### *Peccatum ante oculos ſemper habendum.*

*Collocauit ante Paradiſum Cherubim & flammeum gladium*, Neſcio cur vt impediatur ingreſſus Paradiſi 748 ante eum collocetur Cherubim habens gladium flammeum? ſufficiebat enim eum longiſſimè amouere, ita vt incognitum haberet iter, quo ad Paradiſum peruenire poſſet; ideo Deus voluit Cherubim cum gladio flammeo atque verſatili ante Paradiſum collocari, vt eum conſpiciens Adam ſui criminis ſemper recordaretur & ante oculos haberet: ſic Pro. *Illæ viſiones neceſſariæ erant Adamo habitanti in confinio Paradiſi, vt admoneretur ſui caſus.* Rupert. D

### *Peccator in ſumma miſeria eſt.*

*Collocauit eum contra*, ſic Sept. *Paradiſum voluptatis*, Vel vt habet Hier. & habitare fecit, quid eſt 749 habitare contra Paradiſum? quis enim eſt ita à iudicio alienus, qui non ſolùm Deo rebellis, ſed etiam contra habitaculum Dei velit commorari? nota qui contrarius eſt Paradiſo, miſerrimus eſt, ſatisfacit igitur D. Aug. dicens, *Contra Paradiſum quo beata vita ſpiritualiter ſignificatur, habitat peccator*, quia Procop. ſcilicet in miſeria maxima eſt. E

### *Iudicio finali miniſtri aſſiſtentes, ſcientiam noſtrorum operum habebunt.*

*Collocauit ante Paradiſum voluptatis, &c.* Cherubim diximus in conceptu de iudicio, hoc repræſentare finale iudicium, in quo per myſterium Angelorum 750 examinabimur: ſed cur potius apponuntur Cherubini quàm aliqui ex aliis ordinibus? nota quòd Cherubini plenitudo ſcientiæ vocantur, ad declarandum nihil intectum tunc relinqui, ſed omnia opera noſtra manifeſtanda: hoc confirmat F Rup. lib. 3. c. 32. *Ipſi iudicari plenam ſcientiam habebunt; ſciunt enim quod in libro cuiuſque noſtrum, ſit ſcriptum, id eſt bene habent memoriæ traditum, quid boni aut mali geſſerit, quiſque noſtrum, quotidie, ſingulariter legunt & in nouiſſimo vniuerſaliter recitaturi ſunt libros illos, de quibus in Daniele ſcriptum eſt, iudicium ſedit, & libri aperti* D. Auguſt.

*ſunt, rectè itaque Cherubini, non tam ad laudem ipſorum, quàm tenorem noſtrum ducti ſunt, quia noſtra illis occulta publicanda ſunt.*

### *Perſecutionibus ad cœlum tendimus.*

751 *Collocauit Dominus ante Paradiſum voluptatis Cherubim & flammeum gladium atque verſatilem, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ,* Cur gladium flammeum ante fores Paradiſi ſtatuit? nonne ſufficiebat Cherubim qui ingréſſum illius impediret? nota quod flammeus gladius perſecutiones ſignificat, Pſa.16.65. Iſai. 43. Pſal.16.65. Iſa.43. ergo optime flammeum gladium ſiue igneum appoſuit ante Paradiſum, ad declarandum quod qui ad eum redire vellet, per perſecutionum flammas tranſire deberet: ſic D. Ambr. D.Ambr. ſerm. 20. in Pſal. 118. *Omnes oportet per ignem probari, quicumque ad Paradiſum redire deſiderant; non enim otioſè ſcriptum eſt, quod eiectis Adam & Eua de Paradiſi ſede poſuit Deus in exitu Paradiſi gladium igneum verſatilem, omnes oportet tranſire* Ioann. *per flammas, ſiue ille Ioan. Euangeliſta ſit, quem ita dilexit Dominus, vt de eo diceret ad Petrum, ſic eum volo manere quid ad te? tu me ſequero, de morte eius aliqui dubitauerunt, de tranſitu per ignem dubitare non poſſumus, quia in paradiſo eſt, nec ſeparatur à* C *Chriſto, ſiue ille ſit Petrus, qui claues accepit regni cælorum, qui ſupra mare ambulauit, oportet dicat tranſiui per ignem, & aquam & induxiſti nos in refrigerium.*

### *Salutis noſtra plura remedia dantur.*

752 *Eiecit Adam, & collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque verſatilem,* Cur proponitur homini volenti ad Paradiſum redire, non ſolum gladius flammeus, ſed etiam Cherubim cùm alter eorum ſufficeret? audiamus nominis Cherubim explicationem, quam ponit D. Hier. de nominibus Hebraicis, nempe quod ſit quaſi plures ſiue quaſi multitudo, cur ergo in eiectione hominum proponitur ante Paradiſum non ſolum gladius, ſed Cherubim ſignificans multitudinem? an vt oſtenderet per multitudinem difficultatum, & impedimentorum impoſſibilitatem reuertendi ad priſtinam fœlicitatem deperditam? nunquam id mihi perſuaſum eſt, dico ergo cum Deus ſit adeo miſericors, vt nemini aditum ſalutis occludat, ideo potius ante Paradiſum præmittit gladium & Cherubim, vt oſtendat multitudinem remediorum, quibus poſſit peccator ſalutem conſequi & ad Para- E Bachiā Ep. diſum redire: hoc exiſtimauit Bachia. Ep. ad Ianuar. de lapſis recipiendis, *Ideo primi peccatores temporaliter ſub typo mœroris tribulationiſque damnati ſunt, vt malagmate pœnitentiæ ſanarentur, & eo vſque de ligno vitæ id eſt de Chriſti participatione exules fierent, donec ad eum per romphæam flammeam, id eſt ignitam martyrij paſſionem, aut per Cherubim nomine, qui interpretatur multitudo ſcientiæ, remearent,* non vnicum remedium proponitur peccatoribus ad ſalutem recuperandam, ſed multiplex, & eſt gladius, & ignis, & infinita alia quæ ab infinita Dei ſcientia excogitari poſſunt.

### *Reprehendens ex amore corrigat.*

753 *Collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium ad cuſtodiendam viam ligni vitæ,* Per hunc Cherubim ante Paradiſum conſtitutum, intellige hominem ſcientificum aliena peccata reprehendentem, & propter ea declarantem quæ ſuppliciis digna ſint, ſed cur huiuſmodi gladius eſt igneus? per ignem nonne amor ſiue charitas ſignifi- A catur rectè habet gladium, ſed igneum, quia ex amore & charitate debet proficiſci reprehenſio: ſic Phil. Phil. Heb. l. de Cheru. lib. de Cherub. *Igneus gladius requiritur, vnà cum actionibus, ſermo feruens & igneus.*

### *Per ſcientiam ad Paradiſum etiam tenditur.*

*Collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim,* & cur ad defendendum Paradiſi aditum apponitur Cherubim? ita vt ſi quis ad eum redire velit per hos ſpiritus redeat: nota quod Cherubim plenitudo ſcientiæ dicitur, meritò ponitur Cherubim ad ingreſſum Paradiſi, quia plures per plenitudinem B ſcientiæ ad Paradiſum progrediuntur: ſic D. Aug. de D. Auguſt. Gen. cont. Manic. l. 2. c. 23. *Nemo poteſt peruenire ad arborem vitæ niſi per has duas, id eſt per tolerantiam moleſtiarum, & ſcientiæ plenitudinem, plenitudo autem ſcientiæ videtur paucioribus conuenire, vt quaſi non omnes qui perueniunt ad arborem vitæ, per ſcientiæ plenitudinem veniant.*

### *Mortificatio nobis neceſſaria, & quo tēpore.*

*Collocauit ante paradiſum voluptatis flammeum gladium atque verſatilem, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.* 755 Cur non conſtituit ſimpliciter flammam ante paradiſum? cùm ſufficientiſſima eſſet ad cuſtodiendum aditum illius, ad quid ergo gladius flammeus ponitur? ſi autem gladium appoſuit, cur verſatilem eum voluit eſſe? vtrique difficultati optime reſpondet myſtice Rabbanus: *Vt intelligamus* (inquit) *vltra tribulationes temporales eſſe neceſſariam carnis mortificationem, vt feriendas in nobis illecebras concupiſcentiæ corporalis inſinuet gladio ſpiritus quod eſt verbum Dei, ſi ad lignum vitæ qui eſt Dominus Chriſtus penetrare concupiſcimus? & bene eundem gladium verſatilem eſſe refert, vt indicet* Rab. Mau. in Gen. D *myſticè, non nobis ſemper hunc neceſſarium eſſe gladium, ſed vt ſcriptum eſt, tempus eſſe belli, tempus pacis denunciat, belli tempus videlicet cùm in huius vitæ ſtadio aduerſus aëreas poteſtates, vel etiam noſtra mentis & corporis vitia certamus, pacis autem tum perfecta victoria coronamur.*

### *Peccatori maximus incutitur timor, vt à peccatis reſurgat.*

*Et collocauit ante paradiſum flammeum gladium.* 756 Nonne Cherubini ſufficiebant ad amouendum primum parentem ab ingreſſu paradiſi? cur igitur ap- E ponit gladium flammeum, *à quo*, inquit D. Gregor. D. Grego. Thaumat. ſer. 3. in Annunt. Vir. *lignum vitæ cuſtoditur, & campus deliciarum?* Nota hunc gladium flāmeum fulgurantem inſtar gladij formidabilem eſſe intuentibus, ex forma quæ cernebatur quaſi aſſiduo motu eſſet flagrans: rectè igitur non ſolùm Cherubini collocantur ante paradiſum, ſed etiam gladius igneus & verſatilis, vt maximum incuteret timorem, quo à peccatis reuocarentur: ſic D. Epiphan. *Vt Adam & filios moneret, vt exemplo ſui auerteret à peccato, ob id & fulminantis gladij aſpectus, & Cherubim vtilem terrorem præbuerunt, quouſque* F *vixit Adam.*

### *Qui donum aliquod negligit, ab eo conſequendo deinde impeditur.*

*Collocauit ante paradiſum Cherubim, & flāmeum gladium atque verſatilem.* 757 Cur addidit verſatilem? ait D. Chryſ. vt doceat nos quod omnis via illò ducens præcluſa ſit, eò quòd gladius ille dum verſatur, obturet, & præmuniat omnes vias quæ illuc ferunt:

ad quid præcluditur omnino aditus ad paradiſum? reliquatur aliqua ſpes Adamo ad eum redeundi, ne incidat in deſperationem; obſerua neglexiſſe tam eximij doni, quale erat habitatio paradiſi, conſeruationem, per tranſgreſſionem præcepti diuini: recte igitur omnis ſpes redeundi ad paradiſum intercluditur, quia qui aliquod donum neglexit, ab eo conſequendo impeditur: ſic D. Chryſoſt. (D. Chryſ.) *Quoniam tam negligens iam fuerat in mandato tradito* (adde & in paradiſi conſeruatione) *hinc factum eſt vt tanta diligentia ingreſſus muniretur & præcluderetur.*

*Non eſt quod glorietur diabolus nos eſſe eiectos à paradiſo.*

758 *Collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.* Nonne ad remouendum Adamum ab ingreſſu paradiſi, gladius verſatilis atque flammeus, qui ab aliquibus ignis circumſtans paradiſum interpretatur, ſufficiebat? ad quid igitur ſpirituales poteſtates, quales ſunt Cherubini, cùm inter eos & hominem repellendum nulla eſſet proportio? Nota Cherubinos poſitos eſſe ad arcendum dæmonem ab ingreſſu horti delitiarum; dico igitur recte Cherubinos poſitos eſſe ad arcendum dæmonem, ne glorietur, hominem ab eo eſſe eiectum redire non valentem: ſic fere Hugo à S. Vict. (Hugo à S. Vict. in an.) *Quia homo & diabolus vterque in paradiſo peccauerant, vterque eiectus eſt, & ne alterutri illorum iterum liceat intrare, contra vtrumque poſita eſt cuſtodia, & offendiculum, Cherubim vt repellat diabolum, igneus gladius vt repellat hominem.*

*Neſcit creatura non ſe conformare Deo pro hominibus extollendis.*

759 *Collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium verſatilem, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.* Quis audebit aduerſus tam validum cuſtodem ire? quis de oſtio paradiſi tantum contrarium auertet vt liberum habeat ingreſſum? ſane ipſe Cherubim tam validus cuſtos paradiſi, vbi vidit Deum terga dantem flagellis pro hominibus liberandis, ſtatim & ipſe terga vertit, & liberum reliquit ingreſſum: Huc reſpiciens Germanus Conſtantino. (Germanus Conſtanti.) orat. de feſto crucis in media quadrag. ſic fatur: *Terga autem vertet flammea romphæa, conſpectis nobis pro quibus Dominus dorſo ſuo flagella excepit.* Quid melius? neſciet creatura non ſe conformare Deo pro hominibus extollendis, & quando Deus terga dedit flagellis pro hominibus, & flammans Angelus viſis nobis etiam terga dabit, cœleſtem paradiſum relinquens apertum.

*Linguæ peccatũ præſentiſſima homini ruina.*

760 *Collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.* Prou. 15. (Prouer. 15.) dicitur, *Lingua placabilis lignum vitæ, an* cuſtodiam habebit? ait Regius vates Pſ. 140. (Pſal. 140.) *Pone Domine cuſtodiam ori meo.* Ligno vitæ cuſtodia poſita fuit per gladium flammeum, ſimiliter expoſtulat Dauid ori ſuo cuſtodiam, ſed quamnam? ignis, quæ ad oſtium linguæ excubet, & quid ignis cuſtodia cum lingua? pulchrè B. Chr. in dictum Pſ. (B. Ioannes Chryſoſt.) *Quæ autem fuerit hæc cuſtodia niſi ratio & cogitatio, quæ vrget terribiliter, habens præ manibus ignẽ eos vſturum, qui ore ſuo temerè vſi fuerint.* Equidem ratio eſt, quæ præmonſtrat ignem excubantem ad oris oſtium, qui quidem dicto citius exuret eum qui A effrænem linguam ſuam oſtenderit, en enim ipſo quod lingua labia commouerit, vt euomat inde malitiam, nequit fieri quod non ſtatim adſint & ignis, & perditio, & ruina.

*Virtute fit reditus ad Paradiſum.*

761 *Collocauit ante paradiſum Cherubim & gladium flammeum atque verſatilem,* Cur dictus eſt verſatilis? nota quod cum verſatur gladius in vtramque partem ab aliquo eum tenente, datur ad eum aditus; B optime igitur verſatilis eſt gladius vt ſpes redeundi ad Paradiſum detur vitia deſerentibus, virtutemque amplectentibus; ſic Proc. (Procop.) *Gladius vocatur verſatilis, ſcilicet vt conuerſo homine à vitiis ad virtutem, etiam gladius conuertatur, aditumque non amplius virtute prædítum hominem prohibeat.*

*Fœmina malorum origo.*

762 *Eiecit Adam,* Itane ſeuerus es Deus miſericors, vt quem in Paradiſo conſtituiſti ab eo expellas? non eiicit Deus hominem ſed mulieris malitia, audi Chryſ. ſerm. 127. ſic dicentem, (Chryſolo. ſerm. 127.) C *Hæc eſt mulieris antiqua malitia, quæ Adam eiecit de Paradiſi delitiis, hæc cœleſtes homines fecit eſſe terrenos, hæc humanum genus miſit in infernum, hæc vitam abſtulit mundo, propter arboris vnius pomum, hoc malum quod homines ducit ad mortem, hæc pueritiam perdit, iuuentutem illicit, & inquietat mortuam ſenectutem.*

*Ieiunij contemptus, origo miſeriarum ineffabilium.*

763 *Eiecit eum è paradiſo, &c.* Quis non inquit, vnde D homo ille fœliciſſimus in tot miſerias delapſus fuerit, vt non ſolum dono iuſtitiæ originalis denudatus morti obnoxius, ſed etiam miſere eiectus è paradiſo fuerit? Obſerua quæſo contra præceptum Dei ieiunium violaſſe: originem igitur tantarum calamitatum, ieiunij contemptum aſſeremus cum Proſpero, (Proſper.) ſecundò de vita contemplatiua, *Vides in quot quantaſque miſerias primus homo præcipitatus eſt, qui ſi voluiſſet ſe in illa paradiſi beatitudine cuſtodire, vt à fructus vnius interdictæ arboris ieiunaſſet, nec ſtatum illum tantæ fœlicitatis amitteret, nec eum voluntaria ſalutaris præcepti tranſgreſſio neceſſitati* E *corruptionis, ac mortalitati addiceret, vt tanta beneficia Dei ſui, quæ in natura ſuæ conditionis acceperat; aut corrumperet peccato corruptus, aut perderet, quis enim ſufficienter enumeret quæ & quanta bona illi abſtinentiæ contemptus ademerit.*

*Veritate ad paradiſum fit regreſſus.*

764 *Collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium,* Vt impedirent ſcilicet illius ingreſſum, ſed ita ne ſpes in eum redeundi adimitur, vt illius viam omnino tentare non valeamus? F Nota quòd ſi aliquis ſtricto amicitiæ vinculo cum alicuius domus ianitore coniungeretur, ſine dubio illius aditus ei facile pateret: iterum obſerua veritatis ſectatorum Cherubinos amatores eſſe, Cherub enim notitiam veritatis deſignat: per veritatem igitur ad paradiſum facilis inuenietur regreſſus: ſic Procopius, (Procopius) *Si quis cupit intrare paradiſum, per hæc quaſi manu ducitur ipſis Cherubim ſignificantibus veritatis notitiam, cuius participem oportet eſſe eum, qui vult in paradiſum ingredi.*

### *Chriſtus Dominus aditum paradiſi reſeranit.*

765 *Collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque verſatilem.* Ad impe-
diendum ſcilicet illius aditum, quis reſerabit illius
fores? oon Angeli, cum à Deo ſint cooſtituti vt il-
lius ingreſſum impediant, oon dæmones, cum Cha-
rubim conſtituaotur ad eos repellendos, non hoioo,
quia ſententiâ Dei exul factus eſt ab eo, & oe re-
gredi poſſit flammeus gladius atque verſatilis, ma-
ximum iocutit ei timorem: quis igitur iter paradiſi
aperiet, cum nulla creatura ſufficiens reperiatur vt
illum reſeret? Dico Deum & hominem nempe
B Chriſtum portas paradiſi oon ſolum terreni, ſed ſu-
Greg. Ma per cœleſtis patefacturum: ſic Diuus Gregor. Mag.
libro duodecimo Moral. cap. ſeptimo. *Quia*, ioquit,
*ante aduentum mediatoris Dei & hominum, om-
nis homo quamuis munda probataque vita fue-
rit, ad inferni clauſtra deſcendit, dubium non eſt,
quod homo qui per ſe cecidit, per ſe ad paradiſi re-
quiem redire non potuit, niſi veniret ille qui ſua
incarnationis myſterio eiuſdem nobis paradiſi iter
aperiret, vnde & poſt culpam primi hominis ad
paradiſi aditum romphæa flammea poſita eſſe me-
moratur, quæ & verſatilis dicitur, pro eo quod
quandoque veniret tempus, vt etiam remoueri po-
tuiſſet.* C

### *Per lanceam Chriſto Domino inflictam excuſſa eſt lancea à Cherubino cuſtodiente viam paradiſi.*

766 *Collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque verſatilem.* Iacobus
Sarugenſis Epiſcopus in Orationibus de Chriſti paſ-
ſione, & aſcenſu, tenet aciem gladij verſatilis fuiſſe
figuram quandam igneæ lanceæ quam Cheru-
bim manu tenens, atque coruſcaos, perterrebat
primos parentes à paradiſo, arcebatque ab arbore
D vitæ: ſed quomodo excuſſetur illa laocea à manu
Cherubini, vt iter paradiſi aperiatur? per aliam lan-
ceam quam Chriſtus Dominus ſuo latere excepit,
Moſ. Barſ. illa lancea quæ eſt in maou Cherubini eripitur; ſic
Moſes Barſephi. *Quo tempore confoſſus Dominus
noſter lancea, eodem à Cherubino cuſtode paradiſi
& arboris vitæ ablata eſt lancea.*

### *Per ignem purgatorium purgandi ſunt, qui non plene in hac vita ſatisfecerunt.*

767 *Collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium,* Per hunc gladium flam- E
meum aliqui intellexerunt ignem Purgatorij, ſed
cur ante Paradiſum conſtituitur huiuſmodi ignis?
Vt ſignificetur quod animæ iuſtorum, qui in hac vi-
ta maculas peccatorum pœnitus oon abſterſerunt,
vel pro condonatis ſibi delictis noo plene Deo ſatis-
fecerunt, per hunc ignem antequam Paradiſum in-
D. Ambro. grediantur, in totum debent purificari: ſic D. Amb.
in Pſalm. 118. verſu retribue ſeruo tuo, &c. *Eſt
etiam baptiſmum in Paradiſi veſtibulo, quod antea
non erat, ſed poſtea quàm peccator excluſus eſt, cœpit
eſſe romphæa ignea, quam poſuit Deus, quæ antea* F
*non erat quando peccatum non erat, culpa cœpit, &
baptiſmum cœpit quo purificentur, qui in Paradi-
Pſalm. 65. ſum redire cupiebant, vt regreſſi dicerent, tranſiui-
mus per ignem & aquam, hic per aquam, illic per
aquam, vt abluantur peccata, per ignẽ vt exuramur.*

### A *Neceſſaria eſt caſtitas non ſolum exterior ſed interior, vt ingreſſus Paradiſi reperiatur.*

*Collocauit ante paradiſum Cherubim, & flam-
meum gladium,* Nonne ſufficiebat Cherubim ad 768
conſeruandam viam Paradiſi, vel gladius flammeus
& verſatilis? Cur igitur vtrumque apponitur? Nota
quod per Cherubim ſpiritum Angelicum mentis, &
animæ integritas, per flammeum gladium id eſt qui
carnis coocupiſcentias exurit, & quid corporeum,
corporis caſtitas deſignatur: recte igitur vnum
ſine altero noo appooitur, quia corporis caſtitas
ſine animæ integritate, non ſufficit ad ingreſſum
B Paradiſi: ſic D. Aldhelmus Saxonum Epiſcopus
lib. de Laudib. Virginitatis cap. 8. *Nequaquam* Aldhel. Sa.
*carnalis integritas comprobatur, niſi conſors ſpiri-
tualis caſtimonia comitetur: vnde vas electionis,
vt ſit, inquit, ſancta, & corpore & ſpiritu in Apo-
ſtolicis manifeſtatur vocibus, quod ſola carnalis pu-
dicitia immunitas cœleſtis regni clauſtra reſerare
nequeat, & ſolitaria, nequaquam Paradiſi valuas
recludere valeat, quas Cherubim romphæa verſatili,
& flammifera concluſiſſe recapitulatio Geneſeos ori-
ginaliter declarat, niſi vtrimque duplex ſanctimo-
nia concorditer candeſcat.*
C

### *Miniſtri conſtituendi ſunt, vt leges obſeruentur.*

*Collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim,* 769
Nonne ſufficiebat pœnam mortis impoſuiſſe, imo
& occaſionem ligni vitæ ademiſſe eiectione à Para-
diſo? Cur ponit etiam Cherubinos in iogreſſu eiuſ-
dem horti, ne primi pareotes ſumant de ligno vitæ?
Quia oon ſolum leges ferendæ, ſed etiam miniſtri
cooſtituendi, vt ab omnibus ſeruentur, *Oſtendit lo-
cus ille* (inquit Oleaſt.) *legibus adiungendos eſſe mi-* Oleaſt.
*niſtros qui cogunt nolentes eas cuſtodire.*

D

### *Diuina iuſtitia omnes peccatores attingit.*

*Collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim,* 770
*& flammeum gladium atque verſatilem.* Pluries
ſciſcitati ſumus quid ſignificat gladius verſatilis, &
cur pro foribus paradiſi propooitur? videtur enim
ſuperflua, cum ſoli Cherubini longè hominibus
potentiores, & fortiores ſufficerent ad eos ab iogreſſu
horti deliciarum arcendos, & à ſumptione fructus
vitalis: Aduerte tamen quod gladius verſatilis oon
E ſolum omnes occurſus occludit, ſed etiam omnes
aggreſſos iouadit gladius: qui cæſim punctimue in-
tenditur, vnum tantum vulnerat, qui vero in om-
nes partes rotatur atque verſatur, plures ſternit:
Dicamus igitur eum non ſuperflue, ſed etiam re-
cte verſatilem, ad denotandum, quod ſicut gladius
verſatilis io omoes hoſtes impingit, ita & diuina iu-
ſtitia io omnes peccatores incurrit: vnde Diuus
Bernardus ſermone ſecundo de verb. Iſai. *Quid* D. Bernar.
(inquit) *putas? indifferenter admittet homines in
illud tanta beatitudinis templum, qui nec ipſos qui-
dem Angelos indifferenter reliquit in eo, aut non*
F *diſcernet inter glebas, qui diſcreuit inter ſtellas?*
Quaſi diceret, nulli parcet peccatori finali, eum
enim attingit ſua iuſtitia: ſic Bruno citatus in Alle-
got. Tilman. hoc paucis aperit, *Eſt autem verſati-* D. Bruno.
*lis vndique circa ſe delinquentes percutit, pauperes
& diuites condemnat.*

*Proprius doctorum, ſiue concionatorum character eſt, vnanimi inter ſe conſenſione in verbo Dei diſſeminando conſpirare.*

771 *Collocauit ante paradiſum Cherubim, & flammeum gladium.* Vox Cherubim, vt ex Hebræo manifeſtè liquet, non eſt in ſingulari, ſed in plurali, exercitum Cherubim inibi ſtatutum, quaſi excubias agentem, & ad irrumpendum paratum ſignificans, gladius vero in ſingulari toti exercitui adſcribitur, vt omnes illi cœleſtes ſpiritus de vno gladio ſint pugnaturi: Nonne poterat Deus cuilibet Cherubino ſuum tribuere gladium? cur igitur vnicus tantæ Cherubinorum multitudini? quis ignorat verbum Dei gladio conferri? pulchrum igitur ſane Eccleſiaſticis cherubinis, & ſpiritualibus belli ducibus documentum, vnico illis diuini verbi gladio, eadem doctrina, & ſententiarum conformitate vtendum:

Origen. Mat. 18. 19. Fauet huic ſententiæ Origenes, explicans illa verba Matth. 18. 19. ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, &c. ait: *Sicut in muſicis niſi fuerit conuenientia vocum non delectat audientem, ſic & Eccleſia niſi conſenſum habuerit non delectatur Deus in ea.*

*Non præſumat indignus ad Sacramentum auguſtiſſimum accedere.*

772 *Collocauit ante Paradiſum Cherubim, & flammeum gladium ad cuſtodiendam viam ligni vitæ,* Nonne ſatis pœna grauis impoſita è paradiſo expulſio, in cinerem futura reuerſio, cum ſudore vultus ſui terræ cultura, cum labore cibi ſumptio? cur etiam conſtituuntur Cherubini ante fores paradiſi, vt eum arceant à fructu vitali ſumendo? Audiamus reſpondentem Brunonem in Alleg. Tilm. *Cum quis de Paradiſo id eſt de ſancta Eccleſia propter peccatum ſuum eiicitur, ne ad lignum vitæ id eſt, ad carnem Chriſti participandam accedere præſumat, ab his interdicitur: ſtant enim in gladio ſpiritus nempe Eccleſiæ doctores.* Bruno de.

*Religio Paradiſus eſt qui ſeruatur à ſuperioribus, & medià mortificatione.*

*Collocauit ante Paradiſum Cherubim, & flammeum gladium,* Quis ille Paradiſus myſticus? Doctiſſimus Sebaſtianus Barrad. lib. 5. itinerarij filiorum Iſraël cap. 12. ait, religio eſt paradiſus voluptatis, & deliciarum Dei: Sed cur ante huiuſmodi paradiſum Cherubim, & flammeus gladius? Nam nihil impedire deberet eum ingredi volentes; inſpiciamus quid ſit in huiuſmodi horto deliciarum, lignum vitæ, hoc eſt gratia quam ſurripere omnibus modis tentat Diabolus, per Cherubim quis vetat intelligi Prælatos? Et per flammeum gladium, mortificationem igne charitatis ſuccenſam? Bene igitur ante fores Paradiſi myſtici, conſtituuntur Cherubini, & gladius flammeus, quia religio ſeruatur ab inſidiis diaboli per ſuperiores vigilantiſſimos, & media mortificatione: *Lignum vitæ* (inquit cit. Barra.) *id eſt, gratiam quæ hominibus affert vitam, deffendunt Cherubini, hoc eſt ſuperiores vigilantes ne ſerpens tartareus ingrediatur, illumque decipiat, deffendat gladius igneus, id eſt, mortificatio igne charitatis ſuccenſa, nihil introeat quod à Cherubinis, id eſt, ſuperioribus non ſit examinatum, & igneo gladio à ſubditis probatum, ſit verſatilis gladius qui in omnes corporis animique partes ſe verſet, omniáque reſcindat atque comburat quæ religioſum ſtatum non decent.* 773

Sebaſ. Bar.

Cit. Sebaſ. Barrad. l. 5. itinerarij.

# SYNOPSIS
# CAPITIS QVARTI.

## EVA VIRO SVO PEPERIT ABELEM ET CAIN, hic fratrem occidit, vnde reprobatus vitam profugus egit, deinde prolem genuit, ſed & Adamo Abelis præmortui loco Seth generatur.

### . *VARIETAS VERSIONVM VERS. I.*

V*Lg.* Adam vero cognouit vxorem ſuam Euam, quę concepit, & peperit Cain, dicens, poſſedi homiocm per Deum. B

*Septuagint.* Adam veto, &c. Et dixit acquiſiui hominem per Deum.

*Cald.* Adam, &c. Et dixit poſſedi vitum coram Domino.

*Arias*, Et homo ipſe cognouit Cauach, &c. ait acquiſiui virum cum Domioo.

*Caietan.* Acquiſiui virum à Iehoua.

*Ant. Vulg.* Acquiſiui Cain à Iehoua.

*Alia littera, teſte Hugone Card.* Habet cooperata ſum cum Deo.

*Philo*, Peperit C;io illum.

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

VErbum קנה Kana ſignificat poſſedi, acquiſiui, emi, & ideo legimus poſſedi, alij autem acquiſiui את & hic noo eſt coniunctio, ſed præpoſitio cum, cotam vel per, &c.

### EXPOSITIO VERSVS I.

A*Dam vero cognouit vxorem ſuam*, Cum præceptum affirmatiuum debeat iotelligi ſecundum determinationem debiti temporis, ideo eſt quod quamuis primis parentibus dictum fuerit creſcite, & multiplicamini in Paradiſo, non tamen in eo vxotem ſuam cognouit, ſed poſt: quam ab illo fuit eiectus; ait aotem ſacer textus *quod cognouit*, quo verbo honeſte ſignificat copulam carnalem.

*Et peperit Cain*, nempe primogenitum ſuum ſic dictum ab acquiſitione, vnde ipſa Eua ait acquiſiuj ſecundum lectionem Hebraicam.

*Poſſedi hominem*, Id eſt ante hunc nullum genueram, ounc autem hunc concepi, & genui *per Deum*, C id eſt per voluntatem illius; hæc enim verba per Deum non ſunt iutaotis, ſed gratulaotis, & authorem geoerationis agnoſcentis.

Ioquires, quanto tempore poſt expulſionem à Paradiſo Adam ſuſcepit liberos? Nihil certi habemus, tamen exiſtimo cum primi homines ad generandum idooei creati fuere, eiſque præcepiſſet Deus vacare proli geoeraodæ, & oaturali deſiderio illius habeodæ tenerentur, non expectaſſe multum temporis, vt operam liberis darent, cùm eſſet res honeſta nec non à Deo præcepta, & paucitas generis humani quaſi ad id cogeret.

### CONCEPTVS IN HVNO VERSVM.

*Deus nobiſcum operatur.*

A*Dam cognouit vxorem ſuam, &c. & ait poſſedi hominem per Deum*, Nonne per maritum poſſediſt? Cur ergo eum Deo tribuis? Recte Deo tribuit, quia Deus principaliter coocurrit ad actiones noſtras Phyſicas, ſiue bonas mòraliter: vode D Hugo Card. ait, *Hebraus habet cooperata ſum cum Deo, qua littera expouit iſtam: eſt enim ſenſus, poſſedi hominem per Deum, id eſt acquiſiui Deo cooperante, in primis parentibus ſolus Deus operatus eſt, in cæteris cooperatur ipſe per authoritatem, operantur parentes per miniſterium.*

*Pœna meliorem reddit.*

2 *Adam cognouit vxorem ſuam, &c. & ait, poſſedi hominem per Deum,* Cur hoc non tribuit naturę, cum naturaliter homines procreaotur, generatioque ſit opus naturaliſſimum? nota quod poſt pœnas ſibi inflictas hoc pronuntiat: ne miremur ergo tunc Deum laudaſſe & cognouiſſe quem antea offenderat, quia pœnæ inflictæ nos meliores & ſtudioſiores
D.Chryſo. efficiunt: ſic D. Chryſoſt. hom. 18. in Gen. *Vide quomodo pœna inflicta mulierem emendauerit, melioremque reddiderit: nam puellum natum non naturæ ſed Deo acceptum tulit, ſuamque gratitudinem declarat; vidiſti quomodo pœna admonitionis loco illis fuerit, poſſedi hominem per Deum, non natura inquit mihi puerulum dedit, ſed diuina gratia.*

*Pœna ad Deum nos reducunt.*

3 *Adam cognouit vxorem ſuam, &c. & ait poſſedi hominem per Deum,* Quomodo Deum agnoſcit Eua ei gratias referens, cum antea Dei præcepto inobediens omnino fuiſſet? nota grauiter punitam C poſt peccatum: meritò Deum agnoſcit eique gratiarum actionem exhibet, quia pœnę ad eum nos reducunt: ſic Thom. Angl. *Ex hoc & multis aliis colligitur Adam & Euam reductos ad Dei timorem & cultum, quia primum ſuum partum accepiſſe à Deo firmiſſima fide profitentur: vnde vexatio dedit eis intellectum,* eadem habet Diuus Baſil. Sel orat. 4.
Tho. Ang. in Gen.

*Nomen cohærere cum veritate rei quam ſignificat, debet.*

4 *Adam cognouit vxorem ſuam, quæ concepit & peperit Cain,* Cur non ait, quæ peperit filium qui D vocatus eſt Caio? nam primo naſcuntur pueri, deinde nomina imponuntur, ita Moyſes dixit, vt intelligeremus inter nomen & rem nullum diſcrimen de-
Philo. bere eſſe; ſic Phil. lib. de Cherub. *Vulgus hominem nomina imponere rebus diuerſa ab ipſis ſolet vt aliud ipſa ſint, aliud ſonent: apud Moyſem vero nominum impoſitiones manifeſtiſſime res ipſas indicant, vt res neceſſario in nomen abeat ſine vlla differentia.*

*Non in nominibus quamuis egregiis confidere debemus, ſed potius in bonis operibus.* E

5 *Adam cognouit vxorem quæ concepit & peperit Cain, dicens poſſedi hominem per Deum,* Cain interpretatur poſſeſſio Dei: quomodo tam egregium nomen habeos, ita terrenus, vt præferret terreoa cultui diuioo: ita impius vt proprium fratrem occiderit? vt diſcamus nomen egregium non efficere hominem ſtudioſum, ſed bona opera io quibus con-
D.Chryſo. fidere debet: ſic D. Chryſoſtom. hom. 21. *Nihil prodeſt alicui vocabulum virtute vacuum, ſed habenda eſt ſalutis expectatio in omni operatione virtutis, & neque ſublime ſapere, neque in cognatione ſanctorum virorum, neque in aliquo alio, ſed in fiducia propeiorum operum, imo neque in illis multum de ſe ſentire ſed tunc magis humilem & modeſtum eſſe oportet, cum magnas virtutum diuitias congerere poſſumus, ſic enim & ipſi collectas diuitias cuſtodiemus.* F

*Ex inobedientia vſus rei venereæ.*

6 *Adam cognouit vxorem ſuam Euam quæ concepit & peperit Cain,* Quando hoc factum eſt? certe poſt A inobedientiam primorum parentum; cur tunc notatur vſus rei venereæ? vt ſciremus tunc talem vſum veniſſe poſt inobedientiam, cùm ante virginitatem coluiſſent: ſic D. Chryſoſt. hom. 18. in Ge. *Tunc primum vſus rei venereæ cæpit; ante inobedientiam enim Angelicam vitam imitabantur, & nullus de re venerea erat ſermo; ab initio virginitas palmam accepit, ſed poſtquam per deſidiam intrauit inobedientia, & aditus patefactus eſt peccato, illa quidem auolauit vt pote ab his qui indigni tantæ magnitudinis virtutis facti erant, ſubintrauit autem rei venereæ lex,* B expende quæſo in laudem virginitatis verba Chryſoſtomi dicentis, *illa quidem auolauit ab his,* vt pote qui indigni tantæ virtutis, quaſi diceret, vbi moratur virginitas, ibi & ſanctitas deberet eſſe, peccator enim ea eſt indigous. D.Chryſo.

*Non poteſt abſcondi peccatum, ſed iam diuulgatur antequam ſit.*

*Adam cognouit Euam quæ concepit & peperit* 7
*Cain,* Philo lib. de Cherub. aſſerit Moyſem dixiſſe, Philo.
*peperit Cain illum,* difficultas eſt ſi de Cain nihil hactenus dixerat, quomodo quaſi ſæpe eum iam no- C minaſſet, & non nunc primum inſereret eius nomen ſuis verbis, peperit Cain illum inquit; quiſnam, ô ſcriptor, de quo antea nihil paruum vel magnum dixeras, tamen quaſi de eo aliquid aſſeruiſſes, ais, peperit illum Cain? nonne Cain repræſentat peccatores, qui ſua delicta volunt non diuulgari, ſed ab omnium oculis tegi? ideo fratrem ſuum io campo interfecit, vt à nemine videretur: recte ergo dixit Moyſes cùm primò loquitur de Caio, Eua concepit & peperit Caio illum, quaſi diceret, ita erit cognitum illius peccatum vt omnino celari oon poſſit, cum iam an- D tequam ſit cognoſcatur quia oam ſit, & de eo ſit ſermo, quaſi à multis annis vixiſſet.

*Bonitas morum non ex natura, ſed ex gratia.*

*Adam cognouis vxorem ſuam Euam, quæ conce-* 8
*pit & peperit Cain,* Cur Caio impius primo generatur, quam Abel innocens & iuſtus? videbatur enim quod prius debuiſſet præcedere Abel, & primus generari: vt agnoſcamus bonitatem morum, non io natura conſiſtere, cùm iuſtus reperiatur minor natu, peruerſus autem maior: ſic Thom. Aogl. *In hoc* Tho Aog.
*oſtenditur quod bonitas morum non eſt ex natura* E *noſtra vel ex primogenitura, ſed ex mera Dei gratia.*

*Educatio filiorum maxime obſeruanda.*

*Eua concepit & peperit Cain ſuum primogenitum,* 9
Tunc illa gratias agens ait, poſſedi homioem per Deum, & Deut. 33. verſ. 6. ipſe eſt pater tuus qui poſſedit te; quibus locis idem ſenſus poſſidendi & gignendi quaſi filius à paterna poſſeſſione nihil differat: dubium oune eſt cur filius poſſeſſiooi comparatur? noone pater familias, tuendæ augendæque poſſeſſioni multum inuigilat? optime igitur filius paterna poſſeſſio dicitor, quia in conſeruaoda au- F gendaque virtute filiorum, debet maximopere laborare: ita D. Chryſoſt. hom. 9. in Ep. ad Tim. *Vt fundus ſit optimus cuncta molimur, eumque fideli viro magno cum ſtudio tradimus, cæterum quod nobis chariſſimum omnium eſt, omnino negligimus, neque curamus quo pacto filium noſtrum fideli cuipiam viro permittimus, qui ipſius teneri ac formare pudicitiam poſſit, igitur nobis poſſeſſionum cura eſt potior quam eorum, quorum illa gratia comparantur, quod profecto abſurdiſſimum atque ſtolidiſſimum eſt.*
Deuter. 33. v. 6.
D.Chryſo.

### *Virginitas tam ſublimis eſt virtus vt ſolo Paradiſo digna videatur.*

A

10 *Adam cognouit vxorem ſuam,* Quandonam cognouit Adam vxorem ſuam? an in Paradiſo voluptatis, vt volunt Hebræi, dicentes quod formatam mulierem & adductam ſtatim cognouit eam carnaliter; ſed falluntur, quia mox creata muliere, priuſquam conuenirent, facta eſt illa tranſgreſſio, cuius merito in mortem deſtinati etiam de loco illius fœlicitatis exierunt; nec miror non conueniſſe, quia virginitas ſola digna Paradiſo & in ea conſeruanda
D.Auguſt. erat: ſic videtur affirmare D. Augu. lib. 9 de Geneſ. B ad litt. cum ait, *In Paradiſo virginitas, extra, nu-*
D.Hieron. *ptiæ, &c.* & Hieron. *nuptiæ terram replent, virginitas Paradiſum.*

### *Caſti etiam in verbis debemus eſſe.*

11 *Cognouit Adam vxorem ſuam Euam, quæ concepit & peperit Cain,* Nonne cognoſcebat antea vxorem ſuam? quomodo ergo hoc verbo *cognouit* vſus eſt, ad declarandam generationem? vt nobis de-
Tho. Aug. in Gen. claretur etiam in verbis nos caſtiſſimos eſſe debere! C ſic Tho. videtur obſeruare, dicens, nota; *Quod tam ſcriptura quam ſancti patres honeſtiſſime ſunt circumloquuti opera aliquid pudendi includentia, & hoc vt quantum poſſent, occaſionem libidinoſæ cogita-*
Rab Moyſ. *tionis pro audientibus vitarent:* vnde Rabbi Moyſes dicit quòd patres non habuerunt huiuſmodi nomina propria, ſed tranſumpta & accommodata, & hoc atteſtatur eorum honeſtati & caſtitati: nam ita caſti erant quod etiam huiuſmodi nominare horrebant.

### *Caſtitatis fructus eſt Angelicus.*

D

12 *Adam cognouit vxorem ſuam,* Diximus poſt tranſgreſſionem præcepti & eiectionem à Paradiſo, eam cognouiſſe: ſed cur in loco deliciarum non tenebatur amore prolis, cum tanto affectu vxorem diligeret, & habuiſſent Dei mandatum vt generationi vacarent? dixerat enim; creſcite & multiplicamini; nota in Paradiſo degiſſe ſicut Angelos; ne mireris igitur tunc caſtiſſimos eſſe, quia fructus Angelicus
Aponius. eſt caſtitas, ſic Aponius l. 4. in Cant. Cant. vbi docet, quod niſi amputatis vitiis virtutes in nobis non creſcunt, ſubiungit, *Niſi fornicationis præciſa fuerit* E *conſuetudo, caſtitatis non prouenit Angelicus fructus,* expende illa verba non enim ait, eſt fructus humanus, ſed Angelicus, quaſi diceret proprium eſt Angelicam vitam ducentis caſtitatem colere.

### *Caſtis maxime delectatur Deus.*

13 *Cognouit Adam vxorem ſuam,* Vt diximus non in paradiſo, ſed extra eum: ſi hominem creaſti vt eſſet caput totius generis humani, cur non iubes ex tunc dare operam liberis, vt filij ex parente iuſtiſſimo procreati, parenti ſimiles virtutem amplectantur? F aliàs ſuſcipiet peſſimum hominem Cain; ideo voluit primos parentes virginitatem conſeruare in Paradiſo, quia virginibus maxime delectatur: ita
Philo Epiſ. Phil. Epiſ. Carpat. in Cant. Cant. c. 2. in illa verba qui paſcis inter lilia, *Hoc eſt qui verſaris inter caſtos, horum enim odore delectatur Dominus, cum his conuerſatur aſsidue, oritque ſemper, quamdiu puritate cordis & corporis munditia ſibimet & cæteris ſuauiter olebunt.*

### A *Virgines aduerſus dæmonem muniuntur ſua caſtitate.*

*Cognouit Adam vxorem ſuam,* Dictum eſt à nobis, ideo voluiſſe Deum virgines manere in Paradiſo, quia maxime his delectatur, ſed nonne aliam poſſumus inquirere rationem in laudem virginitatis, & in maiorem confuſionem primorum parentum qui fraudibus dæmonis deuicti fuere? nota Deum præſciuiſſe hoſtem generis humani eos aggreſſurum; voluit igitur Deus permanere virgines vt hac virtute potuiſſent dæmonem ſuperare, qui in eos nihil potuiſſet niſi voluiſſent; ita D. Leo Papa ſer. 4. B de Paſch. *Quia nihil eſt omnium virtutum dignitate præſtantius, quam pietas miſericordiæ & puritas caſtitatis, his nos præſidiis ſpecialius inſtruamur, vt charitatis opere & nitore pudicitiæ tanquam duabus eleuati alis, de terrenis, mereamur eſſe cœleſtes, quo deſiderio quiſquis gratiâ Dei adiutus impletur, huius limina vaſtator Angelus ſanguine agni & ſigno crucis prænotata non intrat.* Pondera vltima verba: huius limina vaſtator Angelus non intrat. 14 Leo Papa.

### C *Virginibus imperium datur.*

*Cognouit Adam vxorem ſuam,* Virgines in Paradiſo permanſiſſe diximus; ſed cum leges matrimonij ſtatutæ fuerunt, in hoc loco amœniſſimo, cum ait Deus, erunt duo in carne vna, &c. cur in eo non fuit conſummatum? nota Deum in Paradiſo eis dediſſe omnium dominatum creaturarum, cum ait dominamini piſcibus maris, &c. cur hunc principatum largitur? quia cùm eſſent virgines, dominatus tanquam præmium illis debebatur: ſic D. Clem. Rom. lib. oct. conſtitutionum Apoſtolicarum c. 12. qui lo- D.Clemens. quens de imperio Ioſeph conceſſo propter caſtita- D tem, ait, *Tu Domine non deſpexiſti Ioſeph, imo pudicitia quam ſeruauit præmium dediſti, vt eſſet Ægyptiorum princeps,* expende illa vltima verba ſenſus enim eſt eorum, ideo principatum ei eſſe collatum, tanquam præmium virginitatis. 15

### *Amiſſa conſolatione ſpirituali recurrit homo ad temporalem.*

*Adam cognouit vxorem ſuam,* Scilicet poſt egreſſionem è Paradiſo, ſtatim cognouiſſe Adam vxorem ſuam? per Paradiſum ſpirituales delicias intellige: E dicas ergo poſt eiectionem à Paradiſo, dictum eſſe Adam cognouiſſe vxorem ſuam, quia amiſſa conſolatione ſpirituali peccator tranſit ad humanam: ſic Hugo Card. *In Paradiſo continuerant, egreſſi ſtatim* HugoCar. *ad carnales delicias tranſierunt, deficiente enim ſpirituali ſolatio curritur ad temporale, vnde* 1. *Reg.* 15. 1.Reg 15. *dum diceret Samuel Sauli: abiecit te Dominus, ſtatim Saul dixit: honora me coram populo, quaſi diceret, ex quo amiſi ſolatium Domini, curram ad ſolatium mundi.* 16

### *Beneficia Dei maximè debemus æſtimare.*

F *Adam cognouit vxorem ſuam, quæ ait: poſſedi hominem per Deum.* Nonne naturæ beneficium eſt, habere filios? cur ergo tanquam aliquam à Deo tibi magnam poſſeſſionem datam dicis tuum filium ab eo conceſſum? quia diuina beneficia non paruifacienda, ſed magni æſtimanda ſunt: ſic Oleaſt. *Admonet locus iſte quanti facienda ſunt beneficia Dei,* Oleaſt. *tanti enim Eua æſtimauit hunc filium, ac ſi Dominus illi magnam dediſſet poſſeſſionem, non conſiderantio* 17

*filium ſecundum naturæ ordinem genuiſſe, aut illud* A *beneficium eſſe naturæ, ſed illud totum in Deum refert, ac ſi nullæ in beneficio eſſent naturæ partes, in quo nos vehementer arguit, qui nonniſi miraculoſa Deo damus, neque illi accepta fatemur beneficio naturæ.*

*Beneficium etiam exiguum nobis pretioſum debet eſſe.*

21 *Adam cognouit vxorem, quæ ait, poſſedi hominem per Deum.* Quas Deo gratias agis, ô Eua? ſi ſcires quidnam eſt facturus filius quem peperiſti, fratricida ſcilicet erit, luctus tui origo, ſine dubio non ita grata exiſteres? Nota Cain bonum, vt à Deo datum; B merito igitur gratias Deo retulit, quia quodlibet beneficium, etiam exiguum, maximè pretioſum debet eſſe: ſic Rup. lib. 9. in Gen. cap. 21. *Donum Dei qualecumque ſit ſiue magnum ſiue paruum, cœleſte ſiue terrenum, pro honore & charitate donantis pretioſum eſt, & debet eſſe in oculis ſapientis.* Rupert.

*Memores ſemper beneficiorum debemus eſſe.*

19 *Adam cognouit vxorē ſuam, & peperit Cain.* Quod nomen ei impoſuit: quia cognouit ſe eum poſſediſſe ex Dei auxilio? cur nomen imponit ſignificans aliquod beneficium à Deo acceptum? ſine dubio vt quoties Cain nominaretur, toties tam eximij accepti à Deo beneficij recordaretur: *Nomen illi dicit* (ait Proc.) *quo audito ſemper admoneatur ſe eſſe donum Dei, pro quo nunc immortali numini gratias egit.* Procop.

*Benedictioni Dei proſperitas noſtra tribuēda.*

20 ¶ *Adam cognouit vxorem, &c. quæ ait, poſſedi hominem per Deum.* dixit Eua, eximium pietatis ſuæ ſignum, aſcribit filij ſui natiuitatem Deo Eua: nonne Eua eſt illa mulier, quæ prius virum ad peccatum impulerat, plus deferens ſerpenti quàm Deo? quo- D modo nunc Dominum agnoſcit? nota in memoria conſeruaſſe Dei benedictionem, cum dixerat creſcite & multiplicamini ſuper terram, filij ſui igitur natiuitatem, quam pro maxima proſperitate tenebat, æſtimabatque, ſine dubio refundit in illam benedictionem: ſic Proc. *Hanc benedictionem adhuc firmiter memoria tenebat, & id habes ex illa benedictione Dei qua iuſſit vt creſcerent & multiplicarentur.* Procop.

*Semel ſeductus deinceps cautior fit.*

21 *Adam cognouit vxorem ſuam, &c. quæ ait, poſſedi hominem per Deum.* Nonne oblita fueras neū tuum, E cum fidem adhibens fallaci ſerpenti, fructum vetitum comediſti? quomodo igitur nunc natiuitatem filij tui non ſerpenti ſed Deo tribuis? nota ſemel ſeductam fuiſſe: ne mireris ergo nunc Deum agnoſcere, quem antea videbatur ignorare, natiuitatemque filij ſui ſerpenti non tribuere, quia qui ſemel ſeductus, cautior deinde degit: ſic D. Baſi. Selen. or. 4. qui inducit mulierem ſic loquentem: *Seductionis pericula ſufficiunt, alteras inſidias non admitte.* D. Baſili.

*Primus impius, primus ingratus.*

22 *Concepit & peperit Cain.* Hic primus ſingulare à F Deo, & à natura per generationem accepit beneficium vitæ: ſed nonne illi primus eſt qui ita naturæ aduerſarius, vt vitam ſibi conceſſam alteri adimat? maxime igitur ingratus? ſed non mirum, quia primus impius, & ideo ingratus: hoc ſignificare videtur

A D. Baſil. or. cit. *Primus partus eſt, qui primus naturæ fuit infeſtus, qui primus aperuit partioni curſum, primus mortis portas patefecit, qui naturæ munere primus ad vitam venit.* D. Baſi. cit.

*Diuitiarum amor inter vitia principatum tenere videtur, pluribus obnoxius miſeriis.*

*Adam cognouit vxorem ſuam, quæ concepit & peperit Cain.* Primus in humano genere filius dicitur Cain, id eſt poſſeſſio; ille autem peſſimus: cur qui peruerſus eſt, poſſeſſio nuncupatur, cum potius vanitas deberet appellari? quia diuitiarum amor, & B inordinata poſſeſſio inter omnia vitia quæ humanum cor infeſtant, principatum tenere videtur, & ius primogenij? Sed ponderemus illud quod additur, rurſum peperit fratrem eius Abel, nōn ait peperit alium filium, quem vocauit Abel, ſed peperit fratrem eius (nempe Cain) Abel. Quomodo Abel interpretatur luctus: cur frater Caini nomen obtinet mœroris? cur luctus & poſſeſſio fraterno vinculo coniunguntur? quia diuitiarum amoris germanus eſt luctus; nam neceſſe eſt vt is qui diuitiis inhiat, plurimis 32

C ſit obnoxius miſeriis: non diſſentit Rup. l. 3. de Trin. c. 34. *Cain quippe interpretatur poſſeſſio, ille inquam humani generis falſa fœlicitas, falſumque gaudium, Abel autem interpretatur, luctus.* Rupert.

*Alicuius euentus admirabilis Deum agnoſcamus authorem.*

*Adam cognouit vxorem ſuam, &c. quæ ait, poſſedi hominem per Deum.* num operis authorem agnoſcit? 24 cur tunc agnoſcis eum, cum antea tibi cognitus fuerat? audiuiſti enim vocem illius cum deambularet in paradiſo? obſerua ſpectaculum fuiſſe illi admirabile, cum filium ex ſe genitum conſpicata fuiſſet: recte igitur neum agnoſcit authorem talis operis; quia D vbi aliquis euentus admirabilis, Deo tribuendus eſt: ſic cit. D. Baſil. *Concepit & peperit, non ex terra, non ex coſta, ſed ex aluo germen produit, hoc parentes attonitos reddit, vidit Eua ſpectaculum inopinabile, naturam numero propagatam, & partita corpora, remque miram promulgans, creatorem conteſtatur, poſſedi hominem per Deum, re Deo adſcripta, operis authorem agnoſcit.* D. Baſi. cit.

*Inuidus nomen vitio ſuo accommodatum obtinet.*

*Adam cognouit vxorem, quæ concepit & peperit Cain.* Quænam eſt interpretatio vocabuli Cain? ſcio 23 communem eſſe, ſignificare poſſeſſionem; audi ta- E men Euſeb. l. 11. de præp. Euang. c. 4. (cuius titul. eſt. de commodiſſima nominum apud Hebr. impoſit.) qui interpretans nomen Cain, ait, inuidia dicitur, cur primo homini à ſe ſuſcepto, tam ignominioſum nomen imponit? Obſerua inuidiâ pulſum, fratrem Abelem occidiſſe: recte igitur dicitur Cain inuidia, quia inuidus nomen vitio ſuo accommodatum obtinet: *Diſce* (inquit cit. Euſe.) *Cain apud Hebræos inuidiam dici, arſit enim certe ille inuidiâ fratris.* Euſeb.

*Ambitio omnium validiſſima paſſionum.*

F *Adam cognouit vxorem, quæ concepit & peperit Cain.* D. Ant. 1. par. hiſt. titu. 1. c. 1. Para. 4. D. Metod. 26 Matt. author hiſt. ſchol. ca. 25. tenent primos parentes perſeueraſſe in virginitate, vſque ad annum decimum quintum à creatione mundi, & tunc agnouiſſe Adam vxorem ſuam, ex diuino mandato; nam D. Anton.

ante illud teſte D. Aug. eam non agnouit, ait enim, A diuinum illi homines expectabant mandatum vacandi prolis generationi, quod illis dum fuere in paradiſo, non eſt datum: hoc ſuppoſito inquiro, nonne verum eſt hominem virtutibus ornatum, iuſtitia originali condecoratum, miſere cecidiſſe ex ambitione, & tamen cognoſcentes ſe eſſe nudos, & appetitu ſenſitiuo eos pungente, poſt peccatum, per pluſa tempora, vt dictum eſt, abſtinuerunt à generatione. Quomodo ergo tam citò hæc paſſio ambitionis illicita eos depreſſit? vidit enim Eua fructum, comedit, deditque viro ſuo, carnalis autem appetitus quamuis licitus, minime, ſed ſolum poſt aliquot annos? vt agnoſcamus ambitionem validiſſimam eſſe paſſionem, & quoſlibet ſanctos proſternentem: vnde D. Chryſoſtom. *Quemadmodum ſaui venti in tranquillum mare delati totum ab imo ſubruunt, ſic ambitio omnia ſubuertit, nam pecunias quidem contemnere volenti ſatis eſt facile, honorem autem deſpicere multi laboris indiget, magnæ ſapientiæ, Angelica quidem cuiuſdam animæ ipſum cæleſtis teſtudinis vertiginem tangentis, &c.* B

Chry. ho. 43. ad pop. Antioch.

*In mundo quod terrenum eſt, ſpirituali anteponitur.*

27 *Adam cognouit vxorem qua concepit, & peperit Cain,* Ruſumque peperit fratrem ſuum Abel, certum eſt Cain & Abel figuram eſſe omnium hominum qui de radice peccati in hanc vitam propagantur, quorum alij terrenam ciuitatem, & mortiferas delicias ſunt amaturi, & quantum in ſe eſt amtione poſſeſſuri, quos ſignificat Cain qui interpretatur poſſeſſio; alij futuram ciuitatem quæſituri, & de huius habitationis miſeriis lugentes ad futuram gloriam toto deſiderio tranſituri, quos ſignificat Abel qui interpretatur luctus & eſt poſterior, ſed ſi Abel eſt figura hominum cœleſtium, Cain autem terrenorum, cur anteponitur Cain Abeli? Quia mundus ita terreſtria diligit, vt ea diligentes præferat cœleſtia colentibus: vnde D. Auguſt. citatus in Gloſſ. *Non prius eſt ſcilicet apud homines quod ſpirituale, ſed quod animale, hinc Cain dicitur agricola, id eſt terrenis opibus incumbens, Abel vero paſtor ouium ſimplicitatem ſcilicet & innocentiam diligens.* C D

D. Auguſt.

*Filius pluries diſſimilis patri.*

28 *Adam agnouit vxorem ſuam Euam, quæ concepit & peperit Cain,* Quiſnam fuit hic Cain? Inuidus homicida, impius, nonne habuit patrem Deum timentem, & vere pœnitentem? Quomodo ergo tam impius euaſit? Quia filij nec ſemper nobilitatem patris poſſident, nec eius virtutem imitantur: vnde Phil. lib. de nobilitate. qui poſtquam loquutus de Adam, dicens, Adamus ille eſt à quo omnis hominum nobilitas deſcendit, ſubiungit de Cain, *Quid huic proficit nobilitas generis ignobilem præ ſe ferenti animum? Quem ipſe humanarum rerum inſpector Deus, vt vidit aduerſatus damnauit.* Philo Iud.

*Patres bene inſtruere debent filios.*

*Adam cognouit vxorem ſuam, &c. ait poſſedi hominem per Deum,* Cur ſic loquitur Eua: poſſedi hominem per Deum? Vt filium inſtrueret monens hoc nomine ſe ad Deum pertinere: ſic Procop. *Quæ antea fraude circumuenit virum, filium decenter, & pio inſtruit, petit nomenclaturam à munere Dei, quaſi perpetuum doctrinæ argumentum filio parat,* Quaſi diceret vt inſtrueſet filium gratias Deo referre, nomen imponit gratitudinis ſecordatiuum. 29

Proc. Gaz.

*Deo proſpera noſtra tribuamus.*

*Adam cognouit vxorem ſuam, &c. dixit poſſedi hominem per Deum,* Cur ita loquitur? Nonne ſufficiebat imponere nomen, cur non ignoremus fœlices partus eſſe à Deo? Prudenter hæc loquuta, vt diſceremus ex eo noſtros proſperos euentus non nobis ſed Deo tribuere: ſic D. Ambroſ. libr. 1. de Cain & Abel cap. 5. *Deo detulit, cum dixit acquiſiui hominem per Deum, vt & nos cùm aliquid acquirimus, vel omnes euentus ſecundos Deo magis deferre, quam nobis erogare debeamus.* 30

D. Ambro.

*Maximu locis ſacris reuerentia exhibenda.*

*Adam cognouit vxorem ſuam, &c.* Non in Paradiſo, cur cum in eo matrimonium fuit ratum, in eo non eſt conſummatum? Cur cum præceptum accepiſſet generationi vacandi, illico non obtemperauit? Nonne Paradiſus poteſt dici locus ſacer? Quo poſito: ſic reſpondet Oleaſter. *Hoc facto docemur quanta veneratione, & reuerentia à nobis habenda ſunt loca ſacra, vt ſcilicet ibidem nullam turpitudinem operemur; quia locus ſacer fœdari poſſit, ſi enim domum Dei domum negotiationis facere prohibemur, multo magis demum turpitudinis.* 31

Oleaſt.

## VARIETAS VERSIONVM VERS. II.

*Vlg.* Ruſum peperit fratrem eius Abel, fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain agricola.

*Septuag.* Et adiecit parere fratrem eius Abel, & factus eſt Abel paſtor ouium, Cain autem operabatur terram, *ſic Ambroſ.*

*Cald.* Et addidit fratrem eius Abel.

*Arias*, Abel paſtor pecudum, & Cain fuit colens terram.

*Proc.* Et adiiciēs peperit, &c. Cain vero cultor humi.

*Lippom.* Addidit ad pariendum.

## CONCORDIA VERSIONVM.

QVod dicitur in Hebræo & addidit ad pariendum, vel adiecit, vt pareret, Hebraiſmus eſt, pro & peperit adhuc, vel rurſum.

## EXPOSITIO VERSVS II.

R*VRSVMQVE peperit Abel*, qui interpretatur luctus, quod tempus autem ioterfluxerit inter generationem Cain, & Abel non eſt qui certò affirmet, ſed cùm fœcunda fuerit Eua, & paucitas bominum exigua, dicendum eſt Euam tempore à natura ſtabilito iterum Abelem peperiſſe.

*Fuit autem Abel paſtor ouium*, cùm paſtoralis ars omnium ſimpliciſſima ſit, hinc eſt quod primus A omnium à peccato Adæ innocens & ſimplex corde, hanc amplexus fuerit: noo inde colligas tamen, homioes tuoc temporis veſci carnibus; nam lanæ gregis ouium, lac etiam eis poterant deſeruire.

*Et Cain agricola*, Cùm eſſet vir verſutus & cupidus, coluit terram tanquam quid maioris lucri, tum forte etiam cum ſciret Deum iuſtè terræ maledixiſſe propter peccatum parentis ſui, elegit agriculturam quaſi oon curans Dei ſententiam.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Beati qui lugent.*

32 R*Vrſum peperit fratrem eius Abel*, Quid ſignificat Abel? Rup. ait, Abel interpretatur luctus, potius Cain deberet hanc ethymologiam ſortiri, qui infœliciſſimus fuit, non autem Abel qui iuſtus & in ſanguine ſuo beatus: rectè luctus interpretatur Abel quamuis iuſtus & beatos, quia beati ſunt qui lugent: Repertus. ſic Rup. l.3. in Gen. cap. 24. *Hoc illi nomen congruit, non ſolùm quia primi luctus cauſa fuit parentibus, ſed etiam quia primus illorum eſt, de quibus dictum eſt, beati qui lugent quoniam ipſi conſolabuntur.*

*Lachryma diabolum torquent.*

33. *Peperit fratrem eius Abel*, Qui interpretatur luctus, ſed cùm iuſtus Deum & homines exhilaret, quomodo qui primus dicitur iuſtus, luctus oncupatur? certum eſt iuſtos torquere maxime dæmonem, rectè igitur iuſtus Abel luctus dicitur, vt acrius Pett. Celſ. diabolum cruciet & torqueat: vnde Pett. Celenſ. de panib. c. 12. qui loquens de ſiti ardentiſſima diaboli abſorbentis fluuium, teſte Iob. 4 ca. ait qui: *Flumina omnino abſorbet, hanc tamen aquam* (nempe lachrymas iuſtorum) *non ſorbet, rumpuntur namque ventris eius interiora, ſi conſperſa fuerint hac aqua, dentes excutiuntur, fauces præfocantur, venæ inflantur, & nerui eius ſoluuntur.*

*Bona terrena vanitas.*

34 Philo Epi. cit. à Lipp. *Rurſum peperit fratrem eius Abel*, Alij legunt, & adiecit vt pareret fratrem eius Abel; Philo Epiſco. apud Lipp. ait: intelligit geminos ex vno conceptu fuiſſe: ſed quodnam myſterium eſt dices peperiſſe Caioum & Abel, vno conceptu? diximus Cainum interpretari poſſeſſionem, Abel vanitatem; bene ergo dicitur ex voo conceptu peperiſſe Caioum & E Abel, quia vbi poſſeſſio rerum terrenarum, reperitur ibi ſimul vanitas earum, nihil eſt enim eis vaD. Chryſo. nius; teſte D. Chryſ. conc. 4. de Lazar. *Quemadmodum conſpicientes in pariete, pictum diuitem non illi inuidemus eo quod quæ videmus, rerum vmbra eſt non veritas. ſic & diuitiarum gloriam, aliarumque rerum omnium naturam, ſi peruouerimus liberabimur à perturbatione, hæ enim omnino vmbra quauis fallaciora, nec quidquam habent ſublime aut præclarum.*

*Terrena inquirens quamuis viuens, videtur non viuere.*

35 F *Rurſum peperit fratrem eius Abel*, vel vt habent Sept. & adiecit parere fratrem eius Abel. D. Ambr. myſterium reconditum in hoc verbo *adiecit*, exiſti- B mar, dicens cum adiicitur aliquid, quod prius erat, tollitur, ergo cum adiicitur Abel, aufertur Cain: ſed cur aufertur Cain cum ſit primogenitus? nota Cain terrenis acquirendis vacaſſe, ergo rectè tollitur Cain, quia terrena diligens quamuis viuens ooo videtur viuere: banc rationem ablationis ſignificat D Ambro. Amb. lib. 1. de Cain & Abel c. 2. vbi poſtquam dixit, *Ergo cum adducitur Abel, Cain aufertur*, ſubiungit, *Cain dictus eſt acquiſitio, quod omnia ſibi acquireret*, quaſi diceret, ideo tollitur quia ſolùm rerum terrenarum ſollicitus eſt.

C *Auarus omnia conculcat, omnia contemnit.*

*Fuit autem Abel paſtor ouium & Cain agricola*, Cur cum ſit laborioſa & difficilis agricultura, eam potius elegit Cain, quàm ouium cuſtodiam? nota qood ex agricultura maiora lucra proueniuot, quàm ex ooium cuſtodia: ergo ideo agriculturam elegit, vt ſuæ cupiditati ſatisfaceret: ſic Scholaſtica Pet. Come. hiſtoria, *Cùm eſſet maligniſſimus, primus coluit terram, vt inde conſuleret auaritiæ ſuæ*, non eſt omittenda ratio Rabbi Pauli: *Nempe ſciens Abel Deum* Pauli. Bur. *iuſte maledixiſſe terra propter peccatum Adæ, ſeD paraxiſſe à terra cultura tanquam à re maledicta à Deo, elegitque officium paſtoris ouium, quoniam non fuerunt maledicta; Cain vero elegit ſibi agriculturam, quaſi non curans de Dei ſententia, quod reputatum eſt ei ad contemptum, vide quomodo auarus omnia contemnit.* 36

*Deus neminem affligit quin eum conſoletur ſi reſipiſcat.*

*Addidit vt pareret fratrem eius Abel*, Nonoe 37
in pœnam tranſgreſſioois, calamitatibus obooxiam reddidit? cur igitur non voum, ſed duos filios quos E parentes tanquam maximum ſuæ miſeriæ leuamen omnibus etiam diuitiis anteponunt, coocesſiſti? nónoe Eua iam ad meliorem frugem redierat, factique pœnitans doluerat? bene igitur tot à Deo filios accipit, quia nemioem affligit, dummodò reſipiſcat, quin ei conſulationem tribuat: *Et hic aduertenda* (ioquit Oleaſt.) *Domini conditio, vt neminem affli-* Ole. in Ge. *gat, quin ſtatim ſequatur conſolatio, ſi peccator reſipiſcat, quemadmodum hic videmus: poſtquam enim fœminam tam grauibus legibus aſtrinxit, ſtatim vt conſoletur deiectam, ſobolem tribuit.*

*Auarus immiſericors eſt.*

*Fuit Abel paſtor ouium, Cain autem agricola*, Di- 38
ximus in præcedenti conceptu ex auaritiæ cupiditate Cain agriculturá ſelegiſſe: ſed oonne ille eſt Cain, qui fratrem nulla miſericordia motus miſerè inter-

fecit? quis ita impius qui proprio fratri mortem machinetur? auarus certè, qui inter omnes immiſericors eſt: ſic Dotorb. doct. 12. *Omne vitium oppoſitam habet virtutem, vt ſuperbia humilitatem, luxuria continentiam, auaritia miſericordiam*, Cur non ait auaritia liberalitatem, cum ei contrarietur liberalitas? miſericordiam dixit, auarus enim nulla miſericordia mouetur. (D. Dototh.)

*Auarum mœror & iracundia comitantur.*

39 *Fuit Abel paſtor ouium, Cain autem agricola*, De quo inferius dicitur quod iratus eſſet, & vt legit Chryſoſt. moleſtus factus eſt: ſi poſſidebat Cain plurima, cur mœrore afficitur? nonne diximus eum fuiſſe auarum? rectè igitur de eo pronuntiatur quod fuerit iratus & mœſtus, quia auarum mœror & iracundia comitantur: ſic Ioan. Clima. grad. 16. de auaritia, vbi poſtquam dixit quod auaritia eſt idolorum veneratio, infidelitatis filia, &c. & auarus Euangeliorum irriſor, tranſgreſſorque voluntarius, ſubiungit: *Neque fluctus vnquam deerunt mari, neque auaro iracundia & mœror deeſſe poterunt.* (Ioa. Clim.)

*Auarus beatitudinis expers.*

40 *Fuit Abel paſtor ouium, Cain autem fuit agricola*, Nonne ille eſt Cain qui à Deo non ſolum reprobatus quoad benedictionem temporalem, imo quoad beatitudinem æternam? quomodo primogenitus hominum reprobus efficitur? nonne diximus auaritiæ deditum? meritò igitur reprobatur tanquam indignus beatitudine, quia auarus eſt expers ęternę fœlicitatis: ſic Salon. Vien. explicatione in parabolas Salom. c. 13. *Quicumque per auaritia nequitiam, in hac vita ſibi diuitias multiplicare deſiderant, neceſſe eſt vt in futuro æterna hæreditatis beatitudinem amittant.* (Salon. Epi.)

*Auarus ſeruo miſerior.*

41 *Abel paſtor ouium, Cain verò agricola*, De eo poſtea legitur quod fuerit profugus ſuper terram, omnibus odioſus & execrabilis: certè nullum eſt mancipium infimæ, & viliſſimæ conditionis, nullusque ſeruit ita miſer, qui nulli loco ſtabilis maneat, quomodo ergo agricola, & diues Cain perpetuò nutans inconſtansque vagatur ſuper faciem terrę? ſed nonne auarus? mirari igitur deſine, quia auaritiæ fœdatus vitio, ſeruo longe deterior eſt, teſte Olymp. Monacho in Ecc. c. 1. vbi explicans hunc verſum, dulcis eſt ſomnus ſerui, ſiue parum comedat, ſiue multum, pleno autem diuitiarum ex Sept. non eſt qui ſinat eum dormire; ait: *Poſita comparatione oſtendit fœlicius euenire homini ſeruili conditione ſubiecto, quàm ei qui liber cum ſit, auaritiæ tamen eſt ſeruus; famulus enim ſecuram vitam ducens, quocomque demum victu alatur, dulci ſomno reficitur; at qui pecuniis ſeruit, herum habet importunum, qui dormire eum non ſinit, curam ſcilicet augendi lucri anxietatibus plenam.* (Olim. mo. Eccl. 5.)

*Grato plura beneficia largitur Deus.*

42 *Rurſumque peperit fratrem eius Abel*, Quomodo tam citò alius datus eſt ei filius à Deo? vide quid dixerat de primo. poſſedi hominem per Deum, id eſt, filium magno Dei beneficio ſuſcepi, cui illum acceptum refero: non eſt ergo mirum, ſi poſt primum, ſuſcepit ſecundum, qui enim Deo gratus, plurima à Deo beneficia recipit: ita Chryſ. hom. 18. *Qui pro nato puero, grata fuit, & primi beneficium agnouit, aſſequuta eſt aliud, ſalus eſt dominus noſter quãdo in primus gratitudinem declaramus, largius nobis ſua dona erogat, itaque quia & iſta Deo partum aſcripſit, propterea & alterum accipit puerulum*, & ho. 21. *Maiorem Domini gratitudinem præ ſe fert beneficium prædicans, nam ei non ſolum datur alius filius, ſed & virtute præditum fore antea oſtenditur.* (D. Chryſo.)

*Gratiæ Deo agendæ etiam non expectato mandato.*

43 *Rurſumque peperit fratrem eius Abel*, Diximus hunc filium denuo accepiſſe, quia cum pro primo gratias egiſſet, aliud beneficium merebatur: ſed cum præceptum Domini in paradiſo violauerit, cur ſaltem non expectat aliud mandatum à Deo, ad ei gratias referendas, vt ſic per illius obſeruationem alterius tranſgreſſionem compenſaret? Mandatum non expectat, quia gratiæ Deo agendæ non expectato mandato: ſic D. Ambroſ. *Iuſtus*, inquit, *intelligit veram gratiarum actionem eſſe, quæ non iuberetur ſed deferretur.* (Amb. li. de arca & Noe.)

*Religioſus aliquando minus Deo gratus quàm ſecularis.*

44 *Rurſum peperit fratrem eius Abel*, Cuius & Cain exercitia refert Moyſes dicens: fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain agricola; hunc Cain fuiſſe reprobum, Abel autem iuſtum non ignoramus, ſed nonne ambo habuere ſancta exercitia? Abel ſine mandato Dei (vt videri poteſt) Cain autem operam dat obedientiæ: dixit enim Deus patri ſuo vt operaretur terram de qua ſumptus eſt: & nihilominus præfertur Abel Cain, licet Cain ſanctiori operi & rei magis neceſſariæ operam dat, grauius laborat, & pœnam humano generi decretam tam diligentiùs ſuſtinet, hoc ita ſe habet, ſed fide ac deuotione minor fuit, quàm Abel: ſed quid hoc repræſentat? Sane religioſos qui ſanctiori operi ex obedientia intendunt, quàm ſeculares, ſed plerique fide ac deuotione minores ſunt, iuxta illud publicani & meretrices præcedent vos in regnum Dei, & multi ab oriente venient, & recumbent: filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores, additque D. Augu. *Non ſum expertus peiores quàm qui in Monaſteriis ceciderunt.* (Auguſt. ep. 137 ad ſuos hipon.)

*Prælatus præfertur aliis, quamuis naturâ maioribus.*

45 *Fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain agricola*, An non Cain eſt natu maior, cur ergo in eis referendis priùs nominat Abel quàm Cain, cum ſecundum ordinem naturæ deberet prius nominari? paſcere oues nonne repræſentat Prælatum habentem curam ſubditorum ſuorum tanquam ouium? ne inquiras cur Abel præferatur Cain, quia prælaturæ officium tanquam quid excellens aliis debet anteponi: ſic Diuus Amb. l. de Abel & Cain, & c. 3. offi. *Interrogemus diſtantiam, vt colligamus cauſam prælationis, operari terram prius eſt, gratia inferius quam oues paſcere, hoc eſt enim inſtar cuiuſdam doctoris & principis: recte ergo vbi naſcuntur hi fratres, ſeruatur etiam in prædicando ordo naturæ, vbi verò exprimitur diſciplina viuendi, ſeniori iunior antefertur.* (D. Ambro.)

*Deus pœnas miſcet & temperat remediis.*

46 *Rurſumque peperit fratrem eius Abel*. Quomodo tot filij generantur? dicebas Deus, hominem mortalem, filiorum autem generatione in plurima ſæcula viuet

A viuet? nota quod grauiſſimæ impoſitæ fuerant pœnæ rum Adam & Euæ: Dicamus ergo ita Deum benignum & miſericordem, vt has pœnas graues eis impoſitas mortalitatis, laboris, & doloris temperare voluerit conſolatione filiorum eis tunc gratiſſima: ſic D. Chryſ. hom. 18.
D. Chryſ. ſoſt. *Summa poſtea quam ſubintrauit mortalitas, conſolatio erat filiorum ſucceſſio, & idcirco benignus Deus puniendo ſeueritatem imminens, & terribilem mortis pœnam auferens, liberorum ſucceſſionem largitus eſt.*

### *Nomen aliquando quid futurum ſit, deſignat.*

B *Rurſum peperit fratrem eius Abel.* Secundum
47 ſcho. hiſt. Abel ſignificat luctum, vel vaporem: quomodo nomen Abel hominis iuſti interpretatur vaporicum potius hoc conuenire debeat Cain impio, cùm impius diſpareat ſicut vapor? Nota Abel parum vixiſſe, ergo nomen eius rectè vaporem interpretatur: *Tanquam* (inquit Dionyſ.)
Dionyſ. cart. *ipſo nomine fuerit prophetatum, ſeu deſignatum, quod de ipſo erat futurum.*

### *Iuſtus quamuis inferior natu, præfertur ſuperiori impio.*

48 *Fuit Abel paſtor ouium, & Cain agricola.* Nonne antea generatus eſt Cain, vt lectio docet? quomodo ergo hîc præfertur Abel, nec idem ſit ordo nominum qui eſt ordo naturæ? quid ſibi vult mutatio ordinis, vt prius iunioris meminerit? nonne Cain figura impiorum, Abel iuſtorum? iure merito præfertur Abel natu minor, Caio maiori, quia iuſtus cuilibet
D. Ambroſ. impio debet præferri: ſic D. Ambroſ. lib. de Abel & Cain cap. 3. *Seniori iunior antefertur, quia tempore iunior, virtute præſtantior eſt.*

### *Impius coram iuſto nihil eſt.*

*Rurſum peperit fratrem eius Abel.* Hebræa
49 tranſlatio cum Caldæa habet, *addidit*, Sept. autem, *adiecit vt pareret*, nonne colligitur ex Arithmeticæ proportionibus, & animæ cogitationibus vt iam diximus, quod ſi præcedenti alicui numero alius additur, primus non eſt numerus, ſimiliter cogitatio accedens excludit ſuperiorem: cur ergo habito Caio ait ſacer textus, adiecit vt pareret Abel? Nota quod per Cain impij deſignantur, per Abel autem iuſti: bene ergo habito Cain dicitur adieciſſe Abel, quia impius coram iuſto non eſt, nec debet numerari: ſic
Caſsiod. in Pſalm. 36. Caſſiod. exponens Pſ. 36. verſ. vidi impium, & ecce non erat, ait: *Tranſiens vidi nihil eſſe*, nempe impium.

### *Per obedientiam innocentia, & alia virtutes conſeruantur.*

50 *Fuit Abel paſtor ouium.* Innocentiſſimus fuit hic Abel, ita vt Chriſti Domini innocentiam præfigurauerit, caſtitatem adeptus, aliiſque virtutibus emicuit: vnde tot virtutes, tam admirabilis innocentia? Nota Deo obedientiſſimum Abelem, non mirum igitur tot virtutes acquiſiuiſſe, quia obedientiâ virtutes acquiruntur, & conſeruantur: ſic
D. Laur. D. Laur. Iuſti. lib. de contempt. mundi cap. 9. ait, *Non aliunde ſpiritualia chariſmata conferuntur, virtutes creſcunt, dona cumulantur, perficitur lex, gratificatur anima, vnitas cuſtoditur, pateſiunt myſteria, natura reformatur, augetur gratia, promittitur gloria, quàm ex obedientiæ merito, per quam innocentiam cuſtodiuit Abel.*



### *Obediens etiam mortuus viuit.*

*Fuit Abel paſtor ouium.* Hic Abel typus fuit Chriſti Domini, ita vt non ſolùm innocentiam, ſed & illius obedientiam referret, inſpiciamus quid dicatur de eo poſt mortem, ſanguis fratris tui clamat ad me de terra, inquit Deus Caino: ſi interfectus fuit Abel ô Deus, & proprium viuentium eſt loqui, quomodo dicis ſanguinem eius clamare coram te? Nonne diximus obedientem fuiſſe? ne mireris igitur poſt mortem loqui, & clamare, quia obediens etiam defunctus viuit: ſic Ioan. Climac. gradu 4. de obed. Ioa. Clim. 51
B qui de obediente hoc refert exemplum, *Cùm egiſſet* (inquit nempe Acathius) *annos nouem ſub immiti & acerbo ſene, migrauit ad Dominum, ſepultuſque eſt in patrum cœmeterio, poſt quinque autẽ dies abiit ad magnum quendam illum ſenem Acathij magiſter, dixitque illi pater, Acathius mortuus eſt, quod cum audiſſet ſenior, reſpondit vere ſenex, non id mihi perſuadeo, qui ait, veni & vide, continuò ſurrexit ſenex, venitque cum beati pugilis magiſtro ad cœmeterium, clamauit tanquam viueret ad eum, qui vere in beata requie viuebat, dicens, frater Achati, putaſne mortuus es? tum vero gratus ille*
C *obediens, etiam poſt mortem obedientiam oſtendens, magno illi ita de ſepulchro reſpondit:* Et fieri quomodo poteſt pater, vt moriatur homo obedientiæ deditus? expende verba illa vltima.

### *Deſtinetur vnus quiſque officio cui accommodatus eſt.*

*Fuit Abel paſtor ouium & Cain agricola.* Quare 52
potius Abel deſtinatus fuit ouium cuſtodiæ, quàm agriculturæ, è contra Cain? nota fortiorem fuiſſe Cain ipſo Abel, Abel autem deuotioni deditum, ideo agricultura data Cain quia fortior, Abeli autem cuſtodia ouium, quod officium exerceri po-
D teſt maxima cum deuotione & pietate: vnde Thom. Tho. angl. *Adam deputauit Cain filium ſuum maiorem & fortiorem agriculturæ; Abel autem deputauit alteri officio, quia iſtud officium aptum ſolitudini & ſimplicitati, & humilitati eſt.*

### *Qui primus in terra iuſtus eligitur, in eo totius iuſtitiæ forma figuratur.*

*Abel fuit paſtor ouium.* De quo loquens Ioan. Ar- 53
bor. lib. 1. Theoſop. cap. 15. ait: Abel fuit inſignitus Ioan. Arb.
E ſingulari iuſtitia, ſacerdotio, virginitate, & martyrio, cuius iuſtitiam exprimens D. Aug. l. 1. de mirab. D. Auguſt. ſacr. ſcrip. cap. 3. ait: primus Abel totius humanæ iuſtitiæ princeps: ſed quæſo ſi Abel iuſtitiæ primatum tenuit, cur Deus hunc ſine morte ſicut Enoch, ad teſtimonium nouiſſimi temporis non reſeruauit, vt in fine mundi ipſe doctor exiſteret veritatis, qui in principio erat auctor perfecti operis? Nota ex Aug. dicente, iuſtitiam tribus partibus conſtare noueris, tota enim iuſtitia hæc eſt virginitas, ſacerdotium, & martyrium, quæ triplex iuſtitia in Abel primo fuit,
F qui, & munera Deo placita obtulit, proſapiam generis in ſæculo non reliquit, & martyrij coronam ſanguinis effuſione promeruit: ſi ergo longiori tempore, vt Enoch, Abel maneret, ſine vlla dubitatione coniugium iniret, quippe qui in tempore illius legis viueret quæ dixit: creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſi illud mandatum expleret, pro certo nequaquam virgo eſſet, & ſi illum Deus ſine morte ſeruaret, martyrij primatum nequaquam acciperet: quo poſito, optime ſatisfacit cit. Arbor. *Recte Deus hunc ſine morte ad teſtimonium nouiſſimi*

*temporis non reſeruauit, vt qui primus in terra iuſtus eligeretur, in eo totius iuſtitiæ forma ſeruaretur*, adde, & cui primo in hominibus poſt delictum geſtare figuram conceditur ſaluatoris, qui virgo, & caput, & ſacerdos, & martyr eſſe prædicatur.

A

### *Pauper ſpiritu diuitibus antefertur.*

54 *Fuit Abel paſtor ouium, & Cain agricola.* Nullus eſt qui ignoret Euam primum peperiſſe Caio ſecundum Abelem, nullus etiam qui non interroget, cur præferatur minor natu maiori? cum Abel prius referatur quam Cain, inſpiciamus nominum interpretationem: Cain, inquit D. Amb. cap. 1. dictus eſt acquiſitio, quod omnia ſibi acquireret, quod diuitum eſt proprium, qui ſibi & nullo modo aliis acquirunt, Abel qui omnia refert ad Deum pia deuotus mentis intentione, nihil ſibi arrogans, ſed totum tribuens conditori, quod accepiſſet ab eo, quod proprium eſt pauperum ſpiritu, qui nihil proprium habent, ſed ſi aliquid poſſident, tanquam non ſuum reputant: merito igitur antefertur Abel minor natu Caio maiori, quia pauper ſpiritu cuilibet quantumlibet & ætate, & diuitiis præcellenti, debet omnino anteponi: ſic Vuarricus in cap. 8. Prou. *Mundus nihil habet tam pretioſum, vt paupertati valeat comparari ſanctorum.*

B

Vuar. in c. 8 Prou. in illa verba mecum ſunt diuitiæ.

C

### *Nihil paupere glorioſius.*

55 *Fuit Abel paſtor ouium, & Cain agricola.* Diximus ideo Abel anteponi Caino, quia pauper ſpiritu diuitibus præfertur; ſed cum attente conſidero quod contigerit Abel poſt mortem, nempe quod ſanguis eius clamauerit ad Deum è terra, nihil glorioſius exiſtimo: nam ſi de terra ad cœlum aſcendit, quaſi particeps gloriæ fuit, vnde gloria ſanguini Abelis effuſo? nonne diximus pauperem ſpiritu Abelem? ne miteris igitur ita glorioſum; quia nihil paupere ſublimius: vnde D. Bern. epiſt. 208. *Sſcripe pauperes ciues ſanctorum, & domeſticos Dei, parum dixi, reges ſunt, ipſorum enim eſt regnum cælorum iure & merito.*

D. Bernar.

D

### *Paupertas virtutum parens.*

56 *Fuit Abel paſtor ouium, & Cain Agricola*, Impius Caio homicida & reprobus, Abel iuſtus, innocens, virgo, martyr, & electus à Deo, ſi ex eodem patre & matre trahunt originem, quomodo in moribus ita diſpares & inæquales, ita vt Abel omni virtutum genere decoratus fuerit, Cain omnibus vitiis & maximis ſceleribus obnoxius? Sed ne inquiras, cum enim Abel paupertatem coluerit hinc eſt quod virtutibus claruerit: ait enim D. Chryſoſt. ſerm. 28. *Eſt virtutibus cognata paupertas, & ſi paupertas virtutum parens, virtutum ſocia ſic habetur, ſapere conuenit, quare Chriſtus ad virtutis officium pauperes ſic elegit, &c.*

E

D. Chryſoſt.

### *Eccleſia nunquam diſcontinuata à principio.*

57 *Fuit Abel paſtor ouium*, Ab ipſo Abel Eccleſia incœpit, ſed cur potius non ab Adam, cùm primus fidem Dei tenuerit, ornatuſque fuerit omnibus gratiarum donis? Nota Adam Dei præceptum violaſſe, non igitur ab Adam, ſed ab Abel cœpit, vt nunquam intermitteretur: hoc modo reſpondet Thom. Angl. *Eccleſia incæpit ab Abel non ab Adam, quia Eccleſia ſemper fuit cõtinuata, & ſemper in ea fuerunt aliqui iuſti, ſi vero ab Adam incæpiſſet, Eccleſia fuiſſet diſcontinuata, quia cum peccauerunt parentes primi, nullus iuſtus fuit.*

F

Tho. Angl.

### *Quæ ad ſacrificia pertinent, maxima debent eſſe cura.*

58 *Fuit Abel paſtor ouium, &c.* Si tunc carnes non edebantur, nam Deus ſolum dedit vſum herbarum & fructuum, ad quid conſtitutus fuit Abel paſtor ouium? Scio dici poſſe propter lanas, tamen nota quod fiebant tunc temporis Deo ſacrificia: dic ergo paſtorem conſtitutum fuiſſe ouium, quæ ſacrificiis deſtinatæ erant, vt eas maxime curaret: vnde optime citat. Thom. *Potuit eſſe paſtor propter ſacrificia, quæ ex illis (nempe ouibus) debebant fieri.*

Thom. in Ge.

### *Deus intentionem, & fidem reſpicit.*

59 *Fuit autem Abel paſtor ouium, &c.* Vterque quidem habet ſancta exercitia, Abel ſine Dei mandato, vt poteſt videri, Cain operam dat obedientiæ, & rei neceſſariæ, priora tractat, grauius laborat, pœnam humano generi decretam diligentius ſuſtinet, quomodo ergo tanquam impius reprobatur Caio, Abel autem tanquam iuſtus eligitur? Ideo tanquam impius reprobatur, quamuis obediens fuerit, eligitur autem Abel vt iuſtus, quia Deus reſpicit intentionem & cuiuſlibet fidem quam approbat: ſic Lippomanus. *Cain operam dat obedientia, ſanctius agit iuxta rationem operis, non tamen electionis, & fide ac deuotione minor fuit, quæ Deus intuetur.*

Lippom.

### *Id diligimus ad quod inclinamur.*

60 *Fuit autem Abel paſtor ouium, &c.* Cum minor impendatur labor in paſcendis ouibus, quàm in agricultura, cur ô Abel laboris amiciſſime, & otij aduerſarie, in agricultura te exercere noluiſti? Nota ſimpliciſſimum fuiſſe Abelem, & ſimplices eſſe oues; potius igitur eligit paſtorale officium in paſcendis ouibus ſe occupans, quia maxime diligimus id ad quod inclinamur: ſic Ferus. *Abel quia ſimplex erat, ideo animal ſimpliciſſimum amabat, ſcilicet oues.*

Noſt. Fer.

### *Vt vacemus orationi, tempus ſufficiens inquirendum.*

61 *Fuit autem Abel paſtor ouium*, Si minori labore paſcuntur oues, quam colantur agri, & maxime laudentur laboribus indulgentes, cur ouium paſturam eligis, in qua labor minor impenditur? pigritiæ accuſaberis, eo quod laborem fugias: opus minoris laboris amplectitur, non fugiendi laboris ergô, ſed vt tempus orationi vacandæ conſequeretur: ſic Ferus: *Elegit ouium paſturam, non quod fugeret laborem, ſed ne à contemplatione rerum diuinarũ auocaretur.*

Ferus cit.

### *Obedientia cum proprio commodo, potius eſt inobedientia.*

*Abel fuit paſtor ouium, Cain autem agricola*, Diximus in hac agricultura Caio dediſſe operam obedientiæ, pœnam enim humano generi decretam ſuſtinebat: cum igitur obedientia præſtantior ſit ſacrificio, quamuis non recte obtulerit oblationem ſuam, recte autem ſacrificauerit Abel: cur obedientem Cainum Abeli ſacrificanti Deus non anteponit? nota Cain obedientem fuiſſe propter ſuum commodum & vtilitatem; obedientia illius igitur non præfertur ſacrificio Abelis, imo non æſtimatur, nec vllo præmio digna, quia obedientia cum propria vtilitate potius eſt inobedientia: ſic Lippom. in c. 8. Exodi, in illa verba ſacrificate Deo veſtro in terra hac: *hoc*

Lippom.

*non eſt iuſſioni Dei obedire, ſed Dei iuſſionē pro ſua libidine mutare, quod ab inobedientia nihil differt.* A

### *Otium maxime vitandum.*

63 *Abel autem fuit paſtor ouium*, Cur congregat o-
ues Abel? non enim ſecundum plurimos carnibus veſci tunc permittebatur, ad quid igitur hoc ſuſcipit officium? ſcio te dicturum quod in illa ætate lacte pecorum alebātur, & pellibus animalium pro veſtimentis vtebantur? ad intemperiem aëris ſubleuandam, ſufficiens ratio: addo tamen hoc officium elegiſſe, vt otioſitatem malorum omnium originem
Abulenſ. vitaret: ſic Abul. *Abel magis ſuſcepit officium paſtorale ad exercitationem, vt tolleret otioſitatem, quàm vt neceſſitatem ſubleuaret, valde malum erat vacantem ab omni opere eſſe, quia multa mala do-*
Eccl. 33. *cuit otioſitas. Eccl. 33.* B

### *Impius in commodum plus laborat quā pius.*

64 *Abel fuit paſtor ouium: Cain autem fuit agricola.* Magnis te & perpetuis laboribus ſubiicis, terram fodiens & agricolæ officium eligens, cur potius paſtorale officium non ſuſcipis, in quo minor labor impenditur, & quilibet laborem effugere ſatagit? nonne conſpicis fratrem tuum minorem natu non ita labori vacare? ne mireris hoc ita factum eſſe, quia impij (ſicut erat Cain) plus laborant propter ſuam C
Ferus. vtilitatem quàm pij: ſic Ferus: *Cain magnis ſe & perpetuis laboribus addixit, ac terram fodere cœpit, tantum vt accumularet diuitias, ſic impij ſolam terram quærunt & interim ſi attendatur, plus labores habent quàm pij.*

### *Proponitur exemplum nequitiæ ad illam vitandam.*

65 *Abel fuit paſtor ouium: Cain vero fuit agricola.* Si à Cain generatio Abrahæ nec Chriſti texitur, quam Moyſes proponere intendit, & ex alia parte fuit impius & homicida, cur nomen illius memoratur? cur à ſacris codicibus nomen illius nō aboletur? impius enim ab hominum memoria debet excidere: ideo proponitur Cain & memoratur, vt illius nequitiæ fugiendæ exemplum nobis ſubiiciatur: ſic D. D
D. Baſil. Baſil. Sel. orat. 4 *Vniuerſam Deus ſcripturam animi medicamentis confertim obſeuit, præſertim quo loco Caini & Abelis hiſtoriam digerens, literarum monumentis vtriuſque inſtitutum palam conſignauit, quo extaret in poſteros excitandæ virtutis exemplum, & nequitiæ fugiendæ.*

### *Pater filios laborare doceat.*

66 *Abel paſtor ouium: Cain verò fuit agricola* Cur Abel paſtor ouium? nonne Adam ditiſſimus? ſiquidem totius terræ principatum obtinebat; ſufficientes igitur filij eius diuitias poſſidebant ad vitam beatam ducendam; cur igitur Cain agriculturæ, Abelem paſtorali officio dedicat, cum ab eis tot labores eſſent tolerandi? dico Adam filios ſuos laboribus addixiſſe quia pater prolem ſuam vt labori indulgeat, debet
Ferus. inſtruere: ſic Ferus: *Hinc videmus quod Adam filios ad laborem inſtituit, ſtatim ab ineunte ætate*, quaſi diceret, ne inertiæ & deſidiæ vacent liberi, in laboribus ferendis à parentibus inſtrui debent.

### *Virtus licet vitio non ſit antiquior, potior tamen quoad gloriam & honorem.*

67 *Abel paſtor ouium & Cain agricola.* Prior eſt ortus Caini quàm Abelis, tamen prius Abelis, quam Caini



A officium recenſetur: cur ita? nota per Abel virtutem deſignari, per Cain autem vitium: meritò ergo Abel præfertur Caino, quoad officium, licet in natiuitate prior ſit Cain quam Abel, quia licet vitium ſit prius quoad ortum virtute, virtus tamen prior eſt in dignitate ipſo vitio: ſic Philo lib. de ſacrificio Abel &
Phil. Hebr. Cain: *Quando de amborum natiuitate agitur, Cain percurrat prior, quando vero conferuntur & examinantur vtriuſque ſtudia, Abel præcedat*: vnde paulo poſt concludit, *ita vitium iuxta temporis prærogatiuam ſit antiquius, iuxta dignitatem verò ac honorem, & gloriam virtus eſt potior.*

B

### *Operatio bona ſurſum aſcendit.*

*Abel fuit paſtor ouium*, Abel operationem bonam ſignificat, Abel ita Hebraicè dicitur quod lenitatem ſeu vaporem denotat, cur Abel dicens vaporem, operationem bonam denotat? nonne proprium eſt vaporis ſurſum aſcendere? rectè igitur Abel dicitur vapor, & bona operatio, quia illa ſurſum conſcendit, ita Gloſſa moralis: *Abel dicitur* Gloſſ mo-
*vapor, cuius proprium eſt aſcendere ſurſum, ſicut* ral.
*operatio bona tendit in Deum.* 68

C

### *Homo vanitati ſimilis.*

*Abel paſtor ouium*, Abel vanitatem dicit, miror quomodo primus iuſtus, nomen tam vile ſortitur? quia homo poſt peccatum etiam iuſtus vanitati ſimilis: ſic explicat Lyran. *Alij dicunt quod hoc fuit,* Lyranus.
*quia natura humana vanitati mortalitatis iam erat ſubiecta, Abel vno modo interpretatur vanitas.* 69

### *Solum Deus nouit ſuos.*

*Abel fuit paſtor ouium & Cain agricola*, Quomodo Abel ad paſcenda pecora, ſtudio plane viliore 70
D abiectus, procul à conſpectu patris ſubmouetur? Cain verò deſtinatur operi, in quo ſimul cum patre colendo tellurem veſcitur, tamen Abel præ Cain eligitur & à Deo honoratur? quia homo ſolum in facie & exterius cognoſcit, Deus autem in corde & interius ſuos electos agnoſcit: quod Tert. lib. de præſcr. Tertull.
fatetur: *tu* (inquit) *vt homo intrinſecus vnumquemque noſti, putas quod vides, vides autem quouſque oculos habes, ſed oculi Domini alti, homo in faciem, Deus in præcordia contemplatur, & ideo agnoſcit Dominus qui ſunt eius.*

E

### *Ille verus frater qui ſcit condonare, ille autem qui quamuis ſit frater, & non condonat, talis non poteſt appellari.*

*Rurſum peperit fratrem eius Abel*, Quæ phraſis? 71
quis modus loquendi? deberet dicere, peperit filium Abel, cur ergo eum vult tunc fratrem nominari, & quod maxime notandum eſt, quod in toto hoc capite Abel vocatur frater Cain, Cain autem non frater Abelis, vbi eſt frater tuus Abel, dicit Deus Cain, etiam poſtquam eum occidit, vult Deus Abelem fratrem Cain vocari? optime & ab ortu ſuo Abel vocatur frater Cain, imo etiam poſt mortem violentam F ab eo acceptam eodem nomine gaudet, non autem Cain dicitur frater Abelis, quia qui ſcit condonare ſicut Abel offenſus, ille verus eſt frater, qui autem neſcit ſed vindictam ſumit, quamuis ſit frater, hoc nomine indignus omnino cenſetur, vnde D. Amb. D. Ambr.
loquens de amore Abelis defuncti erga fratrem ſuum Cain, ait: *Non frater clamat, quia tantum gratia & innocentiæ, germanitatis etiam in ipſa morte ſeruat.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXV.*

*Vlg.* Eiecitque Adam, & collocauit ante Paradiſum voluptatis Cheruhim, & flammeum gladium, atque verſatilem, ad cuſtodiendum viam ligni vitę.

*Septuag.* Et eiecit Adam, & collocauit eum contra Paradiſum voluptatis, & ordinauit Cherubim & flammeam tomphæam, quæ vertitur, cuſtodire viam ligni vitæ.

*Cald.* Et eiecit Adam, & collocauit ad orientem horti voluptatis, Cherubim & acutum gladium verſatilem ad cuſtodiendam viam arboria vitæ.

*Arias*, Et eiecit hominem & collocauit ab oriente, ad hortum Hedem Cherubim, & aciem gladij vertentis ſe, ad cuſtodiendam viam arboris vitæ.

*Pagnin.* Collocauit ab oriente horti Cherubim, & flammeum gladium.

A *Caietan.* Et collocauit ab ante ad hortum Heden, Cherubinos & flammam gladij verſatilis, ad cuſtodiendam viam ligni vitarum.

*Vatabl.* Cherubim & laminam enſis verſatilis.

*D. Auguſt.* Et ordinauit Cheruhim & tomphæam flammeam quæ vertitur cuſtodira viam ligni vitæ, *ſic D. Ambroſ.*

*D. Chyſoſtom.* Eiecit & habitare fecit eum è regione Paradiſi deliriarum, & collocauit Cherubim, &c.

*Procop.* Expulitque illum hominem, & collocauit à plaga orientali horti Heden. Cheruhim &

B laminam gladij verſatilis ad cuſtodiendum iter arboris vitæ.

*Moſes Barſepha*, Et verſari fecit ad orientem Paradiſi ipſius Heden Cherubim, & aciem gladij verſatilis ad cuſtodiendum iter arboris vitæ.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

Diximus קדם Kedem ſignificare ante, contra orientem, vnde oritur varia lectio, apud Hebræum: Cheruhim in duali numero eſt, vnde fit quod aliqui Cherubinos legunt, vbi habemus flammeum gladium atque verſatilem, alij legunt acutum ſiue aciem gladij, quia exiſtimant verſatilem idem eſſe ac ancipitem, & bis acutum.

## EXPOSITIO VERSVS XXV.

E*Iecitque Adam.* Repetitio eiuſdem emiſſionis Adam à paradiſo, quaſi diceret, poſtquam eiectus eſt Adam.

*Collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim.* Patres ſequentes verſionem Sept. iungunt hæc verba, *collocauit ante paradiſum*, cum præcedentibus, *eiecitque Adam*, ita vt ſit ſenſus, eiectum Adamum collocauit è regione paradiſi, quem ſenſum deinde aperiemus conceptibus: ſed noſtra verſio, collocauit ante paradiſum, coniungit cum Cherubino, & flammeo gladio verſatili, quibus conſtitutis ante paradiſum, aditus ad arborem vitæ impediebatur: difficultas eſt in aſſignando quid per Cherubim, quid per gladium verſatilem & flammeum denoretur.

Per Cherubim non intelligo potentes quaſdam, & terribiles viſiones, & figuras animalium horribiles, quæ Adamo timorem incutientes, ab ingreſſu paradiſi prohiberent, ſed ſubſtantias ſpirituales, nempe Angelos, qui impedirent hominem & dæmones, ne ipſi paradiſum ingreſſi, & fructum vitæ colligentes, eum poſtea hominibus offerrent, promittentes ipſius eſu vitæ immortalitatem, vt hac ſuaſione ad ſui amorem impellerent: quod autem hoc ſic debeat intelligi, ratio ſuadet: nam cum ora-

D tio Moyſis ſit hiſtorica, hæc verba prout ſonant, ſunt propriè intelligenda, non figuratè, nec metaphoricè aut impropriè, ſed propriè pro Cherubinis.

*Et flammeum gladium atque verſatilem*, Hic gladius non eſt ignis ambiens paradiſum inſtar muri, nec zona torrida, non ignis purgatorius, ſed verus gladius, acerrima acie acutiſſimus, & ex illius vibratione fulgentiſſimus: enſis enim vehementiſſime vibratus, ſi ſit ſplendidus quaſi flammam mittere videtur; dicitur verſatilis, quod facile verti poſſet, & in vtraque eius parte acies conſpiceretur: gladium huiuſmodi vnuſquiſque ex Cherubinis ſub ſpecie & figura hominum tenebat, vt eos feriret qui paradiſum ingredi præſumerent.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deum noſtri habere prouidentiam debemus agnoſcere.* E

741 E*Iecitque Adam & collocauit ante Paradiſum*, cur ante Paradiſum? cur non longè amouet à Paradiſo, ſed circa eum collocat? vt homo prouidentiam Deum habere circa ſe crederet, cùm non longe conſtitueretur à domicilio eius: ſic Procop. *Nec du-*

Procop. *bito quin homo crediderit Deum verſari & quaſi domicilium habere in paradiſo, hinc perſuaſus eſt ſe non eſſe ſubmotum à cura & prouidentia diuina.*

### *Deus quantum poteſt, pœnam demulcet.*

*Eiecitque Adam & collocauit ante Paradiſum voluptatis*, Cur non in extremas terræ partes relegat, 742
eum omnia propter ſummam ſuam ingratitudinem ſupplicia demereatur? nota quod Rex clemens non longinquum delinquenti indicans exilium, ſed propinquum, pœnam illius maxime lenit, iubens illum morari in conſpectu Regiæ vrbis; in hoc ergo quod ante Paradiſum voluit collocari & non in longinquam regionem abire, maximum clementiæ ſuæ argumen-

argumentum præbuit volens illius pœnas tempera- Procop. re; ſic Proc. *Vt Deus aliquantulum pœnam leuiret, iuſſit hominem habitare è regione Paradiſi.*

### *Spes nobis datur ad Paradiſum redeundi, & quomodo.*

743 *Eiecit Adam è Paradiſo, ante eum collocauit flammeum gladium atque verſatilem.* Ad cuſtodiendum ſcilicet aditum Paradiſi: ſed cur ad hanc viam cuſtodiendam ponitur gladius verſatilis? nonne in ingreſſu gladius rectus eſſet conuenientior, quam verſatilis? nam dum vertitur in aliquam partem aliam ſine offenſióne patet ingreſſus, optime in ingreſſu Paradiſi ſtatuitur gladius verſatilis, vt nobis redeundi ad eum ſpes maxima donetur: ſic Strabus, Strab. Ful. *Gladius verſatilis dicitur, quia poteſt remoueri; remotus eſt enim Enoch & Eliæ, & quoties remouetur fidelibus de hac vita adſupernam beatitudinem tranſeuntibus;* cur ait poſuiſſe flammeum gladium? ſatisfacit author dicens *qui ad Paradiſum redeunt, neceſſe eſt vt igne ſpiritus ſancti omnes concupiſcentias huius vitæ exurant, & gladio Dei verbi omnia noxia præſcindant.*

### *Gloriam conſequi poſſumus, charitate ſcilicet tolerantia temporali.*

744 *Eiecit Adam & collocauit Cherubim & flammeum gladium atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ,* aſſeruimus quomodo eſſet ſpes ad eum redeundi, ſed cum per Cherubim atque gladium flammeum redeundum eſt, quid quæſo hæc ſignificant? nota ex D. Iſidor. quod Cherubim plenitudo ſcientiæ, hæc eſt charitas quæ plenitudo legis eſt diuinæ, gladius flammeus, ſunt pœnæ temporales, quæ verſatiles ſunt, quoniam tempora volubilia ſunt; reſpondet itaque idem ſanctus, Iſid. Hiſpal. hic. *Ad arborem vitæ non reditur, niſi per Cherubim id eſt plenitudinem ſcientiæ, id eſt charitatem, & per gladium verſatilem id eſt tolerantiam temporalem,* idem habet D. Auguſt. lib. 2. de Geneſ. cont. Manic. D. Auguſt. *Per plenitudinem ſcientiæ id eſt per charitatem venitur, quia ſi charitatem non habeant, nihil ſunt.*

### *Quæ impediunt hominem à gloria, ſunt ſolum quædam ſimulacra.*

745 *Eiecit Adam & collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim & flammeum gladium atque verſatilem.* Theod. & Proc. aſſerunt Cherubinos impedientes viam Paradiſi nihil aliud fuiſſe, quam ſpectra quædam, & ſimulachra ad incutiendum timorem metumque primis hominibus, in veſtibulo Paradiſi collocata, more agricolarum qui in hortis & ſatis ligneos defigunt palos, laceris humanarum veſtium pannis obuolutos, vt eo terriculamenti genere aues à ſeminum & frugum paſtu deterritas arceant: ſed hac ſtante opinione, cur ſolum hæc ſimulacra vt impedirent viam Paradiſi, appoſuit? vt ex hoc diſcamus quod quæ hominem à gloria adipiſcenda reuocant, non ſunt quidem ſolida & vera, ſed ſolum ficta & apparentia & ſomniata, teſte D. Amb. lib. de Ioſeph. Amb. li. de Ioſep. c. 4. in Gen. *Magnificentia in hoc ſæculo ſomnium eſt, & omnis potentia huius ſæculi ſomnium, non veritas eſt, &c.*

### *Deus iuſtus iudex.*

747 *Eiecitque eum è Paradiſo,* Quorſum Deus poſuit hominem in Paradiſo à quo ſtatim expellendus erat? vt Deum non ſolum miſericordem & optimum, ſed etiam iuſtiſſimum non ignoraremus, ita Rup. Rupert. lib. 3. c. 23. in Gen. *Gratiæ fuit quod hominem ſtatim plaſmatum in Paradiſo Deus poſuit; iuſtitiæ vero, quod datum peccati rurſus abſtulit.*

### *Iudicium finale ab initio nobis exprimitur.*

747 *Eiecit eum & collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim & flammeum gladium atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.* Præter hiſtoriam, hocne innuit aliquod myſterium futuris temporibus aperiendum? ſcio quod in Apocalypſi viſus eſt Apoc. 1. Dominus ad iudicium veniens cum gladio ex vtraque parte acuto: dicamus ergo hoc ad finale iudicium referri poſſe, cuius figura nobis hic repræſentatur; ſic Rup. lib. in Gen. c. 32. Rupert. *Gladius verſatilis, ſententia eſt diuini iudicij, quæ talis eſt vt poſſit verſari, id eſt non ſemper eadem diſtinctione claudat hominibus aditum Paradiſi: flammeus autem eſſe dicitur, quia reuera iudicium Domini flamma ignis eſt, iuxta Apoſtolum dantis vindictam his qui male egerant: porro Cherubim nomen eſt Angelicarum fortitudinum, hæc ante Paradiſum eſſe poſita ad cuſtodiendum ligni vitæ aditum cùm legimus, miramur, tùm tamen publica fide teneamus & confiteamur quod per ignem tranſituri, & non niſi per Angelorum myſterium examinati, paradiſum intraturi ſumus.*

### *Peccatum ante oculos ſemper habendum.*

*Collocauit ante Paradiſum Cherubim & flammeum gladium,* Neſcio cur vt impediatur ingreſſus Paradiſi ante eum collocetur Cherubim habens gladium flammeum? ſufficiebat enim eum longiſſimè amouere, ita vt Incognitum haberet iter, quo ad Paradiſum peruenire poſſet; ideo Deus voluit Cherubim cum gladio flammeo atque verſatili ante Paradiſum collocari, vt eum conſpiciens Adam ſui criminis ſemper recordaretur & ante oculos haberet: ſic Pro. *Illa viſiones neceſſariæ erant Adamo habitanti in confinio Paradiſi, vt admoneretur ſui caſus.* 748 Rupert.

### *Peccator in ſumma miſeria eſt.*

*Collocauit eum contra,* ſic Sept. *Paradiſum voluptatis,* Vel vt habet Hier. & habitare fecit, quid eſt habitare contra Paradiſum? quis enim eſt ita à iudicio alienus, qui non ſolùm Deo rebellis, ſed etiam contra habitaculum Dei velit commorari? nota qui contrarius eſt Paradiſo, miſerrimus eſt, ſatisfacit igitur D. Aug. dicens, *Contra Paradiſum quo beata vita ſpiritualiter ſignificatur, habitat peccator,* quia ſcilicet in miſeria maxima eſt. 749 Procop.

### *Iudicio finali miniſtri aſſiſtentes, ſcientiam noſtrorum operum habebunt.*

*Collocauit ante Paradiſum voluptatis, &c.* Cherubim diximus in conceptu de iudicio, hoc repræſentare finale iudicium, in quo per myſterium Angelorum examinabimur: ſed cur potius apponuntur Cherubini quàm aliqui ex aliis ordinibus? nota quòd Cherubini plenitudo ſcientiæ vocantur, ad declarandum nihil intectum tunc relinqui, ſed omnia opera noſtra manifeſtanda: hoc confirmat Rup. lib. 3. c. 32. *Ipſi iudicari plenam ſcientiam habebunt; ſciunt enim quod in libro cuiuſque noſtrum, ſit ſcriptum, id eſt bene habent memoria traditum, quid boni aut mali geſſerit, quiſque noſtrum, quotidie, ſingulariter legunt & in nouiſſimo vniuerſaliter recitaturi ſunt libros illos, de quibus in Daniele ſcriptum eſt, iudicium ſedit, & libri aperti* 750 D. Auguſt.

*ſunt, recte itaque Cherubini, non tam ad laudem ipſorum, quàm terrorem noſtrum ducti ſunt, quia noſtra illis occulta publicanda ſunt.*

### *Perſecutionibus ad cælum tendimus.*

751 *Collocauit Dominus ante Paradiſum voluptatis Cherubim & flammeum gladium atque verſatilem, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ*, Cur gladium flammeum ante fores Paradiſi ſtatuit? nonne ſufficiebat Cherubim qui ingreſſum illius impediret? nota quod flammeus gladius perſecutiones ſignificat,
Pſa.16.65. Iſai. 43. Pſal.16.65. Iſa.43. ergo optime flammeum gladium ſiue igneum appoſuit ante Paradiſum, ad declarandum quod qui ad eum redire vellet, per perſecutionum flammas tranſire deberet: ſic D. Ambr.
D.Ambr. ſerm. 20. in Pſal. 118. *Omnes oportet per ignem probari, quicumque ad Paradiſum redire deſiderant; non enim otiosè ſcriptum eſt, quod eiectis Adam & Eua de Paradiſi ſede poſuit Deus in exitu Paradiſi gladium igneum verſatilem, omnes oportet tranſire*
Ioann. *per flammas, ſiue ille Ioan. Euangeliſta ſit, quem ita dilexit Dominus, vt de eo diceret ad Petrum, ſic eum volo manere quid ad te? tu me ſequere, de morte eius aliqui dubitauerunt, de tranſitu per ignem dubitare non poſſumus, quia in paradiſo eſt, nec ſeparatur à Chriſto, ſiue ille ſit Petrus, qui claues accepit regni cælorum, qui ſupra mare ambulauit, oportet dicat tranſiui per ignem, & aquam & induxiſti nos in refrigerium.*

### *Salutis noſtræ plura remedia dantur.*

752 *Eiecit Adam, & collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque verſatilem*, Cur proponitur homini volenti ad Paradiſum redire, non ſolum gladius flammeus, ſed etiam Cherubim cùm alter eorum ſufficeret? audiamus nominis Cherubim explicationem, quam ponit D. Hier. de nominibus Hebraicis, nempe quod ſit quaſi plures ſiue quaſi multitudo, cur ergo in eiectione hominum proponitur ante Paradiſum non ſolum gladius, ſed Cherubim ſignificans multitudinem? an vt oſtenderet per multitudinem difficultatum, & impedimentorum impoſſibilitatem reuertendi ad priſtinam fœlicitatem deperditam? nunquam id mihi perſuaſum eſt, dico ergo cum Deus ſit adeo miſericors, vt nemini aditum ſalutis occludat, ideo potius ante Paradiſum præmittit gladium & Cherubim, vt oſtendat multitudinem remediorum, quibus poſſit peccator ſalutem conſequi & ad Para-
Bachiā Ep. diſum redire: hoc exiſtimauit Bachia. Ep. ad Ianuar. de lapſis recipiendis, *Ideo primi peccatores temporarie ſub typo mœroris tribulationiſque damnati ſunt, vt malagmate pœnitentiæ ſanarentur, & eo vſque de ligno vitæ id eſt de Chriſti participatione exules fierent, donec ad eum per romphæam flammeam, id eſt ignitam martyrij paſſionem, aut per Cherubim nomine, qui interpretatur multitudo ſcientiæ, remearent*, non vnicum remedium proponitur peccatoribus ad ſalutem recuperandam, ſed multiplex, & eſt gladius, & ignis, & infinita alia quæ ab infinita Dei ſcientia excogitari poſſunt.

### *Reprehendens ex amore corrigat.*

753 *Collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium ad cuſtodiendam viam ligni vitæ*, Per hunc Cherubim ante Paradiſum conſtitutum, intellige hominem ſcientificum aliena peccata reprehendentem, & propter ea declarantem quot ſuppliciis digna ſint, ſed cur huiuſmodi gladius eſt igneus? per ignem nonne amor ſiue charitas ſignifi-
A catur recte habet gladium, ſed igneum, quia ex amore & charitate debet proficiſci reprehenſio: ſic Phil. Phil. Heb. l. de Cheru.
lib. de Cherub. *Igneus gladius requiritur, vnà cum actionibus, ſermo feruens & igneus.*

### *Per ſcientiam ad Paradiſum etiam tenditur.*

*Collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim*, & cur ad defendendum Paradiſi aditum apponitur Cherubim? ita vt ſi quis ad eum redire velit per hos ſpiritus redeat: nota quod Cherubim plenitudo ſcientiæ dicitur, meritò ponitur Cherubim ad ingreſſum Paradiſi, quia plures per plenitudinem
B ſcientiæ ad Paradiſum progrediuntur: ſic D. Aug. de D.Auguſt.
Gen. contr. Manic l. 2. c. 23. *Nemo poteſt peruenire ad arborem vitæ niſi per has duas, id eſt per tolerantiam moleſtiarum, & ſcientiæ plenitudinem; plenitudo autem ſcientiæ videtur paucioribus conuenire, vt quaſi non omnes qui perueniunt ad arborem vitæ, per ſcientiæ plenitudinem veniant.*

### *Mortificatio nobis neceſſaria, & quo tēpore.*

*Collocauit ante paradiſum voluptatis flammeum gladium atque verſatilem, ad cuſtodiendam viam li-* 755
C *gni vitæ.* Cur non conſtituit ſimpliciter flammam ante paradiſum? cùm ſufficientiſſima eſſet ad cuſtodiendum aditum illius, ad quid ergo gladius flammeus ponitur? ſi autem gladium appoſuit, cur verſatilem eum voluit eſſe? vtrique difficultati optime Rab. Mau.
reſpondet myſtice Rabbanus: *Vt intelligamus* (in- in Gen.
quit) *vltra tribulationes temporales eſſe neceſſariam carnis mortificationem, vt feriendas in nobis illecebras concupiſcentiæ corporalis inſinuet gladio ſpiritus quod eſt verbum Dei, ſi ad lignum vitæ qui eſt Dominus Chriſtus penetrare concupiſcimus? & bene eundem gladium verſatilem eſſe refert, vt indicet*
D *myſticè, non nobis ſemper hunc neceſſarium eſſe gladium, ſed vt ſcriptum eſt, tempus eſſe belli, tempus pacis denunciat, belli tempus videlicet cùm in huius vitæ ſtadio aduerſus aëreas poteſtates, vel etiam noſtræ mentis & corporis vitia certamus, pacis autem cum perfecta victoria coronamur.*

### *Peccatori maximus incutitur timor, vt à peccatis reſurgat.*

*Et collocauit ante paradiſum flammeum gladium.* 756
Nonne Cherubim ſufficiebant ad amouendum primum parentem ab ingreſſu paradiſi? cur igitur ap- D. Grego.
E ponit gladium flammeum, *à quo*, inquit D. Gregor. Thaumat. ſer. 3. in Annunt. Vir. *lignum vitæ cuſtoditur, & campus deliciarum?* Nota hunc gladium flammeum fulgurantem inſtar gladij formidabilem eſſe intuentibus, ex forma quæ cernebatur quaſi aſſiduo motu eſſet flagrans: recte igitur non ſolùm Cherubini collocantur ante paradiſum, ſed etiam gladius igneus & verſatilis, vt maximum incuteret timorem, quo à peccatis reuocarentur: ſic D. Epiphan. *Vt Adam & filios moueret, vt exemplo ſui auerteret à peccato, ob id & fulminantis gladij aſpectus, & Cherubim vtilem terrorem præbuerunt, quouſque*
F *vixit Adam.*

### *Qui donum aliquod negligit, ab eo conſequendo deinde impeditur.*

*Collocauit ante paradiſum Cherubim, & flāmeum* 757
*gladium atque verſatilem.* Cur addidit verſatilem? ait D. Chryſ. vt doceat nos quod omnis via illò ducens præcluſa ſit, eò quòd gladius ille dum verſatur, obturet, & premuniat omnes vias quæ illuc ferunt:

ad quid præcluditur omnino aditus ad paradiſum? relinquatur aliqua ſpes Adamo ad eum redeundi, ne incidat in deſperationem; obſerua neglexiſſe tam eximij doni, quale erat habitatio paradiſi, conſeruationem, per tranſgreſſionem præcepti diuini: recte igitur omnis ſpes redeundi ad paradiſum intercluditur, quia qui aliquod donum neglexit, ab eo conſequendo impeditur: ſic D. Chryſoſt. [D. Chryſ.] *Quoniam tam negligens iam fuerat in mandato tradito* (adde & in paradiſi conſeruatione) *hinc factum eſt vt tanta diligentia ingreſſus muniretur & præcluderetur.*

*Non eſt quod glorietur diabolus nos eſſe eiectos à paradiſo.*

758 *Collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.* Nonne ad remouendum Adamum ab ingreſſu paradiſi, gladius verſatilis atque flammeus, qui ab aliquibus ignis circumſtans paradiſum interpretatur, ſufficiebat? ad quid igitur ſpirituales poteſtates, quales ſunt Cherubini, cùm inter eos & hominem repellendum nulla eſſet proportio? Nota Cherubinos poſitos eſſe ad arcendum dæmonem ab ingreſſu horti delitiarum; dico igitur recte Cherubinos poſitos eſſe ad arcendum dæmonem, ne glorietur, hominem ab eo eſſe eiectum redire non valentem: ſic fere Hugo à S. Vict. [Hugo à S. Vict. in an.] *Quia homo & diabolus vterque in paradiſo peccauerant, vterque eiectus eſt, & ne alterutri illorum iterum liceat intrare, contra vtrumque poſita eſt cuſtodia, & offendiculum, Cherubim vt repellat diabolum, ignem gladius vt repellat hominem.*

*Neſcit creatura non ſe conformare Deo pro hominibus extollendis.*

759 *Collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium verſatilem, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.* Quis audebit aduerſus tam validum cuſtodem ire? quis de oſtio paradiſi tantum contrarium auertet vt liberum habeat ingreſſum? ſane ipſe Cherubim tam validus cuſtos paradiſi, vbi vidit Deum terga dantem flagellis pro hominibus liberandis, ſtatim & ipſe terga vertit, & liberum reliquit ingreſſum: Huc reſpiciens Germanus Conſtantino. orat. de feſto crucis in media quadrag. ſic fatur: [Germanus Conſtanti.] *Terga autem vertet flammea romphæa, conſpectis nobis pro quibus Dominus dorſo ſuo flagella excepit.* Quid melius? neſciet creatura non ſe conformare Deo pro hominibus extollendis, & quando Deus terga dedit flagellis pro hominibus, & flammans Angelus viſis nobis etiam terga dabit, cœleſtem paradiſum relinquens apertum.

*Linguæ peccatũ præſentiſſima homini ruina.*

760 *Collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.* Prou. 15. dicitur, [Prouer. 15.] *Lingua placabilis lignum vitæ, an* cuſtodiam habebit? ait Regius vates Pſ. 140. [Pſal. 140.] *Pone Domine cuſtodiam ori meo* Ligno vitæ cuſtodia poſita fuit per gladium flammeum, ſimiliter expoſtulat Dauid ori ſuo cuſtodiam, ſed quamnam? ignis, quæ ad oſtium linguæ excubet, & quid ignis cuſtodia cum lingua? pulchrè B. Chr. in dictum Pſ. [B. Ioannes Chryſoſt.] *Quæ autem fuerit hæc cuſtodia niſi ratio & cogitatio, quæ vrget terribiliter, habens præ manibus ignẽ eos vſturum, qui ore ſuo temerè vſi fuerint.* Equidem ratio eſt, quæ præmonſtrat ignem excubantem ad oris oſtium, qui quidem dicto citius exuret eum qui



A effrænem linguam ſuam oſtenderit, eo enim ipſo quod lingua labia commouerit, vt euomat inde malitiam, nequit fieri quod non ſtatim adſint & ignis, & perditio, & ruina.

*Virtute fit reditus ad Paradiſum.*

*Collocauit ante paradiſum Cherubim & gladium flammeum atque verſatilem,* Cur dictus eſt verſatilis? nota quod cum verſatur gladius in vtramque partem ab aliquo eum tenente, datur ad eum aditus; optime igitur verſatilis eſt gladius vt ſpes B redeundi ad Paradiſum detur vitia deſerentibus, virtutemque amplectentibus; ſic Proc. *Gladius vocatur verſatilis, ſcilicet vt conuerſo homine à vitiis ad virtutem, etiam gladius conuertatur, aditumque non amplius virtute præditum hominem prohibeat.* 761 [Procop.]

*Fæmina malorum origo.*

*Eiecit Adam,* Itane ſeuerus es Deus miſericors, vt quem in Paradiſo conſtituiſti ab eo expellas? non eiicit Deus hominem ſed mulieris malitia, audi Chryſ. ſerm. 127. ſic dicentem, C *Hæc eſt mulieris antiqua malitia, quæ Adam eiecit de Paradiſi delitiis, hæc cæleſtes homines fecit eſſe terrenos, hæc humanum genus miſit in infernum, hæc vitam abſtulit mundo, propter arboris vnius pomum, hoc malum quod homines ducit ad mortem, hæc pueritiam perdit, iuuentutem illicit, & inquietat mortuam ſenectutem.* 762 [Chryſolo. ſerm 127.]

*Ieiunij contemptus, origo miſeriarum ineffabilium.*

*Eiecit eum è paradiſo, &c.* Quis non inquit, vnde D homo infœliciſſimus in tot miſerias delapſus fuerit, vt non ſolum dono iuſtitiæ originalis denudatus morti obnoxius, ſed etiam miſere eiectus è paradiſo fuerit? Obſerua quæſo contra præceptum Dei ieiunium violaſſe: originem igitur tantarum calamitatum, ieiunij contemptum aſſeremus cum Proſpero, ſecundò de vita contemplatiua, [Proſper.] *Vides in quot quantasque miſerias primus homo præcipitatus eſt, qui ſi voluiſſet ſe in illa paradiſi beatitudine cuſtodire, vt à fructus vnius interdictæ arboris ieiunaſſet, nec ſtatum illum tantæ fœlicitatis amitteret, nec eum voluntaria ſalutaris præcepti tranſgreſſio neceſſitati E corruptionis, ac mortalitati addiceret, vt tanta beneficia Dei ſui, quæ in natura ſuæ conditionis acceperat: aut corrumperet peccato corruptus, aut perderet, quis enim ſufficienter enumeret quæ & quanta bona illi abſtinentiæ contemptus ademerit.* 763

*Veritate ad paradiſum fit regreſſus.*

*Collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium,* Vt impedirent ſcilicet illius ingreſſum, ſed ita ne ſpes in eum redeundi adimitur, vt illius viam omnino tentare non valeamus? F Nota quòd ſi aliquis ſtricto amicitiæ vinculo cum alicuius domus ianitore coniungeretur, ſine dubio illius aditus ei facile pateret: iterum obſerua veritatis ſectatorum Cherubinos amatores eſſe, Cherub enim notitiam veritatis deſignat: per veritatem igitur ad paradiſum facilis inuenietur regreſſus: ſic Procopius, [Procopius] *Si quis cupit intrare paradiſum, per hæc quaſi manu ducitur ipſis Cherubim ſignificantibus veritatis notitiam, cuius participem oportet eſſe eum, qui vult in paradiſum ingredi.* 764

### *Chriſtus Dominus aditum paradiſi reſerauit.*

765 *Collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque verſatilem.* Ad impediendum ſcilicet illius aditum, quis reſerabit illius fores? non Angeli, cum à Deo ſint conſtituti vt illius ingreſſum impediant, non dæmones, cum Cherubim conſtituantur ad eos repellendos, non homo, quia ſententiâ Dei exul factus eſt ab eo, & ne regredi poſſit flammeus gladius atque verſatilis, maximum incutit ei timorem: quis igitur iter paradiſi aperiet, cum nulla creatura ſufficiens reperiatur vt illum reſeret? Dico Deum & hominem nempe B Chriſtum portas paradiſi non ſolum terreni, ſed ſuper (Greg. Ma) cœleſtis patefacturum: ſic Diuus Gregor. Mag. libro duodecimo Moral. cap. ſeptimo. *Quia*, inquit, *ante aduentum mediatoris Dei & hominum, omnis homo quamuis mundæ probatæque vitæ fuerit, ad inferni clauſtra deſcendit, dubium non eſt, quod homo qui per ſe cecidit, per ſe ad paradiſi requiem redire non potuit, niſi veniret ille qui ſuæ incarnationis myſterio eiuſdem nobis paradiſi iter aperiret, vnde & poſt culpam primi hominis ad paradiſi aditum romphæa flammea poſita eſſe memoratur, quæ & verſatilis dicitur, pro eo quod* C *quandoque veniret tempus, vt etiam remoueri potuiſſet.*

### *Per lanceam Chriſto Domino inflictam excuſſa eſt lancea à Cherubino cuſtodiente viam paradiſi.*

766 *Collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque verſatilem.* Iacobus Sarugenſis Epiſcopus in Orationibus de Chriſti paſſione, & aſcenſu, tenet aciem gladij verſatilis fuiſſe figuram quandam igneæ lanceæ quam Cherubim manu tenens, atque coruſcans, perterrebat primos parentes à paradiſo, arcebatque ab arbore D vitæ: ſed quomodo excuſſerit illa lances à manu Cherubini, vt iter paradiſi aperiatur? per aliam lanceam quam Chriſtus Dominus ſuo latere excepit, (Moſ. Baſ.) illa lancea quæ eſt in manu Cherubini eripitur: ſic Moſes Barſephi. *Quo tempore confoſſus Dominus noſter lancea, eodem à Cherubino cuſtode paradiſi & arboris vitæ ablata eſt lancea.*

### *Per ignem purgatorium purgandi ſunt, qui non plene in hac vita ſatisfecerunt.*

767 *Collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim,* E *& flammeum gladium,* Per hunc gladium flammeum aliqui intellexerunt ignem Purgatorij, ſed cur ante Paradiſum conſtituitur huiuſmodi ignis? Vt ſignificetur quod animæ iuſtorum, qui in hac vita maculas peccatorum pœnitus non abſterſerunt, vel pro condonatis ſibi delictis non plene Deo ſatisfecerunt, per hunc ignem antequam Paradiſum in- (D. Ambro.) grediantur, in totum debent purificari: ſic D. Amb. in Pſalm. 118. verſu retribue ſeruo tuo, &c. *Eſt etiam baptiſmum in Paradiſi veſtibulo, quod antea non erat, ſed poſtea quàm peccator excluſus eſt, cœpit eſſe romphæa ignea, quam poſuit Deus, quæ antea* F *non erat quando peccatum non erat, culpa cœpit, & baptiſmum cœpit quo purificentur, qui in Paradi-* (Pſalm. 66.) *ſum redire cupiebant, vt regreſſi dicerent, tranſiuimus per ignem & aquam, hic per aquam, illic per aquam, vt abluantur peccata, per ignẽ vt exuramur.*

### A *Neceſſaria eſt caſtitas non ſolum exterior ſed interior, vt ingreſſus Paradiſi reperiatur.*

*Collocauit ante paradiſum Cherubim, & flammeum gladium,* Nonne ſufficiebat Cherubim ad conſeruandam viam Paradiſi, vel gladius flammeus & verſatilis? Cur igitur vtrumque apponitur? Nota quod per Cherubim ſpiritum Angelicum mentis, & animæ integritas, per flammeum gladium id eſt qui carnis concupiſcentias exurit, & quid corporeum, corporis caſtitas deſignatur: recte igitur vnum ſine altero non apponitur, quia corporis caſtitas ſine animæ integritate, non ſufficit ad ingreſſum B Paradiſi: ſic D. Aldhelmus Saxonum Epiſcopus libr. de Laudib. Virginitatis cap. 8. (Aldhel. Sa.) *Nequaquam carnalis integritas comprobatur, niſi conſors ſpiritualis caſtimonia comitetur: vnde vas electionis, vt ſit, inquit, ſancta, & corpore & ſpiritu in Apoſtolicis manifeſtatur vocibus, quod ſola carnalis pudicitiæ immunitas cœleſtis regni clauſtra reſerare nequeat, & ſolitaria, nequaquam Paradiſi valuas recludere valeat, quæ Cherubim romphæa verſatili, & flammifera concluſiſſe recapitulatio Geneſeos originaliter declarat, niſi vtrimque duplex ſanctimonia concorditer candeſcat.* 768

### C *Miniſtri conſtituendi ſunt, vt leges obſeruentur.*

*Collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim,* Nonne ſufficiebat pœnam mortis impoſuiſſe, imo & occaſionem ligni vitæ ademiſſe eiectione à Paradiſo? Cur ponit etiam Cherubinos in ingreſſu eiuſdem horti, ne primi parentes ſumant de ligno vitæ? Quia non ſolum leges ferendæ, ſed etiam miniſtri conſtituendi, vt ab omnibus ſeruentur, *Oſtendit locus ille* (inquit Oleaſt.) *legibus adiungendos eſſe miniſtros qui cogunt nolentes eas cuſtodire.* (Oleaſt.) 769

### D *Diuina iuſtitia omnes peccatores attingit.*

*Collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque verſatilem.* Pluries ſciſcitati ſumus quid ſignificat gladius verſatilis, & cur pro foribus paradiſi proponitur? videtur enim ſuperflua, cum ſoli Cherubini longè hominibus potentiores, & fortiores ſufficerent ad eos ab ingreſſu horti deliciarum arcendos, & à ſumptione fructus vitalis: Aduerte tamen quod gladius verſatilis non E ſolum omnes occurſus occludit, ſed etiam omnes aggreſſos inuadit gladius: qui cæſim punctimue intenditur, vnum tantum vulnerat, qui vero in omnes partes rotatur atque verſatur, plures ſternit: Dicamus igitur eum non ſuperfluc, ſed etiam recte verſatilem, ad denotandum, quod ſicut gladius verſatilis in omnes hoſtes impingit, ita & diuina iuſtitia in omnes peccatores incurrit: vnde Diuus Bernardus ſermone ſecundo de verb. Iſai. (D. Bernar.) *Quid* (inquit) *putas? indifferenter admittet homines in illud tantæ beatitudinis templum, qui nec ipſos quidem Angelos indifferenter reliquit in eo, aut non* F *diſcernet inter glebas, qui diſcreuit inter ſtellas?* Quaſi diceret, nulli parcet peccatori finali, eum enim attingit ſua iuſtitia: ſic Bruno citatus in Allegor. Tilman. hoc paucis aperit, (D. Bruno) *Eſt autem verſatilis vndique circa ſe delinquentes percutit, pauperes & diuites condemnat.* 770

*Proprius doctorum, ſiue concionatorum character eſt, vnanimi inter ſe conſenſione in verbo Dei diſſeminando conſpirare.*

771 *Collocauit ante paradiſum Cherubim, & flammeum gladium.* Vox Cherubim, vt ex Hebræo manifeſtè liquet, non eſt in ſingulari, ſed in plurali, exercitum Cherubim inibi ſtatutum, quaſi excubias agentem, & ad irrumpendum paratum ſignificans, gladius vero in ſingulari toti exercitui adſcribitur, vt omnes illi cœleſtes ſpiritus de vno gladio ſint pugnaturi: Nonne poterat Deus cuilibet Cherubino ſuum tribuere gladium? cur igitur vnicus tantæ Cherubinorum multitudini? quis ignorat verbum Dei gladio conferri? pulchrum igitur ſane Eccleſiaſticis cherubinis, & ſpiritualibus belli ducibus documentum, vnico illis diuini verbi gladio, eadem doctrina, & ſententiarum conformitate vtendum:
Origen. Mat. 18. 19. Fauet huic ſententiæ Origenes, explicans illa verba Matth. 18. 19. ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, &c. ait: *Sicut in muſicis niſi fuerit conuenientia vocum non delectat audientem, ſic & Eccleſia niſi conſenſum habuerit non delectatur Deus in ea.*

*Non præſumat indignus ad Sacramentum auguſtiſſimum accedere.*

772 *Collocauit ante Paradiſum Cherubim, & flammeum gladium ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.* Nonne ſatis pœna grauis impoſita è paradiſo expulſio, in cinerem futura reuerſio, cum ſudore vultus ſui terræ cultura, cum labore cibi ſumptio? cur etiam conſtituuntur Cherubini ante fores paradiſi, vt eum arceant à fructu vitali ſumendo? Audiamus reſpon-

A dentem Brunonem in Alleg. Tilm. *Cum quis de Paradiſo id eſt de ſancta Eccleſia propter peccatum ſuum eiicitur, ne ad lignum vitæ id eſt, ad carnem Chriſti participandam accedere præſumat, ab his interdicitur: ſtant enim in gladio ſpiritus nempe Eccleſiæ doctores.* Bruno.

*Religio Paradiſus eſt qui ſeruatur à ſuperioribus, & media mortificatione.*

*Collocauit ante Paradiſum Cherubim, & flammeum gladium,* Quis ille Paradiſus myſticus? Do- 773
B ctiſſimus Sebaſtianus Barrad. lib. 5. itinerarij filiorum Iſraël cap. 12. ait, religio eſt paradiſus voluptatis, & deliciarum Dei: Sed cur ante huiuſmodi paradiſum Cherubim, & flammeus gladius? Nam nihil impedire deberet eum ingredi volentes: inſpiciamus quid ſit in huiuſmodi horto deliciarum, lignum vitæ, hoc eſt gratia quam ſurripere omnibus modis tentat Diabolus, per Cherubim quis vetat intelligi Prælatos? Et per flammeum gladium, mortificationem igne charitatis ſuccenſam? Bene igitur ante fores Paradiſi myſtici, conſtituuntur Cherubini, & gladius flammeus, quia religio ſeruatur ab inſidiis diaboli per ſuperiores vigilantiſſimos, & me- Sebaſ. Bar.
C dia mortificatione: *Lignum vitæ* (inquit cit. Barra.) *id eſt, gratiam quæ hominibus affert vitam, defendunt Cherubini, hoc eſt ſuperiores vigilantes ne ſerpens tartareus ingrediatur, illumque decipiat, defendat gladius igneus, id eſt, mortificatio igne charitatis ſuccenſa, nihil introeat quod à Cherubinis, id eſt, ſuperioribus non ſit examinatum, & igneo gladio à ſubditis probatum, ſit verſatilis gladius qui in omnes corporis animique partes ſe verſet, omnidque reſcindat atque comburat quæ religioſum ſtatum non decent.* Cit. Sebaſ. Barrad. l. 5. itinerarij.

# SYNOPSIS CAPITIS QVARTI.

**EVA VIRO SVO PEPERIT ABELEM ET CAIN, hic fratrem occidit, vnde reprobatus vitam profugus egit, deinde prolem genuit, ſed & Adamo Abelis præmortui loco Seth generatur.**

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. I.*

V*lg.* Adam vero cognouit vxorem ſuam Euam, quę concepit, & peperit Cain, dicens, poſſedi hominem per Deum. B

*Septuagint.* Adam vero, &c. Et dixit acquiſiui hominem per Deum.

*Cald.* Adam, &c. Et dixit poſſedi virum coram Domino.

*Arias*, Et homo ipſe cognouit Cauech, &c. ait acquiſiui virum cum Domino.

*Caietan.* Acquiſiui virum à Iehoua.

*Ant. Vulg.* Acquiſiui Cain à Iehoua.

*Alia littera, teſte Hugone Card.* Habet cooperata ſum cum Deo.

*Philo*, Peperit C. in illum.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

VErbum קנה Kana ſignificat poſſedi, acquiſiui, emi, & ideo legimus poſſedi, alij autem acquiſiui את & hic non eſt coniunctio, ſed præpoſitio cum, coram vel per, &c.

## EXPOSITIO VERSVS I.

ADam *vero cognouit vxorem ſuam*, Cum præceptum affirmatiuum debeat intelligi ſecundum determinationem debiti temporis, ideo eſt quod quamuis primis parentibus dictum fuerit creſcite, & multiplicamini in Paradiſo, non tamen in eo vxorem ſuam cognouit, ſed poſt quam ab illo fuit eiectus; ait autem ſacer textus *quod cognouit*, quo verbo honeſte ſignificat copulam carnalem.

*Et peperit Cain*, nempe primogenitum ſuum ſic dictum ab acquiſitione, vnde ipſa Eua ait acquiſiuj ſecundum lectionem Hebraicam.

*Poſſedi hominem*, Id eſt ante hunc nullum genueram, nunc autem hunc concepi, & genui *per Deum*, C id eſt per voluntatem illius; hæc enim verba per Deum non ſunt iurantis, ſed gratulantis, & authorem generationis agnoſcentis.

Inquires, quanto tempore poſt expulſionem à Paradiſo Adam ſuſcepit liberos? Nihil certi habemus, tamen exiſtimo cum primi homines ad generandum idonei creati fuere, eiſque præcepiſſet Deus vacare proli generandæ, & naturali deſiderio illius habendæ tenerentur, non expectaſſe multum temporis, vt operam liberis darent, cùm eſſet res honeſta nec non à Deo præcepta, & paucitas generis humani quaſi ad id cogeret.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Deus nobiſcum operatur.*

ADam *cognouit vxorem ſuam, &c. & ait poſſedi hominem per Deum*, Nonne per maritum poſſedisti? Cur ergo eum Deo tribuis? Recte Deo tribuit, quia Deus principaliter concurrit ad actiones noſtras Phyſicas, ſiue bonas moraliter; vnde

D Hugo Card. ait, *Hebræus habet cooperata ſum cum Deo, quæ littera exponit iſtam: eſt enim ſenſus, poſſedi hominem per Deum, id eſt acquiſiui Deo cooperante, in primis parentibus ſolus Deus operatus eſt, in cæteris cooperatur ipſe per authoritatem, operantur parentes per miniſterium.*

### *Pœna meliorem reddit.*

2 *Adam cognouit vxorem ſuam, &c. & ait, poſſedi hominem per Deum,* Cur hoc non tribuit naturę, cum naturaliter homines procreantur, generatioque ſit opus naturaliſſimum? nota quod poſt pœnas ſibi inflictas hoc pronuntiat: ne miremur ergo tunc Deum laudaſſe & cognouiſſe quem antea offenderat, quia pœnæ inflictæ nos meliores & ſtudioſiores efficiunt: ſic D. Chryſoſt. hom. 18. in Gen. *Vide quomodo pœna inflicta mulierem emendauerit, melioremque reddiderit; nam puellum natum non naturæ ſed Deo acceptum tulit, ſuamque gratitudinem declarat; vidiſti quomodo pœna admonitionis loco illis fuerit, poſſedi hominem per Deum, non natura inquit mihi puerulum dedit, ſed diuina gratia.* (D.Chryſo.)

### *Pœna ad Deum nos reducunt.*

3 *Adam cognouit vxorem ſuam, &c. & ait poſſedi hominem per Deum,* Quomodo Deum agnoſcit Eua ei gratias referens, cum antea Dei præcepto inobediens omnino fuiſſet? nota grauiter punitam poſt peccatum: meritò Deum agnoſcit eique gratiarum actionem exhibet, quia pœnę ad eum nos reducunt: ſic Thom. Angl. *Ex hoc & multis aliis colligitur Adam & Euam reductos ad Dei timorem & cultum, quia primum ſuum partum accepiſſe à Deo firmiſſima fide profitentur; vnde vexatio dedit eis intellectum,* eadem habet Diuus Baſil. Sel orat. 4. (Tho. Ang. in Gen.)

### *Nomen cohærere cum veritate rei quam ſignificat, debet.*

4 *Adam cognouit vxorem ſuam, quæ concepit & peperit Cain,* Cur non ait, quæ peperit filium qui vocatus eſt Cain? nam primo naſcuntur pueri, deinde nomina imponuntur, ita Moyſes dixit, vt intelligeremus inter nomen & rem nullum diſcrimen debere eſſe: ſic Phil. lib. de Cherub. *Vulgus hominum nomina imponere rebus diuerſa ab ipſis ſolet vt aliud ipſa ſint, aliud ſonent: apud Moyſem vero nominum impoſitiones manifeſtiſſime res ipſas indicant, vt res neceſſario in nomen abeat ſine vlla differentia.* (Philo.)

### *Non in nominibus quamuis egregiis confidere debemus, ſed potius in bonis operibus.*

5 *Adam cognouit vxorem quæ concepit & peperit Cain, dicens poſſedi hominem per Deum,* Cain interpretatur poſſeſſio Dei: quomodo tam egregium nomen habens, ita terrenus, vt præferret terrena cultui diuino: ita impius vt proprium fratrem occidederit? vt diſcamus nomen egregium non efficere hominem ſtudioſum, ſed bona opera in quibus confidere debet: ſic D. Chryſoſtom. hom. 21. *Nihil prodeſt alicui vocabulum virtute vacuum, ſed habenda eſt ſalutis expectatio in omni operatione virtutis, & neque ſublime ſapere, neque in cognatione ſanctorum virorum, neque in aliquo alio, ſed in fiducia propriorum operum, imo neque in illis multum de ſe ſentire, ſed tunc magis humilem & modeſtum eſſe oportet, cum magnas virtutum diuitias congerere poſſumus, ſic enim & ipſi collectas diuitias cuſtodiemus.* (D.Chryſo.)

### *Ex inobedientia vſus rei venereæ.*

6 *Adam cognouit vxorem ſuam Euam quæ concepit & peperit Cain,* Quando hoc factum eſt? certe poſt inobedientiam primorum parentum; cur tunc notatur vſus rei venereæ? vt ſciremus tunc talem vſum veniſſe poſt inobedientiam, cùm ante virginitatem coluiſſent: ſic D. Chryſoſt. hom. 18. in Ge. *Tunc primum vſus rei venereæ cœpit; ante inobedientiam enim Angelicam vitam imitabantur, & nullus de re venerea erat ſermo; ab initio virginitas palmam accepit, ſed poſtquam per deſidiam intrauit inobedientia, & aditus patefactus eſt peccato, illa quidem auolauit vt pote ab his qui indigni tantæ magnitudinis virtutis facti erant, ſubintrauit autem rei venereæ lex,* expende quæſo in laudem virginitatis verba Chryſoſtomi dicentis, *illa quidem auolauit ab his,* vt pote qui indigni tantæ virtutis, quaſi diceret, vbi moratur virginitas, ibi & ſanctitas deberet eſſe, peccator enim ea eſt indignus. (D.Chryſo.)

### *Non poteſt abſcondi peccatum, ſed iam diuulgatur antequam ſit.*

*Adam cognouit Euam quæ concepit & peperit Cain,* Philo lib. de Cherub. aſſerit Moyſem dixiſſe, *peperit Cain illum,* difficultas eſt ſi de Cain nihil hactenus dixerat, quomodo quaſi ſæpe eum iam nominaſſet, & non nunc primum inſereret eius nomen ſuis verbis, peperit Cain illum inquit; quiſnam, ô ſcriptor, de quo antea nihil paruum vel magnum dixeras, tamen quaſi de eo aliquid aſſeruiſſes, ais, peperit illum Cain? nonne Cain repræſentat peccatores, qui ſua delicta volunt non diuulgari, ſed ab omnium oculis tegi? ideo fratrem ſuum in campo interfecit, vt à nemine videretur: recte ergo dicit Moyſes cùm primò loquitur de Cain, Eua concepit & peperit Cain illum, quaſi diceret, ita erit cognitum illius peccatum vt omnino celari non poſſit, cum iam antequam ſit cognoſcatur quiſnam ſit, & de eo ſit ſermo, quaſi à multis annis vixiſſet. 7 (Philo.)

### *Bonitas morum non ex natura, ſed ex gratia.*

*Adam cognouit vxorem ſuam Euam, quæ concepit & peperit Cain,* Cur Cain impius primo generatur, quam Abel innocens & iuſtus? videbatur enim quod prius debuiſſet præcedere Abel, & primus generari: vt agnoſcamus bonitatem morum, non in natura conſiſtere, cùm iuſtus reperiatur minor natu, peruerſus autem maior: ſic Thom. Angl. *In hoc oſtenditur quod bonitas morum non eſt ex natura noſtra vel ex primogenitura, ſed ex mera Dei gratia.* 8 (Tho Ang.)

### *Educatio filiorum maxime obſeruanda.*

*Eua concepit & peperit Cain ſuum primogenitum,* Tunc illa gratias agens ait, poſſedi hominem per Deum, & Deut. 33. verſ. 6. ipſe eſt pater tuus qui poſſedit te; quibus locis idem ſenſus poſſidendi & gignendi quaſi filius à paterna poſſeſſione nihil differat; dubium nunc eſt cur filius poſſeſſioni comparatur? nonne pater familias, tuendæ augendæque poſſeſſioni multum inuigilat? optime igitur filius paterna poſſeſſio dicitur, quia in conſeruanda augendaque virtute filiorum, debet maximopere laborare: ita D. Chryſoſt. hom. 9. in Ep. ad Tim. *Vt fundus ſit optimus cuncta molimur, eumque fideli viro magno cum ſtudio tradimus, cæterum quod nobis chariſſimum omnium eſt, omnino negligimus, neque curamus quo pacto filium noſtrum fideli cuipiam viro permittimus, qui ipſius teneri ac ſeruare pudicitiam poſſit, igitur nobis poſſeſſionum cura eſt potior quam eorum, quorum illæ gratia comparantur, quod profecto abſurdiſſimum atque ſtolidiſſimum eſt.* 9 (Deuter. 33. v. 6.) (D.Chryſo.)

*filium ſecundum naturæ ordinem genuiſſe, aut illud beneficium eſſe naturæ, ſed illud totum in Deum refert, ac ſi nullæ in beneficio eſſent naturæ partes, in quo nos vehementer arguit, qui nonniſi miraculoſa Deo damus, neque illi accepta fatemur beneficio naturæ.*

### *Beneficium etiam exiguum nobis pretioſum debet eſſe.*

18 *Adam cognouit vxorem, quæ ait, poſſedi hominem per Deum.* Quas Deo gratias agis, ô Eua? ſi ſcires quidnam eſt facturus filius quem peperiſti, fratricida ſcilicet erit, luctus tui origo, ſine dubio non ita grata exiſteres? B Nota Cain bonum, vt à Deo datum; merito igitur gratias Deo retulit, quia quodlibet beneficium, etiam exiguum, maximè pretioſum debet eſſe: ſic Rup. lib. 9. in Gen. cap. 21. *Donum Dei qualecumque ſit ſiue magnum ſiue paruum, cæleſte ſiue terrenum, pro honore & charitate donantis pretioſum eſt, & debet eſſe in oculis ſapientum.*

Rupert.

### *Memores ſemper beneficiorum debemus eſſe.*

19 *Adam cognouit vxorē ſuam, & peperit Cain.* Quod C nomen ei impoſuit: quia cognouit ſe eum poſſediſſe ex Dei auxilio? cur nomen imponit ſignificans aliquod beneficium à Deo acceptum? ſine dubio vt quoties Cain nominaretur, toties tam eximij accepti à Deo beneficij recordaretur: *Nomen illi dicit* (ait Proc.) *quo audito ſemper admoneatur ſe eſſe donum Dei, pro quo nunc immortali numini gratias egit.*

Procop.

### *Benedictioni Dei proſperitas noſtra tribuēda.*

20 *Adam cognouit vxorem, &c. quæ ait, poſſedi hominem per Deum.* dixit Eua, eximium pietatis ſuæ ſignum, aſcribit filij ſui natiuitatem Deo Eua: nonne Eua eſt illa mulier, quæ prius virum ad peccatum D impulerat, plus deferens ſerpenti quàm Deo? quomodo nunc Dominum agnoſcit? nota in memoria conſeruaſſe Dei benedictionem, cum dixerat creſcite & multiplicamini ſuper terram, filij ſui igitur natiuitatem, quam pro maxima proſperitate tenebat, æſtimabatque, ſine dubio refundit in illam benedictionem: ſic Proc. *Hanc benedictionem adhuc firmiter memoria tenebat, & id habes ex illa benedictione Dei qua iuſſit vt creſcerent & multiplicarentur.*

Procop.

### *Semel ſeductus deinceps cautior ſit.*

21 *Adam cognouit vxorem ſuam, &c. quæ ait, poſſedi hominem per Deum.* Nonne oblita fueras necē tuum, E cum fidem adhibens fallaci ſerpenti, fructum vetitum comediſti? quomodo igitur nunc natiuitatem filij tui non ſerpenti ſed Deo tribuis? nota ſemel ſeductam fuiſſe: ne mireris ergo nunc Deum agnoſcere, quem antea videbatur ignorare, natiuitatemque filij ſui ſerpenti non tribuere, quia qui ſemel ſeductus, cautior deinde degit: ſic D. Baſi. Seleu. or. 4. qui inducit mulierem ſic loquentem: *Seductionis pericula ſufficiunt, alteras inſidias non admitto.*

D. Baſili.

### *Primus impius, primus ingratus.*

22 *Concepit & peperit Cain.* Hic primus ſingulare à F Deo, & à natura per generationem accepit beneficium vitæ: ſed nonne illi primus eſt qui ita naturæ aduerſarius, vt vitam ſibi conceſſam alteri adimat? maxime igitur ingratus? ſed non mirum, quia primus impius, & ideo ingratus: hoc ſignificare videtur A D. Baſil. or. cit. *Primus partus eſt, qui primus naturæ fuit infeſtus, qui primus aperuit partioni curſum, primus mortis portas patefecit, qui naturæ munere primus ad vitam venit.*

D. Baſi. cit.

### *Diuitiarum amor inter vitia principatum tenere videtur, pluribus obnoxius miſeriis.*

*Adam cognouit vxorem ſuam, quæ concepit & peperit Cain.* Primus in humano genere filius dicitur 23
Cain, id eſt poſſeſſio; ille autem peſſimus: cur qui peruerſus eſt, poſſeſſio nuncupatur, cum potius vanitas deberet appellari? quia diuitiarum amor, & B inordinata poſſeſſio inter omnia vitia quæ humanum cor infeſtant, principatum tenere videtur, & ius primogenij? Sed ponderemus illud quod additur, rurſum peperit fratrem eius Abel, non ait peperit alium filium, quem vocauit Abel, ſed peperit fratrem eius (nempe Cain) Abel. Quomodo Abel interpretatur luctus: cur frater Caini nomen obtinet mœroris? cur luctus & poſſeſſio fraterno vinculo coniunguntur? quia diuitiarum amoris germanus eſt luctus: nam neceſſe eſt vt is qui diuitiis inhiat, pluriois C ſit obnoxius miſeriis: non diſſentit Rup. l. 3. de Trin. c. 34. *Cain quippe interpretatur poſſeſſio, ille inquam humani generis falſa fœlicitas, falſumque gaudium, Abel autem interpretatur, luctus.*

Rupert.

### *Alicuius euentus admirabilis Deum agnoſcamus authorem.*

*Adam cognouit vxorem ſuam, &c. quæ ait, poſſedi* 24
*hominem per Deum.* eum operis authorem agnoſcit? cur tunc agnoſcis eum, cum antea tibi cognitus fuerat? audiuiſti enim vocem illius cum deambularet in paradiſo? obſerua ſpectaculum fuiſſe illi admirabile, cum filium ex ſe genitum conſpicata fuiſſet: recte igitur eum agnoſcit authorem talis operis; quia D vbi aliquis euentus admirabilis, Deo tribuendus eſt: ſic cit. D. Baſil. *Concepit & peperit, non ex terra, non ex coſta, ſed ex alue germen prodiit, hoc parentes attonitos reddit, vidit Eua ſpectaculum inopinabile, naturam numero propagatam, & partita corpora, remque miram promulgans, creatorem conteſtatur, poſſedi hominem per Deum, re Deo adſcripta, operis authorem agnoſcit.*

D. Baſi. cit.

### *Inuidus nomen vitio ſuo accommodatum obtinet.*

*Adam cognouit vxorem, quæ concepit & peperit* 25
*Cain.* Quænam eſt interpretatio vocabuli Cain? ſcio communem eſſe, ſignificare poſſeſſionem; audi taE men Euſeb. l. 11. de præp. Euang. c. 4. (cuius titul. eſt. de commodiſſima nominum apud Hebr. impoſit.) qui interpretans nomen Cain, ait, inuidia dicitur, cur primo homini à ſe ſuſcepto, tam ignominioſum nomen imponit? Obſerua inuidiâ pulſum, fratrem Abelem occidiſſe: recte igitur dicitur Cain inuidia, quia inuidus nomen vitio ſuo accommodatum obtinet: *Diſce* (inquit cit. Euſe.) *Cain apud Hebræos inuidiam dici, arſit enim certe ille inuidia fratris.*

Euſeb.

### *Ambitio omnium validiſſima paſſionum.*

*Adam cognouit vxorem, quæ concepit & peperit* 26
*Cain.* D. Ant. 1. par. hiſt. titu. 1. c. 1. Para. 4. D. Metod. Matt. author hiſt. ſchol. ca. 25. tenent primos parentes perſeueraſſe in virginitate, vſque ad annum decimum quintum à creatione mundi, & tunc agnouiſſe Adam vxorem ſuam, ex diuino mandato; nam

D. Anton.

aote illud teſte D. Aug. eam nnn agnouit, ait enim, A diuinum illi hnmines expectabant mandatum vacandi prolis generatinni, quod illis dum fuere in paradiſo, non eſt datum: boc ſuppoſitn inquitn, nnnne verum eſt hominem virtutibus ornatum, iuſtitia originali condecoratum, miſere cecidiſſe ex ambitinne, & tamen cognnſcentes ſe eſſe nudos, & appetitu ſenſitiun eos pungente, poſt peccatum, per plura tempora, vt dictum eſt, abſtinuerunt à generatione. Qunmodn ergo tam citò hæc paſſio ambitinnis illicita eos depreſſit? vidit enim Eua fructum, comedit, deditque viro ſuo, carnalis autem appetitus quamuis licitus, minime, ſed ſolum poſt aliquot annns? vt agnnſcamus ambitionem validiſſimam eſſe paſſinnem, & quoſlibet ſanctos pnſternentem: vn- B
Chry ho. 43. ad pop. Antioch. de D. Chryſoſtom. *Quemadmodum ſaui venti in tranquillum mare delati totum ab imo ſubruunt, ſic ambitio omnia ſubuertit, nam pecunias quidem contemnere volenti ſatis eſt facile, honorem autem deſpicere multi laboris indiget, magnæ ſapientiæ, Angelica quidem cuiuſdam animæ ipſum cœleſtis teſtudinis verticem tangentis, &c.*

### *In mundo quod terrenum eſt, ſpirituali antepcnitur.*

27 *Adam cognouit vxorem quæ concepit, & peperit Cain*, Rurſumque pepetit fratrem ſuum Abel, certum eſt Cain & Abel figuram eſſe omnium hominum qui de radice peccati in hanc vitam propa- C gantur, quorum alij terrenam ciuitatem, & mortiferas delicias ſunt amaturi, & quantum in ſe eſt amtione pnſſeſſuri, quos ſignificat Cain qui interpretatur poſſeſſin; alij futuram ciuitatem quæſituri, & de huius habitationis miſeriis lugentes ad futuram glnriam totn deſiderio tranſituri, quns ſignificat Abel qui interpretatur luctus & eſt poſterint, ſed ſi Abel eſt figura hnminum cœleſtium, Cain autem terrenorum, cur antepnnitur Cain Abeli? Quia mundus ita terreſtria diligit. vt ea diligentes præfe-
D. Auguſt. rat cœleſtia colentibus: vnde D. Auguſt. citatus in Glnſſ. *Non prius eſt ſcilicet apud homines quod ſpirituale, ſed quod animale, hinc Cain dicitur agricola, id eſt terrenis opibus incumbens, Abel vero paſtor ouium ſimplicitatem ſcilicet & innocentiam diligens.* D

### *Filius pluries diſſimilis patri.*

28 *Adam agnouit vxorem ſuam Euam, quæ concepit & peperit Cain*, Quiſnam fuit hic Cain? Inuidus homicida, impius, nonne habuit patrem Deum timéntem, & vere pœnitentem? Quomodo ergo tam impius euaſit? Quia filij nec ſemper nobilitatem patris poſſident, nec eius virtutem imitantur: vnde Plul. lib. de nnbilitate, qui poſtquam loquutus de Adam, dicens, Adamus ille eſt à qun omnis hnminum nobilitas deſcendit, ſubiungit de Cain, Philo Iud. *Quid huic proficit nobilitas generis ignobilem præ ſe ferenti animum? Quem ipſe humanarum rerum inſpector Deus, vt vidit aduerſatus damnauit.*

### *Patres bene inſtruere debent filios.*

*Adam cognouit vxorem ſuam, &c. ait poſſedi hominem per Deum*, Cur ſic loquitur Eua: poſſedi hominem per Deum? Vt filium inſtrueret monens hoc nomine ſe ad Deum pertinere: ſic Prncnp. *Quæ antea fraude circumuenit virum, filium decenter, & pie inſtruit, petit nomenclaturam à munere Dei, quaſi perpetuum doctrinæ argumentum filio parat*, Quaſi diceret vt inſtrueret filium gratias Deo referre, nomen imponit gratitudinis recordatiuum. 29 Proc. Gaz.

### *Deo proſpera noſtra tribuamus.*

*Adam cognouit vxorem ſuam, &c. dixit poſſedi hominem per Deum*, Cur ita loquitur? Nonne ſufficiebat imponere nomen, cur non ignoremus fœlices partus eſſe à Deo? Prudenter hæc loquuta, vt diſceremus ex eo nnſtros proſperns euentus nnn nobis ſed Deo tribuere: ſic D. Ambroſ. libr. 1. de Cain & Abel cap. 1. *Deo detulit, cum dixit acquiſiui hominem per Deum, vt & nos cùm aliquid acquirimus, vel omnes euentus ſecundos Deo magis deferre, quam nobis erogare debeamus.* 30 D. Ambro.

### *Maxima locis ſacris reuerentia exhibenda.*

*Adam cognouit vxorem ſuam, &c.* Nnn in Paradiſo, cur cum in eo matrimonium fuit ratum, in eo non eſt conſummatum? Cur cum præceptum accepiſſet generationi vacandi, illicn nnn obtemperauit? Nonne Paradiſus poteſt dici lncus ſacer? Quo pnſitn: ſic reſpondet Oleaſter. *Hoc facto docemur quanta veneratione, & reuerentia à nobis habenda ſunt loca ſacra, vt ſcilicet ibidem nullam turpitudinem operemur; quia locus ſacer fœdari poſſit, ſi enim donum Dei domum negotiationis facere prohibemur, multo magis domum turpitudinis.* 31 Oleaſt.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. II.*

*Vlg.* Rurſum peperit fratrem eius Abel, fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain agricola.
*Septuag.* Et adiecit parere fratrem eius Abel, & factus eſt Abel paſtor ouium, Cain autem operabatur terram, *ſic Ambroſ.*
*Cald.* Et addidit fratrem eius Abel.
*Arias*, Abel paſtor pecudum, & Cain fuit colens terram.
*Proc.* Et adiiciēs peperit, &c. Cain vern cultor humi.
*Lippom.* Addidit ad pariendum.

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

QVnd dicitur in Hebræo & addidit ad pariendum, vel adiecit, vt pareret, Hebraiſmus eſt, prn & peperit adhuc, vel rurſum.

## EXPOSITIO VERSVS II.

R*VRSVMQVE peperit Abel*, qui interpretatur luctus, quod tempus autem interfluxerit inter generationem Cain, & Abel non eſt qui certò affirmet, ſed cùm fœcunda fuerit Eua, & paucitas hominum exigua, dicendum eſt Euam tempore à natura ſtabilito iterum Abelem peperiſſe.

*Fuit autem Abel paſtor ouium*, cùm paſtoralis ars omnium ſimpliciſſima ſit, hinc eſt quod primus A omnium à peccato Adæ innocens & ſimplex corde, hanc amplexus fuerit: non inde colligas tamen, homines tunc temporis veſci carnibus; nam lanæ gregis ouium, lac etiam eis poterant deſeruire.

*Et Cain agricola*, Cùm eſſet vir verſutus & cupidus, coluit terram tanquam quid maioris lucri, tum forte etiam cum ſciret Deum iuſtè terræ maledixiſſe propter peccatum parentis ſui, elegit agriculturam quaſi non curans Dei ſententiam.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Beati qui lugent.*

32 R*Vrſum peperit fratrem eius Abel*, Quid ſignificat Abel? Rup. ait, Abel interpretatur luctus, potius Cain deberet hanc ethymologiam ſortiri, qui infœliciſſimus fuit, non autem Abel qui iuſtus & in ſanguine ſuo beatus: rectè luctus interpretatur Abel quamuis iuſtus & beatus, quia beati ſunt qui lugent, Rupertus. ſic Rup. l.3. in Gen. cap. 24. *Hoc illi nomen congruit, non ſolùm quia primi luctus cauſa fuit parentibus, ſed etiam quia primus illorum eſt, de quibus dictum eſt, beati qui lugent quoniam ipſi conſolabuntur.*

### *Lachryma diabolum torquent.*

33. *Peperit fratrem eius Abel*, Qui interpretatur luctus, ſed cùm iuſtus Deum & homines exhilaret, quomodo qui primus dicitur iuſtus, luctus nuncupatur? certum eſt iuſtos torquere maxime dæmonem, rectè igitur iuſtus Abel luctus dicitur, vt acrius Petr. Cele. diabolum cruciet & torqueat: vnde Petr. Celeoſ. de panib. c. 71. qui loquens de ſiti ardentiſſima diaboli abſorbentis fluuium, teſte Iob. 4 ca. ait qui: *Flumina omnino abſorbet, hanc tamen aquam* (nempe lachrymas iuſtorum) *non ſorbet, rumpuntur namque ventris eius interiora, ſi conſperſa fuerint hac aqua, dentes excutiuntur, fauces præfocantur, venæ inflantur, & nerui eius ſoluuntur.*

### *Bona terrena vanitas.*

34 Philo Epi. cit. à Lipp. *Rurſum peperit fratrem eius Abel*, Alij legunt, & adiecit vt pareret fratrem eius Abel, Philo Epiſco. apud Lipp. ait: intelligit geminos ex vno conceptu fuiſſe: ſed quodnam myſterium eſt dices peperiſſe Cainum & Abel, vno conceptu? diximus Cainum interpretari poſſeſſionem, Abel vanitatem: bene ergo dicitur ex vno conceptu peperiſſe Cainum & Abel, quia vbi poſſeſſio rerum terrenarum, reperitur ibi ſimul vanitas earum, nihil eſt enim eis vanius; teſte D. Chryſ. conc. 4. de Lazar. D. Chryſo. *Quemadmodum conſpicientes in pariete, pictum diuitem non illi inuidemus eo quod quæ videmus, rerum vmbra eſt non veritas, ſic & diuitiarum gloriam, aliarumque rerum omnium naturam, ſi peruouerimus liberabimur à perturbatione, hæc enim omnino vmbra quauis fallaciora, nec quidquam habent ſublime aut præclarum.*

### *Terrena inquirens quamuis viuens, videtur non viuere.*

35. *Rurſum peperit fratrem eius Abel*, vel vt habent Sept. & adiecit parere fratrem eius Abel. D. Ambr. myſterium reconditum in hoc verbo *adiecit*, exiſti-B mat, dicens cum adiicitur aliquid, quod prius erat, tollitur, ergo cum adiicitur Abel, aufertur Cain: ſed cur aufertur Cain cum ſit primogenitus? nota Cain terrenis acquirendis vacaſſe, ergo rectè tollitur Cain, quia terrena diligens quamuis viuens non videtur viuere: hanc rationem ablationis ſignificat Amb. lib. 1. de Cain & Abel c. 2. vbi poſtquam dixit, D. Ambro. *Ergo cum adducitur Abel, Cain aufertur*, ſubiungit, *Cain dictus eſt acquiſitio, quod omnia ſibi acquireret*, quaſi diceret, ideo tollitur quia ſolùm rerum terrenarum ſollicitus eſt.

### C *Auarus omnia conculcat, omnia contemnit.*

*Fuit autem Abel paſtor ouium & Cain agricola*, Cur cum ſit laborioſa & difficilis agricultura, eam potius elegit Cain, quàm ouium cuſtodiam? 36 nota quod ex agricultura maiora lucra proueniunt, quàm ex ouium cuſtodia: ergo ideo agriculturam elegit, vt ſuæ cupiditati ſatisfaceret: ſic Scholaſtica Pet. Come. hiſtoria, *Cùm eſſet maligniſſimus, primus coluit terram, vt inde conſuleret auaritiæ ſuæ*, non eſt omittenda ratio Rabbi Pauli: Pauli Bur. *Nempe ſciens Abel Deum iuſte maledixiſſe terra propter peccatum Adæ, ſe-* D *parauit ſe à terræ cultura tanquam à re maledicta à Deo, elegitque officium paſtoris ouium, quoniam non fuerunt maledictæ; Cain vero elegit ſibi agriculturam, quaſi non curans de Dei ſententia, quod reputatum eſt ei ad contemptum, vide quomodo auarus omnia contemnit.*

### *Deus neminem affligit quin eum conſoletur ſi reſipiſcat.*

*Addidit vt pareret fratrem eius Abel*, Nonne 37 in pœnam tranſgreſſionis, calamitatibus obnoxiam reddidit? cur igitur non vnum, ſed duos filios quos E parentes tanquam maximum ſuæ miſeriæ leuamen omnibus etiam diuitiis anteponunt, conceſſiſti? nonne Eua iam ad meliorem frugem redierat, factique pœnitens doluerat? hinc igitur tot à Deo filios accipit, quia neminem affligit, dummodò reſipiſcat, quin ei conſolationem tribuat: *Et hic aduertenda* (inquit Oleaſt.) Ole. in Gen. *Domini conditio, vt neminem affligat, quin ſtatim ſequatur conſolatio, ſi peccator reſipiſcat, quemadmodum hic videmus: poſtquam enim fœminam tam grauibus legibus aſtrinxit, ſtatim vt conſoletur deiectam, ſobolem tribuit.*

### F *Auarus immiſericors eſt.*

*Fuit Abel paſtor ouium, Cain autem agricola*. Diximus in præcedenti conceptu ex auaritiæ cupiditate Cain agriculturã ſelegiſſe: ſed nonne ille eſt Cain, 38 qui fratrem nulla miſericordia motus miſerè inter-

fecit? quis ita impius qui proprio fratri mortem ma-
chinetur? auarus certè, qui inter omnes immiſeri-
n.Doroth. cors eſt; ſic Doroth. doct. 12. *Omne vitium oppoſitam*
*habet virtutem, vt ſuperbia humilitatem, luxuria*
*continentiam, auaritia miſericordiam,* Cur non ait
auaritia liberalitatem, cum ei contrarietur liberali-
tas? miſericordiam dixit, auarus enim nulla miſe-
ricordia mouetur.

*Auarum mæror & iracundia comitantur.*

*Fuit Abel paſtor ouium, Cain autem agricola,* De
39 quo inferius dicitur quod iratus eſſet, & vt legit
Chryſoſt. moleſtus factus eſt: ſi poſſidebat Cain plu-
rima, cur mœrore afficitur? nonne diximus eum fuiſ-
ſe auarum? rectè igitur de eo pronunciatur quod
fuerit iratus & mœſtus, quia auarum mœror & ira-
Ioa. Clim. cundia comitantur; ſic Ioan. Clima. grad. 16. de aua-
ritia, vbi poſtquam dixit quod auaritia eſt idolorum
veneratio, infidelitatis filia, &c. & auarus Euange-
liorum irriſor, tranſgreſſorque voluntarius, ſubiun-
git: *Neque fluctus vnquam deerunt mari, neque*
*auaro iracundia & mæror deeſſe poterunt.*

*Auarus beatitudinis expers.*

40 *Fuit Abel paſtor ouium, Cain autem fuit agricola,*
Nonne ille eſt Cain qui à Deo non ſolum reprobatus
quoad benedictionem temporalem, imo quoad bea-
titudinem æternam? quomodo primogenitus ho-
minum reprobus efficitur? nonne diximus auaritiæ
deditum? meritò igitur reprobatur tanquam indi-
gnus beatitudine, quia auarus eſt expers æternæ fœ-
Salon. Epi. licitatis: ſic Salon. Vien. explicatione in parabolas
Salom. c. 11. *Quicumque per auaritiæ nequitiam, in*
*hac vita ſibi diuitias multiplicare deſiderant, neceſ-*
*ſe eſt vt in futuro æternæ hæreditatis beatitudinem*
*amittant.*

*Auarus ſeruo miſerior.*

41 *Abel paſtor ouium, Cain verò agricola,* De eo po-
ſtea legitur quod fuerit profugus ſuper terram, om-
nibus odioſus & execrabilis: certè nullum eſt manci-
pium infimæ, & viliſſimæ conditionis, nulluſque
ſeruit ita miſer, qui nulli loco ſtabilis maneat, quo-
modo ergo agricola, & diues Cain perpetuò nutans
inconſtanſque vagatur ſuper faciem terræ? ſed nonne
auarus? mirari igitur deſine, quia auaritiæ fœdatus
Olim. mo. vitio, ſeruo longe deterior eſt, teſte Olymp. Mona-
Eccl. 5. cho in Ecc. c. 1. vbi explicans hunc verſum, dulcis eſt
ſomnus ſerui, ſiue parum comedat, ſiue multum,
pleno autem diuitiarum ex Sept. non eſt qui ſinat
eum dormire; ait: *Poſita comparatione oſtendit*
*felicius euenire homini ſeruili conditione ſubiecto,*
*quàm ei qui liber cum ſit, auaritiæ tamen eſt ſeruus;*
*famulus enim ſecuram vitam ducens, quocumque de-*
*mum victu alatur, dulci ſomno reficitur; at qui pecu-*
*niis ſeruit, herum habet importunum, qui dormire*
*eum non ſinit, curam ſcilicet augendi lucri anxieta-*
*tibus plenam.*

*Grato plura beneficia largitur Deus.*

42 *Rurſumque peperit fratrem eius Abel,* Quomodo
tam citò alius datus eſt ei filius à Deo? vide quid di-
xerat de primo, poſſedi hominem per Deum, id eſt,
filium magno Dei beneficio ſuſcepi, cui illum acce-
ptum refero: non eſt ergo mirum, ſi poſt primum,
ſuſcepit ſecundum, qui enim Deo gratus, plurima à
D. Chryſo. Deo beneficia recipit: ita Chryſ. hom. 18. *Qui pro*
*nato puero, grata fuit, & primi beneficium agnouit,*
A *aſſequuta eſt aliud, talis eſt Dominus noſter quādo in*
*primis gratitudinem declaramus, largius nobis ſua*
*dona erogat, itaque quia & iſta Deo partum aſcri-*
*pſit, propterea & alterum accipit puerulum,* & ho.
21. *Maiorem Domini gratitudinem præ ſe fert bene-*
*ficium prædicans, nam ei non ſolum datur alius filius,*
*ſed & virtute præditum fore antea oſtenditur.*

*Gratia Deo agenda etiam non expectato*
*mandato.*

*Rurſumque peperit fratrem eius Abel,* Diximus 43
hunc filium denuo accepiſſe, quia cum pro primo
gratias egiſſet, aliud beneficium merebatur: ſed cum
præceptum Domini in paradiſo violauerit, cur ſal-
B tem non expectat aliud mandatum à Deo, ad ei gra-
tias referendas, vt ſic per illius obſeruationem alte-
rius tranſgreſſionem compenſaret? Mandatum non
expectat, quia gratiæ Deo agendæ non expectato Amb li. de
mandato: ſic D. Ambroſ. *Iuſtus,* inquit, *intelligit ve-* arca &
*ram gratiarum actionem eſſe, quæ non iuberetur ſed* Noe.
*deferretur.*

*Religioſus aliquando minus Deo gratus*
*quàm ſecularis.*

*Rurſum peperit fratrem eius Abel,* Cuius & Cain 44
C exercitia refert Moyſes dicens: fuit autem Abel pa-
ſtor ouium, & Cain agricola; hunc Cain fuiſſe re-
probum, Abel autem iuſtum non ignoramus, ſed
nonne ambo habuere ſancta exercitia? Abel ſine
mandato Dei (vt videri poteſt) Cain autem operam
dat obedientiæ: dixit enim Deus patri ſuo vt opera-
retur terram de qua ſumptus eſt: & nihilominus
præfertur Abel Cain, licet Cain ſanctiori operi &
rei magis neceſſariæ operam dat, grauius laborat, &
pœnam humano generi decretam tam diligentiùs
ſuſtinet, hoc ita ſe habet, ſed fide ac deuotione mi-
nor fuit, quàm Abel: ſed quid hoc repræſentat? Sane
religioſos qui ſanctiori operi ex obedientia inten-
D dunt, quàm ſeculares, ſed plerique fide ac deuotio-
ne minores ſunt, iuxta illud publicani & meretrices
præcedent vos in regnum Dei, & multi ab oriente
venient, & recumbent: filij autem regni eiicientur August. ep.
in tenebras exteriores, additque D. Augu. *Non ſum* 137. ad ſuos
*expertus peiores quàm qui in Monaſteriis ceci-* hipon.
*runt.*

*Prælatus præfertur aliis, quamuis naturâ*
*maioribus.*

*Fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain agricola,* An 45
non Cain eſt natu maior, cur ergo in eis referendis
E priùs nominat Abel quàm Cain, cum ſecundum or-
dinem naturæ deberet prius nominari? paſcere oues
nonne repræſentat Prælatum habentem curam ſub-
ditorum ſuorum tanquam ouium? ne inquiras cur
Abel præferatur Cain, quia prælaturæ officium tan-
quam quid excellens aliis debet anteponi: ſic Diuus
Amb. l. de Abel & Cain, & c. 3. offi. *Interrogemus di-* D. Ambro.
*ſtantiam, vt colligamus cauſam prælationis, operari*
*terram prius eſt, gratia inferius quam oues paſcere,*
*hoc eſt enim inſtar cuiuſdam doctoris & principis: re-*
*ctè ergo vbi naſcuntur hi fratres, ſeruatur etiam in*
*prædicando ordo naturæ, vbi verò exprimitur diſci-*
F *plina viuendi, ſeniori iunior anteferetur.*

*Deus pœnas miſcet & temperat remediis.*

*Rurſumque peperit fratrem eius Abel.* Quomodo 46
tot filij generantur? dicebas Deus, hominem morta-
lem, filiorum autem generatione in plurima ſæcula
viuet

viuet? nota quod grauiſſimæ impoſitæ fuerant pœnæ tum Adam & Euæ: Dicamus ergo ita Deum benignum & miſericordem, vt has pœnas graues eis impoſitas mortalitatis, laboris, & doloris temperare voluerit conſolatione filiorum eis tunc gratiſſima: ſic D. Chryſ. hom. 18. *Summa poſtea quam ſubintrauit mortalitas, conſolatio erat filiorum ſucceſſio, & idcirco benignus Deus puniendo ſeueritatem imminuens, & terribilem mortis pœnam auferens, liberorum ſucceſſionem largitus eſt.*

D. Chryſoſt.

*Nomen aliquando quid futurum ſit, deſignat.*

47 *Rurſum peperit fratrem eius Abel.* Secuodum ſcho. hiſt. Abel ſignificat luctum, vel vaporem: quomodo nomeo Abel hominis iuſti interpretarot vapor? cum porius hoc conuenire debeat Caio impio, cùm impius diſpareat ſicut vapor? Nota Abel parum vixiſſe, ergo oomen eius rectè vaporem ioterptetatur: *Tanquam* (inquit Dionyſ.) *ipſo nomine fuerit prophetatum, ſeu deſignatum, quod de ipſo erat futurum.*

Dioꝺ. cart.

*Iuſtus quamuis inferior natu, præfertur ſuperiori impio.*

48 *Fuit Abel paſtor ouium, & Cain agricola.* Nonne antea generatus eſt Cain, vt lectio docet? quomodo ergo hîc præfertur Abel, oec idem ſit ordo nominum qui eſt ordo naturæ? quid ſibi vult mutatio ordinis, vt prius iunioris memioerit? nonne Cain figura impiorum, Abel iuſtorum? iure merito præfertur Abel natu minor, Cain maiori, quia ioſtus cuilibet impio debet præferri: ſic D. Ambroſ. lib. de Abel & Cain cap. 3. *Seniori iunior antefertur, quia tempore iunior, virtute præſtantior eſt.*

D. Ambroſ.

*Impius coram iuſto nihil eſt.*

49 *Rurſum peperit fratrem eius Abel.* Hebræa tranſlatio cum Caldæa habet, *addidit*, Sept. autem, *adiecit vt pareret*, nonoe colligitur ex Arithmeticæ proportionibus, & animæ cogitationibus vt iam diximus, quod ſi præcedenti alicui oumero alius addatur, primus non eſt numerus, ſimiliter cogitatio accedens excludit ſuperiorem: cur ergo habito Cain ait ſacer textus, adiecit vt pareret Abel? Nota quod per Cain impij deſignantur, per Abel autem iuſti; bene ergo habito Caio dicitur adieciſſe Abel, quia impius coram iuſto non eſt, nec debet numerari: ſic Caſſiod. exponens Pſ. 36. verſ. vidi impium, & ecce non erat, ait: *Tranſiens vidi nihil eſſe*, nempe impium.

Caſsiod. in Pſalm. 36.

*Per obedientiam innocentia, & aliæ virtutes conſeruantur.*

50 *Fuit Abel paſtor ouium.* Innocentiſſimus fuit hic Abel, ita vt Chriſti Domioi innocentiam præfigurauerit, caſtitatem adeptus, aliiſque virtutibus emicuit: vode tot virtutes, tam admirabilis innocentia? Nota Deo obedientiſſimum Abelem, non mirum igitur tot virtutes acquiſiuiſſe, quia obedientiâ virtutes acquiruntur, & conſeruantur: ſic D. Laur. Iuſti. lib. de contempt. mundi cap. 9. ait, *Non aliunde ſpiritualia chariſmata conferuntur, virtutes creſcunt, dona cumulantur, perficitur lex, gratificatur anima, vnitas cuſtoditur, pateſiunt myſteria, natura reformatur, augetur gratia, promittitur gloria, quàm ex obedientiæ merito, per quam innocentiam cuſtodiuit Abel.*

D. Laur.

*Obediens etiam mortuus viuit.*

*Fuit Abel paſtor ouium.* Hic Abel typus fuit Chriſti Domini, ita vt non ſolùm ionocentiam, ſed & illius obedientiam referret, inſpiciamus quid dicatur de eo poſt mortem, ſanguis fratris tui clamat ad me de terra, inquit Deus Caino: ſi ioterfectus fuit Abel ô Deus, & proprium viuentium eſt loqui, quomodo dicis ſanguinem eius clamare coram te? Nonne diximus obedientem fuiſſe? ne mireris igitur poſt mortem loqui, & clamare, quia obediens etiam defunctus viuit: ſic Ioan. Climac. gradu 4. de obed. qui de obediente hoc refert exemplum. *Cùm egiſſet* (inquit nempè Acathius) *annos nouem ſub immiti & acerbo ſene, migrauit ad Dominum, ſepultuſque eſt in patrum cœmeterio, poſt quinque autẽ dies abiit ad magnum quendam illum ſenem Acathij magiſter, dixitque illi pater, Acathius mortuus eſt, quod cum audiſſet ſenior, reſpondit vere ſenex, non id mihi perſuadeo, qui ait, veni & vide, continuò ſurrexit ſenex, venitque cum beati pugilis magiſtro ad cœmeterium, clamauit tanquam viueret ad eum, qui vere in beata requie viuebat, dicens, frater Achati, putaſne mortuus es? tum vero gratus ille obeditus, etiam poſt mortem obedientiam oſtendens, magno illi ita de ſepulchro reſpondit:* Et fieri quomodo poteſt pater, vt moriatur homo obedientiæ deditus? expeode verba illa vltima. 51

Ioa. Clim.

*Deſtinetur vnus quiſque officio cui accommodatus eſt.*

*Fuit Abel paſtor ouium & Cain agricola.* Quare potius Abel deſtioatus fuit ouium cuſtodiæ, quàm agriculturæ, è cootra Caio? nota fortiorem fuiſſe Caio ipſo Abel, Abel autem deuotioni deditum, ideo agricultura data Cain quia fortior, Abeli autem cuſtodia ouium, quod officium exerceri poteſt maxima cum deuotione & pietate: vnde Thom. *Adam deputauit Cain filium ſuum maiorem & fortiorem agriculturæ, Abel autem deputauit alteri officio, quia iſtud officium aptum ſolitudini & ſimplicitati, & humilitati eſt.* 52

Tho. angl.

*Qui primus in terra iuſtus eligitur, in eo totius iuſtitiæ forma figuratur.*

*Abel fuit paſtor ouium.* De quo loquens Ioan. Arbor. lib. 1. Theoſop. cap. 15. ait: Abel fuit inſignitus ſiogulari iuſtitia, ſacerdotio, virgioitate, & martyrio. cuius iuſtitiam exprimens D. Aug. l. 1. de mirab. ſacr. ſcrip. cap. 3. ait: primus Abel totius humanæ iuſtitiæ princeps; ſed quæſo ſi Abel iuſtitiæ primatum tenuit, cur Deus hunc ſine morte ſicut Enoch, ad teſtimonium nouiſſimi temporis oon reſeruauit, vt in fine mundi ipſe doctor exiſteret veritatis, qui in principio erat auctor perfecti operis? Nota ex Aug. dicente, iuſtitiam tribus partibus cooſtare noueris, tota enim iuſtitia hæc eſt virginitas, ſacerdotium, & martyrium, quæ triplex iuſtitia io Abel primo fuit, qui, & munera Deo placita obtulit, proſapiam generis in ſæculo non reliquit, & martyrij coronam ſanguinis effuſione promeruit; ſi ergo longiori tempore, vt Enoch, Abel maneret, ſine vlla dubitatione cooiugium iniret, quippe qui in tempore illius legis viueret quæ dixit: creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſi illud mandatum expleret, pro certo nequaquam virgo eſſet, & ſi illum Deus ſine morte ſeruaret, martyrij primatum nequaquam acciperet: quo poſito, optime ſatisfacit cit. Arbor. *Recte Deus hunc ſine morte ad teſtimonium nouiſſimi* 53

Ioan. Arb.

D. Auguſt.

*temporis non reſeruauit, vt qui primus in terra iuſtus eligeretur, in eo totius iuſtitiæ forma ſeruaretur,* A adde, & cui primo in hominibus poſt delictum geſtare figuram conceditur ſaluatoris, qui virgo, & caput, & ſacerdos, & martyr eſſe prædicatur.

### *Pauper ſpiritu diuitibus antefertur.*

54 *Fuit Abel paſtor ouium, & Cain agricola.* Nullus eſt qui ignoret Euam primum peperiſſe Cain ſecundum Abelem, nullus etiam qui non interroget, cur præferatur minor natu maiori? cum Abel prius referatur quam Cain, inſpiciamus nominum interpretationem: B Cain, inquit D. Amb. cap. 1. dictus eſt acquiſitio, quod omnia ſibi acquireret, quod diuitum eſt propriũ, qui ſibi & nullo modo aliis acquirunt, Abel qui omnia refert ad Deum pia deuotus mentis intentione, nihil ſibi arrogans, ſed totum tribuens conditori, quod accepiſſet ab eo, quod proprium eſt pauperum ſpiritu, qui nihil proprium habent, ſed ſi aliquid poſſident, tanquam non ſuum reputant: merito igitur antefertur Abel minor natu Cain maiori, quia pauper ſpiritu cuilibet quantumlibet & ætate, & diuitiis præcellenti, debet omnino anteponi: C ſic Vuarrieus in cap. 8. Prou. *Mundus nihil habet tam pretioſum, vt paupertati valeat comparari ſanctorum.*

Vuar. in c. 8 Prou. in illa verba mecum ſunt diuitiæ.

### *Nihil paupere glorioſius.*

55 *Fuit Abel paſtor ouium, & Cain agricola.* Diximus ideo Abel anteponi Caino, quia pauper ſpiritu diuitibus præfertur: ſed cum attente conſidero quod contigerit Abel poſt mortem, nempe quod ſanguis eius clamauerit ad Deum è terra, nihil glorioſius exiſtimo: nam ſi de terra ad cœlum aſcendit, quaſi particeps gloriæ fuit, vnde gloria ſanguini Abelis D effuſo? nonne diximus pauperem ſpiritu Abelem? ne mireris igitur ita glorioſum; quia nihil paupere ſublimius: vnde D. Bern. epiſt. 208. *Suſcipe pauperes ciues ſanctorum, & domeſticos Dei, parum dixi, reges ſunt, ipſorum enim eſt regnum cælorum iure & merito.*

D. Bernar.

### *Paupertas virtutum parens.*

56 *Fuit Abel paſtor ouium, & Cain Agricola,* Impius Cain homicida & reprobus, Abel iuſtus, innocens, virgo, martyr, & electus à Deo, ſi ex eodem patre & matre trahunt originem, quomodo in moribus ita diſpares & inæquales, ita vt Abel omni vir- E tutum genere decoratus fuerit, Cain omnibus vitiis & maximis ſceleribus obnoxius? Sed ne inquiras, cum enim Abel paupertatem coluerit hinc eſt quod virtutibus claruerit: ait enim D. Chryſoſt. ſerm. 28. *Eſt virtutibus cognata paupertas, & ſi paupertas virtutum parens, virtutum ſocia ſic habetur, ſapere conuenit, quare Chriſtus ad virtutis officium pauperes ſic elegit, &c.*

D. Chryſoſt.

### *Eccleſia nunquam diſcontinuata à principio.*

57 *Fuit Abel paſtor ouium,* Ab ipſo Abel Eccleſia incœpit, ſed cur potius non ab Adam, cùm primus F fidem Dei tenuerit, ornatuſque fuerit omnibus gratiarum donis? Nota Adam Dei præceptum violaſſe, non igitur ab Adam, ſed ab Abel cœpit, vt nunquam intermitteretur: hoc modo reſpondet Thom. Angl. *Eccleſia incæpit ab Abel non ab Adam, quia Eccleſia ſemper fuit cōtinuata, & ſemper in ea fuerunt aliqui iuſti, ſi vero ab Adam incæpiſſet, Eccleſia fuiſſet diſcontinuata, quia cum peccauerunt parentes primi, nullus iuſtus fuit.*

Tho. angl.

### *Quæ ad ſacrificia pertinent, maxima debent eſſe cura.*

*Fuit Abel paſtor ouium, &c.* Si tunc carnes non 58 edebantur, nam Deus ſolum dedit vſum herbarum & fructuum, ad quid conſtitutus fuit Abel paſtor ouium? Scio dici poſſe propter lanas, tamen nota quod fiebant tunc temporis Deo ſacrificia: dic ergo paſtorem conſtitutum fuiſſe ouium, quę ſacrificiis deſtinatæ erant, vt eas maxime curaret: vnde optime citat. Thom. *Potuit eſſe paſtor propter ſacrifi-* B *cia, quæ ex illis (nempe ouibus) debebant fieri.*

Thom. in Ge.

### *Deus intentionem, & fidem reſpicit.*

*Fuit autem Abel paſtor ouium, &c.* Vterque qui- 59 dem habet ſancta exercitia, Abel ſine Dei mandato, vt poteſt videri, Cain operam dat obedientiæ, & rei neceſſariæ, priora tractat, grauius laborat, pœnam humano generi decretam diligentius ſuſtinet, quomodo ergo tanquam impius reprobatur Cain, Abel autem tanquam iuſtus eligitur? Ideo tanquam impius reprobatur, quamuis obediens fuerit, eligitur autem Abel vt iuſtus, quia Deus reſpicit intentio- C nem & cuiuſlibet fidem quam approbat: ſic Lippomanus. *Cain operam dat obedientia, ſanctius agit iuxta rationem operis, non tamen electionis, & fide ac deuotione minor fuit, quæ Deus intuetur.*

Lippom.

### *Id diligimus ad quod inclinamur.*

*Fuit autem Abel paſtor ouium, &c.* Cum minor 60 impendatur labor in paſcendis ouibus, quàm in agricultura, cur ô Abel laboris amiciſſime, & otij aduerſarie, in agricultura te exercere noluiſti? Nota ſimpliciſſimum fuiſſe Abelem, & ſimplices eſſe D oues; potius igitur eligit paſtorale officium in paſcendis ouibus ſe occupans, quia maxime diligimus id ad quod inclinamur: ſic Ferus. *Abel quia ſimplex erat, ideo animal ſimpliciſſimum amabat, ſcilicet oues.*

Noſt. Fer.

### *Vt vacemus orationi, tempus ſufficiens inquirendum.*

*Fuit autem Abel paſtor ouium,* Si minori labore 61 paſcuntur oues, quam colantur agri, & maxime laudentur laboribus indulgentes, cur ouium paſturam eligis, in qua labor minor impenditur? pigritiæ ac- E cuſaberis, eo quod laborem fugias: opus minoris laboris amplectitur, non fugiendi laboris ergô, ſed vt tempus orationi vacandæ conſequeretur: ſic Ferus: *Elegit ouium paſturam, non quod fugeret laborem, ſed ne à contemplatione rerum diuinarũ auocaretur.*

Ferus cit.

### *Obedientia cum proprio commodo, potius eſt inobedientia.*

*Abel fuit paſtor ouium, Cain autem agricola,* Diximus in hac agricultura Cain dediſſe operam obedientiæ, pœnam enim humano generi decretam ſu- F ſtinebat: cum igitur obedientia præſtantior ſit ſacrificio, quamuis non recte obtulerit oblationem ſuam, recte autem ſacrificauerit Abel: cur obedientem Cainum Abeli ſacrificanti Deus non anteponit? nota Cain obedientem fuiſſe propter ſuum commodum & vtilitatem; obedientia illius igitur non præfertur ſacrificio Abelis, imo non æſtimatur, nec vllo præmio digna, quia obedientia cum propria vtilitate potius eſt inobedientia: ſic Lippom. in c. 8. Exodi, in illa verba ſacrificate Deo veſtro: in terra hac: *hoc*

Lippom.

*non eſt iuſſioni Dei obedire, ſed Dei iuſſionẽ pro ſua* A *libidine mutare, quod ab inobedientia nihil differt.*

*Otium maxime vitandum.*

63 *Abel autem fuit paſtor ouium*, Cur congregat oues Abel? non enim ſecundum plurimos carnibus veſci tunc permittebatur, ad quid igitur hoc ſuſcipit officium? ſcio te dicturum quod in illa ætate lacte pecorum alebātur, & pellibus animalium pro veſtimentis vtebantur? ad intemperiem aëris ſubleuandam, ſufficiens ratio: addo tamen hoc officium elegiſſe, vt otioſitatem malorum omnium originem vitaret: ſic Abul. *Abel magis ſuſcepit officium paſtorale ad exercitationem, vt tolleret otioſitatem, quàm vt neceſſitatem ſubleuaret, valde malum erat vacantem ab omni opere eſſe, quia multa mala docuit otioſitas. Eccl. 33:* B

Abulenſ.

Eccl. 33.

*Impius incommodum plus laborat quã pius.*

64 *Abel fuit paſtor ouium: Cain autem fuit agricola.* Magnis te & perpetuis laboribus ſubiicis, terram fodiens & agricolæ officium eligens, cur potius paſtorale officium non ſuſcipis, in quo minor labor impenditur, & quilibet laborem effugere ſatagit? nonne C conſpicis fratrem tuum minorem natu non ita labori vacare? ne mireris hoc ita factum eſſe, quia impij (ſicut erat Cain) plus laborant propter ſuam vtilitatem quàm pij: ſic Ferus: *Cain magnis ſe & perpetuis laboribus addixit, ac terram fodere cœpit, tantum vt accumularet diuitias, ſic impij ſolam terram quærunt & interim ſi attendatur, plus labores habent quàm pij.*

Ferus.

*Proponitur exemplum nequitiæ ad illam vitandam.*

65 *Abel fuit paſtor ouium: Cain vero fuit agricola.* Si D à Cain generatio Abrahæ nec Chriſti texitur, quam Moyſes proponere intendit, & ex alia parte fuit impius & homicida, cur nomen illius memoratur? cur à ſacris codicibus nomen illius nõ aboletur? impius enim ab hominum memoria debet excidere: ideo proponitur Cain & memoratur, vt illius nequitiæ fugiendæ exemplum nobis ſubiiciatur: ſic D. Baſil. Sel. orat. 4. *Vniuerſam Deus ſcripturam animi medicamentis confertim obſeuit, præſertim quo loco Caini & Abelis hiſtoriam digerens, literarum monumentis vtriuſque inſtitutum palam conſignauit, quo extaret in poſteros excitandæ virtutis exemplum, & nequitiæ fugiendæ.* E

D. Baſil.

*Pater filios laborare doceat.*

66 *Abel paſtor ouium: Cain verò fuit agricola* Cur Abel paſtor ouium? nonne Adam ditiſſimus? ſiquidem totius terræ principatum obtinebat; ſufficientes igitur filij eius diuitias poſſidebant ad vitam beatam ducendam; cur igitur Cain agriculturæ, Abelem paſtorali officio dedicat, cum ab eis tot labores eſſent tolerandi? dico Adam filios ſuos laboribus addixiſſe quia pater prolem ſuam vt labori indulgeat, debet inſtruere: ſic Ferus: *Hinc videmus quod Adam filios ad laborem inſtituit, ſtatim ab ineunte ætate,* F quaſi diceret, ne inertiæ & deſidiæ vacent liberi, in laboribus ferendis à parentibus inſtrui debent.

Ferus.

*Virtus licet vitio non ſit antiquior, potior tamen quoad gloriam & honorem.*

67 *Abel paſtor ouium & Cain agricola.* Prior eſt ortus Caini quam Abelis, tamen prius Abelis, quam Caini A officium recenſetur: cur ita? nota per Abel virtutem deſignari, per Cain autem vitium: meritò ergo Abel præfertur Caino, quoad officium, licet in natiuitate prior ſit Cain quam Abel, quia licet vitium ſit prius quoad ortum virtute, virtus tamen prior eſt in dignitate ipſo vitio: ſic Philo lib. de ſacrificio Abel & Cain: *Quando de amborum natiuitate agitur, Cain percurrat prior, quando vero conferuntur & examinantur vtriuſque ſtudia, Abel præcedat*: vnde paulo poſt concludit, *ita vitium iuxta temporis prærogatiuam ſit antiquius, iuxta dignitatem verò ac honorem, & gloriam virtus eſt potior.*

Phil. Hebr.

B *Operatio bona ſurſum aſcendit.*

*Abel fuit paſtor ouium*, Abel operationem bonam ſignificat, Abel ita Hebraicè dicitur quod vanitatem ſeu vaporem denotat, cur Abel dicens vaporem, operationem bonam denotat? nonne proprium eſt vaporis ſurſum aſcendere? rectè igitur Abel dicitur vapor, & bona operatio, quia illa ſurſum conſcendit, ita Gloſſa moralis: *Abel dicitur vapor, cuius proprium eſt aſcendere ſurſum, ſicut tal. operatio bona tendit in Deum.* 68

Gloſſ moral.

C *Homo vanitati ſimilis.*

*Abel paſtor ouium*, Abel vanitatem dicit, miror quomodo primus iuſtus, nomen tam vile ſortitur? quia homo poſt peccatum etiam iuſtus vanitati ſimilis: ſic explicat Lyran. *Alij dicunt quod hoc fuit, quia natura humana vanitati mortalitatis tam erat ſubiecta, Abel vno modo interpretatur vanitas.* 69

Lyranus.

*Solum Deus nouit ſuos.*

*Abel fuit paſtor ouium & Cain agricola*, Quomodo Abel ad paſcenda pecora, ſtudio plane viliore D abiectus, procul à conſpectu patris ſubmouetur? Cain verò deſtinatur operi, in quo ſimul cum patre colendo tellurem veſcitur, tamen Abel præ Cain eligitur & à Deo honoratur? quia homo ſolum in facie & exterius cognoſcit, Deus autem in corde & interius ſuos electos agnoſcit: quod Tert. lib. de præſcr. fatetur: *tu* (inquit) *vt homo intrinſecus vnumquemque noſti, putas quod vides, vides autem quouſque oculos habes, ſed oculi Domini alti, homo in faciem, Deus in præcordia contemplatur, & ideo agnoſcit Dominus qui ſunt eius.* 70

Tertull.

E *Ille verus frater qui ſcit condonare, ille autem qui quamuis ſit frater, & non condonat, talis non poteſt appellari.*

*Rurſum peperit fratrem eius Abel*, Quæ phraſis? quis modus loquendi? deberet dicere, peperit filium Abel, cur ergo eum vult tunc fratrem nominari, & quod maxime notandum eſt, quod in toto hoc capite Abel vocatur frater Cain, Cain autem non frater Abelis, vbi eſt frater tuus Abel, dicit Deus Cain, etiam poſtquam eum occidit, vult Deus Abelem fratrem Cain vocari? optime & ab ortu ſuo Abel vo- F catur frater Cain, imo etiam poſt mortem violentam ab eo acceptam eodem nomine gaudet, non autem Cain dicitur frater Abelis, quia qui ſcit condonare ſicut Abel offenſus, ille verus eſt frater, qui autem neſcit ſed vindictam ſumit, quamuis ſit frater, hoc nomine indignus omnino cenſetur, vnde D. Amb. loquens de amore Abelis defuncti erga fratrem ſuum Cain, ait: *Non frater clamat, quia tantum gratiæ & innocentiæ, germanitatis etiam in ipſa morte ſeruat.* 71

D. Ambr.

*Ita filij æſtimantur, vt qui eos non habuerint, reputentur tanquam nihil.*

72 Ioſeph. *Rurſumque peperit fratrem eius Abel*, Ioſeph hoc nnmen Abel interpteratur, *hoc nihil*, cur hnminis inſti & innocentis nomen interpretatur *nihil hoc?* melius conueniret nnmini Cain, cum peccator nihil ſit A ante Deum, teſte Dauid, & ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te: nota nullos filios habuiſſe Abel, Ideo Ioſeph hunc Abel interpretatur hoc nihil, quaſi qui filios non habuiſſet, pro nihilo haberetur: ſic idem Author: *Abel interpretatur hoc nihil quoniam non reliquit ſemen ſuper terram.* Ioſeph.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. III.*

*Vlg.* Factum eſt autem poſt multos dies, vt offerret Caio de fructibus terræ munera Dnmino.

*Septuagint.* Et factum eſt poſt dies, obtulit Cain ex fructibus terræ, ſacrificium Dnmino, *ſic Ambroſ.*

*Caldæus.* Et factum eſt poſt aliquot dies, & addu- B xit Cain de fructibus terræ munus coram Dnmino.

*Arias.* Et fuit in fine dierum, & adduxit Cain de fructu terræ, oblationem Dnmino, *ſic Pagninus.*

*Vatabl.* Fuit autem poſt aliquot annos.

*Caietan.* Et fuit de fine dierum.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

Franc. Forer. in ca. 1. Iſa. v. 13. POſt multos dies, eſt Hebraiſmus ſignificans poſt aliquod tempus: Vatab. ait hîc poni dies pro annis, nnm *Minha*, ſacrificium oblationem & munus ſignificat: animaduertit autem Foretius, quod licet olim diceretur de donariis & muneribus tam quæ hominibus, quam quæ Deo offerebantur, at in lege non niſi de oblationibus dicitur, quæ ex farre fiebant, quarum quinque ſpecies Leuit 2. numerantur.

## EXPOSITIO VERSVS III.

F*Actum eſt autem poſt multos dies*, Hebraiſmus eſt poſt aliquot annos, dies enim pro tempore etiam diuturno ponitur.

*Vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino*, didicit ex patre Adamo, qui à Deo edoctus ſacrificia offerre didicerat, & filios ſuos docuerat idem C præſtare Deo, vel forte etiam nullo docente, potuit vterque frater id naturali ratione cognitum habere, & tacito quodam naturæ inſtinctu, & impulſu, ad id faciendum adduci, fructus autem quos obtulit dicuntur terræ, id eſt, viliores & deteriores, ſibi meliores reſeruans.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Sacrificium non pigrè offerendum.*

73 F*Actum eſt autem cùm poſt multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino*, defecit Caio in oblatinne ſua, propter qund ſacrificium non fuit Deo acceptum, ſed quem defectum habuit? inſpice quid dicat ſacer textus, factum eſt vt poſt multos dies, &c. in hoc defecit quod nimis tarde Deo obtulit ſacrificium: ſic D. Ambr. c. 7. l. 1. de Abel & Cain: *Duplex culpa, vna quod poſt dies obtulit, altera quod non ex primis fructibus, ſacrificium autem à celeritate commendatur & gratia.* D. Ambr.

### *Sacrificans meliora ſibi reſeruans, deſpicitur.*

74 *Factum eſt poſt multos dies vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino*, Quæ tamen à Deo fuere deſpecta: ſi bonorum noſtrorum non eges, nihilominus Cain offert tibi ſacrificium, cur illud deſpicis? Aduerte Cain meliores fructus ſibi reſeruaſſe: recte igitur ſacrificium illius non admittitur, quia ſacrificans qui meliora ſibi reſeruat, contemnitur: ita cit. D Amb. *Aliud vitium oblationis diſcutiamus, obtulit de fructibus terræ, non de primis fructibus primitias Deo, hoc eſt primitias ſibi prius vendicare, Deo autem ſequentia deferre*, quaſi diceret, non admittitur illius ſacrificium, imo propter illud debet puniri, quia meliores fructus reſeruat, Deo deteriores tribuens. D. Ambr.

D *Factum eſt autem poſt multos dies obtulit Deo munera.* In Hebr. habetur, & fuit de fine dierum, quid refert agnoſcere vtrum obtulerit in fine dierum ſacrificium huiuſmodi, an in principio, vel in medio, dummodò bene offeratur? aduerte quod finis dierum ex Caiet. appellatur finis ſex dierum creationis, & ita finis dierum erit conſummatio operis creationis: optime igitur poſt multos dies, vel poſt finem dierum, dicitur obtuliſſe Cain, & non in medio dierum, quia in agnitionem beneficij creationis illud offerre tenemur: ſic cit. Caiet. *Ratio religionis offerentis Deo ſacrificia deſcribitur finis dierum, deſcribitur autem oblatio tanquam proficiſcens à fine dierum, & appellatur finis dierum, finis ſex dierum* E *creationis rerum, ac ſi apertius dixiſſet, quod ad agnoſcendum beneficium creationis mundi, proceſſit vterque frater ad offerendum Deo.* 75 Caiet. cit.

### *Sacrificans infructuoſè, repellitur.*

*Factum eſt poſt multos dies obtulit Cain de fructibus terræ munera Domino*, quæ ab eo admiſſa non fuere. Itane Deus dedignatur fruct⁹ terræ quos creauit, qui à primo agricola in agnitionē beneficij creationis præſentantur? aduerte infuctuoſam fuiſſe mentem Cain ſacrificantis, id eſt, ſine bonis operibus, iure igitur munus fructuum deſpicitur, quia ab

Baſil. or. 4. infructuoſo offertur; ſic D. Baſil. Sel. *Infructuoſus animus fructus apportat Deo, carens anima fructus offert Deo, & Caino pulchre cum infructuoſa anima conuenit; quare honor à Deo admitti non poteſt: differ ſacrificium cum impietate coniunctum.*

*Sacrificium Deo offerre naturaliter tenemur.*

77 *Factum eſt poſt multos dies vt offerret Cain, &c.* Quis tibi impoſuit legem, ô Cain, Deo munera exhibens? nihil enim tale ſcriptum reperimus, nec habemus ex traditione; ſacrificium offert, quia omni lege ſcripta etiam non conſiderata, naturaliter Deo Procop. ſacrificium offerre tenemur: accipe Procop. *Lege compulſi Abel inſignia, alter nimis contemptibilia munera offerunt abſumenda cæleſti igne;* expende illud verbum, lege compulſi, non lege ſcripta, ſed naturali offerre ſacrificium Deo tenebatur Cain cum fratre.

*Sacrificium offertur in recognitionẽ dominij.*

78 *Factum eſt autem vt offerret Cain Deo munera,* Cum ita ſis impius Cain, cur Deo munera exhibes? an ignoras quod oblationes impiorum Deo diſplicent? aduerte quod naturalis ratio dictat homini, quòd alicui ſuperiori ſubdatur propter defectus quos in ſe ipſo ſentit, in quibus indiget ab aliquo ſuperiori dirigi & adiuuari: eſt autem modus conueniens homini vt ſenſibilibus ſignis vtatur, ad exprimendum honorem quem defert huiuſmodi ſuperiori: rectè igitur Cain quamuis impius in agnitionem dominij oblationem ſenſibilem nempe ſacrificium D. Thom. offert, id lege naturali dictante: ſic D. Thom. 2. 2. q. 85. art. 1. *Eſt modus conueniens homini, vt ſenſibilibus ſignis vtatur ad aliqua exprimenda, quia ex ſenſibilibus cognitionem accipit, & ideo ex naturali procedit quod homo quibuſdam ſenſibilibus rebus vtatur, offerens ea Deo in ſignum debitæ ſubiectionis & honoris ſecundum ſimilitudinem eorum, qui Dominis ſuis aliqua offerunt in cognitionem Dominij; hoc autem pertinet ad rationem ſacrificij.*

*Sacrificans ſolum exterius, ſine oblatione interiori repellitur.*

79 *Factum eſt vt offerret Cain Deo munera,* Quæ tamen ab eo deſpecta fuere, nondum dictum erat à Dauide propheta: ſacrificium & oblationem noluiſti, & ex alia parte hoc minus obtulit Cain in agnitionem beneficij creationis, cùm ex lege naturali ad id teneretur: admitte ergo illius ſacrificium, cùm iuri naturali ſatisfaciat: aduerte, cum ſacrificium ſit actus religionis, interiorem mentis affectionem & rectam aſpicit, qua deſtitutus erat Cain: iuſte igitur ſacrificium illius exterius non admittitur, quia obla- D. Thom. tione animæ interiori deſtituebatur, ita fere ait. D. Thom. *Significat ſacrificium quod offertur exterius, interius ſpirituale ſacrificium, quo anima ſe ipſam offert Deo ſecundum illud Pſal. ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus, quia exteriores actus religionis ad interiores ordinantur.* Si quis igitur interius ſacrificium ſpirituale Deo offerat ſimul cum exteriori, non indignos eſt vt admittatur.

*Sacrificiũ ſine mentis munditia Dei diſplicet.*

80 *Factum eſt vt afferret Cain Deo munera,* De quibus loquens inferiùs Moyſes ait, ad munera Cain non reſpexit: quid eſt non reſpexit? cum vno intuitu omnia tam præſentia quàm futura, & præterita A conſpiciat, id eſt, non admittit; admitte quæſo Deus munus quod à tua creatura in agnitionem beneficij creationis oblatum eſt; ditiſſimus enim monarcha exiguum munus ſibi datum à ſuo ſubdito admittit: nota Cainum mentis munditia caruiſſe, nimium enim rebus terrenis deditus erat: deſpicitur igitur illius ſacrificium, quia ſine mentis munditia Deo Bern. Ab. præſentatum: ita Bereng. Abb. ſerm. de vno confeſſore, qui incipit: Semper dilectiſſimi: *Similiam afferimus, ſi munditiam mentis in corde ſeruamus, illarum videlicet exemplo ab omni vitiorum emundati ſorde, B de quibus ſcriptum eſt, beati mundo corde, quoniam omnipotenti Deo ſacrificium noſtrum ſic maxime perplacet,* pondera hæc vltima verba, quaſi diceret aliàs, ſi cum puro corde non offertur Deo inuiſum.



*Magis ſua æſtimat quàm Dei obſequium, auarus.*

*Factum eſt poſt multos dies, obtulit Cain de fructibus terræ munera Domino,* De quibus fructibus? an de optimis? ſine dubio ſcriptura hoc non tacuiſſet, quos ergo fructus obtulit? deteriores, ſibi meliores retinens: vnde hoc? nonne obſequium Dei anteferendum noſtræ vtilitati? rectus ordo hoc requirit, C ſed auarus hunc immutat ſuam vtilitatem præferens Dei honori, vnde Thom. Angl. ait: *Ex hoc colligitur quod ex cupiditate & auaritia optimas fruges retinuit, & minus bonas Deo obtulit, ſicut multi faciunt, qui nunquam Deo afferunt niſi deterius & quod eſt corruptum vel conſumptum, & quæ non poſſunt vti.* 81 Tho. Ang.

*Pater optime filios inſtruere debet.*

*Factum eſt autem poſt multos dies vt afferret Cain de fructibus terræ Deo munera,* Abel quoque obtu- 82 D lit de primogenitis gregis ſui, quis ô fratres vos docuit Deo munera offerre? non enim video tale à Deo præceptum accepiſſe, ſicut in lege ſcripta; ſi ſcitis quænam immunda quæ non offerri debent, quæ autem munda grata habebit? edocti fuere à patre, cuius munus eſt bene filios inſtruere: ſic Hugo à ſancto Victore: *Credimus Deum docuiſſe Adam cultum diuinum, quo eius beneuolentiam recuperaret, quam per peccatum tranſgreſſionis amiſerat, ipſumque docuiſſe filios ſuos dare Deo decimas, & primitias,* ad obiectionem autem factam ſcilicet non cognouiſſe munda ab immundis, ſatisfacit D. Athana. l. E in illud: Omnia mihi tradita ſunt: *Quæ Moyſes docuit diſtinguens munda ab immundis, non latuerat Abelem offerentem ex primogenitis, quippe illud didicerat ab Adam quia ex eo audierat.* Hugo à S. Vict. D. Athan.

*Naturaliter nobis inditum Deo gratias eſſe referendas.*

*Factum eſt autem poſt multos dies vt afferret Cain de fructibus terræ munera Deo,* Quis, quæſo, indicauit Cain Deo offerenda eſſe munera? nonne ſciebat Deum noſtris poſſeſſionibus non indigere, cùm omnium ſit Dominus? quomodo ergo Cain ea Domi- F no offert, quia homini inditum eſt vt grates Deo referat, quamuis eum nullus docuerit ita faciendum: ſic D. Chryſoſtom. hom. 18. *Conſidera quomodo natura conditor ſcientiam conſcientiæ indidit, quis enim illum, dic oro, ad hanc cognitionem perduxiſſet? nullus alius quam quæ in animo conſita ſcientia: obtulit inquit de fructibus terræ ſacrificium Domino; ſciebat quod congruum eſſet ex ſuis poſſeſſionibus aliquid Deo afferre, non quod eo Dominus indigeat, ſed vt ſuam gratitudinem declaret, qui tali* 83 D. Chryſo.

Procop. *beneficio fruitur, & Procop. clarius loquitur, lex* A *natura ita homini concitabat, & ſtimulabat illos fratres, vt ſe exhiberent gratos omnium bonorum datori.*

### *Terrenorum amatores, in muneribus ſuis decipiuntur.*

84 *Factum eſt autem poſt multos dies vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino.* An ignotas, ô Caio, quod omoe quod datur ex dantis mente penſatur, tibi autem recta intentio deeſt, & amore Dei necnoo fratris, ſine quo quamuis diſtribueres omnes facultates tuas pauperibus, Deo minime eſſent acceptæ: cur ergo offers Deo munera? In hoc deci- B piuntur terrenarum rerum amatores, quod exiſtiment Deum ſuis placari muneribus quamuis charitate careant: ſic Gloſſ.

Gloſ. ordi. *Offert Cain de fructibus terre ſacrificium, quia terrenorum amatores cum Deum in multis offendant, largitione facultatum placari putant, contra quos dicitur, ſi diſtribuero in cibos*

1 Cor 13. *pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt.*

### *Cognitio Dei ſchola virtutis.*

85 *Factum eſt vt poſt multos dies offerret Cain de fructibus terræ munera Domino,* An Deus iodiget mu- C

Pſal. 15. neribus noſtris? Minime, ait enim Pſal. bonorum meorum non eges, ad quid ergo Deus voluit ab initio & deinde per ſingula tempora, tot & ab omoibus offerri? Nota quod per munerum oblationem Deum agnoſcimus, dic ergo Deum ſibi voluiſſe munera non tanquam eis indigenti, ſed vt eum his

D.Chryſ. donis agnoſcentes, inſtruamur in virtutibus: ſic D. Chryſ. hom. 18. *Nulla re indiget Deus, nulliſque noſtris opus habet, cæterum ob ineffabilem benignitatem, ita noſtræ infirmitati ſe attemperat, & propter ſalutem noſtram hæc fieri tolerat, vt Dei agnitio humanæ naturæ virtutis ſit ſchola.*

### *Lugens munera Deo accepta refert.*

*Factum eſt vt Cain offerret munera*, Quæ diximus Deo iouiſa fuiſſe, nonne Cain iure primogenituræ ſacerdos erat, quique primus obtulit oeo ſuum munus? Cur igitur fratris illius non autem ſua Deo fuit accepta oblatio? Inſpiciamus quid ſignificet Abel? Nonoe diximus ioterpretari luctum? Caini autem nominis ioterpretatio minime hoc ſigoificat: recte igitur munus Abelis admittitur, Cain repellitur, quia muous lachrymis coniunctum dignum eſt acceptatione diuina: hoc confirmare videtur D. Augu. l. de ſcala parad. c. 6. cùm ait: *Hæc ſunt munda munuſcula gemitus ſcilicet & lachrymæ.* 86

D.Auguſt.

### *Innocentia Mariæ fœcundiſſima, Abelis autem ſterilis.*

*Factum eſt vt Cain offerret Deo munera.* Abel ſimiliter obtulit de primogenitis gregis ſui, & ſane caotatiſſima hinc manet Abelis innocentia, qua Dei ſe perfectiſſime dedit obſeqoiis, qua in inuidiam fratris incidit, & ob qoam ab eo mortem accepit. Quis hanc oon miretur inoocentiam? potuitne hæc Abelis iooocentia aliquo ex capite ab alia ſuperari? potuit, imò in hoc vno ab alia ſuperatur, ſi illa fructuoſa, & aliis vtilis fuerit, oquidem cum duo tantum in mundo eſſent fratres Abel & Caio, Abelis innoceotia adeo fuit ſterilis, vt oec fratrem ſecum potuerit ad Deum deferre. Ex qoo ſolum capite, merito Abel dicitur ſuperatus à Maria io iooocentia, quod hæc pluribus profecerit: ait B. Amedæus hom. B.Amed. 3. de iocarn. Chriſti, fatus, *Impleuit Spiritus ſanctus Abel tanta innocentia, vt innocens manibus, & mitis corde de manu fratris necem ſuſciperet; tua vero innocentia, ô Maria, millia nocentium innocentiæ reddidit & ſaluti, quia Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, vt ſuperes vniuerſos qui ante te fuerunt.* 87

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. IIII.*

*Vlg.* Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum, & reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius. D

*Septuagint.* Abel autem obtulit, & ipſe de primogenitis ouium ſuarum, & de adipibus earum, & reſpexit Deus ſuper Abel & ſuper munera eius.

*Cald.* Et Abel adduxit etiam ipſe de primogenitis ouium ſuarum, & de adipibus earum, & ſuſcepit Domious cum beneplacito Abel, & munera eius.

*Pagnin.* Et Abel etiam adduxit de primogenitis pecudum ſuarum, & de adipe earum, & reſpexit Dominus ad Abel, & ad oblationẽ eius. E

*Vatabl.* Abel etiam, &c. de primogenitis gregis ſui & de pinguedine eius, & fuit Abel gratus Domino, & oblatio eius.

*Alia exemplaria habent.* Et de pinguedinibus earum oempe ouium.

*Tertull.* Abel vero obtulit munera Deo, de fructu ouium ſuarum.

*D. Chryſoſt.* Abel, &c. & aſpexit Deus ad Abel, & ad dona eius.

*Theodotion.* Ioflammaoit Dominus ſuper Abel, & ſacrificium eius.

*Aquila, Ex Procopio*, Conſolationem accepit Deus ab Abel & à munere eius.

*Symmach.* Conſolatus eſt Deus io Abel.

*Syrus.* Placuit Deo Abel & munus eius.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

M*Inha*, vt dictum eſt ſignificat donum, oblationem, muous, & ſacrificium, ſi erga Deum fiat. Verbum שעה *Saah*, non ſolum reſpicere, ſed attendere animo intento, & defixo obtutu aliquid cernere, quaſi ſibi complaccus denotat, vnde Caldæus, ſuſcepit Dominus io beneplacito, vel vt Syro placuit, vnde [illegible] dicit rectum videri, placere alicui, probari, ita vt conſolationem ab eo accipiat, Theod. legit inflammauit, quia exiſtimat Deum igne miſſo de cœlo ſacrificium Abelis conſumpſiſſe.

## EXPOSITIO VERSVS IIII.

*ABEL quoque obtulit de primogenitis, &c.* Id eſt, Abel diſſimilis fratri ſuo erga Deum, quem puro corde colebat, obtulit ſacrificium de melioribus & pinguioribus gregis ſui.

*Reſpexit Dominus ad Abel, &c.* cùm ſincera intentio Abelis ex melioribus placuerit, & munera non ex ſe, ſed offerentis animo acceptantur, ideo prius reſpexit ad Abel quam ad illius dona, id eſt, illecum muneribus ſuis Deo fuit acceptus.

Quo autem exteriore ſigno ſignificauit Deus ſe
A accepta habuiſſe munera Abel; diſplicuiſſe autem dona Cain, explicitè neſcimus; ſed ex aliis ſcripturæ ſacræ locis conijci poteſt, quod emiſerit ignem ſacrificium Abel conſumentem, nam hoc modo reſpexiſſe legimus primam immolationem ſummi ſacerdotis Aaron Leuit. 9. & ſacrificium Gedeonis Iud. 6. & ſacrificium primum in templo Salomonis Parali. 7 & ſacrificium Eliæ 3. Reg. cap. 18. ad quod reſpiciens Theod. ait, & inflammauit Dominus ſuper ſacrificium Abel.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Quod à primis annis Deo conſecratur, ſuum genus commendabile reddit.*

88 *ABEL obtulit de primogenitis gregis ſui*, cum eſſet paſtor ouium, non eſt dubium agnos in ſacrificium Deo dediſſe, quæſo inquiramus, cur ſemper inuenitur Deo acceptus grex ouium? & ita acceptus vt de illarum nomine gratiſſimos ſibi ob ſimplicitatem & iuſtitiam vocet homines: perlege Euangelium, & paſſim inuenies ouium nomina dulceſcere in ore Ieſu: & vnde oues tam dulcem & ſuauem in mente Domini recordationem acceperunt? niſi ex agnis, qui primo in vitæ limine Deo oblati in ſacrificium: quidquid enim Deo conſecratur, ſuum genus Deo commendabile reddit; vnde
D.Alcim. D. Alcimus libro 1. ad ſororem canit. C

*Nulla Deo ſiquidē eſt acceptior hoſtia, quam quæ*
*Immaculata ſibi primis offertur in annis:*
*Sic quondam cum prima nouo ſplendeſceret ortu*
*Terra nitēs, pulchraſque darēt ſua ſemina fruges,*
*Viuentem ducens ad ſancta altaria fœtum,*
*Innocuum ſonuiſſe Deo, balatibus agnum,*
*Inſinuante Deo iuſtus cognouerat Abel.*
*Cum capite oblato placuit genus vnus ab vno.*

### *Illuſtrior eſt Dei teſtimonio firmata virtus.*

89 *Abel obtulit de primogenitis gregis ſui.* Cum Cain de frugibus terræ munus Deo dedit, quis non crederet Cain hoſtiam ſicut tempore prior fuerat, ita fuiſſe animo perfectiorem? ex hac autem opinione, quis non videt quanta in caligine Abelis ſanctitas verſaretur? quid ergo Deus? adfuit ſtatim factoſum
ad Heb. 11. teſtis & arbiter nam Abel, inquit D. Paul. Hebr. 11. teſtimonium conſequutus eſt eſſe iuſtus, teſtimonium perhibente muneribus eius Deo: *Vide* (inquit
D. Chryſ. D. Chryſ. hom. 18. in Gen.) *quomodo impletur hic quod in Euangelio eſt dictum: primi erunt vltimi, & vltimi primi, ecce enim qui prior offerebat minor, viſus eſt fratre*, & paulo poſt notat Deum ad Abelem reſpexiſſe, *vt per hoc* (inquit) *offerentis animo maiorem honorem haberet*, ac ſi diceret, opus fuit vt maior virtus Abelis quæ in animo latebat, diuino teſtimonio foras proderetur.

### *Deus noſtris bonis non indiget.*

90 *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.* In quo agnoſcitur reſpexiſſe Deum, & probaſſe munera Abel, potius quam Caini dona? Theodotion transfert, inflammauit Dominus ſuper Abel, & ſuper munera eius: Deus ergo igne conſumpſit ſacrificium
B Abel. Sed cur, ô Deus beneuole, igne munera innocentis viri conſumis? cur potius alio ſigno approbationem tuam non indicas, intacta munera quæ tibi offerebat, relinquens? Ea igne conſumpſit, declarans illis ad ſuam vtilitatem non indigere, ſed in commodum offerentium hoc ſigno approbaret ſic Dio.
Chryſ. *Propterea conceſſit vt igne conſumerentur, vt ex his quæ fiunt, diſcant illi qui offerunt, quod omnia propter ſuam vtilitatem fiant; conſumit ergo Deus hæc dona igne, ne videretur eis indigere, ſi integra relinqueret.* D. Chryſo.

### *Chriſtus magis ſe redemptorem quàm creatorem videtur æſtimare.*

*Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius, ad Cain vero & ad munera illius non reſpexit.* Hoc reſpiciens D. Paul. 11. ad Heb. ait, fide plurimam hoſtiam Abel quam Cain obtulit Deo: ſed quænam eſt iſta fides, quâ tam pretioſæ reddebantur Abelis victimæ, quâ quia fructus Caini carebant, diſplicuerunt Deo? certum eſt Cain fidem habuiſſe, quorſum enim veneraretur Deum, in quem non crederet? ſed ſignificatur quod non habuerit fidem redemptoris venturi, reconciliationemque futuram per mortem agni immaculati non credidit, quare Cain obtulit fructus Deo vt creatori; non autem vt redemptori, contra vero grandi quadam & ardenti fide de gregibus Abel obtulit, ſignificans ſe Deo debere hoſtiam,
D non tantum vt creatori, ſed etiam vt redemptori, mactans agnum in fide Chriſti in cruce immolandi, ideo igitur grata habet munera oblata Abel, quia non ſolum vt creatori, ſed vt redemptori exhibentur; ſic exponit Salmeron; collige ergo quanto in pretio habeat titulum redemptionis, vt non modò illum creatoris elogio anteponat, verum etiam reſpuat oblationem, quæ redemptorem ſuum non agnoſcit. 91 D. Paul. Hebr. 11. Sal. in cit. ep.

### *Qui ſe ipſum cum ſuo ſacrificio offert, recta eſt illius oblatio.*

*Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius.* De hac hoſtia oblata ab Abel loquens D. Paul. ad Heb. ait, fide plurimam hoſtiam Abel quàm Cain
E obtulit Deo, per quam teſtimonium conſequutus eſt Abel eſſe iuſtus, cur plurimam hoſtiam obtulit Abel quam Cain? nam cultu & religione parem vterque obtulit, ſiquidem vterque cui debuit obtulit, proindeque rectè obtulit: ideo plurimam hoſtiam obtulit Abel ei & non Cain, quia Abel ſeipſum cum muneribus ſuis obtulit, non autem Cain: ſic Rup. l. 4. in Ge. c. 2. *Non rectè vterque diuiſit, nam ille Cain ſcilicet cum Deo offerret ſua, ſeipſum ſibi retinuerat, repo-* 92 Prou. 18. Rupert.

*ſitum habens in cupiditate terrena, huiuſmodi portionem Deus non accipit; ſed præbe, inquit, fili cor tuum, at ille vt iam dictum eſt, cor ſuum retinuit ſibi, & fructus terræ Deo obtulit: porro Abel primo cor ſuum, deinde rem ſuam offerendo, plurimam vt iam dictum eſt, hoſtiam per fidem obtulit quàm Cain.*

*Sacrificiis ſibi oblatis Deus deponit iram.*

93 *Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius.*
Aquila vertit conſolationem accepit: an Deus triſti-
tia afficitur, vt ex aliquo munere oblato conſolatio-
Theodoti. nem accipiat? nonne poſſumus dicere Deum triſtem
fuiſſe ex tranſgreſſione primi parentis, id eſt, ad ſimi- B
litudinem hominis triſtem aliquem effectum oſten-
diſſe: probemus ergo ſtris ſubtilem verſionem Aqui-
læ, nempe quod conſolationem accepit in ſacrificio
Abel, quia Deus ſacrificiis ita delectatur, vt iram, &
quaſi triſtitiam propter peccata noſtra deponat: ſic
Procop. explicat Procop verſionem Aquilę, *Aquila vertens,
inquit conſolationem accepit, docet Deum placatum,
& depoſuiſſe iram, qua in Adamum exarſerat, &
ſic accepiſſe ſacrificium.*

*Ex bonitate offerentium, acceptum erat ſacrificium vetus.* C

94 *Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius.*
Cur non inuerſo modo loquitur, dicens, reſpexit ad
munera & ad Abel? ideo non dictum eſt ad munera
Nico. Lyr. primò, ſed ad Abel: *Quia oblationes antiquæ* (vt
ait Lyra.) *non erant acceptæ ex ſeipſis, ſed ex boni-
tate offerentium, ideo ſequitur, reſpexit ad Abel &
ad munera eius, id eſt, ad bonitatem eius, & per
conſequens ad eius munera.*

*Sacrificia antiqua adueniente lege gratiæ, reprobata.* D

95 *Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius,
ad Cain verò & ad munera illius non reſpexit.* Cur
Cain ex terrę fructibus munera reprobantur, & Abel
de adipibus gregis ſui munera ſuſcipiuntur? Nota
Cain populum Iudæorum repræſentare, & ſic ſacri-
ficium illius Iudæorum ſacrificia deſignaſſe: ſatisfa-
D. Auguſt. cit ergo D. Aug. *Cain typum gerebat Iudæorum, qui
in dia 66. illa temporalia ſacramenta ſecundum vetus teſta-
q. 47. mentum exercebat: horum enim ſacrificia, ſuperue-
nientes teſtamenti noui fide contempta, & euacuata
ſunt, & Christi innocentis agni conſtant, laudantur,
quæ ſignificabant ipſius Abel ex ouibus munera,
munera igitur Cain non accipiuntur.*

*Sacrificium acceptum, cum virtutibus ſociatur.* E

96 *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius,*
Cur accepta habuit Deus munera Abel? nam ſolum
dicitur quod obtulit de primogenitis gregis ſui, &
de adipibus eorum, & ideo acceptum fuit ſacrifi-
cium; ſed quid eſt obtuliſſe de adipibus eorum? Per
adipem certum eſt pinguedinem intelligi, ſed cum
Deus non indigeat ſacrificio pingui vel exili, cum F
reſpiciat potius intentionem qua oblatum fuit, cur
dicitur quod munus oblatum de adipibus eorum ac-
D. Ambro. cepit? Reſpondet D. Amb. li. 2. de Abel & Cain ca. 5.
*Acceptabile eſt ſacrificium, quod pingue, quod niti-
dum, & quodam pabulo fidei ac deuotionis, verbi-
que cæleſtis alimonia, ſaginatum eſt.*

A *Sacrificium cruentum olim fuit gratiſſimum.*

*Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius,* 97
Ad Cain verò, & ad munera eius non reſpexit: cur
potius ad munera Abelis quàm ad dona Caini reſpe-
xit Deus? Scio D. Chryſoſtom. ho. 18. dicentem quia
Abel obtulit primitias gregum, Cain vero non obtu-
lit primitias frugum: recte quidem, ſed adde ideo
placuiſſe ſacrificium Abelis Deo, non autem Caini,
quia Abel obtulit ſacrificium cruentum de gregi-
bus, Cain autem incruentum de frugibus: cruor
enim ſacrificio ſuffuſus, ſiue in typum Dominicæ
paſſionis, ſiue in typum propriæ mortificationis, vi-
B ctimam Deo efficit gratiorem; quod Rup. aliquo- Rupertus.
modo notauit cap. 2. lib. 4. in Gen. *Primus vnigeniti
filij Dei teſtis Abel, voluntarium Deo de primoge-
nitis gregis ſui ſacrificium obtulit in fide paſſionis
eiuſdem vnici & dilecti filij Dei, quem tali ſacrificio
præſignari condecuit.*

*Noſtra ſacrificia curat Deus.*

*Reſpexit Dominus ad Abel & munera eius,* Cur 98
C non poſuit nomen ſolius Dei, dicens reſpexit *Deus*?
nam ſic etiam explicaret Deo fuiſſe acceptum ſacri-
ficium Abelis: nota nomen Iehoua, quod ſignificat
fontem eſſendi denotari per Dominum: appoſuit
igitur nomen Domini, teſte Caietan. *Ad ſignifican-* Caietan.
*dum quod curam habet noſtrorum ſacrificiorum, ipſe
ſummus fons eſſendi.*

*Cum ſacrificium approbat Deus, ſpecialiter dicitur illud reſpicere.*

*Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius,* 99
Dicitur autem quod non reſpexerit ad munera Cain,
quod mihi videtur falſum; ſi enim vnico intuitu
omnia conſpicit, nihilque poteſt abſcondi ab oculis
D eius, ita quod implicet aliquid eſſe in rerum natura,
& non ab eo videri, quomodo ait ſacer textus non
reſpexiſſe munera Cain, ſed ſolum Abelis dona? no-
ta quod vaiſaa hebraice propriè attentionem & ani-
maduerſionem ſignificat; communi intuitu oblatio-
nem Caini reſpexit, ſed ſpeciali conſiderauit ani-
maduerſione ſacrificium Abelis, obſeruatio eſt eiuſ-
dem Caiet. *Dei ſimplex intuitus communis fuit obla-
tioni Abel & Cain, nihil enim ſubterfugit diuinos* Caietan.
*oculos, ſed proprium fuit oblationi Abel, quod Deus
ad ſimilitudinem videntis, oblationem ſibi placitam
applicaſſe dicitur animum ad videndam illam.*

E *Sacrificium acceptum cum contemptu mundi.*

*Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius,* 100
Cùm nec fuerit ſacerdos Abel, ſaltem ratione pri-
mogenituræ, nec primus ſacrificium obtulerit, cur
potius illius oblatio Deo grata fuerit quam Cain
primogeniti ſacerdotis? diximus Abelem pauperem
ſpiritu, & ideo mundi contemptorem: recte igitur
admittitur illius oblatio, quia ſacrificium cum con-
temptu mundi, Deo gratiſſimum eſt, quod confir-
mat D. Valerian. hom. 18. de Machabæis: *Hoc apud* D. Vaṡa.
F *Dominum acceptabile conſtat eſſe ſacrificium, ſi præ-
lato cæleſti honore, ſæculum cœperis deſpicere.*

*Sacrificium voluntarium Deo gratiſſimum.*

*Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius,* 101
Si omnia quę Deo poſſumus offerre, nihil cōputari
debent reſpectu ſummæ & immenſæ maieſtatis ſuæ,

quid enim cœlum & terra in conſpectu illius ? cur dicitur reſpexiſſe ſpecialiter aliqua animalia ſibi ab Abele præſentata ? aduerte ex maximo affectu voluntatis illa Deo obtuliſſe; quamuis igitur exigua dona fuerint, quia tamen voluntaria, ideo maxime

D. Valer. grata: ſic teſtis citat. D. Valer. hom. 3. *Non ſine cauſa propheta hac ſe voce commendat, voluntarie ſacrificabo tibi, ſciebat neceſſario multos dubio corde ſeruire, & aliud ore promittere, aliud pectorum ſecreto diſponere, voluntarie ſacrificabo tibi, quamuis parua ex voto offerentis, magna fiunt munera, conſumunt vero authorem ſuum beneficia quæ conſtiterint extorta, ſic denique ſemper plangit quod erogauit, qui conuiuium inuitus inſtituit.*

*Viſibile ſacrifitium offertur Deo inuiſibili, in argumentum ſacrificij interioris.*

102 *Obtulit quoque Abel de primogenitis ouium ſuarum, &c.* Si Deus eſt inuiſibilis, cur ſacrificium viſibile offert, quod potius deceret falſos Deos, qui ſunt corporei & viſibiles? nota ſicut verba ſunt ſigna rerũ, ſic ſacrificium exterius iudicium interioris: recte igitur ſacrificium offertur inuiſibili Deo in argu-

Algerus. mentum interioris oblationis animæ noſtræ: ſic Algerus li. 2. de Sacram. c. 2. Ne autem æſtimetur, cum ipſe inuiſibilis ſit, viſibilium ſacramentorum ſacri-

D. Auguſt. ficia ei non congruere, ait Aug. lib. 1. de ciuit. Dei, *qui autem putant hæc viſibilia ſacrificia diis alienis congruere, illi vero tanquam inuiſibili, inuiſibilia, & maiori maiora, melioriqne meliora, qualia ſunt puræ mentis bonæque voluntatis officia, profecto neſciunt hæc ita eſſe ſigna illorum, ſicut verba ſonantia ſigna ſunt rerum; quocirca ſicut orantes & laudantes ad Deum dirigimus ſignificantes voces, cui res ipſas in corde quas ſignificamus, offerimus: ita ſacrificantes non alteri viſibile ſacrificium offerendum eſſe nouerimus, quam illi cuius in cordibus noſtris inuiſibile ſacrificium nos ipſi eſſe debemus.*

*Quomodo offerendum eſt ſacrifitium altaris ab initio figuratur.*

103 *Reſpexit Dominus ad Abel,* Cur tam gratum fuit munus Abel Deo? aduerte in oblationem agnos immolaſſe, quibus agnus immaculatus in ſacrificio altaris præfiguratur; ſic Remig. Antiſ. Epiſc. de celebra. Miſſæ, ait enim antiquum ſacrificium, imago fuit huius veri ſacrificij, nam & in ſacrificio Abel de primogenitis ouium, quod ſacrificio Cain quod erat ex fructibus terræ prælatum eſt, noui teſtamenti fides præfigurabatur, quæ (innocentiæ gratiâ Deum laudans) veteris teſtamenti terrenis operibus anteponitur; obtulit autem cum maxima animi & mentis innocentia: ideo ita gratum extitit, quia figura & typus eſt incruenti ſacrificij altaris, & circunſtantia-

D. Cypriã. tum quibus offerri debet: ſic Cypr. de oratio. Dominica, *Abel pacificus & iuſtus dum Deo ſacrificat innocenter, docuit & cæteros quando ad altare munus offerunt, ſic venire cum Dei timore, cum ſimplici corde, cum lege iuſtitia; cum concordia pace, merito ille dum in ſacrificio Deo talis eſt, ipſe poſtmodum ſacrificium Deo factus eſt, vt martyrium primus oſtendens initiaret ſanguinis ſui gloria Dominicam paſſionem, quæ & iuſtitiam Domini habuerat & pacẽ.*

*Ex melioribus quæ poßidemus, munera debemus Deo offerre.*

104 *Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius,* Ad Cain autem & ad munera eius non reſpexit, qua de

A cauſa munera Abel Deus accepta habet, non autem dona Cain? naturam munerum inſpiciamus; de Abel dicitur, quod obtulit de primogenitis gregis ſui & de adipibus eorum, hoc eſt de pretioſiſſimis: de Caio autem dicitur, quod obtulit de fructibus terræ munera Domino; de quibus fructibus? an de primogenitis? non, ſed quicumque obueniſſent, ne mireris igitur ſi munera Abel grata, non accepta autem dona Caio, quia meliora quæ poſſidemus Deo offerre debemus: ſic Chryſ. hom. 18. *Obſerua quomodo illius* D. Chryſoſt. *piißima mens ſignificatur, quod non tantum de ouibus obtulerit, ſed primogenitis, hoc eſt pretioſiſſimis,*

B *& maximè eximiis, deinde, & ex illis primogenitis, pretioſißima quoque, & de adipibus inquit illarum, hoc eſt de pinguißimis & optimis, de Cain nihil tale notatum, ſed quod obtulit de fructibus terræ ſacrificium,* Quaſi diceret qualiacumque obueniebant nulla, ad delectum adhibita opera, vel diligentia.

*Humilitas ita Deo grata, vt humilis aliquid Deo offerens, accipiatur ab eo, propter illam.*

*Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius,* 105
Quid eſt prius reſpexiſſe ad Abel, deinde ad munera? reſpondet D. Aug. lib. de falſa & vera pœn. c. 4. D. Auguſt.

C *Prius reſpexit ad Abel quàm ad munera, ſumens enim mentem quam agnouit humilem, remunerauit eius largitas munera; ad Cain autem non reſpexit nec ad munera eius, mentem enim eius quam viderat, quoniam non cognouit humilem, eius munera non reſpexit;* expende quæſo illa vltima verba, quoniam non agnouit humilem, eius munera non reſpexi, quaſi diceret, ſicut non humilitas in Caino fuit ratio quare illius munera fuerint à Deo deſpecta, ſic ratio propter quam Deus habuit grata munera Abel, fuit eius humilitas.

*Deus inuitat nos ad pœnitentiam.*

D *Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius,* 106
Ad Cain autem & ad munera illius non reſpexit: inquirunt partes quo pacto Deus dicatur reſpexiſſe, reſpõdentque D. Hieron. Cyrill. Proc. Chryſoſt. aliquo externo ſigno vnius ſacrificium approbaſſe, alterius contempſiſſe; ſignum autem fuit ignis de cœlo miſſus in ſacrificium Abelis, non autem Caini: qui quidem ignis conſumpſit & combuſſit ſacrificium Abelis, Cain verò ſacrificium intactum reliquit, difficultas eſt, cur externo ſigno vſus eſt, quo fauorem in vnum, contemptum in alterum palam teſtaretur? vt Cain videns ſe contemptum, fratremque honori-

E ficè à Deo approbatum, & ex ſua miſeria & ex aliena gloria affligeretur, indeque iuſta quadam æmulatione excitatus, pœnitens ſuæ malitiæ fraternam pietatem in poſterum imitaretur; ita Oleaſt. *Dominus* Oleaſt. *volens prouocare Cain, vt de cætero cum illi munus vellet offerre, meliora ſeligeret, non illi nocuit, ſed munus fratris acceptauit, vt eum ad fratris mentem reuocaret.*

*Ab initio figura iudicij finalis.*

*Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius,* 107
Ad Cain autẽ & ad munera illius non reſpexit, præ-

F ter tot rationes aſſignatas, an aliquid aliud iudicatur, Deum munera vnius reſpexiſſe, & alterius deſpexiſſe? reſpondit Saluianus de gubern. Dei lib. 1. *Puto quod quædam cenſura iudicij eſt, in hoc enim quod* Saluianus. *vnius ſacrificium Deus ſuſcepit, alterius excludit euidentiſſime vtique, & de vnius iuſtitia & de iniquitate alterius iudicauit.*

A

*Plurimis miſericordiis indigemus.*

108 *Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius,* Certum eſt Abel non vnam ſolummodò hoſtiam obtuliſſe, ſed multas & multorum generum, & eas omnes ſelectiſſimas? nonne ſufficiebat vna hoſtia? cur ergo tot victimas offert? nota quod noſtra miſeria eſt multiplex; ideo igitur plures hoſtias offert, quia cum plures miſerias habeamus, plurimis indigemus miſericordiis: vnde D. Bern. ſerm. 5. natiuit.
D. Bernar. Domini: *Vnus eſt Dei filius, ſed miſeria noſtra multiplex, non modò magnam miſericordiam, ſed & multitudinem quærit miſerationum.*

*Ita oculos Dei attrahit iuſtus, vt nihil præter iuſtum videatur intueri.*

*Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius,*
109 *ad Cain & ad munera illius non reſpexit,* Quid? nonne Deus omnia intuetur? nonne offert Cain ei munera? quomodo ergo ea non reſpicit? cum prior ea obtulerit quàm Abel? nota Abel iuſtum etiam ei obtuliſſe munus: non mirum non reſpexiſſe Cain & munera eius, quia omnia intuetur, ſed ſolius Abelis, quia oculos Dei ita rapiebat iuſtus Abel, vt in eo intuendo totus videatur intentus: *Oculi enim Domini ſuper iuſtos,* inquit Pſal. Quem exponens Caſ-
Pſalm. 33. Caſſiod. ſiodotus, ait: *Continuam gratiam diuinitatis oſtendit, vt aſpectus Dei immobilis ſuper eos eſſe videatur,* Quaſi diceret immobiliter eos aſpicit, ad alia non ſe diuertens.

*Amor proximi reddit Deo gratum munus.*

*Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius,*
110 *Ad Cain autem & ad munera eius non reſpexit,* cur ſic Deo munus gratum eſt Abel, & ingratum Cain? Nota Abel amore maximo proſequutum fuiſſe fratrem ſuum Cain, dic ergo amorem in fratrem Deo munus Abel gratum reddidiſſe: ſic D. Iren. lib. 4. D
D. Iren. cap 34. *Reſpexit Deus ad munera Abel, quoniam cum ſimplicitate, & iuſtitia offerebat: ſuper ſacrificium autem Cain non reſpexit, quoniam cum zelo, & malitia quæ erat aduerſus fratrem, diuiſionem habebat in corde.* Quare amor proximi fraterna pietas, & concordia ſi adſit, ſacrificium Deo reddit gratiſſimum.

*Id apud Deum quiſque eſt, quod ipſe operibus exprimit.*

*Abel obtulit de primogenitis gregis ſui,* Hic Abel
111 à ſupremo iudice inter agnos reputatus eſt, frater eius vero Cain, quaſi palea & ſtipula æternis traditus eſt ignibus, quomodo ſors tam diuerſa duorum fratrum? obſerua Abel agnum Deo obtuliſſe, Cain autem culmos pene ſine fructu: nam fructus deteriores quos obtulit, non ſunt cenſendi fructus: rectè igitur Abel agnus inter agnos habetur, Cain autem ſtipula inter faſciculos comburenda, quia id apud Deum quiſque eſt, quod ipſe operibus exprimit; vn-
D. Chryſol. de ſapienter D. Chryſol. ſerm. 19. ait: *Abel agnum portans ad Dei ſacrificium, ſicut agnus aſſumitur, Cain geſtans ſibi ſtipulã, fomentũ ſibi per quod exureretur, inuenit.* Ex his igitur quæ Deo præſtas muneribus, prorſus cenſeris: ſi ſtipulas Deo exhibes, ſtipula eſt ignibus apta, ſi vero opera ſtudioſa tanquam agnus innocens, reputaberis ſequens agnum immaculatum quocumqu ierit, in æterna fœlicitate.

*Non acceptor perſonarum Deus eſt.*

*Reſpexit ad Abel & ad munera eius.* Tamen de- 112
inde dicitur, quod munera Cain non aſpexerit, cur ſacerdotis, & primi tibi ſacrificium offerentis, non admittis, Abelis autem natu minoris oblationem habes acceptam? non admiſit munus oblatum à Cain quamuis ſacerdote & maiore natu; admiſit autem donum Abelis inferioris ætate, quia non eſt Deus perſonarum acceptor: ita D. Aug. in Pſ. 118. D. Auguſt.
*Non iudicat Deus ſecundùm perſonas, ſed ſecundùm merita,* ac ſi diceret, non perſonam Cain quamuis dignitate excellentiorem, ſed eius prauam
B affectionem inſpexit.

*Virtus prærogatiuam obtinet.*

*Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius,* 113
Si primus obtulit Cain ſacrificium, Abel autem ſecundus, & Cain ſit prior natu, Abel autem poſterior, quomodo ſit mentio prius oblationis Abelis, quam Caini, quoad acceptationem diuinam? Obſerua in ſacrificio Abelis virtutem illius cognitam fuiſſe; iure merito igitur oblatio illius priorem meretur lo-
C cum in ſacro contextu, quia virtus prærogatiuam obtinere debet: ſic Procop. *Quantum ad ſcribentis* Procop.
*ordinem illud obſeruandum arbitror, incipiens vtrorumque deſcribere author natiuitatem, Cainum ratione temporis præpoſuit Abeli: nunc conuerſo ordine, vbi ad cultum diuinum ventum eſt, primitias dat Abel, ſic nequaquam naſcentis ordo, ſed animus prærogatiuam meretur,* ſcilicet propter virtutem.

*Cum cœperis Deo obſequi & ſeruire, ſtatim ſenties aduerſarios.*

*Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius.* 114
Cum de primogenitis gregis ſui ei obtulit, ecce tibi Abel cœpit placere Deo obſequiis ſuis, quid tunc
D amici, vel potius frater eius? iratus eſt Cain vehementer, & fratrem interfecit: quid iraſceris? cur fratrem proſequeris? ſolum enim Deo quem recta colit intentione, obtulit grata munera, & ideo ſtatim ſentit aduerſarium. Sic enim eleganter Tertull. aduerſus Tertull.
gnoſticos, ait: *Vbi Deus coli cœpit, inuidiam religio ſortita eſt, qui Deo placuerat occiditur, & quidem à fratre.* Frater erat Cain naturali beneuolentia ei conſtringi debuerat, tamen eam prorſus exuit, & hoſtilem animum aſſumit, cùm primum Abelem Dei habendi ſtudioſum conſpicit.

*Quod ſemel bono opere completurus es, id ſæpe animo perfice, tanquam quid Deo gratiſſimum.*

E

*Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius.* 115
Et quid erat in Abele quod reſpiceretur à Domino antequam munera eius grata haberet? Sane erant in Abelis animo frequentia vota de offerendis muneribus, offerebat enim & bis, & ter, & ſepties mente ſua agnum, quem poſtea opere Deo obtulit. Huc ſpectans B. Baſil. Sel. orat. 14. ait: *Res Abelis dilucide deprædicauit ſcriptura, quendam iuſtitiæ characterem poſteritati delineans, quòd mentem Deo dono dediſſet ante donum, quod Deũ qui proſpicit improſpectus, ante viſa dona, inuiſibilibus donariis oble-* D. Baſil.
F *ctaſſet.* Non miror quod Abel raperet ad ſe Deum, & magni apud Deũ æſtimaretur; quippe ante dona opere exhibita, multa inuiſibiliter in animo offerebat.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. V.*

V*Vlg.* Ad Cain vero, & ad munera A illius non reſpexit, iratuſque eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius.

*Sept.* Super Cain autem, & ſuper ſacrificia eius non aduertit, & contriſtatus eſt Cain valde, & concidit vultu ſuo.

*Cald.* Cain autem & munus eius non ſuſcepit cum beneplacito, & iratus eſt Cain vehementer, & ceciderunt vultus eius.

*Pagnin.* Et ad Caio, & ad oblationem non aſpexit, &c.

*Arias*, &c. Et iratus eſt Cain valde, & conciderunt vultus eius.

*Vatabl.* Excanduit Cain, & ceciderunt facies eius.

*Chryſoſtom.* Et triſtitia affecit Cain valde, & concidit vultus eius.

*Theodor.* Super Cain autem & ſuper ſacrificium eius non inflammauit.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

NOn reſpexit, idem quod non aduertit, & non accepit cum beneplacito, ſacrificia appoſuere Septuag. vbi nos habemus munera, ſed idem verbum apud Hebræos vtrumque ſignificat; חרה excandeſcere, & iratum eſſe denotat, Septuag. eius ſignificationem immutarunt, cum dixerunt contriſtatus eſt vel triſtitia affecit, poteſt etiam & ad factum ipſum referri, vt dicamus rem illam & id quod coram eo accidit, ſollicitum reddidiſſe Caio, idque vehementer ei diſplicuiſſe, vnde contigit ei mœror & triſtitia.

## EXPOSITIO VERSVS V.

A*D Cainum autem*, *&c.* Cum diſpliceret ei C muous oblatum à Cain, vt pote ex corde peruerſo ſibi meliora reſeruante, nullum ſignum beneuolentiæ erga eum præſtitit, ſacrificium eius igne de cœlo miſſo non ſuccedens; *iratuſque eſt Cain*, videns ſua munera à Deo deſpici, & fratris dona ſuis præferri, pudore ſuffuſus quòd frater minor ſibi præponeretur, inuidit atque excanduit, *& concidit vultus eius*, in demiſſione vultus tanquam non audentis reſpicere in cœlum, triſtitia interna ex qua excandeſcit animus, ſignificatur.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Voluntatis varietas Deo non acceptos, vel* D *ingratos efficit.*

116 A*T Cain & ad munera illius non reſpexit.* Scimus Abel dona grata ſibi fuiſſe, neuter in muneribus offerendis inſtructorem, vel conſiliarium habuit, quomodo ergo Abel tam grata Deo offert munera, ingrata autem Cain? voluntatis varietas in vno non bene ordinata, in alio deuota & pia effecit acceptionem munerum vnius, alterius autem contemptum: ſic D. Chryſoſt. hom. 18. *Habes hic occaſiones, vt quod oportet contemplerìs, merito pœnas luere eum qui ſuam ob ignauiam amittit ſalutem, neque enim ille doctorem aliquem habuit, neque hic ſuggeſtorem & conſiliarium, ſed vterque conſcientia ſuæ magiſtro, & ſapientia diuinitus humano generi ſuppeditata, ad hanc oblationem incitatur. ſed varietas mentis & voluntatis ſegnities illius quidem* E *acceptiſſimam fecit oblationem, huius autem repudiatam.* D.Chryſo.

### *Quæ inuoluntariè offerũtur, inuiſa ſunt Deo.*

117 *Ad munera autem Cain non reſpexit*, Id eſt accepta non habuit, non ea quæ obtulit, erant fructus terræ, quibus non maledixit, cur igitur eos non admittit? cum oues fratris ſui acceptas habuerit: vt commodam inſtituto præbeamus reſponſionẽm, inſpiciamus quænam quiſque obtulit, Cain primitias frugum quæ non niſi cum multo labore producuntur, & è terra veluti gremio quodam violenter extorquentur, Abel autem obtulit primogenita pecorum, quæ ſponte à natura producuntur; dicamus ergo ideo munera Abel quia ſpontanea, accepta, dona; Cain inuiſa, quia quaſi violenta: ſic Ioſeph li. 2. Antiq. c. 2. *Huius ſacrificium ſcilicet Abelis, Deo fuit acceptius, quod ſponte natura genitis conſtaret, quam ea quæ homo auarus & induſtrius, per vim quandam à natura extorſerit.* Ioſep.

### *Quæ Deo damus, ea honore proſequitur.*

*Ad munera autem Cain non reſpexit*, Cur appellat Moyſes munera ſiue dona quæ offert Cain? Nonne potius deberent appellari debita? Cum omnia quæ poſſidemus, illius ſint? Ideo ea quæ Domino præbemus, dona vel munera non autem debita vocantur, ad declarandum quod Deus offerentes ei aliquid honoret: ſic D. Chryſoſtom. hom. 18. *Certè oblata vocat dona, vt per hoc offerentis animo maiorem honorem haberet.* 118 Caietan.

### *Ambitio omnia conculcat, fratremque odit.*

*Iratus eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius*, Cur ira excandeſcis, cur in furorem ageris? Stimulatur inuidia, non mirum igitur iniquiſſimo animo tuliſſe fratrem ſibi antepoſitum, & ita ambitione ductum, fratris mortem deſignaſſe, ambitionis enim tyrannicom malum, omnia proculcat, fratrem vt hoſtem odit, auerſaturque ſi videat ſuperiorem, vnde Caietan. in cap. Matth. 20. explicans petitionem matris filiorum Zebedei petentis à Domino, dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam; alter vero ad ſiniſtram tuam in regno tuo, ait; *Primas ſedes inter duodecim promiſſas petunt, nec volunt alter ſub altero ſedere, ſed vnus ad dextram & alter ad ſiniſtram Chriſti, vt ex vtroque latere ſint primi.* 119 D.Chryſo.

Inſpice ergo quomodo ambitio nullum ſuperiorem habere deſiderat, ſed frater aduerſus alium agit, inter ipſoſmet diſcipulos ſaluatoris.

*Ambitioſus ſtat potius ex parte diaboli, quam iuſtitia.*

120 *Iratus eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius*, Diximus præcedenti conceptu ex ambitione ita concitum io fratrem, ſibi antepoſitum, mortem illius machinatum fuiſſe: ſed ſi Deus cum tibi aoteponit, nonne iuſtiſſimus eſt conferens voicuique quod ſuum eſt? Tentatio autem diaboli eſt vehementiſſima homicidium quod partare ſignas? ſubiice ergo te Deo, & partes dæmonis perniciem tuam B tibi ſuadentis dimitte: ita impius eſt ambitioſus vt ſeligat potius ſtare à parte dæmonis, quàm iuſtitiæ, & ideo non deſiſtet ab homicidio iniuſtiſſimo: ſic D. Chryſo. D. Chryſoſto. hom. 54. ad popul. Antioch. *Qua de cauſa gloriam & in tanta diligis ſolitudine? Hi namque tunc ſoli habitabant, ſed neque hoc eum cohibuit, ſed omnibus ex animo proiectis cum diabolo ſtetit.*

*Auarus eſt, qui cupidine ſeruat ſua.*

121 *Ad Cain, & ad munera eius non reſpexit*, Omnes dicunt hunc Cain fuiſſe auarum quia ſibi fructus C meliores ſeruauit peiores Deo obtulit: ſed nonne propriè dicitur quis auarus qui aliena rapit? Reſpondet D. Auguſt. D. Auguſt. ſer. 196. de temp. *Non ſolum auarus eſt qui rapit aliena, ſed ille auarus eſt qui cupidine ſeruat ſua*. Deinde ad rem præſentem oempe de reprobatioe muneris Cain poſſumus accommodare quod proſequitur, *ſi ſic culpatur qui cupidine conſeruat ſua, quomodo iudicaturus eſt te, cùm non ſolum ſeruas tua, ſed etiam quæris aliena?*

*Gaudium ex bene actis.*

122 *Ad Cain autem & ad munera eius non reſpexit*, D Signum externum quo Deus approbauit ſacrificium Abelis, & reprobauit muoera Cain, fuit inflammatio ſacrificij Abelis, non autem Cain, ſed præter illud exterius ſigoum, oonne aliquod fuit interius quo & ſuum approbatum agnoſceret Abel, & ſuum reprobatum Caio? Nota gaudium eſſe de bona conſcientia, de bene actis, quod eſt fructus ſpiritus ſancti ad Galatas quinto: Galat. 5. oam ſpiritus ſanctus ſolet iis etiam io hac vita qui virtutis opera efficiunt, animi quoddam gaudium caſtiſſimum, & ſuauiſſimum effundere; afferamus ergo ſignom interius quo agnouit ſuum ſacrificium Abel Deo acceptum fuiſſe, gaudium qood à Deo infuoditur de bene actis; ſic D. E D. Ambroſ. l. de Abel & Cain. Ambr. *Quando mens ſibi rectè eſt conſcia, gratulatur, vel infuſione quadam ſpirituali, & repletur animus gaudio.*

*Fides ſine operibus Deo non placet.*

123 *Ad Cain & ad munera eius non reſpexit*, Cur Cain non placuit Deo oec muous eius? D. Auguſt. 15. de Dei ciuitate, ait quod in quo Caio Deo diſplicuit non eſt facile inuenire; tamen audiam quid D. Paulus ad Hebr. 11. aſſerit, quod fide plurimam hoſtiam obtulit Deo, quàm Cain; noooe Cain fidem habebat F erga Deum, io quo fides illius differebat à fide fratris, propter quam Deo acceptus erat, frater autem iouiſus? Nota quod fides plurima eſt cum operibus: non igitur mirum Abel, & munus eius Deo acceptum, ooo autem fratrem ſiue Cain, nec eius ſacrificium, quia qoi fidem habet ſolum ſine operibus non æſtimatur: ſic Thom. Angl. Tho. Angl. *Patet quod Abel habuit fidem per dilectionem optimam, & ideo Cain non placuit Deo quia non habuit charitatem.*

*Fides vniuerſale fundamentum virtutum.*

*Ad Cain autem & ad munera eius non reſpexit*, 124 Fratris autem ſui diximus gratiſſima fuiſſe munera, propter fidem formatam, ſed ſi vtriuſque vitæ curſum indagemus, reperiemus Abel innocentem, iuſtum, omoibuſque virtutibus exornatum, è contra autem fratrem eius Cain impium, parricidam, omnibuſq; fœdatum vitiis: quomodo tot virtutes in vno, in altero autem tot vitia? Nonoe fidem Abelis agnooimus? Ne mireris igitur tot virtutibus florentem, fides enim eſt earum fundamentum: ſic D. Chryſoſt. D. Chryſ. hom. 20. ſuper Matth. *Sicut domus quæ habet validum fundamentum, ſi pars aliqua parietis vel tecti ceciderit, ruina eius magna non erit, quia poteſt fieri vt iterum reparetur, ſi autem fundamentum eius caſſum fuerit, tunc eſt ruina magna, quia tota venit deorſum, ſic & Chriſtianus ſi fornicatus fuerit, aut adulteratus, aut homicidium fecerit cecidit quidem, tamen ruina eius magna non eſt, quia pœnitentia iterum poteſt ſurgere, ſicut David, ſi autem de fundamento fidei aliquid fuerit paſſus, id eſt ſi præuaricatus fuerit, & ad gentiles aut hæreticos tranſierit, tunc eſt ruina eius magna, quia totus funditùs ruit.*

*Fides remedium vniuerſale contra peccata & dæmonis fraudes.*

*Ad Cain autem & ad munera eius non reſpexit*, 125 Ex quo maxima ira æſtuans Cain, necem fratris ſui meditans, vnde tibi ô Cain ira & inuiida aduerſus fratrem? Cur necem deſignas, grauiſſimum & nefaodum crimeo? aduerte poſt ſacrificiom quod Deo obtulit, vt dicemus ioſta ex verſione Caldaica, fidem amiſiſſe, ne mireris ergo ita debilem fuiſſe, tum ad reſiſtendum dæmoni tot crimina ſuadeoti, tum fortemque ad ea perpetranda, quia deficiebat fides remedium vniuerſale contra Diaboli tentatiooes, & omnia peccata: ſic D. Hilarius lib. 2. de trinitate, D. Hilar. *Vt quædam medicamentorũ genera ſunt ita comparata, vt non in ſingulis tantum ægritudinibus vtilia ſint, ſed omnibus in commune medicantur, habentque in ſe virtutem generalis auxilij, ita & fides catholica non aduerſus ſingulas tamen poteſtates, ſed contra omnes morbos opem medelæ impertit, non infirmanda genere, non vincenda numero, non diuerſitate fallendi, ſed vna atque eadem aduerſus ſingula omniaque conſiſtit.*

*Inuidia homicidij cauſa.*

*Iratus eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius*, 126 Nempe nimio zelo inuidiæ ductus, ſed cur ex ira concidit vultus eius? Rup. ait terram aſpiciunt qui crudelia meditantur, ſed quid crudele poteſt meditari cum à nullo ſit offenſus? ſufficit quod ſit inuidus vt etiam homicidium moliatur: ſic D. Greg. Greg. Ma. Mag. 3. part. paſt. c. 11. *Admonendi ſunt inuidi, vt agnoſcant quod dum liuorem à corde non proyciunt, F ad apertas operum nequitias deuoluuntur, niſi enim Cain inuidiſſet fratris acceptam hoſtiam, minime perueniſſet ad eius extinguendam vitam, liuor ſacrificij fratricidij ſeminarium fuit, nam quem meliorem ſe eſſe doluit, ne vtcumque eſſet, amputauit.*

*Inuidus*

### *Inuidus de bonis alienis cruciatur.*

127 *Iratus eſt Cain vehementer & concidit vultus eius*, Ex inuidia ſcilicet aduerſus fratrem, in quo te læſit frater? quæ bona tibi abripuit? quam accuſationem aduerſum te tulit? vt innocenti inuideas, ſolùm enim legimus in hoc fœlicem fuiſſe quòd accepta fuerunt à Deo ſua munera, ſed iuſte, ea enim obtulit corde ſincere & fide perfecta: hoc ſufficit ad inuidiam; inuidus enim ſuum liuorem excitat ex aliena fœlicitate: ſic Greg. 6. Moral. c. 17. *Iniquorum hominum mentes cum quadam à proximis bene geſta conſpiciunt, in extremo liuoris ſui equuleo torquentur, & grauem malitia ſua pœnam ſuſtinent, cum bona in aliis vident.*

Greg. Ma.

### *Inuidia cæca.*

128 *Iratus eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius*, Aduerſus fratrem inuidiâ motus propter ſuam fœlicitatem, exiſtimabat enim eum fœlicem eſſe, quia oblatio eius Deo accepta fuerat, ſed ô Cain, nonne diſcernere potes Deum eſſe iuſtiſſimum, & æquiſſimum, & ideo tua non admiſiſſe munera, quia impuro corde oblata; reſpexiſſe autem dona fratris tui Abel, quia zelo charitatis exhibita? depone igitur inuidiam quam aduerſus fratrem tuum concepiſti, & agnoſce eum potius amore dignum quam liuore; hoc non agnoſcit Cain, inuidus enim omnino cæcus exiſtit: ſic noſter Lyra, in illa verba 1. Reg. nec poterat videre lucernam Dei, &c. ait: *Per Heli ſignificatur inuidus, qui non poteſt videre bonum proximi, qui lucet coram Deo*, D. Cyril. explicans illud Gen. 37. nec poterant quidquam pacificè loqui, ait: *Vide quo feratur inuidia, quàm cæca ſit.*

Cyril. Ale.

### *Inuidia bona animæ perdit.*

129 *Iratus eſt Cain, & concidit vultus eius.* Ex cuius demiſſione aliquid crudele machinari collegimus ex Ruperto, ſcilicet mortem fratris: nonne ante ſacrificium eum colebas & amore proſequebaris vt germanum? nunc autem maiori amore dignus eſt, vidiſti enim eum gratum eſſe Deo, & ideo magis amabilem: cur igitur primum amorem depoſuiſti, odium mortale in eum concipiens? nonne diximus inuidum? optime ſequitur igitur amoris fraterni iacturam feciſſe, imo & aliorum bonorum, inuidia enim omnino deſtruit: ſic D. Greg. 15. Moral. cap. 34. *Inuidia cum mentem tabefecerit, cuncta quæ inuenerit, bene geſta conſumit.*

Gre. Mor.

### *Hypocritarum munus non accipitur à Deo.*

130 *Ad Cain & ad munera illius non reſpexit.* Cur Deo oblatum munus diſplicet? rationem videtur aſſignare ipſe Deus Cainum ſtatim alloquens, iuxta Sept. ſi rectè offeras, non autem rectè diuidas, peccaſti: ſed in quo malè diuiſit? Iſidorus dicit, quia exteriora dabat, & ſe in nequitia conſeruabat; nonne hoc eſt proprium hypocritę? iure merito non acceptum eſt Caini munus, quia hypocritarum dona non admittit Deus: ita explicare videtur D. Bern. ſer. 24. in Cant. *Quid miraris ô Cain, ſi non reſpicit ad te, qui ita diuiſus es in te, ſi manum deuotioni, quid animum das liuori? non concilias Deum tibi, diſcors tecum, non placas ſed peccas*, expende illa verba, ſi manum deuotioni, quid animum das liuori? quaſi diceret, quoad exterius deuotus appares, interius autem impius & inuidus.

D. Bernar.



### *Aliena felicitas triſtitiâ afficit.*

*Iratus eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius*, Vel vt vertunt Sept. & contriſtatus eſt valde, ſi Cain poſt munus oblatum contriſtatur, videtur quod pœnitentiam egerit, nam pœnitentium eſt triſtitia, reſpondet optimè D. Theodo. q. 41. in Gen. *Angebat illum non peccatum ſuum, ſed fratris proſperitas.* 131

D. Theod.

### *Ira lumen rationis extinguit,*

*Iratus eſt Cain & concidit vultus eius.* Ex ira vultus illius demittitur in terram; nonne Deus tibi faciem rectam conceſſit, cur pronam & ſimilem beſtiis deprimis? expers enim rationis videris: non miror ſimilem animalibus in demiſſione faciei, iratus enim erat Cain, at iratus expers eſt omnis rationis: ita Caſſian. *Sol, id eſt ratio quæ pro eo quod omnes cordis cogitationes, diſcretioneſque illuſtret, ſol merito nuncupatur, iræ vitio non extinguatur, ne eodem occidente perturbationum tenebræ autore ſuo diabolo vniuerſum cordis noſtri occupent ſenſum, & tenebris iræ poſſeſſi, velut in nocte cæca quid nos oporteat agere ignoremus.* 132

Caſsia. l. 8.

### *Irati proprium, omnia obruere.*

*Iratus eſt Cain, & concidit vultus eius.* Ira Caini fratricidij origo, cur cruentas imponis manus homini innocentiſſimo, imo & fratri tuo tibi amiciſſimo? benignum enim te ei potius & affabilem pręſtare deberes, non autem immiſericordem & crudelem: naturæ tamen ius violat, Deum non timet, patrem non formidat, omnia denique contemnit, irati enim eſt proprium omnia contemnere & obruere: ſic D. Baſi. hom. de ira, *Quemadmodum torrentes ad curua loca decurrentes ſecum obuia quæque trahunt, ſic & iratorum impetus violenti & inſtabiles, omnia ſimiliter percurrunt atque obruunt.* 133

D. Baſil.

### *Ira radix odij.*

*Iratus eſt Cain, & concidit vultus eius.* Deinde vidimus maximo odio Cain proſequutum eſſe fratrem ſuum; nonne ex fratre tibi amantiſſimo potius oriri deberet amor quam odium? cur igitur ei infenſus? nonne dixit ſacer textus eum iratum? non eſt mirum ergo odium fraternum in eo generari: ira enim radix eſt odij: ſic D. Antioc. hom. 53. *Iræ radicem prorſus ſi à corde excideris, iam non odium erit, non inuidia ad opus vſque progredietur*, expende prima verba, & colliges iram originem eſſe odij, & S. Anthel. Epiſ. Saxonum in Monoſticis, Monoſ. 141. 134

D. Antioc.

D. Anthel.

*Ira odium generat, concordia nutrit amorem.*

### *Inuidia crudelę malum.*

*Iratus eſt Cain, & concidit vultus eius*, Pallidam inſpicio faciem tuam, Caine mentem cruciatam, vultum immutatum, & demiſſum ad inſtar belluæ; quæſo teneris infirmitate, quæ te ita crudeliter angit, vt omnino mutatus, à te ipſo alius videaris? nonne diximus ex fratris fœlicitate inuidiæ ſtimulis agitatum? deſine igitur mirari, cum ita immutatum videas, ac ſi grauiſſima oppreſſus eſſet infirmitate, inuidia enim crudele malum: ita cit. Antioc. ho. 55. *Plane inuidia vehemens, atque atrox malum, ac modis omnibus crudele eſt: qui enim cuipiam inuidet, animi angore diſcruciatur, contabeſcit, miſere eliquatur totus, inuidia enim quaſi vermis in ligno, & in veſtimento tinea, ita cor denique & faciem eius conficit, ac macerat hebeti pallore, qui ſemel in ipſius manus incidit.* 135

D. Antioc.

Kk

Caſſian. 11. de ſpiritu triſtitiæ cap. 9. *Eſt aliud deteſtabilius triſtitiæ genus, quod non correptionem vitæ, nec emundationem vitiorum, ſed pernicioſiſſimam deſperationem animæ iniecit delinquenti, quod nec Cain fecit poſt fratricidium pœnitere, nec Iudam poſt traditionem ad ſatiſfactionis remedia feſtinare, ſed ad ſuſpendium laquei ſua deſperatione pertraxit,*

### *Triſtitia ſignum maximæ infirmitatis.*

146 *Iratus eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius.* Contriſtatus eſt, legunt Sept. additque Cald. & ceciderunt vultus eius; qua infirmitate detineris Cain, cum ita languidam vultus ſpeciem prætefertas? ſignum eſt enim maximè ægritudinis & acutæ, cum quis non erigit faciem, ſed deprimit; maxima ægritudine tenebatur, quia triſtitia, quæ maxima eſt animi infirmitas, afficiebatur: ſic D. Antioc. hom. 25. de D. Antioc. A triſtit. *Omnes animæ vires circumplexa ſemel triſtitia, tota amarulentia complet, atque inſuaui intemperie, neque permittit vt agnoſcat ægritudinem quæ ſe vrget, triſtitia enim animæ eſt mœrentis deiectio, adde & vultus depreſſio.*

### *Triſtitia vermis eſt cordis.*

*Iratus eſt Cain vehementer, & concidit vultus* 147
*eius*, Quid meditaris in illo mœrore? (habent enim Sept. contriſtatus eſt Cain valde) depreſſio enim vultus tui ſignum eſt profundiſſimæ triſtitiæ, & animi maxime infirmi & iam morituri: obſerua cùm vermes cor alicuius arboris exedunt, facile arbor deprimitur; triſtitia igitur Cain mentem eius humiliat, B & corpus inclinat, vt intelligat mœrorem animi vermem eſſe cordis illud corrodentem; ſic cit. Antioc. *Triſtitia abſorbet mœrore confectum, nam vermis eſt cordis ſuammet exedens matrem.* Antioc. cit.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. VI.*

*Vlg:* Dixitque Dominus ad eum, quare iratus es, & cur concidit facies tua?

*Septuag.* Et dixit Dominus ad Cain, quare triſtis factus es, & cur concidit vultus tuus? *ſic Ambroſ.*

*Caldæus.* Cur iraſceris tu, & quare ceciderunt vultus tui?

*Arias.* Ad quid eſt ira tibi, & ad quid ceciderunt vultus tui? *ſic Paguin.*

*Antiqua vulg.* Et quid accenſa eſt ira tibi, & in quid concidit vultus tuus?

C *D. Chryſoſt.* Quare mœſtus factus es, &c.

*Vatabl.* Cur excanduiſti?

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

Nihil de nouo hîc addendum præter ea quę diximus in concordia præcedentis verſus, niſi panaim, ſignificans faciem & vultum.

## EXPOSITIO VERSVS VI.

*Dixit Dominus ad eum,* Quo genere ſermonis loquutus ei fuerit, non eſt certum; exiſtimo autem fuiſſe interno, eo quod ſcriptura nullius meminit ſenſibilis, (quemadmodum meminerat cum deſcripſit Deus ambulantem in Paradiſo ad auram poſt meridiem) Deus alloquutus eſt igitur cum eo modo, quo pro ſuaui humani generis gubernatione conſueuit alloqui homines poſt peccatum, arguen- D te interno ſynderesis ſermone vt reſipiſcant.

*Quare iratus es, &c.* Cur ira qua in fratrem excandeſcis, te ita triſtitia afficit, vt præ illius magnitudine demittas oculos, non ex humilitate, ſed ex liuore? Nolens fratrem aſpicere, ſed meditari incipiens nefandum ſcelus, mortem ſcilicet eius.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Ad habendam rectam conſcientiam Deus te inuitat.*

148 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Nonneô cordium inſpector o eus, ſcis cur iratus ſit, nempe quia accepta habuiſti munera fratris ſui Abel, ſua autem deſpexiſti? Curque cadit vultus eius, quod eſt proprium aliquid crudele meditantium? Quia fratricidium meditatur: ſi ergo hoc non ignoras, cur eum interrogas? Non ignorans interrogat, ſed vt induceret ad deponendam malam conſcien-
Rupertus. tiam inuidiamque in fratrem acceptam: ſic Rupert. lib. 4. de oper. Trin. cap 3. *Ita percunctando, vocat illum mitis ad miſericordiam, ad conſcientiam ſuam inuitat eum ad cor ſuum, vt videat ipſe, quid cogitet bonum aut malum.*



### *Conſcientia mala, maximo metu nos concutit.*

*Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Vel vt 149
E habent Septuag. quare triſtis factus es, & quare concidit vultus tuus? Si nullus neque vnum verbum protulit, quod tibi moleſtum eſſet, quomodo concidit vultus tuus, non ſolum ex mœrore, ſed etiam ex metu? Forte enim Deum vindicem male ſacrificij oblati formidas: obſerua ſtimulis malæ conſcientiæ agitati; quid mirum igitur, ſi ita deiectum habet vultum, tum ex mœrore, tum ex metu, maximo enim mœrore nos concutit mala conſcientia: quod confirmat D. Cyril. Alex. l. 11. in Ioan. c. 32. qui loquens de Iuda D. Cyrill.
habente cohortem integram vt Chriſtum Dominum F comprehenderet, ait: *Magnu quadam res, conſcientiæ certè ſtimulus eſt, qui quando perperam aliquid agimus etiam nullo præſente, ingenti nos metu exagitat, tale quid paſſus proditor vt arbitror & co-*

*hortem armis munitam & Iudæorum miniſtros ſecum adduxit, vt quaſi latrocinio proditum caperet.*

### *Mala conſcientia mœrore nos afficit.*

150 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Vel vt habet Chryſoſtom. quare mœſtus factus es? Neſcio cur triſtaris, pater tui amantiſſimus eſt, Deo ſacrificium ſibi debitum obtuliſti, frater minor te honorat & colit, mater vt primogenitum diligit, mœroris igitur oulla tibi ſubeſt cauſa? Aduerte à conſcientia excruciatum: ne inquiras igitur ſui mœroris origi-
D. Ambr. nem: mala enim cooſcientia lætari noo ſinit, ſed triſtitia angit vehementi: ſic D. Ambroſ. lib. de Cain & Abel, *Cain triſtis factus eſt, quia in propria conſcientia intellexit Deo ſacrificium ſuum non probatum, quando enim mens ſibi recta eſt, conſcientia gratulatur, triſtitia autem Cain, conſcientiæ teſtimonium, repulſa indicium eſt.*

### *Iratus fœdus aſpectu.*

151 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Cur concidit vultus Caini, cum eſſet iratus? Nonne Deus rectum hominem creauit? Quomodo ergo depreſſum tenet quaſi cootra creatiooem hominis? Quid
D. Baſil. inquiris vultum depreſſum habere, quia iræ furore agitatus, fœdus aſpectu eſt: ſic D. Baſil. homil. de ira, *Diſcentes enim turpem eorum tumultuationem, qui ira tenentur; agnoſcimus quod vir iratus fœdus aſpectu ſit.*

### *Ira cibus diaboli.*

152 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Cur in eo tam vehementem iracundiæ paſſionem excitat diabolus? Illa enim ira non propter peccatum, ſed ex
in Cant. Cant. inuidia, & ira diabolica; ideo eam diabolus ſuſcitat, quia ſuum alimentum & cibus eſt: accipe Aponium, *Sicut diabolus cruentâ iracundiâ, & execrando cœno libidinum saginatur, ita Christus Dei filius miſericordia, manſuetudine, vel caſtimoniæ liliis paſcitur.* Expende illa verba: diabolus iracundiâ ſaginatur, quaſi diceret inter delicatiores cibos dæmonis, pinguiſſimum alimentum eſt iracundia ooſtra.

### *Ira temulentia genus eſt.*

153 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Cur ſubiunxit Deus in interrogatione, cur concidit facies tua? Sufficiebat enim eum interrogaſſe de ira, vt ad confeſſionem ſui delicti induceret; nota ebrium ſui corporis non eſſe compotem, habere autem vultum demiſſum, ſignum eſt hominis vt diximus ratione carentis; recte igitur addidit Deus primæ interrogationi hanc ſecundam, vt ei inſinuaret propter iram
Ioan. Dam. ebrio quaſi ſimilem, ait enim D. Ioanoes Damaſceo. l. 3. paralel. c. 32. *Væ his qui temulenti ſunt, non à vino, iracundia animæ temulentia, de ſtatu eam exturbans, non ſecus ac vinum, iraſcentem aliquem tibi animo propone, quemadmodum videlicet ex hoc affectu temulentiam contrahat, ſui ipſius compos non eſt.*

### *Ab ira nos reuocat Deus, ne eum iratum ſentiamus.*

154 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* An tibi ô Deus ira Caini damoum inferre poteſt? Cur igitur ita illius ſollicitus es, vt quaſi Abelis recordari oon videatis? Deus ſollicitus eſt iræ Caio, vt eum ab illa
D. Baſil. reuocet, ne iram diuinam experiatur, conſentit D. Baſil. aduer. iraſcen. *Deſine ab ira, & derelinque furorem, ne te iram meam experiri contingat, quæ de cœlo ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam hominum reuelabitur.*

### *Iratus bellua truculenta eſt.*

*Quare iratus es? &c.* Non ignoras qua de cauſa 155
excandeſcat Caio, cur igitur eum interrogas? Dices vel vt ab ira reuoces, & ad delicti ſui agnitiooem prouoces, & oe homicidium præcooceptum exequatur; ita oe ô Deus, crudelis & ſæuus Cain, vt violentas manus & oecem audeat inferre fratri ſuo? ſine dubio interimet, iratus enim tanquam bellua cru- Cyril. cit. à
delis eſt, & nulli parcens: ſic D. Cyril. cit à Damaſc. Dam. in paralel.
vbi ſupra. *Quanam bellua ita ſæua & truculenta eſt, vt homo iracundus, atque impotentis cuiuſdam excandeſcentiæ tyrannide oppreſſus? aut quodnam ſæuum & venenoſum reptile tam acriter in eos qui propius accedunt inſilit? vt vir acri, atque effrænata quadam iracundia laborans, totaſque velut habenas huiuſmodi affectui remittens.*

### *Bona ira eſt qua progreditur ad comprimendum peccatum.*

*Quare iratus es?* Hæc reprehenſio eſt diuina, cur 156 Pſal. 4.
Cain propter iracundiam obiurgas, nam per Pſalm. tuum, nobis conſulis vt iraſcamur, ais enim iraſcimioi: fateor iram ſuadere, ſed ſolum quæ progredi- Dion. Ale.
tur ad peccatum compeſcendum: ſic Dion. Alex. cit. à Damaſc. vbi ſup. *Iraſci apud nos hoc termino circumſcribitur, vt ad comprimenda peccata progrediatur, nec ſe vltra porrigat, iraſcimini inquit ille, & nolite peccare.*

### *Iratus Deum contemnit.*

*Quare iratus es?* Ioterrogat Deus Caio, quaſi diceret, reprime eam iracundiam, ad te ipſum animum ioiice, rationem tuam ira ſuperabit, quæ ad atroces & belluinas actiones, præcipitem trahet. eam igitur depone; cur Deo non ſatisfacis? Cur interroganti noo reſpoodes? Noo enim legimus interrogatiooi Dei ſatisfeciſſe: oe mireris Deo ooo ſatisfacere, cum eoim iratus eſſet, Deum contemnit, hoc inſinuare videtur Lippom. cum ait, *Deum iniquum indicanis,* Lippom.
Quaſi diceret oeo ooo reſpondet, quia illum deſpicit ioiuſtum eſſe credens. 157

### *Ira diabolicum peccatum.*

*Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Rupertus ait, iratus fuerat Cain inuidendo, & coociderat facies eius fratricidium meditando, & vtrunique ab illo requirit Deus, quia neutrum approbat; ſed cur iram non approbat? Nonne Deum pluries iratum in ſacro textu legimus: Nonne etiam pſalmiſta ait iraſcimini? ouplex eſt ira, vna ex zelo iuſtitiæ, alia autem ex zelo inuidiæ? Ergo hanc ſecundam noo ap- Rupert.
probat, imo reprobat: quia vt ait idem Rupert. *Iraſci inuidendo ſcelus eſt & peccatum diabolicum, quia diabolum imitatur, qui alterius iuſtitiæ inuidet, aliàs autem iraſci vel humanum eſt, dummodo ira prius reſiliat, quam peccati opus generet.* 158

### *Inuidiâ nihil periculoſius.*

*Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* oiximus 157
ita exandeſcere ex inuidia: ſed quomodo ita lethale damnum infert Caio, vt illius faciem deprimat, quaſi hominis defuncti? Quia oullus affectus periculoſior in homioe quam liuor & iouidia; accipe D.

D. Baſ. cit. A Baſilium, *Inuidia nullus exitioſior affectus in hominum animis innaſci poteſt, vt enim ferrum rubigo, ita inuidia animam quam obſederit, conſumit, imo vt rectius loquar, quemadmodum vipera exeſo materno ventre in lucem editur, eodem modo inuidia hanc naturam habet, vt parturientem ſe animam laceret atque conficiat.*

*Peccato obnoxius, ea quæ ſibi ſunt vtilia non conſiderat.*

160 *Quare iratus es, & cur concidis facies tua?* In his verbis admonet Deus quæ ſuot ſibi vtilia, nempe deponere inuidiam aduerſus fratrem ſuum, ſed inquies B an Cain præconceptam deponit, imo vt ait Ambro. auget inſolentiam, acerbat flagitium, vnde hoc? Quia ſemel peccato obnoxius, ea quæ ſibi ſuot vtilia, & D. Chryſo. fructuoſa negligit & deſpicit: ſic D. Chryſoſt. hom. 18. *Incurabilia vulnera auſteris medicamentis non cedunt, ita anima ſemel captiua, ſi ſe peccato cuipiam obnoxiam feceris, conſiderare non vult, quæ ſibi ſunt vtilia, etiamſi quis innumera inculcet, illius auribus nihil proficeret.*

*Inuidus ſemper mœrore afficitur.*

161 C *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Vel vt Chryſoſto. cur mœſtitia afficeris? Si ira & mœſtitia diuerſæ ſunt paſſiones, quomodo vbi legimus iratum, Septuagint. cum Chryſoſto. legunt mœſtum? Diximus hanc iram ex inuidia naſceotem; optime igitur verterunt Septuagint. mœſtum, vbi habemus iratum, quia inuidus cootinuis mœroribus afficitur: Baſil. cit. à Dam. in paral. c de inuidia. ſic citat. Baſilios, *Liuor nihil aliud eſt quam dolor ex alterius rebus ſecundis ſuſceptus, quo fit vt mœrores, animique acerbitates inuidum nunquam deſerant.*

*Inuidus propinquos ignorat.*

162 D *Quare iratus es?* Vel vt habent Septuagint. quare triſtis factus es? Quaſi diceret Deus, quid mœres homo, cum oihil iocommodi tibi acciderit? Quid infenſus atque ioſeſtus fratri mortem deſignas? Si io quibuſdam bonis verſatur, & beneuoleotię erga eum teſtimonium exhibui, oihil rerum tuarum imminuit, retracta igitur mortem quam ei inferre concepiſti? Sed non deſiſtit à ſcelere perpetrando; inuidus enim propinquos, & fratres ignorat: vnde citatus D. Baſilius ait loquens de inuidia, D. Baſil. *Fugiamus fratres morbum impiæ aduerſus Deum pugnæ, magiſtrum homicidij, parentem naturæ confuſionem, propinquitatis ignorationem, calamitatem à ratione alieniſſimam,* pōdera propinquitatis ignorationem. E

*Inuidus nunquam manſueſcit.*

163 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Hæc verba profert Deus maxima cum benignitate, vt ſuadeat Cain necem præconceptam in fratrem reuocare, an verborum ſuauitati annuit, an non occidit? Occidit vtique, & noo mirum; iouidus enim nunquam manſueſcit, ſed crudelior ſemper efficitur: ſic D. Baſil. F cit. Baſil. *Canes cùm aluntur, manſueſcunt: leones blanditiis cicurantur, inuidi autem comitate atque obſequiis vehementius efferuntur.*

*Inuidum ipſa facies prodit.*

164 *Cur iratus es, & cur concidit facies tua?* Diximus inuidię zelo, & liuore Cain affectum, ſed vnde-oam colligimus eum hoc morbo laborantem? Quænam



A ſunt ſigna, Nonne ait Deus, cur concidit facies tua? Ipſa igitur facies demiſſa inuidum prodit, & declarat; ita citat. Baſil. D. Baſil. *Inuidia morbo laborantes vel ipſa quodammodo facies prodit, Infucus ipſis ac ſplendore expers eſt oculus, triſtes genæ, collapſum ſupercilium, animus hoc affectu conturbatus.*

*Inuido nihil miſerius.*

165 *Quare iratus es?* Vel vt habent Septuagint. quare contriſtatus es? Iuſtiſſime reprehendit Deus, nam certe ſummo gaudio & animi alacritate deberes affici, videns fratris munus acceptum eſſe Deo, cur B igitur vbi eſt materia gaudij, originem tuæ triſtitiæ & mœroris depromis? Summa enim miſeria eſt aliis gaudentibus nos mœſtos effici, & contriſtari: ita eſt ſane, vode nihil miſerius excogitari poteſt inuido qui triſtitia angitur, cum gaudere teneretur: ita D. D. Chryſo. Chryſoſt. citat. à Damaſc. cap. 11. de inuidia lib. 3. Paralel. *Quidnam hominibus inuidis miſerius excogitari queas? Cum gaudere ipſis atque ex gaudio emolumentum percipere liceat; malunt tamen ob aliorum gloriam nominiſque ſplendorem mœſtitia affici, atque vnà cum ea mœſtitia, cruciatum quoque à Deo, pœnamque ſibi intolerandam accerſere.* C

*Triſtitia genus ebrietatis.*

166 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Diximus illa pronitate, & vultos demiſſione, aſſimilari Cainum ebrio, ſed vode illa ſimilitudo prouenit? Nonne vbi legimus quare iratus es, Chryſoſto. habet cur triſtitiis affectus es? recte igitur per mœrorem ſimilis ebrio dicitur, quia mœſtitia genus quoddam ebrietatis eſt: ita Ioaon. Damaſcen. lib. 3. paralel. cap. 32. Ioan. Dam. *Mœſtitia ipſa quoque ebrietas eſt mentem ſubmergens.*

D *Triſtitia ſaluti noſtræ aduerſatur.*

167 *Cur iratus es, & cur concidis facies tua?* Vel vt legit Ambroſ. quare triſtis effectus es? Cur tanta cum ſollicitudine, ô Deus, ſtudes Cainum reuocare à mœrore, quo opprimitur? Aduerte ſalutem omnium Deo eſſe curæ; rectè igitur à triſtitia reuocare nititur, quia ſaluti noſtræ inimica: ita tenet Pallad. in Palladius. Lauſiaca hiſtoria ſect. 48. qui loquens de Abbate Apolline ait, *Si quis iubebatur præ ſe ferre triſtitiam, ſtatim pater Apollo ex eo rogabat cauſam, dicebat autem non oportet eſſe triſtes propter ſalutem,* E *cùm futuri ſimus hæredes regni cælorum.* Preme illa verba, non oportet eſſe triſtes propter ſalutem, qoaſi innueret ipſum mœrorem ſaluti aduerſarium.

*Impiorum eſt cum non exaudiuntur, hoc non tribuere ſuæ indignitati, ſed Dei partialitati.*

168 *Quare iratus es?* Quia ſcilicet Deus grata ſua non habuerat munera, ſed cur Deo iraſceris, noo autem tuæ malitiæ vel auaritiæ, cum meliores fruges reF ſeruans, peiores diuino numini offeras? Quia proprium impiorum eſt cum à Deo noo exaudiuntur, hoc non tribuere ſuæ indignitati, ſed ipſiuſmet Dei partialitati: fauet Serap. Port. con. 5. Serap. Por. *Se non exauditum à Deo Cain videns, iraſcitur quaſi contra Deum, hoc ipſum non adſcribit propriæ indignitati, ſed ac ſi Deus ſic agendo male fecerit, ſeu non bono animo affectus erga ſeipſum Cain, in iracundiam quæ non ſinit cernere verum, exarſit.*

*Principis fauor negatus, maxime animum ſubditi deprimit.*

169 *Quare iratus es* ? Et non ſolum iratus, ſed concidit vultus eius, cur ita deprimeris, & quaſi animo deiectus incedis? An frater tibi aliquod damnum intulit? Minime, an parentes in aliquo te læſerunt? Non legimus, cur ita deiiceris? Reuoca in memoriam principem regum grata non habuiſſe ſua dona: ne ſciſciteris ergo, cur ita demiſſo incedit animo, quia principis fauor negatus maxime animum ſubditi deprimit, *Aduerte*, inquit Oleaſt. *qualiter animum deijciat negatus principis fauor, ſicut enim maxime euehit, & lætificat hilaris domini vultus ſeruum, ita omnino deijcit ſi eum ſentiat non affectum ſibi ea qua ſolitus erat hilaritate.* Oleaſ. hic.

*Principes & Prælati quos triſtes inſpexerint, conſolentur.*

170 *Quare iratus es*? Quid ô benigniſſime Deus ſolicitus es iræ & mœroris Caini? Non enim ei occaſionem illius paſſionis præbuiſti, imo nec frater ſuus, ſi ergo ipſemet cauſa ſuæ triſtitiæ extitit, hanc pœnam ferat: nihilominus Deus cauſam ſui mœroris inquirit, vt eo detecto ſolatium ferat, & ſic eo exemplo Principes & Prælati quos triſtes inſpexerint ſubditos conſolentur: *Docentur Principes* (inquit Oleaſt.) *ſeruos quos viderint triſtitia affectos ſubleuare, vt vnde malum proceſſit, inde prodeat medicina, ſunt multi Prælati qui ſiue ſubditi ſint triſtes, ſiue hilares, non curant etiamſi ipſi ſint illis cauſa triſtitiæ, non ſic Dominus Deus: ſed licet videret Cain ſine vlla cauſa iratum erga fratrem & triſtem, cauſam triſtitiæ inquirit, ſubleuat, verbiſque ſolatur, pollicetur bona ſi mentem & opera emendet.* Oleaſt.

*In mœrore noxio, exitium noſtrum.*

171 *Quare iratus es*? Vel vt legit Ambroſ. cur triſtis effectus es? Cur diſſuadere mœrorem Caino niteris ô Deus? Nonne triſtitia deſiderabilis eſt? Teſte enim D. Paulo triſtitia pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur, potius igitur conſule mœſtitiam, vt à peccatis ſuis ad meliorem frugem reuocetur, recte ſuadet Deus Cain mœrorem deponere, quo cruciabatur, noxius enim erat & ad perditionem trahens & ruinam: vnde D. Fulgentius Epiſt. ad Gallam cap. 2. *Salubris etenim noxiaque triſtitiæ debet in noſtro corde manere diſcretio, qua ſit vt nec de amiſſione ſolatij temporalis concidat animus, æternis rebus deditus & de his ſalubrem triſtitiam ſumat, in quibus ſe aut minus aliquid, aut ſecus quam oportuit feciſſe conſiderat, propter quod Paulus vtramque triſtitiam non minus opere docet, quam retribuit, vt diſcernat: denique in vna ſalutis prouentum, in altera mortis poſitum demonſtrat exitium, dicens quæ enim ſecundum Deum eſt triſtitia pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur, ſæculi autem triſtitia mortem operatur.* 2. Cor. 7. D. Fulgent.

*Ad dandam pro peccatis ſatisfactionem, nos inuitat Deus.*

172 *Dixit Deus Cain, quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Vel vt habent Septua. quare triſtis es? nonne ſcis ideo iratum & triſtem, quia ſuum non reſpexiſti ſacrificium, fratris autem ſui donum gratum habuiſti? cur igitur interrogas eum, quare ſic afficiatur triſtitia? ex benignitate & miſericordia, & non ex ignorantia hoc dixit, & vt occaſionem præberet ſatisfaciendi pro munere male oblato: ſic D. Chry. ho. 18. *Poſtquam vidit illum ſupra modum triſtem, & vt ita dicam a triſtitiæ fluctibus ſubmerſum, eum non deſpexit. ſed quam erga patrem ipſius benignitatem declarauerat, dando illi ſatiſfaciendi occaſiones, & fiduciæ ianuam aperiens, manum illi quaſi in præceps eunti porrigens, & occaſionem præbere volens, vt delictum corrigat.* D. Chryſo.

*Prædicatio non prodeſt, niſi ſpiritus ſancti adiutorio.*

173 *Quare triſtis es, & cur concidit facies tua?* In his verbis Deus ſe gerit prædicatorem ſuæ ſalutis, admonens Cain, hoc modo loquutus eſt primis parentibus, & Deum agnouerunt, pœnitentiamque egerunt, Cain autem minime; quomodo in vno prædicatio efficax, in alio minime? ſufficiat ratio D. Aug. 55. de ciuit. c. 1. *In electis Spiritusſanctus operatur intrinſecus, alioquin nihil prodeſt homini omnis prædicatio veritatis, facit autem hoc Deus à vaſis miſericordiæ iræ vaſa diſcernens, nam hoc ipſum quod Deus loquutus eſt ad Cain, loquutus eſt ad primos homines*, Adde in Cain quidem verba Dei non profuerunt, primis autem parentibus maxime vtilia fuêre. D. Auguſt.

*Reprehenſio cum benignitate.*

174 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Quaſi ei diceret, homini ſacrificium non obtuliſti, ſed mihi; non poſſum autem falli, reſpicio enim offerentium mentem, non eſt ergo cur iraſcaris, ſed ego potius in te iraſci poſſem, tamen nec pœnam delicti repeto, ſed dumtaxat oſtendo delictum: cur ô Deus peruerſum hominem alloqueris ita benigne & manſuete? cur ei peruerſam mentem ſuam non aperis, indicaſque te grauiter eum puniturum, & à facie tua exterminaturum, ſi aliquid moliatur contra fratrem? non eum niſi benigne alloquitur, vt declaret eos quos docendos quæ facienda ſunt & vitanda ſuſcipimus, non niſi manſuete inſtruere debere, & benigne reprehendere: ſic D. Chryſoſ. hom. 18. *Expende dilecte ineffabilem benignitatem, & in docēdo nobis congruam humilitatem, quia poſtquam vidit illum ab inuidentiæ affectione oppugnari, vide quomodo pro ſua bonitate congrua ipſi remedia apponit, vt ſtatim educatur, & a quis non obtegatur.* D. Chryſo.

*Reprehenſio cū aliqua conſolatione adhibenda.*

175 *Cur iratus es, & cur concidit facies tua?* Diximus præcedenti conceptu Deum in his verbis ſuauiter reprehendiſſe Cain: ſed aliquid amplius in eis conſidero, nempe quod aliqu[...] modo eum conſolatus eſt, ſenſus enim horum verbo[...]rum, quare iratus es, depone tam qua commotus [...]es, quia oblatum munus tuum non accepi, iterum al[...]ud offeras mente pura, & corde ſincero, gratum mihi e[...]rit: cur quæſo ô Deus, obiurgationi conſolationem a[...]hibes? nonne grauiſſime peccauerat? obiurgetur er[g]o? imo adhibeat ſolatium, obiurgatio ſemper aliq[...] conſolatione leniendæ eſt, quia nimium ſeuera, [...] non aliqua dulcedine attemperata maxime noc[...]a eſt: ita D. Bern. ſerm. 2. in die Paſchatis, *Verbum [...]orreptionis quod ſanare debuerat, quia mordacius fo[...]re videtur, exaſperat & exulcerat magis.* D. Bernar.

*In reprehenſione animus pecc[...]antis conſiderandus.*

176 *Quare iratus es, & cur concidit facies [t]ua?* Nonne ſatis graue crimen commiſerat Cain, v[t] ſecundum

menſuram delicti grauiter obiurgaretur; cur igitur ita blande & benigne tractas? aduerte animum Caini peruerſe inclinatum fuiſſe, ita vt ſeuera obiurgatione ſæuior & immanior excandeſceret: recte igitur leuiter obiurgat, quia in reprehenſione non ſolum grauitas delicti, ſed animus peccantis attendendus eſt; ſic D. Damaſ. lib. 1. Paral. cap. 11. *Non ſolum pro delictorum modo increpatio adhiberi debet, ſed etiam peccantium animus conſiderandus eſt, ne alioqui dum quod præruptum eſt, ſarcire ſtudes, grauiorem ſciſſuram facias.*

D. Damaſ.

*Contumelia contumelioſo non referenda.*

177 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Nonne à Cain contumelia affectus es, cum tibi munus irreuerenter & indebite obtulit, reſeruans ſibi quod melius, & tibi quod peius offerens? cur ergo eum tuo colloquio dignaris? vt cùm aliqua contumelia affecti fuerimus, non contumelias referamus, ſed potius amplectamur: vnde D. Chryſoſt. hom. 2. in Epiſt. ad Rom. c. 53. *Cùm eſſet contumelia ab illo affectus, contumeliam non retulit, ſed obſecrans dixit, vt quid concidit vultus tuus?*

D. Chryſo.

*Plus cruciat Deum peccatum noſtrum, quam noſmetipſos.*

178 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Sed ô mi Deus, cur ad hominem qui præter inuidiam qua laborat, te contempſit, munera viliſſima offerens, accedis & beneuole loqueris? ad te accedat veniam peccatorum petiturus, Deus prius ad peccatorem accedit, quam ad eum delinquens, quia plus eum cruciat peccatum noſtrum, quam noſmetipſos: ſic D. Aug. lib. de ſpirit. & ani. vbi poſtquã ait, tardius videtur Deo veniam dare, quam peccatori veniam accipere, addit: *Sic feſtinat Deus abſoluere tormenta compaſſionis ſuæ. quia plus cruciat eum compaſſio miſeri, quam ipſum miſerum paſſio ſui.*

D. Auguſt.

*Maxime curat Deus, vt peccatum non committamus.*

179 *Quare iratus es, cur concidit facies tua?* deinde, *peccaſti, quieſce*; Cur ô Deus optime non mones Abelem, vt caueat ſibi à fratre ſuo, nec cum eo in campũ deſcendat, imo potius longe diſcedat: Deus potuit monere Abelem vt ſibi caueret à fratre ſuo, ſed ita intentus & ſollicitus in impediendo, & auertendo peccato, vt nihil aliud omnino cogitare videatur, nec vitam iuſti curare: quod innuere videtur Proco. inducens Deum Caino loquentem, *Modo velis poſſes peccatum & repellere*, quaſi diceret, non monet fratrem Abelem, vt ſibi caueat, ſed ſolum Cain ne peccatum committat.

Procop.

*Peccator belluinam faciem ſibi aſſumit.*

180 *Cur concidit facies tua?* Quare Deus ita eum alloquitur? eſtne nouum in homine habere vultum demiſſum? aduerte quòd propriũ hominis & ſolius eſt habere faciem erectam, & cœlos contemplantem, belluarum autem demiſſam, & terram continuo inſpicientem: quo ſuppoſito, recte Cainum aſſeramus ita Deum fuiſſe alloquutum, cur concidit facies tua? quaſi diceret, cur quam tibi dedi faciem hominis abiecisti, & erectam, & aliam demiſſam immanis belluæ efformaſti, ac aſſumpſiſti, certe enim peccator bellua eſt. teſte D. Hier. in c. 13. Iſai. *Dicimus omnes (inquit) qui creatore deſerto ſæculi erroribus ſe dederunt, eſſe quadrupedes:* expende hæc verba vltima, nam per hęc ſignificat peccatores eſſe belluas, & belluæ faciem habentes.

D. Hieron.

*Peccatorem non dedignatur alloqui Deus.*

*Dixit Dominus quare iratus es?* Cur nomen Iehoua appoſitum eſt, cum Deus dirigit ſermonem ad hominem impium, vel cur eum omnino non auerſatur? cum certum ſit regem ſi ab aliquo ſubdito offendatur, eum nec colloquio dignari: ideo ſub nomine ineffabili Iehoua indicatur Deus loquutus impio Cain, vt miſericordiam Dei agnoſceremus non dedignantis hominem peccatorem alloqui: obſeruatio eſt Caiet. *Dixit Dominus ad Cain, nomen eſt tetragrammaton, vt intelligamus quod ipſe ſupremus Deus homines etiam peccatores alloqui non dedignatur.* 181

Card. Caiet. in Gen.

*Ne peccator pejor fiat, admonet Deus.*

*Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Quare eum admones ſalutis ſuę, vt iram deprimat, & fratrem diligat? nonne ſcis à præconcepta impietate non diſceſſurum? conſuluit ei tamen Deus quod ſaluti ſuæ conuenientiſſimum, ne abyſſus prima peccati in alia præcipitaret crimina: ſenſus eſt Lippom. *Admonet Deus iam peccantem, ne pergat peior fieri.* 182

Lippom in Catena.

*Noſtrarum paſſionum vult Deus, vt agnoſcamus originem à nobis eſſe.*

*Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Non ignoras cur ita excandeſcit, cur faciem deprimit: ſuperflua igitur eſt interrogatio; ad quid enim interrogamus, niſi vt quod ignotum eſt nobis, agnoſcamus? non ſuperflue interrogat Deus, ſed vt quaſi digito oſtendat Caino, nullum alium eſſe ſuę nociuę paſſionis authorem, quam ſeipſum: fauet Caiet. dicens, *Benignus Deus ab effectibus, à turbato animo, à caſu vultus, tanquam inquirendo cauſam, procedit, manifeſtaturus quod nulla eſt externa cauſa horum effectuum, hoc eſt, quod non ego, non Abel, ſed tu ipſe cauſa eſt horum effectuum.* 183

Card. Caiet. in Gen.

*Retractatio peruerſæ voluntatis acceptatur à Deo tanquam maximum munus.*

*Cur iratus es, & cur concidit facies tua?* Vtinam pœnitentiæ non parricidij futuri dolor fuiſſet, ſed quamuis fuiſſet dolor pœnitentiæ, potuiſſetne compenſare delictum quod in male ſacrificando commiſerat? tam efficax eſt retractatio prauæ voluntatis, & dolor de peccato, vt acceptaretur à Deo tanquam munus & ſacrificium: audi D. Baſilium Seleu. orat. 4. *Si dolorem pœnitentiæ obtuliſſet Cain, pretio ſuperaſſet antecedens ſacrificium, doni namque loco retractationem conſilij Deus admittit.* 184

Baſil. Seleu.

*Noſtra vulnera mitigat Deus per ſeipſum.*

*Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Eum reuocare ab iracundia ſtudes, cur matrem illius vel patrem, ad eum non miſiſti vt temperarent excandeſcentiam illius animi? vel aliquem Angelum qui eum corriperet? per ſe ipſum ei loquitur, vt ipſemet illius vulnera nempe inuidiæ mœroris & iræ mitiget, ita citatus Baſil. *Mitigat per ſeipſum triſtitiæ vim Deus, de more humaniorum medicorum, qui etſi malum deſperent, ſpem tamen habent repoſitam in medicamine.* 185

Baſil. citatus.

### *Vt nos conuertat Deus, quaſi gratiam noſtram requirit.*

*Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Quaſi
186 diceret non eſt quod iraſcaris, cum nullam propter male oblatum ſacrificium pœnam impoſuerim, erga cœlum igitur vultum erige, & in terram ne deprime, ſed cur ô Deus hominis impij ita ſollicitus es? quid tibi refert vtrum erigat vel deprimat vultum? vtrum iraſcatur nec non, cum potius ſibi iraſcatur quam alteri? ita ſollicitus eſt Deus conuerſionis noſtræ, vt humaniſſimo modo loquatur, quaſi à nobis gratiam conſequi vellet; hoc ſignificare videtur citatus Baſil. *Voce communicat, & ratione quadam conſilioque ab eo gratiam init, quare iratus es, ſtatue delicti prioribus modum*, pondera illa verba, ab eo quaſi gratiam init.

Baſil. Seleu.

### *Auari excandeſcentis remedium eſt, bonorum ſuorum reuerſio.*

*Quare iratus es & cur concidit facies tua?* Diximus
187 his verbis humaniſſimis Deum reuocare voluiſſe ab iracundia, ſed nonne aliud etiam exprimere videtur vt ei perſuadeat ab ira ceſſare? Audi D.

A Baſil. *Quare iratus es, ad te reuertitur hoſtia, tibi dedi muneribus frui, tibi ſatis eſt, ad animi conuerſionem hoſtia reuerſio, delitiare cum donis tuis, deſine damna tua lugere.* Ex Baſil. igitur collige quod efficaciſſimum remedium iræ auari excandeſcentis eſt donorum ſuorum redditio, ſi quidem Deus vt Cain auari, inuidi, & excandeſcentis iracundiam eradicet, en ad te reuertitur hoſtia, tibi dedi muneribus frui, quaſi diceret à te nihil accepi, & quod obtuliſti integrum reſtituo.

Baſil. Seleu.

### *Iracundus lædit, nullo accepto detrimento.*

*Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* A præ- 188
B concepta morte quam fratri ſuo machinabatur vult reuocare Deus, tamen ei mortem intulit, in quo te læſit frater? Quod damnum tibi intulit? Nullum equidem: cur igitur eum interimis? Nonne ita excandeſcit? Ne miretis igitur fratrem occidiſſe, à quo minime læſus es, quia iracundus nullo etiam detrimento accepto quemlibet inuadit: ſic Euagrius ad Anatolium libro de octo vitioſis cogitationibus, *Iracundia acutiſſimus ac rapidiſſimus affectus eſt, ſiquidem indignationis feruor, & concitatio eſt aduerſus eum qui læſiſſe videtur*, Adde quamuis non læſerit.

Euagrius.

## *VARIETAS VERSIONVM I. PARTIS VERS. VII.*

*Vlg.* Nonne ſi bene egeris recipies, ſin autem male ſtatim in foribus peccatum aderit?

*Septuagint.* Nonne ſi recte offeras, non autè recte diuidas, peccaſti? quieſce, *ſic Ambr.*

*Cald.* Nonne ſi bene egeris opera tua, dimittetur tibi, & ſi non bene egeris, in diem iudicij peccatum tuum ſeruatum eſt?

*Arl.* Nonne ſi bene feceris eleuare, & ſi non benefeceris ad oſtium peccatum cubans?

*Caietan.* Iam ſi bene facies leuare, ſi non benefacies ad portam cubans peccatum.

*Pagninus*, Nonne ſi bene feceris venia erit, & ſi non bene feceris in porta peccatum cubat?

*Vatabl.* Nonne ſi bene feceris erit acceptatio? &c.

*D. Hieron.* Nonne ſi bene faciens dimittetur tibi omne delictum tuum, quod ſi male egeris ilico peccatum tuum ante veſtibulum.

*Theodotion.* Quod ſi bene egerit, erit acceptabile?

*Alij. teſte Lippo.* Ad oſtium ſepulchri ſemper peccatum tuum accuſabit, quouſque illa dies iudicandi acceſſerit.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

NAſa נשא tollere, attollere, eleuare, ferre ſiue portare ſignificat, parcere item, ſiue remittere, præterea, ſuſcipere, accipere, aut acceptare, hinc oritur tot verſionum diuerſitas: lectio autem Septuag. non correſpondet textui Hebræo, teſte Hieronymo ſenſum litteræ ſatis obſcurat: in Caldeo non eſt immorandum, eſt enim paraphraſis: dictio רבץ robez, quam vertimus *cubans*, ſignificat iacere, cubare.

## EXPOSITIO I. PARTIS VERSVS VII.

N*ONNE ſi bene egeris recipies?* Cum Deus ſit æquiſſimus hominum iudex, tam remunerandis eorum bonis operibus, quam puniendis eorum maleficiis, ait illi, ſi bene egerit præmium & mercedem ſuorum benefactorum recipiet: ſed cum varia ſit lectio huius verſus, præcipue apud Cald. & Sept. breuiter eorum ſenſuum aperiam. Cald. igitur ſignificat, quod Deus eum monere voluerit, vt exẽplo fratris ſui Abel, mainti deinceps fide ac pietate ſacrificia ſua offerret: nam pro illa voce quã habet, *ſi emendaueris opera tua*, in Hebræo vocabulum nõ ſolum operari, ſed colere ſignificat, ideò hoc loco cultus Dei, id eſt ſacrificium quod Cain Deo obtulerat, interpretandum eſt, ſi ea Deo grata & accepta eſſe cuperet.

Sept. autem lectio, nonne ſi recte offeras, &c. ſic intelligenda, quia in recta diuiſione, quæ prima ſunt ſecundis, quæ cœleſtia ſunt terrenis præferenda, Cain autem quæ meliora erant ſibi tribuebat, quæ peiora Deo, ideo non recte cum eo diuiſit.

*Sin autem male egeris*, id eſt, ſi peruerſa mẽte vixeris, *ſtatim in foribus peccatum tuũ aderit*, id eſt, peccati tui pœna & vindicta præſto tibi erit, nec te ſinet tranquillo & quieto animo viuere; aduerſariã enim tibi intrà te conſcientiam habebis, quæ te continuo accuſans, nũquam quieto animo eſſe patietur.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Impedit Deus ne peccatum committatur.*

289 DIXIT Deus, *nonne ſi bene egeris recipies, ſin autem male, ſtatim in foribus peccatum aderit?* Quare hunc ſermonem dirigit ad Cain? nonne naturali lumine potuit agnoſcere fratricidium quod in corde ſuo moliebatur, dignum eſſe pœna? ideo eum monuit pœnæ futuræ, vt à peccato iam concepto deterreret, impediretque ne illud committeret:

Rupert. ſic Rupert. lib. 4. cap. 3. *Quia tamen mente deliberas perpetrare opus peccati, en igitur prius quam id facias, ne poſteaquam feceris, quaſi de ignorantia te excuſes, dico tibi quod in foribus peccatum aderit, vt quocunque te verteris, quidquid agere volueris, tecum ſit comes in itinere, princeps in opere.*

*Confirmatur idem conceptus.*

190 *Si male egeris in foribus peccatum tuum.* Sept. habent, peccaſti, quieſce, quod eſt quieſce? quomodo poteſt poſt peccatum quis quieſcere, cum carnifex conſcientia eum accuſet, & peccatum contra eum inſurgat? Nota quod Deus cordium inſpector, ſciebat ex inuidia fratrem ſuum aggreſſurum proditoriè, & occiſurum; reſpondeo ergo ideo dixiſſe, peccaſti, quieſce, quaſi eum admoneret vt iam ceſſaret à peccatis, nec in eis vlteriùs progrederetur; ſic

D. Chryſoſt. D. Chryſoſt. hom. 18. *Cohibe tumultus illos tuos, ne addas priori peccato aliud grauius, neque conſilium aliquod immedicabile accipias, ne te ipſum maligno dæmoni captiuum tradas, peccaſti, quieſce: ſciebat ab initio quod fratrem hic adoriturus eſſet, & ideo antea verbis reprimit, congruam ipſi medicinam protulit, tametſi ille repulſo medicamento, in fratricidij profundum ſe præcipitauerit.*

*Peccatum vſque ad diem vltimum manebit, niſi pœnitentiâ purgetur.*

191 *Si male egeris in foribus peccatum tuum.* Aliqui exponunt ad oſtium ſepulchri ſemper peccatum accubabit, quid eſt ad oſtium ſepulchri peccatum accubare? Cum enim peccatum nihil ſit, quomodo poteſt accubare? Si autem accubat, cur ad oſtium ſepulchri? hic ſenſus poteſt reddi, quouſque dies iudicandi acceſſerit, quo tempore de omnibus peccatis pœna luenda eſt: ſicut admiſſo ſcelere, ad iudicis portam pœna ſuſpenſa dicitur manere, donec ille ferat iudicium, tunc finaliter condemnaberis Cain niſi pœnitentiam delicti, & tui criminis egeris, quē

Caldæus. ſenſum ſequitur Cald. loquiens, *Si non bene egeris, in diem iudicij peccatum tuum ſeruatum eſt.*

*Peccatum inſequitur peccatorem, donec in infernum detrudat.*

192 *Si male egeris, ſtatim in foribus peccatum aderit,* Vel vt in Hebræo peccatum excubabit; vnde quæſo ducitur illa metaphora? Certè à ſatellitibus, & lictoribus, ſeu carcerum cuſtodibus, qui olim ſimul cum malefactoribus colligati excubabant ne poſſent effugere, vt Lorinus act. 12. nu. 6. oſtendit: dicamus ergo optimam metaphoram eſſe quod quemadmodum ſatelles perpetuò aderat malefactori, quouſque illum in extremum ſupplicium præcipitaret, ita & peccatum inſequitur peccatorem, donec ipſe in ba-

Lippom. rathrum miſeriarum deuoluatur: ita Lippom. *Peccatum ad oſtium cubat, id eſt pœna pro peccato conceſſa vicem ianitoris obtinebit, ſemper enim concomitabitur te tanquam corpus vmbra, ſiue introeas, ſiue exeas, vſquequo præcipitem te dederit.*

*Peccatum impedit ne voces Dei audiantur.*

*Si male egeris, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit,* Vbi Lyranus legit peccatum tuum erit in foribus recubans, vel vt D. Hieronym. ante fores peccatum ſedebit; quid eſt peccatum ſedere ante fores? & vnde nam hæc metaphora dicta? Ab animalibus cuſtodientibus fores dominorum ſuorum, ne quis ignotus domum ingrediatur, prohibent enim & vocibus, & vnguibus, dentibuſque ingreſſum cuiuſcumque: eodem igitur modo peccatum ad fores animæ noſtræ ſedens, & accubans prohibet, & impedit ne quid boni ad nos ingrediatur, in hoc ſenſu videtur expoſuiſſe D. Hieron. hunc verſ. Pſalm. 50. *Peccatum contra me eſt ſemper, ait enim, quia ſcilicet nos à Deo ſeparat qui eſt fons à quo omnia noſtra bona procedunt;* Quaſi diceret peccatum meum iuxta me eſt, à Deo me ſeparans ne bona mihi communicet. 193 D. Hieron.

*Peccatum ſeipſum cum victoria prodit, inſultans peccatori.*

*Nonne ſi bene egeris recipies, ſi autem male, in foribus ſtatim peccatum aderit?* Quid eſt in foribus peccatum adeſſe? non deſunt qui aſſerant illud dictum ſumpta metaphora ab eis qui ſtemmata, & gentilitia facinora depingunt ſupra domorum portas, vt omnibus eorum nobilitas manifeſta ſit: ſic quicunque peccat, depingit & ſcribit crimina, & ſculpit ſupra domorum portas, vt facile omnibus tranſeuntibus fiant manifeſta. Vel forte à venatoribus, qui cùm feram aliquam cœperint, caput ſupra portam affingunt, & exuuias: non aliter peccatum, cum aliquem hominem deuicerit, ſuper domum ſuam ſignum ſuſpendit, captans laudem de victoria: ſic B. Chryſol. qui 10 hunc ſenſum adducit illud Matthæi 15. de corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, &c. id eſt, non ſe continent intra cordis penetralia ſed in publicum prodeunt, & in vulgus procedunt. Subiicio verb. Chry. *Non contenta in occulto vincere, quaſi quæ famam quærant de hominis ruina.* 194 B. Chryſol. Matth. 15.

*Peccator impudentiſſimus.*

*Si male egeris, ſtatim in foribus peccatum tuum adierit,* Conſtituamus has fores non in domuncula peccatoris, ſed in aula regia Dei omnipotentis: quid ſignificabitur peccatum in foribus eſſe? Niſi declarare tantam hominis impudentiam, tam inſolitam temeritatem vt peccatum ante fores Paradiſi apponat, ac ſi ſtercora, canes mortuos, cadauera ſcabie fœtoreque manantia, etſi quid aliud aſpectu fœdū in orbe habetur, ad valuas palatij in quo ipſe reſidet in ſummam ignominiam proiiciat; eſt enim vt rectè D. Bernard. *Peccator opprobrium hominum, pecore vilior, cadauere peior, tolerabilius canis putridus fœtet hominibus, quam anima peccatrix Deo.* Si ergo peccator proiicit peccatum ſuum fœtidum ante fores cœli, aliquid ne impudentiùs excogitari poterit? 195 D. Bernar. de int. domo cap. 35.

*In primo peccato ſiſtendum ne perdamur.*

*Nonne ſi male egeris, &c. peccaſti quieſce?* Quanam quiete gaudere poteſt peccator, cum à conſcientia 196

continua torqueatur? Addit Deus, ad te conuerſio A
eius, & tu dominaberis illius, quem ſenſum poteſt
habere hic ſermo diuinus? Nota quod ait D. Ambr.
de generoſo elabenti equo in Apolog. Dauid pleri-
que equorum cum ceciderunt, ſe iactare conſueue-
runt, & quos caſus non læſerit, à iactando ſe debili-
tant & franguot: alij, qualis Græcorum fertur natu-
ra, cum vel in certamine curuli eliſi fuerint, vel for-
tuito ceciderint, nequaquam ſe mouere conſucue-
runt, & quandam tenent quietis, *& diſciplinam pa-
tientia*. His ſi caſus non nocuit, quies prodeſt, certe
non exacerbatur offenſio, immo ſic quidam à lapſu à B
quouis ſigno lori euocati vel blando ſibili iuuami-
177 ne alacres, & expediti aſſurgunt, vt fœliciter curſum
conficiant: ex hoc poſſumus ſic ſenſum conficere,
dum lapſus ſemel, quieſce, ſiſtas, ad te conuerſio
eius & tu dominaberis illius, facile effrænem appe-
titum cohibebis, vel minimo lori ſigno ſeu blaodo
popyſmate, tui compos exurges, in Deumque con-
uerteris, ea facilitate conuerſio appetitus fiet, qua
generoſus equus quieſcens in ruina, vt vel ſibilo euo-
catus & reuocatus brauium deſperatum pertingat?
hanc quietem expauit diabolus in Iuda, & ideo ſic
illum impellebat poſt acceptam bucellam, vt conti- C
nuo in venditionem magiſtri compulerit exire, ait
enim Ioan. cap. 13. cum accepiſſet ille buccellam, exi-
Ioan. 13. uit continuo, quæ verba expendens D. Cyrill. lib.
D. Cyril. 9. cap. 19. *Timet, & credo, diabolus ne morando, lo-
cus pœnitentiæ detur, & quaſi è temulentia mentem
ſuam homo rectius cogitans eripiat, hac de cauſa fe-
ſtinat ac impellit.*

*Conſcientia in corde ſemper accubat.*

197 *Nonne ſi bene egeris recipies, ſin autem male, ſtatim
in foribus peccatum aderit*, Pagninus in porta pec-
catum accubat, aliqui interpretantur conſcientia D
tua mala ad cordis fores ſemper accubabit, quid eſt
conſcientiam ad cordis fores accubare? Reſpondet
Lippom. Lippoman. *Nihil aliud eſſe quicquid peccatores a-
gunt aut moliuntur, ilico illis praeſt, nec lætos vn-
quam eſſe permittit conſcientia.*

*Malâ conſcientiâ perpetuo moleſtamur.*

198 *Si male egeris, ſtatim in foribus peccatum.* Vel vt di-
ximus ſuperius, conſcientia mala ad cordis fores ſé-
per accubabit: ſi ſolum accubat quod damnum po-
teſt inferre homini peccatori, qui non deſinet deli- E
ciis voluptatibuſque indulgere? ſed falleris; pecca-
tor enim quamuis fœlix, ac diuitiis, & delitiis fortu-
natus eſſe videatur, ſemper tamen moleſtiis à mala
D. Chryſo. conſcientia afficitur: ſic D. Chry. conc. 4. de Lazaro,
*Conſcientia ſiue domi, ſiue in vus, ſiue in menſa, ſiue
in foro, ſiue in itinere frequenter, & in ſomniis pecca-
torum nobis ſimulachra ſpectraque repræſentat.*

*Conſcientia quodlibet facinus attentat, niſi
timore ſeretur.*

199 *Si male egeris, ſtatim in foribus aderit peccatum,* F
*quieſce*. An quieuit tuo præcepto obtemperans? mi-
nime, imo fratrem interfecit: ſi te Deus, ô Cain, tuæ
ſalutis ſollicitus, ad meliorem frugem reducere co-
natur, conſulenſque vt vltra non progrediaris, quo-
modo ita impius ſalutem animæ tuæ omnibus poſt-
ponens, Deo tibi optime conſulenti non acquieſcis?
aduerte nullum in eo timorem Dei fuiſſe, & ſtimu-
lis conſcientiæ agitatum: ne miremur igitur vtiliter
conſulenti Deo non obtemperaſſe, ſed manus vio-
lentas fratri ſuo intuliſſe, quia mala conſcientia nul-
lo timore frænata, quodlibet facinus impium aggre-
di non reformidat: ſic Pett. Abb. Celen. lib. de con. Petr. Abb.
*Niſi timeat conſcientia, facinus quodlibet attentat,
vel perpetrat niſi ſubijciatur verbis veritatis, in ela-
tionis & mendacij ventis euaneſcit, niſi diligat quod
diligendum eſt, calcaribus ſemper vrgetur, & cura
propoſitum ſiſtitur, fundamentum iacit timor, pa-
rietes conſtruit humilis ſubiectio, tecta ſuperædificat
ſublimis dilectio.*

*Sacrificij acceptationem impedit diuiſio.*

*Nonne ſi bene egeris, recipies, ſin autẽ male, ſtatim* 200
*in foribus peccatũ aderit.* Sept. transferunt, nonne ſi
recte offeras, non autem recte diuidas, peccaſti? hoc
ſacrificium Cain non fuit Deo acceptum, cur non
gratum cum de fructibus terræ munera obtuliſſet?
nonne ibi eſt ſermo de diuiſione? non igitur mirum
ſi non fuerit munus oblatum acceptum, quia vbi eſt
diuiſio, ibi non eſt acceptio: ſic D. Ambroſ. libr. 2. de D. Ambro.
Abel & Cain capite ſexto, *Vbi eſt diuiſio, ibi totum
ſacrificium refutatur.*

*Sacramentum non miniſtret qui in peccato
mortali eſt.*

*Nonne ſi bene egeris recipies, ſin autem male in fo-* 201
*ribus peccatum erit?* Sept. transferunt, peccaſti, quieſ-
ce, quis in peccato mortali quieſcere poteſt, cum ni-
hil magis inquietum reddat animum, quàm mala
conſcientia, cur ergo præcipit, vt ſi peccauerit quieſ-
cat? non præcipit abſolute vt quieſcat poſt peccatũ;
ſed ſi quis male & peruerſe ſacrificauerit, non per-
gat vlterius miniſtrare ſacramentum in peccato,
quia addet peccatum peccato: ita D. Ambr. lib. 2. de D. Ambroſ.
pœnit. cap. 11. *Nemo in peccato poſitus, arrogare ſibi
debet authoritatem ſacramentorum, quia ſcriptum
eſt peccaſti, quieſce, melius eſt tunc quieſcere, cum
exercere non queas opera pœnitentiæ, ne in ipſa pœ-
nitentia fiat quod poſtea egeat pœnitentia.*

*Sacrificium in iuſtitia offerendum.*

*Nonne ſi bene egeris, recipies.* Sept. Nonne ſi recte 202
offeras, non autem recte diuidas peccaſti? quid eſt
non recte diuidas? nota quod Cain obtulit non de
primitiis, ſed de poſterioribus fructibus, meritò er-
go non fuit ſacrificium oblatum acceptum, quia nõ
obſeruauit iuſtitiam in oblatione munerum, cùm
priores fructus debuiſſet Deo offerre: ſic D. Ambr. D. Ambr.
lib. 1. cap. 6. de Abel & Cain, *Defuit ſacrificio Cain
iuſtitia, quam ſi tenuiſſet, Domino debuit primitiua
munera, non poſteriora deferre*, deinde ſubiungit:
*recte igitur Cain obtulit, quæ oblatio inſigne deuotio-
nis, & iudicium gratiarum eſt; ſed non recte diuiſit,
quia ante omnia Deo debuit deferre primitias, vt à
gratia inchoaret authoris.*

*Sacrificium offerendum cum humilitate.*

*Si bene egeris recipies; ſin autem male, in foribus* 203
*peccatum.* Hæc verba dixit Deus Caino dolenti &
irato, non fuiſſe ſacrificium ſuum acceptum, cùm ta-
men nihil loquutus fuerit Abeli poſt oblationẽ ſui
muneris? Nonne virtus, ô Deus, laudata creſcit; ſicut
igitur ſignificaſti Caino ſuum munus tibi non pla-
cuiſſe, vt vitium eius reprehenderes, cur etiam vir-
tutem Abelis non extuliſti, vt & in virtute profice-
ret, & certo agnoſceret ſuum munus tibi gratum
fuiſſe? aduerte Abelẽ maxima cum humilitate do-
num obtuliſſe, nihil igitur Deus ei dixit de ſui ſacri-

ficij acceptatione: qui enim humiliter ſactificat, certus debet eſſe ſuum donum maxime Deo placere: D. Iſai. ſic B. Iſai. Abb. orat. 8. *Si tuum offers ſacrificium cũ humilitate tanquam ſis indignus, gratum eſt apud Deum, quod ſi extollaris in corde tuo, tuus inanis eſt labor.*

### *Mala tentatio ſtatim ſopienda.*

204 *Si male egeris ſtatim in foribus peccatum tuũ aderit*, Septuaginta legunt, peccaſti quieſce, quid eſt quieſcere poſt peccatum, cum non niſi in bonis operibus requies inueniatur? Peccato, malam ſuggeſtionem potes intelligere; bene ergo dictum eſt peccaſti, quieſce, quaſi diceret, praua ſuggeſtio mentem occupauit, ilico ne malum vlterius ſerpat, ſopias, quod fere D. Ambroſ. exprimit dicens omnia Deus docet, primum ne pecces, ſecundò ſi peccaueris quieſcas, vnde D. Auguſt. optime monet delictum vbi oritur, Philipp. Abb. ibi moriatur, & optime D. Phil. Abb. de ſilentio clericor. ca. 107. *Si nobis ſuggeſtionem peſtiferam inſuſurrat nempe diabolus, ſi huic ſuſurro noſtra vigilantia, imo diuina cito gratia non occurrat, quibuſdã lenociniis ſuaſor veneficus illud ſatagit irrigare, & diligenter focum facit, voluit ſurculum germinare, quod de malo proficiens in peius paulatim coaleſcit, peruerſa coaleſcens inſtar arboris inualeſcit, inualeſcens feſtinat adeo ramos patulos dilatare, vt in eis inueniantur cœli volucres, id eſt, maligni ſpiritus habitare.*

### *Quomodo facienda correctio fraterna, & quando.*

205 *Nonne ſi recte egeris, recipies*, Secundum Septuag. ſi recte offeras, non autem diuidas peccaſti, D. Greg. in Ezech. homil. 11. hoc exponens de eo qui debet corrigere ait, penſare debet, quid loquatur, cur loquatur, quando loquatur, & quantum loquatur: ſi enim horum vnum defecerit, loquutio non erit apta, ſcriptum quippe eſt ſi recte offerens, &c. neſcio ô Gre. Mag. in Ezech. hom. 11. Gregori, ſi recte offerimus in correctionis materia, cur non recte diuidemus? Correctionem enim quam præcipit Deus fieri, exequimur: recte autem hanc diuidimus, quia peccantes corrigimus: non ſufficit enim vt nos corrigamus peccatores, ſed recto ordine id faciendum eſt, aliàs bene offeremus, ſed non recte diuidemus, hoc exponit eleganter citatus Doctor. *Recte offerimus cum bono ſtudio bonum opus agimus, ſed non recte diuidimus, ſi habere diſcretionem in bono opere poſtponamus: conſiderare enim debemus quid loquamur, vt iuxta Pauli vocem, ſermo noſter ſemper in gratia ſale ſit conditus: penſandum vero nobis eſt, cur loquamur quia ſæpe increpationis verbum quod hæc admittit perſona, altera non admittit; penſandum quoque quando loqui debeamus, quia ſæpe & ſi differtur increpatio poſtmodum benigne recipitur, & nonnumquam langueſcit, ſi hoc quod ante proferri debuit tempus amiſerit, &c. penſandum quoque nobis eſt, qualiter loquamur: nam ſæpe verba quæ hunc ad ſalutem reuocant, aliũ* ad Titum 2. *vulnerant, vnde Paulus quoque Apoſtolus Titum* ad Tim. 2. *admonet, dicens: argue cum omni imperio, Timotheum exhortatur dicens argue, obſecra, increpa cum omni patientia & doctrina: curandum quoque quantum loquamur, ne ſi ei qui multa ferre non valet per verbum vel exhortationis vel increpationis longius auditorem noſtrum ad faſtigium perducamus;* ad Hebr. 13. *vnde idem prædicator egregius Hebræis loquitur dicens, obſecro vos fratres, vt ſufferatis verbum ſolatij: etenim per paucis ſcripſi vobis: hoc tamen infirmis præcipue conuenit, vt pauca quidem, &* A *quæ valent capere, audiant; vnde & medici corporum pannos quos infirmantibus ſtomachis ponunt, apto quidem medicamine leniunt, ne ſi repleti nullo medicamine fuerint, infirmitatem ſtomachi non roborantes adiuuent: ſed opprimentes grauent.*

### *Bonum opus cum recta intentione agendum.*

206 *Nonne ſi male egeris, in foribus peccatum aderit?* Septuag. habent, nonne ſi recte offeras, non autem recte diuidas, peccaſti? Non ne ſufficit vt opus ſit Deo acceptum, ei offeratur? Cur ergo ſi Cain recte obtulit munera ſua, hac de cauſa non ſunt ei accepta? Nota hoc verbum, ſi non recte diuidas: reſpondet ergo D. Gregor. *Rectè offertur ſi cum recta intentione agitur, ſed recte non diuiditur ſi non quod pie agitur ſubtiliter diſcernatur, oblata enim recte diuidere eſt bona ſtudia ſolicite diſcernendo pẽſare, quod qui agere diſſimulat, & recte offerens peccat: ſæpe enim quod bono ſtudio agimus, dum diſcernere caute negligimus, quo indicatur, fine neſcimus, & fit reatus criminis, quod putatur cauſa virtutis.* Greg. li 3. mor. c. 10.

### *In operibus bonis cauenda eſt ſuperbia.*

C *Nonne ſi bene egeris recipies?* In Hebræo eſt Seth à 207 Naſi quod inter alia ſæpe ſignificat eleuare: ſic aduertit Oleaſter; eleuare autem, eſt ſuperbire ac præſumptuoſè ſentire, & euaneſcere: ſenſus ergo erit, nonne ſi bene egeris, eleuaberis? ita tranſtulit Arias Montan. certa enim fere eſt ſuperbia, & præſumptio in bonis operibus, nam ſicut ait Auguſt. *Cætera vitia in maleficiis gaudent, ſuperbia in benefactis, magiſterque, & ſuaſor ſuperbiæ ſerpens diabolicus ſtatim obrepit, & mediis virtutibus ſeſe inſerit, vt in elationem, & arrogantiam inducat.* D. Auguſt.

### *Reprobi ſi bene egerint, ſaluabuntur.*

D *Nonne ſi bene egeris, recipies?* Quid recipiet? Sine 208 dubio ſi bonis operibus ſe exercuerit & charitatem fraternam retinuerit, Deumque ſuper omnia & toto corde ſuo dilexerit, aliquando vitam æternam conſequetur; ſed ſi non erat ex numero prædeſtinatorum, ſed reproborum, quomodo dicimus aliquando gloriæ futurum poſſeſſorem? inſpice quid dicat textus ſi bene egeris, & optime: quia reprobi ſi bona operati fuerint, vitam æternam conſequentur. *Clariſſimum eſt* (inquit Seraph. Port. conc. 6.) *Quod* Seraph. E *Cain erat reprobatus, & tamen audit à Deo quod ſua bona ſi faciet, non amittet mercedem, quid apertius contra hæreticorum tentationem, nunc maxime vagantem? Quid dicunt hi ſcripturarum prorſus ignari, & contra ſcripturas tam manifeſtas confuſe latrantes: Si ſum reprobatus quantumcumque bene agam, damnabor, vnde trahunt iſtud? Ex officina ſane diaboli patris illorum; nam ex officina Dei, vt hic ad litteram luce meridiana clarius patet, oppoſitum habetur.*

### F *Qui fidem ſine bono opere poſſidet, ſolum mortuum munus Deo offert.*

*Nonne ſi bene egeris, recipies?* Septuag. nonne ſi recte offers, non autem rectè diuidas peccaſti? Quid miraris ſi tua inuiſa Deo fuere munera? miratur quidem, cum ei de frugibus terræ tanquam ſummo omnium creatori obtulerit equidem, ſed non recto diuiſit, quid eſt non recte diuiſit? Diuiſit fidem à bono opere, fide quidem imbutus ſed informi, quia charitate deſtitutus, mortuum Deo offert ſacrificiũ,

& ideo non acceptum, ſicut eleganter: ita vere D. Bernard. cit. in Alleg. Tilm. *Inuiſibilis animi ſtatum nuntiat fides & actio rectum indicat, ſi ſide Catholicum, & rectum opere comprobaris, ſi quo minus, curuum cenſere non dubites: ſic nempe habes: ſi recte offeras, & recte non diuidas peccaſti, recte quidem quodcumque horum offers, recte autem ab alterutro non diuidis, noli eſſe rectus oblator, & prauus diuiſor, quid diuidis actum à fide? Inique diuides fidem perimens tuam, nam fides ſine operibus mortua eſt, munus mortuum offers Deo, ſi enim quædam fidei anima ipſa deuotio eſt, quid fides quæ non operatur, ex dilectione niſi cadauer examine? Bene honoras Deum munere fœtido: non mirum ſi Cain inſurrexit in fratrem, qui ſuam prius occiderat fidem, quid miraris ô Cain, ſi ad tua non reſpicit munera, qui te deſpicit. Si manum deuotioni, quid animum das liuori? Non conſilias tibi Deum diſcors tecum non placas ſed peccas; etſi nondum impie ferendo, ſed tamen diuidendo non recte, ſi nondum fratricida, iam tamen fideicida, nunquid rectus vel quando manum porrigis Deo, cuius cor in terram trahit liuor, & fraternum odium? Quomodo rectus, cuius fides mortua, cuius opus mors, cuius nulla deuotio, amaritudo multa? Erat quidem in offerente fides, ſed non in fide dilectio, mors fidei, ſeparatio charitatis.* — D. Bernar.

### *Opus non ſolum bonum, ſed bene agendum eſt.*

210 *Nonne ſi bene egeris recipiet. ſin autem male? &c.* Si bonum opus à Caio requirat Deus, cur non ait, ſi bonum egeris, recipies præmium? Aduerte Cain bonum opus egiſſe, cum obtulit ſacrificium: dico ergo non appoſuiſſe Deum ſi bonum opus egeris, ſed ſi recte, vt intelligatur quod opus non ſolum bonum, ſed bene agendum, hæc obſeruatio eſt Caietan. *Nec dicitur ſi bonum facies, ſed ſi bene ait, male facies, vt intelligamus quod non ſufficit facere bonum, ſed oportet bonum bene facere, vt agnoſceret Cain, ſe deliquiſſe, in hoc quod non bene fecerit, quamuis fecerit bonum, obtulerat enim Deo ſacrificium, ſed non bene, quia non elegerat.* — Caietan.

### *Ex bono opere hilaritas.*

211 *Nonne ſi bene egerit recipiet.* Iuxta Hebr. habetur, iam ſi bene facies leuare, an eeciderat Cain, vt dicatur ei, leuare? hoc non legimus, quis ergo ſenſus horum erit verborum? aduerte quod dictum eſt ſuperius, nempe cur concidit vultus tuus? ſcilicet ex ira vel mœſtitia, quæ contingere ſolet male agentibus: ſenſus ergo poteſt eſſe, ſi bene egeris, leuare, id eſt ſi bene feceris poteris vultum erigere, & eleuare ex gaudio & hilaritate boni operis: ſic Caiet. *Senſus eſt, quod eleuatio animi erit tibi, & hic ſenſus è regione quadrat caſui Cain, depreſſus ſiquidem fuerat vultus eius, teſtis internæ depreſſionis, & quadrat ipſi bene facere: conſequitur enim ad bene facere hilaritas animi, leuant animum ad bonum, ad maiora, ad Deum.* — Caietan.

### *Prudentia neceſſaria eſt in bonis operibus, vt ſint accepta Deo.*

212 *Nonne ſi bene egeris, &c.* Secundum Sept. nonne ſi recte offeras, non autem recte diuidas, peccaſti? ſcimus Deo non fuiſſe accepta munera Cain, ex quo inuidiæ facibus exarſit in fratrem ſuum innocentiſſimum, ad quid ergo munera non admittis Cain? Abelis autem grata habes? textus tibi ſatisfacit, quia ſine diſcretione ea obtulit: ſic D. Amb. li. 2. de vocat. gent. c. 4. *Opus bonum negligenter egiſti, recta fuiſſet oblatio, ſi recta fuiſſet diſcretio, ſciens cui offerres, ſcire debueras quid voueres, non digne inter me & te diuiſiſti, quondam tibi electura ſeruaſti,* expende illud, *recta fuiſſet oblatio tua, ſi recta fuiſſet diſcretio,* quaſi diceret, ſi cum prudentia obtuliſſes, acceptum habuiſſem opus tuum. — D. Ambr.

### *Pudor, remedium efficax contra peccatum.*

*Nonne ſi bene egeris, recipies, &c. quieſce.* Secundum Sept. verſionem, ac ſi dicat, inquit Phil. Abb. trac. de ſilent. cleric. ca. 107. ſi mente ſcelus tractans, quod nondum in operam & verbum perduxiſti, modo reus cogitati facinoris erubeſce, & confuſus modeſto ſub ſilentio iam quieſce: ſed cur ô Deus, vis eum confundi vt quieſcat à peccatis? quia confuſio & pudor ſubſequens peccatum impediſſet: ſic cit. auctor, *Sicut cor impudens, vel cor irreuerens procepto decurrit in vitium, ſic nempe modeſta confuſio parit ſilentium, dum pœnitens tumultuantem cordis malitiam iam deponit, & confuſus quidquam ſimile prorſus agere non apponit: recte ergo peccatorem inuitat Deus vt quieſcat, ne iterata culpa velut in faſciculum congeratur, & intolerandus clamor diuinis auribus ingeratur.* 213 — Phil. Abb. de Sileſ. ele. ca. 107.

### *Mala voluntas non poteſt celari.*

*Nonne ſi male egeris, ſtatim in foribus peccatum aderit.* Quid eſt peccatum adeſſe ſtatim in foribus? peccatum intelligit malam voluntatem Hugo à S. Vict. bene igitur dicitur in foribus eſſe, quia, inquit idem auct. *Mala voluntas non poteſt celari, quin aliquando exeat, & appareat aliquo ſigno.* 214 — Hugo Vict.

### *Melius eſt abſtinere à muneribus Deo offerendis, quam male offerre.*

*Nonne ſi bene egeris recipies, ſin autem male, ſtatim in foribus peccatum aderit.* Sept. nonne ſi recte offeras, non autem recte diuidas, peccaſti, quieſce: crimen fuit Cain non in oblatione muneris, ſed in oblationis affectu, quid ergo ſignificat quieſce? nonne ſunt tibi accepta ſacrificia: cur ergo eum vis ab eis quieſcere? quia ſatius eſt non offerre Deo munera, quàm ea male offerre: ſic D. Amb. l. de incarn. domi. myſter. c. 1. *Addidit quieſce, tolerabilius ſignificans abſtinere à muneribus deferendis, quam infidelis ſtudio munus offerre.* 215 — D. Ambr.

### *Inuidia morbus inſanabilis.*

*Nonne ſi bene egeris recipiet, ſin autem male, ſtatim in foribus peccatum.* Secundum Sept quieſce, quaſi diceret, tibi condono præterita, dummodo vlteriùs non progrediaris, & ſi propter ſacrificium malè oblatum times primogenituræ honore priuari, non ita erit, ſed tu illi dominaberis tanquam primogenitus: an requieuit? minime, ſed ſuum interemit nefariè fratrem, vnde hoc? quia inuidia ita periculoſum eſt crimen, vt ſit quaſi morbus inſanabilis: ſic D. Chry. ho. 64. ad pop. Antio. de charita. ſecundum Deum, vbi loquens de inuido, ait, *Nihil huiuſmodi ſceleſtius, animæ peius nihil hoc, Eccleſias ſubuertit, fraternam manum armauit, & fecit vt dextera pio tingeretur cruore, & naturæ leges abſtulit, & mortis fores aperuit, & in opus illam deduxit maledictionem, & neque partuum, nec parentum, nec vllius alterius illum permiſit miſerum reminiſci: ſed eum ita furiauit, vt Deo ſe commonente, & dicēte, ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illi, nec ita acquieſceret, licet & à crimine eū abſoluerit, & ſubdiderit fratrem,* 216 — D. Chryſo.

*trem*, poſtquam hæc inquit, de inuidia appoſuit, addit: *attamen tam inſanabilis eſt ille morbus, vt & innumeris medicaminibus ſuperpoſitis propriam ſcaturiat tabem: fugiamus itaque illam peſtem, non enim licet illum ignem illudere diabolo paratum ab hoc malo non liberatos.*

### *Offenſas condonemus.*

217 *Nonne ſi bene egeris recipies, ſi autem male, &c.* Offerendo indebitum ſacrificium, non enim diuidebat iuſtè, ſed offerebat ſimpliciter, & abſque delectu, quod peccatum non fuit vulgare, ſed magnum, nam ſi noſtri generis homioibus quos veneramur, prima & præcipua damus illa quæ offerre maximè volumus, quæ præ omnibus illis digna videntur, quomodo autem hominem offerentem Deo non oportebat pretioſiora, & magis eximia offerre? igitur cùm tantum peccaret, & tantum præferret contemptum, videamus quid ei dixerit Deus, ſecundum Sept. *peccaſti, quieſce*, cur non grauiter eum punis, cum ſacrilegium in te commiſerit? non punit, nec ſeuere caſtigat, ſed ſolum peccatum indicat, & conſulit ne vlterius progrederetur, vt hoc exemplo nos inſtruat, iniurias illatas nobis condonare: ita D. Chryſ. hom. 26. in Gen. *Sic & nos faciamus, & imitemur Dominum noſtrum, & dimittamus his, ſi quod in nos deliquerunt, ſed neſcio qui fit vt omnia ſecus faciamus, omnino peccata quæ ad Deum pertingunt, inulta eſſe ſinimus, ſi quis autem parum in nos peccauerit, eius graueſſimus accuſatores, & vltores, non ignorantes quod ea ratione miſericordem Dominum magis exacerbamus.*

D. Chryſ.

### *Mala conſcientia, pœnarum acerbiſſima eſt.*

218 *Si male egeris, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit.* Peccatum illud conſcientiam aliqui interpretantur, quæ ad noſtri cordis fores ſemper excubat, quæ quidquid agimus aut molimur, illico nobis præſto eſt, neque lætos vnquam eſſe permittit, quod ſupplicium eſt non exiguum quod ex male actis reportamus: ſed cur Deus hanc ſolum pœnam, ſcilicet affectionem malæ conſcientiæ impio Cain prædixit cur non ait, te æternis cruciatibus condemnabo in æternum ſi male egeris? vel ſaltem cur ei non dixit, ſicut primis parentibus, ſi male egeris ilico morte morieris, forte enim vel terrore pœnarum inferni, vel mortis perculſus reuocaretur à concepto parricidio: ſolum illi ſtimulos malæ conſcientiæ prædixit, quia peruerſa conſcientia omnium pœnarum eſt grauiſſima: teſtis eſt Lippom. *Hanc pœnam (ſcilicet malæ conſcientiæ) dicunt Deum proteſtatum eſſe ipſi Cain, quæ certe eſt omnium miſerabiliſſima, quæ neque ad tempus deſerit, ſed poſt multa temporum ſpatia ad plectandum, lacerandumque animum reuertitur: hæc ergo ſemper excruciatura erat Cain, niſi à meditato ſcelere abſtineret.*

Lippom.

### *Peccati remedium, non amplius peccare.*

219 *Si male egeris ſtatim in foribus peccatum.* Vel vt habent Septua. peccaſti, quieſce, quid ais ô Deus? ſi ſtimulis peruerſæ conſcientiæ continuo agitatur peccator, quomodo poſt crimen ſuum quieſcere poteſt? ſimilis eſt enim mari ventis agitato, quod his permanentibus nullo modo quietari poteſt, potius igitur deberes dicere, peccaſti, age pœnitentiam; ſolum dixit quieſce, quia remedium peccati eſt etiam non amplius peccare: ita Procop. *Vnicum peccati remedium eſt quieſcere, & non amplius peccato ſe ſubiicere.*

Procop.

### *Punitio ſtatim inſequitur peccatum.*

*Si male egeris, ſtatim in foribus peccatum.* Oleaſter ait per hæc verba, *ſtatim in foribus peccatum tuum aderit*, non ſolum peccatum, ſed etiam punitionem peccati ſignificari, quaſi eſſet ſenſus, ſi non bene egeris, ad oſtium peccati iacet, id eſt, prope te eſt punitio peccati. ſed nonne Deus pluries pœnam peccatis debitam differt? quomodo ergo poteſt eſſe verum quod ſi male egerit Cain, Statim in foribus eius punitio? Dico pœnam differre quidem Deum, tamen punitiooem ſtatim inſequi peccatum niſi impediatur: ita citatus Oleaſter: *Videtur quod quàm primum aliquis peccatum committit, pœna ſeu punitio deſideret eum tenere:* & Ludouic. Gran. *non raro peccata Dominus variis ærumnis ac incommodis plectit, quod Caino indicauit, ſi male ſtatim in foribus peccatum aderit, hoc eſt in ſupplicium ſcelerum turpitudini debitum protinus incurres.* 220

Oleaſt.

### *Odium in fratrem, ingratum reddit Deo munus.*

*Nonne ſi bene egeris recipies, &c.* Secundum Sept. nonne ſi recte offeras non autem recte diuidas peccaſti? Quaſi diceret quamuis bene obtuleris, ſed quia non recte diuiſiſti ideo grauiter peccaſti, tuumque munus mihi fuit inuiſum; ſed quid eſt non recte diuidere? Nonne ſeparauit fructus quos offerre deſtinauerat ab aliis? Recte igitur diuiſit: nota illum male diuidere qui in pectore diſcordiarum ſemina ducit, aliumque odio proſequitur: indiuiſum enim deberet eſſe cor illius à quolibet; recte igitur munus à Caino oblatum repellitur, quia odium in fratrem & cor diuiſum ab eo contemptibile imo abominabile donum effecit, fauet D. Paſch. lib. 4. in Matth. *Recordari conuenit Cain, & munerum eius ad quem cum offerret, non reſpexit Dominus neque ad munera eius, profecto quia indignationem in animo contra fratrem gerebat, vnde dicitur ſi recte offers, & non recte diuidis, peccaſti.* 221

D. Paſch.

### *Pudor grauior igne inferni.*

*Si male egeris ſtatim in foribus peccatum aderit.* Quaſi diceret, aduerte ô Cain, & ne decipiaris, quamuis peccatum quod concipis, videatur tibi futurum abſconditum, quia nullus inuenietur teſtis perpetrati ſceleris, tamen omnibus patens erit, & notum, & tunc pudore ſuffunderis maximo: cur pudorem proponis, vt hominem impium reuoces à ſceleris executione? Flammas ignis æterni comminare, vt eis deterritus à cæde fratris abſtineat? pudorem qui ex peccatis conſequitur ante oculos poſuit potius quam pœnas inferni, quia acerbior eſt ipſiſmet flammis barathri: ſic D. Greg. Mag. lib. 7. mor. cap. 14. qui loquens de intolerabili pudore, quo operientur peccatores cum reuelabuntur illorum crimina in finali iudicio, ait: *Tunc iniquos pudor capiet, cum eos in conſpectu Iudicis, teſtis conſcientia adducit, tunc index exterius cernitur, ſed accuſator interius toleratur, tunc omnis ante oculos culpa reducitur, & mens ſuper gehennæ ſuo grauius igne cruciatur:* quaſi diceret, leue reputabitur gehennæ incendium in comparationem pudoris, & confuſionis ex peccatorum reuelatione. 222

Greg. Ma.

## VARIETAS VERSIONVM II. PARTIS VERS. VII.

*Vlg.* Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.

*Septuagint.* Ad te conuerſio eius, & principatum habebis ipſius.

*Cald.* In qua ( nempe die iudicij ) futurum eſt, vt vlciſcatur ait de te, ſi non conuerteris, non dimittetur tibi.

*Arias*, Ad te appetitus eius, & tu dominaberis in eum.

A *Caietan.* Et tibi appetitus eius, & tu præſidebis in eo.

*D. Ambroſ.* Ad te conuerſio eius, & tu princeps illius.

*Procop.* Peccatum ad te conuertetur, & ad te referetur, & tu dominaberis ei.

*Galati.* Et ad te concupiſcentia eius.

*Targum Hieroſ.* In manum tuam tradidi concupiſcentiæ tuæ poteſtatem , & tu dominabere ei, ſiue ad bonum ſiue ad malum.

## CONCORDIA VERSIONVM.

Licet noſter vulgatus interpres habeat, ſub te erit appetitus, & Septuag. legant ad te conuerſio eius, tamen non differunt, quia quod eſt ſub alio, ad illud conuertitur, iuxta ea quæ dicta ſunt in concordia 2. part. v. 6. cap. 2. Caldæus autem proſequitur cœptum ſenſum de die iudicij.

## EXPOSITIO II. PARTIS VERSVS VII.

*Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* Non eſt dubium hoc ſecundum aperire ſenſum primi, quod ita interpretari debet, libet es & quodcunque volueris, cum Dei gratia præſtare poteris, nec te vllo modo excuſatum habebit inclinatio tua peruerſa, ſiue appetitus tuus inordinatus, aut concupiſcentia tua, quę quamuis te ſollicitet, tamen à te conſenſum petit, quem potes prębere vel negare, cùm dominus ſis liberrimus actionum tuarum.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deus inuictus amore hominum vincitur.*

223 *Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* Quaſi diceret, nullam in delicto excuſationem propones, ſiquidem in tua poteſtate erit illud euitare: ſed ô Deus, nonne ſufficiebat dixiſſe vt quieſceret à peccato ſuo? cur vlterius progrederis in criminis diſſuaſione, cum ſit homo impius, & tua indignus cogitatione? talis eſt amor Dei erga hominem, vt quaſi ab eo victus, nunquam ceſſet ſalutis noſtræ

D. Baſil. curam gerere: ita D. Baſil. Seleu. orat. 4. *Tale eſt numinis ingenium, virtute cum vincat, hominum amore vinci: nam quorum fuerit opifex, iis mederi non erubeſcit.*

### *Mira Dei benignitas erga hominem.*

224 *Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* Sep. habent, ad te conuerſio eius, & tu principatum habebis ipſius, D. Chryſ. hoc intelligit de ſubiectione fratris ſui erga eum; quid ô Deus æquiſſime, nonne mereretur priuari iure primogenituræ, & ſubiici fratri ſuo minori, qui ita tibi ingratus, vt meliora ſibi reſeruet, peiora autem largiatur? Deus ita benignus erga peccatorem, vt non ſolum ei nihil auferat, ſed etiam demulceat & conſoletur: ſic D.

D. Chryſ. Chryſ. ho. 18. *Nec putes, inquit Deus, licet tuum ſum auerſatus ſacrificium ob prauam mentem, fratriſque oblationem acceptam habuerim ob ſanam illius intentionem, quod te ideo primatu deſtituam, & primogenituræ dignitatem à te auferam: quieſce, nam licet honore ego illum proſequutus fuerim, acceptaque fuerint illius dona, verumtamen ad te conuerſio illius, tu ei ipſe dominaberis, vide benignitatem Domini, quomodo furorem illius, & inſaniam demulcere, & auferre illius impetum nititur.*

### *Homo liberrimus in ſuis actionibus.*

D *Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* Ad quid Deus ita Cainum alloquitur, cum ingratiſſimum ſciat eſſe, maleque ei obtulerit munus? Vt eum ſuæ libertatis in peccando, & non neceſſitatis animaduerteret: quod obſeruat optime D. 225

D. Ambr. Ambr. lib. 2. de Abel & Cain cap. 7. *Non habes in quo neceſſitatem magis quam mentem tuam arguas, in te retorquetur improbitas tua; tamen princeps es illius, tu ergo princeps operis tui, tu dux criminis, non te inuitum error attraxit, ſed voluntarius reus iudicio non lapſu feciſti dolum.*

### E *Maximè Deus ſatagit animos fratrum conciliare.*

*Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius,* 226
Septuag. *ad te conuerſio eius, & tu habebis principatum illius.* Quaſi diceret, ſiquando propter fratris hoſtiam immolatam, primogenituræ dignitatem tibi auferam, bono ſis animo, omnem ſiquidem principatũ in illum tibi concedo, ad quid tam manſuetè cum eximio peccatore loqueris? Eum grauiter puni, cum te offendit; ideo tam manſuete Cainum tractare ſatagit, hac curâ, & diligentiâ vtriuſq; fratris concordiam, & amorem ſolicitans: ſic D. Chryſ. ho. 23. D. Chryſ.

F in Epiſt. ad Rom. c. 13. *Tantummodo ſis melior, & eum qui tibi nihil mali fecit, diligas: nam vtroſq. curo, neq. quicquam libentius videro, quam inter vos nihil eſſe diſſidij, & quemadmodum mater filiorum, ita nihil non facit Deus, nihil non molitur ne quo pacto alter ab altero diuellatur.*

### *Pœnitentia quaſi ſententiam Dei reuocat.*

*Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* 227
Cuinam dominabitur? An ſoli peccato vel etiã fratri?

Vtrumque probabile, quaſi diceret, quamuis fratrem tuum tibi antepoſui in acceptatione muneris ſui, tamen ſi tui delicti velis pœnitere, ratione primogenituræ eris illius Dominus, tibique ſecundus; ſed nonne ô Deus iam ſtatuiſti Abelem ſuperiorem fratre ſuo futurum? Quomodo ergo vt perſuadeas ei ret tractationem malæ voluntatis, promittis illi prælat utam? quia tanta eſt virtus pœnitentiæ, vt ſi quis vero corde doleat de commiſſis, ſententiam Dei reuocet; Procop. accipe Procop. *Non te ſollicitet Abelem eſſe tibi prælatum, imperabis iterum ei vt primogenitus, ſi dignos pœnitentia ediderit fructus.*

## *Auari quies reſtauratio bonorum ſuorum.*

218 *Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis ei,* Vel vt habent Septuagint. ad te conuerſio eius, & tu principatum habebis ipſius; cur poſtquam Deus dixit Cain quieſce, ſubiungit ad te conuerſio illius? cuius? an ſolius Abelis, quo vt diximus ſuperior futurus eſſet ratione primogenituræ, vel oblationis & muneris illius? Vtrumque ſane intelligitur: ſed cur auaro, ſicut erat Cain, promittitur quies, dummodo reddatur illi munus oblatum? Quia nulla certe maior tanquillitas auaro contingere poteſt quam ſi bona quæ obtulit, ei reſtaurentur: hoc innuere videtur Genna. Genna. *Ad te conuerſio illius, id duplicem intelligentiam habet, vel de oblatione dictum eſt, ac ſi dicat rurſus quæ tua ſunt habebis, & nihil horum capiet Abel,* Vides ergo quomodo Deus vt quietem tribuat Cain, promittit ei quæ ſua ſunt, babiturum.

## *Peccator ſeruus eſt peccati.*

219 *Sub te erit appetitus eius,* Nonne ſciebat Cain ſe eſſe liberum in actionibus ſuis? Non eſt ergo cur ei in memoriam reuoces ſe appetitui ſuo poſſe dominari? Quid ergo aliud voluiſti deſignare? Nos dominari peccato ſi velimus, ſi autem non reſiſtimus ſuper nos eſſe, & non ſub nobis, quia qui illud committit, ſeruus eſt illius: ſic Rupert. lib. 4. in Geneſ. ca. 3. Rupertus. *Si commiſeris, tunc quidem ſuper te erit, & dominabitur tui, quia videlicet omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati, nunc autem antequam facias illud, dum adhuc eſt in appetitu, ipſe appetitus eius ſubter te erit, & tu dominaberis illius.*

## *Qui concupiſcentiam dominatur vere dominus eſt.*

230 *Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* Sane quod ſub nobis eſt, oobis non dominabitur, ſed è contra illius habebimus dominatū, quid ergo pollicetur Deus Caino? poſſet enim dicere, nihil noui mihi promittis: nequaquam hoc potuit dicere, nam Deus illi ſignificare voluit, quod ſi concupiſcentiæ appetitum, & inſultum comprimere vellet, omnibus dominaretur, omniumque principatum teneret: Ruper. l. 4. de Tri. c. 3. pulchrè Ruper. *Nunc antequam facias peccatum, dum adhuc eſt in appetitu, ipſe appetitus eius ſubter te erit, & tu dominaberis illius, verbi gratia quemadmodum is qui nondum rex creatus eſt, ſubter populum eſt, & populus dominatur illius, ita vt recipiat ſi vult, at poſtquam Rex creatus eſt, populus ſub eo eſt, ipſeque eius dominatur, ita vt eum Regem habere cogatur, etiamſi nolit.* Quid melius? ſane dum appetitus, dum concupiſcentia exardeſcit in anima, ibi eſt lucta, ibi certamen cruentiſſimum eſt de regno, ibi & appetitus, & concupiſcentia homini eſt ſubiecta, expectans eius aſſenſum, qui autem concupiſcentiam fortiter continet, & coërcet, hic princeps



A eſt, & dominium regaliſſimum poſſidet. Qui autem ei conſenſum præbet, ſequens eius impetum, vanè gloriatur de regno, cum & ipſe, & omnia ſua concupiſcentiæ ſeruiant, & tanquam miſera mancipia ſub concupiſcentiis alligentur.

## *Tentationibus reſiſtere in noſtra ſitum eſt poteſtate.*

*Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* 231
Cur ita benigne loqueris Cain? Quid illi ſuades? Quid eum doces? Nota quòd motus tentationis, ſignificatur per appetitum: reſpondeo rectè Deum Cain inſtruere dicentem ſub eo appetitum eius fore, eique dominaturum, quia in libertate noſtra ſitum B tentationum motibus conſenſum non præbere: ſic D. Bern. qui poſt quam dixit ſub te eſt, ô homo, appetitus tuus, & tu dominaberis illius, addit: Bern. ſer. 5. in quadra. *Poteſt inimicus excitare tentationis motum, ſed in te eſt, ſi volueris dare aut negare conſenſum, in tua facultate eſt ſi volueris inimicum tuum facere ſeruum tuum, vt omnia cooperentur tibi in bonum, ecce enim inimicus inflammat deſiderium cibi, vanitatis, aut impatientiæ, cogitationes ingerit, aut excitat libidinis motum, ſolummodo ne conſenſeris, & quoties reſtiteris, toties coronaberis.*

## *Ciborum appetitum debemus frænare.*

C *Sub te erit appetitus eius, & tu illius dominaberis;* 232
Quomodo ſub nobis poteſt eſſe appetitus, cum ſit naturalis, naturali autem imperare non valemus? Ad intelligentiam conceptus, nota ex D. Bernard. in ſer. D. Bernar. cui titulus de triplici genere cogitationum, primum eſt otioſarum, ſecundum earum quæ ad neceſſitatem naturæ permanent, de cibo & potu, has appellat limoſas, & viſcoſas; quia inquit ſic afficit nos cogitatio carnalis de cibo & potu, vt ne eradicari queat de cordibus noſtris, hanc cogitationem D. Bernar. intelligit appetitum illum de quo loquimur: dicamus ergo optime Deum aſſerere ſub nobis appetitum noD ſtrum, quia cibi & potus nimium deſiderium poſſumus reprimere: ſic citatus Bernar. *Bene primogenitus noſter dicitur appetitus ille carnalis, qui ab ipſo nempe vitæ noſtræ initio in nobis pullulat, cum cætera vitia proceſſu temporis ex malitia mundi huius variiſque occaſionibus contrahantur, oportet ergo reprimere, quem extinguere non poſſumus appetitum, vt quam cito cubile noſtrum ingreditur, creſcere eum nullatenus patiamur, ſic ſub nobis ſit quemadmodum dicit ſcriptura ſub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.*

## *Cogitationis peruerſæ initio reſiſtendum.*

E *Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius,* 233 Quid eſt in foribus peccatum adeſſe, tamen ſub nobis appetitum illius eſſe? Audi D. Gregor. 4. Greg. Ma. Moral. cap. 22. *In foribus peccatum* (inquit) *adeſt, cum in cogitationibus pulſat, cuius appetitus ſubter eſt ei quæ homo dominatur, ſi cordis nequitia inſpecta, citius premetur, & priuſquam ad duritiem ſpectat, reluctanti menti ſubigatur.*

## *Paßionibus dominemur, ne nobis dominentur.*

*Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius,* 234 Per peccatum quod in foribus adeſt, intelligit Bernar. cit. F Bern. paſſiones, & optime infertur quod ſequitur, nempe quod dominaberis ei, quia eis domioari debemus, ne nobis dominentur: ſic citat. S. Sermon. in aſcenſ. *Conculca beſtiales motus, quia domari debent, ne dominari præualeant, niſi enim conculcati fuerint, conculcabunt nos; niſi premantur, opprimient nos.*

## VARIETAS VERSIONVM VERS. VIII.

*Vlg.* Dixit Cain ad Abel fratrem ſuum, egrediamur foras, cumque eſſent in agro conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.

*Septuagint.* Tranſeamus in campum, & factum eſt dum eſſent in campo, ſurrexit Cain ſuper Abel fratrem ſuum, & occidit eum.

*Caldæus. OnK.* Loquens Cain ab Abel fratrem ſuum, fuitque cum eſſent in agro &c.

B *Arias.* Et fuit in eſſe ipſos in agro, & ſurrexit Cain ad Abel, &c.

*Tertull.* Eamus in campum illic, & abiit cum eo illic, & interfecit eum.

*Caldæi Ionath.* Dixit Cain ad fratrem ſuum, non eſt iuſtitia neque iudex, nec ſæculum aliud, nec remuneratio iuſtis, neque punitio, impiis.

A *Paraphr. Hieroſ.* Dixit Cain ad Abel veni, & egrediamur in agrum, & accidit cum egreſſi eſſent ambo in agrum, reſpondit Cain non eſt iudicium, nec iudex, nec ſæculum aliud, nec merces bona pro iuſtis, nec pœna pro impiis, nec Dei miſericordiâ creatus eſt mundus, nec Dei miſericordia regitur, eo quod ſuſcepta eſt oblatio tua cum beneplacito, mea autem non eſt ſuſcepta cum beneplacito: reſpondit Abel & dixit ad Cain, eſt iudex, eſt iudicium, eſt ſæculum aliud, eſt item merces pro bonis, & pœna pro impiis, miſericordia quoque Dei mundus creatus eſt, & miſericordia Dei gubernatur, quia verò meliora fuerunt opera mea tuis, ſuſcepta eſt oblatio mea cum beneplacito, tua autem non eſt ſuſcepta. Cumque duo iſti contenderent in agro, conſurrexit Cain contra Abel & occidit eum.

## CONCORDIA VERSIONVM.

NOſter interpres appoſuit, egrediamur foras, Septuaginta tranſeamus in campum, quod non legitur in Hebræo, & ita D. Hieronym. in quæſt. Hebraicis inquit ſuperfluere, tamen Origenes ait ex Hebræis plurimus aſſerere hæc verba ſupradicta legi: apud Septuaginta habemus *ſuper fratrem*, quamuis in Hebræo ſit ad fratrem. ſed optime interpres vulg. nam dictio אל cum apice ſegol, etiam contra ſignificat: non eſt immorandum in paraphraſi Ionathæ, quia exiſtimauit hęc verba dixiſſe Cain Abeli, nec in Hieroſolymitana.

## EXPOSITIO I. PARTIS VERSVS VII.

DIXITQVE *Cain egrediamur foras.* Quid dixerit Cain fratri ſuo nulli eſt certum, licet vt videre eſt in verſionibus, ſollicitauit eum campum petendi, vbi forte verba quæ in tergo retulimus dixit, vt occaſionem arripiens non conſenſus Abelis, interficeret, vel forte aliquibus ſermonibus adulatoriis ſuaſit, vt foras egrederentur, & tum proditoriè eum interemit, *Conſurrexit aduerſus fratrem & interfecit:* cum ait ſurrexit, inſinuat quod
C ex improuiſo, cum iaceret aut ſederet, ſurrexit, & fratrem nihil tale cogitantem interemit; quo autem genere mortis occiſus fuerit, non explicauit Moyſes, tamen eius necem fuiſſe cum ſanguinis effuſione coniunctam indicauit Chriſtus Dominus illis verbis apud Matthæum capite vigeſimo ſeptimo, è ſanguine Abel iuſti, &c. non igitur ſtrangulatus, vel aliquo alio modo ſine ſanguinis emiſſione necatus eſt.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deo nihil abſconditum.*

235 DIXIT *Cain ad fratrem ſuum, egrediamur foras,* ſiue vt habent Septua. tranſeamus in campum; cum futuro ſceleri viam quaſi volens ſternere fratrem in ſolitudinem trahit, ſecretis patrocinantibus ſcelus peragit impiſſimus, ſed vltra impietatem, nonne ſtultiſſimus? ſic equidem, nam maxima dementia eſt exiſtimare Deum non omnia agnoſcere, eique aliquid eſſe incognitum: ſic Saluian. li. 10. de Dei gubern. *Stultiſſimus qui ad perpetrandum maximum nefas ſufficere ſibi credidit, ſi aſpectus vitaret hominum: vnde puto quod hæc in illo iam tunc opinio fuit, quæ nunc in multis eſt, Deum terreſtria non reſpicere, & actus ſceleratorum hominum non videre: nec dubium eſt, cum poſt facinus admiſſum, Dei ſermone conuictus, nihil ſe de fratris cæde conſcium reſponderet, adeo inſcium facti ſui Deum arbitrabatur, vt crederet feraliſſimum nefas tegi poſſe mendacio.* Idem habet B. Ambr. li. de pœni. c. 4. *Credebat crudeliſſimus hominum, ſine teſte aditum*

Saluian.

D *criminis non patere, cum ob hoc ipſum crimen agnoſceret quod occultare cupiebat, ſed ecce Dominus, cui quidquid abſconſum putatur, in promptu eſt, & quem non poteſt latere quod in cogitationum occulto agitur, ſcriptura teſtante, ſcrutans corda & renes Deus.*

### *Deus ſuos non priuat bono, niſi ſubſtituens aliud maius.*

*Egrediamur foras, cumque eſſent in agro conſurrexit aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* O Deus hominem tam pium & innocentem permittis interimi? cur afflictionem afflictis addis? nonne ſuf- 236
E ficiebat primos parentes expulſos à paradiſo, vitam laborioſam & miſeram ducere, ſine additione longè maioris miſeriæ, & filij dilectiſſimi occiſionis? Inſpiciamus quid dicat ſacer textus, cognouit Adam vxorem ſuam, & peperit filium, quem filium? Seth. Mortem Abelis non permiſiſſet, niſi aliud longè maius bonum exinde naſceretur, nempe Seth, cuius

poſteritas mundum cœlumque repleret: conſolatus A eſt ergo Dominus abundanriore quodam beneficio, quam fuerat damnum & deplorario vnius Abelis

Gre. Mag.
interempti: vnde optimè D. Greg. Mag. l. 53. Moral. cap. 8. ait, *Per pietatem benigni iudicio tentationis noſtra diſpendium vincunt ſuffragia conſolationum, minus autem tentat probatio quam remuneratio conſolatur, vt ex retributionis merito, leue fuiſſe quod tolerauit, agnoſcat, qui ex perſecutionis pondere graue ſe aliquid tolerare iudicabat: vnde afflictæ quoque Iudææ dicitur ad punctum pro medico dereliqui-*

Iſai. 54.
*te, vt in miſerationibus magnis congregabo te, Iſa.* 54.

*Homo aliquando peior dæmone.* B

237 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & occidit eum.*

D.Chryſo.
D.Chryſ. ad Rom. ho. 7. dux huius belli erat Sathan, ſi ergo Sathan gerebat bellum aduerſus Abelem, cur ipſum non interfecit? addit D. Chryſ. *aſſumpto in militem Caino*, quaſi diceret, quamuis Sathan dux eſſet belli, tamen non auſus eſt eum interimere, ſed Cain, qui erit eius miles, quaſi peior eſſet dæmone compleuit quod Sathan ſolum ſuggeſſerat.

*Ita impius eſt homo, vt ſuam inſaniam exequatur in hominem, cum in Deum non poßit.* C

238 *Conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & occidit eum.* Quid in te commiſit frater tuus innocens? an te iniuria aliqua affecit, vt illius interfector eſſes? non quidem, ſed ſolum legimus, quod habuit Deus accepta munera Abel: qua de cauſa igitur tam nefarium ſcelus commiſiſti? ideo in fratrem ſuum

D.Chryſo.
rabiem & inſaniam effudit, cùm in Deum non poſſet, qui ſua munera non approbauerat: ſic D.Chryſ. ho. 19. *Forte in ea beneuolentia hanc cædem illi peperit, & cum non poſſes mecum pugnare, in illum effudiſti furorem tuum indomitum.* D

*Homo crudelior beſtiis.*

239 *Conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* Anne aliquod animal irrationale ita ferox & immane, vt ſuum ſimile interimat, ſi aliqua iniuria non appetatur? minime quidem, quomodo ergo homo proprium fratrem innocentem, ab eo

D.Chryſo.
non læſus interfecit? quia etiam ipſis belluis crudelior & immanior eſt: ſic D.Chryſ. *Sicut magnum, & venerandum eſt animal rationale, maxime quando virtutis viam contendit, ita & quando in malum declinat, truculentarum beſtiarum imitatur crudelita-* E *tem, quia & multis nominibus illarum ſuperat fero-*

Caſſian.
*ciam*, vnde Caſſian. ep. 14. *Proh dolor! pietas in auibus inuenitur, quæ ab humana conditione deſeritur, vultur ipſe cui vita eſt cadauer alienum, non exiguis alitibus infeſtum, auibus periclitantibus nititur ſubuenire, & homines parcere nequeunt, cuius genus eſſe cognoſcunt.*

*Homicidæ deeſt omnis fructus.*

240 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum.* Quandonam? Poſtquam dixit Cain fratri ſuo Abel, egrediamur F foras, vel vt habent Septuagint. tranſeamus in campum, cur non dixit eamus in aliquem locum fructiferum, vel in aliquem hortum amœnum, ſed in campum, vbi nullus eſt fructus? non ſine myſterio dictum, tranſeamus in campum, ad declarandum nullo modo fructificare poſſe, qui alium occidit: ſic

D.Ambroſ.
Ambroſ. lib. 2. de Abel & Cain cap. 8. *Quid ſibi vult* A *quod ait, eamus in campum? Niſi quia locus nudus gignentium eligitur parricidio, vbi enim frater debebat occidi, niſi vbi fructus deeſſet? Tanquam præſagiens natura tanti ſceleris, loco germina denegauerat, quia non conueniebat, vt idem ſolum & contagia parricidialis ſanguinis reciperet præter naturam, & fructus ſecundum naturam germinaret: ipſi parricidæ iudicat fratrem ſe ſceleris habere non poſſe, nec pœnas eos fratrem manere, qui tanta impietati præbuerunt officium: nam ipſam refugerunt elementorum benignitatem, vt iſte Cain qui videtur virtus, ne longior boni terræ prouentus triſte facinus impediret.*

*Qui alium occidit ſe ipſum occidit.*

B *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & occidit.* Phi. 241

Phil. Heb.
Hæbr. lib. quod deter poti. inſidiatur, ait, ſic fore legendum, inſurrexit Cain & interfecit ſe ipſum, quid ais Phil. nonne certum eſt Cainum occidiſſe ſuum fratrem Abelem? Quomodo ergo dicis ſeipſum occidiſſe? Reſpondet: *Prima quidem ſpecie Abelem occiſum ſubindicat, ſin autem diligentius rem expendas, ipſum Cain à ſe ipſo occiſum eſſe, proinde ſic legendum, inſurrexit Cain & occidit ſeipſum, non alterum, & merito quidem, anima enim quæ ex ſeipſa dogma tollit pium, & virtutis amicum, virtuti* C *eſt mortua.*

*Volnit Deus primum iuſtum eſſe virginem.*

*Conſurrexit Cain aduerſus fratrem Abel, & interfecit eum*, Moritur non ducens vxorem, ſic patres omnes, ex quibus Epip. lib. 10. contra hæreſes 39. annotat Cainum copulatum fuiſſe ſorori maiori *Saue* appellatæ, Seth vero 3. filium poſt Abel genitum Azuræ ſorori ſuæ vocatæ: nonne verum eſt quod plures tenent Euam gemellos peperiſſe ſolitam, præſertim in prioribus partubus maſculum & fœminam, vt perfectum eſſet coniugium ad propagatio- D nem generis humani? Quomodo ergo ſolum peperit Abel ſine vterina compare, quæ eſſet illius vxor? Quia Deus ita virginitatem colit, vt eâ primum martyrem & innocentem voluerit honorare, quo enim maiore decore iuſtum potuiſſet munerare quàm 242

D.Bernar.
virginitatem? Cum teſte D.Bernard. Epi. 41. ad Hen. Senonenſ. Epiſc. *Quid caſtitate decorius, quæ mundum de immundo conceptum ſemine, de hoſte domeſticum angelicum, Deumque de homine facit, ſola eſt caſtitas quæ in hoc mortalitatis gloriæ repræſentat, ſola inter nuptiarum ſolemnia morem illius beatæ vendicat regionis, in qua nec nubunt neque nubentur,* E *præbens quodammodo terris cœleſtis iam illius conuerſationis experientiam.*

*Auari virtutis amatores impugnant.*

*Conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel*, Per 243 campum, certamen poſſumus intelligere, Cain cum dicatur poſſeſſio, auarum rectè ſonat, Abel autem nonne eſt virtutis amator? Quid ergo ſibi vult Cain, prouocaſſe fratrem ſuum Abel in campum, ibique aduerſus eum conſurrexiſſe, cum Abel in nullo eum læſerat nec offenderat? Hoc non mirandum, quia proprium eſt auari cultores virtutum odiſſe, nec non eos impugnare; ſic Phil. Hæbr. lib. quod deter.

Phil. Heb.
F potiori inſidiatur: *Arbitror*, inquit, *campum in quem Cain Abelem inuitat, contentionem atque dominationem ſignificare, ſed de qua re diſceptatum eſt de contrariis opinionibus, Abelis enim ad Deum deferentis omnia pium dogma, Cain vero ſibi attribuentis (interpretatur enim poſſeſſio) arrogant qui ſe ipſos amant, virtutis amatores in certamen prouocant, corporis voluptates, delicias, honores*

*proponunt, vt virtutis cultores in actionibus laudandis verſati in anima ſola honeſtum theſaurum repoſuerant.*

### *Auaritia inuida.*

244 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum*, Vnde hæc occaſio? Ex inuidia: inuidia
autem hæc vnde accepit originem? Ex auaritia, nimis
auarus cum obtuliſſet Deo munera, ſibi meliora reſeruauit, ergo iure merito ipſa auaritia poteſt dici in-
D. Ambr. uida: vnde optime D. Ambr. lib. de Abel cap. 5. *Quid
de auaritia dicam inſatiabili pecuniæ cupiditate, &
quadam eius libidine? Quæ quo plura abſtulerit, eo
magis inopem eſſe ſe credit, omnibus inuida, ſibi vilis,
in ſummis diuitiis inops affectu*: expende illa verba
*omnibus inuida.*

### *Auarus inſatiabilis.*

245 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit
eum*, Diximus tum ex inuidia, tum ex auaritia fratrem interfeciſſe; nonne fere vniuerſus orbis cuius
es hæres, tibi ſufficit? Nonne vniuerſæ diuitiæ quæ
in eo continentur, tibi ſatisfacere poſſunt? Cur ergo
vt eatum non ſit princeps frater tuus, eum interimis?
Quia auari cupiditas nullis limitibus coërcetur, ſed
S. Clemen. inſatiabilis eſt: ſic S. Clemens Rom. l. 4. recognitionum: *Sicut ignis quantum magis ligna acceperit, tanto amplius accenditur, & inualeſcit: ita, & cupiditatis rabies, per ea quæ adipiſcitur reficitur, auctior
& vehementior efficitur.*

### *Auaritia mentem obtenebrat.*

246 *Conſurrexit aduerſus fratrem, & interfecit eum*,
Quis ita mente cæcutiens qui fratri violentas manus
audeat inferre? Nonne diximus Cain auarum? Recte ergo cæcus debet nuncupari, qui proprium fra-
D. Chryſ. trem interfecerit: neſcio an ad hoc alludat Chryſoſ.
in Matth. hom. 21. *Auarus cæcus eſt: amor namque
pecuniarum pupillam mentis tuæ, quaſi quidam malignus humor influxit, denſamque iam nebulam
prorſus operatus eſt.*

### *Ita ambitioſus eſt inuidus, vt ſe ſolum velit eſſe.*

247 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit
eum*. Cur interficis? Nonne latitudo terræ vtrumque
poteſt continere? Si eum inuiſum habes; dic vt à te
diſcedat, ſine dubio dicto tuo obediet. Nihil tale voluit, ſed eum interfecit, quia cum eſſet inuidus ita
ambitioſus erat, vt ſolus ſi poſſet, in vniuerſo orbe
D. Chryſo. maneret: ſic D. Chryſol. ſer. 4. qui loquens de filio
prodigo & fratre ſuo, ait: *O zeli tumor, duos non capit domus ampla germanos, & quid mirum fratres
fecit inuidia, fecit & mundi tota duobus eſſet anguſta fratribus latitudo, namque ipſe Cain iunioris erexit in mortem, vt eſſe ſolum zeli liuor faceret, quem
primum fecerat lex naturæ.*

### *Inſanabilis inuidus.*

248 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit
eum*, O impie nonne tibi conſuluerat Deus vt ab illius cęde pręmeditata abſtineres? Quomodo igitur
ad meliorem frugem non es reuocatus, & ſi mente
pollutus impollutas manus non conſeruaſti? Nonne
Deus ad inſtar medici, tui maxime ſollicitus appoſuit medicamina vulneri tuo neceſſaria? Quomodo
non recuperaſti ſalutem? Nulla ſane alia de cauſa

A niſi quod inuidiæ morbo laborans omnino eſt: ſic D. Cypria.
D. Cyprianus ſerm. de zelo & liuore: *Mala cætera
habent terminum, & quodcumque delinquitur, delicti conſummatione finitur, in adultero ceſſat facinus
perpetrato ſtupro, in latrone conquieſcit ſcelus homicidio admiſſo, & prædoni rapacitatem ſtatuit poſſeſſa præda, & falſario modum imponit impleta fallacia, zelus terminum non habet, permanens iugiter
malum, & ſine fine peccatum eſt.*

### *Adulatio ſimulata ſuauitas.*

B *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum*, Et antea ſcri- 249
pſerat Moyſes, dixit Cain ad Abel fratrem ſuum, cur
nominat, *fratrem ſuum*, cum proditorie interimere
eum nititur: adulatoriè eum prouocat & ideo ſimu-
lata eius ſuauitas adulatio fuit impia: vnde D. Bern. D. Bern. Pſalm. 54.
in ſentent. explicans illud Pſalm. 54. molliti ſunt ſermones ſuper oleum & ipſi ſunt iacula, ait, *Recte non
molles ſed molliti, quod ſit in eis non tam vera & ſolida, quam ſuperducta & ſimulata ſuauitas.*

### *Adulator plurimum nocet.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem & interfecit eum*, 250
C Nonne antea hęc amice loquens Cain, fratrem ſuum
deduxit foras? ſed quid ibi contigit? niſi quod Cain
conſurgens aduerſus fratrem eum interfecerit, nonne ſuauiter loquutus es fratri tuo? quomodo nunc
tam immaniter & crudeliter eum interficis? adulatoriè loquutus eſt ei: ne mireris igitur eum interfeciſſe, adulator enim maxime nociuus eſt: ita D. Gre. D. Gregor. Exod. 10.
Magn. l. 31. mor. c. 12. exponens illum verſum Exodi
10. ventus vrens leuabit locuſtam, ait: *Quid per ſignificationem locuſtæ portendunt, quæ pluſquam cætera minima quæque animantia humanis frugibus
D nocent? niſi linguas adulantium, quæ terrenorum
hominum mentes, ſi quando bona aliqua proferre
conſpiciunt, hæc immoderatius laudando corrumpunt*, adde qui ad modum locuſtarum omnia exterminant & deſtruunt.

### *Maximum malum, hypocriſis,*

*Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum & interfecit* 251
*eum*, Nonne ſub ſpecie amicitiæ fraternæ deduxit in
campum Abelem? tamen miſere eum interfecit, ſimilis quidem ſcopulis qui ſub aqua latent ſolum exigua, aqua obtecti incautos de improuiſo opprimunt:
E ita ſic: Cain enim amoris ſpeciem oſtendit, fratrem
tamen interimit, iudicium peſſimæ hypocriſis, quod D. Baſil.
D. Baſi. ho. de inuidia innuit dicens, *Non cernis quantum malum hypocriſis ſit, atqui ipſa quoque inuidiæ
fructus eſt; nam vt quiſpiam moribus duplex ſit, apud
multos ex inuidia plerumque naſcitur, cum videlicet
odium imo pectore continentes, amore ac beneuolentia illatam & fucatam ſuperficiem oſtendunt, &
deinde ex improuiſo opprimunt.*

### *Auaritia omnia ſcelera ſuperat.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, interfecit eum*, 252
F Quid iniquius? quid ſceleſtius, quam innocentem
fratrem occidere? vnde tāti ſceleris origo? ex inuidia
certe & auaritia; eſt enim auaritia; radix ita peſtilens
& venenata, vt in fratricidium compellat, mortem
iuſti & innocentis proferat, quid ni? cum ſuperet omnia ſcelera: accipe D. Dam. 21. contra munerum cu- D. Dam.
piditatem c. 2. *Scriptum eſt auaro nihil eſt ſceleſtius,
nihil eſt iniquius, dura certe & nimis formidoloſa ſententia, ſi enim nihil eſt auaro ſceleſtius, nihil iniquius,
non ergo melior parricidis, non præfertur inceſtis,*

*æquatur hæreticis, aſſimilatur idololatris, vnde & Apoſtolus dicit auaritia quæ eſt idolorum ſeruitus*, ex eo de illa verba: non eſt melior patricidis quia eſt æqualis.

*Mors aggreditur innocentem.*

253 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* Abel primum quidem innocentem, quid ſignificat mortem inuaſiſſe primum innocentem? pignus accepiſſe alterius innocentis quem aliquando perempturа eſſet, hoc ipſo tantum quod innocens futurus eſſet: ſic D. Cyrillus in fragmentis Euangel. citatus à Stapletonio conc. 2. de gratia, *In Abelis*, inquit, *innocentia mors oppignerata eſt, quaſi prius tranſmiſſa foret in eum, qui poſtea ſine culpa moreretur.*

D. Cyrill. q. citat. à Stapl.

*Inter mortem & vitam maxima eſt connexio.*

254 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum & interfecit eum.* Rabbini exiſtimant hunc agrum in quo occiſus fuit Abel, fuiſſe Damaſcenum, in quo Adamum conditum eſſe vulgaris ſententia tenet, dubium eſt, cur idem prorſus & primæ vitæ ac primæ morti locus eligitur? nonne ſatis ampla erant terrarum ſpatia, vt in diuerſis omnino regionibus mors & vita ſeorſum locarentur? quid opus fuit ex primo viuendi incunabulo, primum efficere ſepulchrum moriendi? credo ſingulari prouidentia ita factum, vt maxima inter vitam mortemq; neceſſitudo oſtenderetur, nam vix homines viuere incipiunt, cum ſtatim inſidias à morte patiantur; imo ad hoc naſci videntur vt moriantur, vnde D. Hier. in ep. 5. ad Heliod. ait: *Quid miſerius homine, qui æternæ mortis terrore proſtratus, viuendi ſenſum ad hoc tamen acceperat vt periret?*

D. Hieron.

*Mors nulli parcit.*

255 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* Quis non mirabitur hominem iuſtum, Deo charum, vitam cum morte mutare? mors enim eum non deberet attingere, ſed venerari; ideo permittitur iuſtus interfici, morſque eum inuadere, vt non ignoremus mortem nulli omnino parcere, quod Orig. hom. 2. in Numeros admiratione motus ex Moyſis morte ait: *Perterret me quod de Moyſe famulo & amico Dei, cui facie ad faciem loquutus eſt dominus, per quem fecit ſigna & prodigia, dicitur apponeris ad populum tuum ſicut appoſitus eſt Aaron*, quaſi diceret, mors omnibus communis eſt nulli parcens, cùm nec pepercerit Moyſi Dei famulo, adde nec Abeli.

Origen.

*Mors nulli parcens ætati.*

256 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* Cur Deus non permiſit mortem Abelis differri, cum adhuc ætate iuuenili floreret? ſecundum enim naturæ ordinem prius Adam & Eua hoc ſæculum morte mutare deberent, ideo à fratre permiſit Deus iuuenem Abelem interfici, vt ſciamus nulli ætati mortem condonare.

*Mortis debile fundamentum.*

257 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* Nonne Adam primus peccauerat; primo pœna mortis impoſita fuerat? cur igitur prior iuſtus moritur, quam primus peccator? ideo primus innocens moritur, vt debile ſit mortis & non validum fundamentum, quale fuiſſet ſi primum hominem mortuum peccatorem ſuſcepiſſet: ſic D. Baſil. orat. 4. *Primum Deus concedit Abelem tolli de medio, vt aggreſſoris nequitiam vſu meliori commutet, vt victum morti ſubiiciat fundamentum, mortiſque ius infirmius euadat: victus enim iniuſte à morte occupatus, iuſta cauſa ditionem inferno eripit, & primam mortis viam mortis diſſolutionem foreſpondet*, hoc habet etiam D. Theod. q. 46. in Geneſ. *Debile voluit eſſe fundamentum mortis, ſi enim Adam prior obiiſſet, firmiore fundamento mors niteretur, primum mortuum excipiens peccatorem, quia vero primum recepit eum, qui iniuſte occiſus eſt, dubium fundamentum habet.*

D. Baſil.

D. Theod.

*Patres ita filios diligunt, vt qui eos occiderit videatur patrem occidiſſe.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* Omnes patres hoc fratricidium, parricidium nuncupant, D. Chryſoſt. hom. 4. de verb. Iſai. & alibi D. Ambr. & alij: cur quæſo cum patrem non occiderit Cain, ſed ſolum fratrem, eum tamen patricidam vocant? quia pater ita filium diligit & in eo viuit, vt qui eum occiderit, iure patricida poſſit nuncupari, vnde D. Chryſ. hom. 29. in Gen. *Grauius ex illis videre filios ſupplicio affici, quam ſi ipſi iis forent obnoxij.* 258

D. Chryſ.

*Pater in filiis punitur.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem & interfecit eum.* Ilico innocentiam illius declarat Deus, cum ait, vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra, & antea eius ſanctitatem aperuerat cum reſpexit ad munera eius: cur ergo ita innocens interficitur? nota datam ſententiam mortis in primum parentem, quam tamen nondum ſubierat: dicamus Deum innocentiam Abelis declaraſſe, vt ſi eum videamus interfectum, non intelligamus propter propriam mortuum offenſam, ſed parentum, quos in filio dilecto punire voluit; aliquãdo enim eos in filiis propriis caſtigat; quod acute obſeruat D. Chryſ. ſer. 51. notans Chriſtum Dominum inquiſiſſe tempus (Marc. 9.) à quo quidem infirmabatur, quantum temporis eſt ex quo ei accidit: reſpondit pater pueri infirmi, ab infantia: nonne ſciebat Chriſtus Dominus à quo tempore? cur ergo interrogat? ſine dubio vt dum ipſe ab infantia dæmoni obnoxium fuiſſe puerum fatetur, ſimul prodat ſe illius eſſe reum & authorem: ita citatus D. Chryſ. *Requirit paſſionis tempus author temporis, non vt neſcius, ſed inſciens, ne ſcientibus prodat, deniq; interrogatione tali tempus aperit, ætatem pandit, reuoluit infantiam, vt tanti mali cauſa non tangat ſobolem, ſed parentem.* 259

D. Chryſ. Marc. 9.

*Ab initio perſecutionem iuſtus patitur.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum & interfecit eum.* Cur, ô Cain fratrem iuſtum interficis, ab eo minime læſus? vt agnoſcamus ab initio iuſtos non exemptos à perſecutionibus etiam fratrum: ſic Tert. aduerſus Gnoſticos c. 8. *A primordio iuſtitia vim patitur, ſtatim vt coli Deus cœpit, inuidiam religio ſortita eſt, qui Deo placuerat occiditur quidem à fratre, quo procliuius impietas alienum ſanguinem inſectaretur à ſuo auſpicata.* 260

Tertull.

*Qui lachrimas ſalutares non exiſtimat, ſanguinem Abelis videtur effundere.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum Abel & interfecit eum.* Per Cain conſurgentem aduerſus 261

A fratrem ſuum, intelligit Orig. tra. 26. in Matt. eos qui veritatem ſcripturarum volunt euertere; quæ veritas dicitur ſanguis & vita illarum: ſed quomodo hoc verificabitur de Abel? pluries diximus Abel interpretari luctum, reſpondet ergo cit. Origen. *Qui ſuſcepit quod dictum eſt, beati qui lugent, ſaluat Abel, qui autem non recipit, ſanguinem effundit Abel, hoc eſt veritatem luctus ſalutaris, propterea implebitur ſuper ipſum, væ vobis qui ridetis, quoniam plangetis & flebitis,*

Orig. trac 26. in Mat. 5.

### *In ſocietate voluptati deditorum iuſti interficiuntur.*

262 B *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & occidit eum.* Cur in campum ducit potius quàm in alium locum vt interficiat: nam hic locus potius quam alius non caret myſterio? Nota quod ait D. Aug. in illa verba Pſal. 8. inſuper & pecora campi, pecora campi accipiuntur homines in carnis voluptate gaudentes, vbi nihil arduum, nihil laborioſum abſcondunt; non ſine myſterio igitur in campum ducitur Abel, & ibi interficitur, quia in ſocietate carnalium iuſtus non eſt ſuæ vitæ ſecurus, ſed de morte certiſſimus: ſic idem Doctor, *Campus eſt lata via quæ ducit ad interitum, & in campo Abel occiditur, quare metuendum eſt, ne quiſq; deſcendens de* C *montibus iuſtitia, latitudinis & facilitatis carnalis viam eligens, à diabolo trucidetur, innocentia nempe & pudicitia pereunt in laxiore & faciliore viuendi conſuetudine, in qua ſola pecudes in gehennam deſtinata, hoc eſt delitioſi & libidinoſi homines libere dinagantur.*

D. Auguſt.

### *Impij plures occaſiones malefaciendi inquirunt, quàm iuſti benefaciendi.*

263 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum.* Vbinam? in campo, ad quem vt veniret compulerat: cur in campum venire precibus impulit? vt in loco ſolitudinis, D & vbi nullus teſtis ſui criminis eſſet, ſine difficultate intcrimendi occaſionem arriperet: ſed quomodo tanta cum cautela ſuæ peruerſæ intentionis exequendæ occaſionem ſollicitus, & quaſi importunus inquirit? quia impij maiori cum anxietate nocendi occaſionem inquirunt, quàm pij benefaciendi: *Vtinam qui bona agunt* (inquit Oleaſt.) *ſic opportunum ad hoc tempus quærerent, quemadmodum peccatores, poſtquam enim ille perditus Iudas Saluatorem vendiderat, ſtatim vt ait Lucas, quærebat opor-* E *tunitatem, quomodo illum oportune traderet, oculus adulteri, ait Iob, obſeruat caliginem. Norunt ergo peccatores ſuam oportunitatem malis operibus quærere, quam boni vix ad bona opera curant: obſeruauit igitur Cain nequam iſte tempus quo fratrem ſolum inueniret in agro incautum, vbi qui prohiberet non inueniretur, neque qui accuſaretur adeſſet.*

Oleaſt. Luc 22. Iob. 24. 0t.

### *Martyr eſt qui in odium virtutis occiditur.*

264 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum Abel, & occidit eum.* D. Aug. de mirab. S. ſcript. martyrem agnoſcit Abel, ait enim, martyrij coronam ſanguinis effu- F ſione promeruit, cur es martyr? cum ob quam cauſam fuerit interfectus non exprimet, ſed ſolum quod interfecit eum frater: audi Paraphta. Hieroſolymit. quam Lyranus magni fecit, cum eſſent ambo egreſſi in campum, dixit Cain, non eſt iudicium neque iudex, nec ſæculum aliud, nec merces bona pro iuſtis, nec pœna pro impiis, nec Dei miſericordia creatus eſt mundus, nec Dei miſericordia regitur, eo quod recepta eſt oblatio tua cum beneplacito,

Parap. Hie.

A mea autem non eſt ſuſcepta: Reſpondet Abel ad Cain, iudicium eſt, eſt iudex, eſt ſæculum aliud, eſt quidem merces pro bonis, & pœna pro impiis, miſericordia quoq; Dei mundus creatus eſt, & miſericordia Dei gubernatur: cumque ſic contenderent in agro, inſurrexit Cain & occidit Abel: hinc concludit Lyranus, *Abel fuit primus martyr*, quippe in odium veritatis, & virtutis occiſus fuerit. Nico. Lyr.

### *Patientia à Deo multum obtinet.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* An Eua aliquid impatienter loquuta 265 eſt, præ doloris magnitudine in Abelis ſui funere? B hoc enim ſolent mulieres, certe non legitur in ſcriptura: vnde D. Chryſ. *vides, ait, quomodo non ſolum* D. Chryſ. *non grauatim tulit, neq; triſte aliquid loquuta eſt,* an aliquod præmium pro hac animi patientia recepit? hanc animi virtutem Deus reſpiciens, pro Abele filium ſubrogauit, qui vocari poſſet fructus patientiæ matris; vnde generoſe ferens quod ſiebat, conſolationem ſtatim meretur, & maiorem gratitudinem præſefert.

### *Ex impatientia, homicidia.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfe-* 266 *cit eum.* Vndenam hoc fratricidium? an ſolum inui- C diæ tribues? tribuit impatientiæ Tertul. li. de patien. ca. 5. *Fruſtra* (inquit) *iſtud impatientiæ adſcripſe-* Tertull. *rim: ſi Cain ille primus homicida, & primus fratricida, oblationes ſuas à Domino recuſatas æquanimiter, nec impatienter tulit, ſi iratus fratri ſuo non eſt, ſi deniq; neminem interimit, cum ergo nec occidere potuerit niſi iratus, iraſci niſi impatiens, demonſtrat quod per iram geſſit, ad eam referendum à qua ira ſuggeſta eſt.*

### *Diabolus ita inuidus eſt, vt nullis noſtris malis ſatietur.*

D *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum Abel, &* 267 *interfecit eum.* Sine dubio diabolus vnà cum Caino belli ducem agebat; nonne ſufficiebat hoſtis infenſiſſime, mortalem reddidiſſe inuidia tua primum hominem, & eius poſteritatem? cur ergo etiam mortem moliris actualem: quia ita inuidus eſt, vt nullis noſtris malis ſatietur, ſed inſatiabilis de die in diem noua nobis molitur: ſic D. Chryſ. hom. 7. in epiſt. ad D. Chryſ. Rom. *Illi non ſatis fuit quod homo mortalis iam effectus fuiſſet, ipſo etiam iam mortis genere trage-* E *diam ipſam amplificare conatus eſt, ſic vt illi perſuaſerit fratris parricida vt fieret; vrgebat enim, ac deſiderabat Dei ſententiam in opus editam videre, qui ipſe noſtris mortalium malis nullo vnquam tempore ſatiatur; is tametſi audiſſet fore vt homo in terram reuerteretur, concupiuit amplius quiddam videre, videlicet filium morientem ante patrem, & fratrem à fratre interemptum, & intempeſtiuam & violentam mortem, vides quam multas ad res inſeruierit inuidentia, vt inſatiabilem diaboli animum impleuerit.*

### *Diabolus ſanguiſuga.*

F *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum Abel, &* 268 *interfecit eum.* Inſtigatus nempe à dæmone, hoc crimen execrandum admiſit, nonne tibi ſufficiebat primum parentem in condemnationem præcipitem dediſſe, Euam ſeduxiſſe, ingratitudinem, inuidiam, iram, & alia huiuſmodi vitia Caino ſuaſiſſe? cur his non contentus ſanguinem hominis innocentis exoptas? exoptat quidem, quia inter peſſimos effectus ſuos, maxime ſanguiſuga: ita Salon. Epiſc. cap. 14. in Salon.

Salomon. in illa verba, ſanguiſugæ duæ ſunt filiæ dicentes affer, & ounquam ſatiantur, ait: *Quæ eſt ſanguiſuga, cuius duas dicit eſſe filias? ſanguiſuga diabolus, qui ſemper ſanguinem ſitit.*

### *Diabolus miniſterio hominum vtitur in abominationibus ſuis.*

269 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* Cur ô dæmon cum ab initio fueris homicida, quare cum per teipſum Abelem non interfeciſti, vt fraterna manus ſanguine fratris noo intingeretur? noo per ſeipſum interfecit, ſed per alium, quia gaudet miniſterio hominum vti in ſuis abomioatiooibus: ita D. Hilar. in Pſal. 139. io illum verſum, Eripe me ab homioe malo, &c. *Omnes inſidias quaſcumq; nobis ſpirituales nequitiæ prætendunt, maxime per homines aptantur, & occaſiones vitiis noſtris aliena naturæ peruerſitas ſubminiſtrat, in lites nos iniquus exagitat, in anxietates aduerſantium & inſidiantium nobis terror impellit, in libidinem facultas ſe in id præbentis loci inuitat, oculus enim meretricis laqueus peccatoris eſt, oramus ergo in his malis poſiti dicentes, eripe me Domine ex homine malo, à viro iniquo libera me.*

Hilarius in Pſal. 139

### *Diabolus malum poteſt ſuggerere, aliquando autem non poteſt perpetrare.*

270 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* Cum diximus ſuperius ſanguinis hominum violenter effuſi cupidiſſimum eſſe, quomodo per ſeipſum noo auſus eſt huiuſmodi homicidium perpetrare? Quia quamuis malum ſuggerere poſſit, poteſtas tamen nocendi io eius arbitrio non eſt collocata: ſic Caſſian. collatione 7. cap. 22. *Non habere eos poteſtatem quemquam hominum lædendi, niſi quæ diuina ei diſpenſatione conceditur confeſſio ſpirituum eorundem Euangelicis monimentis inſerta teſtatur, dicentium, ſi eiicis nos, mitte in gregem porcorum, qui multò magis credendi ſunt in nullum hominum qui ad imaginem Dei creati ſunt, pro arbitrio ſuo poſſe, cum animalia immunda ac muta ingrediendi abſq; Dei permiſſu non habuerint poteſtatem, cæterum nemo poſſet non dicam viuentium quos videmus in hac eremo conſtantiſſime commorari, ſed nec perfectorum quidem tantis taliumq; hoſtium agminibus circumſeptus in eremo ſingularis habitare, ſi in ipſis eſſet pro voluntate ſua nocendi vel attentandi facultas, atque libertas.*

Caſſi. colla. 7. cap. 22.

### *Diabolus cum non valeat aliquid cõtra Deum, illius imaginem deſtruit vt poteſt.*

271 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* Scilicet, & inuidia, & perſuaſione dæmonis: ſed ô dæmon in quo te læſit innocens Abel: in quo tibi aduerſarius? An te forte à culmine gloriæ & à Paradiſo expulit? Minimè quidem, cur ergo ad necem illius ſuaſione tua fratrem impuliſti? Si enim eum non ſollicitaſſes non ita audax, & impius vt violentas manus proprio fratri imponeret: nota cum qui ab aliquo exiſtimat ſe damnum accepiſſe, nec tamen ab eo vindictam ſumere poſſe, illius imaginem ſi præ manibus habeat, effringere & conculcare, pari modo dæmon ita impius eſt, vt cum aliquid nociuum non valeat in Deum, à quo expulſus à Paradiſo eſt, illius ſaltem imaginem vitiis labefactare, vel homicidiis deſtruere nititur: ſic D. Baſil. Seleu. oratione. 12. de arreptiuo. *Cæterum aduerſus homines cogitatione incubuit, verumque effectorem abominatus varias machinas adhibuit ad oblitterandam Dei imaginem; nam cum Deum contra belligerare non valeat, aliam pugnam iniit, dum creaturas contra creatorem ſuccendit ad ſeditionem, ſic à principio protoplaſtum recens compactum imaginis diuinæ characteres ferentem, aduerſus Deum rebellionem cogitare hortatus eſt, in quocumque die comederitis ex eo, eritis ſicut dij: hominum vero genere propagato, idololatriæ cogitationes induxit, & velut in nocte per creatoris ignorationem, creaturam adorabat creatura, vbique aræ, templa, idolorum figmenta, vbique ſanguinis effuſiones, vbique dæmonum tripudium: contemplare igitur quomodo omnibus modis Dei imaginem effringere nititur.*

D. Baſil.

A

B

### *In pœnam peccati Deus nos derelinquit.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* Nonne Deus eum mouerat vt à peccatis quieſceret, & à fraterna cæde? Quomodo ergo Deo monenti non conſenſit: quomodo eum non audiuit? Non ignoras grauiſſimum in oblatione ſacrificij delictum commiſiſſe? Forte in pœnam peccati, ita eum dereliquit vt quamuis potuerit Deum audire, permiſit tamen monitis ſuis reſiſtere: ſic D. Greg. Mag. lib. 11. Moral. cap. 5. *Non mirum ſi à corde reprobo prædicator minime audiatur, dum nonnunquam ipſo quoque Dominus in his quæ loquitur reſiſtentium more impugnatur; Cain enim diuina voce admoneri potuit, & mutari non potuit, quia exigente culpa malitiæ, iam intus Deus cor reliquerat, cui foris ad teſtimonium verba faciebat.* 272

Gre. Mag.

C

### *Peccator in quodlibet facinus nimium audax.*

*Conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* Nonne expendiſti abominabiles conatus tuos? Non timuiſti iudicem qui falli nequit? Non horruit mens tua facinus tam impium attentare? Nonne times intolerabilem patris tui mœſtitiam ex morte dilectiſſimi filij ſui? Cur igitur à præconcepta morte conſilium non reuocaſti? Quia ita audax eſt peccator, vt ſine vllo timore in quodlibet facinus audeat; cuius audaciam plenus admiratione Chryſoſtom. conſiderat, *O audacem mentem, & abominabilem, & quidquid dici poteſt non ſatis dicetur, quomodo non obduruit manus, quomodo potuit tenere gladium, & intentare plagam? Quomodo non auolauit à corpore anima? Quomodo voluit operari tam nefandum facinus? Quomodo non inflexa eſt, & mutauit mentem?* Quaſi diceret, nihil potuit eum reuocare à ſcelere tam immani, propter impudentem audaciam. 273

D. Chryſ.

D

### *Peccator nihil formidat.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* Nonne periit ille impius Cain, ſupra terram palpitantem fratrem conſpiciens? Quomodo è viuis non exceſſit fratrem mortuum aſpiciens? Solemus enim cùm cadauer alicuius hominis etiam incogniti conſpicimus, timore maximo concuti, præcipue ſi cum eo ſoli degimus: fratris morte non eſt perterrefactus; peccator enim nullo timore percellitur, nec aliquid reformidat: vnde admirans Chryſoſt. ait, *Quomodo videre potuit corpus mortuum, & à ſpectaculo non ſtatim periit; nam cum nos poſt tot annorum numerum eum quotidie morientes videmus, quamuis vulgari morte, & ſanguine nihil nobis vinctos, viribus deſtituimur, & ſi inimicus ſit, inimicitiarum finis eſt, quanto magis veriſimile eſt hinc ſtatim ſpirare debuiſſe animam, cum videret fratrem qui paulò antea loquebatur, eadem matre natum, eodem patre genitum, eiuſdem vteri partu* 274

D. Chryſ.

E

F

Inſpice ergo quomodo ambitio nullum ſuperiorem habere deſiderat, ſed frater aduerſus alium agit, inter ipſoſmet diſcipulos ſaluatoris.

*Ambitioſus ſtat potius ex parte diaboli, quam iuſtitia.*

120 *Iratus eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius,* Diximus præcedenti conceptu ex ambitione ita concitum in fratrem, ſibi antepoſitum, mortem illius machinatum fuiſſe: ſed ſi Deus eum tibi anteponit, nonne iuſtiſſimus eſt conferens vnicuique quod ſuum eſt? Tentatio autem diaboli eſt vehementiſſima homicidium quod patrare ſignas? ſubiice ergo te Deo, & partes dæmonis perniciem tuam tibi ſuadentis dimitte: ita impius eſt ambitioſus vt ſeligat potius ſtare à parte dæmonis, quàm iuſtitiæ, & ideo non deſiſtet ab homicidio iniuſtiſſimo: ſic D. Chryſoſto. hom. 54. ad popul. Antioch. *Qua de cauſa gloriam & in tanta diligis ſolitudine? Hi namque tunc ſoli habitabant, ſed neque hoc eum cohibuit, ſed omnibus ex animo proiectis cum diabolo ſtetit.* [D. Chryſo.]

*Auarus eſt, qui cupidine ſeruat ſua.*

121 *Ad Cain, & ad munera eius non reſpexit,* Omnes dicunt hunc Cain fuiſſe auarum quia ſibi fructus meliores ſeruauit peiores Deo obtulit: ſed nonne propriè dicitur quis auarus qui aliena rapit? Reſpondet D. Auguſt. ſer. 196. de temp. *Non ſolum auarus eſt qui rapit aliena, ſed ille auarus eſt qui cupidine ſeruat ſua.* Deinde ad rem præſentem nempe de reprobatione muneris Cain poſſumus accommodare quod proſequitur, ſi *ſic culpatur qui cupidine conſeruat ſua, quomodo iudicaturus eſt te, cùm non ſolum ſeruas tua, ſed etiam quæris aliena?* [D. Auguſt.]

*Gaudium ex bene actis.*

122 *Ad Cain autem & ad munera eius non reſpexit,* Signum externum quo Deus approbauit ſacrificium Abelis, & reprobauit munera Cain, fuit inflammatio ſacrificij Abelis, non autem Cain, ſed præter illud exterius ſignum, nonne aliquod fuit interius quo & ſuum approbatum agnoſceret Abel, & ſuum reprobatum Cain? Nota gaudium eſſe de bona conſcientia, de bene actis, quod eſt fructus ſpiritus ſancti ad Galatas quinto: nam ſpiritus ſanctus ſolet iis etiam in hac vita qui virtutis opera efficiunt, animi quoddam gaudium caſtiſſimum, & ſuauiſſimum effundere; afferamus ergo ſignum interius quo agnouit ſuum ſacrificium Abel Deo acceptum fuiſſe, gaudium quod à Deo infunditur de bene actis: ſic D. Ambr. *Quando mens ſibi rectè eſt conſcia, gratulatur, vel infuſione quadam ſpirituali, & repletur animus gaudio.* [Galat. 5.] [D. Ambroſ. l. de Abel & Cain.]

*Fides ſine operibus Deo non placet.*

123 *Ad Cain & ad munera eius non reſpexit,* Cur Cain non placuit Deo nec munus eius? D. Auguſt. 15. de Dei ciuitate, ait quod in quo Cain Deo diſplicuit non eſt facile inuenire; tamen audiam quid D. Paulus ad Hebr. 11. aſſerit, quod fide plurimam hoſtiam obtulit Deo, quàm Cain; nonne Cain fidem habebat erga Deum, in quo fides illius differebat à fide fratris, propter quam Deo acceptus erat, frater autem inuiſus? Nota quod fides plurima eſt cum operibus: non igitur mirum Abel, & munus eius Deo acceptum, non autem fratrem ſiue Cain, nec eius ſacrificium, quia qui fidem habet ſolum ſine operibus non æſtimatur: ſic Thom. Angl. *Patet quod Abel habuit fidem per dilectionem optimam, & ideo Cain non placuit Deo quia non habuit charitatem.* [Tho. Angl.]

*Fides vniuerſale fundamentum virtutum*

*Ad Cain autem & ad munera eius non reſpexit,* 124 Fratris autem ſui diximus gratiſſima fuiſſe munera, propter fidem formatam, ſed ſi vtriuſque vitę curſum indagemus, reperiemus Abel innocentem, iuſtum, omnibuſque virtutibus exornatum, è contra autem fratrem eius Cain impium, parricidam; omnibuſq; fœdatum vitiis: quomodo tot virtutes in vno, in altero autem tot vitia? Nonne fidem Abelis agnouimus? Ne mireris igitur tot virtutibus florentem, fides enim eſt earum fundamentum: ſic D. Chryſoſt. hom. 20. ſuper Matth. *Sicut domus quæ habet validum fundamentum, ſi pars aliqua parietis vel tecti ceciderit, ruina eius magna non erit, quia poteſt fieri vt iterum reparetur, ſi autem fundamentum eius caſſum fuerit, tunc eſt ruina magna, quia tota venit deorſum, ſic & Chriſtianus ſi fornicatus fuerit, aut adulteratus, aut homicidium fecerit cecidit quidem, tamen ruina eius magna non eſt, quia pœnitentia iterum poteſt ſurgere, ſicut David, ſi autem de fundamento fidei aliquid fuerit paſſus, id eſt ſi præuaricatus fuerit, & ad gentiles aut hæreticos tranſierit, tunc eſt ruina eius magna, quia totus funditùs ruit.* [D. Chryſ.]

*Fides remedium vniuerſale contra peccata & dæmonis fraudes.*

*Ad Cain autem & ad munera eius non reſpexit,* 125 Ex quo maxima ira æſtuans Cain, necem fratris ſui meditans, vnde tibi ô Cain ira & inuidia aduerſus fratrem? Cur necem deſignas, grauiſſimum & nefandum crimen? aduerte poſt ſacrificium quod Deo obtulit, vt dicemus infra ex verſione Caldaica, fidem amiſiſſe, ne mireris ergo ita debilem fuiſſe, tum ad reſiſtendum dæmoni tot crimina ſuadenti, tum fortemque ad ea perpetranda, quia deficiebat fides remedium vniuerſale contra Diaboli tentationes, & omnia peccata: ſic D. Hilarius lib. 2. de trinitate, *Vt quædam medicamentorũ genera ſunt ita comparata, vt non in ſingulis tantum ægritudinibus vtilia ſint, ſed omnibus in commune medicantur, habentque in ſe virtutem generalis auxilij, ita & fides catholica non aduerſus ſingulas tamen poteſtates, ſed contra omnes morbos opem medelæ impertit, non infirmanda genere, non vincenda numero, non diuerſitate fallendi, ſed vna atque eadem aduerſus ſingula omniaque conſiſtit.* [D. Hilar.]

*Inuidia homicidij cauſa.*

*Iratus eſt Cain vehementer, & concidit vultus* 126 *eius,* Nempe nimio zelo inuidiæ ductus, ſed cur ex ira concidit vultus eius? Rup. ait terram aſpiciunt qui crudelia meditantur, ſed quid crudele poteſt meditari cum à nullo ſit offenſus? ſufficit quod ſit inuidus vt etiam homicidium moliatur: ſic D. Greg. Mag. 3. part. paſt. c. 11. *Admonendi ſunt inuidi, vt agnoſcant quod dum liuorem à corde non proijciunt, ad apertas operum nequitias deuoluuntur, niſi enim Cain inuidiſſet fratris acceptam hoſtiam, minime perueniſſet ad eius extinguendam vitam, liuor ſacrificij fratricidij ſeminarium fuit, nam quem meliorem ſe eſſe doluit, ne vtcumque eſſet, amputauit.* [Greg. Ma.]

*Inuidus*

### *Inuidus de bonis alienis cruciatur.* A

117. *Iratus eſt Cain vehementer & concidit vultus eius,* Ex inuidia ſcilicet aduerſus fratrem, in quo te læſit frater? quæ bona tibi abripuit? quam accuſationem aduerſum te tulit? vt innocenti inuideas, ſolùm enim legimus in hoc fœlicem fuiſſe quòd accepta fuerunt à Deo ſua munera, ſed iuſte, ea enim obtulit corde ſincere & fide perfecta: hoc ſufficit ad inuidiam; inuidus enim ſuum liuorem excitat ex aliena fœlicitate: Greg. Ma. ſic Greg. 6. Moral. c. 17. *Iniquorum hominum mentes cum quadam à proximis bene geſta conſpiciunt, in extremo liuoris ſui equuleo torquentur, & grauem malitia ſua pœnam ſuſtinent, cum bona in illis vident.* B

### *Inuidia cæca.*

120. * *Iratus eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius,* Aduerſus fratrem inuidiâ motus propter ſuam fœlicitatem, exiſtimabat enim eum fœlicem eſſe, quia oblatio eius Deo accepta fuerat, ſed ô Cain, nonne diſcernere potes Deum eſſe iuſtiſſimum, & æquiſſimum, & ideo tua non admiſiſſe munera, quia impuro corde oblata; reſpexiſſe autem dona fratris tui C Abel, quia zelo charitatis exhibita? depone igitur inuidiam quam aduerſus fratrem tuum concepiſti, & agnoſce eum potius amore dignum quam liuore; hoc non agnoſcit Cain, inuidus enim omnino cæcus exiſtit: ſic noſter Lyra, in illa verba 1. Reg. nec poterat videre lucernam Dei, &c. ait: *Per Heli ſignificatur inuidus, qui non poteſt videre bonum pro-* Cyril. Ale. *ximi, qui lucet coram Deo,* D. Cyril. explicans illud Gen. 37. nec poterant quidquam pacificè loqui, ait: *Vide quo feratur inuidia, quàm cæca ſit.*

### *Inuidia bona animæ perdit.* D

129 *Iratus eſt Cain, & concidit vultus eius.* Ex cuius demiſſione aliquid crudele machinari collegimus ex Ruperto, ſcilicet mortem fratris: nonne ante ſacrificium eum colebas & amore proſequebaris vt germanum? nunc autem maiori amore dignus eſt, vidiſti enim eum gratum eſſe Deo, & ideo magis amabilem: cur igitur primum amorem depoſuiſti, odium mortale in eum concipiens? nonne diximus inuidum? optime ſequitur igitur amoris fraterni iacturam feciſſe, imo & aliorum bonorum, inuidia enim Gre. Mar. omnino deſtruit: ſic D. Greg. 15. Moral. cap. 34. *Inuidia cum mentem tabefecerit, cuncta quæ inuenerit, bene geſta conſumit.* E

### *Hypocritarum munus non accipitur à Deo.*

130 *Ad Cain & ad munera illius non reſpexit.* Cur Deo oblatum munus diſplicet? rationem videtur aſſignare ipſe Deus Cainum ſtatim alloquens, iuxta Sept. ſi recte offeras, non autem recte diuidas, peccaſti: ſed in quo malè diuiſit? Iſidorus dicit, quia exteriora dabat, & ſe in nequitia conſeruabat; nonne hoc eſt proprium hypocritę? iure merito non acceptum eſt F Caini munus, quia hypocritarum dona non admittit Deus: ita explicare videtur D. Bern. ſer. 24. in D. Bernar. Cant. *Quid miraris ô Cain, ſi non reſpicit ad te, qui ita diuiſus eſt in te, ſi manum deuotioni, quid animum das liuori? non concilias Deum tibi, diſcors tecum, non placas ſed peccas,* expende illa verba, ſi manum deuotioni, quid animum das liuori? quaſi diceret, quoad exterius deuotus appares, interius autem impius & inuidus.

### *Aliena felicitas triſtitiâ afficit.* A

*Iratus eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius,* 131 Vel vt vertunt Sept. & contriſtatus eſt valde, ſi Cain poſt munus oblatum contriſtatur, videtur quod pœnitentiam egerit, nam pœnitentium eſt triſtitia, reſpondet optimè D. Theodo. q. 41. in Gen. D. Theod. *Angebat illum non peccatum ſuum, ſed fratris proſperitas.*

### *Ira lumen rationis extinguit,*

*Iratus eſt Cain & concidit vultus eius.* Ex ira vultus 132 illius demittitur in terram; nonne Deus tibi faciem B rectam conceſſit, cur pronam & ſimilem beſtiis deprimis? expers enim rationis videris: non miror ſimilem animalibus in demiſſione faciei, iratus enim Caſsia. l. 8. erat Cain, at iratus expers eſt omnis rationis: ita Caſſian. *Sol, id eſt ratio quæ pro eo quod omnes cordis cogitationes, diſcretioneſque illuſtret, ſol merito nuncupatur, iræ vitio non extinguatur, ne eodem occidente perturbationum tenebræ autore ſuo diabolo vniuerſum cordis noſtri occupent ſenſum, & tenebris iræ poſſeſſi, velut in nocte cæca quid nos oporteat agere ignoremus.*

### *Irati proprium, omnia obruere.* C

*Iratus eſt Cain, & concidit vultus eius.* Ira Cain 133 fratricidij origo, cur cruentas imponis manus homini innocentiſſimo, imo & fratri tuo tibi amiciſſimo? benignum enim te ei potius & affabilem pręſtare deberes, non autem immiſericordem & crudelem; naturæ tamen ius violat, Deum non timet, patrem non formidat, omnia denique contemnit, irati enim eſt D. Baſil. proprium omnia contemnere & obruere: ſic D. Baſi. hom. de ira, *Quemadmodum torrentes ad curua loca decurrentes ſecum obuia quæque trahunt, ſic & iratorum impetus violenti & inſtabiles, omnia ſimiliter* D *percurrunt atque obruunt.*

### *Ira radix odij.*

*Iratus eſt Cain, & concidit vultus eius.* Deinde vi- 134 dimus maximo odio Cain proſequutum eſſe fratrem ſuum; nonne ex fratre tibi amantiſſimo potius oriri deberet amor quam odium? cur igitur ei infenſus? nonne dixit ſacer textus eum iratum? non eſt mirum ergo odium fraternum in eo generari: ira enim radix eſt odij: ſic D. Antioc. hom. 53. D. Antioc. *Iræ radicem prorſus ſi à corde excideris, iam non odium erit, non inuidia* E *ad opus vſque progredietur,* expende prima verba, D. Anthel. & colliges iram originem eſſe odij, & S. Anthel. Epiſ. Saxonum in Monoſticis, Monoſ. 141.

*Ira odium generat, concordia nutrit amorem.*

### *Inuidia crudele malum.*

*Iratus eſt Cain, & concidit vultus eius,* Pallidam in- 135 ſpicio faciem tuam, Cain mentem cruciatam, vultum immutatum, & demiſſum ad inſtar belluæ; qua quæſo teneris infirmitate, quæ te ita crudeliter angit, vt omnino mutatus, à te ipſo alius videaris? nonne diximus ex fratris fœlicitate inuidiæ ſtimulis a- F gitatum? define igitur mirari, cum ita immutatum videas, ac ſi grauiſſima oppreſſus eſſet infirmitate, inuidia enim crudele malum: ita cit. Antioc. ho. 55. D. Antioc. *Plane inuidia vehemens, atque atrox malum, ac modis omnibus crudele eſt; qui enim cuipiam inuidet, animi angore diſcruciatur, contabeſcit, miſere eliquatur totus, inuidia enim quaſi vermis in ligno, & in veſtimento tinea, ita cor denique & faciem eius conficit, ac macerat hebeti pallore, qui ſemel in ipſius manus incidit.*

Caſſian. 11. de ſpiritu triſtitiæ cap. 9. *Eſt aliud deteſtabilius triſtitiæ genus, quod non correptionem vitæ, nec emundationem vitiorum, ſed pernicioſiſſimam deſperationem animæ iniecit delinquenti, quod nec Cain fecit poſt fratricidium pœnitere, nec Iudam poſt traditionem ad ſatisfactionis remedia feſtinare, ſed ad ſuſpendium laquei ſua deſperatione pertraxit,*

### *Triſtitia ſignum maximæ infirmitatis.*

146 *Iratus eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius.* Contriſtatus eſt, leguot Sept. additque Cald. & ceciderunt vultus eius; qua infirmitate detineris Cain, cum ita languidam vultus ſpeciem præteferas? ſignum eſt enim maximè ægritudinis & acutæ, cum quis non erigit faciem, ſed deprimit; maxima ægritudine tenebatur, quia triſtitia, quæ maxima eſt animi infirmitas, afficiebatur; ſic D. Antioc. hom. 25. de triſtit. *Omnes animæ vires circumplexa ſemel triſtitia, tota amarulentia complet, atque inſuaui intemperie, neque permittit vt agnoſcat ægritudinem qua ſe vrget, triſtitia enim animæ eſt mœrentis deiectio, adde & vultus depreſſio.* D. Antioc.

### *Triſtitia vermis eſt cordis.*

*Iratus eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius,* Quid meditaris in illo mœrore? (habent enim Sept. contriſtatus eſt Cain valde) depreſſio enim vultus tui ſignum eſt profundiſſimæ triſtitiæ, & animi maximè infirmi & iam morituri: obſerua cùm vermes cor alicuius arboris exedunt, facile arbor deprimitur; triſtitia igitur Cain mentem eius humiliat, & corpus inclinat, vt intelligat mœrorem animi vermem eſſe cordis illud corrodentem; ſic cit. Antioc. 147
*Triſtitia abſorbet mœrore confectum, nam vermis eſt cordis ſuammet exedens matrem.* Antioc. cit.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. VI.*

*Vlg:* Dixitque Dominus ad eum, quare iratus es, & cur concidit facies tua?
*Septuag.* Et dixit Dominus ad Cain, quare triſtis factus es, & cur concidit vultus tuus? *ſic Ambroſ.*
*Caldæus.* Cur iraſceris tu, & quare ceciderunt vultus tui?
*Arias.* Ad quid eſt ira tibi, & ad quid ceciderunt vultus tui? *ſic Pagnin.*
*Antiqua vulg.* Et quid accenſa eſt ira tibi, & in quid concidit vultus tuus?
*D. Chryſoſt.* Quare mœſtus factus es, &c.
*Vatabl.* Cur excanduiſti?

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

Nihil de nouo hîc addendum præter ea quę diximus in concordia præcedentis verſus, niſi panaim, ſignificans faciem & vultum.

## EXPOSITIO VERSVS VI.

*Dixit Dominus ad eum,* Quo genere ſermonis loquutus ei fuerit, non eſt certum; exiſtimo autem fuiſſe interno, eo quod ſcriptura nullius meminit ſenſibilis, (quemadmodum meminerat cum deſcripſit Deus ambulantem in Paradiſo ad auram poſt meridiem) Deus alloquutus eſt igitur eum eo modo, quo pro ſuaui humani generis gubernatione conſueuit alloqui homines poſt peccatum, arguente interno ſynderesis ſermone vt reſipiſcant.

*Quare iratus es, &c.* Cur ira qua in fratrem excandeſcis, te ita triſtitia afficit, vt præ illius magnitudine demittas oculos, non ex humilitate, ſed ex liuore? Nolens fratrem aſpicere, ſed meditari incipiens nefandum ſcelus, mortem ſcilicet eius.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Ad habendam rectam conſcientiam Deus te inuitat.*

148 *QVare iratus es, & cur concidit facies tua?* Nonne ô cordium inſpector Deus, ſcis cur iratus ſit, nempe quia accepta habuiſti munera fratris ſui Abel, ſua autem deſpexiſti? Curque cadit vultus eius, quod eſt proprium aliquid crudele meditantium? Quia fratricidium meditatur: ſi ergo hoc non ignoras, cur eum interrogas? Non ignorans interrogat, ſed vt induceret ad deponendam malam conſcientiam inuidiamque in fratrem acceptam: ſic Rupert. Rupertus.
lib. 4. de oper. Trin. cap 3. *Ita percunctando, vocat illum mitis ad miſericordiam, ad conſcientiam ſuam inuitat eum ad cor ſuum, vt videat ipſe, quid cogitet bonum aut malum.*

### *Conſcientia mala, maximo metu nos concutit.*

*Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Vel vt habent Septuag. quare triſtis factus es, & quare concidit vultus tuus? Si nullus neque vnum verbum protulit, quod tibi moleſtum eſſet, quomodo concidit vultus tuus, non ſolum ex mœrore, ſed etiam ex metu? Forte enim Deum vindicem male ſacrificij oblati formidas: obſerua ſtimulis malæ conſcientiæ agitari: quid mirum igitur, ſi ita demiſſum habet vultum, tum ex mœrore, tum ex metu, maximo enim mœrore nos concutit mala conſcientia: quod confirmat 149
D. Cyril. Alex. l. 11. in Ioan. c. 32. qui loquens de Iuda habente cohortem integram vt Chriſtum Dominum comprehenderet, ait: *Magna quædam res, conſcientia certe ſtimulus eſt, qui quando perperam aliquid agimus etiam nullo præſente, ingenti nos metu exagitat, tale quid paſſus proditor vt arbitror & co-* D. Cyrill.

*hortem armis munitam & Iudæorum miniſtros ſecum adduxit, vt quaſi latrocinio proditum caperet.*

### *Mala conſcientia mœrore nos afficit.*

150 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Vel vt habet Chryſoſtom. quare mœſtus factus es? Neſcio cur triſtaris, pater tui amantiſſimus eſt, Deo ſacrificium ſibi debitum obtuliſti, frater minor te honorat & colit, mater vt primogenitum diligit, mœtoris igitur nulla tibi ſubeſt cauſa? Aduerte à conſcientia excruciatum: ne inquiras igitur ſui mœtoris origi-
D. Ambr. nem: mala enim conſcientia lætari non ſinit, ſed triſtitia angit vehementi: ſic D. Ambroſ. lib. de Cain & Abel, *Cain triſtis factus eſt, quia in propria conſcientia intellexit Deo ſacrificium ſuum non probatum, quando enim mens ſibi recta eſt, conſcientia gratulatur, triſtitia autem Cain, conſcientiæ teſtimonium, repulſæ iudicium eſt.*

### *Iratus fœdus aſpectu.*

151 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Cur concidit vultus Caini, cum eſſet iratus? Nonne Deus rectum hominem creauit? Quomodo ergo depreſſum tenet quaſi contra creationem hominis? Quid
D. Baſil. inquiris vultum depreſſum habere, quia iræ furore agitatus, fœdus aſpectu eſt; ſic D. Baſil. homil. de ira, *Diſcentes enim turpem eorum tumultuationem, qui ira tenentur, agnoſcimus quod vir iratus fœdus aſpectu ſit.*

### *Ira cibus diaboli.*

152 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Cur in eo tam vehementem iracundiæ paſſionem excitat diabolus? Illa enim ira non propter peccatum, ſed ex
in Cant. Cant. inuidia, & ira diabolica; ideo eam diabolus ſuſcitat, quia ſuum alimentum & cibus eſt: accipe Aponium, *Sicut diabolus cruentâ iracundiâ, & execrando cæno libidinis ſaginatur, ita Chriſtus Dei filius miſericordiæ, manſuetudinis, vel caſtimoniæ liliis paſcitur.* Expende illa verba: diabolus iracundiâ ſaginatur, quaſi diceret inter delicatiores cibos dæmonis, pinguiſſimum alimentum eſt iracundia noſtra.

### *Ira temulentiæ genus eſt.*

153 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Cur ſubiunxit Deus in interrogatione, cur concidit facies tua? Sufficiebat enim eum interrogaſſe de ira, vt ad confeſſionem ſui delicti induceret; nota ebrium ſui corporis non eſſe compotem, habere autem vultum demiſſum, ſignum eſt hominis vt diximus ratione carentis; rectè igitur addidit Deus primæ interrogationi hanc ſecundam, vt ei inſinuaret propter iram
Ioan. Dam. ebrio quaſi ſimilem, ait enim D. Ioannes Damaſcen. l. 3. paralel. c. 32. *Væ his qui temulenti ſunt, non à vino, iracundia animæ temulentia, de ſtatu eam exturbans, non ſecus ac vinum, iraſcentem aliquem tibi animo propone, quemadmodum videlicet ex hoc affectu temulentiam contrahat, ſui ipſius compos non eſt.*

### *Ab ira nos reuocat Deus, ne eum iratum ſentiamus.*

154 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* An tibi ô Deus ira Caini damnum inferre poteſt? Cur igitur ita illius ſollicitus es, vt quaſi Abelis recordari non videaris? Deus ſollicitus eſt iræ Cain, vt eum ab illa
D. Baſil. reuocet, ne iram diuinam experiatur, conſentit D. Baſil. aduer. iraſcen. *Deſine ab ira, & derelinque furorem, ne te iram meam experiri contingat, quæ de cœlo ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam hominum reuelabitur.*

### *Iratus bellua truculenta eſt.*

155 *Quare iratus es? &c.* Non ignoras qua de cauſa excandeſcat Cain, cur igitur eum interrogas? Dices vel vt ab ira reuoces, & ad delicti ſui agnitionem prouoces, & ne homicidium præconceptum exequatur; ita ne ô Deus, crudelis & ſæuus Cain, vt violentas manus & necem audeat inferre fratri ſuo? ſine dubio interimet, iratus enim tanquam bellua cru- Cyril. cit. à
delis eſt, & nulli parcens: ſic D. Cyril. cit à Damaſc. Dam. in paralel.
vbi ſupra. *Quænam bellua ita ſæua & truculenta eſt, vt homo iracundus, atque impotentis cuiuſdam excandeſcentiæ tyrannide oppreſſus? aut quodnam ſæuum & venenoſum reptile tam acriter in eos qui propius accedunt inſilit? vt vir acri, atque effrænata quadam iracundia laborans, totaſque velut habenas huiuſmodi affectui remittens.*

### *Bona ira eſt quæ progreditur ad comprimendum peccatum.*

156 *Quare iratus es?* Hæc reprehenſio eſt diuina, cur Pſal. 4.
Cain propter iracundiam obiurgas, nam per Pſalm. tuum, nobis conſulis vt iraſcamur, ais enim iraſcimini; fateor iram ſuadere, ſed ſolum quæ progredi- Dion. Ale.
tur ad peccatum compeſcendum; ſic Dion. Alex. cit. à Damaſc. vbi ſup. *Iraſci apud nos hoc termino circumſcribitur, vt ad comprimenda peccata progrediatur, nec ſe vltra porrigat, iraſcimini inquit ille, & nolite peccare.*

### *Iratus Deum contemnit.*

157 *Quare iratus es?* Interrogat Deus Cain, quaſi diceret, reprime eam iracundiam, ad te ipſum animum inijce, rationem tuam ira ſuperabit, quæ ad atroces & belluinas actiones, præcipitem trahet, eam igitur depone; cur Deo non ſatisfacis? Cur interroganti non reſpondes? Non enim legimus interrogationi Dei ſatisfeciſſe: ne mireris Deo non ſatisfacere, cum enim iratus eſſet, Deum contemnit, hoc inſinuare videtur Lippom. cum ait, *Deum iniquum iudicauit,* Lippom.
Quaſi diceret Deo non reſpondet, quia illum deſpicit iniuſtum eſſe credens.

### *Ira diabolicum peccatum.*

158 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Rupertus ait, iratus fuerat Cain inuidendo, & conciderat facies eius fratricidium meditando, & vtrumque ab illo requirit Deus, quia neutrum approbat; ſed cur iram non approbat? Nonne Deum pluries iratum in ſacro textu legimus: Nonne etiam pſalmiſta ait iraſcimini? Duplex eſt ira, vna ex zelo iuſtitiæ, alia autem ex zelo inuidiæ? Ergo hanc ſecundam non ap- Rupert.
probat, imo reprobat; quia vt ait idem Rupert. *Iraſci inuidendo ſcelus eſt & peccatum diabolicum, quia diabolum imitatur, qui alterius iuſtitiæ inuidet, aliàs autem iraſci vel humanum eſt, dummodo ira prius reſiliat, quam peccati opus generet.*

### *Inuidiâ nihil periculoſius.*

157 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Diximus ira excandeſcere ex inuidia: ſed quomodo ita lethale damnum infert Cain, vt illius faciem deprimat, quaſi hominis defuncti? Quia nullus affectus periculoſior in homine quam liuor & inuidia; accipe D.

D. Baſ. cit. Baſilium, *Inuidia nullus exitioſior affectus in hominum animis innaſci poteſt, vt enim ferrum rubigo, ita inuidia animam quam obſederit, conſumit, imo vt rectius loquar, quemadmodum vipera exeſo materno ventre in lucem editur, eodem modo inuidia hanc naturam habet, vt parturientem ſe animam laceret atque conficiat.*

### *Peccato obnoxius, ea quæ ſibi ſunt vtilia non conſiderat.*

160 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* In his verbis admonet Deus quæ ſunt ſibi vtilia, nempe deponere inuidiam aduerſus fratrem ſuum, ſed inquies an Cain præconceptam deponit, imo vt ait Ambro. auget inſolentiam, acerbat flagitium, vnde hoc? Quia ſemel peccato obnoxius, ea quæ ſibi ſunt vtilia, & fructuoſa negligit & deſpicit: ſic D. Chryſoſt. hom. 18. *Incurabilia vulnera auſteris medicamentis non cedunt, ita animus ſemel captiua, ſi ſe peccato cuipiam obnoxiam fecerit, conſiderare non vult, quæ ſibi ſunt vtilia, etiamſi quis innumera inculcet, illius auribus nihil proficeret.* — D. Chryſo.

### *Inuidus ſemper mœrore afficitur.*

161 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Vel vt Chryſoſto. cur mœſtitia afficeris? Si ira & mœſtitia diuerſæ ſunt paſſiones, quomodo vbi legimus iratum, Septuagint. cum Chryſoſto. legunt mœſtum? Diximus hanc iram ex inuidia naſcentem; optime igitur verterunt Septuagint. mœſtum, vbi habemus iratum, quia inuidus continuis mœroribus afficitur: ſic citat. Baſilius, *Liuor nihil aliud eſt quam dolor ex alterius rebus ſecundis ſuſceptus, quo fit vt mœrores, animique acerbitates inuidum nunquam deſerant.* — Baſil cit. à Dam. in paral. c. de inuidia.

### *Inuidus propinquos ignorat.*

162 *Quare iratus es?* Vel vt habent Septuagint. quare triſtis factus es? Quaſi diceret Deus, quid mœres homo, cum nihil incommodi tibi acciderit? Quid infenſus atque infeſtus fratri mortem deſignas? Si in quibuſdam bonis verſatur, & beneuolentię erga eum teſtimonium exhibui, nihil rerum tuarum imminuit, retracta igitur mortem quam ei inferre concèpiſti? Sed non deſiſtit à ſcelere perpetrando; inuidus enim propinquos, & fratres ignorat: vnde citatus D. Baſilius ait loquens de inuidia, *Fugiamus fratres morbum impiæ aduerſus Deum pugnæ, magiſtrum homicidij, parentem naturæ confuſionem, propinquitatis ignorationem, calamitatem à ratione alieniſſimam,* pódera propinquitatis ignorationem. — D. Baſil.

### *Inuidus nunquam manſueſcit.*

163 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Hæc verba profert Deus maxima cum benignitate, vt ſuadeat Cain necem præconceptam in fratrem reuocare, an verborum ſuauitati annuit, an non occidit? Occidit vtique, & non mirum; inuidus enim nunquam manſueſcit, ſed crudelior ſemper efficitur: ſic cit. Baſil. *Canes quàm aluntur, manſueſcunt: leones blanditiis curantur, inuidi autem comitate atque obſequijs vehementius efferuntur.* — D. Baſil.

### *Inuidum ipſa facies prodit.*

164 *Cur iratus es, & cur concidit facies tua?* Diximus inuidię zelo, & liuore Cain affectum, ſed vnde-nam colligimus eum hoc morbo laborantem? Quænam

A ſunt ſigna, Nonne ait Deus, cur concidit facies tua? Ipſa igitur facies demiſſa inuidum prodit, & declarat; ita citat. Baſil. *Inuidia morbo laborantes vel ipſa quodammodo facies prodit, luſcus ipſis ac ſplendoris expers eſt oculus, triſtes genæ, collapſum ſupercilium, animus hoc affectu conturbatus.* — D. Baſil.

### *Inuido nihil miſerius.*

*Quare iratus es?* Vel vt habent Septuagint. quare contriſtatus es? Iuſtiſſime te reprehendit Deus, nam certe ſummo gaudio & animi alacritate deberes affici, videns fratris munus acceptum eſſe Deo, cur igitur vbi eſt materia gaudij, originem tuæ triſtitiæ & mœroris depromis? Summa enim miſeria eſt aliis gaudentibus nos mœſtos effici, & contriſtari: ita eſt ſane, vnde nihil miſerius exeogitari poteſt inuido qui triſtitia angitur, cum gaudere teneretur: ita D. Chryſoſt. citat. à Damaſc. cap. 11. de inuidia libr. 3. Paralel. *Quidnam hominibus inuidis miſerius excogitari queat? Cum gaudere ipſis atque ex gaudio emolumentum percipere liceat, malunt tamen ob aliorum gloriam nominiſque ſplendorem mœſtitia affici, atque vnà cum ea mæſtitia, cruciatum quoque à Deo, pœnamque ſibi intolerandam accerſere.* 165 — B — D. Chryſo.

C

### *Triſtitia genus ebrietatis.*

*Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Diximus illa pronitate, & vultus demiſſione, aſſimilari Cainum ebrio, ſed vnde illa ſimilitudo prouenit? Nonne vbi legimus quare iratus es, Chryſoſto. habet cur triſtitiis affectus es? recte igitur per mœrorem ſimilis ebrio dicitur, quia mœſtitia genus quoddam ebrietatis eſt: ita Ioann. Damaſcen. lib. 3. paralel. cap. 32. *Mæſtitia ipſa quoque ebrietas eſt mentem ſubmergens.* 166 — Ioan. Dam.

D

### *Triſtitia ſaluti noſtræ aduerſatur.*

*Cur iratus es, & cur concidit facies tua?* Vel vt legit Ambroſ. quare triſtis effectus es? Cur tanta cum ſollicitudine, ô Deus, ſtudes Cainum reuocare à mœrore, quo opprimitur? Aduerte ſalutem omnium Deo eſſe curæ; rectè igitur à triſtitia reuocare nititur, quia ſaluti noſtræ inimica: ita tenet Pallad. in Lauſiaca hiſtoria ſect. 48. qui loquens de Abbate Apolline ait, *Si quis iubebatur præ ſe ferre triſtitiam, ſtatim pater Apollo ex eo rogabat cauſam, dicebat autem non oportet eſſe triſtes propter ſalutem, cùm futuri ſimus hæredes regni cælorum.* Preme illa verba, non oportet eſſe triſtes propter ſalutem, quaſi innueret ipſum mœrorem ſaluti aduerſarium. 167 — Palladius. — E

### *Impiorum eſt cum non exaudiuntur, hoc non tribuere ſuæ indignitati, ſed Dei partialitati.*

*Quare iratus es?* Quia ſcilicet Deus grata ſua non habuerat munera, ſed cur Deo iraſceris, non autem tuæ malitiæ vel auaritiæ, cum meliores fruges reſeruans, peiores diuino numini offeras? Quia proprium impiorum eſt cum à Deo non exaudiuntur, hoc non tribuere ſuæ indignitati, ſed ipſiuſmet Dei partialitati: fauet Serap. Port. con. 5. *Se non exauditum à Deo Cain videns, iraſcitur quaſi contra Deum, hoc ipſum non adſcribit propriæ indignitati, ſed ac ſi Deus ſic agendo male fecerit, ſeu non bono animo affectus erga ſeipſum Cain, in iracundiam quæ non ſinit cernere verum, exarſit.* 168 — F — Serap. Por.

*Principis fauor negatus, maxime animum ſubditi deprimit.*

169 *Quare iratus es?* Et non ſolum iratus, ſed concidit vultus eius, cur ita deprimeris, & quaſi animo deiectus incedis? An frater tibi aliquod damnum intulit? Minime, an parentes in aliquo te læſerunt? Non legimus, cur ita deiiceris? Reuoca in memoriam principem regum grata non habuiſſe ſua dona: ne ſciſciteris ergo, cur ita demiſſo incedit animo, quia principis fauor negatus maxime animum ſub-Oleaſ. hîc. diti deprimit, *Aduerte*, inquit Oleaſt. *qualiter animum deijciat negatus principis fauor, ſicut enim maxime euehit, & lætificat hilaris domini vultus ſeruum, ita omnino deijcit ſi eum ſentiat non affectum ſibi ea qua ſolitus erat hilaritate.*

*Principes & Prælati quos triſtes inſpexerint, conſolentur.*

170 *Quare iratus es?* Quid ô benigniſſime Deus ſolicitus es iræ & mœroris Caini? Non enim ei occaſionem illius paſſionis præbuiſti, imo nec frater ſuus, ſi ergo ipſemet cauſa ſuæ triſtitiæ extitit, hanc pœnam ferat: nihilominus Deus cauſam ſui mœroris inquirit, vt eo detecto ſolatium ferat, & ſic eo exemplo Principes, & Prælati quos triſtes inſpexerint ſubdi-Oleaſt. tos conſolentur: *Docentur Principes* (inquit Oleaſt.) *ſeruos quos viderint triſtitia affectos ſubleuare, vt vnde malum proceſſit, inde prodeat medicina, ſunt multi Prælati qui ſiue ſubditi ſint triſtes, ſiue hilares, non curant etiamſi ipſi ſint illis cauſa triſtitiæ, non ſic Dominus Deus: ſed licet videret Cain ſine vlla cauſa iratum erga fratrem & triſtem, cauſam triſtitiæ inquirit, ſubleuat, verbiſque ſolatur, pollicetur bona ſi mentem & opera emendet.*

*In mœrore noxio, exitium noſtrum.*

171 *Quare iratus es?* Vel vt legit Ambroſ. cur triſtis effectus es? Cur diſſuadere mœrorem Caino niteris ô Deus? Nonne triſtitia deſiderabilis eſt? Teſte enim D. Paulo triſtitia pœnitentiam in ſalutem ſtabilem D operatur, potius igitur conſule mœſtitiam, vt à peccatis ſuis ad meliorem frugem reuocetur, recte ſua-2. Cor. 7. det Deus Cain mærorem deponere, quo cruciabatur, noxius enim erat & ad perditionem trahens & rui-D. Fulgent nam: vnde D. Fulgentius Epiſt. ad Gallam cap. 2. *Salubris etenim noxiaque triſtitiæ debet in noſtro corde manere diſcretio, qua fit vt nec de amiſſione ſolatij temporalis concidat animus, æternis rebus deditus & de his ſalubrem triſtitiam ſumat, in quibus ſe aut minus aliquid, aut ſecus quam oportuit feciſſe conſiderat, propter quod Paulus vtramque triſtitiam nouminus opere docet, quam retribuit, vt diſcretam: denique in vna ſalutis prouentum, in altera mortis poſitum demonſtrat exitum, dicens quæ enim ſecundum Deum eſt triſtitia pænitentiam in ſalutem ſtabilem operatur, ſæculi autem triſtitia mortem operatur.*

*Ad dandam pro peccatis ſatisfactionem, nos inuitat Deus.*

172 *Dixit Deus Cain, quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Vel vt habent Septua. quare triſtis es? nonne ſcis ideo iratum & triſtem, quia ſuum non reſpexiſti ſacrificium, fratris autem ſui donum gratum habuiſti? cur igitur interrogas eum, quare ſic afficiatur F triſtitia? ex benignitate & miſericordia, & non ex ignorantia hoc dixit, & vt occaſionem præberet ſa-D. Chryſo. tisfaciendi pro munere male oblato: ſic D. Chry. ho. 18. *Poſtquam vidit illum ſupra modum triſtem, &* A *vt ita dicam à triſtitia fluctibus ſubmerſum, eum non deſpexit. ſed quam erga patrem ipſius benignitatem declarauerat, dando illi ſatisfaciendi occaſiones, & fiducia ianuam aperiens, manum illi quaſi in præceps eunti porrigens, & occaſionem præbere volens, vt delictum corrigat.*

*Prædicatio non prodeſt, niſi ſpiritus ſancti adiutorio.*

173 *Quare triſtis es, & cur concidit facies tua?* In his verbis Deus ſe gerit prædicatorem ſuæ ſalutis, admonens Cain, hoc modo loquutus eſt primis parenti-B bus, & Deum agnouerunt, pœnitentiamque egerunt, Cain autem minime; quomodo in vno prædicatio efficax, in alio minime? ſufficiat ratio D. Aug. 15. de D. Auguſt. ciuit. c. 7. *In electis Spiritusſanctus operatur intrinſecus, alioquin nihil prodeſt homini omnis prædicatio veritatis, facit autem hoc Deus à vaſis miſericordiæ iræ vaſa diſcernens, nam hoc ipſum quod Deus loquutus eſt ad Cain, loquutus eſt ad primos homines,* Adde in Cain quidem verba Dei non profuerunt, primis autem parentibus maxime vtilia fuêre.

*Reprehenſio cum benignitate.*

174 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Quaſi ei diceret, homini ſacrificium non obtuliſti, ſed mi-C hi; non poſſum autem falli, reſpicio enim offerentium mentem, non eſt ergo cur iraſcaris, ſed ego potius in te iraſci poſſem, tamen nec pœnam delicti repeto, ſed dumtaxat oſtendo delictum: cur ô Deus peruerſum hominem alloqueris ita benigne & manſuete? cur ei peruerſam mentem ſuam non aperis, indicaſque te grauiter eum puniturum, & à facie tua exterminaturum, ſi aliquid moliatur contra fratrem? non eum niſi benigne alloquitur, vt declaret eos quos docendos quæ facienda ſunt & vitanda ſuſcipimus, non niſi manſuete inſtruere debere, & benigne reprehendere: ſic D. Chryſoſ. hom. 18. *Expende dilecte ineffabilem benignitatem, & in docēdo nobis con-*D. Chryſo. *gruam humilitatem, quia poſtquam vidit illum ab inuidentia affectione oppugnari, vide quomodo pro ſua bonitate congrua ipſi remedia apponit, vt ſtatim educatur, & æquis non obtegatur.*

*Reprehenſio cũ aliqua conſolatione adhibenda.*

175 *Cur iratus es, & cur concidit facies tua?* Diximus præcedenti conceptu Deum in his verbis ſuauiter reprehendiſſe Cain: ſed aliquid amplius in eis conſidero, nempe quod aliquomodo eum conſolatus eſt, ſenſus enim horum verborum, quare iratus es, de-E pone iram qua commotus es, quia oblatum munus tuum non accepi, iterum aliud offeras mente pura, & corde ſincero, gratum mihi erit: cur quæſo ô Deus, obiurgationi conſolationem adhibes? nonne grauiſſime peccauerat? obiurgetur ergo, & grauiſſime reprehendatur, non adhibito ſolatio? imo adhibeat ſolatium, obiurgatio ſemper aliqua conſolatione leniendá eſt, quia nimium ſeuera, & non aliqua dulcedine attemperata maxime nociua eſt: ita D. Bern. D. Bernar. ſerm. 2. in die Paſcharis, *Verbum correptionis quod ſanare debuerat, quia mordacius forte videtur, exaſperat & exulcerat magis.*

*In reprehenſione animus peccantis conſiderandus.*

176 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Nonne ſatis graue crimen commiſerat Cain, vt ſecundum

menſuratam delicti grauiter obiurgaretur; cur igitur ita blande & benigne tractas? aduerte animum Caini peruerſe inclinatum fuiſſe, ita vt ſeuera obiurgatione ſæuior & immanior excandeſceret: recte igitur leuiter obiurgat, quia in reprehenſione non ſolum grauitas delicti, ſed animus peccantis attendendus eſt: ſic D. Damaſ. lib. 1. Paral. cap. 11. *Non ſolum pro delictorum modo increpatio adhiberi debet, ſed etiam peccantium animus conſiderandus eſt, ne alioqui dum quod præruptum eſt, ſarcire ſtudes, grauiorem ſciſſuram facias.*

D. Damaſ.

*Contumelia contumelioſo non referenda.*

177 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Nonne à Cain contumelia affectus es, cum tibi munus irreuerenter & indebite obtulit, reſeruans ſibi quod melius, & tibi quod peius offerens? cur ergo eum tuo colloquio dignaris? vt cùm aliqua contumelia affecti fuerimus, non contumelias referamus, ſed potius amplectamur: vnde D. Chryſoſt. hom. 2. in Epiſt. ad Rom. c. 13. *Cùm eſſet contumelia ab illo affectus, contumeliam non retulit, ſed obſecrans dixit, vt quid concidit vultus tuus?*

D. Chryſo.

*Plus cruciat Deum peccatum noſtrum, quam noſmetipſos.*

178 *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Sed ô mi Deus, cur ad hominem qui præter inuidiam qua laborat, te contempſit, munera viliſſima offerens, accedis & beneuole loqueris? ad te accedat veniam peccatorum petiturus. Deus prius ad peccatorem accedit, quam ad eum delinquens, quia plus eum cruciat peccatum noſtrum, quam noſmetipſos: ſic D. Aug. lib. de ſpirit. & ani. vbi poſtquã ait, tardius videtur Deo veniam dare, quam peccatori veniam accipere, addit: *Sic feſtinat Deus abſoluere tormenta compaſſionis ſuæ, quia plus cruciat eum compaſſio miſeri, quam ipſum miſerum paſſio ſui.*

D. Auguſt.

*Maxime curat Deus, vt peccatum non committamus.*

179 *Quare iratus es, cur concidit facies tua?* deinde, *peccaſti, quieſce*; Cur ô Deus optime non mones Abelem, vt caueat ſibi à fratre ſuo, nec cum eo in campũ deſcendat, imo potius longe diſcedat? Deus potuit monere Abelem vt ſibi caueret à fratre ſuo, ſed ita intentus & ſollicitus in impediendo, & auertendo peccato, vt nihil aliud omnino cogitare videatur, nec vitam iuſti curare: quod innuere videtur Proco. inducens Deum Caino loquentem, *Modo velis poſſes peccatum & repellere*, quaſi diceret, non monet fratrem Abelem, vt ſibi caueat, ſed ſolum Cain ne peccatum committat.

Procop.

*Peccator belluinam faciem ſibi aſſumit.*

180 *Cur concidit facies tua?* Quare Deus ita eum alloquitur? eſtne nouum in homine habere vultum demiſſum? aduerte quòd propriũ hominis & ſolius eſt habere faciem erectam, & cœlos contemplantem, belluarum autem demiſſam, & terram continuo inſpicientem: quo ſuppoſito, recte Caioum aſſeramus ita Deum fuiſſe alloquutum, cur concidit facies tua? quaſi diceret, cur quam tibi dedi faciem hominis abieciſti, & erectam, & aliam demiſſam immanis belluæ efformaſti, ac aſſumpſiſti, certe enim peccator bellua eſt, teſte D. Hier. in c. 13. Iſai. *Dicimus omnes* (inquit) *qui creatore deſerto ſæculi erroribus ſe dederunt, eſſe quadrupedes*: expende hæc verba vltima, nam per hęc ſignificat peccatóres eſſe belluas, & belluæ faciem habentes.

D. Hieron.

*Peccatorem non dedignatur alloqui Deus.*

*Dixit Dominus quare iratus es?* Cur nomen Iehoua appoſitum eſt, cum Deus dirigit ſermonem ad hominem impium, vel cur eum omnino non auerſatur? cum certum ſit regem ſi ab aliquo ſubdito offendatur, eum nec colloquio dignari: ideo ſub nomine ineffabili Iehoua indicatur Deus loquutus impio Cain, vt miſericordiam Dei agnoſceremus non dedignantis hominem peccatorem alloqui: obſeruatio eſt Caiet. *Dixit Dominus ad Cain, nomen eſt tetragrammaton, vt intelligamus quod ipſe ſupremus Deus homines etiam peccatores alloqui non dedignatur.* 181

Card. Caiet. in Gen.

*Ne peccator pejor fiat, admonet Deus.*

*Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Quare eum admones ſalutis ſuę, vt iram deprimat, & fratrem diligat? nonne ſcis à præconcepta impietate non diſceſſurum? conſuluit ei tamen Deus quod ſaluti ſuæ conuenientiſſimum, ne abyſſus prima peccati in alia præcipitaret crimina: ſenſus eſt Lippom. *Admonet Deus iam peccantem, ne pergat peior fieri.* 182

Lippom. in Catena.

*Noſtrarum paſſionum vult Deus, vt agnoſcamus originem à nobis eſſe.*

*Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Non ignoras cur ita excandeſcit, cur faciem deprimit: ſuperflua igitur eſt interrogatio; ad quid enim interrogamus, niſi vt quod ignotum eſt nobis, agnoſcamus? non ſuperflue interrogat Deus, ſed vt quaſi digito oſtendat Caino, nullum alium eſſe ſuę nociuę paſſionis authorem, quam ſeipſum: fauet Caieta. dicens, *Benignus Deus ab effectibus, à turbato animo, à caſu vultus, tanquam inquirendo cauſam, procedit, manifeſtaturus quod nulla eſt externa cauſa horum effectuum, hoc eſt, quod non ego, non Abel, ſed tu ipſe cauſa eſt horum effectuum.* 183

Card. Caiet. in Gen.

*Retractatio peruerſa voluntatis acceptatur à Deo tanquam maximum munus.*

*Cur iratus es, & cur concidit facies tua?* Vtinam pœnitentiæ non parricidij futuri dolor fuiſſet, ſed quamuis fuiſſet dolor pœnitentiæ, potuiſſet one compenſare delictum quod in male ſacrificando commiſerat? tam efficax eſt retractatio prauæ voluntatis, & dolor de peccato, vt acceptaretur à Deo tanquam munus & ſacrificium: audi D. Baſilium Seleu. orat. 4. *Si dolorem pœnitentiæ obtuliſſet Cain, pretio ſuperaſſet antecedens ſacrificium, doni namque loco retractationem conſilij Deus admittit.* 184

Baſil. Seleu.

*Noſtra vulnera mitigat Deus per ſeipſum.*

*Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Eum reuocare ab iracundia ſtudes, cur matrem illius vel patrem, ad eum non miſiſti vt temperarent excandeſcentiam illius animi? vel aliquem Angelum qui eum corriperet? per ſe ipſum ei loquitur, vt ipſemet illius vulnera nempe inuidiæ mœroris & iræ mitiget, ita citatus Baſil. *Mitigat per ſeipſum triſtitiæ vim Deus, de more humaniorum medicorum, qui etſi malum deſperent, ſpem tamen habent repoſitam in medicamine.* 185

Baſil. citat.

### *Vt nos conuertat Deus, quaſi gratiam noſtram requirit.*

*Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Quaſi
186 diceret non eſt quod iraſcatis, cum nullam propter male oblatum ſacrificium pœnam impoſuerim, erga cœlum igitur vultum erige, & in terram ne deprime, ſed cur ô Deus hominis impij ita ſollicitus es? quid tibi refert vtrum erigat vel deprimat vultum? vtrum iraſcatur nec non, cum potius ſibi iraſcatur quam alteri? ita ſollicitus eſt Deus conuerſionis noſtræ, vt humaniſſimo modo loquatur, quaſi à nobis gratiam conſequi vellet; hoc ſignificare videtur citatus Baſil. *Voce communicat, & ratione quadam conſiliſque ab eo gratiam init, quare iratus es, ſtatue delicto prioribus modum*, pondera illa verba, ab eo quaſi gratiam init.

Baſil. Seleu.

### *Auari excandeſcentis remedium eſt, bonorum ſuorum reuerſio.*

187 *Quare iratus es & cur concidit facies tua?* Diximus his verbis humaniſſimis Deum reuocare voluiſſe ab iracundia, ſed nonne aliud etiam exprimere videtur vt ei perſuadeat ab ira ceſſare? Audi D.

A Baſil. *Quare iratus es, ad te reuertitur hoſtia, tibi dedi muneribus frui, tibi ſatis eſt, ad animi conuerſionem hoſtia reuerſio, delitiare eum donis tuis, deſine damna tua lugere.* Ex Baſil. igitur collige quod efficaciſſimum remedium iræ auari excandeſcentis eſt donorum ſuorum redditio, ſi quidem Deus vt Cain auari, inuidi, & excandeſcentis iracundiam eradicet, en ad te reuertitur hoſtia, tibi dedi muneribus frui, quaſi diceret à te nihil accepi, & quod obtuliſti integrum reſtituo.

Baſil. Seleu.

### *Iracundus lædit, nullo accepto detrimento.*

*Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* A præ- 188
B concepta morte quam fratri ſuo machinabatur vult reuocare Deus, tamen ei mortem intulit, in quo te læſit frater? Quod damnum tibi intulit? Nullum equidem: cur igitur eum interimis? Nonne ita excandeſcit? Ne mireris igitur fratrem occidiſſe, à quo minime læſus es, quia iracundus nullo etiam detrimento accepto quemlibet inuadit: ſic Euagrius ad Anatolium libro de octo vitioſis cogitationibus, *Iracundia acutiſſimus ac rapidiſſimus affectus eſt, ſiquidem indignationis feruor, & concitatio eſt aduerſus eum qui læſiſſe videtur*, Adde quamuis non læſerit.

Euagrius.

## *VARIETAS VERSIONVM I. PARTIS VERS. VII.*

*Vlg.* Nonne ſi bene egeris recipies, ſin autem male ſtatim in foribus peccatum aderit?

*Septuagint.* Nonne ſi recte offeras, non autē recte diuidas, peccaſti? quieſce, *ſic Ambr.*

*Cald.* Nonne ſi bene egeris opera tua, dimittetur tibi, & ſi non bene egeris, in diem iudicij peccatum tuum ſeruatum eſt?

*Arlab.* Nonne ſi bene feceris eleuare, & ſi non bene feceris ad oſtium peccatum cubans?

*Caietan.* Iam ſi bene facies leuare, ſi non benefacies ad portam cubans peccatum.

*Pagninus*, Nonne ſi bene feceris venia erit, & ſi non bene feceris in porta peccatum cubat?

*Vatabl.* Nonne ſi bene feceris erit acceptatio? &c.

*D. Hieron.* Nonne ſi bene faciens dimittetur tibi omne delictum tuum, quod ſi male egeris ilico peccatum tuum ante veſtibulum.

*Theodotion.* Quod ſi bene egerit, erit acceptabile?

*Alij. teſte Lippo.* Ad oſtium ſepulchri ſemper peccatum tuum accuſabit, quouſque illa dies iudicandi acceſſerit.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

NAſa נשא tollere, attollere, eleuare, ferre ſiue portare ſignificat, parcere item, ſiue remittere, præterea, ſuſcipere, accipere, aut acceptare, hinc oritur tot verſionum diuerſitas: lectio autem Septuag. non correſpondet textui Hebræo, teſte Hieronymo ſenſum litteræ ſatis obſcurat: in Caldeo non eſt immorandum, eſt enim paraphraſis: dictio רבץ robez, quam vertimus *cubans*, ſignificat iacere, cubare.

## EXPOSITIO I. PARTIS VERSVS VII.

N*ONNE ſi bene egeris recipies?* Cum Deus ſit æquiſſimus hominum iudex, tam remunerandis eorum bonis operibus, quam puniendis eorum maleficiis, ait illi, ſi bene egerit præmium & mercedem ſuorum benefactorum recipiet: ſed cum varia ſit lectio huius verſus, præcipue apud Cald. & Sept. breuiter eorum ſenſum aperiam. Cald. igitur ſignificat, quod Deus eum monere voluerit, vt exēplo fratris ſui Abel, maiori deinceps fide ac pietate ſacrificia ſua offerret: nam per illa voce quā habet, *ſi emendaueris opera tua*, in Hebræo vocabulum nō ſolum operari, ſed colere ſignificat, ideò hoc loco cultus Dei, id eſt ſacrificium quod Cain Deo obtulerat, interpretandum eſt, ſi ea Deo grata & accepta eſſe cuperet.

Sept. autem lectio, nonne ſi recte offeras, &c. ſic intelligenda, quia in recta diuiſione, quæ prima ſunt ſecundis, quæ cœleſtia ſunt terrenis præferenda, Cain autem quæ meliora erant ſibi tribuebat, quæ peiora Deo, ideo non recte cum eo diuiſit.

*Sin autem male egeris*, id eſt, ſi peruerſa mēte vixeris, *ſtatim in foribus peccatum tuū aderit*, id eſt, peccati tui pœna & vindicta præſto tibi erit, nec te ſinet tranquillo & quieto animo viuere; aduerſariā enim tibi intra te conſcientiam habebis, quæ te continuo accuſans, nunquam quieto animo eſſe patietur.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Impedit Deus ne peccatum committatur.*

189 D*IXIT Deus, nonne ſi bene egeris recipies, ſin autem male, ſtatim in foribus peccatum aderit?* Quare hunc ſermonem dirigit ad Cain? nonne naturali lumine potuit agnoſcere fratricidium quod in corde ſuo moliebatur, dignum eſſe pœna? ideo eum monuit pœnæ futuræ, vt à peccato iam concepto deterreret, impediretque ne illud committeret:
Rupert. ſic Rupert. lib. 4. cap. 3. *Quia tamen mente deliberas perpetrare opus peccati, en igitur prius quam id facias, ne poſteaquam feceris, quaſi de ignorantia te excuſes, dico tibi quod in foribus peccatum aderit,* B *vt quocunque te verteris, quidquid agere volueris, tecum ſit comes in itinere, princeps in opere.*

*Confirmatur idem conceptus.*

190 *Si male egeris in foribus peccatum tuum.* Sept. habent, peccaſti, quieſce, quid eſt quieſce? quomodo poteſt poſt peccatum quis quieſcere, cum carnifex conſcientia eum accuſet, & peccatum contra eum inſurgat? Nota quod Deus cordium inſpector, ſciebat ex inuidia fratrem ſuum aggreſſurum proditoriè, & occiſurum; reſpondeo ergo ideo dixiſſe, peccaſti, quieſce, quaſi eum admoneret vt iam ceſſaret à peccatis, nec in eis vlteriùs progrederetur; ſic
D.Chryſoſt. D. Chryſoſt. hom. 18. *Cohibe tumultus illos tuos, ne addas priori peccato aliud grauius, neque conſilium aliquod immedicabile accipias, ne te ipſum maligno dæmoni captiuum tradas, peccaſti, quieſce: ſciebat ab initio quod fratrem hic adoriturus eſſet, & ideo antea verbis reprimit, congruam ipſi medicinam protulit, tametſi ille repulſo medicamento, in fratricidij profundum ſe præcipitauerat.*

*Peccatum vſque ad diem vltimum manebit, niſi pœnitentiâ purgetur.*

191 *Si male egeris in foribus peccatum tuum.* Aliqui exponunt ad oſtium ſepulchri ſemper peccatum accubabit, quid eſt ad oſtium ſepulchri peccatum accubare? Cum enim peccatum nihil ſit, quomodo poteſt accubare? Si autem accubat, cur ad oſtium ſepulchri? hic ſenſus poteſt reddi, quouſque dies iudicandi acceſſerit, quo tempore de omnibus peccatis pœna luenda eſt: ſicut admiſſo ſcelere, ad iudicis portam pœna ſuſpenſa dicitur manere, donec ille ferat iudicium, tunc finaliter condemnaberis Cain niſi pœnitentiam delicti, & tui criminis egeris, quẽ
Caldæus. ſenſum ſequitur Cald. loquiens, *Si non bene egeris, in diem iudicij peccatum tuum ſeruatum eſt.*

*Peccatum inſequitur peccatorem, donec in infernum detrudat.*

192 *Si male egeris, ſtatim in foribus peccatum aderit,* Vel vt in Hebræo peccatum excubabit; vnde quæſo ducitur illa metaphora? Certe à ſatellitibus, & lictoribus, ſeu carcerum cuſtodibus, qui olim ſimul cum malefactoribus colligari excubabant ne poſſent effugere, vt Lorinus act. 12. nu. 6. oſtendit: dicamus ergo optimam metaphoram eſſe quod quemadmodum ſatelles perpetuo aderat malefactori, quouſque illum in extremum ſupplicium præcipitaret, ita & peccatum inſequitur peccatorem, donec ipſe in ba-
Lippom. rathrum miſeriarum deuoluatur: ita Lippom. *Peccatum ad oſtium cubat, id eſt pœna pro peccato conceſſa vicem ianitoris obtinebit, ſemper enim concomi-* A *tabitur te tanquam corpus vmbra, ſiue introeas, ſiue exeas, vſquequo præcipitem te dederit.*

*Peccatum impedit ne voces Dei audiantur.*

*Si male egeris, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit,* Vbi Lyranus legit peccatum tuum erit in foribus recubans, vel vt D. Hieronym. ante fores peccatum ſedebit; quid eſt peccatum ſedere ante fores? & vndenam hæc metaphora dicta? Ab animalibus cuſtodientibus fores dominorum ſuorum, ne quis ignotus domum ingrediatur, prohibent enim & vocibus, & vnguibus, dentibuſque ingreſſum cuiuſ- 193
B cumque: eodem igitur modo peccatum ad fores animæ noſtræ ſedens, & accubans prohibet, & impedit ne quid boni ad nos ingrediatur, in hoc ſenſu videtur expoſuiſſe D. Hieron. hunc verſ. Pſalm. 50 *Peccatum contra me eſt ſemper, ait enim, quia ſcilicet nos à Deo ſeparat qui eſt fons à quo omnia noſtra bona procedunt;* Quaſi diceret peccatum meum iuxta me eſt, à Deo me ſeparans ne bona mihi communicet. D. Hieron.

*Peccatum ſeipſum cum victoria prodit, inſultans peccatori.*

*Nunne ſi bene egeris recipies, ſi autem male, in foribus ſtatim peccatum aderit?* Quid eſt in foribus 194
C peccatum adeſſe? non deſunt qui aſſerant illud dictum ſumpta metaphora ab eis qui ſtemmata, & gentilitia facinora depingunt ſupra domorum portas, vt omnibus eorum nobilitas manifeſta ſit: ſic quicunque peccat, depingit & ſcribit crimina, & ſculpit ſupra domorum portas, vt facile omnibus tranſeuntibus fiant manifeſta. Vel forte à venatoribus, qui cùm feram aliquam cœperint, caput ſupra portam affingunt, & exuuias: non aliter peccatum, cum aliquem hominem deuicerit, ſuper domum ſuam ſignum ſuſpendit, captans laudem de victoria: ſic B. B. Chryſol
D Chryſol. qui in hunc ſenſum adducit illud Matthæi Matth. 15.
15. de corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, &c. id eſt, non ſe continent intra cordis penetralia, ſed in publicum prodeunt, & in vulgus procedunt. Subiicio verb. Chry. *Non contenta in occulto vincere, quaſi quæ famam quærant de hominis ruina.*

*Peccator impudentiſſimus.*

*Si male egeris, ſtatim in foribus peccatum tuum* 195
E *adierit,* Conſtituamus has fores non in domuncula peccatoris, ſed in aula regia Dei omnipotentis: quid ſignificabitur peccatum in foribus eſſe? Niſi declarare tantam hominis impudentiam, tam inſolitam temeritatem vt peccatum ante fores Paradiſi apponat, ac ſi ſtercora, canes mortuos, cadauera ſcabie fœtoreque manantia, etſi quid aliud aſpectu fœdũ in orbe habetur, ad valuas palatij in quo ipſe reſidet in ſummam ignominiam proiiciat; eſt enim vt recte D. Bernard. *Peccator opprobrium hominum, pecore* D. Bernar. deint. domo cap. 35.
F *vilior, cadauere peior, tolerabilius canis putridus fœtet hominibus, quam anima peccatrix Deo.* Si ergo peccator proiicit peccatum ſuum fœtidum ante fores cœli, aliquid ne impudentiùs excogitari poterit?

*In primo peccato ſiſtendum ne perdamur.*

*Nonne ſi male egeris, &c. peccaſti quieſce?* Quanam quiete gaudere poteſt peccator, cum à conſcientia 196

continuatorqueatur? Addit Deus, ad te conuerſio A
eius, & tu dominaberis illius, quem ſenſum poteſt
habere hic ſermo diuinus? Nota quod ait D. Ambr.
de generoſo elabenti equo in Apolog. Dauid pleri-
que equorum cum ceciderunt, ſe iactare conſueue-
runt, & quos caſus non læſerit, à iactando ſe debili-
tant & frangunt: alij, qualis Græcorum fertur natu-
ra, cum vel in certamine curuli eliſi fuerint, vel for-
tuito ceciderint, nequaquam ſe mouere conſueue-
runt, & quandam tenent quietis, *& diſciplinam pa-
tientiæ*. His ſi caſus non nocuit, quies prodeſt, certe
non exacerbatur offenſio, immo ſic quidam à lapſu à B
quouis ſigno lori euocati vel blando ſibili ſuauami-
177 ne alacres, & expediti aſſurgunt, vt fœliciter curſum
conficiant: ex hoc poſſumus ſic ſenſum conficere,
dum lapſus ſemel, quieſce, ſiſtas, ad te conuerſio
eius & tu dominaberis illius, facile effrænem appe-
titum cohibebis, vel minimo lori ſigno ſeu blando
popyſmate, tui compos exurges, in Deumque con-
uerteris, ea facilitate conuerſio appetitus fiet, qua
generoſus equus quieſcens in ruina, vt vel ſibilo euo-
catus & reuocatus brauium deſperatum pertingat?
hanc quietem expauit diabolus in Iuda, & ideo ſic
illum impellebat poſt acceptam bucellam, vt conti- C
nuo in venditionem magiſtri compulerit exire, ait
enim Ioan. cap. 13. cum accepiſſet ille buccellam, exi-
Ioan. 13. uit continuo, quæ verba expendens D. Cyrill. lib.
D. Cyril. 9. cap. 19. *Timet, & credo, diabolus ne morando, lo-
cus pænitentiæ detur, & quaſi è temulentia mentem
ſuam homo rectius cogitans eripiat, hac de cauſa fe-
ſtinat ac impellit.*

### *Conſcientia in corde ſemper accubat.*

197 *Nonne ſi bene egeris recipies, ſin autem male, ſtatim
in foribus peccatum aderit*, Pagninus in porta pec-
catum accubat, aliqui interpretantur conſcientia
tua mala ad cordis fores ſemper accubabit, quid eſt
conſcientiam ad cordis fores accubare? Reſpondet
Lippom. Lippoman. *Nihil aliud eſſe quicquid peccatores a-
gunt aut moliuntur, ilico illis praeſt, nec lætos vn-
quam eſſe permittit conſcientia.*

### *Malâ conſcientiâ perpetuo moleſtamur.*

198 *Si male egeris, ſtatim in foribus peccatum.* Vel vt di-
ximus ſuperius, conſcientia mala ad cordis fores ſē-
per accubabit: ſi ſolum accubat quod damnum po-
teſt inferre homini peccatori, qui non deſinet deli- E
ciis voluptatibuſque indulgere? ſed falleris; pecca-
tor enim quamuis fœlix, ac diuitiis, & delitiis fortu-
natus eſſe videatur, ſemper tamen moleſtiis à mala
D. Chryſo. conſcientia afficitur: ſic D. Chry. conc. 4. de Lazaro,
*Conſcientia ſiue domi, ſiue in viis, ſiue in menſa, ſiue
in foro, ſiue in itinere frequenter, & in ſomniis pecca-
torum nobis ſimulachra ſpectraque repræſentat.*

### *Conſcientia quodlibet facinus attentat, niſi timore ſocietur.*

199 *Si male egeris, ſtatim in foribus aderit peccatum,* F
*quieſce*. An quieuit tuo præcepto obtemperans? mi-
nime, imo fratrem interfecit: ſi te Deus, ô Cain, tuæ
ſalutis ſollicitus, ad meliorem frugem reducere co-
natur, conſulenſque vt vltra non progrediaris, quo-
modo ita impius ſalutem animæ tuæ omnibus poſt-
ponens, Deo tibi optime conſulenti non acquieſcis?
aduerte nullum in eo timorem Dei fuiſſe, & ſtimu-
lis conſcientiæ agitatum: ne miremur igitur vtiliter
conſulenti Deo non obtemperaſſe, ſed manus vio- A
lentas fratri ſuo intuliſſe, quia mala conſcientia nul-
lo timore frænata, quodlibet facinus impium aggre-
di non reformidat: ſic Petr. Abb. Celen. lib. de con. Petr. Abb.
*Niſi timeat conſcientia, facinus quodlibet attentat,
vel perpetrat niſi ſubijciatur verbis veritatis, in ela-
tionis & mendacij ventis euaneſcit, niſi diligat quod
diligendum eſt, calcaribus ſemper vrgetur, & cura
propoſitum ſiſtitur, fundamentum iacit timor, pa-
rietes conſtruit humilis ſubiectio, tecta ſuperædificat
ſublimis dilectio.*

### B *Sacrificij acceptationem impedit diuiſio.*

*Nonne ſi bene egeris, recipies, ſin autē male, ſtatim 200
in foribus peccatū aderit.* Sept. transferunt, nonne ſi
recte offeras, non autem recte diuidas, peccaſti? hoc
ſacrificium Cain non fuit Deo acceptum, cur non
gratum cum de fructibus terræ munera obtuliſſet?
nonne ibi eſt ſermo de diuiſione? non igitur mirum
ſi non fuerit munus oblatum acceptum, quia vbi eſt
diuiſio, ibi non eſt acceptio: ſic D. Ambroſ. libr. 2. de D. Ambro.
Abel & Cain capite ſexto, *Vbi eſt diuiſio, ibi totum
ſacrificium refutatur.*

### C *Sacramentum non miniſtret qui in peccato mortali eſt.*

*Nonne ſi bene egeris recipies, ſin autem male in fo- 201
ribus peccatum erit?* Sept. transferunt, peccaſti, quieſ-
ce, quis in peccato mortali quieſcere poteſt, cum ni-
hil magis inquietum reddat animum, quàm mala
conſcientia, cur ergo præcipit, vt ſi peccauerit quieſ-
cat? non præcipit abſolute vt quieſcat poſt peccatū;
ſed ſi quis male & peruerſe ſacrificauerit, non per-
gat vlterius miniſtrare ſacramentum in peccato,
quia addet peccatum peccato: ita D. Ambr. lib. 2. de D. Ambroſ.
D pœnit. cap. 11. *Nemo in peccato poſitus, arrogare ſibi
debet authoritatem ſacramentorum, quia ſcriptum
eſt peccaſti, quieſce, melius eſt tunc quieſcere, cum
exercere non queas opera pænitentiæ, ne in ipſa pæ-
nitentia fiat quod poſtea egeat pænitentia.*

### *Sacrificium in iuſtitia offerendum.*

*Nonne ſi bene egeris, recipies.* Sept. Nonne ſi recte 202
offeras, non autem recte diuidas peccaſti? quid eſt
non recte diuidas? nota quod Cain obtulit non de
primitiis, ſed de poſterioribus fructibus, meritò er-
go non fuit ſacrificium oblatum acceptum, quia nō
E obſeruauit iuſtitiam in oblatione munerum, cùm
priores fructus debuiſſet Deo offerre: ſic D. Ambr. D. Ambr.
lib. 2. cap. 6. de Abel & Cain, *Defuit ſacrificio Cain
iuſtitia, quam ſi tenuiſſet, Domino debuit primitiua
munera, non poſteriora deferre*, deinde ſubiungit:
*recte igitur Cain obtulit, quæ oblatio inſigne deuotio-
nis, & indicium gratiarum eſt; ſed non recte diuiſit,
quia ante omnia Deo debuit deferre primitias, vt à
gratia inchoaret authoris.*

### *Sacrificium offerendum cum humilitate.*

*Si bene egeris recipies; ſin autem male, in foribus 203
F peccatum.* Hæc verba dixit Deus Caino dolenti &
irato, non fuiſſe ſacrificium ſuum acceptum, cùm ta-
men nihil loquutus fuerit Abeli poſt oblationē ſui
muneris? Nonne virtus, ô Deus, laudata creſcit? ſicut
igitur ſignificaſti Caino ſuum munus tibi non pla-
cuiſſe, vt vitium eius reprehenderes, cur etiam vir-
tutem Abelis non extuliſti, vt & in virtute profice-
ret, & certo agnoſceret ſuum munus tibi gratum
fuiſſe? aduerte Abelē maxima cum humilitate do-
num obtuliſſe, nihil igitur Deus ei dixit de ſui ſacri-

ficij acceptatione: qui enim humiliter ſactificat, certus debet eſſe ſuum donum maxime Deo placere : D. Iſai. ſic B. Iſai. Abb. orat. 8. *Stenum offers ſacrificium cũ humilitate tanquam ſis indignus, gratum eſt apud Deum, quod ſi extollaris in corde tuo, tuus inanis eſt labor.*

*Mala tentatio ſtatim ſopienda.*

204 *Si male egeris ſtatim in foribus peccatum tuũ aderit*, Septuaginta legunt, peccaſti quieſce, quid eſt quieſcere poſt peccatum, cum nonniſi in bonis operibus requies inueniatur? Peccato, malam ſuggeſtionem potes intelligere, bene ergo dictum eſt peccaſti, quieſce, quaſi diceret, praua ſuggeſtio mentem occupauit, ilico ne malum vlterius ſerpat, ſopias, quod fere D Ambroſ. exprimit dicens omnia Deus docet, primum ne pecces, ſecundò ſi peccaueris quieſcas, vnde D. Auguſt. optime monet delictum vbi oritur, Philipp. Abb. ibi moriatur, & optime D. Phil. Abb. de ſilentio clericor. ca. 107. *Si nobis ſuggeſtionem peſtiferam inſuſurrat nempe diabolus, ſi huic ſuſurro noſtra vigilantia, imo diuina cito gratia non occurrat, quibuſdã lenociniis ſuaſor veneficus illud ſatagit irrigare, & diligenter focum facit, voluit ſurculum germinare, quod de malo proficiens in peius paulatim coaleſcat,* C *peruerſa coaleſcens inſtar arboris inualeſcit, inualeſcens feſtinat adeo ramos patulos dilatare, vt in eis inueniantur cæli volucres, id eſt, maligni ſpiritus habitare.*

*Quomodo facienda correctio fraterna, & quando.*

205 *Nonne ſi recte egeris, recipies*, Secundum Septuag. ſi recte offeras, non autem diuidas peccaſti, D. Greg. in Ezech. homil. 11. hoc exponens de eo qui debet corrigere ait, penſare debet, quid loquatur, cur loquatur, quando loquatur, & quantum loquatur : ſi enim horum vnum defecerit, loquutio non erit apta, D ſcriptum quippe eſt ſi recte offerens, &c. neſcio ô Gre. Mag. in Ezech. hom. 11. Gregori, ſi recte offerimus in correctionis materia, cur non recte diuidemus? Correctionem enim quam præcipit Deus fieri, exequimur; recte autem haoc diuidimus, quia peccantes corrigimus : non ſufficit enim vt nos corrigamus peccatores, ſed recto ordine id faciendum eſt, aliàs bene offeremus, ſed non recte diuidemus, hoc exponit eleganter citatus Doctor. *Recte offerimus cum bono ſtudio bonum opus agimus, ſed non recte diuidimus, ſi habere diſcretionem in bono opere poſtponamus: conſiderare enim* E *debemus quid loquamur, vt iuxta Pauli vocem, ſermo noſter ſemper in gratia ſale ſit conditus: penſandum vero nobis eſt, cur loquamur quia ſæpe increpationis verbum quod hac admittit perſona, altera non admittit; penſandum quoque quando loqui debeamus, quia ſæpe & ſi differtur increpatio poſtmodum benigne recipitur, & nonnumquam langueſcit, ſi hoc quod ante proferri debuit tempus amiſerit, &c. penſandum quoque nobis eſt, qualiter loquamur; namſæpe verba quæ hunc ad ſalutem reuocant, aliũ* ad Titum 2. *vulnerant, vnde Paulus quoque Apoſtolus Titum* ad Tim. 2. *admonet, dicens: argue cum omni imperio, Timotheum exhortatur dicens argue, obſecra, increpa cum omni patientia & doctrina: curandum quoque quantum loquamur, ne ſi ei qui multa ferre non valet per verbum vel exhortationis vel increpationis longius auditorem noſtrum ad faſtigium perducamus;* ad Hebr. 13. *vnde idem prædicator egregius Hebræis loquitur dicens, obſecro vos fratres, vt ſufferatis verbum ſolatij: etenim per paucis ſcripſi vobis: hoc tamen infirmis præcipue conuenit, vt pauca quidem, &* A *quæ valent capere, audiant; vnde & medici corporum pannos quos infirmantibus ſtomachis ponunt, apto quidem medicamine leniunt, ne ſi repleti nullo medicamine fuerint, infirmitatem ſtomachi non roborantes adiuuent: ſed opprimentes grauent.*

*Bonum opus cum recta intentione agendum.*

*Nonne ſi male egeris, in foribus peccatum aderit?* 206
Septuag. habent, nonne ſi recte offeras, non autem recte diuidas, peccaſti? Nonne ſufficit vt opus ſit Deo acceptum, ei offeratur? Cur ergo ſi Cain recte obtu- B lit munera ſua, hac de cauſa non ſunt ei accepta? Nota hoc verbum, ſi non recte diuidas: reſpondet ergo D. Gregor. *Rectè offertur ſi cum recta intentione agitur, ſed recte non diuiditur ſi non quod pie agitur ſubtiliter diſcernatur, oblata enim recte diuidere eſt bona ſtudia ſolicite diſcernendo pẽſare, quod qui agere diſſimulat, & recte offerens peccat : ſæpe enim quod bono ſtudio agimus, dum diſcernere caute negligimus, quo indicatur, fine neſcimus, & fit reatus criminis, quod putatur cauſa virtutis.* Greg. li. 3. mor. c. 10.

*In operibus bonis cauenda eſt ſuperbia.*

C *Nonne ſi bene egeris recipies?* In Hebræo eſt Sethâ 207
Naſa quod inter alia ſæpe ſignificat eleuare : ſic aduertit Oleaſter; eleuate autem, eſt ſuperbite ac præſumptuoſè ſentire, & euaneſcere: ſenſus ergo erit, nonne ſi bene egeris, eleuaberis? ita tranſtulit Arias Montan. certa enim fere eſt ſuperbia, & præſumptio in bonis operibus, nam ſicut ait Auguſt. *Cætera vitia in maleficiis gaudent, ſuperbia in benefactis, magiſterque, & ſuaſor ſuperbiæ ſerpens diabolicus ſtatim obrepit, & mediis virtutibus ſeſe inſerit, vt in elationem, & arrogantiam inducat.* D. Auguſt.

*Reprobi ſi bene egerint, ſaluabuntur.*

D *Nonne ſi bene egeris, recipies?* Quid recipiet? Sine 208
dubio ſi bonis operibus ſe exercuerit & charitatem fraternam retinuerit, Deumque ſuper omnia & toto corde ſuo dilexerit, aliquando vitam æternam conſequetur; ſed ſi non erat ex numero prædeſtinatorum, ſed reproborum, quomodo dicimus aliquando gloriæ futurum poſſeſſorem? inſpice quid dicat textus ſi bene egeris, & optime: quia reprobi ſi bona operati fuerint, vitam æternam conſequentur. *Clariſſimum eſt* (inquit Seraph. Port. conc. 6.) *Quod* Seraph. E *Cain erat reprobatus, & tamen audit à Deo quod ſua bona ſi faciet, non amittet mercedem, quid apertius contra hæreticorum tentationem, nunc maxime vagantem? Quid dicunt hi ſcripturarum prorſus ignari, & contra ſcripturas tam manifeſtas confuſè latrantes: Si ſum reprobatus quantumcumque bene agam, damnabor, vnde trahunt iſtud? Ex officina ſane diaboli patris illorum; nam ex officina Dei, vt hic ad litteram luce meridiana clarius patet, oppoſitum habetur.*

F *Qui fidem ſine bono opere poſſidet, ſolum mortuum munus Deo offert.*

*Nonne ſi bene egeris, recipies?* Septuag. nonne ſi recte offers, non autem rectè diuidas peccaſti? Quid mitaris ſi eius inuiſa Deo fuere munera? miratur quidem, cum ei de frugibus terræ tanquam ſummo omnium creatori obtulerit equidem, ſed non recto diuiſit, quid eſt non recte diuiſit? Diuiſit fidem à bono opere, fide quidem imbutus ſed informi, quia charitate deſtitutus, mortuum Deo offert ſacrificiũ.

& ideo non acceptum, ſicut eleganter: ita vere D. D. Bernar. Bernard. cit. in Alleg. Tilm. *Inuiſibilis animi ſtatum nunciat fides & actio rectum indicat, ſi fide Catholicum, & rectum opere comprobaris, ſi quo minus, curuum cenſere non dubites: ſic nempe habes: ſi recte offeras, & recte non diuidas peccaſti, recte quidem quodcumque bonum offers, recte autem ab alterutro non diuidis, noli eſſe rectus oblator, & prauus diuiſor, quid diuidis actum à fide? Inique diuides fidem perimens tuam, nam fides ſine operibus mortua eſt, munus mortuum offers Deo, ſi enim quædam fides anima ipſa deuotio eſt, quid fides quæ non operatur, ex dilectione niſi cadauer examine? Beno honoras Deum munere fœtido? non mirum ſi Cain inſurrexit in fratrem, qui ſuam prius occiderat fidem, quid miraris ô Cain, ſi ad tua non reſpicit munera, qui te deſpicit. Si manum deuotioni, quid animum das liuori? Non conſilias tibi Deum diſcors tecum non placas ſed peccas, etſi nondum impie ferendo, ſed tamen diuidendo non recte, ſi nondum fratricida, iam tamen fideicida, nunquid rectus vel quando manum porrigis Deo, cuius cor in terram trahit liuor, & fraternum odium? Quomodo rectus, cuius fides mortua, cuius opus mors, cuius nulla deuotio, amaritudo multa? Erat quidem in offerente fides, ſed non in fide dilectio, mors fidei, ſeparatio charitatis.* C

*Opus non ſolum bonum, ſed bene agendum eſt.*

210 *Nonne ſi bene egeris recipies, ſin autem male? &c.* Si booum opus à Cain requirat Deus, cur non ait, ſi bonum egeris, recipies præmium? Aduerte Cain bonum opus egiſſe, cum obtulit ſacrificium: dico ergo non apposuiſſe Deum ſi booum opus egeris, ſed ſi recte, vt intelligatur quod opus non ſolum bonum, Caietan. ſed bene agendum, hæc obſeruatio eſt Caietan. *Nec dicitur ſi bonum facies, ſed ſi bene ait, male facies, vt intelligamus quod non ſufficit facere bonum, ſed oportet bonum bene facere, vt agnoſceret Cain ſe deliquiſſe, in hoc quod non bene fecerit, quamuis fecerit bonum, obtulerat enim Deo ſacrificium, ſed non bene, quia non elegerat.*

*Ex bono opere hilaritas.*

211 *Nonne ſi bene egeris recipies.* Iuxta Hebr. habetur, iam ſi bene facies leuare, an ceciderat Cain, vt dicatur ei, leuare? hoc non legimus, quis ergo ſenſus horum erit verborum; aduerte quod dictum eſt ſuperius, nempe cur concidit vultus tuus? ſcilicet ex ira vel mœſtitia, quæ contiogere ſolet male agentibus: ſenſus ergo poteſt eſſe, ſi bene egeris, leuare, id eſt ſi bene feceris poteris vultum erigere, & eleuare ex Caietan. gaudio & hilaritate boni operis: ſic Caiet. *Senſus eſt, quod eleuatio animi erit tibi, & hic ſenſus è regione quadrat caſui Cain, depreſſus ſiquidem fuerat vultus eius, teſtis internæ depreſſionis, & quadrat ipſi bene facere: conſequitur enim ad bene facere hilaritas animi, leuans animum ad bonum, ad maiora, ad Deum.*

*Prudentia neceſſaria eſt in bonis operibus, vt ſint accepta Deo.*

212 *Nonne ſi beno egeris, &c.* Secundum Sept. nonne ſi recte offeras, noo autem recte diuidas, peccaſti? ſcimus Deo non fuiſſe accepta munera Cain, ex quo inuidiæ facibus exarſit in fratrem ſuum iooocentiſſimum, ad quid ergo munera ooo admittis Cain? Abelis autem grata habes? textus tibi ſatisfa- D. Ambr. cit, quia ſine diſcretione ea obtulit: ſic D. Amb. li. 2. A de vocat. gent. c. 4. *Opus bonum negligenter egiſti, recta fuiſſet oblatio, ſi recta fuiſſet diſcretio, ſciens cui offerres, ſcire debueras quid voueres, non digne inter me & te diuiſiſti, quondam tibi electura ſeruaſti,* expende illud, *recta fuiſſet oblatio ſua, ſi recta fuiſſet diſcretio,* quaſi diceret, ſi cum prudeotia obtuliſſes, acceptum habuiſſem opus tuum.

*Pudor, remedium efficax contra peccatum.*

*Nonne ſi bene egeris, recipies, &c. quieſce.* Secundum Sept. verſionem, ac ſi dicat, inquit Phil. Abb. trac. de ſilent. cleric. ca. 107. ſi mente ſcelus tractans, quod noodum in operam & verbum perduxiſti, mo- B do reus cogitati facinoris erubeſce, & confuſus modeſto ſub ſilentio iam quieſce: ſed cur ô Deus, vis eum confundi vt quieſcat à peccatis? quia confuſio & pudor ſubſequens peccatum impediſſet: ſic cit. auctor, *Sicut cor impudens, vel cor irreuerens præcepto decurrit in vitium, ſic nempe modeſta confuſio parit ſilentium, dum pœnitens tumultuantem cordis malitiam iam deponit, & confuſus quidquam ſimile prorſus agere non apponit: recte ergo peccatorem inuitat Deus vt quieſcat, ne iterata culpa velut in faſciculum congeratur, & intolerandus clamor diuinis auribus ingeratur.* 213 Phil. Abb. de Silen. cle. ca. 107.

C *Mala voluntas non poteſt celari.*

*Nonne ſi male egeris, ſtatim in foribus peccatum aderit.* Quid eſt peccatum adeſſe ſtatim in foribus? 214 peccatum intelligit malam voluntatem Hugo à S. Vict. bene igitur dicitur in foribus eſſe, quia, inquit idem auct. *Mala voluntas non poteſt celari, quin aliquando exeat, & appareat aliquo ſigno.* Hugo Vi.

*Melius eſt abſtinere à muneribus Deo offerendis, quam male offerre.*

*Nonne ſi bene egeris recipies, ſin autem male, ſtatim in foribus peccatum aderit.* Sept. nonne ſi recte offeras, non autem recte diuidas, peccaſti, quieſce: cri- D men fuit Cain non in oblatione muneris, ſed io oblationis affectu, quid ergo ſignificat quieſce? nonne ſunt tibi accepta ſacrificia: cur ergo eum vis ab eis quieſcere? quia ſatius eſt non offerre Deo munera, quàm ea male offerre: ſic D. Amb. l. de incarn. domi. myſter. c. 1. *Addidit quieſce, tolerabilius ſignificans abſtinere à muneribus deferendis, quam infideli ſtudio munus offerre.* 215 D. Ambr.

*Inuidia morbus inſanabilis.*

*Nonne ſi bene egeris recipies, ſin autem male, ſtatim in foribus peccatum.* Secuodum Sept quieſce, quaſi diceret, tibi condono præterita, dummodo vlteriùs E non progrediaris, & ſi propter ſacrificium malè oblatum times primogenituræ honore priuari, non ita erit, ſed tu illi dominaberis tanquam primogenitus: an requieuit? minime, ſed ſuum interemit nefariè fratrem; vnde hoc? quia inuidia ita periculoſum eſt crimen, vt ſit quaſi morbus inſanabilis: ſic D. Chry. ho. 64. ad pop. Antio. de charita. ſecundum Deum, vbi loquens de inuido, ait, *Nihil huiuſmodi ſceleſtius, animæ peius nihil hoc, Eccleſias ſubuertit, fraternam manum armauit, & fecit vt dextera pio tingeretur cruore, & naturæ leges abſtulit, & mor-* F *tis fores aperuit, & in opus illam deduxit maledictionem, & neque partuum, nec parentum, nec vllius alterius illum permiſit miſerum reminiſci: ſed eum ita furiauit, vt Deo ſe commonente, & dicente, ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illi, nec ita acquieſceret, licet & à crimine eũ abſolueris, & ſubdiderit fratrem,* 216 D. Chryſo.

*trem*, poſtquam hæc inquit, de inuidia appoſuit, addit: *attamen tam inſanabilis eſt ille morbus, vt & innumeris medicaminibus ſuperpoſitis propriam ſcaturiat tabem: fugiamus itaque illam peſtem, non enim licet illum ignem illudere diabolo paratum ab hoc male non liberatos.*

### *Offenſas condonemus.*

217 *Nonne ſi bene egeris recipies, ſi autem male, &c.* Offerendo indebitum ſacrificium, non enim diuidebat iuſtè, ſed offerebat ſimpliciter, & abſque delectu, quod peccatum non fuit vulgare, ſed magnum, nam ſi noſtri generis hominibus quos veneramur, prima & præcipua damus illa quæ offerre maximè volumus, quæ præ omnibus illis digna videntur, quomodo autem hominem offerentem Deo non oportebat pretioſiora, & magis eximia offerre? igitur cùm tantum peccaret, & tantum præferret contemptum, videamus quid ei dixerit Deus, ſecundum Sept. *peccaſti, quieſce*, cur non grauiter eum punis, cum ſacrilegium in te commiſerit? non punit, nec ſeuere caſtigat, ſed ſolum peccatum indicat, & conſulit ne vlterius progrederetur, vt hoc exemplo nos inſtruat, iniurias illatas nobis condonare: ita D. Chryſ. hom. 26. in Gen. *Sic & nos faciamus, & imitemur Dominum noſtrum, & dimittamus his, ſi quod in nos deliquerunt, ſed neſcio qui ſit vt omnia ſecus faciamus, omnino peccata quæ ad Deum pertingunt, inulta eſſe ſinimus, ſi quis autem parum in nos peccauerit, eius graues ſumus accuſatores, & vltores, non ignorantes quod ea ratione miſericordem Dominum magis exacerbamus.* (D. Chryſ.)

### *Mala conſcientia, pœnarum acerbiſſima eſt.*

218 *Si male egeris, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit.* Peccatum illud conſcientiam aliqui interpretantur, quæ ad noſtri cordis fores ſemper excubat, quæ quidquid agimus aut molimur, illico nobis præſto eſt, neque lætos vnquam eſſe permittit, quod ſupplicium eſt non exiguum quod ex male actis reportamus: ſed cur Deus hanc ſolum pœnam, ſcilicet affectionem malæ conſcientiæ impio Cain prædicitur non ait, te æternis cruciatibus condemnabo in æternum ſi male egeris? vel ſaltem cur ei non dixit, ſicut primis parentibus, ſi male egeris ilico morte morieris, forte enim vel terrore pœnarum inferni, vel mortis perculſus reuocaretur à concepto parricidio: ſolum illi ſtimulos malæ conſcientiæ prædixit, quia peruerſa conſcientia omnium pœnarum eſt grauiſſima: teſtis eſt Lippom. *Hanc pœnam (ſcilicet malæ conſcientiæ) dicunt Deum proteſtatum eſſe ipſi Cain, quæ certe eſt omnium miſerabiliſſima, quæ neque ad tempus deſerit, ſed poſt multa temporum ſpatia ad plectandum, lacerandumque animum reuertitur: hac ergo ſemper excruciatura erat Cain, niſi à meditato ſcelere abſtineret.* (Lippom.)

### *Peccati remedium, non amplius peccare.*

219 *Si male egeris ſtatim in foribus peccatum.* Vel vt habent Septua. peccaſti, quieſce, quid ais ô Deus? ſi ſtimulis peruerſæ conſcientiæ continuo agitatur peccator, quomodo poſt crimen ſuum quieſcere poteſt? ſimilis eſt enim mari ventis agitato, quod his permanentibus nullo modo quietari poteſt, potius igitur deberes dicere, peccaſti, age pœnitentiam; ſolum dixit quieſce, quia remedium peccati eſt etiam non amplius peccare: ita Procop. *Vnicum peccati remedium eſt quieſcere, & non amplius peccare ſe ſubiicere.* (Procop.)

### *Punitio ſtatim inſequitur peccatum.*

220 *Si male egeris, ſtatim in foribus peccatum.* Oleaſter ait per hæc verba, *ſtatim in foribus peccatum tuum aderit*, non ſolum peccatum, ſed etiam punitionem peccati ſignificari, quaſi eſſet ſenſus, ſi non bene egeris, ad oſtium peccati iacet, id eſt, propere eſt punitio peccati. ſed nonne Deus pluries pœnam peccatis debitam differt? quomodo ergo poteſt eſſe verum quod ſi male egerit Cain, Statim in foribus eius punitio? Dico pœnam differre quidem Deum, tamen punitionem ſtatim inſequi peccatum niſi impediatur: ita citatus Oleaſter: *Videtur quod quàm primum aliquis peccatum committit, pœna ſeu punitio deſideret eum tenere:* & Ludouic. Gran. *non raro peccata Dominus variis ærumnis ac incommodis plectit, quod Caino indicauit, ſi male ſtatim in foribus peccatum aderit, hoc eſt in ſupplicium ſcelerum turpitudini debitum protinus incurres.* (Oleaſt.)

### *Odium in fratrem, ingratum reddit Deo munus.*

225 *Nonne ſi bene egeris recipies, &c.* Secundum Sept. nonne ſi recte offeras non autem recte diuidas peccaſti? Quaſi diceret quamuis bene obtuleris, ſed quia non recte diuiſiſti ideo grauiter peccaſti, tuumque munus mihi fuit inuiſum; ſed quid eſt non recte diuidere? Nonne ſeparauit fructus quos offerre deſtinauerat ab aliis? Recte igitur diuiſit: nota illum male diuidere qui in pectore diſcordiarum ſemina ducit, aliumque odio proſequitur: indiuiſum enim deberet eſſe cor illius à quolibet; recte igitur munus à Caino oblatum repellitur, quia odium in fratrem & cor diuiſum ab eo contemptibile imo abominabile donum effecit, fauet D. Paſch. lib. 4. in Matth. *Recordari conuenit Cain, & munerum eius ad quem cum efferret, non reſpexit Dominus neque ad munera eius, profecto quia indignationem in animo contra fratrem gerebat, vnde dicitur ſi recte offers, & non recte diuidis, peccaſti.* (D. Paſch.)

### *Pudor grauior igne inferni.*

252 *Si male egeris ſtatim in foribus peccatum aderit.* Quaſi diceret, aduerte ô Cain, & ne decipiaris, quamuis peccatum quod concipis, videatur tibi futurum abſconditum, quia nullus inuenietur teſtis perpetrati ſceleris, tamen omnibus patens erit, & notum, & tunc pudore ſuffunderis maximo: cur pudorem proponis, vt hominem impium reuoces à ſceleris executione? Flammas ignis æterni comminare, vt eis deterritus à cæde fratris abſtineat? pudorem qui ex peccatis conſequitur ante oculos poſuit potius quam pœnas inferni, quia acerbior eſt ipſiſmet flammis barathri: ſic D. Greg. Mag. lib. 7. mor. cap. 14. qui loquens de intolerabili pudore, quo operientur peccatores cum reuelabuntur illorum crimina in finali iudicio, ait: *Tunc iniquos pudor capiet, cum eos in conſpectu Iudicis, teſtis conſcientia adducit, tunc iudex exterius cernitur, ſed accuſator interius toleratur, tunc omnis ante oculos culpa reducitur, & mens ſuper gehennæ ſuo grauius igne cruciatur*: quaſi diceret, leue reputabitur gehennæ incendium in comparationem pudoris, & confuſionis ex peccatorum reuelatione. (Greg. Mag.)

## VARIETAS VERSIONVM II. PARTIS VERS. VII.

*Vlg.* Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.
*Septuagint.* Ad te conuerſio eius, & principatum habebis ipſius.
*Cald.* Io qua (nempe die iudicij) futurum eſt, vt vlciſcatur ait de te, ſi non conuerteris, non dimittetur tibi.
*Arias,* Ad te appetitus eius, & tu dominaberis in eum.
A
*Caietan.* Et tibi appetitus eius, & tu præſidebis in eo.
*D. Ambroſ.* Ad te conuerſio eius, & tu princeps illius.
*Procop.* Peccatum ad te conuertetur, & ad te referetur, & tu dominaberis ei.
*Galati.* Et ad te concupiſcentia eius.
*Targum Hieros.* In manum tuam tradidi concupiſcentiæ tuæ poteſtatem, & tu dominabere ei, ſiue ad bonum ſiue ad malum.

## CONCORDIA VERSIONVM.

Licet noſter vulgatus interpres habeat, ſub te erit appetitus, & Septuag. legant ad te conuerſio eius, tamen non differunt, quia quod eſt ſub alio, ad illud conuertitur, iuxta ea quæ dicta ſunt in concordia 2. part. v. 6. cap. 2. Caldæus autem proſequitur cœptum ſenſum de die iudicij.

## EXPOSITIO II. PARTIS VERSVS VII.

*Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* Non eſt dubium hoc ſecundum aperire ſenſum primi, quod ita interpretari debet, liber es & quodcunque volueris, cum Dei gratia præſtare poteris, nec te vllo modo excuſatum habebit inclinatio tua peruerſa, ſiue appetitus tuus inordinatus, aut concupiſcentia tua, quę quamuis te ſollicitet, tamen à te conſenſum petit, quem potes prębere vel negare, cùm dominus ſis liberrimus actionum tuarum.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Deus inuictus amore hominum vincitur.*

223 *Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* Quaſi diceret, nullam in delicto excuſationem propones, ſiquidem in tua poteſtate erit illud euitare: ſed ô Deus, nonne ſufficiebat dixiſſe vt quieſceret à peccato ſuo? cur vlterius progrederis in criminis diſſuaſione, cum ſit homo impius, & tua indignus cogitatione? talis eſt amor Dei erga hominem, vt quaſi ab eo victus, nunquam ceſſet ſalutis noſtræ
D Baſil. curam gerere: ita D. Baſil. Seleu. orat. 4. *Tale eſt numinis ingenium, virtute cum vincat, hominum amore vinci: nam quorum fuerit opifex, iis mederi non erubeſcit.*

*Mira Dei benignitas erga hominem.*

224 *Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* Sep. habent, ad te conuerſio eius, & tu principatum habebis ipſius, D. Chryſ. hoc intelligit de ſubiectione fratris ſui erga eum; quid ô Deus æquiſſime, nonne meretetur priuari iure primogenituræ, & ſubiici fratri ſuo minori, qui ita tibi ingratus, vt meliora ſibi reſeruet, peiora autem largiatur? Deus ita benignus erga peccatorem, vt non ſolum ei nihil auferat, ſed etiam demulceat & conſoletur: ſic D.
D. Chryſ. Chryſ. ho. 18. *Nec putes, inquit Deus, licet tuum ſum auerſatus ſacrificium ob prauam mentem, fratriſque oblationem acceptam habuerim ob ſanam illius intentionem, quod te ideo primatu deſtituam, & primogenituræ dignitatem à te auferam: quieſce, nam licet honore ego illum proſequutus fuerim, acceptaque fuerint illius dona, verumtamen ad te conuerſio illius, tu ei ipſe dominaberis, vide benignitatem Domini, quomodo furorem illius, & inſaniam demulcere, & auferre illius impetum nititur.*

*Homo liberrimus in ſuis actionibus.*

D
*Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* Ad quid Deus ita Cainum alloquitur, cum ingratiſſimum ſciat eſſe, maleque ei obtulerit munus? 225
Vt eum ſuæ libertatis in peccando, & non neceſſitatis animaduerteret: quod obſeruat optime D. Ambr. lib. 2. de Abel & Cain cap. 7. *Non habet in* D. Ambr.
*quo neceſſitatem magis quam mentem tuam arguas, in te retorquetur improbitas tua; tamen princeps es illius, tu ergo princeps operis tui, tu dux criminis, non te inuitum error attraxit, ſed voluntarius reus iudicio non lapſu feciſti dolum.*

E
*Maximè Deus ſatagit animos fratrum conciliare.*

*Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius,* 226
Septuag. *ad ſe conuerſio eius, & tu habebis principatum illius.* Quaſi diceret, ſiquando propter fratris hoſtiam immolatam, primogenituræ dignitatem tibi auferam, bono ſis animo, omnem ſiquidem principatũ in illum tibi concedo, ad quid tam manſuetè cum eximio peccatore loqueris? Eum grauiter puni, cum te offendit: iden tam manſuete Cainum tractare ſatagit, hac curâ, & diligentiâ vtriuſq; fratris concordiam, & amorem ſolicitans: ſic D. Chryſ. ho. 23. D. Chryſ.
F in Epiſt. ad Rom. c. 13. *Tantummodo ſis melior, & eum qui tibi nihil mali fecit, diligas, nam vtroſq. curo, neq; quicquam libentius videro, quam inter vos nihil eſſe diſſidij, & quemadmodum mater filiorum, ita nihil non facit Deus, nihil non molitur ne quo pacto alter ab altero diuellatur.*

*Pænitentia quaſi ſententiam Deus reuocat.*

*Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* 227
Cuinam dominabitur? An ſoli peccato vel etiã fratri?

A Vtrumque probabile, quaſi diceret, quamois fratrem tuum tibi antepoſui in acceptatione muneris ſui, tamen ſi tui delicti velis pœnitere, ratione primogenituræ eris illius Dominus, tibique ſecundus; ſed nonne ô Deus iam ſtatuiſti Abelem ſuperiorem fratre ſuo futurum? Quomodo ergo vt perſuadeas ei retractationem malæ voluntatis, promittis illi prælatutam? quia tanta eſt virtus pœnitentiæ, vt ſi quis vero corde doleat de commiſſis, ſententiam Dei reuocet; accipe Procop. *Non te ſollicitet Abelem eſſe tibi prælatum, imperabis iterum ei vt primogenitus, ſi dignos pœnitentia ediderit fructus.* Procop.

### *Auari quies reſtauratio bonorum ſuorum.*

228 *Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis ei,* Vel vt habent Septuagint. ad te conuerſio eius, & tu principatum habebis ipſius; cur poſtquam Deus dixit Cain quieſce, ſubiungit ad te conuerſio illius? cuius? an ſolius Abelis, quo vt diximus ſuperior futurus eſſet ratione primogenituræ, vel oblationis & muneris illius? Vtrumque ſane intelligitur: ſed cur auaro, ſicut erat Cain, promittitur quies, dummodo reddatur illi munus oblatum? Quia nulla certe maior tranquillitas auaro contingere poteſt quam ſi bona quæ obtulit, ei reſtaurentur: hoc innuere videtur Genna. *Ad te conuerſio illius, id duplicem intelligentiam habet, vel de oblatione dictum eſt, ac ſi dicat rurſus quæ tua ſunt habebis, & nihil horum capiet Abel,* Vides ergo quomodo Deus vt quietem tribuat Cain, promittit ei quæ ſua ſunt, habiturum. Genna.

B

C

### *Peccator ſeruus eſt peccati.*

229 *Sub te erit appetitus eius,* Nonne ſciebat Cain ſe eſſe liberum in actionibus ſuis? Non eſt ergo cur ei in memoriam reuoces ſe appetitui ſuo poſſe dominari? Quid ergo aliud voluiſti deſignare? Nos dominari peccato ſi velimus, ſi autem non reſiſtimus ſuper nos eſſe, & non ſub nobis, quia qui illud committit, ſeruus eſt illius: ſic Rupert. lib. 4. in Geneſ. ca. 3. *Si commiſeris, tunc quidem ſuper te erit, & dominabitur tui, quia videlicet omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati, nunc autem antequam facias illud, dum adhuc eſt in appetitu, ipſe appetitus eius ſubter te erit, & tu dominaberis illius.* Rupertus.

D

### *Qui concupiſcentiam dominatur vere dominus eſt.*

230 *Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* Sane quod ſub nobis eſt, nobis non dominabitur, ſed è contra illius habebimus dominatũ, quid ergo pollicetur Deus Caino? poſſet enim dicere, nihil noui mihi promittis: nequaquam hoc potuit dicere, nam Deus illi ſignificare voluit, quod ſi concupiſcentiæ appetitum, & inſultum comprimere vellet, omnibus dominaretur, omniumque principatum teneret; pulchrè Ruper. *Nunc antequam facias peccatum, dum adhuc eſt in appetitu, ipſe appetitus eius ſubter te erit, & tu dominaberis illius, verbi gratia quemadmodum is qui nondum rex creatus eſt, ſubter populum eſt, & populus dominatur illius, ita vt recipiat ſi vult, at poſtquam Rex creatus eſt, populus ſub eo eſt, ipſeque eius dominatur, ita vt eum Regem habere cogatur, etiamſi nolit.* Quid melius? ſane dum appetitus, dum concupiſcentia exardeſcit in anima, ibi eſt lucta, ibi certamen cruentiſſimum eſt de regno, ibi & appetitus, & concupiſcentia homini eſt ſubiecta, expectans eius aſſenſum, qui autem concupiſcentiam fortiter continet, & coërcet, hic princeps Roper. l. 4. de Tri. c. 1.

E

F



eſt, & dominium regaliſſimum poſſidet. Qui autem ei conſenſum præbet, ſequens eius impetum, vanè gloriatur de regno, cum & ipſe, & omnia ſua concupiſcentiæ ſeruiant, & tanquam miſera mancipia ſub concupiſcentiis alligentur.

### *Tentationibus reſiſtere in noſtra ſitum eſt poteſtate.*

*Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius;* 231
Cur ita benigne loqueris Caio? Quid illi ſuades? Quid eum doces? Nota quòd motus tentationis, ſignificatur per appetitum: reſpondeo recte Deum Cain inſtruere dicentem ſub eo appetitum eius fore, eique dominaturum, quia in libertate noſtra ſitum tentationum motibus conſenſum non præbere: ſic D. Bern. qui poſt quam dixit ſub te eſt, ô homo, appetitus tuus, & tu dominaberis illius. addit: *Poteſt inimicus excitare tentationis motum, ſed in te eſt, ſi volueris dare aut negare conſenſum, in tua facultate eſt ſi volueris inimicum tuum facere ſeruum tuum, vt omnia cooperentur tibi in bonum, ecce enim inimicus inflammat deſiderium cibi, vanitatis, aut impatientiæ, cogitationes ingerit, aut excitat libidinis motum, ſolummodo ne conſenſeris, & quoties reſtiteris, toties coronaberis.* Bern. ſer. 5. in quadra.

### *Ciborum appetitum debemus frænare.*

*Sub te erit appetitus eius, & tu illius dominaberis;* 232
Quomodo ſub nobis poteſt eſſe appetitus, cum ſit naturalis, naturali autem imperare non valemus? Ad intelligentiam conceptus, nota ex D. Bernard. in ſer. cui titulus de triplici genere cogitationum, primum eſt otioſarum, ſecundum earum quæ ad neceſſitatem naturæ permanent, de cibo & potu, has appellat limoſas, & viſcoſas; quia inquit ſic afficit nos cogitatio carnalis de cibo & potu, vt ne eradicari queat de cordibus noſtris, hanc cogitationem D. Bernar. intelligit appetitum illum de quo loquimur: dicamus ergo optime Deum aſſerere ſub nobis appetitum noſtrum, quia cibi & potus nimium deſiderium poſſumus reprimere: ſic citatus Bernat. *Bene primogenitus noſter dicitur appetitus ille carnalis, qui ab ipſo nempe vitæ noſtræ initio in nobis pullulat, cum cætera vitia proceſſu temporis ex malitia mundi huius variiſque occaſionibus contrahantur, oportet ergo reprimere, quem extinguere non poſſumus appetitum, vt quam cito cubile noſtrum ingreditur, creſcere eum nullatenus patiamur, ſic ſub nobis ſit quemadmodum dicit ſcriptura ſub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.* D. Bernat.

### *Cogitationis peruerſæ initio reſiſtendum.*

*Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius,* Quid eſt in foribus peccatum adeſſe, tamen ſub nobis appetitum illius eſſe? Audi D. Gregor. 4. Moral. cap. 22. *In foribus peccatum* (inquit) *adeſt, cum in cogitationibus pulſat, cuius appetitus ſubter eſt ei quia homo dominatur, ſi cordis nequitia inſpecta, citius prematur, & priuſquam ad duritiem ſpectat, reluctanti menti ſubigatur.* 233 Greg. Ma.

### *Paſſionibus dominemur, ne nobis dominentur.*

*Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius,* Per peccatum quod in foribus adeſt, intelligit Bern. paſſiones, & optime infertur quod ſequitur, nempe quod dominaberis ei, quia eis dominari debemus, ne nobis dominentur: ſic citat. S. Sermon. in aſcenſ. *Conculca beſtiales motus, quia domari debent, ne dominari præualeant, niſi enim conculcati fuerint, conculcabunt nos; niſi premantur, opprimentnos.* 234 Bernar. cit.

## VARIETAS VERSIONVM VERS. VIII.

*Vlg.* Dixit Cain ad Abel fratrem ſuum, egrediamur foras, cumque eſſent io agro con- ſurrexit Cain aduerſus fra- trem ſuum Abel, & inter- fecit eum.

*Septuagint.* Tranſeamus io campum, & factum eſt dum eſſent io campo, ſurrexit Caio ſuper A- bel fratrem ſuum, & occidit eum.

*Caldæus.OnK.* Loquens Cain ab Abel fratrem ſuum, fuitque cum eſſent in agro &c.

B *Arias.* Et fuit in eſſe ipſos in agro, & ſurrexit Cain ad Abel, &c.

*Tertull.* Eamus io campum illic, & abiit cum eo il- lic, & ioterfecit eum.

*Caldæi Ionath.* Dixit Caio ad frattem ſuum, non eſt iuſtitia neque iudex, oec ſæculum aliud, noc remuneratio iuſtis, neque punitin, impiis.

A *Paraphr. Hieroſ.* Dixit Cain ad Abel veni, & egre- diamur in agrum, & accidit cum egreſſi eſſent ambo in agrum, reſpondit Cain nno eſt iudi- cium, oec iudex, nec ſæculum aliud, nec merces bona pro iuſtis, nec pœoa pro impiis, nec Dei miſericordiâ creatus eſt mundus, nec Dei mi- ſericordia tegitur, eo quod ſuſcepta eſt oblatio tua cum beneplacito, mea autem non eſt ſuſce- pta cum beneplacito: reſpondit Abel & diait ad Caio, eſt iudex, eſt iudicium, eſt ſæculum aliud, eſt item merces pro boois, & pœna pro impiis, miſericordia quoque Dei mundus creatus eſt, & miſericordia Dei gubernatur, quia verò melio- ra fuerunt opera mea tuis, ſuſcepta eſt obla- tio mea cum beneplacito, tua autem noo eſt ſuſcepta. Cumque duo iſti contenderent in agro, cooſurrexit Cain contra Abel & occidit eum.

## CONCORDIA VERSIONVM.

NOſter interpres appoſuit, egrediamur foras, Septuagiota tranſeamus in campum, quod non legitur in Hebtæo, & ita D. Hieronym. in quæſt. Hebtaicis inquit ſuperfluere, tamen Origenes ait ex Hebræis plurimos aſſerere hæc verba ſupradicta legi: apud Septuaginta habemus *ſuper fratrem*, qoamuis in Hebræo ſit ad fratrem. ſed optime interpres vulg. oam dictio אל cum apice ſegol, etiam contra ſignificat: ooo eſt immorandum in paraphraſi Ionathæ, quia exiſtimauit hęc verba dixiſſe Cain Abeli, nec in Hieroſoly- mitana.

## EXPOSITIO I. PARTIS VERSVS VII.

DIXITQVE *Cain egrediamur foras.* Quid dixerit Caio fratri ſuo nulli eſt certum, licet vt videre eſt in verſionibus, ſollicitauit eum campum petendi, vbi forte verba quæ in tergo retulimus dixit, vt occaſionem accipiens noo conſenſus Abe- lia, interficeret, vel forte aliquibus ſermooibus adulatoriis ſuaſit, vt foras egrederentur, & tum proditoriè eum interemit, *Conſurrexit aduerſus fra- trem & interfecit*: cum ait ſurrexit, inſinuat quod

C ex improuiſo, cum iaceret aut ſederet, ſurrexit, & frattem oihil tale cogitaotem interemit; quo au- tem genere mortia occiſus fuerit, ooo explicauit Moyſes, tamen eius necem fuiſſe cum ſanguinis effuſione coniunctam indicauit Chriſtus Dominus illis verbis apud Matthæum capite vigeſimo ſepti- mo, è ſanguine Abel iuſti, &c. noo igitur ſtrangu- latus, vel aliquo alio modo ſine ſanguinis emiſſione necatus eſt.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deo nihil abſconditum.*

235 DIXIT *Cain ad fratrem ſuum, egrediamur foras*, ſiue vt habent Septua. tranſeamus in campum; cum futuro ſceleri viam quaſi volens ſter- nere fratrem in ſolitudinem trahit, ſecretis patroci- nantibus ſcelus peragit impiſſimus, ſed vltra impie- tatem, nonne ſtultiſſimus? ſic equidem, nam maxima dementia eſt exiſtimare Deum non omnia agnoſce- re, eique aliquid eſſe incognitum: ſic Saluian. li. 10.

Saluian. de Dei gubern. *Stultiſſimus qui ad perpetrandum maximum nefas ſufficere ſibi credidit, ſi aſpectus vitaret hominum: vnde puto quod hæc in illo iam tunc opinio fuit, quæ nunc in multis eſt, Deum terre- ſtria non reſpicere, & actus ſceleratorum hominum non videre: nec dubium eſt, cum poſt facinus admiſ- ſum, Dei ſermone conuictus, nihil ſe de fratris cæde conſcium reſponderet, adeo inſcium facti ſui Deum arbitrabatur, vt crederet feraliſſimum nefas tegi poſſe mendacio.* Idem habet B. Ambr. li. de pœni. c. 4. *Credebat crudeliſſimus hominum, ſine teſte aditum*

D *criminis non patere, cum ob hoc ipſum crimen agnoſce- ret quod occultare cupiebat, ſed ecce Dominus, cui quidquid abſconſum putatur, in promptu eſt, & quem non poteſt latere quod in cogitationum occulto agitur, ſcriptura teſtante, ſcrutans corda & renes Deus.*

### *Deus ſuos non priuat bono, niſi ſubſtituens aliud maius.*

*Egrediamur foras, cumque eſſent in agro conſurre- xit aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* O 236
Deus hominem tam pium & innocentem permittis interimi? cur afflictionem afflictis addis? nonne ſuf- E ficiebat primos parentes expulſos à paradiſo, vitam laborioſam & miſeram ducere, ſine additione longè maioris miſeriæ, & filij dilectiſſimi occiſionis? Inſ- piciamus quid dicat ſacer textus, cognouit Adam vxorem ſuam, & peperit filium, quem filium? Seth, Mortem Abelis non permiſiſſet, niſi aliud longè maius bonum exinde naſceretur, nempe Seth, cuius

poſteritas mundum cœlumque repleret: conſolatus A eſt ergo Dominus abundantiore quodam beneficio, quam fuerat damnum & deploratio vnius Abelis
Gre. Mag. interempti: vnde optimè D. Greg. Mag. l. 53. Moral. cap. 8. ait, *Per pietatem benigni iudicis tentationis noſtro diſpendium vincunt ſuffragia conſolationum, minus autem tentat probatio quam remuneratio conſolatur, vt ex retributionis merito, leue fuiſſe quod tolerauit, agnoſcat, qui ex perſecutionis pondere grauerſe aliquid tolerare indicabat: vnde afflicta quoque Iudæa dicitur ad plictum pro medico derelinqui-*
Iſai. 54. *te, vt in miſerationibus magnis congregabo te, Iſa.* 54.

*Homo aliquando peior dæmone.* B

237 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & occidit eum.*
D. Chryſo. D. Chryſ. ad Rom. ho. 7. dux huius belli erat Sathan, ſi ergo Sathan gerebat bellum aduerſus Abelem, cur ipſum non interfecit? addit D. Chryſ. *aſſumpto in militem Caino*, quaſi diceret, quamuis Sathan dux eſſet belli, tamen non auſus eſt eum interimere, ſed Cain, qui erit eius miles, quaſi peior eſſet dæmone compleuit quod Sathan ſolum ſuggeſſerat.

*Ita impius eſt homo, vt ſuam inſaniam exequatur in hominem, cum in Deum non poſſit.* C

238 *Conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & occidit eum.* Quid in te commiſit frater tuus innocens? an te iniuria aliqua affecit, vt illius interfector eſſes? non quidem, ſed ſolum legimus, quod habuit Deus accepta munera Abel: qua de cauſa igitur tam nefarium ſcelus commiſiſti? ideo in fratrem ſuum
D. Chryſo. rabiem & inſaniam effudit, cùm in Deum non poſſet, qui ſua munera non approbauerat: ſic D. Chryſ. ho. 19. *Forte in ea beneuolentia hanc eadem illi peperit, & cum non poſſes mecum pugnare, in illum effudiſti furorem tuum indomitum.* D

*Homo crudelior beſtiis.*

239 *Conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* Anne aliquod animal irrationale ita ferox & immane, vt ſuum ſimile interimat, ſi aliqua iniuria non appetatur? minime quidem, quomodo ergo homo proprium fratrem innocentem, ab eo
D. Chryſo. non læſus interfecit? quia etiam ipſis belluis crudelior & immanior eſt: ſic D. Chryſ. *Sicut magnum, & venerandum eſt animal rationale, maxime quando virtutis viam contendit, ita & quando in malum de-* E *clinat, truculentarum beſtiarum imitatur crudelitatem, quia & multis nominibus illarum ſuperat fero-*
Caſſian. *ciam*, vnde Caſſian. ep. 14. *Proh dolor! pietas in auibus inuenitur, quæ ab humana conditione deſeritur, vultur ipſe cui vita eſt cadauer alienum, non exiguis alitibus infeſtum, auibus periclitantibus nititur ſubuenire, & homines parcere nequeunt, cuius genus eſſe cognoſcunt.*

*Homicidæ deeſt omnis fructus.*

240 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum.* Quandonam? Poſtquam dixit Cain fratri ſuo Abel, egrediamur F foras, vel vt habent Septuagint. tranſeamus in campum, cur non dixit eamus in aliquem locum fructiferum, vel in aliquem hortum amœnum, ſed in campum, vbi nullus eſt fructus? non ſine myſterio dictum, tranſeamus in campum, ad declarandum nullo modo fructiferare poſſe, qui alium occidit: ſic
D. Ambroſ. Ambroſ. lib. 2. de Abel & Cain cap. 8. *Quid ſibi vult* A *quod ait, eamus in campum? Niſi quia locus nudus gignentium eligitur parricidio, vbi enim frater debebat occidi, niſi vbi fructus deeſſet? Tanquam preſagiens natura tanti ſceleris, loco germina denegauerat, quia non conueniebat, vt idem ſolum & contagia parricidialis ſanguinis reciperet præter naturam, & fructus ſecundum naturam germinaret: ipſi parricidæ indicat fratrem ſe ſceleris habere non poſſe, nec pœnas eos fratrem manere, qui tanta impietati præbuerunt officium: nam ipſam refugerunt elementorum benignitatem, vt iſte Cain qui videtur virtus, ne longior boni terræ prouentus triſte facinus impediret.*

*Qui alium occidit ſe ipſum occidit.*

B *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & occidit.* Phi. 241
Hæbr. lib. quod deter poti. inſidiatur, ait, ſic fore le- Phil. Heb.
gendum, inſurrexit Cain & interfecit ſe ipſum, quid ais Phil. nonne certum eſt Cainum occidiſſe ſuum fratrem Abelem? Quomodo ergo dicis ſeipſum occidiſſe? Reſpondet: *Prima quidem ſpecie Abelem occiſum ſubindicat, ſin autem diligentius rem expendas, ipſum Cain à ſe ipſo occiſum eſſe, proinde ſic legendum, inſurrexit Cain & occidit ſeipſum, non alterum, & merito quidem, anima enim quæ ex ſeipſa dogma tollit pium, & virtutis amicum, virtuti* C *eſt mortua.*

*Voluit Deus primum iuſtum eſſe virginem.*

*Conſurrexit Cain aduerſus fratrem Abel, & in-* 242
*terfecit eum*, Moritur non ducens vxorem, ſic patres omnes, ex quibus Epip. lib. 10. contra hæreſes 39. annotat Cainum copulatum fuiſſe ſorori maiori *Saue* appellatæ, Seth vero 3. filium poſt Abel genitum Azutæ ſorori ſuæ vocatæ: nonne verum eſt quod plures tenent Euam gemellos peperiſſe ſolitam, præſertim in prioribus partubus maſculum & fœminam, vt perfectum eſſet coniugium ad propagatio- D nem generis humani? Quomodo ergo ſolum peperit Abel ſine vterina compare, quæ eſſet illius vxor? Quia Deus ita virginitatem colit, vt eâ primum martyrem & innocentem voluerit honorare, quo enim maiore decore iuſtum potuiſſet munerare quàm
virginitatem? Cum reſte D. Bernard. Epi. 41. ad Hen. D. Bernar.
Senonenſ. Epiſc. *Quid caſtitate decorius. quæ mundum de immundo conceptum ſemine, de hoſte domeſticum angelicum, Deumque de homine facit, ſola eſt caſtitas quæ in hoc mortalitatis gloriæ repræſentat, ſola inter nuptiarum ſolemnia morem illius beatæ vendicat regionis, in qua nec nubunt neque nubentur,* E *præbens quodammodo terris cæleſtis iam illius conuerſationis experientiam.*

*Auari virtutis amatores impugnant.*

*Conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel*, Per 243
campum, certamen poſſumus intelligere, Cain cum dicatur poſſeſſio, auarum recte ſonat, Abel autem nonne eſt virtutis amator? Quid ergo ſibi vult Cain, prouocaſſe fratrem ſuum Abel in campum, ibique aduerſus eum conſurrexiſſe, cum Abel in nullo eum læſerat nec offenderat? Hoc non mirandum, quia proprium eſt auari cultores virtutum odiſſe, nec
non eos impugnare; ſic Phil. Hæbr. lib. quod deter. Phil. Heb.
F potiori inſidiatur: *Arbitror*, inquit, *campum in quem Cain Abelem inuitat, contentionem atque dominationem ſignificare, ſed de qua re diſceptatum eſt de contrariis opinionibus, Abelis enim ad Deum deferentis omnia pium dogma, Cain vero ſibi attribuentis (interpretatur enim poſſeſſio) arrogant qui ſe ipſos amant, virtutis amatores in certamen prouocant, corporis voluptates, delicias, honores*

*proponunt, vt virtutis cultores in actionibus laudandis verſati in anima ſola honeſtum theſaurum repoſuerant.* A

### *Auaritia inuida.*

244 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum*, Vnde hæc occaſio? Ex inuidia: inuidia autem hæc vnde accepit originem? Ex auaritia, nimis auarus cum obtuliſſet Deo munera, ſibi meliora reſeruauit, ergo iure merito ipſa auaritia poteſt dici inuida; vnde optime D. Ambr. lib. de Abel cap. 5. *Quid de auaritia dicam inſatiabili pecuniæ cupiditate, & quadam eius libidine? Quæ quo plura abſtulerit, eo magis inopem eſſe ſe credit, omnibus inuida, ſibi vilis, in ſummis diuitiis inops affectu*: expende illa verba *omnibus inuida.* (D. Ambr.) B

### *Auarus inſatiabilis.*

245 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum*, Diximus tum ex inuidia, tum ex auaritia fratrem interfeciſſe; nonne fere vniuerſus orbis cuius es hæres, tibi ſufficit? Nonne vniuerſæ diuitiæ quæ in eo continentur, tibi ſatisfacere poſſunt? Cur ergo vt earum non ſit princeps frater tuus, eum interimis? C Quia auari cupiditas nullis limitibus coërcetur, ſed inſatiabilis eſt: ſic S. Clemens Rom. l. 4. recognitionum: *Sicut ignis quantum magis ligna acceperit, tanto amplius accenditur, & inualeſcit: ita, & cupiditatis rabies, per ea quæ adipiſcitur reficitur, auctior & vehementior efficitur.* (S. Clemen.)

### *Auaritia mentem obtenebrat.*

246 *Conſurrexit aduerſus fratrem, & interfecit eum*, Quis ita mente cæcutiens qui fratri violentas manus audeat inferre? Nonne diximus Cain auarum? Recte ergo cæcus debet nuncupari, qui proprium fratrem interfecerit: neſcio an ad hoc alludat Chryſoſt. in Matth. hom. 21. *Auarus cæcus eſt. amor namque pecuniarum pupillam mentis tuæ, quaſi quidam malignus humor influxit, denſamque iam nebulam prorſus operatus eſt.* (D. Chryſ.) D

### *Ita ambitioſus eſt inuidus, vt ſe ſolum velit eſſe.*

247 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum*. Cur interficis? Nonne latitudo terræ vtrumque poteſt continere? Si eum inuiſum habes; dic vt à te diſcedat, ſine dubio dicto tuo obediet. Nihil tale voluit, ſed cum interfecit, quia cum eſſet inuidus ita ambitioſus erat, vt ſolus ſi poſſet, in vniuerſo orbe maneret: ſic D. Chryſol. ſer. 4. qui loquens de filio prodigo & fratre ſuo, ait: *O zeli tumor, duos non capit domus ampla germanos, & quid mirum fratres fecit inuidia, fecit & mundi tota duobus eſſet anguſta fratribus latitudo, namque ipſe Cain iunioris erexit in mortem, vt eſſe ſolum zeli liuor faceret, quem primum fecerat lex naturæ.* (D. Chryſo.) E

### *Inſanabilis inuidus.*

248 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum*, O impie nonne tibi conſuluerat Deus vt ab illius cęde pręmeditata abſtineres? Quomodo igitur ad meliorem frugem non es reuocatus, & ſi mente pollutus impollutas manus non conſeruaſti? Nonne Deus ad inſtar medici, tui maxime ſollicitus appoſuit medicamina vulneri tuo neceſſaria? Quomodo non recuperaſti ſalutem? Nulla ſane alia de cauſa A niſi quod inuidiæ morbo laborans omnino eſt: ſic D. Cyprianus ſerm. de zelo & liuore: *Mala cætera habent terminum, & quodcumque delinquitur, delicti conſummatione finitur, in adultero ceſſat facinus perpetrato ſtupro, in latrone conquieſcit ſcelus homicidio admiſſo, & prædoni rapacitatem ſtatuit poſſeſſa præda, & falſario modum imponit impleta fallacia, zelus terminum non habet, permanens iugiter malum, & ſine fine peccatum eſt.* D. Cypria.

### *Adulatio ſimulata ſuauitas.*

B *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum*, Et antea ſcripſerat Moyſes, dixit Cain ad Abel fratrem ſuum, cur nominat, *fratrem ſuum*, cum proditorie interimere eum nititur: adulatorie eum prouocat & ideo ſimulata eius ſuauitas adulatio fuit impia: vnde D. Bern. in ſentent. explicans illud Pſalm. 54. moliti ſunt ſermones ſuper oleum & ipſi ſunt iacula, ait, *Recte non molles ſed molliti, quod ſit in eis non tam vera & ſolida, quam ſuperducta & ſimulata ſuauitas.* 249 (D. Bern. Pſalm. 54.)

### *Adulator plurimum nocet.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem & interfecit eum*, 250
C Nonne antea hęc amice loquens Cain, fratrem ſuum deduxit foras? ſed quid ibi contigit? niſi quod Cain conſurgens aduerſus fratrem eum interfecerit, nonne ſuauiter loquutus es fratri tuo? quomodo nunc tam immaniter & crudeliter eum interficis? adulatorie loquutus eſt ei: ne mireris igitur eum interfeciſſe, adulator enim maxime nociuus eſt: ita D. Gre. Magn. l. 31. mor. c. 12. exponens illum verſum Exodi 10. ventus vrens leuabit locuſtam, ait: *Quid per ſignificationem locuſtæ portendunt, quæ pluſquam cætera minima quæque animantia humanis frugibus* D *nocent? niſi linguas adulantium, quæ terrenorum hominum mentes, ſi quando bona aliqua proferre conſpiciunt, hæc immoderatius laudando corrumpunt*, adde qui ad modum locuſtarum omnia exterminant & deſtruunt. (D. Gregor. Exod. 10.)

### *Maximum malum, hypocriſis.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum & interfecit eum*, Nonne ſub ſpecie amicitiæ fraternæ deduxit in campum Abelem? tamen miſere eum interfecit, ſimilis quidem ſcopulis qui ſub aqua latent ſolum exigua, aqua obtecti incautos de improuiſo opprimunt: ita ſane: Cain enim amoris ſpeciem oſtendit, fratrem E tamen interimit, indicium peſſimæ hypocriſis, quod D. Baſi. ho. de inuidia innuit dicens, *Non cernis quantum malum hypocriſis ſit, atqui ipſa quoque inuidiæ fructus eſt; nam vt quiſpiam moribus duplex ſit, apud multos ex inuidia plerumque naſcitur, cum videlicet odium imo pectore continentes, amore ac beneuolentia illatam & fucatam ſuperficiem oſtendunt, & deinde ex improuiſo opprimunt.* 251 (D. Baſil.)

### *Auaritia omnia ſcelera ſuperat.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, interfecit eum*, 252
F Quid iniquius? quid ſceleſtius, quam innocentem fratrem occidere? vnde tanti ſceleris origo? ex inuidia certe & auaritia; eſt enim auaritia; radix ita peſtilens & venenata, vt in fratricidium compellat, mortem iuſti & innocentis proferat, quid ni? cum ſuperet omnia ſcelera: accipe D. Dam. 21. contra munerum cupiditatem c. 2. *Scriptum eſt auaro nihil eſt ſceleſtius, nihil eſt iniquius, dura certe & nimis formidoloſa ſententia, ſi enim nihil eſt auaro ſceleſtius, nihil iniquius, non ergo melior parricidis, non præfertur inceſtis,* (D. Dam.)

*æquatur hæreticis, aſſimilatur idololatris, vnde & Apoſtolus dicit auaritia quæ eſt idolorum ſeruitus,* ex eodem illa verba: non eſt melior parricidis quia eſt æqualis.

### *Mors aggreditur innocentem.*

253 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* Abel primum quidem innocentem, quid ſignificat mortem inuaſiſſe primum innocentem? pignus accepiſſe alterius innocentis quem aliquando peremptura eſſet, hoc ipſo tantum quod innocens futurus eſſet: ſic D. Cyrillus in fragmentis Euangel. citatus à Stapletonio conc. 2. de gratia, *In Abelis,* inquit, *innocentia mors oppignerata eſt, quaſi prius tranſmiſſa foret in eum, qui poſtea ſine culpa moreretur.* (D. Cyrill. q. citat. à Stapl.)

### *Inter mortem & vitam maxima eſt connexio.*

254 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum & interfecit eum.* Rabbini exiſtimant hunc agrum in quo occiſus fuit Abel, fuiſſe Damaſcenum, in quo Adamum conditum eſſe vulgaris ſententia tenet, dubium eſt, cur idem protſus & primæ vitæ ac primæ morti locus eligitur? nonne ſatis ampla erant terrarum ſpatia, vt in diuerſis omnino regionibus mors & vita ſeorſum locarentur? quid opus fuit ex primo viuendi incunabulo, primum efficere ſepulchrum moriendi? credo ſingulari prouidentia ita factum, vt maxima inter vitam mortemq; neceſſitudo oſtenderetur, nam vix homines viuere incipiunt, cum ſtatim inſidias à morte patiantur; imo ad hoc naſci videntur vt moriantur, vnde D. Hier. in ep. 3. ad Heliod. ait: *Quid miſerius homine, qui æterna mortis terrore proſtratus, viuendi ſenſum ad hoc tamen acceperat vt periret?* (D. Hieron.)

### *Mors nulli parcit.*

255 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* Quis non mirabitur hominem iuſtum, Deo charum, vitam cum morte mutare? mors enim eum non deberet attingere, ſed venerari; ideo permittitur iuſtus interfici, morſque eum inuadere, vt non ignoremus mortem nulli omnino parcere, quod Orig. hom. 2. in Numeros admiratione motus ex Moyſis morte ait: *Perterret me quod de Moyſe famulo & amico Dei, cui facie ad faciem loquutus eſt dominus, per quem fecit ſigna & prodigia, dicitur apponeris ad populum tuum ſicut appoſitus eſt Aaron,* quaſi diceret, mors omnibus communis eſt nulli parcens, cùm nec pepercerit Moyſi Dei famulo, adde nec Abeli. (Origen.)

### *Mors nulli parcens ætati.*

256 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* Cur Deus non permiſit mortem Abelis differri, cum adhuc ætate iuuenili floreret? ſecundum enim naturæ ordinem prius Adam & Eua hoc ſæculum morte mutare deberent, ideo à fratre permiſit Deus iuuenem Abelem interfici, vt ſciamus nulli ætati mortem condonare.

### *Mortis debile fundamentum.*

257 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* Nonne Adam primus peccauerat: primo pœna mortis impoſita fuerat? cur igitur prior iuſtus moritur, quam primus peccator? ideo primus innocens moritur, vt debile ſit mortis & non validum fundamentum, quale fuiſſet ſi primum hominem mortuum peccatorem ſuſcepiſſet: ſic D. Baſil. orat. 4. *Primum Deus concedit Abelem tolli de medio, vt aggreſſoris nequitiam vſu meliori commutet, vt victum morti ſubiiciat fundamentum, mortiſque ius infirmius euadat: victus enim iniuſte à morte occupatus, iuſtæ cauſæ ditionem inferno eripit, & primam mortis viam mortis diſſolutionem fore ſpondet,* hoc habet etiam D. Theod. q. 46. in Geneſ. *Debile voluit eſſe fundamentum mortis, ſi enim Adam prior obiiſſet, firmiore fundamento mors niteretur, primum mortuum excipiens peccatorem, quia vero primum recepit eum, qui iniuſte occiſus eſt, dubium fundamentum habet.* (D. Baſil. — D. Theod.)

### *Patres ita filios diligunt, vt qui eos occiderit videatur patrem occidiſſe.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* Omnes patres hoc fratricidium, parricidium nuncupant, D. Chryſoſt. hom. 4. de verb. Iſai. & alibi D. Ambr. & alij: cur quæſo cum patrem non occiderit Cain, ſed ſolum fratrem, cum tamen parricidam vocant? quia pater ita filium diligit & in eo viuit, vt qui eum occiderit, iure parricida poſſit nuncupari, vnde D. Chryſ. hom. 29. in Gen. *Grauius est illis videre filios ſupplicio affici, quam ſi ipſi iis forent obnoxij.* 258 (D. Chryſ.)

### *Pater in filiis punitur.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem & interfecit eum.* Ilico innocentiam illius declarat Deus, cum ait, vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra, & antea eius ſanctitatem aperuerat cum reſpexit ad munera eius: cur ergo ita innocens interficitur? nota datam ſententiam mortis in primum parentem, quam tamen nondum ſubierat: dicamus Deum innocentiam Abelis declaraſſe, vt ſi eum videamus interfectum, non intelligamus propter propriam mortuum offenſam, ſed parentum, quos in filio dilecto punire voluit; aliquãdo enim eos in filiis propriis caſtigat; quod acute obſeruat D. Chryſ. ſer. 51. notans Chriſtum Dominum inquiſiſſe tempus (Marc. 9.) à quo quidem infirmabatur, quantum temporis eſt ex quo ei accidit: reſpondit pater pueri infirmi, ab infantia: nonne ſciebat Chriſtus Dominus à quo tempore? cur ergo interrogat? ſine dubio vt dum ipſe ab infantia dæmoni obnoxium fuiſſe puerum fatetur, ſimul prodat ſe illius eſſe reum & authorem: ita citatus D. Chryſ. *Requirit paſſionis tempus authortemporis, non vt neſcius, ſed inſciens, ne ſcientibus prodat, deniq; interrogatione tali tempus aperit, ætatem pandit, reuoluit infantiam, vt tanti mali cauſa non tangat ſobolem, ſed parentem.* 259 (D. Chryſ. Marc. 9.)

### *Ab initio perſecutionem iuſtus patitur.*

*Conſurrexit aduerſùs fratrem ſuum & interfecit eum.* Cur, ô Cain fratrem iuſtum interficis, ab eo minime læſus? vt agnoſcamus ab initio iuſtos non exemptos à perſecutionibus etiam fratrum: ſic Tert. aduerſus Gnoſticos c. 8. *A primordio iuſtitia vim patitur, ſtatim vt coli Deus cœpit, inuidiam religio ſortita eſt, qui Deo placuerat occiditur quidem à fratre, quo procliuius impietas alienum ſanguinem inſectaretur à ſuo auſpicata.* 260 (Tertull.)

### *Qui lachrimas ſalutares non exiſtimat, ſanguinem Abelis videtur effundere.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum Abel & interfecit eum.* Per Cain conſurgentem aduerſus 261

fratrem ſuum, intelligit Orig. tra. 26. in Matt. eos qui veritatem ſcripturarum volunt euertere; quæ veritas dicitur ſanguis & vita illarum; ſed quomodo hoc verificabitur de Abel? plunes diximus Abel interpretari luctum, reſpondet ergo cit. Origen. (Orig. trac 26. in Mat. 5.) *Qui ſuſcepit quod dictum eſt, beati qui lugent, ſaluat Abel, qui autem non recipit, ſanguinem effundit Abel, hoc eſt veritatem luctus ſalutaris, propterea implebitur ſuper ipſum, væ vobis qui ridetis, quoniam plangetis & flebitis,*

### *In ſocietate voluptati deditorum iuſti interficiuntur.*

262 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & occidit eum.* Cur in campum ducit potius quàm in alium locum vt interficiat: nam hic locus potius quam alius non caret myſterio? (D. Auguſt.) Nota quod ait D. Aug. in illa verba Pſal. 8. inſuper & pecora campi, pecora campi accipiuntur homines in carnis voluptate gaudentes, vbi nihil arduum, nihil laborioſum abſcondunt; non ſine myſterio igitur in campum ducitur Abel, & ibi interficitur, quia in ſocietate carnalium iuſtus non eſt ſuæ vitæ ſecurus, ſed de morte certiſſimus: ſic idem Doctor, *Campus eſt lata via quæ ducit ad interitum, & in campo Abel occiditur, quare metuendum eſt, ne quiſq; deſcendens de montibus iuſtitiæ, latitudinis & facilitatis carnalis viam eligens, à diabolo trucidetur, innocentia nempe & pudicitia pereunt in laxiore & faciliore viuendi conſuetudine, in qua ſola pecudes in gehennam deſtinata, hoc eſt delitioſi & libidinoſi homines libere diuagantur.*

### *Impij plures occaſiones malefaciendi inquirunt, quàm iuſti benefaciendi.*

263 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum.* Vbinam? in campo, ad quem vt veniret compulerat: cur in campum venire precibus impulit? vt in loco ſolitudinis, & vbi nullus teſtis ſui criminis eſſet, ſine difficultate interimendi occaſionem arriperet: ſed quomodo tanta cum cautela ſuæ peruerſæ intentionis exequendæ occaſionem ſollicitus, & quaſi importunus inquirit? quia impij maiori cum anxietate nocendi occaſionem inquirunt, quàm pij benefaciendi: (Oleaſt. Luc 22. Iob. 24. 01.) *Vtinam qui bona agunt* (inquit Oleaſt.) *ſic opportunum ad hoc tempus quærerent, quemadmodum peccatores, poſtquam enim ille perditus Iudas Saluatorem vendiderat, ſtatim vt ait Lucas, quærebat opportunitatem, quomodo illum oportune traderet, oculus adulteri, ait Iob, obſeruat caliginem. Norunt ergo peccatores ſuam oportunitatem malis operibus quærere, quam boni vix ad bona opera curant: obſeruauit igitur Cain nequam iſte tempus quo fratrem ſolum inueniret in agro incautum, vbi qui probiberet non inueniretur, neque qui accuſaretur adeſſet.*

### *Martyr eſt qui in odium virtutis occiditur.*

264 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum Abel, & occidit eum.* D. Aug. de mirab. S. ſcript. martyrem agnoſcit Abel, ait enim, martyrij coronam ſanguinis effuſione promeruit, cur es martyr? cum ob quam cauſam fuerit interfectus non exprimet, ſed ſolum quod interfecit eum frater: audi Paraphra. Hieroſolymit. (Parap. Hie.) quam Lyranus magni fecit, cum eſſent ambo egreſſi in campum, dixit Cain, non eſt iudicium neque iudex, nec ſæculum aliud, nec merces bona pro iuſtis, nec pœna pro impijs, nec Dei miſericordia creatus eſt mundus, nec Dei miſericordia regitur, eo quod recepta eſt oblatio tua cum beneplacito, mea autem non eſt ſuſcepta: Reſpondet Abel ad Cain, iudicium eſt, eſt iudex, eſt ſæculum aliud, eſt quidem merces pro bonis, & pœna pro impiis, miſericordia quoq; Dei mundus creatus eſt, & miſericordia Dei gubernatur: cumque ſic contenderent in agro, inſurrexit Cain & occidit Abel: hinc concludit Lyranus, *Abel fuit primus martyr*, quippe in odium veritatis, & virtutis occiſus fuerit. (Nico. Lyr.)

### *Patientia à Deo multum obtinet.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* An Eua aliquid impatienter loquuta eſt, præ doloris magnitudine in Abelis ſui funere? 265
hoc enim ſolent mulieres, certe non legitur in ſcriptura: vnde D. Chryſ. *vides*, ait, *quomodo non ſolum non grauatim tulit, neq; triſte aliquid loquuta eſt*, (D. Chryſ.) an aliquod præmium pro hac animi patientia recepit? hanc animi virtutem Deus reſpiciens, pro Abele filium ſubrogauit, qui vocari poſſet fructus patientiæ matris; vnde generoſe ferens quod fiebat, conſolationem ſtatim meretur, & maiorem gratitudinem præſefert.

### *Ex impatientia, homicidia.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* Vndenam hoc fratricidium? an ſolum inuidiæ tribues? tribuit impatientiæ Tertul. li. de patien. ca. 5. *Fruſtra* (inquit) *iſtud impatientiæ adſcripſerim: ſi Cain ille primus homicida, & primus fratricida, oblationes ſuas à Domino recuſatas æquanimiter, nec impatienter tulit, ſi iratus fratri ſuo non eſt, ſi deniq; neminem interimit, cum ergo nec occidere potuerit niſi iratus, iraſci niſi impatiens, demonſtrat quod per iram geſſit, ad eam referendum à qua ira ſuggeſta eſt.* 266 (Tertull.)

### *Diabolus ita inuidus eſt, vt nullis noſtris malis ſatietur.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* Sine dubio diabolus vnà cum Caino belli ducem agebat; nonne ſufficiebat hoſtis infenſiſſime, mortalem reddidiſſe inuidia tua primum hominem, & eius poſteritatem? cur ergo etiam mortem moliris actualem: quia ita inuidus eſt, vt nullis noſtris malis ſatietur, ſed inſatiabilis de die in diem noua nobis molitur: ſic D. Chryſ. hom. 7. in epiſt. ad Rom. (D. Chryſ.) *Illi non ſatis fuit quod homo mortalis iam effectus fuiſſet, ipſo etiam iam mortis genere tragœdiam ipſam amplificare enixus eſt, ſic vt illi perſuaſerit, fratris parricida vt fieret; vrgebat enim, ac deſiderabat Dei ſententiam in opus editam videre, qui ipſe noſtris mortalium malis nullo vnquam tempore ſatiatur; is tametſi audiſſet fore vt homo in terram reuerteretur, concupiuit amplius quiddam videre, videlicet filium morientem ante patrem, & fratrem à fratre interemptum, & intempeſtiuam & violentam mortem, vides quam multas ad res inſeruierit inuidentia, vt inſatiabilem diaboli animum impleuerit.* 267

### *Diabolus ſanguiſuga.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* Inſtigatus nempe à dæmone, hoc crimen execrandum admiſit, nonne tibi ſufficiebat primum parentem in condemnationem præcipitem dediſſe, Euam ſeduxiſſe, ingratitudinem, inuidiam, iram, & alia huiuſmodi vitia Caino ſuaſiſſe? cur his non contentus ſanguinem hominis innocentis exoptas? exoptat quidem, quia inter peſſimos effectus ſuos, maxime ſanguiſuga: ita Salon. Epiſc. cap. 14. in Salon. 268

Salomon. in illa verba, ſanguiſugæ duæ ſunt filiæ dicentes affer, & nunquam ſatiantur, ait: *Quæ eſt ſanguiſuga, cuius duas dicit eſſe filias? ſanguiſuga diabolus, qui ſemper ſanguinem ſitit.*

*Diabolus miniſterio hominum vtitur in abominationibus ſuis.*

269 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* Cur ô dæmon cum ab initio fueris homicida, quare cum per teipſum Abelem non interfeciſti, vt fraterna manus ſanguine fratris non intingeretur? non per ſeipſum interfecit, ſed per alium, quia gaudet miniſterio hominum vti in ſuis abominationibus: ita D. Hilar. in Pſal. 139. in illum verſum, Eripe me ab homine malo, &c. *Omnes inſidias quaſcumq; nobis ſpirituales nequitiæ prætendunt, maxime per homines aptantur, & occaſiones vitiis noſtris alienæ naturæ peruerſitas ſubminiſtrat, in lites nos iniquus exagitat, in anxietates aduerſantium & inſidiantium nobis terror impellit, in libidinem facultas ſe in id præbentis loci inuitat, oculus enim meretricis laqueus peccatoris eſt, oramus ergo in his malis poſiti dicentes, eripe me Domine ex homine malo, à viro iniquo libera me.*

Hilarius in Pſal. 139

*Diabolus malum poteſt ſuggerere, aliquando autem non poteſt perpetrare.*

270 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* Cum diximus ſuperius ſanguinis hominum violenter effuſi cupidiſſimum eſſe, quomodo per ſe ipſum non auſus eſt huiuſmodi homicidium perpetrare? Quia quamuis malum ſuggerere poſſit, poteſtas tamen nocendi in eius arbitrio non eſt collocata: ſic Caſſian. collatione 7. cap. 21. *Non habere eos poteſtatem quemquam hominum lædendi, niſi quæ diuina ei diſpenſatione conceditur confeſſio ſpirituum eorundem Euangelicis monimentis inſerta teſtatur, dicentium, ſi eiicis nos, mitte in gregem porcorum, qui multò magis credendi ſunt in nullum hominum qui ad imaginem Dei creati ſunt, pro arbitrio ſuo poſſe, cum animalia immunda ac muta ingrediendi abſq; Dei permiſſu non habuerint poteſtatem, cæterum nemo poſſet non dicam viuentium quos videmus in hac eremo conſtantiſſime commorari, ſed nec perfectorum quidem tantis talibusq; hoſtium agminibus circumſeptus in eremo ſingularis habitare, ſi in ipſis eſſet pro voluntate ſua nocendi vel attentandi facultas, atque libertas.*

Caſſi. colla. 7. cap. 21.

*Diabolus cum non valeat aliquid cõtra Deum, illius imaginem deſtruit vt poteſt.*

271 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* Scilicet, & inuidia, & perſuaſione dæmonis: ſed ô dæmon in quo te læſit innocens Abel: in quo tibi aduerſarius? An te forte à culmine gloriæ & à Paradiſo expulit? Minime quidem, cur ergo ad necem illius ſuaſione tua fratrem impuliſti? Si enim eum non ſollicitaſſes non ita audax, & impius vt violentas manus proprio fratri imponeret: nota eum qui ab aliquo exiſtimat ſe damnum accepiſſe, nec tamen ab eo vindictam ſumere poſſe, illius imaginem ſi præ manibus habeat, effringere & conculcare, pari modo dæmon ita impius eſt, vt cum aliquid nociuum non valeat in Deum, à quo expulſus à Paradiſo eſt, illius ſaltem imaginem vitiis labefactare, vel homicidiis deſtruere nititur: ſic D. Baſil. Seleu. oratione. 12. de arreptiuo. *Cæterum aduerſus homines cogitatione incubuit, verumque effectorem abominatus varias machinas adhibuit ad oblitterandam Dei imaginem; nam cum Deum contra belligerare non valeat, aliam pugnam iniit, dum creaturas contra creatorem ſuccendit ad ſeditionem, ſic à principio protoplaſtum recens compactum imaginis diuinæ characteres ferentem, aduerſus Deum rebellionem cogitare hortatus eſt, in quocumque die comederitis ex eo, eritis ſicut dij: hominum vero genere propagato, idololatriæ cogitationes inducit, & velut in nocte per creatoris ignorationem, creaturam adorabat creatura, vbique aræ, templa, idolorum figmenta, vbique ſanguinis effuſiones, vbique dæmonum tripudium: contemplare igitur quomodo omnibus modis Dei imaginem effringere nititur.*

D. Baſil.

*In pœnam peccati Deus nos derelinquit.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* Nonne Deus eum monuerat vt à peccatis quieſceret, & à fraterna cæde? Quomodo ergo Deo monenti non conſenſit: quomodo eum non audiuit? Non ignoras grauiſſimum in oblatione ſacrificij delictum commiſiſſe? Forte in pœnam peccati, ita eum dereliquit vt quamuis potuerit Deum audire, permiſit tamen monitis ſuis reſiſtere: ſic D. Greg. Mag. lib. 11. Moral. cap. 5. *Non mirum ſi à corde reprobo prædicator minime auditur, dum nonnunquam ipſe quoque Dominus in his quæ loquitur reſiſtentium more impugnatur; Cain enim diuina voce admoneri potuit, & mutari non potuit, quia exigente culpa malitiæ, iam intus Deus cor reliquerat, cui foris ad teſtimonium verba faciebat.* 272

Gre. Mag.

*Peccator in quodlibet facinus nimium audax.*

*Conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* Nonne expendiſti abominabiles conatus tuos? Non timuiſti iudicem qui falli nequit? Non horruit mens tua facinus tam impium attentare? Nonne times intolerabilem patris tui mœſtitiam ex morte dilectiſſimi filij ſui? Cur igitur à præconcepta morte conſilium non reuocaſti? Quia ita audax eſt peccator, vt ſine vllo timore in quodlibet facinus audeat; cuius audaciam plenus admiratione Chryſoſtom. conſiderat, *O audacem mentem, & abominabilem, & quidquid dici poteſt non ſatis dicetur, quomodo non obduruit manus, quomodo potuit tenere gladium, & inſentare plagam? Quomodo non auolauit à corpore anima? Quomodo voluit operari tam nefandum facinus? Quomodo non inflexa eſt, & mutauit mentem?* Quaſi diceret, nihil potuit eum reuocare à ſcelere tam immani, propter impudentem audaciam. 273

D. Chryſ.

*Peccator nihil formidat.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* Nonne periit ille impius Cain, ſupra terram palpitantem fratrem conſpiciens? Quomodo è viuis non exceſſit fratrem mortuum aſpiciens? Solemus enim cùm cadauer alicuius hominis etiam incogniti conſpicimus, timore maximo concuti, præcipue ſi cum eo ſoli degimus: fratris morte non eſt terrefactus; peccator enim nullo timore percellitur, nec aliquid reformidat: vnde admirans Chryſoſt. ait, *Quomodo videre potuit corpus mortuum, & à ſpectaculo non ſtatim periit; nam cum nos poſt tot annorum numerum eum quotidie morientes videmus, quamuis vulgari morte, & ſanguine nihil nobis vinctos, viribus deſtituimur, & ſi inimicus ſit, inimicitiarum finis eſt, quanto magis veriſimile eſt hinc ſtatim ſpirare debuiſſe animam, cum videret fratrem qui paulò antea loquebatur, eadem matre natum, eodem patre genitum, eiuſdem vteri partu* 274

D. Chryſ.

A *editum, Dei ſingulari gratia acceptum, ſubito abſq; ſpiritu, & operatione iacentem, & ſuper terram palpitantem*, Tamen è viuis non exceſſit tale ſpectaculum habens præ oculis; peccator enim nihil reformidat.

### *Innocens dolum latentem non credit.*

275 *Conſurrexit Cain aduerſus fratrem, & occidit.* O Abel nonne fratrem agnouiſti tuæ inuidum fœlicitatis, in te ita excandeſcentem! Quomodo igitur illius inſidias non times? Ne progrediaris cum eo in campum, mortem enim machinatur tuam? Innocens fuit Abel: non eſt igitur mirum, latentem dolum fratris non agnouiſſe: fraudem enim non reformidat innocentia; ita Abulenſis, Abulenſ. *Credidit Abel verbis blandis & fictis Cain, quia ſimplicitas columbina omnia credit, & nuſquam fraudem latere præſumit.*

### *Aſpectus indecentium, criminum occaſio.*

276 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* Quis mortem alteri inferre te docuit, nullum enim exemplum alicuius necis habuiſti: ſi ergo non didiciſti, quomodo inuiſum exequeris tam graue ſcelus committens? C Aduerte nimia attentione quomodo necabantur animalia conſpexiſſe: cur igitur non aſſeremus aſpectum illius rei indecentis, nempe occiſionis animalium, fratricidij committendi occaſionem præbuiſſe: ſit tibi teſtis D. Baſil. Baſil. Sel. Seleu. orat. 4. *Laborioſus auditor pro animi ſui perſpicientia, penitus inquirat à quo Cainus cædem facere ſit edoctus? Vnde ſciuerit plagam mortem afferre, hominem mortuumne conſpexerat? Nullum, nullius cædis audaciam ſuam antegreſſæ ſpectaculum, quod ad imitandum inuitaret hauſit, qui cædis igitur euaſit perpetrator, qui nondum fuerat ſpectator? Quod tandem dicemus hominum quidem interemptionem nullam ante viderat, at necem animalium ex percuſſione viderat ſæpe, in quibus naturam cognouit morte affectam, & ex indecentia quam viderat, didicit, cœpitque audaciam.* D

### *Pœnitentiæ locum concedit Deus*

277 *Conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abelem, & interfecit eum.* Dubium eſt, nonne Adam prius incurrere mortem debuerat quam Abel? Quare ergo prius moritur Abel, poſterius vero Adam? Ita Deus diſpoſuit, vt filio ſuperuiuens, maiorem E ſui peccati deteſtandi ac lugendi occaſionem inueniret: ita D. Chryſoſtom. D. Chryſ. homil. 11. ad populum Antioch. *Conſidera Dei prudentiam, non ipſum mori primum permiſit, ſed hoc eius filium pati, vt ante oculos tabeſcens corpus intuitus & marceſcens, magnam ex hoc aſpectu Philoſophiæ diſciplinam caperet.*

### *Virtus per mala probatur.*

278 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* Miror certe quomodo ſiuit iuſtum & innocentem tam miſerè nempe violenta manu fratris F necari permittis: quia cum eſſet iuſtus, virtus eius debuit per mala probari: ſic Lactant. Firmian. Lact. Firm. quia poſtquam reſpondit quæſtioni factæ nempe, cur qui peccant ſæpe fœlices ſunt, & qui pie viuunt ſæpe miſeri, poſt quam inquam huic difficultati ſatisfecit: *Quia fugitiui*, inquit, *& abdicati libere viuunt, & qui ſub diſciplina patris aut Domini ſunt, ſtrictius & frugalius*, addit *virtus enim per mala, & probatur, & conſtat.*

### *Otium etiam licitum, plenum periculis.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & occidit eum.* 279 Quænam occaſio data eſt Cain vt fratrem ſuum occideret? quid ait textus, nempe dixiſſe Cain Abeli, egrediamur foras, ſeu vt tranſferunt Sept. eamus in campum; ad quem campum potuit egredi, cum nulla tunc domus eſſet in qua degerent? non enim vlla mentio fit in ſacra ſcript. illius, omnis terra ergo videtur quod fuerit ager; nota hunc campum fuiſſe quendam hortum à Caino elaboratum: ſic D. Cyril. Alex. lib. 1. Glaphyrorum, D. Cyrill. *Egrediamur in campum, audi quo pacto vocarit agrum, vt ſpectator ſua diligentia culturaque eſſet, & pulcherrima florum varietate oculos paſceret; cum autem flores inſpiceret, occidit*, vides ergo quomodo & ex otio licito & honeſto quantum periculum immineat, cùm Abel in illo occidatur.

### *Impius vltionem ſuam exerceret in ipſum Deum, ſi poſſet.*

*Conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & occidit eum.* 280 In quo te læſit frater? in nullo quidem, ſi enim Deus accepit munus eius, tuumque ſpreuit, quam in te culpam commiſit? imo tibi exemplum præbuit, quomodo deinceps offerre munus tuum deberes, vt à Deo acciperetur: ideo fratrem occidit, cùm non poſſet de Deo vltionem ſumere, quia munus ſuum deſpexerat: ſic D. Ambr. lib. D. Ambroſ. de pœnit. c. 7. *Cum muneris ſui dignum videretur accepiſſe repudium, contumacem accepit ſpiritum, & cùm nulla reiectæ oblationis culpa pij fratris exiſteret, quaſi vindicandum ſe infauſtus credidit de authore, ſi pro hoc probatum Deo fratrem videretur occidere.*

### *Peccator obſtinatus perſuaſionibus non flectitur.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* 281 Nonne Deus ipſe ô Cain, te conuenit, blande alloquutus compellauit? ferreum pectus tuum emollire ſtuduit? quomodo ergo tale crimen & inauditum commiſiſti? quia peccator non acquieſcens admonitionibus, & correctionibus, obſtinatus remanet, audens quodlibet impium: vnde D. Ambr. D. Ambroſ. lib. 1. de Ab. cap. 8. *Admonitus vt quieſceret, auget inſolentiam, acerbat flagitium: an quid amplius debuit facere, & non fecit Dominus Caino? profecto excuſationem non habet de peccato ſuo.*

### *Grato plura conceduntur.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum Abel; & interfecit eum.* 282 Patres dicunt Abelem hac morte adeptum fuiſſe coronam martyrij, vnde illi tam eximium beneficium? Nota nos dixiſſe maximæ gratitudinis fuiſſe indicium, munus quod Deo obtulit; non igitur mirum tam eximium donum, quale martyrium conceſſum Abeli, quia grato homini ſolet Deus de die in diem maiora concedere: ſic D. D. Chryſ. Chryſoſt. hom. 1. ad popul. vbi poſtquam dixit nobis telum maximum, quod omnes machinas repellere valeat, vt per omnia Deo gratias agamus, deinde proſequitur: *Abel de primitiis Deo ſacrificans, præter ſpecioſiſſimi illius ſacrificij coronam, alteram etiam ipſi per martyrium præbens.*

*Indigne ſacrificium Deo offerent, peior Caino.*

283 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* Vbinam? in campo, cur ſi conſcientiæ ſuæ valedixerat, coram patre vel matre non occidit? cur locum fratricidio exequendo remotum quærit? ſane in eo aliqua inerat erga parentes reuerentia: ſed cum peſſimus appelletur Cain, an ab aliquo in impietate ſuperabitur? (D.Chryſo.) audiamus quid aſſerat B. Chryſ. ho. 15. ad pop. Antioc. *Quid facis homo, ſuper menſam adiuras ſacram, & vbi Chriſtus poſitus eſt immolatus, illic fratrem tuum immolas? & latrones in viis quidem mactant, tu vero coram matre filium immolas, ſceleratius quam Cain patrans homicidium, ille* B *nempe fratrem ſuum in deſerto, & præſenti morte mactauit, tu vero fratrem tuum immolas in medio Eccleſia, & morte futura immortali.* Sic qui coram diuina menſa Deum offendit, alioſque impellit in peccatum, meritò peior Caino habetur, vt qui non in agro, nec in deſerto, ſed in frequentiſſima Eccleſia non veretur operari nefaria.

*Societas etiam fratris, ſi eſt impius, fugienda.*

284 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* Quis non mirabitur fratrem à fratre ſuo interfici? inſpiciamus quid antea dictum fuerat, egrediamur foras, inquit Cain ad Abel, qui ſimul cum eo miſcens ſermones, egreſſus eſt in campum. C Quid agis ô Abel? cur ſimul in campum cum Cain deſcendis? quia frater meus eſt, ita ſane, ſed impius, & ideo tibi conſortium eius nociuum, & ita periculoſum vt mortem tibi inferet. (Philo.) Hoc vidit Philo de plantat. Noë: *Hoc vnum in eo reprehendo, quod prouocatus in verborum certamen deſcendit, cum debuiſſet perſtare in conſuetis moribus, contempto prouocatore, quod ſi omnino conuerſatio placebat, debuerat tantiſper à puluere abſtinere, donec artes luctando perdiſceret,* D expende, quod ſi conuerſatio placebat, placuit conſortium fratris impij, quid mirum ſi miſere pereat?

*Blaſphemia ita graue eſt peccatum, vt non debeat nominari.*

285 *Conſurrexit aduerſus fratrem, &c.* Sed vt ſcelus admitteret, ſecundum Vulga. eſt, dixit Cain ad Abel egrediamur foras, (D. Hieron.) in Hebr. vt notat optime D. Hier. in quæſt. Hebr. non ſunt illa verba, egrediamur foras, ſed ſolum, hæc dixit Cain ad Abel fratrem ſuum, & fuit cum eſſent in agro: quid ergo dixit ei? nam ſine dubio aliquid loquutus eſt, cur ergo tacetur? ſcio enim Lyran. aſſerere opinionem eſſe Hebræorum, nempe quod Cain dixit Abel fratri ſuo verba iniurioſa, quærens occaſiones occidendi eum, tamen paraphraſ. Cald. ait, verba blaſphemiæ dixiſſe: ſed cur tacentur in Hebræo? quia blaſphemia ita enorme peccatum eſt, vt non debeat ſciri, ſed omnino taceri.

*Homicida homines, Angelos, & totam Trinitatem offendit.*

286 *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* Grauiſſimum equidem delictum, ſed ſi tanta eſt delicti grauitas, quemnam offendit? An fratrem ſolum, cui vitam eripuit? An Angelum eius cuſtodem? Vel an illius creatorem? Et ſi creatorem, an Patrem, vel Spiritum ſanctum, vel filium? Tantæ grauitatis eſt homicidium à Caino in Abelem commiſſum, & quodlibet aliud, vt non ſolum homi- A nem, Angelos, ſed etiam ipſam Trinitatem offendat. *Annon homo paulo minus Angelis minutus eſt?* (inquit Fridericus Fornerus Epiſcopus Hebronenſis Conc. 5. in Pſalm. Miſerere) (Friderico) *An non Angelicæ naturæ dignitas effulget in hominis anima rationali, immortali, viſionis Dei, ac ſummi boni capaci? Dum itaque homicida lædit hominem, lædit non ſolum perſonam hominis, ſed & omnes creaturas à Deo conditas, quid dicam quam grauiter offendat tutelarem Angelum, quem ob vnius animæ quam cuſtodit, perditionem ſuo defraudat fine, dum clientem ſuum ei violenter eripit? Quid quod viuentes occiſi cognatos grauiſſimo afficiat detrimento, dum* B *patrem, fratrem, conſanguineum, amicum, benefactorem, heredem, ſucceſſorem, & omnes qui ſi ſuperſtes ille fuiſſet, ab ipſa naturali propagatione, huius lucis vſuram, & humanum eſſe, ac viuere participare potuiſſent? Præter hæc omnia atrociſſime offenditur ſacroſancta Trinitas, Deus Pater, Filius & Spiritus ſanctus, Deo Patri eripitur Filius: Deo filio pretioſiſſimus toto mundo præſtantior theſaurus, qui ſolus pretio ſanguinis eius æſtimatur dignus: Spiritui ſancto ſuum quod iugiter inhabitare debebat, deſtruitur templum: indiuiduæ Trinitatis imago, & effigies nobiliſſima contumelioſiſſime laceratur: quid denique proferam de iniuria ſanguinis* C *Chriſti, qui pro hominibus fuſus eſt, ne hominum ſanguis funderetur; at homicida pretium iſtud tam pretioſi ſanguinis, quantum in ſe eſt, euacuat, dum ſanguinem hominis, illius emptum ſanguine, nequiter ſpargit, & hominem occidit, quid ni manus homicidæ, vniuerſum contra omnes? Contra Deum inquam, contra Angelos, contra rationales, & irrationales creaturas? O omnium enormiſſimum crimen!*

*Hæretici Cainitæ ſunt.*

D *Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* 287 Ad hanc occaſionem reſpiciens prædictus Apoſtolus ait, væ illis qui in via Cain abierunt, ſed quomodo hæretici, de quibus loquitur Iudas in Cain viam abiere: cùm non occiderint fratres, ſicut Cain? Nota Cain qui de munere male oblato contriſtari debuerat, & fratrem imitari, eum interfecit, ita vt poſtea à Deo voluntariè ſe ſepararit; recte igitur ab Apoſtolo hæretici comparantur, Cain, quia non ſolum ignorantiam fateri nolunt, imo ab eo ſe voluntarie remouent, ſe ipſos creatori præponen- E tes: ita Dydimus, *Eos in via Cain ambulare dicis,* (Dydim. in Ep. & Iud.) *qui propter inuidiam, & impietatem necauit fratrem, qui dum contriſtari debuiſſet, eo quod ſacrificium eius ſuſceptum non erat, quod impie indubitanter obtulerat, & imitari fratrem, vt & ipſi pie Deo munus offerat, inuidia magis correptus, aduerſus eum homicida primus apparuit, & non in hoc ſolo quieuit, ſed extendens impietatem ſuam peccator circa Deum factus, voluntarie à vultu eius expulſus eſt: præſentes igitur hæreticos ambulare inquit in viam eius, & extra vultum Dei, propter ignorantiam* F *factos, ſed etiam præponentes ſemetipſos creatori, illum ſiquidem animalis naturæ, ſe autem ſpirituales eſſe dicentes.*

*Hæretici fratrum ſuorum interfectores.*

*Conſurrexit aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* 288 Quod impium facinus, & crimen deteſtabile ante oculos proponens B. Iudas vt ab illius impietate reuocaremur, ait, væ illis quia in via Cain abierunt, cur quæſo? væ illis nempe hæreticis, cum

illius crimen non imitentur? licet enim ſint inuidi, non tamen ſratricidæ, non ſatis aptè igitur ab Apoſtolo dicitur de hæreticis vę illis quia in viam Caio abierunt: dico conuenienter comparatos eſſe hæreticos Cain, quia ſicut ille vitam ſpiritualem falſis dogmatibus ſuis eripiunt: ita Oecumenius, *In viam* Oecumen.

A *Cain per fraternam cædem abeunt; nam etiam ipſi cum talia doceant fratres, id eſt cognatos ſibi homines prauis doctrinis interficiunt, vel cum ſemen deuorent, fratrem occidunt, qui poteſtate in ſemine continetur, quemque ſemini abſoluta maturitas in vitam depromp ſiſſet.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. IX.*

V*lg.* Et ait Dominns ad Cain, vbi eſt Abel frater tuus? Qui reſpondit neſcio; num cuſtos fratris mei ſum ego?

*Sic Septuaginta, & Cald.* Legerunt cum aliis patribus.

*Arias*, Vbi eſt Abel, &c. & dixit non noui, nunquid cuſtos ſratris mei ego?

## EXPOSITIO VERSVS IX.

E*T ait Dominus ad Cain.* Vbi eſt Abel frater tuus? Poſtquam Cain fratrem interfecit, cadauere eius abdito, rem ſecretam putans, & ideo Deus non ex ignorantia cum interrogat, ſed vt ex illius reſponſione rationabiliùs illum conuinceret, reſpondit, *neſcio*, fratricidio mendacium coniugens negatiue reſpondet, impie tamen, *numquid cuſtos fratris mei ſum ego?* Quaſi diceret num eum aſſeruandum mihi commiſiſti, ignoro enim vbinam ſit.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deus medicus & benigniſſimus eſt.*

289 V*Bi eſt frater tuus?* Cur tam nefandum peccatorem alloqueris? Nonne tuo indignus eſt colloquio? An pater filium ſuum ſratricidam alloqueretur, imo remotiſſime eum à ſe repelleret, cur ergo eum tuo ſermone dignaris? Ideo quamuis indignum, tamen ſuo colloquio eum cohoneſtat, quia vt medicus curare eum volebat, & vt clementiſſimus illi indulgere; ita D. Chryſ. hom. 19. in Gen. *Quanta bonitatis fuerit, vt eum qui tanta commiſerit, colloquio dignatur: nam cum ſæpe cognatos abominemur, ſi quando viderimus eos tale quoddam facinus perpetraſſe, quanto magis bonum Deum obſtupeſcimus, tanta vti tolerantia, & valde merito: nam & ſicut medicus nihil non facit vt graui morbo implicitę confirmentur, & ſicut clementiſſimus pater filios qui nobilitatem ſuam ignauia amiſerant, paterna indulgentia ad priſtinam Dei fœlicitatem reducere cupit, proinde quia immenſæ bonitatis eſt, benignitatem ſuam illi qui talia fuerat auſus, oſtendere vult.* D. Chryſ.

### *Ita benignus eſt Deus etiam in grauiſſimis ſuppliciis, vt non videatur iudicis munere fungi.*

290 *Vbi eſt frater tuus?* Deinde minatur: maledictus eris ſuper terram, notandum eſt maxime, quod vbi agitur de condemnatione, & ſupplicio Cain, nuſquam inuenies nomen Dei, cui in Hebræo correſpondet iudex, ſed ſemper nomen Domini: cur quæſo Deus perſonam iudicis non obtinet? ita benigniſſimus eſt in ſuppliciis inferendis, vt etiam nomen quod aliquem rigorem dicit, nolit habere: ſic Caiet. *Quia ſcilicet in punitione Cain tam parum tributum eſt iuſtitiæ, vt meritò tacitum fuerit iudicis nomen, vt hinc perpendatur clementiſſimum eſſe in inferendo aliquod malum pœnæ.* Caietan.

### *Ad pœnitentiam nos vocat Deus.*

291 *Vbi eſt frater tuus?* Nonne ſcis proditione occiſum cum duxit eum in campum, vbinam ergo ſit non ignoras? cur igitur eum interrogas de loco? non interrogat tanquam ignorans, ſed quaſi ad pœnitentiam prouocans: ſic D. Amb. lib. de Cain & Abel c. 9. *Quod ad rationem profundam attinet, peccatorem admonet ad pœnitentiam*, deinde, *vult te prouocare ad pœnitentiam Deus, vult de ſe ſperari indulgentiam*, Thom. *non eſt interrogatio ignorantis, ſed ad pœnitentiam inuitantis.* D. Ambroſ.

### *Exiſtimat impius Deum non habere prouidentiam inferiorum.*

*Vbi eſt frater tuus?* reſpondit, *neſcio: num cuſtos fratris mei ſum ego?* Quomodo ſic reſpondes, ſi Deus te interrogat non tanquam ignarus quod cum occideris, ſed vt pœnitentia ductus tuum delictum confitearis? cur ergo negas ſcire? reſpondet Saluian. lib. 1. de prouid. *Puto quod in Cain iam tunc opinio fuerit quæ nunc in multis eſt, Deum terreſtria non reſpicere, & actus ſceleratorum hominum non videre.* 292 Saluian.

### *Liberrimus in ſuis actionibus homo.*

*Vbi eſt Abel frater tuus?* An ignoras eum occiſum? nonne iam vociferantem ſanguinem illius audiſti? ad quid ergo inquiris quod optime noſti? reſpondet Tert. lib. 2. aduerſ. Marci. cap. 26. *Vt ille haberet poteſtatem, ex eadem poteſtate arbitrij ſponte negandi delicti, & hoc nomine grauandi.* 293 Tertull.

### *Conſcientia nos redarguit.*

*Vbi eſt frater tuus?* reſpondit, *neſcio*, & illico proſequitur dicens, *num cuſtos fratris mei ſum ego?* O Cain, ſolum Deus te interrogat, vbinam ſit frater tuus, non vero vtrum ſis cuſtos illius? cur ergo hoc addidiſti? ita conſcientia nos redarguit, vt nos impellat noſtra ſcelera detegere, & accuſare? hoc obſeruat D. Chryſ. hom. 19. *Cogita hic obſecro conſcientiæ accuſationem, & quomodo qui conſcientia impellebatur, vt ita dicam, nec vbi dixeris haud ſcio, quieſcere poteſt, ſed ſubdit, num fratris mei ſum ego cuſtos?* 294 D. Chryſ.

*Qui*

### *Qui contra conſcientiam agit, ædificat ad gehennam.*

A

295 *Vbi eſt frater tuus?* dixit, *neſcio.* Nonne ſufficit tibi tot crimina perpetraſſe? cur igitur aliud addis contra conſcientiam loquens? ille enim contra conſcientiam profert, qui ratione iudicante eſſe verum: profert eſſe falſum; ne mireris contra conſcientiam loqui, maiores enim ſibi pœnas gehennæ præparabat, *Quoniam qui facit contra conſcientiam* (inquit
D. Laur. D.Laur.Iuſtin.lib.de diſcipl.& perfect. Monaſticæ conuerſationis cap. 11.) *ædificat ad gehennam.*

### *Sumus beati cum iuſtos nobiſcum habemus.*

B

296 *Vbi eſt frater tuus?* Hæc verba ſunt quodammodo dolentis; ſed quid poſſet dolere Deus, cum pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius ſit? quaſi dolere videtur, cum priuemur tanto ſolatio
D.Ambr. quale eſt ſocietas iuſtorum, qui à nobis eripiuntur: vnde D. Amb. lib. 1. de Cain & Abel cap. 3. *Quam beata ciuitas quæ plurimos iuſtos habet, quam celebrior e omnium, quam beatus atque perpetuus eius ſtatus exiſtimatur, quam gaudeo, cum aliquos mites ac ſapientes diu viuere audio:* ſubiungit: *cum aliquis huiuſmodi decidit, longa quamuis ſenectute depoſitus, afficior, quia deſtituitur grex iuuenum muro* C *ſenili, denique peritura vrbis, aut malorum imminentium, vel futuræ labis hoc primum iudicium, ſi decidant viri conſultores, ergo vrbs tota ſolidatur, atque augetur cœtu ſapientum, & obitu labefactatur.*

### *Qui fratrem non curat, impius eſt.*

297 *Vbi eſt frater tuus?* ait, *neſcio, num cuſtos fratris mei ſum?* id eſt, quænam mihi de illo cura? cui ergo eſt cura? an diabolo qui impellit & ſupplantat? cur ergo hæc verba profert, & ad exemplum illius quilibet alius? ex impietate, negligentia enim in fratrem D
D.Chryſ. occaſio malorum eſt: vnde D.Chryſ.ho.44.in epi.1. ad Cor.c.16. *Time eum qui primus dixit hoc verbum, hinc mala naſcuntur omnia, quod quæ ſunt noſtri corporis, aliena eſſe dicimus.*

### *Peccator ſine humanitate.*

298 *Vbi eſt frater tuus?* reſpondit, *neſcio, num fratris mei cuſtos ſum ego?* Cur ita reſpondes, nonne maior es natu, curam ergo fratris tui debes habere, ne aliquid infauſtum ei contingat? nonne Cain peccator eſt? noli ergo mirari fratrem non curare, peccator
D.Ambr. enim inhumanæ eſt naturę: vnde D. Amb. lib. de E Cain & Abel cap. 9. *Recuſat fraternæ munus cuſtodiæ, quaſi exors naturæ, quid miraris ſi pietatem non agnouit, qui non nouit authorem?*

### *Iudex citet reum, eumque benignè tractet.*

299 *Vbi eſt frater tuus?* Cur non iudicas, cum euidenter ſuum fratrem interemiſſe ſcias? cur eum ſic benignè alloqueris; nam te non latet crimen peſſimum commiſiſſe? eum interrogat, benignéque eum alloquitur, non autem contumelioſè, *Quia*, vt inquit
Caietan. Caietan. *inquiris ad docendum iudices, vt citent reum, quantumcumque certi, antequam iudicent,* F *non aliqua vtitur contumelia. non inquit, ô ſceleſte, ſed abſolute inquirit, ad inſtruendos etiam iudices, vt abſtineant à contumeliis.*

### *Male affecti eſt animi, in confeſſione non detegere delicta.*

300 *Vbi eſt frater tuus?* Ille reſpondet, *neſcio*, nonne



A ſcis te eum occidiſſe? Cur ergo negas? Non ignoras impiiſſimum fuiſſe Cain? Non ergo miremur ſuum negaſſe delictum; male affecti enim animi eſt indicium: ſic D.Ephrem. illud in attend. tibi ipſi cap. 9. Ephrem.
*Sua peccata prodere correctionis vitæ ſignum eſt, occultare vero animi male affecti indicium exiſtit; nullus enim cum furibus currens, & partem ſuam cum adulteris ponens, hos prodit vnquam, quia nimis paſſioni & affectioni indulget.*

### *Qui peccatum negat, veniam remouet, non pœnam.*

B *Vbi eſt frater tuus?* Ait, *neſcio*, Cui Deus, maledi- 301
ctus eris ſuper terram? Quomodo tam ſeuerè punitur? Nonne delictum negauit ad cuius confeſſionem prouocabatur? Iure merito ita punitur, quia qui de- D.Aug.
lictum negat, veniam remouet, non pœnam: ſic D. Auguſt. cap. 5. libr. de continent. qui poſtquam ait, *Qui non fatetur quod fecit, tanquam inde poſſet auferre quod meruit, nolens ſe eſſe reum, addit, potius reatum ignorat, non ſe pœnam amouere, ſed veniam.*

### *Peccator obſtinatus perſuaſionibus non flectitur.*

*Vbi eſt frater tuus?* Reſpondit ille, *neſcio.* Inſpi- 302
ciamus quæſo, quidnam intentauit Deus vt Cainum diuerteret à fratricidio? ei enim dixit, peccaſti quieſce, quaſi diceret Deus, ne addas peccato priori grauius, hoc tamen non profecit, ait illi ergo Deus quare iratus es, & cur concidit facies tua? tamen poſt tantam curam & tanta remedia non melior factus, tamen eum ad pœnitentiam prouocans ait, vbi eſt Abel frater tuus? Et ille *neſcio*, quomodo ita impudenter, ita irreuerenter Deo reſpondes? Quomodo cor tuum tot admonitionibus non emollitur? Quia peccator obſtinatus, qualis Cain, perſuaſionibus ipſiuſmet Dei non flectitur, vnde D. Ambroſ. lib. 1. de D. Ambr.
Cain & Abel, c. 9. *Contumaciam hic ſermo prodit.*

### *Pater non accuſet filios in iudicio.*

*Vbi eſt Abel frater tuus?* Inquit Deus Caino, ſed 303
bone Deus! cur primo eum vocas ad iudicium, ab illoque delictum quæris? Cur non prius teſtes examinas, & poſt horum teſtimonium, ad reum accedis? Nota quod ſoli Adam, & Eua teſtes eſſe potuerunt homicidij: reſpondeo Deum authorem naturæ noluiſſe, quod qui ad propagationem naturæ ordinabantur, parentes nempe, aduerſus filium teſtimonium ferrent, illumque accuſarent: id exprimit D. D. Ambr.
Ambr. *Parentes tui accuſatores eſſe non poſſunt, Cain, nolo enim vt ea neceſſitudo quæ eſt author ſalutis, fiat author periculi, in te ſolo natura leges amiſit, & quidem vbicumque verus Dei datur cultus, veraque ſeruatur religio nullum filium accuſant parentes, ne propinquitas, & neceſſitudo quæ eſt author ſalutis, ſit author periculi.*

### *Deo non deferre honorem, maximum crimen.*

*Vbi eſt frater tuus?* Ait illi *neſcio*. O Cain nonne 304
Deum agnoſcis cui loqueris? Cur ergo non ais Domine neſcio, ſuppoſito, quod crimen tuum fateri recuſes, & cum fratricidium immane commiſeris? Quodnam delictum perpetraſſe te exiſtimas? Reſpondet D.Irenæus, *Malum occidere fratrem, mul-* D.Irenæ.
*to peius ſic irreuerenter & audacter reſpondere omnia ſcienti Deo, quaſi poſſet fruſtrari.* Expende illa verba, multo peius ſic audacter & irreuerenter

reſpondere, quaſi diceret crimen maximum, Deo A maximo, cui omnis honos debetur ei non deferre.

*Virtutes aliorum diſcendæ ſunt, vt ſimiles adimpleamus.*

*Vbi eſt frater tuus?* Ait, *num cuſtos fratris mei ſum?*
305 Qualis eſt reſponſio? Sane non ſolum oſtendit impij cordis malitiam; ſed & radicem, & occaſionem ex qua in tantum barathrum incidit: quare? Quia ab obſeruatione & inquiſitione fraternarum virtutum oculos auertebat, quas ſi reſpexiſſet, ſi inquiſiſſet, poſſet ipſe ſceleſtiſſimus pietatem habere: vnde D. B
D. Ambro. Ambroſ. lib. 2. de Abel & Cain cap. 9. *Et ſi contumeliam prodat hic ſermo; ſonat tamen quod ſi bonum fratrem conſideraſſet, cuſtos debuit eſſe pietatis, pietatem, & innocentiam Abelis imbiberet, ſi vel ad tantas virtutes reſpexiſſet.*

*Donum Dei, conſcientiam agnoſcere.*

306 *Vbi eſt frater tuus?* Grauiſſimum vt vidimus crimen commiſerat Cain, necdum tamen conſcientiam ſentiebat, ideo Deus memoriam fratris obiicit, vt vel ſic conſcientiam eius pungat, itane impius eſt vt nullis conſcientiæ ſtimulis agitetur: & ita obſti- C natus vt nullos illius aculeos ſentiat? Cur in illius anima eos excitas? Excitat Deus propter infinitam miſericordiam ſuam, ſingulare enim illius donum
Ferus. eſt, conſcientiam agnoſcere: ita Ferus, *Magna gratia eſt ſentire conſcientiam, ob eam cauſam nunquam ceſſat Deus verbo ſuo nos pungere: alioqui nunquam curaremus peccati grauitatem.*

*Ex peccato in peccatum ruimus.*

307 *Vbi eſt frater tuus?* Reſpondet; *neſcio*: quomodo tam impudenter mentitur? Nonne fratrem occiderat? Non mirum eſt ſecundum admittere peccatum, D quia ex primo in ſecundum labimur, cùm vnum
D. Chryſ. ad aliud protrahat: ſic D. Chryſoſtom. in Pſal. 118. *Cum quiſpiam peccauit, niſi ſtatim ſe reuocet, & peccatum agnoſcat, in aliud rurſus labitur, ad hunc igitur modum Cain trucidato fratre nefarium ſcelus perpetraſſet, comes mendacium habuit tanquam funiculum adnexum.*

*Mendacium cumulus improbitatis.*

308 *Vbi eſt Abel frater tuus?* Reſpondit, *neſcio*. Nonne ſufficiebat munus tuum male obtuliſſe, & ſicut abyſſus abyſſum inuocat, in alia crimina incidiſſe, E nempe in inuidiam, & homicidium? Cur ſaltem à mendacio non abſtinuiſti vt finem peccatis tuis imponeres? Cum impiiſſimus futurus eſſet criminibus aliis mendacium addidit, tanquam omnium limi-
Anonym. tem: ita Anonymus citatus à Damaſ. Paralelo. cap. 117. *Extrema improbitatis linea eſt mendacium.*

*Mendax prædo Domini.*

309 *Vbi eſt frater tuus Abel?* Reſpondit, *neſcio*. Quod crimen exiſtimas te committere, cùm veritatem delicti tui non fateris, ſed mendacio tegis? Aduerte F quod qui depoſitum aliquod recipit, & illud contaminat, & deperdit ſua culpa, illius prædo nuncupari poteſt, tu autem accepiſti ſpiritum veritatis, Deum igitur deprædatis cum donum illius peſte mendacij fœdaſti, ita eſt: mendax enim Dei deluſor, & illius
D. Antioc. prędo: ita D. Antiochus hom. 66. *Quotquot igitur ſemet irretiunt mendaciorum funiculis, fruſtrantur & ludunt Dominum, ſiuntque prædones Domini, dum id quod penes ſe depoſitum eſt, non reddunt incolume, & ſanum; ſpiritum enim acceperunt nullo contagio mendacij decolorem, nunc ſi reddiderint Domino interſtinctum variis mendaciorum notis, vtique videri poſſunt contaminaſſe depoſitum, quo fit vt dici debeant alieni ſuppilatores.*

*Mendacium non dicere, ſed veritatem, acceptius eſt Deo quàm ſacrificium.*

*Vbi eſt frater tuus?* cui ille, *neſcio*. Cur mentiris 310
Cain? veritatem elicere ſollicitat Deus, vt ſacrificium male oblatum compenſet veritate: quid dicimus? tantæne æſtimationis & pretij eſt veritas, vt æquiualeat ſacrificio? imo illud excedit tanquam
Deo gratior & acceptabilior: ita cit. Antioc, *Facere* Antioch.
*quæ iuſta ſunt, & loqui veritatem, accepta ſunt Deo magis quam ſanguis victimarum.*

*Mendacium maxima animi perturbatio.*

*Vbi eſt frater tuus?* & reſpondit, *neſcio*. Fratrem 311
tuum non ignoras vbinam ſit, cur igitur Deo mentitis, vel potius cur Deus illi permittit? vt condemnaretur æternis flammæ cruciatibus, ſufficiens crimen admiſerat, permittit Deus in pœnam peccati mendacio irretiri, tanquam maxima animi perturbatione: ita cit. Antio. ho. 47. *Ne vnus quidem in-* Antioch.
*telligit quam ſit hæc animi ægritudo moleſta, imo exitialis, prorſus ſanctione diuinæ ſcripturæ interdicimur mendacio: eſt enim cæteris perturbationibus animæ non paulo plus afferens moleſtiæ, atque periculi.*

*Lingua mendacis, gladius acutiſſimus.*

*Vbi eſt frater tuus?* reſpondet, *neſcio*. Nonne ſuf- 312
ficiebat exemiſſe quaſi gladium aduerſus fratrem tuum, eum interficiens: cur igitur denuò mentiris, gladium enim alium in teipſum vibras, imo & in Deum ſi poſſes; lingua enim mendacis gladius acutiſſimus eſt, ſecundum illud Pſal. 93. qui exacuerunt ſicut gladium linguas ſuas, intenderunt arcum rem amaram, vt ſagittent in obſcuro immaculatum; cur ſemel gladium aduerſus fratrem exemiſti, & gladium mendacij ſemel aduerſus eum, cum pacificè dixiſti, egrediamur foras, & nunc iterum in Deum, cum impudenter reſpondes, *neſcio*? ne mireris, gladius eſt enim lingua mendacis ad perpetrandum
ſcelus ſæpe intenta: ita D. Hilar. in prædictum Pſal. D. Hilar.
*Omnis in lingua timor eſt, huius gladios & ſpicula metuit, ab his (nempe bellicis) fide ſua tutus, ſed armis homicida linguæ ſemper intentus eſt, & acumen gladij in lingua eius præſtò eſt.*

*Mendax fugit lucem.*

*Vbi eſt frater tuus?* reſpondit, *neſcio*. Si Deus ipſa 313
veritas eſt, ſine dubio ab ipſo te longe ſeparas verbo mendaci, quæ enim maior diſtantia quàm inter ipſam veritatem & mendacium? veritate igitur ad ipſum accede: ſed ad eum accedere recuſat, quia cùm ſit lux, ipſe autem mendax, ipſam lucem odit, ab ea
ſe abſcondens: ita D. Laur. Iuſtin. ſer. de vita ſolit. c. D. Laur.
4. *Mendaces refugiunt venire ad lucem, ne redarguti à lumine deprehendantur in ſcelere, latebras quærunt, imitantes illum qui fuit mendacij primus inuentor.*

*Mendax ſeipſum occidit.*

314 *Vbi eſt Abel frater tuus?* & ille, *neſcio*, nonne ſufficiebat manibus violentis fratrem interemiſſe, cur igitur homicidium altero cumulas? ſed quodnam eſt aliud? vnicum enim commiſiſſe legimus, dico aliud perpetraſſe cum mentitus eſt, mendax enim in quantum poteſt occidit: ita cit. D. Laur. *Quantum in mendacibus eſt, immortalem & æternam veritatem, quæ Deus eſt, deſtruere moliuntur, hoc vero dum agunt, illam in nullo lædunt, illi nequaquam detrimentum inferunt, ſed perimunt ſe, quemadmodum in Sapientiæ volumine continetur, ſic enim habet: os autem quod mentitur, occidit animam.* D. Laur.

*In anima peccatrici, vitiorum catena.*

315 *Vbi eſt frater tuus Abel?* reſpondit, *neſcio*. Quot crimina commiſiſti? primum cum falſo & ficto animo ſacrificium obtuliſti: ſecundum, cùm inuidiam contra fratrem concepiſti: tertium, cùm diuinam admonitionem contempſiſti: quartum, cùm fratrem occidiſti; cur igitur quintum præcedentibus cumulas? tot crimina cumulat, quia in anima peccatrice quaſi vitiorum omnium catena reperitur: accipe D. Laur. cit. *In vna malignitatis catena confœderata ſunt vitia in animarum ruinam, ab immundis ſpiritibus fabricatam atque contextam.* D. Laur.

*Iuſtorum Deus eſt vindex & cuſtos.*

316 *Vbi eſt Abel frater tuus?* Sciſcitatur Deus à Cain, ſi mortem illius non impediſti, nec monuiſti fratrem, vt ab illius cæde caueret, cur non poſt egreſſum illius ab hoc ſæculo, de eo ſciſcitaris? qui enim de viuo non curat, de defuncto quomodo ſollicitus eſt? poſt mortem inquirit Deus de Abele iuſto violenter interempto, vt ſciamus ſanctorum ſuorum eſſe cuſtodem & vindicem; ita Ferus, *Quod Deus tam diligenter de Abele inquirit, ſignum eſt quod pro ſanctis ſuis curat, nedum in vita, ſed etiam poſt mortem, imo per hoc oſtendit ſe ſuorum & cuſtodem & vindicem eſſe, id quod ſumme nos conſolari debet, tunc Paulus gloriabundus dicit, ſiue viuimus, ſiue morimur, Domini ſumus.* Ferus. Rom. 8.

*Tantæ æſtimationis eſt iuſtus apud Deum, vt delicta in ſe commiſſa diſſimulet; iniuſtum autem non ferat.*

317 *Vbi eſt frater tuus?* Cum in te ſacrilegium commiſerit Cain, non inquiſiſti cur illud admiſerit, qua de cauſa igitur delictum & ſcelus quod in fratrem perpetrauit, tanta cum ſollicitudine ſciſcitaris? quia tantæ æſtimationis eſt iuſtus apud Deum, vt peccatum in ſe admiſſum diſſimulet, in eum autem nullo modo patiatur: ita cit. Ferus, *Quod autem ſuam iniuriam diſſimulet, & tantum inquirit de his quæ Cain in fratrem impie commiſerat, ſignum eſt quod Deus adeo pro ſanctis ſuis ſollicitus eſt, vt potius diſſimulaturus ſit quæ in eum committimus, quàm quod in proximos, vt vel ſic abſterreamur à læſione fratrum, vnde & in Propheta dicit, qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.* Ferus.

*Fratrem non agnoſcens, peior eſt homicida.*

318 *Vbi eſt frater tuus?* Reſpōdit: *numquid cuſtos fratris mei ſum ego?* Te excuſatum putas ſic reſpondens? Tuum crimen abſconditum eſſe exiſtimas illud negans? Sed falleris: grauiſſimum enim crimen admiſiſti, fratrem tuum non curare ſignificans, cur grauiſſimum dico? Nonne ſatis eſt conſtituere in numero grauium delictorum? Minime: fratrem enim non agnoſcens peior eſt homicida, fatetur D. Baſil. Seleu. oratione 4. *O vocem ipſa cæde magis execrabilem, ô ſententiam impiam, & lingua impietate deteriorem! nec vero cæde ipſa conſopiuit inuidentiam, etiamnum odia renouat?* D. Baſil.

*Ita impius eſt inuidus, vt omnes vellet odio haberi.*

319 *Vbi eſt Abel frater tuus?* Ait, *numquid cuſtos fratris mei ſum ego?* Adhuc his verbis ſignificas te iræ ſtimulis & inuidiæ liuore in fratrem agitati, quaſi doleres Deum illius curam habere, an non immanitatem tuam ſatiauit illius cruor effuſus manibus tuis? parce ſaltem defuncto; non parcit inuidus Cain, quia ita impius eſt inuidiæ ſtimulis concitatus, vt vellet omnes ab ipſomet Deo odio haberi, illorumque non ſollicitum eſſe: ita citatus D. Baſil. *Cùm exoſum Abelem non videat, contra fratris animum ſtomachatur forte mœret, quod emortui iugulum repetere nequeat, numquid cuſtos fratris mei ſum ego?* Baſil. Sel.

*Pudor mitigat iram iudicis.*

320 *Vbi eſt Abel frater tuus?* Quamuis fateretur crimen ſuum, nonne maximo ſupplicio dignus eſt? Nota in confeſſione verecundiam delicti ineſſe: ſupplicio quidem dignus Cain, ſed ſi peccatum agnouiſſet, pudor ex illius commiſſione Dei iudicis iram mitigaſſet: ſic D. Ambr. lib. 2. de Caio & Abel c. 9. *Eſt quædam in peccatis verecundia, & pœnitentiæ portio crimen fateri, mitigat iudicem pudor reorum, excitat autem pertinacia denegantium.* D. Ambr.

*Peccati non eſt author Deus.*

321 *Vbi eſt frater tuus?* Hac interrogatione ad confeſſionem ſui criminis ſollicitat Cain Deus; ſed cur cum tanta cura delictum ſuum agnoſcere concupiſcis? Aduerte plures peccatum ad quandam decreti Dei neceſſitatem retuliſſe, ita vt malorum Deum authorem hoc modo conſtituerent. vult igitur Deus Cain crimen ſuum confiteri, vt ſe illius authorem non autem Deum agnoſcat: ita Procop. Demonſtrat in vniuerſa lege peccata à nobis proficiſci, qui autem confitetur ſe, nec in aliam cauſam peccatum reiicit, peccati eſſe ſibi authorem, veniam poſcere non cunctatur, ſed clarius D. Ambroſ. citatus, vult demonſtrare tua confeſſione, quod non ſit ipſe author malitiæ, nam qui peccatum ſuum ad quandam referunt (vt gentiles aſſerunt) decreti aut operis ſui neceſſitatem, diuina arguere videntur, quaſi ipſorum vis cauſa peccati ſit, quod enim neceſſitate aliqua occiderit quaſi inuitus occidit, ea vero quæ à nobis ſunt, excuſationem non habent, quæ autem præter nos ſunt excuſabilia ſunt. Procop. D. Ambr.

*Qui Chriſtum indigne ſuſcipit, eum interficere videtur.*

322 *Vbi eſt Abel frater tuus?* Steph. cit. à Tilm. in Alleg. vit, *Hoc ei non incongruè dicitur qui ſumpto Chriſti corpore redit continuò ad ſordes priſtinas, & ſæculi vanitates*, Quid ais Stephane incongrue dictum mihi videtur de eo qui ſuſcipit corpus Chriſti indigne, & non abiectis vanitatibus ſæculi, vbi eſt Abel frater tuus, quia non eum occidit ſicut Abelem interfecerat, à quo Deus hoc inquirit, imo qui ſuſcipit Stephan.

prima cum diſpoſitione, ſaltem ſuſcipit corpus, & ſanguinem Chriſti, Cain autem nec corpus, nec ſanguinem fratris ſuſcepit, ſed terra os ſuum aperiens: eut igitur ait Stephanus quod non incongrue dicitur de indigne ſuſcipientibus ſanctiſſimum corpus Chriſti, vbi eſt Abel frater tuus? Quia ſicut Cain Abelem occiderat, ſic ſuſcipiens praua cum diſpoſitione ſaluatorem ſuum, quantum in ſe eſt videtur eum interficere, & iterum crucifigere: fauet Damia. lib. 4. Ep ſ. 4. *Qui dominicum corpus pollutis manibus tractare audet, crucifigentium particeps eſſe conuincitur.* (D.Dam.)

323 *Qui ſaluti fratris ſui non inuigilat, peior eſt damnato.*

*Vbi eſt Abel frater tuus?* Cui ille, num cuſtos fratris mei ſum? Quaſi diceret, meæ curæ non commiſiſti, cur de illius incolumitate & ſalute inquiris? Sed ô Cain, nonne Abel tuus frater erat? Cur ergo

A fers moleſte rationem à te exigi fratris tui ſalutis? Fert impatienter, quia peior eſt condemnato v. g. diuite qui ſolicitus fuit ne fratres ſui in infernum deſcenderent, *Qui aliorum contemnit ſalutem* (inquit Steph. cit. à Tilm.) *non ſolum Cain ſed & diuite qui ſepultus eſt in inferno peior eſt, nam Abraha dixit rogo vt mittas Lazarum in domum patris mei.* (D. Steph.)

*Cumulus peccati, delictum negare, cum iudice quis interrogatur.*

*Vbi eſt Abel frater tuus?* Inquiſiuit tanquam 324
B omnium iudex Deus, qui ipſe reſpondit? Neſcio, graue delictum Deo iudici ſuum negate ſcelus, ſed falleris: non enim eſt ſolum graue ſcelus, ſed peccatorum cumulus: ſic Victor Cartennenſis Ep. lib. de pœnitent. capit. 7. *Peccati cumulus erigitur, ſi quod committitur id negatur, quod in facto Cain commemoruimus.* (Vict. Cart.)

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. X.*

*Vlg.* Dixitque ad eum quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra, *ſic Sept. & D. Ambroſ.*

*Cald.* Quid feciſti? Vox ſanguinis generationum, quæ futuræ erant ſuccedere de fratre tuo, clamant coram me de terra.

*Arias.* Quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamantium ad me è terra.

*Caietan.* Voces ſanguinis fratris tui clamantes ad me de terra.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

Hebræi in plurali legunt, *vox ſanguinum*, nos autem in ſingulari: ſed nihil referre videtur; de more enim illius linguæ, & ſanguines in plurali eſt proferre, ideo autem in plurali legunt forte ad emphaſim, ad incutiendum horrorem homicidij per ſanguines ſignificati, habemus in præſenti *clamat*: Hebræi autem in participio clamantium: quia vtuntur participio præſentis temporis loco verbi præſentis, quo carent: quoad Caldeum non eſt immorandum, quia ſolum ſe latius diffundit, cuius tamen intelligentiam vide in expoſitione.

## EXPOSITIO VERSVS X.

*Dixit Deus ad eum, quid feciſti?* Quaſi diceret, ne neges crimen tuum, ſcelus enim mihi notiſſimum eſt: ſed quomodo tam immane ſcelus animo concipere potuiſti? quid feciſti? nondum agnoſcis immanitatem tui criminis, perpende quid egeris, vt illius agnitione ad eius pœnitentiam accedas, qua miſericordiam à me poſſis obtinere.

*Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Iſta eſt metaphorica, & tanquam figuratiua loquutio, cuius ſenſus eſt, manifeſtum mihi quod feciſti, quia ipſa effuſio ſanguinis fratris tui hoc indicat & teſtatur, & quaſi contra te clamat, quæſtionem tantæ tuæ impietatis exigens à me; qui autem curioſius inueſtigat quid per vocem ſanguinis Abel deſignetur, audire poteſt quod vox ſanguinis dicitur ſanguis ipſe vociferans, & vindictam expoſtulans.

Cum autem in Hebræo ſit ſanguines clamantes, forte ita dictum eſt propter multa Abelis vulnera, ex quibus multi ſanguines fluxerunt, vel propter plurimos filios, quos producturus erat Abel longo tempore victurus, tanquam omnes occiſi fuerint cum eo, & hæc expoſitio conformis eſt paraphraſi Caldaicæ.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Deus plenus bonitate.*

325 *Dixit Deus Cain, quid feciſti?* Poſt tam nefarium ſcelus, poſt flagitium quaſi nulla venia dignum, poſt audaciam abominabilem & execrabilem, eum colloquio dignatis? ideo eum iterum benigne alloquitur, vt bonitatem eius admiremur: ita obſeruat D. Chryſ. ho. 19. *Idipſum, vel ſolum quanta bonitatis fuerit, quod eum qui tanta commiſerit, colloquio dignatur.* (D.Chryſo.)

*Sanguis Chriſti Domini clamat, miſericordiam peccatorum implorans.*

*Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* 326
Audiamus quid loquatur de hoc ſanguine Abel D. Pau. ad Heb. 2. Acceſſiſtis, inquit, ad noui teſtamenti mediatorem Ieſum, & ſanguinis aſperſionem, multò melius clamantem quàm Abel, quid clamat ſanguis Chriſti, cum meliùs clamet quàm ſanguis Abel? optime Rup. lib. 4. in Gen. c. 6. *Ille ſanguis clamando vnius tantū hominis nefarium ſcelus accuſabat & ſi,* (D. Paulus.)

*quod verum eſt, aliud futurum annunciabat, ſoli Deo adhuc audibilis vel intelligibilis erat: hic autem eo ore terræ fidelis, quæ ſumus nos, pro omni mundo interpellat, & vniuerſorum peccata excuſat, ipſos quoque qui fuderunt illum ad pœnitentiam inuitat, impœnitentibus futurum iudicium palam annuntiat.*

*Vnum iuſtum occidens, plurimorum eſt reus.*

327 *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* teſte Lyrano, plures Hebræi voces ſanguinum in plurali habent, quid eſt voces ſanguinum Abelis clamare? ſane quod Caio interficiendo Abel iuſtum, factus eſt reus non ſolum ſanguinis illius, ſed etiam omnium quos generaturus erat, ſi viuus manſiſſet: ſic verſio Cald. vox ſanguinis generationum quę futuræ erant ſuccedere de fratre tuo, coram me clamat de terra, & Caiet. *dicit ſanguinem in numero plurali, propter multos filios quos producturus erat Abel longo tempore victurus, tanquam omnes occiſi fuerint cum eo.* Caietan.

*Fratrem occidere, grauiſſimum eſt peccatum.*

328 *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me*, ſed antea, *quid feciſti*: vel vt habet Chryſ. quid feciſti hoc? cur non dixit, quare fratrem occidiſti, ſed quid feciſti? hoc ait illi, quaſi admiraretur Deus tam impium & nefandum ſcelus commiſiſſe: ita D. Chryſ. ho. 19. in Gen. D. Chryſ. *Magna huius verbi recondita vis eſt & emphaſis, quare, inquit, hoc operatus es? quare feciſti hoc nefarium facinus? abominabile opus, factum inexpiabile? inſaniam intolerabilem, cædem nouam & raram, iam primùm hominum vitæ tua dextra inuectam?*

*Homicidium clamat vindictam.*

329 *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Quid clamat? id enim non exprimit Deus, cùm multi clamores reperiantur in ſacro textu, ſed dico quid aliud clamare poteſt niſi vindictam contra homicidam? ſic Lippo. Lippom. in Gen. 18. *Tria ſunt peccata quæ ad Deum pro vindicta clamare referuntur: homicidium, & præſertim fratris: vitium contra naturam, Gen. 18. clamor Sodomorum venit ad me: & detentio mercedis operariorum, de qua Iacobus, clamor eorum in aures Domini ſabaoth introiuit.*

*Occidens miſerior eſt occiſo.*

330 *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* In quiro à te mi Deus, nonne Abel occiſus eſt? quare ergo ais, vocem eius ad te clamare de terra, cùm occiſus non loquitur? optime dicit vocem eius clamare ad Deum, quia quamuis ſit occiſus, viuit: frater autem eius quamuis viuit, mortuus eſt: ita D. Chryſ. D. Chryſ. hom. 8. ad Rom. qui inquirit vter eorum potius dicendus eſt occiſus, ait: *Trucidauit Cain, trucidatus eſt Abel, vter igitur mortuus erat, is qui poſt mortem clamat, non is qui dum viueret, timidus trepidaſque erat? Hic enim quouis mortuo miſerabilior erat.*

*Homicidium peccatum horribile.*

331 *Vox ſanguinis, &c. & quid feciſti?* Id eſt quod crimen commiſiſti, nempe homicidium? Quaſi diceret lege naturali agnoſcis, non eſſe occidendum, ſed ô Deus legum iuſtiſſime conditor ſicut prohibuiſti & à natura inditum eſt, non ſolum non adulterari, imo non concupiſcere vxorem alienam, cur etiam non prohibuiſti interiorem actum homicidij? Quia homicidium ita odibile peccatum eſt, vt nullo modo ſit concupiſcibile, & ideo non eſt neceſſe vt prohibeatur interior actus eius: ita D. Thom. quæſt. 122. art. 6. ad tertium in ſecunda ſecundæ, qui reſpondens argumento, cur non prohibeatur actus interior homicidij, ait: D. Thom. *Dicendum quod homicidium ſecundum ſe non eſt concupiſcibile, ſed magis horribile, quia non habet de ſe rationem alicuius boni, ſed adulterium habet rationem alicuius boni, ſcilicet delectabilis, furtum etiam habet alicuius boni rationem ſcilicet vtilis; bonum autem de ſe habet rationem concupiſcibilis, & ideo fuit ſpecialibus præceptis prohibenda concupiſcentia furti, & adulterij, non autem concupiſcentia homicidij.*



*Mors iuſti eſt vita.*

332 *Vox ſanguinis fratris tui clamat, &c.* Et antea ait quid feciſti. Phil. lib. quod deter. pot. inſid. ait idem valet quod nihil feciſti? Quid ais Philo, nonne occidit fratrem? Nonne vitam ei eripuit & hoc vocas nihil facere? Reſpondeo acutè loquutum fuiſſe Philonem, quia Cain qui viſus eſt vitam eripuiſſe fratri, non eripuit, quia mors vita illius eſt, & ideo nihil videtur feciſſe, id eſt nullum damnum attuliſſe: ſic citatus Author, cit. Auth. *Abel quamuis credat interemptum, viuit, exemptus nempe ex inſipientis mente, viuit in Deo vitam feliciſſimam, atteſtatur nobis diuinum oraculum quod vociferari eum ait in clamore, & clamore prodere quæ à malo ſocio paſſus eſt, alioquin ſi non amplius erat quomodo loqui poterat?*

*Opera iuſtorum non indigent alterius teſtimonio, ſed ipſa ſe annuntiant.*

333 *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Cur non ait annuntiatum eſt mihi, quod frater tuus occiſus eſt, non autem cum ipſe ſit interfectus, vox fratris tui clamat? Nota quod opera iuſtorum comparat Ambroſ. Soli & Lunæ; ait autem, Sol & Luna interprete non indigent, habent interpretem fulgorem ſui luminis, quo totus orbis repletus eſt illis, nempe iuſtis: bene igitur dictum quod vox Abelis clamat etiam mortui, quia opera iuſti alterius teſtimonio non indigent, ſed ſeipſa declarant: ita idem Ambro. D. Ambroſ. *Non ergo nuntiantur opera noſtra, ſed clamant & ſe ipſa annuntiant.*

*Opera ſuam vocem habent.*

334 *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Nonne ſanguis præcipue extra corpus exanimis eſt? Quomodo ergo clamorem edere poteſt, quod eſt proprium viuentium? Quia opera etiam coram Deo ſuam vocem habent: ſic D. Bernard. ſer. de vil. iniq. D. Bernar. *Loquutio fit tripliciter, voce ſcilicet cogitationis, loquutionis, & operis; habet enim cogitatio vocem ſuam, vnde Dominus cogitanti Moyſi, ait quid clamas ad me? Et Dauid, cogitatio hominis confitebitur tibi, habeat & opus vocem ſuam, vnde Dominus ad Cain, ſanguis fratris tui clamat ad me de terra.*

*Oratio terrena petens, clamor eſt & non vox hominis.*

335 *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Cur citur de terra? Id eſt terrena petit, ſi autem terrena petit, an loquitur? Minime, ſed potius clamat, quod eſt etiam proprium animalium: & optime quia qui terrena petit, non loqui ſed clamare videtur: ſic D. Paſchaſ. lib. 3. de Lament. Hierem. D. Paſchaſ. *Quod eſt*

*dicere de terra? Niſi quia terrena cogitatio facit, ne poſſit noſtra oratio tranſire ad Deum, quæ magis contra nos clamare quam exorare videtur.*

### *Oratio iuſtorum non depreſſa, ſed excelſa.*

336 *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Cur non ait vox fratris tui loquitur, cùm proprium ſit vocis, non autem clamare? Rectè apoſuit vox fratris tui clamat, & non loquitur, quia oratio ſignificata per illam vocem non depreſſa, ſed excelſa in quantum à iuſto eſt: ita D. Hilarius in Pſalm. 110. *Abel etiam peremptus magna loquitur & clamat, ſcriptum eſt enim vox ſanguinis fratris tui clamat ad me, non humilis ſanctorum querela eſt, nec depreſſa fidelium oratio eſt, altum eſt quod poſtulat: excelſum eſt quod ſpectat, clamore perſonum eſt quod precatur.*

D. Hilar.

### *Conſortium alicuius potens eſt mutandi mores.*

337 *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Nempe vindictam, ita vt terra ex hac die qua recepit Abelis ſanguinem, vindictam clamare ſolet aduerſus fratricidas, certum eſt ſanguinem Chriſti in Cruce effuſi miſericordiam, & indulgentiam petere, iuxta illud Pauli, ſanguis illius meliùs clamans quàm Abel: ſed de ſanguine quem in horto effudit deciditque in terram, quid dicemus? audiamus Rup. lib. 12. de vict. verb. cap. 11. vbi ponderans quod ſanguineus Chriſti Domini ſudor in horto vſque ad terram ceciderit, ait, *Quod illi Cain pro illo Abel dixit, non diceret idem Deus Iudæis pro filio ſuo, videns ſanguinem eius agonizantis, ſanguinem melius clamantem, melius loquentem quam Abel: vere igitur tantum miraculum ſudoris, non otioſum fuit, quia contra infælices, & impios homicidas Iudæos in præſagium iudicis terribilis, & vindictæ horribilis in terram decurrit;* Quomodo ſanguis diuinus qui in cruce carnificibus veniam dabat, & clamat, qui ex ſe totus miſericordiam, & redemptionem exhalat, decidens in terram, vindictam clamat? Quia quodammodo vnitus ſanguini Abel vindictam clamanti, non quod mirum, horribilem vindictam Iudæis minetur, cum conſortium cùm altero adeo potens ſit, vt quaſi mores variet & mutet.

Rupertus.

### *Magna virtus iuſtitiæ.*

338 *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Si mortuus eſt frater illius, ſanguis certe exanimis eſt, quomodo ergo ad cœlum clamare poteſt? Nonne innocens occiſus eſt? Quid mirum ſi ſanguis illius clamet vindictam, quia iuſtitia maximam virtutem habet: ſic Gloſſ. ord *Magna virtus iuſtitiæ, quæ vindictam expetit pro ſanguine innocentis.*

Gloſſ. ord.

### *Iuſtitia clamat vſque in cœlum.*

339 *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Quænam eſt illa vox, quæ vſque ad cœlum pertingere poſſit? Nulla enim mihi videtur ita ſonora, vt in cœlo è terra poſſit audiri, reſpondet D. Paſchaſ. in lib. 4. in Lament. Hierem. *Magna vox iuſtitiæ, per quam mortui loquuntur, non ſolum loquuntur verum etiam ſicut Abel clamant.*

### A *Diabolus dum cupit eſſe victor, victus efficitur, victorem efficiens aduerſarium ſuum.*

*Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* 340
Quid intendebat diabolus in hac interemptione Abelis? nihil aliud quam vt à viuis iuſtus eriperetur, & omnino moreretur: ſed fallitur, quia vita fœliciori gaudet, cùm defunctus loquatur, & ideo dum cupit victoriam aſſequi, victus efficitur, ipſum Deum victorem efficiens: ſic Rup. lib. 2. de vict. verbi Dei, c. 20. *Delectabile eſt inſultare ſerpenti antiquo, qui tam fatuus eſt, vt iam victorem faciat Deum in bono propoſito, dum cupit ipſe eſſe victor, quia quem fecit interfici hominibus, melius fecit viuere hominibus & Deo, idem nequiſſima intentioni.*

Rupert.

### *Virtus ſuperior ſemper euadit.*

*Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* 341
Nonne Abel occiſus eſt? nonne in pauimentum proſtratus? quomodo ergo nunc etiam præualet aduerſus fratrem ſuum timidum & gementem? Abel virtuti deditus: non igitur mirum præualere, quia virtuoſus omnibus ſuperior eſt: ſic D. Chryſ. hom. 23. in Gen. *Semper contra virtutem inſanit malitia, atqui non ſolum nihil illi nocet, ſed & infeſtando fortiorem reddit; tantum enim virtutis robur, vt patiendo ſuperet negotium ſibi facientes, & cum impugnatur, hoſtibus fiat potentior,* deinde affert exemplum Abel, ſubiungeos: *Ne ſpectes quod occiderit Cain eum tui inuidebat, etiam innoxium, ſed ſequentia expende, ecce occiſus ille vſque nunc prædicatur, & coronatur, & tantum tempus memoriam non obſcurat.* deinde addit: *tam fortis inuictaque eſt res virtus, vt dum patitur, affligentes vincat.*

D. Chryſo.

### *Anima noſtra immortalis eſt.*

*Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* 342
Certum eſt non ſanguinem clamaſſe, ſed animam ipſius Abelis, quid igitur vult Deus ſignificare poſt interfectum Abelem animam eius ad ſe clamantem? & quid nos ex eo colligere poſſumus? inferemus ſane ipſam animam eſſe immortalem, ſiquidem poſt ſeparationem à corpore, ipſam audimus ſuo modo loquentem? ita Amb. *Inſeritur hoc loco dogma de incorruptione animæ.*

D Ambro.

### *Peccata noſtra Deum quaſi excitant dormientem, vt nos puniat.*

*Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* 343
Hoc eſt non latet: ſed clamat parricidium; ſed quid indicat noſtra ad Deum clamare delicta? nonne ea cognoſcit? Nota Deum eſſe benigniſſimum, libenterque nobis parcere: dicamus tamen ideo ad eum clamare delictum, quaſi ſignificaretur, quod quaſi peccatis dormiens excitatur vt illa puniat: ſic D. Amb. lib. 1. de Abraham cap. 5. *Velut excitatur Deus flagitiorum noſtrorum clamoribus, vt aliquando vindicet qui libenter agnoſcit,* lege Paſchaſ. idem habentem, vigilant ſemper, inquit, in manu Domini, dum nos ad vindictam iuſtæ retributionis accuſant.

D. Ambro.

### *Non deeſt peccati condemnatio.*

*Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* 344
Si fratrem non accuſat cùm aliquem ſanguinem haberet in corpore, cur non dicitur ſanguis de corpore

fratris tui clamat ad me? quia quamuis nullus ſit qui peccata noſtra condemnet, ipſa terra nos accuſabit: ita D. Amb. lib. 2. de Abel & Cain, cap. 9. *Quia etſi frater parcit, ſi frater tacet, terra condemnat.* (D.Ambro.) A

*Si quis bene perſuadet, etiamſi mortuus viuit.*

345 *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Quomodo fieri poteſt ſanguinem hominis defuncti clamare? & ſi velis eum clamare, ad quidnam dicitur quod vindictam poſtulat? certiſſimum eſt Abelem parcere fratri ſuo, quid ergo dicemus? Nota quod potuiſſent homines ſibi perſuadere, videntes primum innocentem occiſum, & tamen nullam accepiſſe mercedem; homicidam autem diuturnam B vitam degiſſe, quod pro iuſtitia nulla eſſet merces, voluit illius ſanguinem clamare & loqui, oſtendens ex parte accepiſſe compenſationem, quaſi diceret, magna eius habetur cura & conſideratio, & adhuc loquitur; hoc eſt, eum ſuſtulit, ſed cum eo non ſuſtulit gloriam & honorem, non eſt ille mortuus, nec vos moriemini; quo enim grauiora quis paſſus fuerit, eo eſt maior gloria eius; perſuadet ergo illis virtutem amplecti, & iuſtitiam colere; aſſeramus igitur optime dictum eſſe ſanguinem illius defuncti Abelis clamare ſiue loqui, quia qui aliis iuſtitiam amplecti perſuadet, etiamſi mortuus fuerit, viuit: C ſic D. Chryſ. hom. 22. in epiſt. ad Hebr. (D.Chryſ.) *Quomodo adhuc loquitur? hoc eſt ei ſignum viuendi, & quod ab omnibus canatur, in admiratione habeatur, & beatus cenſeatur: qui enim aliis ſuadet vt iuſti ſint, loquitur, non tantum enim efficit oratio quam perpeſſio.*

*Magis intrinſecum eſt concionatori miniſterium, quam propria vita.*

346 *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Abel præconem verbi Dei ſignificat, quia vt diximus, D cum Cain ei dixit verba blaſphemiæ, ipſe ea refutauit, docens non ita eſſe, eumque inſtruens in vera fide; vnde ergo quod etiam poſt mortem loquitur? nota proprium eſſe concionatoris proferre Dei vindictas in peccatores: reſpondeo ergo etiam poſt mortem loqui & clamare eius ſanguinem, vt ei magis intrinſecum concionandi officium intelligamus, quàm propriam vitam, cum ab eo ſit ſeparata vita, non autem officium, ſiquidem vt ait Paulus ad Heb. 11. *Defunctus adhuc loquitur.* (Paul. Heb. 11.)

*Fratricidium ita grauis eſt offenſa, vt creatura inanimata vindictam petant.* E

347 *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Cur non ait potius de corpore quam de terra? nam licet iaceat examine, tamen maiorem proportionem habet ad clamandum quàm terra, quia licet frater parceret, tamen fratricidium ita eſt graue delictum, vt ipſæ creaturæ inanimatæ vindictam petant: ſic D. Amb. lib. de Cain & Abel cap. 9. (D.Ambr.) *Si frater parcit, terra non parcit. ſi frater tacet, terra condemnat, ipſa eſt in te teſtis & index, teſtis acrior, quæ adhuc parricidij ſanguine madet, index aſperior quæ tanto ſcelere coinquinata.* F

*Non debet frater ſuum accuſare fratrem.*

348 *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Occidit Abelem fratrem ſuum Cain, quis eum accuſauit cum accuſari deberet? dices quod nullus poſſet eum tunc accuſare, non enim pater nec mater eius debebant eſſe accuſatores aduerſus filium; nonne A Abel qui è viuis exceſſerat eum accuſare poterat? tamen ait textus, *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra*; cur non ait, frater tuus clamat ad me de terra? quia frater non debet fratrem accuſare; ita D. Amb. lib. 2. de Abel & Cain cap. 9. (D.Ambr.) *Bene vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra, non frater clamat, hoc innocentia & gratia germanitatis, etiam in ipſa morte ſeruat; non accuſat vox ipſius, non anima eius, ſed vox ſanguinis accuſat quem ipſe fudiſti, tuum te ergo facinus, non autem frater accuſat.*

*Martyrum mors ad Deum clamat*

*Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* 349
B Scimus ſanguinem maxime exanimem clamare non poſſe, quomodo ergo vſus eſt Deus hoc modo loquendi, vt indicaret Caino Abelem iuſtitiam ab eo exigere? Sine dubio hoc modo loquendi ſignificat martyrum mortem, (qualis fuit, & omnium primus Abel,) ad ſe clamare: ſic D. Hilar. in Pſ. 140. (D Hilar.) *Omnium ſanctorum fidelis oratio clamor eſt Deo fidei enim ad eum non vocis clamore clamatur, Moſes inſtante Ægyptiorum rege, mœſtus ſtabat in littore, ſed tacente licet eo excelſa mentis fidelem orationem Dominus audiuit, dicens quid proclamas ad me? Martyrum quoque ſanguis voce corporis caret, ſed* C *indignitas necis eorum Deo clamor eſt, ipſo Domino de Abel ad Cain dicente, vox ſanguinis fratris tui clamat ad me, ſic & ſub ara Dei martyrum animæ proclamare ſcribuntur magna voce dicentes, quouſque Dominus ſanctus, & verus non iudicas ſanguinem noſtrum de habitantibus in terra!*

*Vindictam exigere imbecilli animi eſt.*

*Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* 350
Scilicet exigens vindictam de tuo crimine, ſed cùm D ſint plures in humano corpore partes, cur potius ſanguis dicitur clamare quam oſſa, quæ validiſſima ſunt, vel ſaltem aliæ partes nobiliores, vt cor, & c? aduerte ſanguinem eſſe mollem; Dicitur igitur quod ſanguis eius clamet exigens vindictam potius quàm aliæ partes robuſtæ, & validę, quia mollis & effœminati eſt vindictam velle.

*Vindictam non expetit, Deum diligens.*

*Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra:* 351
Cur non ait Deus anima fratris tui Abel clamat ad me, cùm clamor proprius animæ illius, quam ſanguini competeret? Non ignoras Dei amantiſſimum E fuiſſe Abelem: iure merito igitur dicitur quod Abel vindictam non petierit, nec clamauerit, quia Deum diligens eam non expetit: ſic B. Iſaias oratione 22. (B. Iſai.) *Patientia non meminit iniuriarum, qui Deum diligit, vindictam non appetit.*

*Vindicta Deo relinquenda.*

*Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* 352
Cur addidiſti *ad me*, cum ſufficeret dixiſſe, ſanguis clamat de terra? optime appoſitum eſt *ad me*, vt indicaret ſibi vindictam eſſe reſeruandam, non autem F nos exigere eam debere: hoc obſeruat D. Hilar. in (D. Hilar.) Pſal. 137. in illum verſ. Dominus retribuet pro me, qui loquens de benignitate Dauidis, ait: *Seruantis Euangelicæ manſuetudinis Propheta rationem, iniuriam reddere his qui nos perſequuntur, inhibemur, dicens, Dominus retribuet pro me, illi vindicta ſeruanda eſt, qui in calumnia veſtes dimitti, & pallium iuſſit, qui poſt iniuriam alapæ vnius, præberi*

*& maxillam alteram voluit, qui vetuit malum pro malo reddi, plus vindictæ adepturus qui æterno iudici vltionem præſentis iniuriæ reſeruaſſent.*

### *Vindicta non eſt exigenda.*

*Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.*
353 An quæſo eum occidebat ut Abel, petit à Deo vindictam in fratrem ſuum? non legimus, imo potius eſt credendum pro eo veniam petiſſe: ſed cur non exegit vindictam, ſi proditoriè eum interficiebat? quia vindictam expoſcere indecens & prohibitum: vnde
D. Baſil. D. Baſil. Mag orat. 9. de ira, *Maxima reprehenſione dignus eſt homo, quod ſit procliuis ac propenſus ad vindicationem, quodque omnibus modis cogitat, quanam ratione eos vlciſci queat qui ſe iniuria affecerunt.*

### *Peccatum abſconditum, ab ipſiſmet creaturis inanimatis reuelatur.*

*Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.*
354 Cur poſt interrogationem criminis abſconditi, & nemini hominum cogniti, addit ipſe, ſanguis quem effudiſti clamat; rectè quidem hoc addidit, vt ſignificaret peccatum quod crediderat abſconditum, ab ipſiſmet creaturis inanimatis reuelari: accipe D.
D. Ambro. Amb. lib. de pœnit. cap. 4. *Credidit ſiue conſcio crimen publicari non poſſe, cùm ipſa negatio reatum magis proderet conſcientiæ: quid agis Cain infœlix? non habes vllum hominem teſtem, ecce habes effuſum ſanguinem: proditorem ipſe te publicat & accuſat, vox eius aduerſum te interpellat authorem, & facit cruor diffuſus inuidiam, ne latentem prætereat vltio parricidam.*

### *Cum deeſt humanum auxilium, diuinũ adeſt.*

*Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.*
355 Non deeſt qui aſſerat hanc vocem ſanguinis ad Deum eſſe ipſiuſmet ſolicitudinem prouidentiámq; ſpecialem & aſſiduam pro ſanctis: ſed cur Deus ita Abelis ſollicitus eſt? aduerte neminem eius auxilio tunc temporis affuiſſe, optime igitur illius ſpecialem curam gerit Deus: quia vt inquit Lippom.
Lippom. *Cùm humanum ceſſat auxilium, ſurrexit diuinum, minimeque deeſt, cum maxime abeſſe videatur.*

### *Ne minima quidem gutta ſanguinis iuſti effuſa, impuncta manebit.*

356 *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* In Hebræo habetur, vox ſanguinum fratris tui; cur in plurali ſanguines, cum ſanguis ſufficeret ad vindictam petendam? appoſite legunt Hæbrei ſanguines clamare ad Deum, quia exigua ſanguinis gutta iuſti effuſa à tyrannis, non relinquetur ſine vindicta: ita
Ferus Ferus, *Vt ſciamus quod ne minima quidem gutta ſanguinis fraterni effuſi impunita erit, omnes enim ſanguinis quotquot guttæ ſunt, clamant ad Deum.*

### *Homicida, quem amicum viuum habuerat, poſt mortem aduerſarium patitur.*

*Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* 357
Nonne hic ſanguis amore fraterno tibi coniunctus erat? quomodo nunc aduerſarius à corpore fratris tui emiſſus? clamat enim contra te, quia homicida quem amicum viuum habuerat, poſt mortem aduerſarium ſentit, vt optime annotat D. Baſil. Sel. D. Baſil.
*Vitam ſuſtuliſti ſed non & vocem, ſanguinem contra te accuſatorem armaſti, cæde aduerſarium conſciuiſti tibi immortalem.*

### *Crimina à nobis commiſſa, aduerſùs noſmetipſos à Deo vindictam exigunt.*

*Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* 358
An ſolum ſanguis clamat? vel etiam ipſummet parricidium à Caino commiſſum in fratrem? vtrumq; equidem: nam peccata à nobis commiſſa aduerſum noſmetipſos vindictam impietatis à Deo exigunt: Caietan.
ſic Caiet. *Vtitur clamoris at vocis nomine, ad ſignificandum quod etiam iniqua facta relatiue ad Deum loquuntur, & querula voce clamant.*

### *Etiam inanimata in iuſto vocalia ſunt, vt Deum ſollicitent.*

*Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* 359
Poſſet tibi obiicere Cain ſanguinem vocem non habere, ſi lingua, ſi cor, vel ſanguis qui intra venas coaleſcit, clamaret, tacerem quidem; ſed ſanguis quem terra excepit, ecce clamorem emittit? ita ſane, nec mirum, quia in viro iuſto omnia etiam inanimata voces ſuas habent vt Deum ſollicitent, & ad id quod petunt inducant: ita ſentit B. Ambr. libr. de Cain & D. Ambroſ.
Abel c. 9. *Clament opera tua, clamet fides, clament paſſiones tuæ, clamet ſanguis tuus, ſicut ſancti Abel, de quo dixit Deus ad Cain, vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XI.*

*Vlg.* Nunc igitur maledictus eris ſuper terram quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua.

*Septuagint.* Et nunc maledictus tu à terra, quæ aperuit os ſuum accipere ſanguinem fratris tui, &c.

*Alij, vt Pagninus, & Caldæus,* Vt ſuſciperet ſanguinem.

*Arias,* Nunc, &c. vt ſuſciperet ſanguines.

*Tertull.* Propter quod maledicta terra quæ aperuit os ſuum, ad excipiendum ſanguinem fratris tui.

*D. Chryſoſt.* Maledictus tu, & terræ illius quæ aperuit os ſuum, ad excipiendum ſanguinem fratris tui.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

NOſter vulgatus legit, maledictus eris ſuper terram, Septuaginta autem maledictus è terra, tamen non eſt maxima diuerſitas; nam nos ſignificare volumus maledictum eſſe ab omnibus, qui ſuper terram ſunt

victuri, Septuagint. non hoc ſolum, ſed etiam in his quæ è terra ſunt. Tertull. autem maledicta terra, ſed hoc refert, quòd pauciſſimos Caino fructus dabit propter crimen ſuum.

# EXPOSITIO VERSVS XI.

NVnc igitur maledictus eris ſuper terram. Maledictus Cain à Deo, & ab hominibus, quia relictus, & à donis gratię efficacis quoad perſeuerantiam elongatus; nam quemadmodum benedictio Dei vocatur collatio gratiæ, ſic eius maledictio denegatio illius: ab hominibus etiam maledictus, quoniam zelo iuſtitiæ frequenter ei maledixerunt, propter crimen enorme, poteſt etiam explicari *maledictus ſuper terram*, id eſt tibi terra maledicta, quia cum eam ſummo cum labore colueris, fructus tibi parciſſime & miſere dabit; quaſi diceret, polluiſti terram ſanguine fratris tui, ideo per terram ſterilitate punieris, *quæ aperuit os ſuum*, id eſt intra ſe recepit & deglutiuit fratris tui cruoré, quod metaphorice dictum, *& ſuſcepit ſanguinem fratris tui*, hoc eſt effuſum proditorie & per manus tuas ſceleratiſſimas.

# CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

## *Terra quaſi ſitiens videtur exoptare incarnationem.*

360 A*Peruit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui.* An terra habet os? Vnde ergo hæc metaphora ducta eſt? Sumpta quidem eſt ab arida ſitientique terra, quæ veluti ſi multas fauces aperiat, in ſciſſuras diſrumpitur, vt quaſi multiplicato ore, aquam & remedium à cœlo poſtulet & præſtoletur, hoc notato, nonne Abel fuit figura Chriſti Domini ſaluatoris noſtri? Cur non aſſeremus ergo optime poſſe dici terram recipientem ſanguinem Abelis, nihil magis exoptare quàm aduentum filij Dei in carne, quia ſitiens hiantique ore ſuſcepit ſanguinem primi iuſti, qui iuſtiſſimi ſeruatoris noſtri figura fuit: hanc expoſitionem habet doctus Paezius annot. 2. *Terra*, inquit, *veluti capiens pretium, & merita illius ſanguinis Dei hominis, qui ſupra eam effundendus erat, à quo ſuper omnia ditanda, & exornanda erat, ad effuſionem ſanguinis illius iuſti aperto ore ſitim ſuam, & deſiderium alterius iuſtiſſimi & diuiniſſimi hominis aduentum teſtabatur.* (Paezius in Cant. 2. ec. annot. 2.)

## *Scelus immaniſſimum, fratricidium.*

361 *Aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui.* Quid eſt terram aperuiſſe os ſuum, vt ſuſciperet ſanguinem Abelis occiſi à proprio fratre? Exiſtimo poſſe reſponderi, adeo nefandum, & crudele ſcelus illud extitiſſe, vt vel ipſa tellus inanime elementum exhorruerit ad tam fœdum ſpectaculum, quod tamen Cain perpetrare non horruerit, ergo ne pateat vllis vnquam oculis ſignum tam deteſtandi facinoris, tellus aperto hiatu ſanguinem omnem effuſum ebibit, occultetur inquiens, ignoretur quod frater fratrem occiderit: vnde D. Chryſ. *Cur feciſti hoc tam magnum, tam terribile, quo non eſt peccatum aliud grauius?* (D. Chryſ.)

## *Fratricidium ingens crimen.*

362 *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum.* Hæ minę non modo Cainum, ſed etiam ipſam terram pungunt, teſte Tert. lib. de reſur. carn. cap. 91. in hunc ſenſum, maledicta terra quæ effuſum ſanguinem fratris tui excepit, qua intendit terrere Deus ipſum Cainum. id eſt, ſi terra quia effluentem ſanguinem inuita hauſit, maledictioni tamen ſubiicitur, cui rogo maledictioni, quibus diris imprecationibus ſubiicitur is, qui mente concepit homicidium, & opere compleuit? Tert. verba ſubiicio: *Maledicta quidem quæ hauſerit ſanguinem, ſed hoc ipſum in figuram carnis homicidæ: nam etſi incuſari, ſi lædi habet terra, id quoque propter hominem, vt ipſe inuetur & lædatur per conſiſtorij ſui exitus, quo magis ipſe perſabit, quæ propter illum etiam terra patietur: itaque & cum comminatur terræ Deus, carni potius comminari eum dicam.* (Tertull.)

## *Primi legis tranſgreſſores grauiter debent puniri.*

*Nunc igitur maledictus ſuper terram.* Deinde cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus tuos, eris vagus & profugus: quot ſuppliciorum diuerſitate hominem punis? Qua de cauſa? Quia ſine dubio occidit fratrem; ſed bone Deus quot fratricidas agnoſcimus, qui tamen has non luerunt pœnas? Nonne Abſalon ſuum fratrem Ammonem interemit? Non tamen ita caſtigatum nouimus, nota fuiſſe Cain primum tranſgreſſorem huius legis naturalis ſcriptæ in cordibus noſtris, non occides; iure merito igitur tam graui pœna afficitur, quia primus illius legis tranſgreſſor: ſic D. Theod. *Sic Cain qui fuit primus homicida intolerabili affecit ſupplicio, vt tam hi qui tunc temporis erant, quam qui poſtea nati ſunt, talia perpetrare non auderent, poſterioribus tamen temporibus licet homicidæ multi fuerint, non protinus pœnas inflixit.* 363 (D. Theod. in Gen.)

## *Legis tranſgreſſor ideo grauiter punitur, quia legiſlatori contumelioſus.*

*Nunc igitur maledictus ſuper terram, &c.* diximus ideo condemnatum propter legis naturalis tranſgreſſionem, quæ prohibet non occidere: ſed cùm Deus ſit indulgentiſſimus, quare cum Caino hominum primogenito non diſſimulauit? Imo grauiſſime puniuit, quia legis tranſgreſſor, cùm legiſlatori Deo contumelioſus ſit, veniam non meretur: ſic fere D. Baſil. Mag. in Pſalm. 28. *Legiſlatori contumelia eſt deſpectio legum atque contemptus: domus enim ni recte gubernetur, nimirum in qua indignatio & clamor ſit, contumelia, item voluptas, prodigus ac profuſior luxus, immunditia, ignominia atque turpitudo in eum referuntur ac reſiliunt, qui domui præſidet.* Si igitur in contumeliam Domini alicuius familiæ reſiliunt inhoneſta quæ in ea committuntur: certe in dedecus totius vniuerſi gubernatoris referentur crimina, quæ in ſuas leges cordibus noſtris naturaliter impreſſas, committuntur; & ideo æquum eſt, vt huiuſmodi contumelioſi tranſgreſſores grauiter puniantur, & cum eis non diſſimuletur. 364 (D. Baſil.)

### *Vnam ſolùm legem ſeruans & alias violans, punitur.*

365 *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, &c* Punit Cain vt dictum eſt propter tranſgreſſionem illius legis: non occides, ſed cum alias decalogi leges obſeruauerit, vnum enim Deum coluit, parentes veneratus eſt, &c. cur propter vnius violationem, ita punitur grauiter? Quia non ſeruare ſufficit vnam ſed omnes ſunt adimplendæ; ita Chryſoſtom. hom. 36. de virtutibus, & vitiis, *In cithara non ſatis eſt in vno tantum neruo concentum efficere, ſed vniuerſi percutiendi ſunt numeroſe, & decenter: ſic & in animi virtute non ſatis eſt nobis ad ſalutem lex vna, ſed vniuerſa ſumma cum diligentia conſeruanda ſunt.*

D. Chryſ.

### *Fratrum amor maximus eſſe debet.*

366 *Nunc maledictus ſuper terram: aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui.* D. Ambroſ. ait illa quidem aperuit os ſuum, quaſi acceptura de fratribus verba pietatis, nihil timens cum fratres videret; nonne poterat timere quod contigit nempe fratricidium? Non debuit timere, quia fratrum amor ita intenſus eſſe debet, vt nullus ſuſpicari poſſit inter eos rixam, & iurgium: ſic fere citat. Ambroſ. qui poſtquam dixit nihil timens cum fratres videret ſubiungit, *Quæ ſciret ius germanitatis, amoris incentiuum eſſe non odij.*

D. Ambroſ. de Abel.

### *Fratrum inuidia eandem pœnam meretur quam diabolus.*

367 *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram.* Inſpiciamus quæſo condemnationem ſerpentis, qui primos homines inuidia motus præcipites dederat, quia feciſti hoc maledictus es inter omnia animantia, &c. cur idem ſupplicium imponitur ſerpenti, & fratricidæ? Audi D. Chryſoſt. hom. 19. *Quia ferme eadem agit quæ ſerpens, & quaſi organum ſeruiuit diaboli ſententiæ, & ſicut ille fraude mortalitatem introduxit, ſic & hic deceptum fratrem, & in campum ductum armata in illum manu occidit, & propterea ſicut illi dixit maledictus tu inter omnes beſtias terræ, ſic, & huic qui eadem quæ ille operatus fuit.*

D. Chryſ.

### *Fratricidium grauius peccatum primi parentis tranſgreſſione.*

368 *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram.* Videamus quæſo condemnationem primi parentis, quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, cur non ſicut dixit Cain maledictus es, ita ſimiliter & primo parenti? Vel ſicut ſolum dixit primo parenti, maledicta terra in opere tuo, cur eandem ſententiam non tulit in fratricidam? Quia grauius peccatum commiſit, & ideo maiori pœna dignus erat, ſicut grauior eſt maledictio propriæ perſonæ quam ipſius terræ; ita D. Chryſoſt. hom. 19. in Geneſ. *Vides maledictionis diuerſitatem, ne igitur inconſideranter hinc tranſeas, ſed ex maledicti magnitudine, flagitij immanitatem expende; nam quanto maius peccatum hac præuaricatione primogeniti hominis, ex maledictionis varietate ſcire volenti licet, illic enim inquit, maledicta terra in operibus tuis, & in terram effuſa eſt maledictio, oſtenſa ſua in hominem cura, hic vero quia res perniocioſa, facinus iniquum, & inexpiabile, ipſe pœnam luit.*

D. Chryſ.

### *Non proprias iniurias vindicantem Deum debemus imitari.*

369 *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram.* Inſpiciamus quando Deo male, & peruerſe obtulit ſacrificia quid ab eo audierit: quieſce, inquiunt Septuaginta, quaſi diceret ne vltra progrediaris in criminibus: nam primum non multum curo, cur ergo offenſam in ſe commiſſam non punit ſeuere, in fratrem autem caſtigat? Vt diſcamus iniurias nobis illatas libenter ferre, nec de eis vindictam ſumere: ſic D. Chryſoſtom. hom. 26. in Geneſ. *Vides quomodo Deus quando in ipſum peccauit Cain, peccatum non vulgare dimiſit, quando autem in fratrem armauit dexteram maledictionem tulit, & increpauit, ſic nunc & nos faciamus, & imitemur Dominum noſtrum.*

D. Chryſ.

### *In peccatores ipſa creatura inſurgunt.*

370 *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram.* Vel vt habent Sept. maledictus tu è terra. D. Amb. lib de Cain & Abel cap. 9. ait, peccator à terra maledictus eſt, à terra quæ eſt poſtrema & infima pars mundi: quod innuere vult D. Amb. per hęc verba, quid enim refert quod à terra quę eſt infima pars mundi, potius quam ab alia ſit maledictus? vt intelligeret peccator vniuerſum orbem contra eum inſurrecturum, cum vilior & abiectior pars, & quæ ei deberet mitior eſſe, tanquam omnium communis parens, non ſineret eum pacificum & quietum, ſed maledictionibus inſurgeret: ita cit. auct. *Huiuſmodi peccator à terra maledictus eſt, quæ infima & poſtrema pars mundi, ſuperius vtique cœlum, & quæ in cœlo ſunt, Sol, Luna, ſtellæ, throni, dominationes, principatus, & poteſtates, Cherubin, & Seraphin: non eſt ergo dubium quod eum & ſuperiora damnauerint, quem inferiora damnauerunt*, quaſi diceret, non ſolum creaturæ inferiores, ſed & ſuperiores in hominem ingratum conſpirarunt.

D. Amb.

### *Peccatorum memoria, maxime neceſſaria.*

371 *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram.* Cur cum primus Adam tam graue commiſerit crimen, ita vt in illo omnem ſuam poſteritatem comprehenderit, tamen non ita ſeueram audiuit condemnationem? Nota primum parentem ſuum delictum ante oculos habuiſſe, Cain autem oblitum: nam cum à Deo interrogatus fuiſſet, vbinam eſſet frater ſuus, reſpondit *neſcio*, vide obliuionem: ne mireris igitur patrem illius non fuiſſe ita condemnatum, quia memoria peccati, non ſolum ad euitanda alia peccata eſt maxime vtilis, ſed etiam ad euadendam pœnam præſentibus debitam: ſic D. Chryſ. ho. 41. ad pop. Ant. *Vides quomodo grauius peccatum fecit Cain, ſed non ita pater ipſius, ſed quid cum audiſſet Adam vbi es, inquit, audiui vocem tuam & timui, quia nudus ſum, & abſcondi me, magnum eſt bonum agnoſcere peccatum, & eorum ſemper meminiſſe, nihil ita corrigit peccatum, ſicut perennis memoria, nihil tam ſegnem facit hominem ad malum: ſcio quod reſilit conſcientia, ne à malorum memoria velles flagellari, ſed animam comprime, & ei frænum impone.*

D. Chryſ.

### *Peccatorum grauitas etiam ex intentione ſumitur.*

372 *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum.* Nonne grauiſſimum fuit facinus Dauidis, cum Vriæ vxorem abſtulit & vitam, effecitq; eo delicto vt blaſphemaretur nomen Domini? Cur igitur non occurit è cœlo Dominus, inclamatque

maledictus tu Dauid è terra, quod tamen in Cain pronunciat? An quia ſanguis Vriæ vocem non habuit vt clamaret? aut ſi vocem habuit, occludente terra meatus ſuos & ſpiramenta, clamor ſuus prodire, & in altum inſinuare non potuit? Nota Cain nulla bona opera habuiſſe, ſicut Dauid, reſpondet
D.Ambro. ergo D. Amb. *Merito vox ſanguinis iuſti clamat de terra ad Dominum, qui nullis Cain impij bonis operibus tegebatur, quia parricidalis erat, quia non confitebatur flagitium, ſed negabat: Dauid vero occiderat virum minime reum, ſed occiderat, non ſtudio crudelitatis impulſus, ſed vt obumbraret pudorem, tegeret verecundiam concupiſcentiæ, cruento non fecit affectu, ſed vi tentationis inflexus*, pondera hæc vltima verba.

*Propter peccatum Deus aufert temporalia.*

374 *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram.* Tert. legit, propter quod maledicta terra; in quo maledicitur? in ſua fœcunditate, ita vt ſterilis erga Cainum redderetur, ſed in quo terra offendit, vt percutiatur ſterilitate? propter peccatum, ex quo ablatio bonorum temporalium contingit: ita
Gloſ.inter. Gloſ. interli. in cap. 23. Exodi in illa verba, non erit infœcunda non ſterilis, ait: *Nota quod propter peccatum hominum ſterilitas mulierum, & animalium, & ipſius terræ ſæpe contingit.*

*Peccatum noſtrum Deum grauat.*

375 *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram.* Cur non amplius illius peccatum ſuſtinuiſti? forte illius pœnitentiam aget, pauliſper diſſimula, vſquequo ad meliorem frugem redeat? amplius non diſtulit Deus peccatum illius punire, quia nimia illius grauedine premebatur, & ideo puniendum vt aboleretur, ſi Cain pœnæ conſentiens illud retractaret: hoc con-
D.Hieron. firmat D. Hier. in cap. 2. Amos, in illa verba, ecce ego ſtridebo ſuper vos, & ait: *Sicut plauſtrum ſtipula, vel fœni onere prægrauatum, ſtridore & ſonitu longe exululat, ſic & ego peccata veſtra vltra non ſuſtinens, tradam incendio*, pondera hæc verba, peccata veſtra non ſuſtinens, quaſi diceret, ita graue eſt onus peccati, vt diu Deus iſtud ferre non poſſit, & ideo à ſe eiicit illud puniens & caſtigans.

*Peccator videns alium punitum & non emendatus, grauius caſtigatur.*

376 *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram.* Cur Cain ipſum maledicit, cùm in ipſum primum hominem ferens ſententiam ſolum dixerit, maledicta terra in opere tuo, nullam autem ei intulerit maledictionem? primus parens nullum propter peccatum punitum viderat: Cain autem ſuum patrem Adam propter illud caſtigatum non ignorabat: merito igitur grauius punitur patre ſuo, quia non emen-
Rab. Mau. datus aliorum ſuplicio, peccato addiderit: ſic Rab. Maur. *Notandum quod in peccato Adæ terræ maledictio, Cain vero maledictus, quia ſciens damnationem primæ præuaricationis, fratricidium addidit.*

*Pœnis inducimur ad peccati deteſtationem.*

377 *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram.* An huiuſmodi pœna propter peccatum commiſſum fuit impoſita, an etiam vt ei proficeret? propter vtrumque; pœnæ enim à Deo imponuntur, vt eas ſuſtinen-
Vict. Pict. tes, originem illarum, nempe peccatum deteſtemur: ita S. Vict. Pictauien. Epiſ. & Martyr, ſer. 17. in cap. 16. Apocal. qui loquens de his qui ab Angelo effundente phialam ſuam in ſolem, debebant pœna affici, ait: *Qui flagellis digni comperti fuerint flagellabuntur, quatenus nimirum pœnarum & cruciatuum ſenſu admoniti, earum rerum parentem ipſum peccatum odio habere incipiunt.*

*Vt pudorem peccatorum habeamus inuitat Deus.*

378 *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ ſuſcepit ſanguinem fratris tui.* Cur in pœnæ inflictione memorat fratris ſanguinem quem violenter & crudeliter effuderat? Hoc enim ſuperfluum videtur, cum à Deo puniri propter illud non ignoraret? Ideo memorat ſanguinem effuſum fratris, vt tam enorme delictum ante oculos habens pudeat ſe tale commiſiſſe; teſtis eſt Procopius: *Vt crudelem ani-* Procop.
*mum ad pudorem commoneret, amplificatione vtitur, mentionem faciens ſanguinis fraterni, & nominis terræ quæ aperuit os, vt imbiberet fraternum cruorem.*

*Qui non eſt confeſſus peccatum, grauiter punitur.*

379 *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram.* Dubitabit aliquis, ſi maledictum ſe à Deo, atque adeo reprobatum, in ſempiternam condemnationem intellexit Cain, in his verbis: quidquid ſit de hac difficultate, certum eſt apud doctores Cainum flammis æternis cruciari, dubium eſt cur eandem pœnam non incurrit Adam, cui dictum fuerat ita, maledicta terra in opere tuo? Audi D. Auguſt. ſerm. in 4. de temp. D. Auguſt.
reſpondentem: *Quia Adam confitendo peccatum veniæ redditus eſt, Cain quia negauit, æterna pœna damnatus eſt.* Vide quanti Deus iam tunc vel ipſam confeſſionis ſacramentalis vmbram ac figuram fecerit.

*Pœnitentiam non agens, maledicitur.*

380 *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram.* Dixit Deus Caino, propter peccatum illum maledicit, quod mirer eſt etiam peccaſſe, & inobedientes Deo extitiſſe primos parentes, neutrum tamen ab eo maledictum; eſt ne Deus perſonarum acceptor, ita vt maledictione comprehendens filium, parentes ab ea abſoluerit? Nota quod quamuis Adam, & Eua peccauerint, & etiam Cain, delicti ſui pœnitentiam non egit, è contra autem protoplaſti: maledicitur igitur Cain, non autem illius parentes propter commiſſum & non confeſſum, imo etiam quia de illo pœni- Tertull.
tentiam non egerit: ſic ferè Tertull. lib. 2. contra Marci. cap. 25. *Ideo nec maledici ipſum Adam nec Euam vt reſtitutionis candidatos, vt confeſſione releuatos, Cain vero maledixit.*

*Peccata peccatis addentes grauiùs puniuntur.*

381 *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram.* Grauior equidem pœna quàm ea quæ ſuo parenti impoſita fuit, ſolum enim illi dictum eſt maledicta terra in opere tuo: cur grauiori plectitur ſupplicio filius quam pater? Non ignoras peccata peccatis Cain addidiſſe? conſentaneum eſt igitur rectæ rationi, & Dei iuſtitiæ conueniens, vt grauius puniatur: ita Albinus: *Non timuit originali peccato fratris homi-* Alb. in Ge.
*cidij ſuperaddere ſcelus, ideo maiori maledictione dignus habetur.*

*Inuidia ad homicidium tranſit.*

382 *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram.* Cur hac pœna hunc fratricidam punit, cum eadem ipſum

dæmonem punierit? Dixit illi Deus quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, reſpondet D. Chryſoſtom. hom. 19. quia eadem quæ dæmon operatus eſt, Cain commiſit: hæc ratio non videtur admittenda, quia fratrem interemit, quod non legimus de ſerpente: dico tamen, ſicut Diabolus inuidia motus mortem induxit: ſic Cain ex inuidia ad fratri-
Chr. ho. 19 in Gen. cidium proſiluit: ita D. Chryſoſtom. vbi ſupra: *Nam ſicut Diabolus qui odio, & inuidia mouetur, ferre non potuit tot ineffabilia beneficia quæ in hominem ab initio collata ſunt, inuidia ad deceptionem extimulatus eſt quæ mortem induceret, ita & hic Deum ergà fratrem ſuum videns beneuolentia magna affici, ex inuidia ad homicidium proſilijt.*

### *Impius nedum in ſe maledicitur, ſed etiam in ſuis.*

382 *Maledictus eris ſuper terram*: Tertullianus propter quod maledicta? Vidimus etiam maledictionem datam fuiſſe primo parenti, ſed non eodem modo, nempe maledicta terra in opere tuo, cur variatus eſt modus meledicendi Cain, ita vt non ſolum Cain maledicatur, ſed etiam terra? Aduerte maledictionem Cain non pertinere ad vniuerſum genus humanum, ſed tantum ad impios: maledictionem autem ſuperiorem genus humanum ſpectare, inter quos plures iuſti futuri erant: dicas igitur ſolum terram maledici, cum punitur Adam: cum autem Cain, ipſummet maledici: quia non ſolum impij maledi-
Ferus. cuntur, ſed etiam externa illorum: ita Ferus: *Atque hinc videmus differentiam bonorum, & malorum, impiis ne dum externa maledicta ſunt, ſed etiam ipſi maledicti: pij autem tantum in externis maledictionem ſentiunt.*

### *Maledictionis ſuæ vnuſquiſque ſibi author.*

383 *Maledictus eris ſuper terram*: Quamuis iam inquiſierimus cur dictum non ſit à Deo: ego te maledico, non alienum erit iterum ſciſcitari, cur ſicut cum benedicit aliquid Deus, ait benedico te, vt ha-
Matt. 25. bemus Matth 25. cum dictum eſt electis, venite benedicti patris mei, cùm autem maledicuntur reprobi, ſolum eis dicitur, diſcedite à me maledicti: non autem additur à me, nec à patre meo? Ita ſimiliter nunc non ait maledictus Cain à me? Ideo non addit, *à me* in maledictione, vt ſciat vnuſquiſque ſe ipſum ſuæ maledictionis auctorem: ita Origenes
Origen. Matth. 5. hom. 9. in Matthæum: *Benedictionis quidem miniſtrator eſt Deus, maledictionis autem vnuſquiſque ſibi eſt auctor, quia maledictionis dignam operationem habemus.*

### *Ex loco maledicto, delitiarum illecebra promanant.*

*Maledictus eris ſuper terram.* Vel vt habet D. 384
D. Hieron. Hieronym. cap. 25. in Ezech. verſ. 17. maledicta terra quæ aperuit os ſuum, Hebræorum vera traditio eſt ſecundum prædictum doctorem, campum in quo interfectus eſt Abel à patricida Cain, fuiſſe in Damaſco, nunc inſpiciamus quid dicatur verſu citato, cap. 27. Ezechiel. Damaſcus negotiator tuus in multitudine operum tuorum, in copia diuerſarum opum, in vino pingui, in lanis coloris optimi: quomodo ex campo Damaſceno tot voluptatum illecebræ, tot delitiarum irritamenta, imo tot peccatorum occaſiones? Ibi enim cum ab Ezechiele eorum fit mentio, non in bonam ſed in malam partem accipiuntur, forte ex maledictione ex qua quid poteſt pullulare, niſi peccatorum incitamenta? Hoc fere innuit D. Hieronym. dicens; *De hac igitur terra cui*
D. Hieron. *dictum eſt, maledicta terra quæ aperuit os ſuum, & hauſit ſanguinem fratris tui, Tyri nundinæ congregantur, & vinum pingue, & lanæ ſplendentes*, quaſi diceret, fructus illius terræ maledictæ illecebræ voluptatum.

### *Qui ſeminat aliquid impium, ſuſcipit maledictionis effectum.*

*Maledictus eris ſuper terram.* Siue vt habet D. 385
Baſilius Seleuc. & nunc maledicta terra in opere tuo, cur addit in opere tuo? vt ſignificet quod cum eam coluerit, tribulos & ſpinas germinabit, quomodo & non fructus abundantes, ſed potius quid nociuum, vel ſaltem inutile? inſpice quid ſeminauerit niſi ſanguinem fratris ſui impie effuſum? non mirum eſt igitur non fructus ſuaues ex ea ſuſcipere, ſed ſolum quid inutile, quia qui ſeminat aliquid impium, quid poteſt colligere niſi maledictionis effectum? ſic Baſilius Seleuc. citatus orat. 4. *Fraterno*
D. Baſil. *ſanguine terram irrigaſti, & in eam nefarias bullas immiſiſti, parem fructum cape.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XII.*

*Vlg.* Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos, vagus & profugus eris ſuper terram.

*Septuagint.* Quando operaberis terram, & non adiiciet virtutem ſuam dare tibi, gemens & tremens ſuper terram.

*Cald.* Quando, &c. non dabit tibi amplius virtutem ſuam, inſtabilis & tranſmigrans eris in terra.

*Pagnin.* Quando coles terram, non addet vt det fructum ſuum, &c.

*Arias*, Non addet da[illegible] robur ſuum tibi.

*Caietan.* vim ſuam.

*D. Ambro.* Quoniam operaberis terram, non augebit dare virtutem tibi.

*Procop.* Si excolueris humum, &c. eris mobilis, & inſtabilis.

*Calat.* Vagus & inquietus eris.

*Gregor. Venet.* Nutans.

*D. Macharius*, Anguſtia & tremore teneberis, atque tremore agitaberis ſuper terram.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

COchab כחו fructus ſignificat, vt optime vertit noſter interpres, quamuis alii robur, vim, ſiue virtutem legerunt, ſumentes cauſam pro effectu, à virtute enim terræ prouenit fructus: *non addet dare.* Hebraiſmus eſt, quem non eſt ſequutus ſapienter noſter tranſlator, ſed verbis clarioribus expreſſit: in Hebræo legimus

mus גנ naa quod mobilem ſignificat, ſeu inſtabilem, נד nad autem cõmotionem: vnde varietas verſionum Caldæi, Procopij: Septuaginta legere, *gemens & tremens*, quod à quibuſdam minus bene poſitum exiſtimatur, tamen cum apud omnes patres tam Græcos, quam Latinos, conſtet Cain poſt peccatum tremulum fuiſſe, credo Septuaginta occaſione etiam vocum Hebraicarum in ſua verſione id inſinuaſſe: etenim nad motionem corporis ad modum ebrij ſignificat, in Pſalm. 107. Ianhu id eſt moti ſunt, ſicut ebrius, & nad altera dictio, motionem capitis, & iam importat, in Pſal. 59. Ianoud id eſt qui conſolatetur me, quod intelligitur mouendo caput, ſicut conſueuerunt Hebræi facere, vtrumque igitur Spiritus Sanctus in his verbis intelligi voluit, & quod vulgatus expreſſit, & quod etiam non ita apertè inſinuauit, ſicut Septuag.

## EXPOSITIO VERSVS XII.

C*VM operatus fuerit eam, &c.* Intolerabile eſt agricolæ maximo cum dolore ſeminanti, & tamen poſtea fructua non colligenti, ideo maledictionis diuinę primus effectus ſẽſibilis eſt illa pœna grauiſſima, quod ſcilicet vt fœcunda recipiet ſemina, ſed tanquam ſterilis nec germinabit, nec producet.

*Vagus & profugus eris ſuper terram.* Vagus per diuerſa loca & incerta, profugus ab hominibus, eorũ ſocietatem fugiens: cum autem Septuag. legant gemens & tremens, gemens ex dolore pœnæ ſibi inflictę, tremens anima ex mala conſcientia, tum corpore, quia tremore totius corporis fuit excruciatus.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Punitio alicuius, in aliorum eruditionem.*

386 V*Agus & profugus eris ſuper terram.* Siue vt habent Sept. gemens & tremens: cur Deus eũ gemere, & continuo tremere vult, nonne cito eum grauiſſimo ſupplicio potuit punire? puniat ergo, & debitas luat pœnas, ideo continua punitio in fratricidam exercetur, vt ea omnes admoneret ſui officij, eoſque auerteret à ſimili pœna: ſic elegãter D. Chry. ho. 4. de verſ. Iſa. vidi Dominum, *Anima peccauerat admiſſo parricidio, & corpus illius paralyſi tactũ eſt, idque iure optimo: quamobrẽ gemens & tremens eris ſuper terram, & circumibat Cain omnibus loquens, ſilentio vocem edens, ſilentioque erudiens, lingua tacebat, & cætera membra clamabant, cunctiſq; exponebat cur gemeret, cur tremeret: fratrem occidi, parricidium admiſi: quod poſtea Moyſes ſcripto narrauit, ille rebus ipſis omnibus loquens obambulabat, non occides, vidiſti os ſilens, & rem vociferantem, vidiſti ſupplicium verſum in eruditionis materiam.* (D. Chryſo.)

*Peccans ſine exemplo, ſine exemplo punitur.*

387 *Vagus & profugus eris ſuper terrã.* Vel vt habent alij, gemens & tremens, ſiue ſuſpirans: eximium certe ſupplicium videtur, ita vt nunquam à lachrimis, & à gemitibus poſt illud ſcelus ceſſauerit, ac tremẽs eſſet viſus, & fœdus occurrerit ſine loci ſtabilitate, ſed perpetua vagatione; verum non mirum tali ſupplicio puniri, quod nondum viſum fuerat, ſed poſtea auditum, quia qui ſine exemplo peccat, ſine exemplo punitur: ita Lip. *Meritò quidem pœna tanta plectitur Cain, quia occidit ex malitia, data opera, admonitus etiam à Deo, ſine exemplo,* aduerte illud vltimum, quaſi diceret, pœna certe grauis, ſed eo digna, quia ſine exemplo peccauit. (Lippom.)

*Punimur ne grauiora crimina committamus.*

388 *Vagus & profugus eris ſuper terrã.* Hanc pœnam imponit parricidæ, ſed cum Deus ſit patientiſſimus, cur illius non diſtulit ſupplicium? quia impius niſi ſtatim puniatur, ad alia grauiora crimina ſe accingit: ſic Procop. *Si magnum & enorme hoc ſcelus impunitum reliquiſſet, profectò Cain ad alterum, & forte maius deſignandum properaſſet.* (Procop.)

*In quo quis peccat, in eo punitur.*

389 *Vagus & profugus eris ſuper terrã.* Vel vt habent

A Sept. gemens & tremens, ita perpetuo corporis tremore fuit excruciatus, vt nec manus illi inſeruire poſſent ſine maxima difficultate ad neceſſaria; ſi pręcipis vt operetur terrã, cur ſtabiles manus non concedis, quibus vti facile poſſet? ſed obſerua quæſo manus fuiſſe inſtrumentum homicidij: rectè igitur punitur in manibus; quia in quo quis peccat, in eo caſtigari debet: accipe cit. Proc. *Non facile quiuit vel cibum, vel potum admouere ori poſt impium illud perpetratum facinus, nec etiam manus in rebus neceſſariis inſeruire quiuerunt.* (Procop.)

*Deus mitius agit cum peccata confitentibus.*

B *Vagus ſuper terram, cum operatus eam fueris non dabit tibi fructus ſuos.* Dixit Deus Cain, Adam autẽ condemnans, ſic loquitur, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ: minor pœna certe imponitur Adam, quam Cain; nam minus eſt terram colere, & nihil ex ea colligere: ergo Deus grauiorem Caino imponit pœnam? Nonne diximus Adam ſuam nuditatem confeſſum fuiſſe, cum interrogatus fuit à Deo, Adam vbi es, non autem Cain? Ne mireris ergo non tam grauem Adam impoſitam eſſe pœnam quàm Cain, quia Deus mitius agit cum ſua peccata confitentibus: ſic Rupert. *Hæc diuinæ æquitatis eſt* 390 (Ruppert.)

C *regula, vt ſi ſemetipſum accuſet homo, tunc mitius cum eo agat miſericordia Dei, ſi autem homine tardante, priorem Deum oporteat loqui, & narrare quid homo fecerit, tunc diſtrictius puniat atque corripiat,* & D. Ambr. lib. de pœnit. cap. 5. *Frangitur commotio iudicis vbi pœnitudinis, & ſeueritatis enixa diſtrictio confeſſionis oppugnatione lenitur.*

*Qui alios mediante morte viribus corporis priuant, in pœnam ſuis ipſi priuantur.*

D

*Vagus ac profugus eris ſuper terram,* Septuagintá transferunt, gemens, & tremens eris ſuper terram, cur quæſo hac pœna tremoris afficit Cain qui ante ſanguinem & cædem aſpirabat, qui proprium fratrem non timuit occidere? Ideo hac pœna mulctat nempe timore, ſeu virium deſtitutione, quia qui alios morte mediante viribus corporis priuant, ipſi ſuis deſtituuntur: ita D. Chryſoſtom. hom. 19. in Geneſ. *Quia abuſus es robore corporis, & membrorũ viribus, propter hoc continuum tremorẽ & metũ tibi infero, &* 391 (D Chryſ.)

Procop. *cum corporis virtute eſſet abuſus, priuatus*
*eſt corporis quoque firmitate.*

### *In maiorem pœnam, Deus nos vult habere pæſens noſtrum crimen.*

*Vagus, & profugus eris*, Gement & tremens eris
392. ſuper terram, ſecundum tranſlationem Septuagint.
cur continuo tremore & timore voluit Cainum cō-
cuti & percelli? Vt præ oculis impium facinus ſem-
per haberet, & iugem illius memoriam: ita citatus
D. Chriſo. Chryſoſtom. *Propterea tibi continuum timorem, &*
*metum infero, vt ipſe habeas iugem admonitionem,*
*& memoriam huius nefandi ſceleris.*

### *Peccatori non vnum, ſed plurima mala imminent.*

393. *Vagus & profugus eris ſuper terram*, Septuagint.
eris gemens & tremens ſuper terram. Caldaica ver-
ſio, erit inſtabilis, & tranſmigrans in terra: ô Deus
miſericordiſſime, nōne vnū ex his malis ſufficiebat,
ſaltem præſens, nempe vt gemat, vt ſit vagus? Cur
ergo adhuc tremens cū futura mala reſpiciat timor?
quia peccatori non vnicum, ſed plurima mala im-
D. Ambro. minent: ſic D. Ambroſ. *Omni improbo mala adſunt,*
*& affutura ſunt, quæ adſunt, triſtitiam operantur,*
*quæ futura ſunt formidinem, ſed improbum plus præ-*
*ſentia quàm futura ſolicitant.*

### *Peccator ſemper formidat.*

394. *Vagus & profugus eris ſuper terram*, Cur vulgatus
noſter interpres vt extenſiori modo pœnam Cain ſi-
gnificaret, non legit ſicut Septuagint. eris gemens,
& tremens? Non addidit equidem, certum eſt enim
non ſolum Cainum, ſed quemlibet peccatorem con-
Gre. Mag. tinuo timore affici: ita D. Greg. Mag. lib. 13. Moral.
ca. 12. *Mens praua eſt ſemper in laboribus, quia aut*
*molitur mala, quæ inferat, aut metuit ne hæc ſibi ab*
*aliis inferantur, cui ergo trāquillitati ſecuritas deeſt,*
*hæc proculdubio terroris ſonitus ſēper in auribus eſt.*

### *Suauiter non ſemper debet puniri peccator.*

395. *Vagus & profugus eris ſuper terram*, Deinde his
non contentus alias ſubiungit pœnas, cum ipſamet
benignitas ſis, ô Deus miſericors, cur vnicū peccato-
rem tot ſuppliciis condemnas, non exiguit quidem
ſed grauiſſimis? Quia peccatoris crimina non ſua-
D. Iſidor. uem, ſed pœnam grauiſſimam merentur: ſic D. Iſi-
Deuter. 14 dorus Hiſpalenſis exponens hæc verba ca. 14. Deut.
non coques hœdum in lacte matris ſuæ, ait: *Hœdus*
*ſic ſub peccatoris figura introducitur, proinde peccans*
*non eſt coquendus in lacte matris ſuæ, id eſt non eſt*
*purgandus mediocribus tenerrimiſque Eccleſiæ diſci-*
*plinis, ſed auſterioribus præceptis eius ſunt excoquen-*
*da peccata, cuius magna ſunt crimina, vt qui per la-*
*ſciniæ blandimenta ſe perdiderit, fortiori diſciplina ſe*
*redimat.* Hoc accommoda ſuppliciis grauioribus
Caini, qui ſeuere eſt punitus à patre ſuo omnium
creatore propter grauiora peccata.

### *Ex ingratitudine, ſterilitas terræ.*

396. *Vagus & profugus, &c. cum operatus fueris terrā,*
*non dabit tibi fructus ſuos.* Si Deus imperauit terræ
vt germinaret, produceretque fructus, cur ſaltem cū
exculta eſt, non fructificat Caino? nota ingratiſſimū
Deo fuiſſe: non mirum terram excultam non dare
fructus ſuos, quia ex ingratitudine ipſius terræ ſteri-
litas prouenit: ſic D. Amb. l. 2. de Cain & Abel ca. 6.
*Quia ante omnia non debuit deferre primitias, vt à*
*gratia inchoaret, &c.* Ac ſi diceret, ingratus fuit,
puniatur.

### *Timor indiuiduus comes peccati.*

*Vagus & profugus eris ſuper terram.* Vel vt Amb. 397.
gemens & tremens, cur eum trementem voluit eſſe,
ita vt ſenſus ſit fugies, ad diuerſa loca propter timo-
rem? voluit continuo eum timore cruciari propter
peccatum, vt indicaret illum indiuiduum comitem
peccati: fauet Abul. *Erat timor ſibi quædam quoti-*
*diana afflictio data in pœnam peccati, vt de omni-*
*bus timeret.*

### *Peccator punitus, quia non acquieuit Dei conſilio, animata lex aliis eſt.*

*Vagus & profugus eris ſuper terrā.* D. Baſil. Sel. 398.
tremens & gemens eris ſuper terram: cur motu con-
tinuo tremoris eum percuſſiſti, cum tot ſint alia ſup-
pliciorum genera? nota Cainum noluiſſe Deo dicen-
ti quieſce, acquieſcere: recte igitur perpetua tum
vagatione, tum continuo tremore afficitur, vt aliis
lex animata eſſet, ni vellent quieſcere, ſeu potius
Dei mandatis acquieſcere, tremore etiam agitaren- D. Baſil.
tur: ita cit. Baſil. orat. 4. *Tremens obambula, anima-*
*ta lex videntibus occurrens, lex inquam atramenti*
*vice trepidationis nota conſcripta, malum tacere neſ-*
*cium intuentibus ſit hortamento, & perturbata na-*
*tura quietem ſuadeat*, ac ſi diceret, noluiſti quieſce-
re, perpetuò agitaberis.

### *Iudicium Dei in peccatores adeo iuſtum eſt, vt etiam inanimata ſi cognoſcerent ipſum, tanquam iuſtum approbarent.*

*Cum operatus eam fueris, non dabit fructus tuos.*
Cur non dabit, ſi omni cum humana induſtria coli- 399.
tur, fœcundatur, ſi ſemina recipiat? ex hac fructuum
negatione, eo modo quo poteſt terra, ſententiam
condemnationis à Deo in Cainum factam appro- Serap. Por.
bat: fauet Serap. Port. *Hinc habes quod creatura etiā*
*inanimata (in hominum confuſionem dictum ſit) ze-*
*lat pro Dei ſui honore, dum honoris diuini contem-*
*ptores affligit.*

### *Peccator infinitis perturbationibus agitatur.*

*Vagus & profugus eris ſuper terram.* Cald. inſta- 400.
bilis, Galat. inquietus, Proc. mobilis, Amb. gemens
nonne ſufficiebat quod Cain eſſet vel vagus, vel tre-
mens, vel gemens, aut inſtabilis? cur ergo tot paſſio-
nibus angitur? Aduerte Cain eſſe imaginem & ty-
pum omnium peccatorum, optime ergo dicitur ſe-
cundum varias verſiones, quod non vnica, ſed mul-
tiplici perturbatione torquebitur, quia peccatores
huius ſæculi mille anxietatibus perturbantur: ſic S. S. Mach.
Mach. hom. 5. *Sic genus Adæ quod in mandatum*
*commiſit, & ob id peccato factum obnoxium, imagi-*
*nem illam intus obtinere cœpit agitatum aſſiduis co-*
*gitationibus timoris, metus, & omnimodæ pertur-*
*bationis.*

### *Peccator non ſolum in hoc ſæculo, ſed in alio punietur.*

*Vagus & profugus.* Septu. gemens & tremens eris 401.
ſuper terram, ſi tremor eſt de malis futuris, cur non

punitur omnino præſentibus, vt maiores & intenſiores delicti ſui lueret pœnas: recte additur tremẽs, quod futuram punitionem expectar, gemens, quod præſens ſupplicium cernit, ad innuendum peccato-

A rem non ſolùm in hoc ſæculo, ſed in futuro ſuppliciis torquendum: ita Ferus, *Gemens erat propter præſentia mala, & tremens propter futura in alio ſæculo, in vtroque enim ſæculo impij puniuntur.* Ferus.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XIII.*

*Vlg.* Dixitque Cain ad Dominum, maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear.

*Septuagint.* Maior mea cauſa eſt quam vt dimittar.

*Cald.* Magna eſt iniquitas mea vt dimittatur.

*Pagnin.* Maior eſt punitio mea quam vt feram; ſic *Oleaſter.*

*Arias,* Maior iniquitas mea quam parcere.

*Caietanus.* Magnum peccatum meum de leuari.

*Vlg. Ant.* Maior iniquitas mea quam vt dimittar.

*Vatab* Maior eſt pœna iniquitatis meæ quam vt ferre poſſim.

*Tertull.* Maius delictum meum quam vt remittatur.

*D. Hieron.* Maior eſt cauſa mea quam vt veniam merear.

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

VBi habetur in Hebræo magnum peccatum de leuari, vel ad leuandum, ſenſus eſt, maior iniquitas mea quam vt dimittatur; leuari enim idem eſt ac remitti, & ſic concordat cum aliis præter quam cum Pagnino & Vatab. qui ſumunt peccatum pro pœna peccati: vertunt enim maior punitio ſeu pœna, עון gauon enim in ſcriptura etiam ſumitur pro pœna, vt 2. Reg. 7. verſ. 9. & Thren. 4. verſ. 6. tamen prior lectio de iniquitate verior eſt.

### EXPOSITIO VERSVS XIII.

M*AIOR eſt iniquitas mea quam vt veniam merear*: Cum alii pœnam intelligant, duplex ſenſus erit in his verbis: ſic legatur peccatum, vel iniquitas, primus erit, maius delictum eſt meum omni venia quam à Deo expectare poſſim, & ſic deſperans omnino de Diuina miſericordia, hæc verba protulit: ſi autem legatur punitio, ſecundus ſenſus erit, maior eſt pœna quam infert mihi Deus, quam vt ferre poſſim, ſed prior ſenſus magis genuinus eſt.

### CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Deſperatio præcipitat in infidelitatem.*

402 M*Aior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear,* Deum agnouiſti quamuis in diuerſa lapſus fueris peccata, quomodo igitur infidelis factus es? qui enim Deum miſericordem non credit, contaminatus eſt infidelitate: ne miremur infidelẽ, deſ-

D. Antioc. peratio enim ad infidelitatẽ nos protrahit: ita D. Antioch. hom. 27. de deſperat. *Deſperatio hominem rectà præcipitat in infidelitatis barathrũ adeo inclementer, vt nihil illi reliquum faciat ſperãdæ ſalutis.*

*Deſperatio effectus maledictionis diuinæ.*

403 *Maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear.* Vndenam hæc deſperatio tibi contigit? inſpice quid dictum ei fuerit à Deo, maledictus es ſuper terram, deinde, vagus & profugus, vel vt habet Machat. anguſtia tenebris, optima quidem verſio, deſperatio enim maledictionis effectus, & maxima anguſtia: ita

Antioch. cit. cit. Antioc. *Deſperationis perturbatio cæteras paſſiones facile anteit, & grauitate, & inexplebili angore.*

*Deſperatio ex multitudine peccatorum.*

404 *Maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear.* Cur finem non impoſuiſti peccatis tuis? nonne ſatis grauibus animam fœdaueras? cur igitur de Dei miſericordię non confidis, ſed deſperas? nonne ſacrilegium commiſit, male offerens Deo ſacrificium? ſcimus liuoris ſtimulo agitatum, in fratrem, Deum

D contempſiſſe cum conſuluerat vt quieſceret, cui tamen non obtemperauit, verba blaſphemiæ protuliſſe, cum eſſet in campo cum fratre Abele, & tandem eundem met fratrem interemiſſe: Non miror igitur deſperaſſe: ex multitudine enim peccatorum, originem trahit deſperatio, ita D. Cæſar. Arela. Epiſc. qui cum moneret pœnitentiam non eſſe differendam, nec remedium peccatorum mortifera diſſimulatione negligendum, ſubdit: *Non intelligentes quod de multitudine peccatorum deſperatio naſcitur.* Cæſ. Arel. hom. 13.

*Deſperatio omnium criminum præcipitium.*

E *Maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear,* Non legimus pœnitentiam egiſſe, ſed quaſi 405
immemorem Dei tandem reprobum factum fuiſſe: quod non contigit niſi ex aliis ſceleribus commiſſis præter deſperationem, cum longæuam duxiſſet vitam: vnde tot ſcelera? Niſi ex deſperatione quæ omnium peccatorum eſt præcipitiũ: ita citatus D. Cæſarius: *Ex deſperatione abſque vlla reuerentia peccatorum fræna laxantur, & impletur illud quod ſcriptum eſt, impius cum venerit in profundum, contemnit.* D. Cæſar. Prou. 18.

*Deſperare ſolitus eſt impij.*

*Maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear,* 406

Dixit Cain omni ſpe amiſſa diuinæ miſericordiæ, nonne parentes tui in plura lapſi ſunt peccata? Non enim ſolum inobedientes, ſed ſuperbi & gloriæ cupidi, nec non gulæ dediti, & tamen non legimus in laqueum deſperationis incidiſſe, cur igitur ad eorum exemplum miſericordiam Dei non inuocas? Cur de eius bonitate diffidis? Aduerte primos parẽtes peccatores quidem fuiſſe, Cain autem peccatorem & impium: non igitur illi deſperauere, ſed ſolus Cain, ſolius enim impii eſt deſperatio: ſic D. Damianus Opuſculo 7. cap. 23. *Caue ne te barathrum deſperationis abſorbeat, mens tua fiducialiter ex diuina pietate præſumat, ne pro magnitudine criminis impœnitens obdureſcat: non eſt enim peccatorum deſperare, ſed impiorum, nec magnitudo criminum in deſperationem adducit animam, ſed impietas.*

D. Dam.

## *Nunquam deſperandum.*

407 *Maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear,* Dixit deſperans Cain, accuſatur tanquam impius peccator, quod de diuina miſericordia deſperauerit, nonne turpiſſimis fuerat criminibus fœdatus, ita vt maiora fere non poſſint concipi? Cur igitur in Dei bonitate confidei? Quia cum miſericordiæ Dei nulla ſit menſura, nec numerus, & infinita fuerit peccatorum noſtrorum multitudo, nũquam tamen deſperandum: ſic D. Baſil. Mag. in regulis breuioribus interrogatione 13. *Si fieri poteſt, vt multitudo miſerationum Dei numeretur, & magnitudo miſericordiæ, menſura illa comprehendatur collata cum magnitudine peccatorum, adhibeatur ſane ſi libet deſperatio: ſi autem hæc & magnitudine poſſunt & numero definiri (miſericordia autem Dei, & miſerationes neque magnitudine vlla poſſunt neque numero circumſcribi) ſine dubio non eſt cur deſperatio adhibenda ſit, ſed agnoſcenda miſericordia Dei, & commiſſa peccata deteſtanda.*

D. Baſil.

## *Deſperatio, ex triſtitia nimia.*

408 *Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear.* Miror te in deſperationem incidiſſe, cum Dei infinitam erga te miſericordiam agnoueris, poſtquam enim ex auaritia munus indignum ei obtuliſti, nulla te pœna affecit, ſed indulgere deſiderans, dixit vt quieſceres: poſt fratricidium idem eſt Deus, eadem in eo miſericordia, cur igitur Deo diffidis? Scimus iracundum fuiſſe Cain & mœſtum, dixit enim Deus ei, quare iratus es, & vt habent Sept. quare triſtitia affectus es? in diuinæ miſericordiæ diffidentiam incidit forte, & in veniæ deſperationem: deſperatio enim pluries ex mœrore, & iracundia oritur: ait enim D. Laur. Iuſti. de diſcipl. & perfect. monaſticæ conuerſat. c. 16. *Aduerſarius paulatim aggregat dolorem, aggrauat delictum, accendit triſtitiam, & aufert ſpem, ne prius hi inſidiatoris calliditatem agnoſcunt, quam in foueam cadant deſperationis, re enim vera puſillanimis, iracundis, & ſpiritu triſtitiæ aſſuetis valde pernicioſa eſt propria conſideratio, & frequens lapſus, ex his namque abundans triſtitia, & deſperatio generantur, quæ omnia animæ robur extinguunt.*

D. Laur.

## *Vnica deſperatio magis implacabilem reddit Deum, quam infinita aliorum peccatorum multitudo.*

409 *Maior eſt iniquitas mea, quã vt veniam merear.* Ante hanc deſperationem legimus Deum cum eo ſe benigne habuiſſe, nam poſt male oblatum ſacrificium, ſtatim ei Deus, vt à peccato reuocaret, loquitur dicens, in foribus peccatum, quieſce: poſt parricidium commiſſum, ad peccati confeſſionem inducit, vt veniam largiatur Cain ait, vbi eſt Abel frater tuus? ſed poſt hoc crimen deſperationis, non legimus niſi cum eo ſeuerè tractaſſe: eiecit enim eum à facie terræ, mortem quam petiit non obtinuit, ſed longiorem vitam, vt diuturnius calamitatum multitudine angeretur, & cruciaretur, permiſit: quomodo tam mitis ante deſperationem, tam ſeuerus poſt eã? quia nihil ita implacabilem reddit Deum, quam vnicum deſperationis crimen: ita D. Dacrian. Abb. in ſpeculo monacho. in fine. *Mi frater ſi (quod Deus auertat) contigerit tuum ædificium collabi, inſtanter ſtatim opus diſiectum, & felicius reædifica quam prius, ſi millies & ſæpius corruerit, toties repara, quoties corruet, nunquam de Dei miſericordia deſperaueris, neque enim innumerabilis horrendorum, enormiumque criminum multitudo ſic Deum nobis reddit implacabilem, ſicut vnica deſperatio: nã qui diffidit de venia, Deum miſericordem & omnipotentem eſſe negat, in Spiritum blaſphemus eſt.*

Dacr. Abb.

## *Deſperans, cibus dæmonis delicatiſſimus.*

410 *Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear.* Si peccata ſunt cibus & alimentum diaboli, nonne ô Cain peccatis præcedentibus dæmonis inediæ ſatisfeciſti? & dæmon cur parricidio, & ſacrilegio non es ſatiatus, ſed vlterius deſperationem illius experiſti? expetiit, quia nullus ei cibus delicatior, nec gaudium intenſius, quam deſperatio: ita fere D. Antioc. ho. 27. *In cibum illis iam vertitur,* deinde ſubiungit, *aliud nihil deſperatio, quam perfectum diaboli gaudium.*

D. Antioc.

## *Qui deſperat, mentitur.*

411 *Maior eſt iniquitas mea, quã vt veniam merear.* Solum exiſtimabitur contra ſpẽ delictũ commiſiſſe, ſiquidem deſperatio moraliter opponitur actui ſperandi: ſed fallitur qui ita exiſtimat, non enim contra ſpem ſolam deliquit, ſed veritati mentitus eſt: vnde D. Bern. ſer. 11. in Cant. ait, *Mentiris Cain, maior eſt Dei pietas, quam quæuis iniquitas.*

D. Bernar.

## *Deſperans neceſſariò condemnatur.*

412 *Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear.* Quid agis Cain, cum de diuina miſericordia non confidis? damnationem enim tuam infallibilem incurris, cur infallibilem potius ex deſperatione quam ex alio crimine? Aduerte cum aër nullũ aditũ habet ingrediendi corpus, neceſſario pereundũ eſt, Spiritus ſanctus autẽ eſt quaſi aër refrigerans, & animam viuificans donis ſuis: deſperatio autem impedit illius ingreſſũ, oppoſita enim eſt illius miſericordiæ, recte ergo dictum eſt, quod deſperans neceſſario cõdemnabitur: ita D. Aug. l. 58. hom. ho. 27. *Quomodo qui ſibi collum ligant inde ſe occidunt, quia non ad eos intrat Spiritus aeris huius: ſic illi qui deſperãt de indulgentia Dei, ipſa deſperatione intus ſe ſuffocant, vt eos Spiritus ſanctus viſitare non poſsit.*

D. Auguſt.

## *Qui mortis memoriam habens non melioratur, deſperatæ ſalutis eſt.*

413 *Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear.* Dixit de miſericordia Dei deſperans, quomodo in tam grauem incidit culpam, nempe deſperare de ſalute animæ ſuæ, & de peccatorum condonatione? nota quod Cain, qui poſt mortem fratris ſui eam præ oculis habens, melior non eſt factus, imo impudentior,

tiot; negans delictum ſuum: ne mireris in deſperationem incidiſſe, quia qui mortis memoriam non timet, deſperatæ ſaluus eſt; frænum etiam deberet eſſe validiſſimum, ad reſiſtendum peccato: vnde Lucas Abb. in illa verba, fortis eſt vt mors dilectio, qui poſtquam ait. *Qui eam contempſerit*, addit hanc regulam, *quiſquis ſpernere attentauerit æmulando, ſuperbiæ duritie inferni diabolo comparatur, qui nunquam pœnitendo, & ſua duritie molleſcere poteſt.* A

Luc. Abb. in cant.

*Effectus homicidij, deſperatio.*

414 *Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear.* Quomodo in tam infandum deſperationis ſcelus incidiſti? nonne Deo male obtuliſſe munera, fratrem violenter occidiſſe ſufficiebat? quomodo ergo cumulum peccati commiſiſti? ne hoc quæſo ſciſciteris, cum ſcis fratricidam fuiſſe, vnus enim ex effectibus homicidii deſperatio eſt: ita noſter Ioan. Gritſi. ſer. 39. Sabbatho ante palmas. *Ecce primum malum homicidij quo Cain in deſperationem cecidit; putabat enim quod peccatum ſuum tantæ grauitatis eſſet, quod non poſſet mereri veniam.* B

Ioa. Gritſi.

*Intempeſtiua confeſſio non admittitur.*

415 *Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear.* D. Chryſoſtom. in his verbis agnoſcit abſolutam confeſſionem, ſi ergo confeſſus eſt peccatum, quomodo non eſt adeptus veniam? Nota quod tam lata in eum ſententia erat, & quod antea interrogatus delictum noluit confiteri: dicas igitur ideo non exauditam nec acceptam fuiſſe confeſſionem, quia nimis intempeſtiua. ſic D. Chryſoſtom. homil. 19. *Ecce, inquit, aliquis confeſſus eſt, & ſic confeſſus eſt, vt omnem excederet diligentiam, ſed nihil inde lucri delecte, intempeſtiua enim confeſſio eſt, hoc enim facere oportebat tempore congruo, quando adhuc impetrari poterat à iudice miſericordia: oportebat enim cum interrogatur à Domino vbi eſt Abel frater tuus, confiteri peccatum, & procidere, & veniam petere; ipſe vero ſuam quidem pœnam reiecit, nunc autem poſt ſententiam, poſt finem omnibus impoſitum, poſteaquam clara voce accuſatus à ſanguine in terra iacentis, confitetur, nihilque lucri facit.* C D

Chryſ.

*Confeſſio ſine fide non admittitur.*

416 *Maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear.* Quo affectu Cain hoc dixerit, cum ſcriptum non ſit, cuilibet datur licentia explicandi, vel de deſperatione vel de confeſſione ſui delicti: ſupponamus quod delictum confeſſus fuerit, & confitenti promittitur indulgentia, quomodo criminis ſui veniam non eſt adeptus; aduerte defuiſſe illi fidem de infinita Dei miſericordia: merito igitur huiuſmodi confeſſio repellitur, deficit enim conditio neceſſaria nempe fides: ita D. Damian. ſerm. 58. de S. Andr. qui enucleans gradus confeſſionis, ait: *Dicendum eſt fideliter, vt in fide Eccleſiæ credas ſibi peccata dimitti, quia Cain & Iudas pure & humiliter confeſſi ſunt, ſed nequaquam fideliter, nam alter illud grande ſcelus euomuit, maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear: mentiris latro, quia maior eſt pietas Dei quam quæuis iniquitas, quia miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* E F

D. Dam.



*Confeſſio non libera, eſt ſpecies quædam negationis.* A

*Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear;* 417
Confeſſus eſt certe delictum, miſericordiam tamen non obtinet, cum promittatur venia confitenti; aduerte hanc confeſſionem extortam ex impoſitione pœnæ grauiſſimæ, & ideo foro coactam: non remittitur igitur ei delictum, quia confeſſio inuoluntaria, non eſt talis dicendi, ſed potius negatio delicti: ita Anaſtaſ. Sinaita l. 1. de rectis fidei catholicę dogmatibus, ait: *Ne tu vllo motu ſinas te auocari à libera confeſſione, ſi vere fidelis velis haberi: abnegatio enim cenſetur eſſe huiuſmodi ſubſtractio*, & D. Damian. citato ſermone, *extorta confeſſio non eſt confeſſio, ſed confuſio.* B

Anaſt. Syn.

*Confeſſio ficta non prodeſt.*

*Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear*, 418
Grauitatem peccati agnoſcit, & quaſi per exaggerationem declarat, ita enorme eſſe vt videatur irremiſſibile, & diuinę miſericordiæ indulgentiam ſuperare, ſi culpam agnoſcit, imo & eam fatetur, cur non ei condonatur, non enim legimus fuiſſe ei dimiſſam: aduerte quòd qui non dolet de peccato, ficte confiteri dicitur: Cain autē quamuis confeſſus fuerit ſe Deum offendiſſe non doluit, veniam igitur non eſt conſequutus, ea eſt enim indigna, ficta confeſſio: ſic Rup. in c. 8. Exod. in illa verba, peccaui in Dominum Deum noſtrum & vos, ait: *Non ſatis eſt cuique dixiſſe peccaui, nec prodeſſe poteſt confeſſio ficta aut coacta.* Et Lippo ibid. *confeſſio peccatorum cum fictione etiam ſæpius iterata non prodeſt, ſed ipſa vera vna cum reſipiſcentia & propoſito vitæ melioris.* C

Rupertus.

*Pœnis non emolliri ſignum reprobationis.*

*Maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear*, 419
Iniquitas hic etiam ſumitur pro pœna, quaſi ſcelus eſſet, maior eſt hæc pœna mihi à te iniuncta, quam illam ferre ſeu portare valeam, ſupra vires meas ſupplicium impoſuiſti, quomodo ille impius cum in illum Deus tuliſſet tam grauem pœnam, melior non fit, cum vexatio det intellectum, reſponde non emolliri pœnis, ſignum eſſe reprobationis: ſic Nazia. orat. 15. *Non graue eſt plagis affici, ſed plagis meliorem non fieri grauiſſimum eſt.* D

Nazian.

*Stimulus conſcientiæ magis timendus quam ipſa mors.* E

*Maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear*, 420
Secundum aliquos talis eſt expoſitio huius loci: peccatum meum ingraueſcit, & augeſcit ſi impunitus fuero, mortem igitur expieris? ita ſane, nonne tibi charior eſt vita quam mors; non equidem ii enim viuus permanſero, continuis conſcientię ſtimulis agitabor, quod mihi durius erit quam ipſa mors: ſic Procop. qui inducit Cainum loquentem & Deo dicentem: *Nam niſi damnatus fuero ad mortem, ſubinde grauius torquebor conſcientia delicti.*

Procop.

*Prior te accuſes vt tibi condonetur.* F

*Maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear*, Ait D. Chryſoſtom. orat. 6 aduerſ. Iudæo. peccatum ſuum confeſſum fuiſſe in his verbis, factúque damnaſſe, nullaque excuſatione ſe dignum nec potuiſſe abluere peccata; hoc mihi videtur difficile, nam ſi confeſſus quomodo ei non eſt dimiſſum peccatum,

cum Deus ſe accuſanti libentiſſime condonet? Nonne ait Iſai. 43. Dic tu iniquitates tuas vt prius iuſtificeris? Nota ſe poſteriorem accuſaſſe id eſt expectaſſe donec redargueretur prius à Deo, non ei igitur condonatum, quia vt nobis remittatur priores & libere debemus nos accuſare: ſic D. Chryſoſtom. orat. 6. *Quoniam non dixit quemadmodum iuſſit Propheta, non enim ſimpliciter dixit, dic iniquitates tuas, ſed quid dic tu prior iniquitates tuas, quod quæritur hoc eſt non ſimpliciter eſſe dicendas: ſed prius eſſe dicendas, non expectandam redargutionem accuſantis, hic à Deo quin potius illo redarguente autem non dixit prior, ſed expectauit donec redargueretur negauit, poſtquam autem ſemel factum eſt peccatum palam tum dixit, peccatum, quod quidem iam non eſt confeſſio: proinde tu quoque dilecte cum peccaueris ne expectes vt ab alio accuſeris, ſed priuſquam accuſeris ac deferaris, tu condemna quæ facta ſunt: nam ſi quis alius deinde redarguerit, non iam confeſſionis ſuæ eſt officium, ſed alius qui accuſat correctio: itaque non hoc eſt quod quæritur, vt accuſes teipſum; ſed vt prior teipſum accuſes, nec expectes ab aliis redargutionem, apponit deinde exemplum D. Petr. Petrus inquit poſt illam nefariam obiurationem quoniam celeriter ſuum ipſius peccatum recordatus eſt, nulloque accuſante dixit peccatum, fleuitque amare adeo abluit illam abnegationem, vt etiam primus Apoſtolorum fuerit factus, eique totus terrarum orbis commiſſus.*

Iſai. 43.

D. Chryſ.

*Peccatum quod pœnitentia non diluitur, ſuo pondere ad aliud trahit.*

*Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear.*

422 Nonne tibi dixerat Deus, peccaſti, quieſce? quomodo igitur etiam in atrociſſimum laberis delictum, quale eſt deſperationis ſcelus? an pœnitentia, vel confeſſione fratricidium diluit? imo negauit: non quæras ergo cur adhuc crimen deſperationis admittit, quia peccatum quod pœnitentia non purgatur, ſuo pondere ad aliud nos trahit: ita Sera. Portec. concio 9. qui poſtquam hæc in medium protulit, nempe Petrus negat ſimpliciter Chriſtum, ſecundò negationi addit iuramentum, tertiò negationi & iuramento addit anathematiſationem, concludit: *Et hinc fit faciliter vt primum peccatum ad maius peccatum trahat, non tantum ex natura ponderoſa, ſed etiam ex inſtigatione maiore tentationis.*

Serap. Por.

*Iniuſte conquerimur de Dei iuſtitia, cum punit.*

*Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear.*

423 Ex his verbis ſeueriſſime ab omnibus arguitur Cain, ſed cur tam graui reprehenſione dignos? Nota quod hæc verba poſſunt legi cũ interrogatione hoc modo

A nunquid eſt maior iniquitas mea, quam vt veniam merear? ita vt ſenſus eſſet conquerentia de pœna, qua Deus peccatum plectebat ſuum, quaſi eſſet ſupra peccati meritum, quæ interpretatio conformis eſt proprietatis lectioni Hebr. quæ ſic habet, magna iniquitas mea eſt ea portare, vbi fere omnes verbum *iniquitas*, pro pœna à Deo Cain inflicta ſumunt, & ita legit Pagni. maior eſt punitio mea quam vt feram: iure merito igitur ab omnibus reprehenditur, quia contra Deum, eiuſque diuinam iuſtitiam oblatrabat & conquerebatur, quaſi iniuſtum iudicans, qui cum vltra vires, vltra poſſe, imo vltra meritum caſtigabit, cum citra condignum puniat, ita Abul.

B *Eſt ſenſus, Domine, quare tantũ punis me? nunquid maior eſt iniquitas mea quam vt poſſis mihi parcere,* ac ſi dicat, nõ ideo iniuſte tam graues pœnas infligis. Abul.

*Peccatum non punitum, maius fit, & exereſcit.*

*Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear.* 424

Certe falleris, minima enim Dei miſericordia omnem excedit hominum iniquitatem, quis verborum ergo tuorũ eſt ſenſus? Aduerte ex illis verbis gemens & tremens eris ſuper terram, cognouit non ſe cito

C moriturũ, ait ergo, maius eſt peccatum meum, id eſt, ſi viuero diutius, & non pœna capitali plector, peccatum nõ punitum de die in diem augmentũ capiet, fietque maius: ita Proc. *Quod dicitur gemens & tremens eris ſuper terram, &c. teſtatur quidam illum intellexiſſe ilico vitam ſuam in terra prorogandam quamuis dimitteretur à Domino nullo capitali ſupplicio affectus, quapropter exclamat, maius eſt peccatũ meum, ſi dimittor, & non vltore gladio ferior.* Philo Iud. Pro. Gaz. hic.

*Iratus Deus ſinit peccatorem ſuis deſideriis ſatisfacere.*

D *Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear.* 425

Hanc rationem ſubiicit Philo lib. de confuſ. ling. eſt enim valde graue animam ſineſixoo ſinere indomitam: ſed cum Deus poſſit reuocare mentem quæ in ſuam ruit præceps perniciem, cur id non efficit? cur animum Caini ad fratricidium propenſi non conuertit? quia iratus Deus in peccatorem, ſinit eũ ſuis ſatisfacere deſideriis. *O infinitam,* inquit, *& immenſam miſeriam, omnia quæcunque aggredietur mens dementiſſima, ſuccedent ex ſententia, neque magnus, neque paruus conatus fruſtrabitur vllus, vltro neque paruus conatus fruſtrabitur vllus, vltro negotiis animæ*

E *occurrentibus, & ſeſe præbentibus: nam quiſquis is eſt, non prorſum inſanabilis, optaret ſe conſilio mentis deſtrui, vt aut cum furtum, aut adulterium, aut homicidium, aut ſacrilegium, aut aliquid ſimile tentat committere, ſucceſſu careat, & innumera inueniat obſtacula.*

# *VARIETAS VERSIONVM VERS. XIV.*

*Vlg.* Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero vagus, & profugus in terra, omnis igitur qui inuenerit me, occidet me.

*Septuag.* Si eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero gemens & tremens ſuper terram.

*Calda.* Ecce eieciſti me hodie à ſuperficie terræ, & à facie tua ero abſconditus, & ero inſtabilis, & tranſmigrans in terra, erit omnis qui inuenerit me, &c.

*Arias.* Ecce, &c. abſcondam me à facie tua, & erit vt omnis inueniens me occidet me.

*D. Chryſ.* Si eieceris me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar.

*Procop.* Si eiicis me de ſuperficie terræ, & à vultu tuo expuleris, abſcondar nullus iam exiſtens.

*CONCOR-*

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

QVod legimus in præſenti eiicis, Hebræi habent in pręterito, eo enim vtuntur pro præſenti : circa illas dictiones vagus & profugus, quas Septuag. legunt gemens, & tremens, & Caldę, inſtabilis, & transmigrans, nihil dicendum eſt, præter ea quæ à nobis ſcripta ſunt in concordia verſus vndecimi.

## EXPOSITIO VERSVS XIV.

*ECce eiicis me hodie à facie terræ*, Non permittens me in aliqua conſiſtere regione, ſed de alia in aliam migrare impellis, & cum dulciſſimam deberem habere terram natiuitatis meæ, non permittis in ea me manere.

*Et à facie tua abſcondar*, Quaſi à diuina prouidétia nihil amplius expectaret, ait ab aſpectu miſericordiæ ero alienus, & à protectione tua abſconditus. *ero vagus & profugus*, quaſi ſub nullius eſſem cura & poteſtate.

*Omnis qui inuenerit me, occidet me*, Quaſi dicat quicumque mihi primo occurrerit, me occidet tanquam à te maledictum, & omnibus odioſum, & forte ex deſperatione hęc protulit, ipſam mortem deſiderans, quatenus breui & celeri dolore diuturnas ſibi calamitates eminentes euaderet.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Etiam ipſi reprobi, meliores redduntur punitionibus.*

426. *ECce eiicis me, &c. omnis qui inuenerit me occidet me*, Ait Deus nequaquam ita fiet, plures exiſtimant in hoc fuiſſe Deum ſeueriſſimum : nam cũ remediũ malorum ſit mors, calamitatibus autem fuiſſet condemnatus ferendis, ſatius illi fuiſſet mori quam diutius in eis viuere, tamen D. Chryſoſtom. orat. aduerſus Iudæos in hoc maximam agnoſcit beneuolentiam, & miſericordiam; ait enim, videtur quod à quibuſdam dicitur vehementer atrox eſſe, cum contra declaret Domini beneuolentiam, reddit rationem: etenim volens Deus poſteros ad temperantiam adducere, tale ſupplicii genus excogitauit : nam ſi protinus illum interfeciſſet, abiiſſet quidem peccatum in ſeſe tectum ferens, neque poſteris vllo pacto fuiſſet cognitus, nunc autem multo temporis permiſſus viuere, illo tremore docuit obuios omnes iſto aſpectu, vacillationeque carnis exhortans ne quando ſimilia auderent, ne ſimilia paterentur, ſed anne hæc punitio fuit vtilis etiamne ipſi Caino, cum in hoc deberet lucere Dei miſericordia? Quid enim mihi prodeſt, ſi alii meo exemplo, & punitione redduntur meliores, ego autem ſupplicia ferens in eadem maneo impietate, quã antea? Reſponder idem Chryſoſtom. *Simul & ipſe redditus eſt melior, nam tremor, & timor ac vita cũ anxietate peracta corporiſq; diſſolutio, veluti vinculo quopiã conſtrinxit illum, neque permiſit denuo ad ſimile facinus prorumpere, & punitionis aſsidue cõmonefecit, & interim ipſius animam moderatiorem reddidit.* (D. Chryſ. — D. Chryſ.)

### *Per qua quis peccat, punitur.*

427. *Ecce eiicis me, &c. omnis qui inuenerit me occidet me*, Quare cũ nullus tunc eſſet qui eum vellet occidere, & ſi aliquis fuiſſet, cur non aliam pœnam grauiſſimam ſicut incarcerationem perpetuam, vel aliã huiuſmodi exiſtimauit ſe daturum? Optime ſatisfacit Thom. Angl. *Lex naturalis*, inquit, *ei dicebat quod per quæ peccat quis etiam torquetur*, quaſi diceret, interfecit, timet iure merito etiam interfici. (Tho. Angl.)

### *Impius bona cæleſtia nihili facit, ſi non ei dentur terrena.*

428. *Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua*

A *abſcondar*: Videtis impie minari, te faciem Dei declinaturum, ſi à facie terrę eiiceris? Ita eſt tam impudens & impius vt pręferat bona terrena nempe faciem terræ, ipſis bonis cœleſtibus ſcilicet faciei Dei : ſic explicat Philo. Hebræus: *Quaſi dicat ſi non præbes mihi bona terræ, ne cæleſtia quidem accipio, ſi non datur frui voluptatibus, ne virtutem quidem deſidero, ſi non impertiaris humana bona diuina quoque tibi habeto, nam apud nos neceſſaria, chara, & germana bona ſunt, hæc edere, bibere, veſtiri, ſenſum explere voluptatibus, aurum, honores conquirere : prudentiam vero, fortitudinem, iuſtitiam, res tetricas, & moleſtiam afferentes, miſſas facimus: quod ſi libet eis vti, non vt bonis perfectis vtendum eſt, ſed vt cauſis bonorum, ò ſcelestum caput, ergo priuatus his laruis corporeis, in Dei conſpectum non venies.* (Phil. Heb. li. quod deter. poti. inſid.)

### B *Bona terreſtria poſsidenti, annexus eſt timor & dolor.*

*Ecce eiicis me, &c. vagus & profugus ero in terra.* 429.
Septua. gemens & tremens, Cur Caino competunt timor & dolor? Inſpiciamus nomen illius *Cain*, interpretatur poſſeſſio, officium eius agros colere, & vltra hoc ciuitatem ędificare: ne mireris tremenẽ & dolentem eſſe, quia annexi ſunt hi duo mali affectus poſſidenti bona temporalia, tam in eorum conſeruatione, quam acquiſitione: de hoc timore loquitur D. Aug. lib. de Sancta Virg. cap. 8. vbi explicat hæc verba Pauli ad Rom. 8. non accepiſtis Spiritum ſeruitutis iterum in timore, ait : *Illum timorem credo* C *dicere, qui datus erat in veteri Teſtamento, ne amitterentur bona temporalia quæ Deus promiſerat.* (D. Auguſt. Rom. 8.)

### *Ex peccato omnis conſolatio adimitur.*

*Ecce eiicis me à facie tua, & à facie terræ abſcõdar,* 430
Cur vtrumque aſſeris? Nonne ſufficiebat te dixiſſe à facie terræ abſcondi, non autem à Deo, vel ſolum à Deo & non à facie terræ: Reſpondet Hugo à S. Vict. *Omnem humanam conſolationem putat ſibi auferri, ſcilicet bonitatem hominum & diuinam colloquutionem.* Vide quam graue eſt peccatum, cum omnem non ſolum humanam, ſed diuinam conſolationem adimat. (Hug à S. Vict.)

*Ita miſer eſt peccator, vt omnium perſecutioni ſit expoſitus.* A

431 *Ecce eiicis me, &c. ero profugus & vagus in terra,* Aut timidus & vagus, vt ait Pagninus, cur times? Omnis, inquit, qui inuenerit me occidet me, quid ais Cain omnis qui te inuenerit, ſi diceres aliquis mihi aduerſarios interficiet me, haberes vnde timeres? optime dixit peccator Cain, omnis qui inuenerit me occidet me, quia ita miſer eſt peccator vt omnium perſecutionibus, & inſidiis ſit obnoxius: ſic Oleaſt. *Sicut ſeruū quem toruè princeps intuetur omnes perſequuntur, & vno principe offenſo omnes ſerui ſe offenſos oſtendunt, & ſuo modo puniunt, ita vt ianitor eo viſo iam ianuam claudat, alius vbi arridebat, iam non amplius rideat, ita eū qui Deum offendit, omnes* B *perſequuntur, illique iraſcūtur, ita vt ſi Deus permiſerit, omnes de eo vindictam ſumerent, non mirum proinde ſi talem pauorem, & timorem iniqui patiantur.*

Oleaſte. in Gen.

*Peccator inſtabilis.*

432 *Ecce eiicis me, &c. ero vagus & profugus in terra,* Cur vagum te conſtituis? Selige ſedem & in ea conſtans commorare? Bene vagum & profugū ſedixit futurum, quia peccator omnino inſtabilis & inconſtans: ſic D. Phil. Abb. de ſilentio Cleric. ca. 107. *Vagus & profugus miſer miſerrime tunc habetur, cū vndique deſertus à gratia, ſolo vitio non tenetur, ſed* C *habenis ſolutis per multa, & varia circumfertur, nulli valens reſiſtere, cunctis perſequentibus antefertur, induratus nequitia ad omne reuocantis conſilium obſtinatus, non recordans veniæ, morti perditæ deſtinatus, ad omnem flatum vel impulſum cuiuſque prauitatis fertur, vt ſtipula raptatur vt palea ſuæ vitio leuitatis.*

D. Phil.

*Peccator, omnibus paſſionibus obnoxius, nullique reſiſtens vitio.*

433 *Ecce eiicis me, &c. omnis qui inuenerit me, occidet me.* Vnde educis hanc conſequentiam? antecedens inſ- D piciamus, ero vagus & profugus ſuper terram, deinde deducis, omnis igitur qui me inuenerit, occidet me, argumentum optimum conficis, & deducis ex hoc quod ſis vagus, & quod omnis inueniēs occidet te: quia peccator inſtabilis obnoxius eſt mille paſſionibus, & vitiis eum appetentibus, & denuo iugulantibus: ſic ait. Phil. *Omnis qui huiuſmodi peccatorē inuenerit, perhibetur eum occidere, dum inuenientis violentia compellitur miſer concidere, dum quacunque illum paſſio impetit oppreſſiua, ille neſciens euadendi, mente perditus, deceptiua colla præbet gladio,* E *terga vulneri fugitiua.*

Phil. Abb.

*Peccato alienamur à Deo.*

434 *Ecce eiicis me, &c. ecce à facie tua abſcondar.* Cum ſit Deus immenſus & vbique, quomodo poteſt abſcondi Cain à facie eius? verius certe loquitur quàm exiſtimet; per peccatum enim à Deo abſcondimur & alienamur: ita Lipp. in cap. 32. Exod. in illa verba, vade deſcende peccauit populus tuus, &c. F *Cum ſancte viuimus Domini ſumus, ipſum patrem & Dominum agnoſcimus, & filij viciſſim, & ab ipſo Deo agnoſcimur, cum vero peccamus, noſtri ſumus, & à Domino alienamur, at abiicimur.*

435 *Peccata peccatis addens, Deo abominabilis.*

*Ecce eiicis me, &c. à facie tua abſcondar.* Cum vnuſquiſque infirmus ſalutis ſuæ remedium quærat, & medicū, qui quamuis non poſſit ſanare, ſaltē leniter vulnus valeat, ſi exiſtimas Cain vulnus tuum eſſe incurabile, ita vt dixeris, maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear, ſi Deo appropinques, ſaltem leniet ac temperabit; ne igitur à facie eius abſcondatis? peccata peccatis addentes (ſicut Cain) ita ſunt abominabiles, vt nullo modo ante Deum audeant comparere, ſed remotiſſime ab eo diſcedunt, contra quos ſic Iſai. 5. verſ. 18. ait, vos qui trahitis iniquitatem in funiculo vanitatis, & quaſi iunculū plauſtri: quæ verba exponens D. Baſilius ait, *Quemadmodum qui funes nectunt, ac plectunt iunceas floreas, vt quod ſupereſt ex fune cœpto contorqueri conſummatur, alterum ei attexunt, & interſerunt, quo longior euadat & augeatur: pari modo qui in profundum malorum feſtinant procidere, priuſquā priori peccato ſit impoſitus finis, adoriuntur ſecundum, rurſus huic alteri aliud continenter adaptant, atque ita prorſus vita quæ per peccatorum gradus progreditur, aſſimilatur funiculo cuipiam contexto, & in longum protracto.*

Iſai. 5.

D. Baſil in eit cap.

*Peccator opprobrio dignus.*

*Ecce eiicis me, &c. à facie terræ abſcondar.* Id eſt 436 à conſpectu hominum, cur à tuis ſimilibus vis occultari & abſcondi, cum ab eis in tuis calamitatibus conſolationē emendicare poſſes? Nota quod ſi quis futurus eſſet opprobrium aliorum, potius latitare deberet, quam in eorum conſpectum venire; recte igitur ſe abſcondit Cain à facie hominum, quia cum eſſet peccator, futurus eſſet omnium opprobrium; ita D. Hilar. in Pſ. 118. in illum verſ. aufer à me opprobrium, *Peccata opprobrio ſunt digna, in Euangeliis didicimus cum Dominus exprobrare illis ciuitatibus cœpit, in quibus plures virtutes eius effectæ eſſēt, nec pœnituiſſēt Corrozain & Betſaida, quod ab illis cœptum neceſſe eſt, vt in omnes eiuſdem criminis pares fiat.*

D. Hilar.

*Mors remedium malorum præſentium.*

*Ecce eiicis me, &c. omnis qui inuenerit me, occidet* 437 *me,* Alii legunt ſicut Gloſſa interlinearis occidat me, quaſi deſiderio mortis teneatur, cur ò Cain animæ tuæ à corpore ſeparationem deſideras? Nota plures à Deo propter peccatum ei illatas pœnas, non mirum hanc exoptaſſe tanquam omnium malorum præſentem terminum, vnde Thom. ait. *Hoc deſiderio, dixit, vt compendio mortis præſentes cruciatus euaderet.*

Tho. Angl in Gen.

*Mors temporalis non timenda, ſed æterna.*

*Ecce eiicis me, &c. omnis qui inuenerit me occidet* 438 *me.* Quid times? Mortem, quam mortem, cū ſit duplex æterna & temporalis? Sine dubio temporalem, ſed inſenſatus eſt, cum enim æternam fratricidio commiſſo mereatur, hanc ſolam timere deberet: ſic D. Ambroſ. lib. 2. de Cain & Abel cap 9. *Auguſtæ mentis homo præſentem mortem veretur, perpetuam negligit, & diuinum iudicium non formidat,* & D. Auguſt. *mortem carnis omnis homo timet, mortem animæ pauci, pro morte carnis quæ ſine dubio quandoque ventura eſt, curant omnes ne veniat, non laborant ne peccet homo in æternum moriturus.*

D. Ambroſ.

D. Auguſt. tract. 49. in Ioan.

*Impius lucem ipſam ſuſtinere non poteſt.*

*Ecce eiicis me à facie tua, & à facie tua abſcondar,* Cur à facie Dei vis abſcondi, cum Deus in te hanc 439 ſententiam priuationis ſuæ faciei tulerit? Imo poſt pecca-

peccatum tuum veniam poſtulaturus in eius rema- A
..n ad ne præſentia omnium bonorum origine, ideo à facie
Damaſ. Dei abſcondit ſe, quia impius lucem ipſam nempe
Ambr. li. 2. Deum ſuſtinere non poteſt: ſic Hieron. ad Dam.
de Abel. *Conſcientia ſceleris tremebundus, lucem ipſam ferre*
c. 9. *non ſuſtinens, abſcondar vt latitem, inquit.*

*Impietas infinitum malum difficile extinguibile.* B

440 *Ecce eiicis me à facie tua, omnis qui inuenerit me occidet me*, Reſpondit Deus nequaquam fiet ita, ac tandem impreſſit in eo ſignum vt non interficeret eum omnis qui inueniſſet eum; cur meritiſſimum mortis reum, morte ſaltem violenta abſoluit? Nam id quod dicitur Lamech eum occidiſſe non eſt certum, quid ergo dicemus? Accipe Phil. Hebr. libr. de
Phil. Hebr. profugis: *Cain impudentis fratricida mors nunquam in lege inuenitur, imo de illo extat hoc oraculum ne quis eum inuentum interimeret, cur ita? Opinor quia* C *impietas malum eſt infinitum, quod ſemel accenſum nunquam extingui poteſt.*

*Impius nullibi conſiſtens, etiamſi ditiſsimus.*

441 *Ecce eiicis me &c. eris vagus & profugus in terra*, D. Hieron. in quæſt. q. Hebr. vertit fluctuans inſtabilis ac ſedis incertæ, imo locus in quo habitauit qui vocabatur Nad ſignificat motionem: quid eſt quæſo primum hominum in orbe natum ex parentibus, primogenituræque dignitate præcellenté, diuitem, atque opulentum, cuius patrimonium totus erat terrarũ orbis, fuiſſe inſtabilem, inquietũ, perpetuis fluctuaſſe motibus? Ad declarandum impios, quantũlibet diuites, non ſolum inſtabiles & fluctuantes, ſed D nihil breui tempore apparere, vt explicat optime D.
D. Hieron. Hieronym. in illud Pſalm. 36. vidi impium ſuperexaltatũ & eleuatum ſuper cedros Libani, & tranſiui, & ecce non erat, ait inquam D. Hier. *Sicut cedrus ſuper excelſos montes apparet exaltata, & impulſu ventorum ſæpe dilabitur, ita & impius qui veluti Deo in diuitiis mundi confidit quantumlibet floreat, & extollatur, & eleuetur, non inuenietur, cum ab hoc mundo migrauerit.* Adde quamuis antea mille calamitatibus ſeu ventis agitatus fuerit. E

*Peccator magis pœnam ſentit quàm culpam.*

*Ecce eiicis me à facie terræ*, Cum tot crimina com-
442 miſeris, ita ne inſenſibilis es, vt eorũ non ſtimulos reformidans, veniam à Deo non poſtulas, ſed ſolum eiici à facie terræ, quod eſt malum aliquod temporale ſimul cum ipſa morte timeas? Nonne acrior & grauior debet eſſe dolor de amiſſione diuinæ gratiæ, quam vitæ temporalis, cur igitur vnius curam agis, alterius non ſollicitus? Quia ſine dubio peccator
D. Theod. magis pœnam quam culpam ſentit: ita D. Theo. quæſt. 42. in cap. 13. tertii libri Regum, vbi loquens de Ieroboam, cuius exaruit manus, propter ſacrilegium, dixitque Prophetæ, deprecare faciem Domini tui, ora pro me vt reſtituatur mihi manus mea, ait: *Id quod accedit alteri eum non ſtupefecit, ſed id quod manus, valde anxit; cum autem eſſet valde ſtultus, ſupplex rogauit Prophetam, vt ſibi peteret non ſceleris remiſsionem, ſed manus curationem.*

*Impius contra ſuam ſalutem ingenioſus.*

443 *Ecce eiicis me, & à facie tua abſcondar*: Si animæ tuæ ſalus conſiſtit in eo quod Deus ſit tibi præſens, cum eius præſentia omnium bonorum ſit origo, cur A ab ea vis abſcondi & eius abſentiam ſentire? Tuam perditionem hoc modo ſollicitas, ita eſt quidẽ: impius enim in ſuam ſalutem, & pro perditione animę ſuæ ingenioſus eſt, accipe Gennadium in cap. 1. Gennad.
expoſitionis pro conſilio Florentino ſect. 2. *Solent impij & aduerſus propriam ſalutem eſſe ingenioſi.*

B *Auarus amiſsionem bonorum magis timet, quam animæ iacturam.*

*Ecce eiicis me hodie à facie terræ*: Quid ô Cain! 444
nonne propter fratricidium quod cõmiſiſti pœnam æternam mereris, & perditionem animæ incurriſti? Quomodo hanc non doles, ſed ſolum quod eiiciaris à facie terræ? Quia proprium eſt auari qualis fuit Cain, præferre bona tẽporalia animę ſaluti, & ideo plus dolere bonorum terreſtrium amiſſionẽ, quam animæ iacturam ſufferre: Rupert. lib. 4. ait; *Quid* Rupert.
C *deprehenſus timet inulſus ipſe agricola, ecce, inquit, me eiicis hodie à facie terræ, hoc timet ne agricolari ſibi non liceat, ne terram quam ſolum amat, vel præſentem vitam pro admiſſo facinore perdat.*

*Auarus ſemper famelicus.*

*Ecce eiicis me hodie à facie terræ*: Timet Cain ne ſi- 445
bi agriculturæ operam dare liceat, quamuis hoc ita eſſet, quid formidas? Nonne tibi ſuppetunt aliæ copiæ, aliæ facultates, vt vitam ſatis fœlicem degere poſſis? Totius enim fere terræ principatum tenes: ne mireris ſi formidet ne ſibi liceat agricolari, quamuis D plurimæ ſint poſſeſſiones, auarus enim ſemper inſatiabilis & famelicus: ita D. Gregor. Thaum. metha- Gre. Thau
phraſi 1. in Eccleſ. ca. 5. qui loquens de auaro ait: *Homini pecuniarum cupiditate flagranti, nunquam ſatietas, quamlibet maximam vim argenti quæſiuerit.*

*Auaritiæ finis perditio.*

*Ecce eiicis me à facie terræ, & à facie tua abſcon-* 446
*dar*, Quomodo in tot calamitates incidiſti? Qui tibi origo tantarum miſeriarum, ita vt quaſi perditus quaſi à Deo non inueniaris: cum tu ipſemet fateris te à facie Dei abſcondere velle? Inſpiciamus originem horum malorum, auaritiam certe exiſtimo, E meliora enim ſibi reſeruauit, Deo deteriora tribuẽs; quid igitur mirum ſi ita perditus? Quia finis auaritię eſt perditio noſtra? ita D. Damian. Opuſc. 31. cap. 1.
*Aduerſus auaritiam vobis eſt attentius vigilan-* D. Damian.
*dum, eiuſque ſagittis ſemper opponendus eſt clypeus, quæ nimirum ad hoc præcipitanter anhelat vt lethale miſeriis vulnus infligat, principio tamen vt obtutum non frontis ſed cordis extinguat.*

*Auarus ſemper meticuloſus & timidus, necnon quilibet peccator.*

F *Ecce eiicis me, & ero vagus & profugus ſuper ter-* 447
*rã, & omnis qui inuenerit me, occidet me*; Quid times Cain an progenitorũ crudelitatem? Minime, an tuorũ poſterorũ immanitatem? Non a nouos: filii enim tui non ita crudeles, vt manus violentas parenti ſuo imponant, non eſt igitur cur aliquo timore concutiaris? Timere tamen debet, quia omnis auarus eſt timidus & meticuloſus: ita D. Baſil. hom. habita D. Baſil.
Lacyſ. *His curis auari animus efficitur, canis latrat, diues furem eſſe arbitratur, mus ſtrepitũ edidit, diuitis cor metu ſubſilit, omnia metuit, õnia ſuſpicatur, filios creſcentes tanquam inſidiatores cernit, quod videlicet eorum ætas ſucceſsionem vrgeat.* Quod qui-

libet peccator ſemper timore affici debeat : tenet A
Procopius.

*Impiorum ſcelera aduerſus eos teſtimonium proferunt.*

448 *Ecce eijcis me, & omnis qui inuenerit me, occidet
me*, Scilicet propter fratricidium cómiſſum, ſed quis
teſtimonium in te profert vt occidaris? Non enim à
parentibus accuſaberis, nec à poſteris tuis, à quo er-
go accuſationem patieris? Ab ipſomet ſcelere, im-
Ioan. Dam piorum enim crimina aduerſus eos teſtimonium di-
cunt: accipe D. Ioannem Damaſ. 2. lib. Paral. cap. 2.
qui loquẽs de calamitate impiorum in finali iudicio B
& de eorum accuſatoribus, ait: *Malus flagitiorum
tuorum chorus vndique te obſidebit, vt enim vmbra
corpus, ſic animum peccata comitantur, ea quæ quiſ-
que in vita geſſerit perſpicue repræſentantes, ob id-
que nullus illic infitiationi locus eſt, verum impu-
dentibus os obturatur, ipſa enim actiones aduerſus
quemque teſtimonium dicunt, non quod vocem emit-
tant, ſed quod tales appareant quales à nobis geſta
ſunt.*

*Mala conſcientia, perpetuus carnifex.*

449 *Ecce eijcis me, & ero vagus & profugus in terra*, C
Septuaginta, ero gemens & tremens ſuper terram,
cur continuò tremens? Nonne Deus tibi promittit
nullum te occiſurum? Non eſt ergo cur timeas?
quamuis à Deo nihil amplius habebat timendum,
conſcientiam continuò formidabat, perpetuum car-
S. Ambroſ nificem, & exactorem: ſic D. Ambroſ. in Pſalm. 35.
*Abel occiſus Deo loquebatur in voce ſanguinis ſui,
Cain viuus repellitur à facie Domini, & cum ad-
huc à Domino pœna ceſſaret, torquebat eum ſuorum
conſcientia peccatorum, latebat miſer timens & tre-
mens, & cum adhuc percuſſor deeſſet, ipſa ſeſe inim-
ſti vita trucidabat, quæ pœna maior quam timere D
quod vitare non poſſis? Nec quod timueris euadere?
Vnde Dauid exprimens conuentionem grauiſſimam
conſcientiæ peccatricis, ait, quoniam iniquitatem
meam ego agnoſco, & peccatum meum contra me eſt
Pſalm. 50. ſemper, Pſalm. 50. offunditur enim nobis vltrix no-
ſtri imago peccati, nec quietum ſuum eſſe reum per-
mittit.*

*Gratiâ deſtitutus, morti exponitur violenta.*

450 *Ecce eiicis me hodie à facie tua, omnis igitur qui
me inuenerit, occidet me*. Vnde colligis quod ſis occi- E
dendus? parentes enim tui ſine dubio non interfi-
cient, alios autem futuros in nullo læſiſti: nota quod
dixit. *Ecce eiicis me à facie terræ*, quod explicans D.
Chry. ait: ecce agnoſcent me deſtitutum tua gra-
tia; ergo optime intulit, omnis qui me inuenerit oc-
cidet me, quia qui deſtitutus eſt Dei gratia, mille in-
D Chryſ. fortuniis & calamitatibus exponitur: ſic eſt. Chry-
ſo. hom. 19. *Quiſquis in me vel fortuito occiderit, nu-
dat, imo tua gratia interficiet, facile me inuadere po-
terit ſi quis interficere volet, neque enim ipſe oblu-
ctari potero, tam diſſoluta, imbecilliaque membra
circumferens, & vndique tremeſcens, inſuper hoc F
quod ſcient omnes tua me gratia deſtitutum, ſi quis
vult occidere, vt ad cædem meam proſiliet, armabit.*

*Angelicæ poteſtates, criminum noſtrorum vltrices.*

451 *Omnis qui inuenerit me, occidet me*. Cum nullus
præter ipſum & parentes forte tunc in orbe dege-
rent, quid miſerum animum terrebat, ita vt ſe occi-
A di formidaret? forte Angelicæ virtutes timorem in-
cutiebant, tanquam criminum vltrices noſtrorum:
ita Proc. *Accedebat metus virtutum cæleſtium*, Procop.
*quas nefandi ſceleris vltrices ſuas fore præſagiebat
animus, ſiquidem veriſimile eſt cæleſtes virtutes
Caino eſſe viſas.*

*Peccator conſolationem humanam quærit, immemor diuinæ.*

*Ecce eiicis me, &c. omnis qui inuenerit me occi- 452
det me*. Vel vt alii, occidat me, nonne potius à Deo
poſtulare deberes vt tuæ animæ curam gereret, tui-
B que miſereretur, & tuum condonaret delictum? cur
igitur ſolum vitam & hanc miſerrimam deprecatis?
quia peccator eſt, & ideo conſolationem humanam
ſolum quærit, immemor diuinæ: ita D. Bern. ſerm.
ſuper hæc verba Euang. Matt. 19. ecce nos reliqui- D. Bernar.
mus omnia, qui poſtquàm dixit quod obtinuit vi-
tam temporalem, ait: *Conſolationem miſeram obti-
nuit, quam quærebat, & oblitus eſt conſolationis
maximæ, pro qua multo ſtudioſius ſupplicare, & re-
medium quærere oportebat: an non idem & de Sau-
le legiſti? vbi enim perſtitit in ſententia Samuel ſan-
ctus, nunc inquit, honora me vel coram populo: ad
C quid tibi hæc honoratio, miſer? hoccine erat tota illa
ſupplicatio? peccaui, ora Dominum pro me, falſa
non poterat ſupplicatione mouerri, vix adhuc dixerat
Dauid peccaui, & reſponſum illi eſt, Dominus tran-
ſtulit peccatum tuum à te: ſic nimirum vſque hodie
dilectiſſime, cuius ad alias conſolationes mens in-
hiat, & penitus in caducis & tranſitoriis non re-
nuit conſolari, ipſe ſibi profecto cæleſtis ſubtrahit
gratiam conſolationis.*

*Grauiſſima pœna, à patria exules fieri.*

*Ecce eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua 453
D abſcondar*. Tam grauem exiſtimaſne pœnam eiici à
facie Dei, cùm per faciem Dei hic intelligas patriã
tuam, quia Deus ſpecialem in ea prouidentiam de-
clarabat? iure merito hanc pœnam cum animi an-
xietate ſentit, quia maxima eſt, exilium à patria: ita
fere Caiet. *Pœnam iuxta grauitatem peccati proprij* Caietan.
*ſibi illatam commemorat, eiectio autem à facie Dei
fuit in hoc quòd eiectus eſt à terra, in qua habitabat
cum patre ſuo & fratre, cum ſpeciali cura diuina.*

*Nihil abſentiâ Dei formidabilius.*

*Ecce eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua 454
E abſcondar*. Cur non conquereris de maledictione di-
uina, & de aliis grauiſſimis pœnis impoſitis, ſed
quod abſconderis à facie Dei? quamuis impius recte
ſenſit, nihil homini formidabilius eſſe Dei abſen-
tia, & ideo non de aliis pœnis, ſed de ea conqueri-
tur: ſic D. Amb. lib. 2. de Abel & Cain cap. 9. *Ni-* D. Ambr.
*hil grauius quam errantem à Deo deſeri, mors pec-
catoris finem peccandi adfert, vna autem diuino gu-
bernaculo deſtituta præcipitatur, & in grauiora
prolabitur, vt ſi gregem paſtor relinquat, incurſent
beſtiæ: ita cum Deus deſerit hominem, ingruit dia-
bolus, graue eſt præſertim inſipientibus non habere
F rectorem, ſerpit malitia, vulnus augetur, vbi medi-
cina defuerit.*

*Vitam infœlicis comitantur infauſta.* 455

*Ecce eijcis me, &c. ero vagus & profugus in terra.*
Vel vt habent Sept. gemens & tremens: nota qua-
tuor eſſe affectus, duos in ordine ad bonum, duos
autem cum reſpectu ad malum, ſpem & gaudium,
timorem & dolorem: cur hæc duo nempe timor &
dolor Cain comitantur? quia ita infœlix eſt hominis
vita

vita, vt eam quæ peſſima ſuot, comitentur: ſic Philo. Hebr. *Talis eſt infœlicis vita, cui è quatuor affectibus contigerunt qui moleſtiores ſunt timor & dolor.*

### *Impius de alijs male iudicat.*

456. *Ecce eiicis me, &c. omnis igitur qui inuenerit me, occidet me.* Quid ais Cain? inter viuentes nonne habes patrem & matrem? cur ergo eos non excludis? nam non eſt credibile, cùm te ſolum filium poſſideant, quamuis te inuenerint, occiſutos: impius de omnibus male iudicat, & ideo Cain ſicut fuerat homicida, omnes ſibi ſimiles exiſtimat, patremque & matrem futuros eſſe etiam interfectores ſui putat: ſic D. Chryſ. ho. de Dauid & Saul, *Plerumque vulgus hominum ex ſuo animo de aliis iudicat, velut qui ſæpe inebriatur, haud facile credere poſſit eſſe quempiam hominem ſobrie frugaliterque viuentē: qui ſcortis indulget, etiam pudice viuentes habet pro incontinentibus, &c.*

D. Chryſ.

### *Maximum ſupplicium, morte ipſa grauius, Deum permittere in inuidia ſua permanere.*

457. *Ecce eiicis me, &c. omnis qui inuenerit me, occidet me.* Alij opinatiuo modo occidat me; ait Deus, nequaquam ita fiet, permitte miſerum vitam infœlicem finire; ſupplicium enim eſt ei debitum, mors violenta; nota maiori liuore in fratrem æſtuaſſe poſt mortem illius, cum audiuit à Deo, vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra, tunc ergo mortem exoptauit, ſed Deus, nequaquam ita fiet, reſpondet, ſignificans maius ſupplicium inferre velle & atrocius ipſa morte, nempe permittere vt in perpetuo liuore vitam degeret, quod quidem ſupplicium atrocius eſt ipſa morte; ſimile eſt enim inferni doloribus, teſte Spiritu ſancto Cantic. 8. *Dura ſicut infernus æmulatio.*

Cant. 8.

### *Qui alios occidunt, omnia formidant.*

458. *Ecce eiicis me, &c. omnis qui inuenerit me occidet me.* Quid ais Cain? in orbe ſoli ſunt parentes, certum eſt autem illos te non occiſuros, cur ergo perterritus hęc verba profers? digna homicidio pœna, vt ab omnibus timeat, vereaturque creaturas omnes tanti ſceleris vltrices: ita Proc. *Primo animum miſerum terrebat futuri cogitatio; exiſtimabat enim viciſſitudinem quandam fore, quemadmodum ipſe turpiter eadem commiſiſſet, ſic & ſe à poſteris eſſe interficiendum: præterea timebat inſidias ex mundi partibus, quæ quamuis admodum vtiles ſint mortalibus, & in hunc finem ſint extructa, attamen malos quoque lædere norunt: metuebat inſuper inſidias ferarum & reptilium, quæ Deus ad vindictam impiorum creauit.*

Procop.

### *Ab impio timenda ſunt creaturæ irrationales.*

459. *Ecce eiicis me, &c. omnis qui inuenerit me, occidet me.* A quo times occidi, cum præter patrem & matrem nullus ſit in orbe mortalis? certum eſt autem parentes tuos non ita crudeles eſſe, vt tibi velint inferre mortem: à quo ergo formidas? impius debuit timere ab ipſis creaturis ſanguinem fratris ſui vindicantibus: ſic Amb. lib. 2. de Cain & Abel cap. 9. *Potuit incurſus beſtiarum timere, qui legis diuinæ iura violauerat, nec præſumere de ſubiectis animalibus cæteris, qui hominem docuerat occidi.*

D. Ambro.

### *Deus eos qui ob peccata aliqua reprobantur, etiam temporali beneficio munerat.*

*Ecce eiicis me, &c. omnis qui inuenerit me, occidet me,* Cui Deus reſpondit, nequaquam hoc ita fiet, ſed cur non permittis iuſtiſſime Deus, vt ille miſer, & infamis fratricida ilico interimatur? Hic Cainus nō fuit fortaſſe ſemper impius, ideo Deus hoc beneficio remunerauit, vt pro peccato ſuo ilico non occideretur, quod Bernard. expendit dicens, *Omnis qui inuenerit me, occidit me: ſic occidendum ſeſe cauſabatur infœlix tanquam pro magno beneficio habiturus ſi prohiberetur occidi, quod & factum eſt,* Pondera, quod & factum eſt, ita vt illud beneficium temporarium conceſſum fuerit, cum æternæ beatitudinis deberet perpeti exilium. 460.

D. Bernar. in illa verba. Matth. 21.

### *Ira cum eam dirimit ſocietatem.*

*Omnis igitur qui inuenerit me, occidet me,* Cum hęc ſit conſequentia alicuius antecedentis, aliquod antecedens præſuppoſit, quod quidem non video, & ideo nulla mihi videtur; potius enim deberet dicere, omnem quem inuenero, occidam, quam facile poſſet probare, hominem validiſſimum, & iuuenem fortiſſimum fratrem meum facile interfeci; quemlibet igitur eodem modo interficiam; male igitur concludit: ſed tamen cum admittatur, quis ſenſus poteſt eſſe, omnis qui inuenerit me occidet me? Aduerte ex iracundia fratrem occidiſſe, optime ergo infert omnis qui inuenerit me, interficiet me, quaſi diceret, ita principium fuit diuiſionis fratrum, imo & occiſionis Abel fratris mei, ideo & cuiuſlibet ſocietatis alterius erit ſeparatio, ita vt fugere cogar ab omnibus profugus ne ab eis occidar: hoc innuit D. Gregor. in cap. 5. Iob. *Per iram gratia vitæ ſocialis amittitur, ſicut ſcriptum eſt noli eſſe aſſiduus cum homine iracundo, nec diſcas, & ſumas ſcandalum animæ tuæ, &c. quia qui ex humana ratione non temperat, neceſſe eſt vt beſtialiter ſolus viuat.* 461.

Gre. Mag.

### *Abundantia temporalium virtuti officit.*

*Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar.* Verborum connexionem notat Phil. l. quod pot. deter. inſidiatur, eiicis me à facie terræ, id eſt, egeſtate rerum temporalium me caſtigas, quid inde? & à facie tua abſcondar, vnde conſequenter à tua amicitia, conuictu, & proſpectu me repellis. Quid ais Cain? eſtne hæc neceſſaria illatio? ita ſane apud impios; putant enim temporalium penuriam hominem à virtute auertere, cum tamen longe aliter ſeſe res habeat: nam defectus temporalium in Dei amicitiam nos inducit, & terrenarum rerum inopia nobis Deum conciliat: verba Phil. ſubiicio, *Quid igitur vngaris diſcens, ſi eiicis me à terra, & à te abſcondar, imo ſi te à terreno auertero, manifeſte oſtendam meam imaginem,* 462.

Phil.

### *Maxima eſt vis peruerſi exempli.*

*Ecce eiicis me à facie terræ, omnis qui inuenerit me, occidet me.* Vnde hanc illationē deduxit Cain? nonne homicidium docuerat? recte ergo refert, omnem qui inuenerit eum occiſurum: ſed ſi ſoli ſunt parentes, an eum ſunt interfecturi? ita credit, quia tanta eſt peruerſi vis exempli, vt etiam ad illud ſequendum inducat ipſos parentes: fauet Ambroſ. lib. 2. de Cain & Abel cap. 9. *Potuit parentes homicidas timere qui docuerat parricidium poſſe committi, potuerunt enim parentes de filio diſcere, quod didicerunt poſteri de parente.* 463.

D. Ambroſ.

## VARIETAS VERSIONVM I. PARTIS VERS. XV.

*Vlg.* Dixitque ei Dominns, nequaquam ita fiet, ſed omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur.

*Septuag.* Non ſic, omnis qui occiderit Cain, ſeptem viodictas exoluet.

*Calda.* Propterea omnes qui occident Cain, in ſeptem generationes vindicta aſſumetur ex eo.

*Arias.* Propterea omnis occidens Cain ſeptemplicitet vindicabitur.

A

*Vatabl.* In veritate, quiſquis occiderit, ſepties vindicabitur.

*D. Chryſoſt.* Omnis, &c. ſepties vltione exquiſita ſoluet.

*D. Ambroſ.* Septies vindictam exoluet.

*D. Theod.* Septimus vlciſcetur.

*D. Cyrill. Alex.* Omnis qui occiderit Cain ſeptem vindicata diſſoluet.

### CONCORDIA VERSIONVM.

Dictio לכן Laeben à noſtro vulgato legitur nequaquam, ſed potius ſignificat imo, propterea, ſic, quaſi dicat; imo ſic erit, quod qui occiderit Cain, &c. pro *ſeptuplum* Hebraice eſt ſcibatain, quod optime alij vel ſeptempliciter, vel ſepties, vel ſeptem vindictas legunt, Symmachus autem non recte vertit, non enim ſeptimum denotat.

### EXPOSITIO VERSVS XIII.

464 Nequaquam ita fiet, Quaſi diceret non ita tibi ſeuerus, nec tuam permittens deſperationem, ſed tempus pœnitendi præſtabo, vel *nequaquã ita fiet*, id eſt calamitates tibi imminẽtes non euades celeri morte, *ſed omnis qui occiderit te, ſeptuplum punietur*: ſolet ſcriptura in numeris ab vno vſque ad quinque paucitatem deſignare, vt 3. Reg. 17. vidua Serapta, en ait, colligo duo ligna? duo pro paucis & exiguis ſumitur, & in numeris procurrentibus à quinque vſque ad decem multitudinem, & abundantiam innuit, maxime in denario, vnde ſenſus erit, ſeptuplum punietur ipſe qui te occidet, id eſt, perfecte punietur, vel multipliciter caſtigabitur, quia ſecundus erit homicida, qui primus malum exemplum Cain ſequutus eſt, nec eius punitione tam graui à cæde reuocatus eſt.

### CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Differtur ſupplicium, vt diutius quis puniatur.*

Nequaquam ita fiet. Cur differs tanto crimini ſupplicium debitum? Vt diutius crucietur, aliquaodo enim ſupplicium differtur, vt pœna diuturnior fiat: ſic Ambroſ. lib. de pœnitent. cap. 4. *Differtur interim ſeuerior pœna, vt tanti facinoris auctorem diutius trucidaret lenta ſententia, nec celeritas irrogati ſupplicij compendium magis videretur addicti, & fieret pœna diuturnitate lõganior, quoad lenitudinẽ moriendi extenuaret facinus paricidij.* D.Ambr.

*Pœna quantitas, ſecundum multitudinem delictorum.*

465 *Nequaquam ita fiet, ſed omnis qui occiderit Cain ſeptuplũ punietur*, Diuerſas interpretationes inſpiciamus, Symmach. vertit ſepties vlciſcetur, Aquila & Theod. ſeptem vindictas exoluet; quid eſt ſeptem vindictas exoluet? Nota quod Cain ſeptempliciter peccauit, 1. Quia inuidit ſacrificio Domini, non recte diuiſit, 2. Quia fratri recte diuidenti inuidit, 3. Quia correptus à Domino non audiuit, 4. Quia fratrem dolo circumuenit dicens, egrediamur foras, 5. Quia occidit, 6. Quia requiſitus à Domino dicente vbi eſt Abel frater tuus? reſpondit procaciter dicens, neſcio, deinde de ſalute miſericordiæ deſperauit cum ait, maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear: bene ergo dicitur ſeptem pœnas exoluet qui eum occidet, quia occiſus ſeptem pœnas debitas ſeptem peccatis conſummabit: ſic refert

D Rupert. lib. 4. cap. 7. *Quia pro ſeptemplici peccato, maledicto iacuit vagus & profugus; qui occiderit, ſeptem pœnas exoluet, id eſt ſeptemplicis peccati eius pœnam lõgam compendioſa morte finiet*: Sed eleganter D. Ambr. lib. de pœnit. cap. 7. *Specialiter ſeptem in illo reprehenduntur flagitia, quibus ſingulis deputata ſunt tormenta, tanta inflictæ ſunt plagæ, quantæ numerantur & cauſæ, vt nec iuſtitia modum vltionis excederet, nec numerum criminum vindicta competens præteriret.* Rupert. D. Ambr.

*Pœna etiam illuſtris in peccatore.*

E *Omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punitur*. Certum eſt ſeptenarium numerum ſacratiſſimum eſſe in oraculis, & myſteriorum pleniſſimum; ſeptimo enim die requieuit Deus ab operibus ſuis, vnde ſeptima petitio dominicæ orationis eſt iſta, ſed libera nos à malo, quia ſeptimus numerus eſt quietis; nam amato omni malo quiſque in bono quieſcit: ſi ergo ſeptenarius numerus eſt ſacratiſſimus, cur hunc apponit Deus in calamitate Cain? Cur in ſeptenario numero ſupplicium concludit? Accipe reſpondeorem D. Greg. Naz. orat. in penth. dicentem, *Nam ſcelerũ quoque pœna laudanda eſt, facinus Cain* 466 Greg. Naz.

F *ſepties vindicatur*, Ideo parricidæ ſupplicium ſeptenario numero denotatur, quia multum laude & gloria dignum caſtitati ſceleris habet pœna: ſic explicat Nazianz. Nicetas eius interpres, quoniã autem ſcelerum quoque pœna laudanda eſt, audi quod in Geneſ. lib. habeatur, ſepties animaduertetur de Cain, hoc eſt ſeptuplum cruciabitur, pro eo quod fraternæ cædis crimine ſeipſum conſtrinxit, etiam in Cain

homine ſceleratiſſimo peccati pœna apparet illuſtris, glorioſoque numero exornanda, vt pœna quæ eſt affligit, dum tamen peccatum caſtigat, occeſſum eſt, vt mille honoris, & glorię coronas pariat.

*Grauius eſt occidere hominem peccatorem, quàm iuſtum ratione damni illati.*

467 *Omnis qui occiderit Cain, ſeptuplũ punietur*, Difficultas eſt cur maior pœna ſtatuitur in Lamech, quã in ipſum occiſorem Abelis, nempe Cain, videtur enim maiori pœna plectendus Cain quam Lamech, quia Cain occiderat fratrem, & fratrem iuſtum, Lamech autem hominem peccatorem; tamen ideo grauius punitur Lamech, quàm Cain, quia quamuis grauior culpa ſit occidere hominem iuſtum ratione perſonæ, quæ eſt dignior vita, nihilominus grauior culpa eſt occidere peccatorem ratione damni illati, (Abulenſ.) quia & temporali & æterna vita priuatur: ita Abul. quæſt. 118. in cap. 5. Matth. *Si loquamur de damno quod per peccatum infertur, dicendum quod maius peccatum eſt occidere peccatorem quàm iuſtum, cum peccator pereat, iuſtus autem ſaluetur*, Sic innuit Auguſt. & habetur 24. quæſt. 1. cap. ſi habes, vbi dicit quod grauius damnum eſt, ſi vna anima per peccatum infidelitatis pereat, quã ſi mille corpora martyrum de Eccleſia extrahantur & occidantur.

*Non licet occidere priuata authoritate, niſi fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

468 *Omnis qui occiderit Cain ſeptuplum punietur*, Cur hanc pœnam ſtatuit contra occiſorem Cain, cùm impius ille mille mortes deberet ſubire, ſi poſſibile eſſet? Vt declararet nullum debere occidere alium quantumlibet iniuſtum priuata authoritate (niſi fiat, intellige, in defenſionem propriam, cum moderamine inculpatæ tutelæ) ſic D. Ambroſ. (D. Ambr.) *Non enim debuit interimere eum, qui vſque ad naturalem terminum mortis ſuæ agendæ habebat ſpatium pœnitentiæ.*

*Qui non confitetur, grauiter punitur.*

469 *Nequaquam ita fiet*, Ait Procop. noluit vt Cainus continuo capitali ſupplicio afficeretur: nam Deus extendit pœnas ad vitæ ſpatium pro merito, nonne ſat graues dederat pœnas, quales erant maledici, terram non dare fructum, cùm eam operaretur, &c. cur ergo voluit longæuam vitam miſeram ducere? Nonne ſuum delictum negauit? Non ergo mirum, ſi ita grauiter punitus, qui fratricidio aliud delictum addidit, nempe peccati negationem: quod aſſerere (Tert. lib. 2. cont. Mar. cap. 25.) videtur Tertullia. *Cain maledixit, & cupidum morte luere delictum mori interim vetuit, vt præter admiſſum, negationis etiam exemplo oneratum*; Quaſi diceret præter fratricidium, aliud ſcelus admiſerat, nempe peccati negationem, & ideo maiori pœna plectendus.

*Inobedientiæ grauiter punitur.*

470 *Nequaquam ita fiet, ſed omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum occidetur.* Ibi ergo continetur præceptũ Dei, ne quis Cain occiderit, dubium nunc eſt cur maiorem & grauiorem pœnam ſtatuit Deus contra occidentem Cainum, quàm aduerſum ipſum Cainum occiſorem Abelis? Cum videatur debuiſſe Cain grauiori caſtigari pœna? ideo Lamech grauiùs punitur quàm Cain, quia vltra homicidium quod commiſerat in Cain, expreſſum Dei præceptum violauit, vnde non eſt mirum quod tantus pœnæ exceſſus detur, cùm peccatum inobedientiæ commiſerit.

*Quomodo ſe debet gerere iudex aduerſus reum manſuete, & moderate.*

*Nequaquam ita fiet*, Cur non illico à viuis fratricidam eripis? Nonne morte propter tam immane ſupplicium dignus eſt? Cur ergo eum in viuis degere longiùs toleras? Ideo ſtatim non intulit mortem, vt iudices, quomodo in iudicio erga reum ſe haberent, inſtrueret: ſic D. Ambroſ. libr. 2. de Abel & Cain cap. 10. *Diuina ſententia huiuſmodi prouidentia eſt, vt magnanimitatem, & patientiam doceret iudices, ne quis præpropere raperetur ſtudio vindictæ, & ipſa deliberationis immaturitate puniret innoxium, aut pœnam acerbaret irati*, ſubiungit, *ne tamen penitus inultum eſſe pateretur in illo qui nullam ſceleris pœnitentiam induiſſet; repulit eum eum à facie ſua & à parentibus.* 471 (D. Ambr.)

*Iudex & accuſator non ſimul compatiuntur.*

*Nequaquam ita fiet*. Sed ô mi Deus cum nec pater nec mater accuſauerint, nec ipſemet Cain ſuum delictum voluerit fateri à te inquiſitus, cur antequam eum iudices, non accuſas? Iudicium enim non debet perfici ſine accuſatore: Deus ſolum iudicat, & non accuſat, quia officium iudicis & accuſatoris nõ ſimul compatiuntur: ita Symmach. Epiſcop. Rom. *Taceo quod imperatorem accuſatorem eſſe non conueniat, cum iiſdem diuinis humaniſque legibus nemo poſſit eſſe accuſator & iudex.* 472 (Sym. Papa in Epiſ. ad imp.)

*Seipſum iudicans iudicium non expectat.*

*Nequaquam ita fiet*, Reus Cain petens à Deo vitam ſibi eripi, iudicat Deus in pœnam peccati diuturniorem vitam agere debere in miſeriis, & calamitatibus: ſed cur iudex conſtituerit ipſius Cain? An forte ipſe Cain ſeipſum iudicauit? Minime ab alio igitur nempe Deo iudicetur, quia ſolus ille qui ſeipſum iudicat Dei iudicium euadet: ita Diuus Petrus Damaſ. libr. 4. Epiſtol. Epiſt. 15. *Nam qui ſemetipſum perfectè diiudicat, iudicium non expectat, perfectè autem ſemetipſum diiudicare eſt, & reprehendenda non agere, & quæ irreprehenſibiliter acta ſunt, timide retractare.* 473 (Petr. Dam.)

*Pœnitentiæ locum tribuit Deus.*

*Nequaquam ita fiet*, Id eſt non ita cito morieris, ſicut credis, quamuis præſenti morte propter fratricidium commiſſum dignus eſſes; cur illius mortem differs, cum ipſe ſe iudicauerit morte dignum? Ita Deus miſericors, vt non ſtatim poſt ſcelus commiſſum vitam eripiat, vt tempus pœnitentiæ nobis concedatur: ſic Thom. Angl. *Deus per ſuam miſericordiam peccatores expectat ad veniam vel pœnitentiã, vnde ipſum Cain non ita cito voluit mori, vt hoc tempus haberet pœnitendi.* 474 (Tho. Angl.)

*Deus non cuilibet ſolum peccatori, ſed etiam grauiſſimo indulget vt pœnitentiam agat.*

475. *Nequaquam ita fiet*, Dixit Deus Cain dicenti à quolibet ſi inueniretur occiſutum, cur non permittis illico mortem ſubire, vt alij exemplo punitionis eius cautiores fierent, nec ſimile facinus auderent perpetrare: ſi enim fratricidium vſque ad tempus impunitum relinquis iniuſtitiæ accuſaberis? Ideo impiiſſimo, & omnium ſceleratiſſimo Cain vitam conceſſit diuturniorem, vt ſciremus nolle mortem nec etiam peccatoris peſſimi, ſed deſiderare vt quilibet etiam peruerſiſſimus ſuorũ ſcelerum agat pœnitentiam: ſic D. Philaſt. libr. de Hæreſib. 81. *Dominus per eum vnum omni humano generi velut generalem docendo modum, per patientiam tribuebat bonitatis ſuæ indulgentiam copioſam, vt iam deſinente ſcelere bonorum operum fructuoſitatem ſequerentur, certamque ab eo cuncti cognoſcerent amplectendam, dicente Domino, nolo mortem peccatoris, ſed vt reuertatur, & viuat, vt tanti ſceleris cunctis per eum pateſceret pœnitentia, in qua eandulgentia pariter copioſa, vt pœnitentiam, iam bona fructuoſitas hortamento Dei monſtraretur hominibus, quo eam prudentes ſalutem potius quàm mortem ſibi deſiderent acquirendam, vnde Cain audiuit à Domino vt ſi fructus bonorum operum de cætero eum ſequerentur, remiſſionem tanti ſceleris eſſet ſine dubio accepturus, nullumque metum moris inferendæ iam ſuſpicaretur ab aliquo ſibi affuturum.*

D. Filaſt. Ezech. 33.

*Pœnitente nihil Deo iucundius.*

476. *Nequaquam ita fiet*, Locum pœnitentiæ agendæ tribuit Caio, ſed nonne tibi magis diſplicet ô Deus ſcelus immaniſſimum Caini, quàm eius pœnitentia poteſt tibi eſſe iucunda? Quamuis peccatum maximè Deo ſit inuiſum, nihil tamen ei gratius & iucundius poteſt offerri pœnitentia: ita S. Ioannes Scholaſticus nomine Clymacus in libello de paſtoris officio: *Nihil ita coram Deo placens eſt & acceptum, ſicut ei rationales animas per pœnitentiam offerre, vniuerſus mundum non poteſt vni animæ comparari, ille quidem præterit, illa vero incorruptibilis & permanet & eſt.*

S. Ioannes.

*Qui gulæ frenum impoſuerit, plurima vitia eradicabit.*

477 *Nequaquã ita fiet, ſed omnis qui occiderit Cain ſeptuplum punietur*, D. Cyrill. Alexand. in collectio. cap. 1. in fine primi Tom. legit, omnis qui occiderit Cain ſeptem vindicata diſſoluet: ſi Deus nondum perfectè Cain puniuit; nec etiam in ipſa morte, quomodo ſeptem vindicata diſſoluet eum interficiens? Aduerte Cain gulæ cogitationem dicere, ſeptem autem vindicata ſeptem peccata mortalia quæ digna ſunt vt vindicentur: rectè igitur ait Cyrillus qui occiderit Cain ſeptem vindicata exoluet, qui enim gulæ impoſuerit frænum omnia vitia facile ſuperabit, & eorum victor erit: ita cit. Author. *Cain quidẽ eſt cogitatio gulæ ſeptem autem vindicata id eſt digna quæ puniantur, ſunt cogitatio fornicationis, & auaritia, & triſtitia, & ira, & pigritia, & vanagloria, & ſuperbia; qui ergo occidit gulam per abſtinentiam, ſimul etiam cum ea occidit quæ conſequuntur.*

D. Cyrill. cit. Autho.

*Exemplum caſtigatorum vult nos habere Deus, ne eis ſimiles ſimus.*

*Nequaquam ita fiet.* Cur eum à morte liberas, mille ſupplicijs etiam morte ſeuerioribus dignũ? nota quod dicens Deus nequaquam hoc fiet, id eſt, extendam vitam tuam, maiorque & inde dolor erit; ſed qua de cauſa Deus non admiſit petitionẽ ſuam? vt omnibus eſſet exemplum, ne quid in poſterum tale committerent, cum ſic videntes punitum: ita Chryſ. ho. 19. *Relinquam te poſteritati magiſtrum, vt tui ſpectaculũ illi ſit admonitio & caſtigatio, nullusque exemplum tuum ſequatur*, deinde ſubiungit: *iſta in toto vitæ tuæ decurſu reſolutio neruorum poſteritati vtilis erit, & id quod ſolus nullo preſente operatus es, hoc diſcant omnes qui gementem & trementem videbunt, & quaſi per corpus tremorem clamantem, & omnibus dicentem, nullus talia audeat, qualia ego, ne in eandem pœnam incidat.* 478

D. Chryſo.

*Deus addentem afflicto afflictionem, rigorosè caſtigat.*

*Nequaquam ita fiet, ſed omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur.* Cur maior pœna ſtatuta fuit in eum qui occidiſſet Cain occiſorem Abelis, quam in ipſum Cain? nonne grauiſſimis afflictus & affectus erat pœnis? rectè Cain occidenti grauior pœna ſtatuitur, quia addens afflicto afflictionem ſeuero dignus eſt ſupplicio: ita Oleaſt. *Docemur hic non addere afflicto afflictionẽ, neque eſſe moleſtandum quem videmus à Deo aut ab alio punitũ*, nam eo ipſo quod iam in Cain diuina vltio incurrerat, deberet ab eodem humana punitio abſtinere, ne afflicto afflictio adderetur. 479

Oleaſt.

*Afflictionem afflicto addere, ſcelerati eſt hominis.*

*Nequaquam ita fiet, ſed omnis qui occiderit Cain ſeptuplum punietur.* Diximus ideo grauius imminere ſupplicium Cain interfectori, quia afflictionem adderet afflicto: ſed nõ licet in maiorem peccati commiſſi pœnam, & criminis deteſtationem aliquem iterum afflictione mulctare, vt abundantius ſuo delicto ſatisfaceret, & omnes cautiores redderentur eius exemplo & ſupplicio? dico hoc non licere, imo rectè ſeptuplum puniendum afflicto afflictionẽ addentem, hoc enim proprium eſt ſceleratiſſimi hominis: ita D. Antioc. ho. 58. *Inſultare cuiuſcunque tandem conditionis homini tribulatione quapiam, aut rei peculiaris iactura miſere afflicto, viri certe eſt temere inſoleſcentis, non mentis ſatis ſinceræ.* 480

D. Antio.

*Afflictionibus ad Deum reducimur.*

*Nequaquam ita fiet*, Imo fiat, ô Deus, peccatum enim longè grauius ipſa morte commiſit: terminum pœnis eius noluit imponere, vt eis mediantibus ad ſe redire cogeretur, his enim ad Deum agnoſcendum impellimur; vnde D. Greg. *Si ad promiſſionis terram vocati exire negligimus, preſſuris ſaltem ſæuientibus impellimur.* 481

D. Grego.

*Quo à Deo prohibetur, grauiter ab eo punitur.*

*Nequaquam ita fiet:* Deinde ne id fiat ſubiungit: *Omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur.* Hugo à Sancto Victore interpretatur hoc dictum ita vt occiſor Caini plures pœnas patiatur quam Caio, ſed 482

qua de cauſa? nam homicidium ſimplex non ita graue eſt ac fratricidium; minori ergo ſupplicio debet affici, nota prohibitum fuiſſe expreſſe à Deo vt nullus interficeret Cain, quod non legimus de Abele: reſpondet ergo citatus Hugo à S. Vict. *Interfector Cain punietur plus etiam quam Cain propter prohibitionem homicidij factam à Deo, quæ non erat facta Cain.*

Hugo à S. Vict.

### *Mors deſiderabilior eſt aliquando ipſa vita.*

483 *Nequaquam ita fiet.* Si omnium terribiliſſimum terribilium eſt mors, ipſamque tanto affectu concupiſcit, cur nõ annuis eius petitioni, vt ſic debitas delicti ſui exoluat pœnas? ſed tu ô Cain, ſi vita nihil dulcius, nec iucundius excogitari poteſt, ita ne deſperatę mentis es, vt mortem ei pręferas? cum iudicio loquitur; mors enim homini miſerrimo deſiderabilior eſt quam ipſa vita, quam Deus in maiorem punitionem largitur: ita D. Ambroſ. lib. 2. de Abel & Cain cap. 10. *In hac (nempe vita) plus ærumnæ eſt quam voluptatis: mors enim vna eſt cum ſecedit anima à corpore, quæ ſimul vt venit, omnes corporis dolores auferre non augere conſueuit, vitã vero hanc ingruunt frequenter metus, mæſtitia, dolores, gemitus, diuerſique cruciatus. vulnera, ægritudines, quæ omnia plurimas mortes generi humano inferunt, adeo vt mors remedium eſſe videatur, non pœna, quia ad meliora nos transfert; nam etiam peccatores cum moriuntur, finem corporum adipiſcuntur, ne plura delinquant, iuſti autem cum bonæ ſpei compotes ſunt, migrare magis quàm deficere credendi ſunt.*

D. Ambro.

### *Parentes afficere triſtitiâ, graue delictum.*

484 *Nequaquam ita fiet, ſed omnis qui occiderit Cain ſeptuplum punietur.* Alij legunt ſeptem vindictas exoluet, ita vt ſit ſenſus quod ſepties punietur Cain, non quod vni cædi ſeptem ſupplicia reſpondeant, ſed ſeptem peccatis quæ commiſit; at hæc peccata inquirens non inuenio, ſed ſolum quod nullam oblationis rationem habuerit in eligendo, quod iratus ex eo quod fratris munus acceptum fuerit, quod quieſcere noluerit, licet id iuſſerit Deus, quod fratri inuiderit, quod eundem interfecerit, & quod interrogatus à Deo mendax extiterit; ſi igitur tantum ſunt ſex peccata, cur ſeptem ſupplicijs afficitur? dico non ſolum hæc crimina admiſiſſe, ſed etiam quod ſummo dolore parentes affecerit ex morte dilecti filij ſui, ita Diodotus, qui inter ſeptem hoc grauius exiſtimat, vltimo loco illud apponens, ſubiungit enim poſt prædicta, *Præterea quod genitores maxima triſtitia affecerit perempto fratre*, D. Chryſoſt. lib. 1. de prouidentia, *Cain patrauit facinus parricidio longe ſceleratius; parentes enim incredibili dolore confodit.*

Diodor. in cath. lip.
D. Chryſ.

### *Fratricidium ita ſcelus immane eſt, vt vix credi poſſit.*

485 *Nequaquam ita fiet*, Ait Deus Cain mortem formidanti, moriatur impius ô Deus, & nulla vnquam illius ſit memoria, imo in nihilum redigatur vt incognitus ab omnibus habeatur, nota quod ſi Deus annuiſſet petitioni Cain, tantum rumor ſui fratricidij ſpargeretur, non autem videretur fratricida pœnas expendens; ſed nonne ſufficiebat rumor tum fratris interfecti, tum quod morte mulctatus eſſet, propter illud ſcelus? minimè hoc conueniens, ſed neceſſarium fuit, vt vitam in plurimos annos protraheret: ſi enim tantum rumor ſpargeretur, vix aliquis poſſet credere hominem ita impium fuiſſe vt manus violentas fratri ſuo auſus fuerit inferre: ita Procopius, *Deus noluit vltimo ſupplicio adiudicare Cainũ, quia nemo crediđiſſet tam immane facinus à fratre in fratrem committi potuiſſe, at cum vita ei prorogaretur, miſer nepotibus euidenter ſignificauit, quæ pateretur ob deſignatam cædem malam.*

Procop.

### *Deus perfectè punit.*

486. *Nequaquam ita fiet, ſed omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur*, Quid ais, ô Deus clementiſſime? nonne verum eſt nullum bis pœnas daturum ſui delicti? quomodo ergo ais ſeptuplum puniendum? aduerte quod ſepties non dicit in ſcriptura numerum ſeptenarium determinatum, ſed aliquid perfectum & completum, vt eſt in Pſalm. argentum igne examinatum, purgatum ſepties; ſepties hîc non dicit ſeptem vices, ſed perfectè: dico ergo Deum iniuſtum non eſſe, qui vni delicto ſeptem inferat pœnas, ſed quod illud perfectè punit & caſtigat: ita Caiet. *Non eſt ſenſus, quod ſeptem vicibus punietur, cum nec bis idem vindicet Deus, ſed quod perfectè & ex integro punietur.*

Pſal. 11.
Caietan.

### *Stimulus conſcientiæ, ipſa morte intolerabilior.*

487 *Nequaquam ita fiet*, Quid intolerabilius ei contingere poteſt ipſa morte, vt ei non permittas ab aliquo inferri? acquieſce igitur petitioni eius, ideo recuſat, quia aliquid grauius ipſa morte in pœnam delicti vult eum perpeti, nempe ſtimulum conſcientiæ perpetuo pungentem: ita Hier. Epiſ. 125. *Deus nolens eum compendio mortis finire cruciatus, nec tradens pœnam, qua ſe ipſe damnarat, ait, non fiet, ad eſt non vt exiſtimas morieris, & mortem pro remedio accipies, verum viues vſque ad ſeptimam generationem; & conſcientia tua igne torqueberis.*

D. Hieron.

### *Ab homicidio omnino reuocantur.*

488. *Nequaquàm ita fiet, ſed omnis qui occiderit Cain, ſeptuplũ punietur*, Cur in homicidam hominis impij, ita grauis ſtatuitur pœna, cùm vni delicto vnica correſpondere ſoleat, & non multiplex? Ideo tam grauis pœna homicidæ etiam hominis peruerſiſſimi ſtatuitur, vt punitionis rigore ab homicidio omnino reuocemur: ita Ferus, *Ideo tantam pœnam comminatur ei qui Cain occiderit, vt eo magis homicidio nos abſterreat, alioqui ſi malos occidere liceret, nemo non arriperet occaſionem interficiendi eum quem odit prætenderetque eſſe malum.*

Ferus.

## VARIETAS VERSIONVM II. PARTIS VERS. XV.

*Vlg.* Poſuitque Dominus Cain ſignum, vt non interficeret eum omnis qui inueniſſet eum.

*Septuag.* Et poſuit Domious ſignum ſuper Cain, ne eum occiderer omnis qui inuenerit eum.

A *Cald.* Et poſuit Dominus in Cain ſignum.

*Sic Arias, Legit addens*, ad non percutiendum eum omnis inueniens eum.

*Pagnin.* Et poſuit Dominus ſignum in Cain, vt oon percuteret eum omnis (*Vatab.* vllus) qui inueoiſſet eum.

### CONCORDIA VERSIONVM.

NOn apponit noſter vulgatus propoſitinnem, *in*, quæ tamen in Hebræo eſt, apod Sept. eſt alia nempe ſuper, vel io, ſed ſubaudienda eſt in noſtro interprete, nam plura exemplaria eandem habent.

## EXPOSITIO II. PARTIS VERSVS XV.

P*Oſuit Dominus Cain ſignum, &c.* Certe ſignum poſuit, vt agnnſceretur fratris ſui occiſor; quodnam autem illud fuerit omnibus cooſpectum, & vt à cunctis dignoſceretur? Communis opinio fert, fuiſſe quendam ingenıem, & horribilem totius corpotis tremorem, ſed præcipue capi- B tis quo omoes ſui eriminis admooeret: noſter Lyraous addit fuiſſe notabile quoddam ſignum faciei impreſſum, quo cognoſcebatur ab omoibus fratrem ſuum innocentem occidiſſe, vt à nullo interimeretur, vt ad maiorem pœoam & aliorum exemplum ſupereſſet.

## CONCEPTVS IN HANC II. PARTEM.

### *Maxima Dei benignitas in puniendo.*

489 P*Oſuit Dominus ſignum Cain, vt non interficeret eum omnis qui inueniſſet.* Noo recte mihi videtur hoc ſignum appoſitum eſſe; nam cum dignus ſie motte, à quncunque reperiretur, interfici deberet, deleat igitur illud Deus vt motte crudeli debitas ſoi ſceleris luat pœnas: ideo cum ratione nntatus eſt aliquo ſigno Cain à Deo, oe interimeretur, vt erga eum ſua io puniendn benignitas agnoſceretur: ita Caiet. (Caietan.) *In hoc apparet non ſolùm magna Dei clemen-* D *tia minuendo pœnam debitam fratricidæ, ſed etiam maxima benignitas, ſeruando eum ne interficiatur ab aliis.*

### *Ad conuerſionem nos inuitat Deus.*

490 *Poſuit Dominus Cain ſignum, vt non interficeret eum omnis qui inueniſſet.* Cur hoc ſigoum? an ſolum deſeruiebat ve oon occideretur? textus enim hoc ſolum indicat, iden etiam poſuit Cain ſignum, vel vt habet D. Ambr. ſuper Caio ſignum, ve illud conſiderans, (D.Ambr.) peccati ſui memor ad Deum conuerteretur: ſic cita. Ambroſ. lib. a. de Cain & Abel, *Quod autem ſignum poſuit ſuper Cain, ne quis eum occideret, reflectere voluit errantem, & beneficio ſuo inuitare ad correctionem.*

### *Qui iniuſtus fuit erga Deum, iudex hominum non deberet conſtitui.*

*Poſuit Dominus ſignum in Cain.* Scilicet vt non in-
491 terficeretetur: nonne Deus conſtituit Adamum totius muodi principem, & iudicem, ad quem proinde, vt ſenrit Caietanus, pertinebat omnes hominum caſus & ciuiles & capitales definite? quare ergo Adamus iure ſuo non ioquitit de primo homicidio, & in teum aoimaduertit? imo cur depellitur à iudicio, & à cugnoſcenda cauſa ſui ſubditi, & prohibetur à Deo apponente ſignum io illum, ne interficiatur? C quia iodigous qui iudicis officium exerceret: qui enim iuſtitiam onn colit, non poteſt alios in iuſtitia continere, imo nec iudex nominari, vt optime obſeruat Rupertus lib. 4. de Victoria Verbi Dei cap. 10. (Rupertus.) qui inquirens quam nb cauſam de numeto iudicum tollitur Heli, qui fuerat iudex io Iſraël, ait: *Propter contemptum verbi Domini, quia in diebus eius abiicere verbum Domini nimia fere in omnibus licentia fuit*, quaſi diceret, indignus officio, imo & nomine iudicis, qui in iuſtitia alios contioere nno poteſt.

### *Pœnitentia à morte liberat.*

*Poſuit Dominus Cain ſignum, &c.* Quodnam eſt 492
illud ſignum quo impeditur Caini occiſio? audi Procopium, (Procop.) vbi poſtquam ait, ſed quia aliud diximus ſignum quàm voluntatem, & imperatricem vocem Dei, ſubiungit, vel ſic cape præſentem locum, *Signum quo ſignauit Cainum eſt pœnitentia, quam ſi peccator apprehenderit, non facile perimitur*, expende illa vltima verba; videtur enim quod velit E aſſerere pœnitentiam non ſolum liberare à morte animæ, ſed à morte violenta corporis.

### *Pœnitentia mors excelſa.*

*Poſuit Deus ſignum vt non interficeretur.* Hoc 493
ſignum diait Procopius fuiſſe pœnitentiam, quam ſi apprehendiſſet, non facile perimeretur: perimatur, mortis enim ſupplicio ea crimine commiſſo dignus eſt: dignus certe morte, ſed ſi pœnitens fuiſſet, aliane excelſiori defunctus fuiſſet? ait Bachiarius epiſto- (Bachiar.) F la de recipiendis lapſis, *Vere enim excelſa mors pœnitentia dicenda eſt, cùm mortificatis membris deducatur homo ad excelſa cœlorum, vnde fuerat dilapſus ante, ſiue iuxta iſtam humilem mortem quæ generaliter omni carni imminet, illa ad comparationem eius rationabiliter excelſa nominatur, quia multo nobilius eſt per pœnitentiam mori, quàm communi hac morte diſſolui.*

*Deus nos reuocat à vindicta.*

494 *Poſuit ſignum Cain, vt non interficeret eum omnis qui inueniſſet eum.* Poſuiſſe ſignũ Cain denotat maximam Dei benignitatem, & miſericordiam; ſed hęc miſericordia extenditur ne ſolum erga Cain, vt à nemine occidatur, an etiam admonitio fuerit aliis hominibus? ſignum vtrumque continebat; monebat enim & à vindicta nos reuocabat, quaſi diceret, nolui vindictam ſumere de Cain, imo diuturnam vitam conceſſi, ad imitationem meam, ſimiliter quamuis offenſi, iniurias remittite parcentes vindictæ: ita

D.Ambro. Diuus Ambroſ. lib. 2. de Abel & Cain capite 10. *Quoniam cum parricidium eſſet admiſſum, hoc eſt ſcelerum principatus, vbi peccatum obrepſit, ſtatim & diuina lex manſuetudinis prorogari debuit, ne ſi continuo vindicatum eſſet in reum, homines quoque in vindicando nullam patientiam moderationemque ſeruarent, ſed ſtatim reos ſupplicio darent.*

*Peccatum infamem efficit.*

495. *Poſuit ſignum Cain, vt non interficeretur.* Interficiatur fratricida, & vita eius non ſit diuturnior, vt violenter occiſus propter tale delictum, apud omnes ſit infamis: quamuis non occidatur maxima laborabit infamia, peccatum enim quod perpetrarat,

Procop. eum infamiæ nomine notabat; ita Procopius. *Signum neceſſerat, ne vllius manu caderet, verum ipſum peccatum ſatis eum infamem facit, omnibuſque manifeſtat.*

*Infamiæ nota nihil ignominioſius.*

496. *Poſuit Deus ſignum Cain.* Vt non ſcilicet interficeretur, ſi ſeptem commiſerat peccata Cain, vbinam ſeptem punitiones? pœnæ enim varietas multitudini peccatorum debet correſpondere: ſex enim tantum reperio: primam; quod execrabilis in terra verſabitur profugus: ſecundam, quod prouentus de terra malignos, nec pro ſuo labore faciet: tertiam, gemitus: quartam, formidinem vel incertam ſedem: quintam, longius à Deo migrare: ſextam, omnia hęc vſque ad ſenectutem perpeti, quibus ſe per mortem eximere ſæpius exoptauit: vbinam eſt igitur vltima punitio, cum teneatur ab omnibus ſeptem peccata commiſiſſe? Nota per illud ſignum notam infamiæ incurriſſe, ſed an illa ſufficere poteſt quoad delicti

D.Diodor. compenſationem? quid ni? nihil enim nota infamiæ intolerabilius: ita Diodotus, *Septimum* (nempe ſupplicium) *nota eſt, qua factus inſignis, ab hominibus imprudenter interfici non poterat; quod ſane genus ſupplicij grauiſſimum fuit, & ignominioſum, ita enim veluti fugitiuus ſeruus, & in facinore deprehenſus, ſugillationem circumferebat omnibus locis.*

*Infamia morte intolerabilior.*

497 *Poſuit Deus ſignum in Cain, vt non interficeret eũ.* Nonne illi conuenientius eſſet vt vitam cum morte mutaret, quàm nominis infamiam incurrere? moriatur ergo, & è viuis diſcedat in maiorem delicti punitionem? viuus infamis relinquitur, quia malum nomen intolerabilius eſt ipſa morte: ita Diuus

D. Chryſ. Chryſoſt. hom. 15. in Matthæum, *Multi etiam ad laqueum conuolarunt, famæ opprobria non ferentes,* quaſi diceret, quamuis vita ſit iucundiſſima, & deſideratiſſima, tamen cum malo nomine, mors ipſa, magis eſt appetenda.

*Qui ſpiritum ſanctum iniuria afficit, grauiter punitur.*

*Poſuit Deus ſignum in Cain, vt non interficeret eũ.* 498.
Conſeruatur illi vita, vt grauiores pœnas ſuſtineat, quod delictum commiſit vt ita ſeuere puniatur? nota quod ſuper iuſtum requieſcit Spiritus Domini, & qui iuſtum interficit, quodammodo iniuria afficere ipſum met Spiritum Dei videtur: quid miramur igitur, ſi vita eius diuturnior redditur, vt maiori plectatur pœna? qui enim Spiritum ſanctum iniuria afficit, non leuiter feriendus eſt: ita Procop *Forte me-* Procop.
*lius fuerit hæc referre ad ſpiritus ſeptem, qui requieuerunt ſuper illo qui egreſſus eſt de radice Ieſſe. veriſimile eſt hos incubuiſſe & Abelo, cuius rei certum argumentum dixeris viri pietatem: hos igitur iniuria affecit facinus, cum in Abelo habitarent & verſarentur, quantiſper quidem in terris agebat Cainus; delicta illa expiabantur,*

*Iniuria fieret iuſto, ſi non vindicaretur à Deo perfectè.*

*Poſuit Deus in Cain ſignum vt non interficeret eũ.* 499.
Si homicida debeat homicidio puniri, cur primus ab eo liberabitur? ne ergo ſignum Caino ponas, vt à morte violenta ſeruetur. Nota, vt dictum eſt, maiorem impoſitam fuiſſe pœnam, cùm illi vita non adimitur, quàm ſi illico interficeretur: iure merito igitur Deus ſignum poſuit, vt vita illius conſeruaretur, grauioreſque ſubiret pœnas, ne ſi leniores pateretur,
Abeli interfecto fieret iniuria: ita D. Baſilius Seleu. D. Baſil.
oratione 4. *Mala tua morte non leuabuntur, neque vitæ exitus à trepidatione liberabit, neque calamitatis remedium erit cædes tua, vita fruere qua nefariè fratrem ſpoliaſti; nec enim permiſero tantam Abeli vindictam aboleri, Abeli nemo hanc faciat iniuriam, vt morte tua tremori medelam faciat.*

*Impius ſignum non ſolum iræ Dei, ſed miſericordiæ.*

*Poſuit Deus ſignum Cain.* Plurimi legunt, poſuit 500
ſignum in Cain, quid eſt Cain impium poſitum fuiſſe in ſignum? dices, vt homines eum ſignatum conſiderantes, ab homicidio reuocarentur; ſed nonne aliam ſubtiliorem adhibere poſſumus expoſitionem? nota ſecundum aliquos in hoc ſigno, Deum ſe præbuiſſe miſericordem erga Cain, impedientem ne occideretur: ſecundùm verò alios ſecurum eum permiſit diu viuere, vt grauiores delicti ſui lueret pœnas: dico ergo poſuiſſe ſignum in Caio intelligi poſſe, tum Dei miſericordiæ, tum iræ illius fuiſſe iudi-
cium: ita Ferus, *Alij volunt ſic legendum eſſe, poſuit* Ferus.
*Dominus Cain in ſignum, vere enim impij poſiti ſunt in ſignũ iræ Dei, imo etiam in ſignum miſericordiæ, in ipſis enim videmus quod Deus etiã impiis benefacit.*

*Peccatum ſemper radices maiores agit.*

*Poſuit Dominus Cain ſignum, vt non interficeret eũ* 501.
*omnes qui inueniſſet eum.* Quodnam eſt illud ſignũ
quod peccatori datur contra vim mortis? Philo. lib. Phil.
quod deter. potior. inſid. putat eſſe ipſam iniquitatem quam peccator commiſit. Quid? nonne iniquitas ipſa mors eſt? quomodo ergo illæſum ſeruare poteſt à morte? quia iniquitas niſi pœnitentia deleatur, quodammodo eſt immortalis. Voluebat ſæpe Cain mente peccatum illud, neque Deo admonente deponebat: cum autem radices egiſſet, iam quodammodo æternatur? nunquam enim perit, ſed ſemper

*Orientalem plagam Eden.* Vbi lectio Tigurina habet, ad orientalem plagam deliciarum: quid vero ea in plaga, hoc eſt in deliciis ſæculi & voluptatibus egerit, aperiunt Sept. pro his verbis reponentes, habitauit profugus in terra Nod: quid refert habitaſſe in terra Nod, & quod myſterium in hoc includitur? obſerua vocem Nod, ſiue Naid à Hier. in tradition. Hebr. interpretari fluctuationem, ac proinde hunc locum commodè legi, habitauit in terra vagus, profugus, inſtabilis, & ſedis incertæ: & pulchre & vere quidem, quia qui à facie Dei egreditur, & delicias huius ſæculi quærit, in perpetua fluctuatione eſſe dicitur: quò referas opportune hæc verba Gregor. Mag. lib. 22. Moral. *Quaſi in aquis defluentibus fundamenta ponere, eſt in rebus labentibus ſibi fiduciam velle collocare; ſtante enim Deo tranſeunt omnia: quid ergo eſt ab ſtante fugere, niſi tranſeuntibus rebus inhærere,*

Gre. Mag.

### *Reprobi amiſsis bonis cœleſtibus, ad conſolationem temporalium ſe conuertunt.*

507 *Egreſſus Cain à facie Domini, habitauit ad orientalem partē Eden.* Eden id eſt voluptas, qua de cauſa relicto Domin, oſedem in loco voluptatis inquirit? quia reprobi bonis cœleſtibus amiſſis, ad temporalē conſolationem ſe conuertunt. *Reprobi* (inquit Petr. Rauen. cit. à Tilm.) *de loco voluptatis eiecti, in orientali ſe parte conſtituunt, dum tranſitoria proſperitate decepti, quid perdiderint non aduertunt, ſed quaſi in luce magna fœlicitatis attendunt,*

Per. Rauē.

### *Impiorum varÿ ſunt exitus ab obſequio Dei, ſed inuidus expreſsiſsime ab eo recedit.*

508 *Egreſſus eſt Cain à facie Domini.* A Deo ergo recedit, vt militet ſub diaboli ſtipendio: ſed quis infirmus ita demens ab eo qui ſanitatem pollicetur aufugit? quis pauper ita mente captus, qui diuitias ſibi conferentem deſerat? cur ergo egrederis à facie Domini, qui tuam poteſt nullo negotio curare infirmitatem, qui tibi miſerrimo, & ſpiritualiter pauperrimo theſauros gratiæ poteſt conferre? cur igitur egrederis, cum potius creatorem tuum toto conatu inquirere deberes? Ne mireris eum egredi à facie Dei, quia cum ſit impius, à Dei conſortio & obſequio facile recedit, vt medio peccato, ſeruus fiat diaboli: quod notat noſter Nicolaus Aquæuillæus, Doctor Theologus celeberrimus ſerm. 4. Dominic. 3. Aduent. *Pluribus modis exeunt* (inquit) *mali de conſortio & ſeruitio Dei, primò per ſuperbiam: ſic exiuit Lucifer de paradiſo & conſortio Domini, Iſaiæ 14. ſecundò alÿ exeunt per inobedientiam: per iſtud peccatum exiuit Adam de paradiſo voluptatis: tertiò alÿ exeunt per inuidiam, vt illi qui gaudent de malis alienum, & triſtantur de fœlicitate proximorum: ſic exiuit Cain de ſeruitio Dei per inuidiam quam habuit de fratre ſuo Abel, quia ille de melioribus Deo offerebat, &c.*

Nicolaus Aquæuill.

### *Impius nec Deum curat.*

509 *Egreſſus Cain à facie Domini.* Non localiter egreſſus eſt à facie eius: nam Deus vbique præſens eſt, vnde Dauid, quò ibo à ſpiritu tuo & quò à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades, Pſalm 138. quid eſt ergo egreſſum fuiſſe Cain à facie Domini? Nam voluntariè ille egreditur, accipe Procop. Reſpondentem, *Cain egreſſus eſt à facie Domini, indignum ſe faciens Dei conſpectu, nec per reliquum tempus quicquam curans benignum Deum.*

Pſal. 138.

### *Coram Deo improbus non poteſt manere.*

*Egreſſus eſt à facie Domini,* Cur ô Cain à facie Domini egrederis? Cùm in conſpectu eius & coram eò omnia proſpera tibi euenient? Ideo egreditur à conſpectu domini, quia coram eo improbus non poteſt manere: hoc quodam modo exprimere vult Olymp. explicans hunc verſum: egreſſus eſt ſtatim à facie domini Sathan Iob. 1. ait, *Nullum enim ſtudium improborum habet cum Deo commercium.* Sed clarius ad rem Abulenſis, *cum vidiſſe à Deo maledictum, non potens ſuſtinere vultum Dei loquentis, fugit ab eo.* 510

Olymp. Iob. 1. Abulenſ.

### *Qui peccat, leges naturæ egreditur.*

*Egreſſus eſt à facie Domini, habitauit profugus in terra,* Quomodo exire potuit à facie Dei? Quò enim potuit abire vbi non eſſet facies Dei? Reſpondet Origen. homil. 14. in Leuit. *Exiſſe dicitur, pro eo quod legem naturæ egreſſus eſt, & ignaram tanti ſceleris terram fraterno ſanguine primus infecit.* 511

Origen.

### *Peccator longè eſt à Deo, per peccatum.*

*Egreſſuſque Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra.* Quomodo potuit à facie Dei egredi? Nonne enim Deus vbique, & ſecundum eſſentiam, & ſecundum potentiam, & ſecundum ſcientiam? Non ergo patet quod aliquis ſenſus ſit ſecundum quem poſſet aliquis egredi à facie domini: nam vbique præſens eſt quantum ad hæc omnia, egreſſio autem dicit quandam elongationem & remotionem: nō fuit egreſſus à diuina eſſentia, quia vbique eſt, nec ab eius potentia, quia vbique poteſt, nec ab eius ſcientia quia omnia ſcit, & intuetur, ſed à ſua gratia, mediante peccato ſuo, nihil enim longius nos ab eo repellit quàm peccatum: ſic fere Thom. Angl. *dicitur egreſſus à ſua gratia & beneuolentia, quia obſtinatus fuit, & cum pertinacia.* 512

Tho Angl. in Gen.

### *Peccatorum vult nos Deus eſſe memores.*

*Egreſſus Cain à facie Domini habitauit profugus in terra ad Orientalem plagam Eden:* Docet ſacer textus, inquit D. Chryſoſtom. quod non procul à paradiſo verſatus ſit, cur Deus eum non longe à paradiſo voluit degere, qui merebatur in ſolitudinibus, & cauernis vitam miſerrimam agere? Nonne propter peccatum Adam fuit eiectus, cuius eiectio debuiſſet eſſe ei vtilis, ne ſcelus tam abominabile perpetraſſet? Non longe igitur à paradiſo voluit Deus Cain habitare, vt memor ſemper peccati eſſet, ſicq; pœnitentiam ageret: ita D. Chryſoſtom. homil. 20. *Vt è regione paradiſi exiſtens, continuò memor eſſet tum eorum quæ patri ſuo ob præuaricationem contigerant, tum magnitudinis eorum quæ ipſe perpetrauerat, propter quæ tanta ſibi, neque patris correptione emendato, pœna irrogata eſt.* 513

D. Chryſo.

### *Negans delictum, illud amplius accumulat.*

*Egreſſus à facie domini, habitauit profugus à terra.* Vnde hæc deſperatio? Quia Deus non tranſtulit peccatum illius, ſicut parentis: ſed cur Cain peccatū non dimiſit, cum dignatus fuerit ipſius parentis culpam transferre? Nuta Cainum ſuum delictum negaſſe, cum dixit neſcio, ergo non miror profugum 514

exiſſe tanquam deſperatum, quia qui negat delicta, A
D. Chryſo. ea accumulat: vnde D. Chryſoſtom. hom. 31. in Ep.
ad Hæb. ait, *Non obſecro, negemus noſtra peccata,*
417 *neque nos in confeſſione impudentia duros efficiat,*
*ſponte noſtra delicta confitendo puniamur, ne poſtea*
*pendamus non ſponte ſupplicia: audiuit Cain à do-*
*mino, vbi eſt frater tuus Abel? Et dixit neſcio, vi-*
*des quomodo peccatum ſuum amplius tegẽdo opera-*
*tus eſt? At pater eius audiens, Adam vbi es? Nu-*
*ditatem ſuam fatetur, dicens audiui Domine vocem*
*tuam & timui, eo quod nudus eſſem: magnum bo-*
*num eſt, vt qui peccatum agnoſcens confiteatur, &*
*memoriam eorum perſeueranter teneat.*

## *Qui minus peccat, citius pœnitendi occaſio ei offertur.* B

418 *Egreſſus eſt à facie domini, &c.* Peccauit Adam, &
tamen expulſus à paradiſo, non fugit conſpectum
Dei, cur fugit Cain? Deinde quod maxime obſer-
uandum eſt, Deus primum parentem collocauit an-
te paradiſum, Cain autem nullum locum aſſignauit
determinatum, cur Adamus ante paradiſum conſti-
tutus, Cain autem nullibi ſtabilis? Aduerte qui ante
oculos fœlicitatem, ex qua ceciderit, habet, facile
pœnitet: ideo longe remouetur Cain, Adam autem C
ante paradiſum collocatur, vt occaſionem pœniten-
di facile ſumat: qui enim minus peccat, citius occa-
Procop. ſio dolendi de peccatis offertur: ita Procopius: *Ada-*
*mus vi eiectus, nec ſua ſponte egreſſus eſt paradiſo,*
*nam adhuc ardebat deſiderio manendi in eo, hinc eū*
*Deus collocauit ex aduerſo paradiſi, quaſi ipſe regens*
*eius domicilium, his enim qui mediocriter peccarunt,*
*citò offertur occaſio accelerandi ad pœnitentiam, vt*
*abiecto peccato ſe ad virtutem recipiant, ſed quæ de*
*Adamo traduntur, non feruntur quoque & de*
*Caino: nec enim expulſus à conſpectu Dei, nec ali-*
*quò à Deo collocatus legitur, vt ibi fixas haberet ſe-* D
*des, ſiquidem toto pectore propendebat ad malum.*

## *Contrarium vitium virtuti eſt.*

519 *Egreſſus à facie Dei, habitauit profugus in terra ad*
*Orientalem plagam Eden,* Septuaginta habent, con-
tra Eden: inſpiciamus quæſo quid dicatur de Adam,
quando eiectus eſt à paradiſo? Collocauit, inquit
Moyſes, eum ante paradiſum, quomodo dicitur de
Cain quod contra Eden (quod interpretatur para-
diſus) habitauit, non autem ante? Aduerte paradi-
ſum virtutum referre, Cain autem vitium: recte er-
go dicitur, habitaſſe contra Eden, quia vt inquit, E
Procop. Procopius, *contrarium virtuti vitium eſt.*

## *Peccator plus pœnam timet, quam culpæ emendationem inquirat.*

517 *Egreſſus eſt à facie domini, habitauitque profugus*
*in terra, &c.* Cur ante conſpectum Dei non perma-
nes, vt ab eo indulgentiā peccati tui impetres? Qua-
re igitur fugit à facie illius; hæc enim fuga quid de-
notat niſi te velle vitare mortem, & ne ab aliquo oc-
cidaris? Nonne tibi ſatius eſſet culpę emendationem
ſollicitare? Sed ne hoc perſcruteris: peccator enim F
plus pœnam corporis timet, quam culpæ emenda-
Caietan. tionem requirat: ita Caietan. *Confer hoc factū Cain*
*(nempe fugam à conſpectu Dei) cum eius dictis ac ſol-*
*licitudine, & perpendes quod malum quidem culpæ*
*ſuæ quātum ad magnitudinem penſauit, ſed ad ma-*
*lum pœnæ animum diuertit, ſollicitus ne occideretur*
*à reperiente ipſum; mota eſt enim eius mens magis à*
*timore pœnæ mortis, quàm ab admiſſa offenſa Dei,*
*& propterea qui eiectus à facie Dei, debuiſſet suppli-*
*care pro venia, manifeſtat ſe non reſipiſcere.*

## *Timor perpetuus comes peccatoris.*

*Egreſſus à facie Dei, habitauit profugus in terra,* 518
Cur profugus? nonne ſtabilem potuit eligere ſedem?
Aduerte qui vnicum habet domicilium, facile repe-
ritur: qui autem per varias regiones vagatur, difficil-
lime: ſed cur eam reperiri recuſat, quia continuo ti-
more agitatur ne ab aliquo inueniatur: ita Abulenſ. Abulenſ.
*Habitauit profugus in terra, id eſt, non potens diu*
*manere in eodem loco præ timore*; an agnoſcis timo-
rem eſſe continuum comitem peccatoris?

## *Hæretici à Deo alienantur.*

*Egreſſus Cain à facie Domini.* Hoc reſpiciens San- 519
ctus Iudas ait, væ illis qui in viam Cain abierunt,
neſcio quomodo hoc ſit verum, quod in viam Cain
abeant hæretici: Cain enim egreſſus à facie Domini
iter fecit verſus orientalem plagam, in qua non ita
frequens hæreticorum numerus, ac verſus occiden-
tem: Nota quod abire in viam alicuius, ſignificat
amplecti modum viuendi alicuius: ita Dauid in via
peccatorum non ſteti, hoc eſt mores ac ſceleratorum
hominum actiones non ſum imitatus: dicamus ergo
ideo recte hæreticos dici in viam Cain abire, quia ſi-
cut ille ſe à conſpectu Dei, ſic hæretici ſuis dogma-
tibus ſe à Deo omnino ſeparant; ita Dydim. *Præ-* Dydimus.
*ſentes hæretici ambulant in viam eius, & extra cul-*
*tum Dei, propter ignorantiam facti.*

## *Proprium peccatorum, voluptates inquirere.*

*Egreſſus Cain à facie Dei, habitauit profugus in ter-* 520
*ra ad orientalē plagam Eden.* Cur potius voluit ha-
bitare Eden, quam in alia, vel occidentali, vel meri-
dionali plaga? Nota quod Eden interpretatur deli-
ciæ, vel voluptates: forte autem à parentibus audie-
rat aliquid de deliciis, quas in oriente in paradiſo
habuerant, ideo potius ad Eden fuit quàm ad aliam
partem; quia proprium eſt peccatoris delicias & vo-
luptates ſibi conquirere: ſic Thom. Angl. *Punitur* Tho. Ang.
*amor inordinatus voluptatis, qui habitauit ad orien-*
*talem plagam Eden, Eden enim interpretatur deli-*
*tiæ, vel voluptates, vnde aſſumis terram voluptuoſā.*

## *Homo deſperatus Deo non credit.*

*Egreſſus eſt à facie Dei, & habitauit profugus in* 521.
*terra.* Certe Dei præſentiam euadere non potuit,
omnia enim vbique noſcit, agit & ſuſtinet, cur igitur
dicitur egreſſus à facie Dei? aduerte poſt deſpera-
tionem ſe à facie Dei ſeparaſſe: dicitur igitur forte à
conſpectu Dei egreſſus, quia vt iam deſperatus vbi-
que Deum præſentem non credebat: hoc innuere
videtur Lippom. dicens, *Dei præſidio in conſcientia* Lippom.
*nudatur, cui non credebat homo deſperatus.*

## *Aliorum correptionibus, cautiores ſimus.*

*Egreſſus à facie Dei, habitauit profugus in terra.* 522
Omni genere calamitatum oppreſſus infœlix, & om-
nibus inuiſus: ſed nonne ſufficiebat Cain ſcelus ag-
nouiſſe, ſententiamque condemnationis in eum la-
tam? ad quid igitur profugum infinitis obnoxium
miſeriis; à conſpectu Dei exiſſe teſtatur Moyſes? ſi-
ne dubio vt correptione eius agnita cautiores viua-

mus: vnde D. Chryſoſtomus ait, *Quocirca obſecro vt vel ſaltem nunc aliorum correptionibus nos ipſos emendemus, & vitam noſtram corrigamus, ad Domini obedientiam, illius obtemperantes legibus.*

### *Perturbata conſcientia ſemper inſtabilis.*

523 *Egreſſus à facie Dei, habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Edem.* Caldæus legit in terra Nod, ſi quis proptie velit reddere dictionem Nod, eam interpretabitur ſalum, inquit Procopius, ſed quæſo quid immobilius, quid inſtabilius, quid inconſtantius ſalo? cur igitur dicitur Cain habitaſſe in terra quæ ſalum interpretatur? Aduerte ſtimulis conſcientiæ Cain ſemper agitatum fuiſſe; rectè igitur ſedem inquirit in terra quæ ſalum interpretatur, quia perturbata conſcientia nunquam quieta, ſed ſemper inſtabilis: ita Procop. *Meritò incolit ſalum,*
Procop. *perturbatam gerens conſcientiam.*

A *Cæleſtis panis nihil carnalium, mundialiumque bonorum ſecum admittit.*

*Egreſſus Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra ad orientalem plagam in Eden.* Sept. legũt, 524
habitauit in terra Naid contra Orientem, eſt Naid idem quod commotio, vt exprimantur ibi carnalia & temporalia bona, quæ in perpetua motione ſunt, & paſſim aguntur ſub rota fortunæ: ſed vide horum regionem, vbi ſit, nimirum contra Eden, vel orientem, contra regionem vitalis cibi, quo ſcies quam nequeant ſimul eſſe carnalia bona cum cæleſti & vitaliſſimo cibo; quippe ait D. Iſid. Hiſpal. in cap. 8. D. Iſidor.
B Geo. *Habitauit profugus in terra commotionis, id eſt, in perturbatione carnali contra iucunditatem Dei, hoc eſt, contra Eden, quod interpretatur epulatio, vbi eſt plantatus paradiſus*, vbi perturbatio & commotio bonorum temporalium impleuit hominem, crede hunc habitare contra Eden, & tenere regionem cæleſtibus epulis, vitalique fructui prorſus contrariam.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XVII.*

*Vlg.* Cognouit Cain vxorem, quæ concepit & peperit Enoch, & ædificauit ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine filij ſui Enoch.

*Stepuag.* Cognouit Cain vxorem, & concipiens peperit Enoch, & erat ædificans ciuitatem,
C & nominauit ciuitatem in nomine filij Henoch.

*Caldæus.* Et fuit ædificator ciuitatis, & vocauit nomen ciuitatis ſicut nomen filij ſui Henoch.

*Arias.* Fuit ædificans ciuitatem, & vocauit nomen ciuitatis ſicut nomen filij ſui Chanoch.

## EXPOSITIO VERSVS XVII.

*Cognouit Cain vxorem ſuam quæ peperit Enoch.* Sororem ſuam Calmam duxit vxorem; non enim prohibitum erat fratres matrimonio iungi ſororibus; imo licitum; Enoch autem de quo hic eſt ſermo, eſt alius ab eo de quo cap. ſequenti.

*Et ædificauit ciuitatem.* Non ſtatim à natiuitate filij ſui Enoch; ad quid enim ciuitas pro tribus per-
D ſonis, quas perexigua domus capere poterat, ſed in ſenectute eum quingenteſimum forte vel ſexcenteſimum annum ageret; potuit autem per quingentos annos in tantum multiplicari Cain ſoboles, vt ea non tantum vni ciuitati, ſed etiam pluribus ſufficeret, vocauitque hanc ciuitatem nomine filij ſui ſibi chariſſimi Enochiam.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Parentes quos diligunt filios, alijs præferunt.*

525 *Cognouit Cain vxorem, quæ concepit & peperit Enoch.* D. Auguſtinus libro 15. de ciuitate Dei capite 8. tenet quod Enoch non fuit primogenitus Cain, ſi ergo non fuit primogenitus, quomodo eius generatio enunciatur prior? Nota quod Enoch fuit præ aliis dilectus, reſponde ergo generationem eius enunciari priorem, quia quos filios patres diligunt, aliis præferunt: vnde etiam Thom. Angl. *Prius*
Thom. Angl. *narratur eius generatio, quia patri fuit prædilectus, vel propter ſequentes euentus, quia ab ipſo fuit magis populi denominatio, & ciuitatis, & terræ.*

### *Patres magis de filijs, quàm de ſeipſis ſunt ſoliciti.*

526 *Cognouit Cain, &c. & ædificauit ciuitatem, vocauitque nomen eius nomine filij ſui Enoch.* Dubium eſſe poteſt cur potius eam non appellauit nomine proprio, quàm nomine filij, cum noſtram gloriam,
E & nominis immortalitatem anxiùs quæramus quàm alienam? ideo nomen non proprium, ſed filij ſui impoſuit ciuitati, quia pater filiorum maiorem curam videtur habere, quam ſui ipſius, ſic Thom. *Ratio poteſt eſſe, quia parentes magis ſunt ſolliciti de filiis, quàm de ſeipſis: ideo ciuitatem a filio ſuo denominauit, & eam ſibi deputauit.* Thom. Angl.

### *Coniugati filios habere ita æſtimant, vt omnia eis præferant.*

*Cognouit Cain vxorem, quæ concepit & peperit*
F *Enoch.* Impie & ſcelerate, nonne ſatius eſſet tui delicti grauiſſimi pœnitentiam agere, quàm generationi operam dare? nonne ſalubrius tibi fuiſſet animam ſaluam facere, quam poſteritatem relinquere? quid enim prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? ne mireris, quia omnibus, etiam saluti præferebant veteres filiorum generationes; vnde Procop. *Veteribus* (inquit) *tam durum & graue erat ſine liberis excedere, quam nobis vita excedere æterna.* 527 Procop. lib. num.

*Terrenæ poſſeſſionis cauſa homicidium.*

528 *Ædificauit ciuitatem, vocauitque eam nomine filij ſui Enoc.* Vnde huius terrenæ poſſeſſionis cauſa? vnde huius terrenæ ciuitatis ædificationis origo? Nota cùm Cain fratrem ſuum occidiſſet, & ob hoc omnibus odioſus, vaguſque & profugus eſſet, ciuitatem qua ſe tutaretur ædificauit; facilis ergo reſponſio, Rupert. originem terrenæ poſſeſſionis qualis; fuit ædificatio ciuitatis, fratricidium fuiſſe: ſic Ruper. lib. 4. cap. 10. *Notandum quod prima terrenarum ciuitatum cauſa homicidium fuit.*

*Terreni homines fundamentum in terra faciunt, nihil de cœlo cogitantes, ſecus autem iuſti.* B

529 *Ædificauit ciuitatē, vocauitque nomen eius ex nomine filij ſui Enoch*, Cur ciuitatē extruis, cum de Abraham legatur, quod in caſulis habitabat? Et ſi ciuitatem ædificas, qua de cauſa eam nomine Enoch, nuncupas, quod dedicationem ſignificat, dedicatio autem lætitiam deſignat, cum potius tuum deflere peccatum debetes, & in perpetua vitam degere mœſtitia? Impij nihil præter terrena ſapiunt, in illis gaudent, & lætantur, iuſti autem hæc omnia contem- C nunt, expectantes futuram aliam ciuitatem permanentem: ſic D. Iſidor. Iſid. hiſpal. in Gen. *Figuratur progenies impiorum in ipſa mundi origine, fundamentum quærens in hac vita, ciuitatem extruxit, quam vocauit Enoch, quod interpretatur dedicatio, quia in primordiis dedicant, dum in hac vita quæ ante eſt, radicem cordis plantāt, vt hîc ad votum floreāt, & à futura gloria areſcant, Abraham vero in caſulis habitabat, quia ſancti, hoſpites & peregrinos ſe eſſe cognoſcunt, expectantes ciuitatem habentem fundamentum cuius artifex Deus eſt.*

*Malam debemus vitare famam.*

530 *Ædificauit ciuitatem, vocauitque nomē eius ex nomine filij ſui Enoch.* Cur quæſo hanc ciuitatem non ſuo nomine; ſed filij ſui vocauit? Nota quod Cain propter fratricidium commiſſum ab omnibus infamis habebatur; nomine igitur proprio ciuitatem noluit vocare, vt maiorem ſui nominis infamiam Tho. Ang. poſteris cognoſcendam vitaret: ſic Thom. Angl. *Quia ex maledictione Dei & infamia facti ſui ſcileet homicidij erat mundo odioſus, ne ex infamia eius redderetur ciuitas odioſa, & in poſterum eius filij ex memoria facti eſſent opprobrioſi.*

*Plures famam temporalem ex ſuperbia ambiunt, humiles fugiunt.*

*Ædificauit ciuitatem ex nomine filij ſui Enoch*, 531 Quomodo non legimus ipſum omnium parentem, vrbem aliquam conſtruxiſſe? Quod laudabilius mihi videretur, & conuenientius: nam magis decet patrem ædificare quàm filium; aduerte primum parentem poſt peccatum commiſſum, & à paradiſi expulſione fuiſſe maxime humilem, non igitur ædificat ciuitatem, ſicut Cain impius & ſuperbus, quia F ſicut famam temporalem ex ſuperbia ambiunt mundani, ita humiles fugiunt: ſic D. Laurent. Iuſtinian. D. Lauren. libr. de humil. cap. 9. *Habent ſuperbi, & ſæculi amatores hoc proprium ſæcularium dignitatum principatum ambire, præeſſe cæteris, omnes præcellere, vulgari fama gaudere, opera quæ agunt* (ſi quæ ſunt

A commendatione digna) *præferre ad publicum, ore proprio ſe laudare, interdum mendaciter & conſcientia reclamante, in præſenti ſæculo abundare diuitiis, carnis illecebras concupiſcere, & ſi facultas adſit, etiam eaſdem opere conſummare: non autē ſic humiles & mundi iſtius contemptores, omnem quippe quantum valent, & corde deſpiciunt, & corpore atque conuerſatione declinant huius vitæ ſublimitatem, & gloriam, non conſiderantes honoris præeminentiam, ſed in ipſo exteriori faſtigio aduertunt latens periculum.*

*Non ita conueniens eſt famam quærere, quam iuſtitiam colere.*

*Ædificauit ciuitatem*, Scilicet vt nomen ſuum eſſet celebre & ab omnibus gloria ſua cognita, quomodo Deus non ſtatuit ipſum Abelem ante mortem ſuam dignū aliquid immortalitate perficere? æquius enim eſt iuſtos gloriam poſſidere quàm impios: ideo non ita factum, quia longe ſatius eſt ipſam iuſtitiam colere, ſicut Abel, quam famam nominis inquirere, ſicut Cain, quod expreſſit D. Greg. Nazianz. in carmine. 532 Gre. Naz.

C *Famam, nec nomen, nec nimis quæras velim,*
*Probum eſſe præſtat, quam videri.*

Sed fortè clarius D. Laurentius Iuſtinia. lib. citato cap. 8. *Conſultius itaque eſt, a celebritate introrſus per humilitatem Dei ac propriæ conſcientiæ gaudere teſtimonio, quam exterius ad tempus per elationem humana opinione atque dignitate florere.* D. Lauren.

*Mulier exiguæ conſiderationis eſt.*

*Ædificauit ciuitatem*, ſed antea *cognouit vxorem ſuam*, quo nomine appellatur? miror quomodo 533 D Moyſes illud omiſerit? ne mireris, quia mulieres regulariter ſunt tam exiguæ conſiderationis, vt earum nomina facile prætermittantur: ſic Diuus Chryſoſtomus homil. 20. *Nuſquam catalogum mulierum diligenter facit ſcriptura, cauens ne quid ſuperfluum proferat.* D. Chryſo.

*Ambitio alia peccata excedere videtur.*

*Ædificauit ciuitatem*: Scilicet ex ambitione, & vt nomen celebre poſſideret: in hoc ab omnibus vituperatur, cum potius delictorum ſuorum pœnitentiam agere teneretur; ſed cùm non explicetur quàm E graue fuerit illud peccatum, quid de eo dicemus? an aliis æquale vel excedens? certe longe grauius, alia enim in malitia ſuperare videtur: ita D. Ambr. in Pſalm. 118. *Qui hoc peccato poteſt eſſe deterius?* Quaſi diceret, nullum equidem. 534. D. Ambro.

*Ambitio laborem hominis deſtruit.*

*Ædificauit ciuitatem*, Maiori laude mihi videtur dignus, quam vituperio ædificans ciuitatem: opus enim laude dignum in aliorum vtilitatem, vt ab incommodis quis protegatur, aliquid efficere, quomodo ergo eius labor non extollitur, & ab omnibus non celebratur? nonne diximus ex ambitione id feciſſe? non eſt igitur mirum laborem quem impendit in ædificanda ciuitate, vituperari, & non laudari. quia ambitio hominis operam deſtruit: ita beatus Iſai. Abb. oratione 16. *Quemadmodum hedera vitem amplexa fructum illius deſtruit, ſic inanis gloria hominis labores euertit.* 535 Iſai. Abb.

A

*Concordiam Deus vult ſeruari.*

536 *Cognouit Cain vxorem ſuam*, Certum eſt ſororem ſuam duxiſſe, hoc enim tunc temporis non damnabatur, cum nulla lex eſſet quæ iſtud prohiberet; quamuis hoc verum ſit, tamen vt illud vitaretur, cur Deus plures viros & mulieres non formauit ab initio, vt ſic varij varias ducerent vxores & non
D. Theod. conſanguineas? reſpondet D. Theod. quæſt. 41 in Geneſ. *vt in concordiam coirent tanquam ex vna radice florentes, hanc igitur ob cauſam Deus ab initio permiſit fratrum commixtionem.*

*Ad concordiam nos reuocat Deus.*

537 *Cognouit Cain vxorem ſuam*, Quæ ſimul etiam fuit ſoror, quod connubium permiſit Deus liberis Adami, vt arctiùs charitatis vinculo inter ſe vnirentur: ſed ſi charitas & concordia in connubiis fratrum & ſororum vigebat, cur non permiſit deinde Deus vt huiuſmodi connubia fierent; ſic enim in familiis & generationibus firmiùs amoris vinculum foret? aduerte cum genus humanum maxime multiplicatum eſſet, etiam diſcordiæ in eo multiplicari cœperunt: recte igitur non amplius inter fratrem & ſororem, ſed ſolum inter cognatione diſtantes, connubia permiſit, vt ſociali vinculo eos ad concordiam
Procop. reuocaret: ita Procop. *cum humanum genus iam eſſet auctum & incredibilia ſumpſiſſet incrementa, huiuſmodi connubia interdixit (nempe fratris cum ſorore) volens eos qui quoad genus inter ſeſe diſtarent, iterum per connubia ad ciuitatem & concordiam pertrahere.*

*Occaſio peccandi adimenda.*

538 *Cognouit Cain vxorem ſuam, quæ concepit & peperit*, Certum eſt ſuam propriam ſororem vxorem duxiſſe, cur ſcriptura hoc reticet? nota quod tunc permiſſa eſt huiuſmodi coniunctio, deinde lex hoc prohibuit, tanquam quid contra inſtinctum naturæ: prudenter ergo non dixit ſacra ſcriptura Cain agnouiſſe ſuam ſororem, vt non daretur occaſio aliquando legem latam poſtea tranſgrediendi: ſic obſeruat
D. Thom. Thom. *ideo voluit hoc ſcriptura tacere, ne eſſet incentiuum ad agendum contra illud præceptum.*

*Ex auaritia prima ciuitatis ædificatio.*

539 *Ædificauit ciuitatem*, Cur eam ædificat, cum futuram & cœleſtem ſolum deberemus inquirere? auaritia & cupiditate compulſus hanc ciuitatem
Ioſeph. ædificat: ſic Ioſeph lib. 10. ant. Iud. cap. 2. dicit enim, *rapina & violentia opes congregans, ſuos ad latrocinia inuitabat, non timens illos quos lædebat, in ciuitate ſua obſcœnitatem collegit.*

*Auarus in ſuperbiam terminatur.*

540 *Ædificauit ciuitatem*: Nonne ſatis erat operam agriculturæ dare? cur ſuperbum opus aggrederis, nempe ciuitatis ædificationem? aduerte vt diximus Cain auaritiæ deditum maxime fuiſſe: non inquitas ergo cur ſuperbum opus aggreſſus, quia auaritia in ſuperbiam terminatur; ita annuit Caietan. cum ait
Caietan. *Cain deſtitutus ab agricultura vertit ſe ad ædificandam ciuitatem*, quaſi diceret ipſe auarus Cain non habet limitem ipſam auaritiam, non enim ſe continere poteſt quin ſuperbus appareat in ædificanda ciuitate.

*Auarus inſatiabilis.*

*Ædificauit ciuitatem*, Vt ſecundum Ioſephum opibus acquirendis vacaret & rapinis ſtuderet, nonne ſufficientes erant tibi opes, vt vitam à Deo conceſſam conſeruares? cur poſſeſſiones nouas inquiris, nempe ciuitatem? & ſi in ea terminaretur appetitus tuus, ſilerem equidem, ſed cur eam ædificas vt in ea ex rapinis diuitias maiores conquiras & accumules: ſuperflua eſt hæc interrogatio, qui cùm eſſet auarus, ſemper eſt inſatiabilis: ita D. Baſilius homil. in diteſcentes, *Mare terminos habet, nox item leges antiquas non egreditur ſolus auarus nullum circumſcribit tempus, non terminum noſcit, verum ſucceſſioni non cedit, ſed vim naturamque ignis imitando omnia comprehendit, omnia paſcit, & veluti flumina ex paruis initiis exeuntia, deinde paulatim incrementum intolerabile in proceſſu accipientia, impetu demum violento quidquid obiicitur, ſecum trahunt; ſic & hi qui in magnam promouentur poteſtatem ex eo quodiam aliquos oppreſſerint, ad maiora continuo facinora maioreſque iniurias progrediuntur, ac reliquos prius præteriorant, per oppreſſos antea lædunt.* 541
D. Baſil.

B

*Impius omnia ſibi imputat, & nihil Deo.*

C

*Ædificauit ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine filij ſui Enoch*: Cur eam non aliquo nomine Dei nominauit? cur non eſt imitatus parentem ſuam, quæ cum eum peperiſſet, ait, poſſedi hominem per Deum, agnoſcens Deum fuiſſe authorem tanti beneficij? quid ſignificat *Enoch*? Phil. Hebr. lib. de confuſ. ling. ait quod Enoch interpretatur gratia tua, reſponde ergo ciuitatem nomine Enoch vocaſſe, quaſi ſibi & non gratiæ Dei tribueret, quod hanc ciuitatem conderet: ſic obſeruat citatus author, *Cain poſt natum ſibi filium Enoch, inducitur ciuitatem condere, & quodammodo creaturas mortales edificare ad ſubuerſionem rerum diuiniorem apparatum ſortitarum: nam Enoch interpretatur gratia tua, at impius quiſque opinatur quod cogitat & intelligit eſſe intellectus ſui gratiam, quod videt oculorum, quod audit aurium, quod olfacit narium, itidemque cætera officia fert accepta ſuis ſenſibus, ſicut & ſermonem vocis inſtrumentis, Deum autem cauſam eſſe negat, aut contendit non eſſe primarium.* 542
Phil. Heb.

D

*Impij citò pullulant.*

E

*Et ædificauit ciuitatem*, Quis eſt iſte Cain? nonne eſt homicida? quomodo ergo tantâ proſperitate gaudet, ita vt non ſolum filios habeat, ſed & ciuitatem condat, iuſti autem extincti videantur, cum ſolum Adam poſt centum & 30. annos genuerit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam Seth iuſtum? quænam eſt hæc mora in iuſtis, cum tanta velocitas in impij proſperitate? quia in hac vita impij citò proſperi, iuſti autem æternam expectant hæreditatem nihil de præſenti curantes: ſic Rupert. lib. 2. de victoria Verbi Dei cap. 21. *Velociter pullulabat ſemen ſerpentis, quod erat Cain, videlicet ſecundum imitationem patris eius, velociter inquam pullulabat ſemen illud, iamque regnare properabat, condens ciuitates & oppida, porrò ſemen mulieris ſeu ſemen Dei tardius veniebat, imo a radice periſſe videbatur; ſed rectè ſapiens heredicat ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſimis benedictione carebit: hoc certis claret experimentis, quia videlicet generatio Cain, cum feſtinatione venit & cum feſtinatione* 543
Rupert.

F

*ciuitates condidit: generatio autem Abel ſiue Seth ſemen Dei quod poſuit Deus pro Abel, & tardius venit, & ciuitatem hic manentem non habuit, ſed futuram inquiſiuit.* A

*Conſcientia iudex & vltrix.*

544 *Ædificauit ciuitatem*? Sed quorſum eam ædificat an vt tutior ſibi viueret? vitam enim infœlix trahebat plenam timoribus? ſed tutuſne erat murorum aggeribus munitus? minime, quia domeſticum perurgentis, & vltricis conſcientiæ ſatellitium nequit effugere: ſic D. Ambroſ. Epiſt. 44. ad Conſtantium, *Abundat ſibi locuples teſtis conſcientia, fugiat quis etiam mala opprobria, etiam ſi credat non poſſe conuinci; nam etſi clauſus parietibus ſit, & opertus tenebris ſine teſte, ſine conſcio, habet tamen facti arbitrum vnuſquiſque animum ſuum ſeuorum iudicẽ ſui, vltorem ſceleris, & vindicem criminis;* concludit deinde *nemo ſolus, vel cum altero aliquid turpe aut improbum faxit, & ſi quis ſolus eſt, ſeipſum præ cæteris erubeſcat, quem maxime debeat videri.* B

D.Ambro.

*Secundùm tempora leges ſeruandæ.*

545 *Cognouit Cain vxorem ſuam*, Lippomanus exiſtimat fuiſſe hanc vxorem aliquam ex ſuis cognatis, nõ autem ſororem; tamen communis opinio eſt ſororem fuiſſe: ſi licitum erat tunc coniugium fratris cum ſorore, quomodo lex alia nunc ſtatuta eſt, & obſeruatur, vt nullus intra quartum gradum cognationis connubio ſibi coniugat vxorem? Aduerte in exordio mundi perpaucos fuiſſe homines, nunc autem nimis multiplicatum genus humanum: nunc legem perſcriptam obſeruamus, aliam autem tunc temporis, quia leges ſecundum tempora debent obſeruari: ita Caietan. *Cognouit Cain vxorem ſuam, procul dubio ſororem, tunc enim neceſſitate vrgente licitum, imo neceſſarium erat coniugium inter fratrem, & ſororẽ.* C D

Caietan.

*Ex parentibus peccatoribus, pluries filij ſimiles naſcuntur.*

*Cognouit Cain vxorem ſuam, quæ concepit & peperit Enoch*, Cur poſt peccatum Caini, refertur genuiſſe, & liberos ſuſcepiſſe, non autem ante peccatum? Forte vt intelligamus quod ſi filij peccatores ſunt, ideo quia ex parentibus peccatoribus naſcuntur: ita Hugo à Sancto Victore, *Nota quod poſt peccatum, dicuntur viri cognoſcere vxores ſuas, & illæ parere, vt indicetur quod de parentibus peccatoribus, & filij naſcebantur peccatores.* 547

Hugo à S. Vict.

*Ciuitatem ſcelere fabricatam non ingreditur Deus.*

*Ædificauit ciuitatem.* Deus Oſee cap. 11. verſ. 9. ait, quoniam Deus ego ſum, & non homo, & non ingrediar ciuitatem, cur ciuitatem non ingredieris, cùm ad domos etiam particulares venire ſoleas? cur igitur ciuitatem, quæ longè nobilior eſt, deſpicis? Non ignoras primam hanc ciuitatem, quam ædificauit Cain, ſcelere, & ſanguine fuiſſe fabricatam: rectè igitur ait Deus non ſuam ingreſſurum ciuitatem, ſcilicet quæ fuerit ſanguine & crimine contaminata: ita Diuus Hieronymus, *Poſſumus dicere quia primus Cain parricida extruxit ciuitatem in nomine filij ſui Enoch, in huiuſcemodi vrbem dominus non ingreditur, quæ ex ſcelere, & ſanguine & parricidio fabricata eſt.* 548

Oſee.

D.Hieron. in c. 11. Oſ.

*In præſenti vita ſpem ſuam collocant impij.*

*Cognouit Cain vxorem ſuam, quæ concepit & peperit Enoch*, Enoch interpretatur dedicatio, cur in generatione iniuſtorum primus vocatur Enoch, qui dedicatio interpretatur? Reſpondet Strab. *Quia reprobi in præſenti vita ſpei ſuæ radicem figunt, & ab amore immarceſſibilis hæreditatis areſcunt.* 549

Strab. in Gl.

## VARIETAS VERSIONVM VERS. XVIII.

*Vlg.* Porro Enoch genuit Irad, & Irad genuit Maniael, & Maniael genuit Mathuaſael, & Mathuaſael genuit Lamech.

*Septuaginta.* Natus eſt autem Enoch Gaidad: & Gaidad genuit Maleleel, & Maleleel genuit Mathuſalac, & Mathuſalac genuit Lamech

## CONCORDIA VERSIONVM.

NE exiſtimes Gaidad alium eſſe ab Irad, quem noſter vulgatus habet, ſed idem eſt Irad ac Gaidad.

## EXPOSITIO VERSVS XVIII.

P*orro Enoch genuit Irad.* Generatio horum ſic ponitur, non quod inde certa myſteria, vel facta aliqua excerpantur, ſed vt ſequentium generatio texatur.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Impiorum Deus non vult memoriam permanere.*

546. P*orro Enoch genuit Irad, & Irad genuit Maniael, & Maniael genuit Mathuſael.* Quis non mirabitur tam raptim Moyſem perſtringere Caini poſteritatem, vnam tantum lineam ex qua Lamech fuit commemorantem? ideo tam ſuccinctè & breuiter tranſcurrit Caini poſteritatem; quia impiorum Deus non vult memoriam permanere: ſic D. Cyrillus Alexandrinus libr. 2. in Gen. qui hanc genealogiam ediſſerens, ſic philoſophatur: *Ex his facile quiſ-*

D. Cyrill.

*le quiſque intelligere poteſt nullo pacto Deum vitam peccatorum cognoſcere, audient namque cum Chriſti tribunali aſſiſtent, Amen dico vobis neſcio vos, quippe & ſi nihil ſit, quod mentem diuinam effugere poſſit, tamen peccatores eum ignorare aſſerimus, ob nimiam quam aduerſus illos irracundiam habet, quamobrem & tempus vitæ eorum qui ex Cain procreati ſunt, ſilentio traditum eſt, nihil enim memoria dignum egerunt, quapropter merito Dei labuntur memoria.*

A *Quod non conducit ad aliquod myſterium, tacetur in ſacra Scriptura.*

550 *Porro Enoch genuit Irad, Irad genuit, &c.* Quomodo cum tam longæuam vitam duxerint, nihil de eis commemoratur? quia nihil eorum quæ fecere ad aliquod myſterium pertinebat, & ideo eorum facta ſilentur: ita D. Hieron. *Nihil de omnibus his certa myſteria ſcribuntur*, quaſi diceret, iure merito ſub ſilentio præterit Moyſes eorum facta, quia nullius ſunt vtilitatis. Hieron. In q. in Gen.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XIX.*

*Vlg.* Qui accepit duas vxores nomen vni Ada, & nomen alteri Sella.

*Pagninus.* Et accepit ſibi Lamech duas vxores; nomen vnius Hedah, & nomen ſecundæ Sillah.

## EXPOSITIO VERSVS XIX.

*Qui accepit duas vxores*, Cum ſecundum primam naturæ inſtitutionem vni ſociaretur vir vxori, Bigamiam incipiens Lamech, duas accepit: legem enim Monogamiæ latam Geneſeos 2. cap. verſ. 24. violauit: ſi autem poſt diluuium pluribus iugebantur matrimonio, diſpenſauit Deus, quia vita hominum tunc erat breuior, & lente nimis fiebat generis humani propagatio.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Duabus ſimul fœminis coniunctus, omni dignus ſupplicio.*

551 *Accepit duas vxores.* Quid narrat Moyſes? rem nouam & inuſitatam, & non ſolum inuſitatam, ſed etiam peſſimam: ſed ſi tam nefandum ſcelus fuit ſimul duabus fœminis iungi quomodo ſcriptura non memorat punitum, ſicut inobedientiam primi hominis, & fratricidium Cain? audi reſpondentem Tertullianum, *Primum ſcelus homicidium in fratricidio dedicatum, tam dignum, ſecundo loco ſcelus non fuit quam duæ nuptiæ* (intellige ſimul, nam mortua coniuge licitum eſt aliam ducere) *aliæ diluuium iniquitates prouocauerunt ſemel defenſæ, quales fuerunt non tamen ſeptuageſies ſepties, quod duo matrimonia meruerunt*, quaſi diceret, aliæ iniquitates dumtaxat diluuio vindicatæ, vno tantum ſupplicio punitæ à Deo ſunt: at pluralitas illa coniugum in Lamech ſeptenis eſt vindicata ſuppliciis. Tertull. l. de monog. c. 4.

*Bigamus adulterium committit.*

552 *Lamech accepit duas vxores*, Maxime vitupera- B tur Lamech, quia vnionem matrimonij diuiſit: ſed anne in hoc ſolum vituperio dignus eſt? Minime; nam etiam grauiſſimum in hoc adulterium committit, ita Gloſſa interlinealis, *Primus Lamech contra naturam, & contra morem adulterium commiſit.* Gloſſa.

*Per peccatum omnes vires hominis corruptæ.*

*Lamech accepit duas vxores*: Quæſo conſidera tres homines peccatores, Adam, Cain, & Lamech: & ſi omnes ſimul comprehendamus, nonne damna peccati reperiemus? Et maxima quidem, videbimus enim omnes vires hominis per illud eſſe corruptas: ſed quomodo hanc corruptionem vitium poterimus aſſignare? Accipe Ferum, *In Adam videmus vim rationalem quaſi corruptam fuiſſe, qui mulierem Deo prætulit; in Cain videmus vim iraſcibilem corruptam, qui iræ plus æquo indulſit; in Lamech autem videmus vim concupiſcibilem fuiſſe corruptam, qui non contentus vna vxore, duas accepit.* 553 Ferus

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XX.*

*Vulg.* Genuitque Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, atque paſtorum.

*Septuagint.* Et Ada peperit Iebel, ipſe fuit magiſter habitantium in tabernaculis, & poſſidentium pecora.

*Pagninus.* Ipſe fuit pater habitantis tentorium, & pecudis.

*Arias.* Fuit pater ſedentis tentorium, & poſſeſſionis.

*Caietan.* Pater fuit ſedentis tentorij, & iumenti.

*Lippom.* Pater habitantis tentorium & peculij.

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

CVm Hebræi nominent patrem, oon ſolum qui genuit filios, ſed alicoius rei authorem, & magiſtrum, ideo Caldæ. loco patris habet magiſter: Michne מקנה ſignificat emptionem, poſſeſſionem vel acquiſitionem, tam rerum, quàm immobilium, vnde & iumentorum quoque ſignificare poteſt mobilium vt vertit Caietan.

## EXPOSITIO VERSVS XX.

G*Enuitque Ada Iabel*: Quamuis referat Ioſephus Lamech ex duabus vxoribus ſuis ſuſcepiſſe Septuaginta ſeptem filios, tamen paucos numerat ſacer textus, quorum primus fuit Iabel.

*Qui fuit pater habitantium in tentoriis*, Id eſt fuit quaſi magiſter paſtorum, & eorum qui in teotoriis habitabant, iouenit namque tentoria ſeu portatiles domos paſtorum, qoihus vtebantur tum ad repellendam cœli inclementiam, cùm ad alia paſcua tranſirent: dicitur autem magiſter paſtorum non quod prior fuerit omnium paſtor, nam de Abel dicitur cap. præcedenti, fuit autem paſtor ouium, ſed quod pecorum greges ordinauit, & quod characteribus diſtinxit eos ab inuicem.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Ex coniugio duarum ſimul vxorum naſcuntur filÿ, peccatorum occaſiones.* A

*Filÿ huius ſæculi terrena inquirunt, de ſpiritualibus non ſolliciti.*

554 *Genuit Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, &c.* Ad quid nobis impiorum generatio refertur? nõne ſatius eſſet hanc ſilentio præterire, quam ante oculos proponere? ideo eorum nomina, & artes eorum referuntur, vt ex malo coniugio nihil fœlix fauſtumque naſci cognoſceremus, ſed ſolum filios in ſuis nominibus ſignificantes peccatorũ occaſiones: vnde D. Hier. *De Bigamia naſcitur Iabel habitans*
Hier. in qq hebræ. *in tentoriis: quæ mutabilia inſtabilitatem eorum figurant, qui circumferuntur omni vento doctrinæ.*
*Naſcitur & Iubal, qui inuentor muſicæ, de qua dicitur, aures per canora muſica tentat; quod pertinet ad voluptatem aurium: naſcitur Tubalcain, qui per opera æris concupiſcentiam oculorum inuitauit, & arte ferraria crudelitatem bellorum excitauit, per cuius ſororem quæ Noema, id eſt voluptas vocatur, carnis concupiſcentia ſignatur.*

*Genuit Ada Iſabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, &c.* Id eſt qui artem faciendi tentoria inuenit: ſimiliter de fratribus eius dicitur, quod varias artes inuenere, ſed nullo modo quod Deum coluerint, nec quod virtuti operam dederint; quomodo ſolum refertur à Moyſe varias artes inueniſſe? nonne erant peccatores? non eſt igitur mirum ſolum hoc de illis commemoraſſe, quia filÿ huius ſæculi non ſolum terrena inquirunt, de ſpiritualibus non ſolliciti: ita Ferus: *Quamquam hæ artes,* Ferus. 555
B *in ſe malæ non ſint, imo ad præſentem vitam plurimùm accommodatæ, nihil tamen faciunt ad futuram vitam: tota igitur induſtria impiorum eſt in externis rebus, in ſpiritualibus autem nihil ſunt.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXI.*

V*lg* Et nomen fratris eius Iubal, ipſe pater fuit canentium citharâ & organo.

*Septuagint.* Et nomen fratris eius Iubal, hic fuit qui monſtrauit pſalterium, & cytharam & organum.

*Caldæus.* Ipſe fuit magiſter canentium in cythara & organo.

*Arias.* Fuit pater omnis apprehendentis cytharam & organum.

*Pagninus.* Fuit pater omnis tenentis cytharam & organum.

*Caitan.* Fuit pater omnis attrectantis in cytharam & organum.

*D. Ambroſius.* Ipſe fuit qui oſtendit pſalterium & cytharam.

*D. Chryſoſt.* Qui demonſtrauit pſalterium & cytharam.

*Lippoman.* Ipſe pater fuit omnis tympanizantis cytharâ & organo.

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

VErbum תפף Thapheph, quod tympaniſare id eſt tympano concrepare ſignificat, pro quolibet ſonitu largè poſtmodum ſumitur: & quamuis Septuaginta varient, eadem tamen ſignificant; legunt enim pſalterium, ſed nos organum, quia hoc commune eſt ad omnia inſtrumenta harmonica: vide Pagninum in ſuo theſauro: tum quod incertæ ſit ſignificationis; nam & ſuſpirare etiam ſignificat.

## EXPOSITIO VERSVS XXI.

ET *nomen fratris eius Iubal:* alterum peperit Ada viro ſuo filium, *qui fuit pater canentium cythara & organo*, hoc eſt magiſter ludentium his inſtrumentis muſicis, non autem magiſter ſolum ex eo quod illa docuerit, ſed quod & eorum vſum inuenerit; quæ autem fuerint hæc inſtrumenta determinarè ignoratur; aganum enim ſumitur communiter pro pluribus inſtrumentis, cythara etiam ſimiliter, exiſtimo tamen organum poſſe ſumi pro quodam inſtrumento quod per flatum à paſtoribus pulſatur, ad ſubleuandum laborem paſtoralem.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Voluptatum incentiua in peccatoribus.* A

556 IVbal *fuit pater canentium cythara atque organo*, inuentor ergo fuit muſicæ Iubal, qua nihil efficacius ad ſubruendam virtutem, vigorem animorum onerandum, ſi venerea ſit: nam placido illu ac dulci concentu blanda vitia mentibus illabuntur: & ait D. Cyprian. Epiſto. 2. *illa modulatio monet ſenſus, mulcet affectus, expugnat boni pectoris conſcientiam fortiorem, nec deeſt probri blandientis authoritas vt auditu molliore pernicies hominibus obrepat*, ſed in qua familia inuenta eſt muſica? in familia reprobi Cain, vt ſcias voluptatum incentiua à peccatoribus inuenta & reperta.

D. Cypr.

*Muſica quoddam genus animarum corruptiuum.*

*Iubal fuit pater canentium cythara & organo*, 557
Hunc inuentorem muſicæ exiſtimamus: ſed inquiro an quælibet muſica vituperanda eſt, cum à pluribus condemnetur: quia populus muſicis & harmoniis plenus, ſed famelicus & ieiunus quoad cœleſtem doctrinam è templo diſcedit, reſpondeo illam damnandam eſſe quæ libidinis aculeos mouere ſolet; de qua D. Baſil. mag. homil. 24. de legendis libris Gentilium ait, *Oportet nec oculos ſpectaculis, nec vanis præſtigiatorum oſtentationibus tradere, nec per aures animarum corruptricem harmoniam vel melodiam haurire, hoc enim muſica genus ſeruitutis & ignobilitatu fructus parere, præterea libidinum ſtimulos acuere ſolet.*

D. Baſil.

## VARIETAS VERSIONVM VERS. XXII.

*Vlg.* Sella quoque genuit Tubalcain qui fuit malleator, & Faber in cuncta opera æris & ferri, ſoror vero Tubalcain Noema.

*Septuagint.* Sella autem & ipſa peperit Thobel, & fuit malleator faber æris, & ferri, ſoror autem Thobel Noema.

*Caldæus.* Sella etiam ipſa peperit Tubalcain, qui fuit magiſter eorum omnium ſcientium opus æris & ferri.

*Pagninus.* Sella ipſa peperit Tubalcain malleatorem acuentem omne opificium æreum & ferreum.

*Arias.* Peperit Tubalcain acuentem omne opificium æris & ferri.

*Caietan.* Peperit Tubalcain expolientem omne opificium æris & ferri.

*D. Ambroſius*, Et fuit ærarius malleator æris, & ferri.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

LOtes לטש acuentem ſignificat, ſiue polientem: & cum id ſit proprium fabri, hinc eſt quod alij malleatorem ſiue fabrum verterunt, illud autem verbum lotes methaphoricè deſignat erudientem, inde fit quod Caldæus legit magiſter ſcientium opus æris & ferri.

## EXPOSITIO VERSVS XXII.

SElla *quoque genuit Tubalcain*, Altera vxor Lamech Tubalcain ſuſcepit, *qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri*, id eſt inuentor artis fabrilis, quam alios docuit, adinuenit etiam arma ferri inuaſiua, & fortitudine cunctos excellens res bellicas decenter exercuit: aliqua quoque ad ſculpturam ſpectantia adinuenit, in omnibus metallis operari docuit; mitto quæ ex eo refert hiſtoria ſcholaſtica, quod fabricante ex ære & ferro & ſculpturas metallis faciente, præfatus eius frater Iubal delectatus ſono malleorum, conſiderauit, & excogitauit ex ponderibus malleorum proportiones & conſonantias muſicæ.

*Soror vero Tubalcain Noema*, Quæ dicitur inueniſſe artem variæ texturæ, & lanificium ad conficiendas veſtes ex lana, cùm antea induerentur animalium pellibus, ſicut à Deo primi parentes fuerant veſtiti.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Hac terrena ciuitas carnalis ſemper erit.*

558 SOror vero Tubalcain Noema, Poſteritatem Seth referens illam finit in viris, dicens Noe vero genuit Sem, Cham & Iaphet: cur ergo porius poſteritas Seth viris terminatur, quam fœminis, cum generatio Cain fœminis finiatur? nota ex Diuo Auguſt. lib. 15. de Dei Ciuitate cap. 17. quod illi duo fratres Cain & Seth, terreſtrem & cœleſtem ciuitatem repræſentabant, quarum illa fœminis, hoc eſt carne ſepelitur, hæc autem viris hoc eſt Spiritu conſummatur: quo ſuppoſito, dicamus ideo poſteritatem Seth viris terminari, Cain autem generationem fœminis, quia iſta carnem vſque in finem redolebat, B hæc autem ſpiritum: ita D. Auguſt. 15. cap. 17. de Dei ciuitate, *Nec incaſſum notandum arbitror, quod in generationibus, qui propagantur ex illo qui eſt appellatus Seth, cum genuiſſe filios filiaſque dicatur. nulla ibi genita nominatim fœmina expreſſa eſt, in his autem qui propagantur ex Cain, in ipſo fine quouſque protenduntur, nouiſſima fœmina genita nominatur, vbi eleganter ſignificatum eſt, terrenam ciuitatem vſque in ſui finem carnales habituram generationes.*

*Mulier veſtium curioſarum inuentrix.* C

*Soror Tubalcain Noema*, Cur mentio fit mulieris,
559 cùm in generationibus regulariter non nominetur? opinio eſt multarum hanc Noëmam lanificium adinueniſſe ex quo veſtes curioſæ texuntur: hæc ideo igitur nominata vt ſciamus mulierem fuiſſe primam veſtium curioſarum inuentricem: ſic Gloſſa, *Noema reperit lanificium ad curioſitatem veſtium, cùm priùs homines animalium pellibus vterentur.*

*Veſtimenta precioſa ſuperbia indicium.*

*Soror vero Tubalcain Noema*, De qua memoriæ D
560 proditum, lanificium ad veſtimenta conficienda adinueniſſe, & vt formetur conceptus, veſtimenta ex lana ita precioſa erant reſpectu eorum quæ fiebant ex pellibus animalium, quibus antea ſolebant veſtiri, ſicut ſerica reſpectu laneorum: cur igitur hæc mulier primis non contenta veſtibus, laneas adinuenit quibus veſtiretur? aduerte ſexum fœmineum ſuperbum eſſe: igitur his fortaſſe veſtimẽtis vti voluit, lo argumentum ſuæ ſuperbiæ: vnde D. Laurentius
D. Lauren. Iuſtinianus lib. de humilitate cap. 14. ait, *claret procul dubio quod quemadmodum indumenta pretioſa & vana ſuperbiam, ita & vilia atque abiecta humilitatem pariunt*, & paulo ante *ſuperfluitas praſcindatur tollaturque ambitio & inanis iactantia gloria.* E

*Veſtibus induendum ad neceſſitatem.*

*Soror vero Tubalcain Noema*, Si ſpiritum Domini
561 agnouiſſes, equidem non dediſſes operam in laneis conficiendis veſtibus: commendatur enim Ioannes, qui de pilis camelorum tegumento vtebatur, ſi ergo celebratur qui pellibus animalium veſtiebatur, in hoc quod alias veſtes adinueniſti non laudanda; ſed F cur non celebrabitur in artis textoriæ adinuentione? quia quidquid ſuperfluum eſt, ſicut tunc temporis erant huiuſmodi veſtes laneæ, non approbandum:
D. Baſil. vnde D. Baſilius homil. 24. de legendis libris Gentilium, ait, *Quid enim apud eũ qui ſapit differre poteſt,*

A *tenuem ſumptuoſamque veſtem induere, an vilem ferre? modo ſatis hæc ad frigus caloremque arcendum fuerit; & ad hunc modum etiam in reliquis, quidquid neceſſitatis caſum excedit vitandũ, neque corpori plus ornatus dandum eſt, quàm quantum animæ proſit, nam viro generoſo & vere hac digno appellatione, non minus fuerit probrum laſciue ornari, aut corporis curam ſupernacuam gerere, quàm alia aliqua nota ſeu effectu prauo per ignauiam affici.*

*Veſtimenti precioſi diabolus inuentor.*

*Soror vero Tubalcain Noema*, Quam diximus 562
B inuentricem veſtium ex lana, ſed ſi ita eſt quomodo in titulo conceptus aſſerimus, veſtimenti pretioſi diabolum eſſe inuentorem? vtrumque certe verum; inuentrix quidem fuit Noema, ſed fortaſſis ope dæmonis; nam D. Cyprian. de diſciplina & habitu vir- D. Cypr.
ginum, qui poſtquam de veſtibus pretioſis ſermonem inſtituit, ait: *hæc omnia peccatores & apoſtatæ Angeli ſuis artibus prodiderunt, quando ad terrena contagia deuoluti à cæleſti vigore receſſerunt.*

*Precioſa veſte ornatus patet fraudi dæmonis.*

*Soror vero Tubalcain Noema*, Diximus dæmonis 563
C ope & auxilio Noemam adinueniſſe laneas veſtes, quæ tunc temporis pretioſæ erant, quæ illius inuentio; vt certe fraudibus ſuis exponeremur: quod annotat D. Damianus opuſculo 29. cap. 2. *Dum qui* D. Dam.
*veſtibus fulget, iniquorum ſpirituum deceptionibus patet, diuina præterea indignationis aduerſum ſe ſententiam prouocat.*

*Precioſa veſtis appetitus infirmitas maxima.*

*Soror vero Tubalcain Noema*, Poſſumuſne dicere 564
hanc Noemam aliqua animi infirmitate deceptam in D hac veſtium inuentione? ita quidem exiſtimo, qui enim eis vtuntur, ſi pretioſæ ſint, maxima animi ægritudine laborant, quod aſſerit D. Damianus opuſ- D. Dam.
culo citato cap. 3. *Tu dilectiſſime iam iam velut purulentam morbi lethalis illuuiem euome, & pretioſarum veſtium appetitum à ſtomacho languidæ mentis depelle, non leuis quippe languor eſt animæ.*

*Cura veſtis exterioris, indicium nullius ſollicitudinis animæ.*

*Soror vero Tubalcain Noema*, Quomodo de ea 565
E non dicitur, quod fuerit virtutibus aliquibus dedita, ſed ſolum quod inuentrix lanificij ad conficiendas veſtes: quia certè veſtibus occupata exterioribus, nullo modo animæ ſollicita eſt, ita citatus Damia- D. Dam.
nus, *gratiam ſancti Spiritus excedit, qui ſe per exterioris cultus deſiderium ſpargit, cuius vtique ſi ſentiret in mente dulcedinem, nequaquam corporei cultus ſupernacuam concupiſceret vanitatem*, quaſi diceret, cultus ille externus contrarius animæ ornamento, nempe donis Spiritus ſancti & virtutibus.

F *Filij huius ſaculi ſunt prudentiores filiis lucis.*

*Tubalcain qui fuit malleator & ſoror eius Noema,* 566
*&c.* Miror hos quatuor poſteros Cain, varias artes ad victum adinueniſſe, vt Iabel artem faciendi ten-

toria, Iubal muſicam, vt leniret triſtia, Tubalca in arma, Noemam veſtium vſum; poſteros autem Seth viri iuſti, vel Enoch cum Deo ambulantis nihil tale reperiſſe: an minoris erant ingenij? forte equidem; nam vt inquit Lyppoman. Lippom. *Videmus interim filios huius ſaculi prudentiores in generationibus ſuis quàm filios regni; nihil enim de filiis Seth de quibus poſtea loquitur, ſimile ſcribitur.*

*Peccator in dies fit obſtinatior & deterior.*

*Tubalcain qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri.* De hoc dicitur quod ad inuenit pondera & menſuras; ſed quæſo à quonam huiuſmodi menſuræ fuerunt primò corruptæ, & pondus

A iuſtum diminutum? forte à Cain, quia cum de die in diem peior & ſceleratior fieret, nullum ſcelus obmiſit, quin eo fœdaretur. Ita ſentit Ioſeph. primò Ioſephus. antiquitatum c. 3. vbi poſtquam dixit, quid ex Dei correptione vitam in melius non mutauerit, ſed peior etiam ſit factus, omnibus voluptatibus, vel cum aliorum iniuria indulgens, & facultates domeſticas per vim & rapinas accumulans, auctis vndecunque latrociniorum & nequitiæ ſociis magiſter illis eſt effectus, ad facinoroſam vitam: ſubiungit ad hæc, *ſimplicem hactenus viuendi rationē excogitatis menſuris & ponderibus immutauit, priſtinamque ſinceritatem & generoſitatem talium artium in verſutiam deprauauit.* B

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXIII.*

*Vlg.* Dixitque Lamech vxoribus ſuis Adæ & Sillæ, auſcultate vocem meam vxores Lamech, auſcultate ſermonem meum, quoniam occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meum.

*Septuagint.* Dixit autem Lamech vxoribus ſuis Ada & Silla, audite vocem meam vxores Lamech, auribus percipite verba mea, quoniam occidi virum in vulnus mihi, adoleſcentulum in liuorem mihi.

*Cald.* Quoniam non occidi virum vt propter eum ego portem peccatum meum; neque adoleſcentulum diſperdidi, vt propter eum conſumatur ſemen meum

*Arias,* Audite vocem meam, auſcultate eloquium meum, quod virum occidi in vulnus meum, & puerum in liuorem meum.

*Pagnin.* Si virum occidero in vulnere meo, & puerum in liuore meo.

*Caietan.* Quia virum occidi ad vulnus meum, & puerum ad liuorem meum.

*Vatabl.* Quod virum occidero in vulnere meo, & puerum in liuore meo.

*D. Chryſoſt.* Auribus percipite ſermones meos, quia virum occidi, & vulnus meum, & adoleſcentulum in cicatricem mihi.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

Septuaginta omnino conueniunt cum noſtro vulgato, neſcio autem quomodo Caldæus hac paraphraſi vtitur: eſt enim valde diuerſa noſtræ lectioni, & fere contraria: exiſtimo ſequutum Hebræos, qui verba Lamech exiſtimant legenda per negationem, ita vt reddant ſenſum negatiuum, in hunc modum, num ego occidi virum & hunc adoleſcentulum ſicut Cain, qui fratrem ſuum Abel iuuenili florentem ætate in vulnere & liuore, id eſt, partim ferro, partim fuſtibus interfecit.

## EXPOSITIO VERSVS XXIII.

*Dixit Lamech vxoribus ſuis auſcultate, &c.* Quaſi diceret auribus corporis & cordis diligenter verba mea attendite, quæ maximi ponderis ſunt.

*Quoniam occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meum*, Non eſt parua difficultas quiſnam ille fuerit occiſus à Lamech; tenendum eſt enim aliquem ab eo eſſe interemptum: nam opinio aliquorum Hebræorum tenentium hæc verba per interrogationem legenda, non eſt recepta, ita vt ſit ſenſus negatiuus.

Tene igitur duos à Lamech eſſe occiſos, vnum adoleſcentulum, alterum virum, qui fuit Cain, hunc vulnere, alterum liuore, vtrumque autem ſic ab eo fuiſſe occiſum narrant plures grauiſſimi authores: ibat (inquiunt) Lamech venatum in ſyluam, in quam Cain ſeceſſerat, vel venandi vel delectationis cauſa, armiger Lamech cæcutientis audiens ſtrepitum & fuſtorum motum excitatum à Cain indicauit Lamech ibi feram latere, tunc Lamech emittit ſagittam, vulnerat Caio abſconditum, exiſtimans ſe feram occidiſſe, quod animaduertens Lamech irâ excandeſcens in ſuum armigerum malum indicem, eum interemit fuſte vel alio modo: alloquitur igitur Lamech vxores ſuas, geminæ cædis à ſe factæ per quam pœnitens, ſceluſque ſuum illis confeſſus, occidi inquit virum, id eſt, Cain in vulnus meum, id eſt vulnere meo, ſeu vulnere à me illi inflicto, & adoleſcentulum in liuore meo, quia vehementer eum percutiens, totum eius corpus liuidum fecerat; liuor enim eſt nomen effectus, qui fit ex percuſſione ſine vulnere: fit enim concurſus ſanguinis ſub cute; & redditur pars percuſſa liuida.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Aduentu Chriſti Domini ſoluitur peccatum.*

568 *Occidi virum in vulnus meū & adoleſcentulum in liuorem meum*, Hunc virum occiſum à Lamech, opinio communior eſt fuiſſe Cain: in ſeptima autem generatione hic Caio interfectus eſt, quid ſignificat in ſeptima generatione, peccatum Caini ſolutum, Lamech autem in Septuageſima ſeptima,

D.Hieron. audi D. Hieronym. ad Damaſc. *Aiunt ab Adam vſque ad Chriſtum generationes eſſe 77. ſecundũ Lucam, ſicut ergo ſeptima generatione peccatũ Caini ſolutum eſt, non enim iudicabit Deus bis in idipſum, & qui ſemel recepit in vita ſua, nõ eoſdem cruciatus patietur in morte, quot paſſus eſt in vita ſua, ita & Lamech, id eſt totius mundi peccatum Chriſti ſoluetur aduentu.* A

*Pœna alicui inflicta, maximè vtilis.*

569 *Occidi virum in vulnus meũ*, Quomodo Lamech, tuum delictum non taces? cur non occultas? imò nullo accuſante aperis? nota ideo tam grauiter punitum Cain, non ſolum quia commiſit fratricidiũ, B ſed quia tam impudenter negauit: aſſeramus ergo pœnam Cain inflictam maxime fuiſſe vtilem ipſi Lamech: nam quam grauiter punitus fuiſſet Cain D.Chryſo. conſiderans ilico ſuum delictum aperit: ſic D. Chryſoſtom. homil. 20. *Conſidera quantum illi profuerit pœna Cain irrogata: non ſolum enim non expectat vt ab alio arguatur, quod in idem & grauius peccatũ ceciderit, ſed nullo vel increpante, vel accuſante ipſe ſe manifeſtum facit*, deinde ſubiungit, *vidiſti prouidentiam Domini, quomodo pœna illius occaſio ſunt miſericordia, & quod miſericordia ſua non ſolum ad illum pertingat, qui pœna plectitur, ſed & multis aliis vtile efficit, inde remedium, modo velint* C *inde aliquod fructum accipere.*

*Confitendum peccatum, vt miſericordiam obtineamus.*

570. *Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meum*, Cur non expectas ô Lamech quod arguaris à Deo, ſicut Adam & Cain? nullus te increpat, nullus te accuſat, cur ergo coram aliis peccatum tuum confiteris? ideo ſuum crimen fatetur, quia hoc D. Chryſ. modo facile miſericordiam obtinemus; ſic Chryſoſtom. hom. 20. *Confitetur quæ facta ſunt, quaſi illud quod à propheta dictum eſt impleuit, iuſtus ſui* D *ipſius accuſator eſt in principio ſermonis, plurimum enim ad emendãda peccata valet confeſſio, ſicut grauius eſt vsique peccatis ipſis ipſa peccata inficiari.*

*Ad confitendum delicta noſtra inuitamur.*

571 *Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meum*, Cui hoc peccatum confitetur? mulieribus ſuis, dicens vxores Lamech auſcultate ſermonem meum, an aperuiſſe delictum vxoribus ſuis E Lamech myſterium nobis vtile declarat; vtique maximum, nempe nos inuitari ad delicta noſtra Deo aperienda quem latere non poſſunt, cum Lamech D. Chyri. ſua detegit quibus incognita fuiſſent, ſi voluiſſet: ſic D. Chryſoſtom. hom. 20. *Si Lamech ſuis mulieribus ſuas cædes detegere, & confiteri non refugit, quali erimus venia digni, ſi ei qui omnia noſtra accurate nouit delicta confiteri peccata nolumus?* Sed quæſo, cur Deus noſtra ſibi peccata confiteri deſiderat? Nonne omnia nouit, qui omnia ſcit, antequam fiant? Idem doctor ſatisfacit huic difficultati dicẽs, *vult per pec-* F *catorum noſtrorum confeſſionem habere ſenſum, & gratitudinem erga ſe oſtendere, nunc enim opes aliqua hic ſunt effundendæ, nunc via prolixa obeunda, nunc aliquid graue, & moleſtum à nobis requirit, contritionem vult corporis, compunctionem mentis, & non ſolum largitur vulnerum curam, & peccatis mundos oſtendit, ſed & eum qui antea innumeris peccatorum ſarcinis grauabatur, iuſtum efficit.*

*Confeſſio impios Deo reconciliat.*

*Occidi virum in vulnus meum*, Ex hac confeſſione 572 tam grauis, & enormis delicti nempe homicidij indulgentiam & veniam conſequutus eſt; ſed quomodo impius homicida admittitur à Deo, vt ab illo miſericordiam conſequatur? Quia tantæ virtutis eſt confeſſio, vt ſceleratiſſimos quoſlibet Deo reconciliet: ita D. Laurent. Iuſtinia. de inſtitut. & regimi- D.Lauren. ne Prælatorum cap. 21. *Delictorum ter beata confeſſio quæ placat Deum, cœlum pandit, reconciliat impios, tergit ſcelera, conſcientiam mundat, fugat vitia, tribuit veniam, auget gratiam, ſpondet gloriam: quam dulcis, quam amabilis, quam fœcunda eſt, ſi tamen ſit humilis, ſuique ſit conſcia criminis.*

*Confeſſio ſit aſſidua, quanto delictum eſt grauius.*

*Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum* 573 *in liuorem meum.* Plures tenent vnum & eũdem ab eo fuiſſe occiſum, cur igitur delictum ſuum confitens idem bis repetit, ita vt iterata confeſſio videatur? Scimus delictum illius fuiſſe grauiſſimum: recte igitur quaſi reiterat eiuſdem delicti confeſſionẽ, quia quo grauius eſt delictum, eo magis aſſidua de- D.Lauren. bet eſſe confeſſio: ita D. Laurent. Iuſtin. lib. de Caſto connubio cap. 14. *Quanto grauius eſt delictum, & crebrior recidiuatio, tanto amplius aſſidua ſit confeſſio.*

*Timor quomodo eſt peruerſus.*

*Occidi virum in vulnus meum*, Nonne tuum dete- 574 gere crimen reformidas, cùm nullus tibi fuerit metus in homicidio perpetrando? Cur tunc non timuiſti? Saltem in declaratione criminis time, cum omnibus ſit inditum turpitudinem ſcelerum celare? Non timeat Lamech crimen fateri; timere autem debuerat homicidium admittere, quia ille pius eſt timor, cum timemus quæ timenda ſunt, nec formidamus quæ ſunt laude digna, cum è contra, inquit, Hilarius in Pſalm. 54. *Impius timor eſt cum quæ non* D. Hilar. *timenda ſunt timentur, & quæ timenda ſunt, non timentur.*

*Confeſſio ſine excuſatione facienda.*

*Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum* 575 *in liuorem meum*, Si tuum fateris, cur ſaltem illud non minuis dicens illum occidi, ſed alterius culpa, qui meam direxit ſagittam in illum, qua confoſſus periit? Sic enim vxores tuæ te excuſatum haberent, optime abſolute peccatum confeſſus eſt, nulla excuſatione adhibita, quia confeſſio pura eſſe debet nulla excuſationis vmbra appoſita, nec cum aliorum accuſatione: Ita D. Damian. ſer. 58. *A veſtibu-* D. Dam. *lo huius ſacratiſſimæ virtutis omnes illos excludimus quos ſui excuſatio ducit, quæ non eſt confeſſio, ſed deffenſio, ſed offenſio.*

*In confeſſione omnia ſunt declaranda peccata.*

*Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum* 575 *in liuorem meũ*, Admitto duos à Lamech eſſe interfectos, & inquiro cur vtrumque aperuit homicidiũ? Nonne potuit vnum aperire, & aliud tegere, ne ita vxoribus ſuis abominabilis videretur, qui duobus mortem violentam intulerat: dico recte vtrumque fateri delictum, vt enim ſit confeſſio valida, debet eſſe integra: ita citatus Damianus, *Confeſſio pura* D. Dam. *facienda eſt, quia nũ eſt pars peccatorum dicenda, &*

*altera retinenda, neque leuia confitenda, & grauia diſitenda.*

### *Nulla grauior in Confeſſione malitia, quàm à peccato commiſſo ſe excuſare.*

577 *Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meũ,* Diximus in ſuperiori conceptu, non ſe excuſaſſe in hac confeſſione, quod quaſi ſine culpa virum occiderat nempe Cain; ſed cur ſaltem vt alterum diminuaret homicidium, non ait adoleſcentulum occidi, ſed nimia correptus iracundia, & quaſi præ furore à mente alienus? ideo non ſe excuſat in delicti confeſſione, quia nulla peior malitia, quàm in confitendo ſubterfugium criminis quærere: ita citatus Damianus: *Nec alter accuſandus, & ipſe excuſandus, ſed cum iuſto dicendum, non declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis; hæc enim ſunt verba malitiæ & grauis malitia, qua grauior, & peior eſſe vix poſſit.* D Damia

### *In confeſſione timor humanus expellendus.*

578 *Occidi virum in vulnus meum, &c.* Pudeat te tuũ detegere crimen; nihil enim nos infamiores efficit quam delictum perpetratum, & omnibus notum: iure merito ante vxores delictum non formidat aperire, quia à confeſſione timor humanus expellendus eſt: ita citatus D. Damianus. *Audiamus quæ ſunt, quæ impediant confeſſionem, quantum colligere poſſum, quatuor præcipua occurrunt, pudor, timor, &c. Et loquens de timore ait, nihil fortius ad expugnandum gratiam Dei quàm timor humanus, quia dum erubeſcimus confiteri quæ commiſimus, Deum minus quàm homines reueremur, hæc eſt confuſio adducens peccatum; apponamus ergo ei conſiderationem rationis, reuerentiam intuentis Dei, comparationem maioris confuſionis: vt enim confiteamur ratio monet, Deus cogit qui videt, & ſi confundimur hic dicere, qui erit in illa magna confuſione vbi omnia omnibus patebunt?* D. Damia.

### *Senex ætate, aliquando adoleſcens moribus.*

579 *Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meum.* Plures Hebræi (quibus D. Hiero. Epiſt. 125. non repugnat) virum & adoleſcentulum non fuiſſe diuerſos, ſed vnum & eundem Cain tenent: ita etiam Theod. & Rupert. dubium ergo nũc eſt quomodo potuit dici Cain adoleſcentulus, cum eſſet quintus auus Lamech, ſeu auus proaui Lamech? Reſpondeo virum annis dictum, motibus tamen adoleſcentulum: ita Rupert. libr. 4. in Geneſ. cap. 9. *Sciendum virum ipſum Cain, adoleſcentulum autem ductorem eius fruſtra à quibuſdam intelligi, cum meus idemque Cain vir pariter, & adoleſcentulus recte poſſit accipi, vir ſcilicet per ætatem, adoleſcentulus per eius ſtultitiam.* D. Hieron. Rupert.

### *Senes aliis præſumptiores.*

580 *Occidi virum in vulnus meum,* Sed antea dixit grauiter, audite vocem meam vxores Lamech, auſcultate ſermonem meum: cur cum tanta grauitate excitas vxores tuas ad audiendum & ad ſermones tuos cum tanto reſpectu admittendos? Ideo ſic loquitur, quia cum eſſet ſenex, de ſe multum præſumebat, volens ab aliis reuerenter audiri: ita notat Thom. Angl. *Sic loquũtur grandæui, quando volunt attendi & reuerenter audiri, ſunt nempe communiter in* Thom. Angl.

A *ſenſu præſumptuoſi, & ſe reputant propter experientiam longam temporis, & alios contemnunt propter inexperientiam.*

### *Conſcientia in nos inſurgit.*

*Quoniam occidi virum in vulnus meum,* Quis te ad ſimilem confeſſionem adigit, cùm nullus accuſet, nec Deus interroget, quare homicidium admiſeris? Conſcientia impulit quæ in nos inſurgit, impellitque ad delictorum confeſſionem: ſic D. Chryſ. hom. 20. *Quis ad talem confeſſionem adegit? Nullus alius* B *quam conſcientia, & incorruptus ille iudex, nam ſimul ac in peccatum declinauerat, & opere perfecerat malum conatũ, ſtatim inſurrexit conſcientia inclamanſque & oſtendens peccatorum magnitudinẽ, & qualis ſeipſum fœdus obnoxium reddidiſſet, benignus Deus eiuſmodi nobis accuſatorem aſſiſtere voluit, vt nunquam ſoli relinquamur, ſed ille indeſinenter congrediens, clamet & pœnam exigat delictorum.* 581 D. Chryſo.

### *Mala conſcientia omnes timet.*

C *Occidi virum in vulnus meum,* Tuum ignorant facinus vxores; cur ergo eis aperis? Quia mala conſcientia omnes non ſolùm ſui ſceleris conſcios formidat; ſed etiam ignorantes timet: ſic D. Chryſoſt. hom. 20. *Qui aliquod delictum admiſit, etiamſi omnes latere queat, nunquam tamen ſic in tranquillitate viuit, quin habens acrem illum accuſatorem ſuſpiciones timeat, vmbras tremiſcat & eos qui conſcij ſunt, & qui non ſunt, perpetuaque in animo eius tempeſtas eſt, & reciprocantes ac contrarij fluctus, inſuper nec ſomnus ei ſuauis, ſed terrore, & formidine plenus; neque cibus voluptatem præbet, neque amicorum colloquia talem refocillare, vel liberare ab vr-* D *gente anxietate poſſent, ſed quaſi carnificem circumgeſtaret ſe, & flagellantem, continuò ita poſt abſurdum facinus obambulat, vndique conſcio ſuſtinens intolerabiles pœnas, iudex ſui ipſius factus & accuſator.* 582 D. Chryſo.

### *Quem torquet conſcientia ſua, ſibi ipſi pœna eſt.*

*Occidi virum in vulnus meum,* Solent Iudices extorquere confeſſionem per ſupplicium aliquod; ſi nullo coſtringeris, ô Lamech, quomodo tuum aperis delictum? nonne diximus malæ conſcientiæ ſtimulo agitatum? facile igitur confitetur, quia ipſa- E met mala conſcientia ſupplicium eſt extorquens ipſius delicti veritatem: ita D. Aug. in Pſal. 36. *Quiſquis malus eſt, malus ſecum eſt, torqueatur neceſſe eſt ſibi ſuo ipſo tormento, ipſe eſt enim pœna ſua, quem torquet conſcientia ſua.* 583 D. Aug.

### *Mala conſcientia agitatus, à ſe ipſo fugere non poteſt.*

*Occidi virum in vulnus meum.* Si times propter homicidium commiſſum puniri, cur in longinquas regiones non ſecedis, nullibi cognitus, neminem formidans? nihil conſolationi ſuæ & quieti ſufficit in F exteras nationes proficiſci & fugere, quia ab omnibus fugiens ſemper inſequentem conſcientiam habebit: ſic D. Aug. citatus, vbi poſtquam dixit in conſcientia nullum ſolatium eſſe pro peccatoribus ſubdit, *Fugit ab inimico, quo potuerit, à ſe quò fugiet?* quaſi diceret, nuſquam tutus erit, quia ſibi ſemper conſcientia præſens eſt vltrix delictorum. 584 D. Aug.

*Mala conſcientiæ mira tribulatio.*

585 *Occidi virum in vulnus meum.* Coosuluimus Lamech in remotam terram fugere, vt vitaret pœnas crimini ſuo debitas, ſed diximus nullibi tutum, quia quamuis ab aliis fugit, tutus eſſe non poteſt, ad ſe ipſum ergo fugiat, & ibi ſolatium quærat? malæ conſcientiæ perruibatio ita inquieta eſt, vt nec alibi, nec in ſe vllo modo quieſcere poſſit, nec ſolatium adinuenire: ita D. Auguſt. Pſal. 45. D. Auguſt. *Si ibi requies non eſt propter abundantiam iniquitatis, quoniam & ibi Deus non eſt, quid facturus eſt homo? quò confugiet, cum cœperit pati tribulationes? fugiat ab agro ad ciuitatem, à publico ad domum, à domo ad cubiculum, & ſequitur tribulatio, à cubiculo iam quò fugiat non habet, niſi interius ad cubile ſuum: porro ſi ibi tumultus eſt, ſi fumus iniquitatis, ſi flamma ſceleris, non illuc poteſt confugere: pellitur enim inde, & cum inde pellitur, à ſeipſo pellitur, & ecce hoſtem ſuum inuenit, quo confugerat ſeipſum, quo fugiturus eſt? quocunque fugerit ſe talem trahit poſt ſe, & quocunque talem traxerit ſe, cruciat ſe, ſed à ſeipſo ſunt tribulationes, quæ inueniunt hominem, tantò ſunt acerbiores, quantò ſunt interiores.*

*Ex impudicitia quodlibet poteſt ſequi peccatum.*

586 *Occidi virum in vulnus meum.* Quomodo hominem ioterſecisti, cum ſcires propter homicidium grauiter fuiſſe punitum, & à Deo maledictum Cain? inſpiciamus quid de Lamech dicatur, accepit duas vxores, Thom. Angl. ait, peccauit contra bonos mores, quia contra temperantiam & moderantiam, ex incontinentia enim immoderata plures vxores habuit: reſpondeo non igitur mirum fuiſſe homicidã, quia incontinentia & impudicitia eſt via ad quodlibet aliud ſcelus committendum, vnde optime facit D textus, poſtquam deſponſationem duarum mulierum ſactam ex carnis libidine appoſuit, homicidium ab eo factum ſubiungit: hoc aliquo modo declarare videtur Tom. citatus, dicens, Tho Ang. *Homo fuit carnalis & delitioſus, ideo ad fouendum delitias ſuas, & diuitias, per quas ſuam voluptatem ſeruabat, aliquos potuit occidere.*

*Impudicitia peccatorum funiculus.*

587 *Occidi virum in vulnus meum.* Diximus in præcedenti conceptu ex incontinentia homicidia perpetraſſe, ſed non ſolum illud peccatum luxuriam comitatur? audi quid dicat Iſai. cap. 5. væ qui attrahitis peccatum quaſi funiculo longo, an quæſo poteſt illud intelligi de incontinentiæ dedito? ita ſane: nam impudicitia peccatorũ funiculus eſt: ita D. Baſilius D. Baſil. Mag. in idem caput, *Sit vnus aliquis propenſus & alacer ad peccatum explendæ ſuæ lubricitatis, obſerua quæſo per quos quæue aſciſcit ſibi & attrahit peccatum luxuriæ, primum quidem ſuum ipſius corpus ad eundem modum ſimulat & componit, & crines quidem hoc modo ei circumtondentur, taliter vero veſte amicitur, & hac quidem non qualicunque, ſed quæ ſtudio quæſita ſit, & faciat ad elegantiã, ad zonam vſque demiſſa, vſque ad ſoleas, per hæc oſtentat ambitioſam & ſuperfluam curam ac ſtudium ſuæ honeſtatis: deinde ſuppeditat pecunias, vt velearũ pretio redimat fruitionem pulchritudinis eſt ut ſcorti; ad hæc preſſius cogitat quas ſibi pronubas conciliet, vocis lenas, verba adornat quæ faciant ad corruptelam, ex compoſito ſibi ſtruens ac parans. occaſio*-A *nes amatorij congreſſus, compotationes, & conuiuia, prolixas confabulationes, per tot tantoſque conatus quantitumque intermedij occurrũt, ſibi accerſit tandem flagitium proſtituta pudicitiæ, hic eſt qui attrahit peccatum quaſi funiculo longo.*

*Mulieres promptiores ad loquendum quam ad audiendum.*

588 *Audite vxores Lamech vocem meam,* Quare prouocat vxores ſuas ad audiendum? Nonne ſufficiebat eum loqui vt audirent? Meritò prouocat ad audienB dum, quia cum ad loquendum facillimæ, impatientes ſunt ad audirũ: hoc obſeruat Thom. Angl. Tho. Ang *Prouocat vxores ad audiendum, quia communiter, mulieres ſunt ad loquendum promptæ, & ad audiendũ ſunt graues propter animi maiorem leuitatem,*

*Mulier animal tenerrimum.*

589 *Audite vxores Lamech vocem meam, auſcultate ſermones meos,* Cur potius muliebri ſexui detegit homicidium, quam aliquibus amicis vel parentibus? mulier enim non eſt ita capax ſecreti, ac vir quilibet: C nota doloribus potius compati, ſiue calamitatibus aliorum quàm viros: ideo ergo potius crimen ſuum aperuit vxoribus, quia muliebris ſexus maiori teneritudine, & compaſſione fertur erga afflictos: D. Baſil. ita fere de eo loquitur D. Baſil. hom. 11. in aliquibus ſcripturæ locis, *creata eſt mulier tenerum quidem animal, cui conditor teneriorem naturam addit,* deinde ait, *mulieris natura dulcior eſt & humanior creata.*

*Peccatum conſummatum nobis fœdiſſimum apparet.*

590 *Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meum,* Quomodo tam cito profert peccatum ſuum? Cur non diſſimulat vſquequo aliquis cũ accuſet & delictum ſuum aperiat? Peccatum conſummatum tam fœdum, & abominabile apparet, vt impoſſibile videatur illud dictum celare, & detinere: D. Chry. ſic fere D. Chryſoſt. hom. 20. *Ita ſe habet peccatum priuſquam fiat, & ad opus perueniat, obtenebrat & decipit mentem; poſtquam autem conſummatum fuerit, manifeſte ſuam nobis abſurditatem proferat, & oſtendat, vnde breuis illa & abſurda* E *voluptas, continuum mentis dolorem infert, atque illum qui ſuccubuerit confuſione perfundit.*

*Vindicta etiam apparens animum cruciat.*

591 *Occidi virum in vulnus meum,* Si ſequenda eſt ſententia eorum, qui affetunt hunc virum eſſe Caio occiſum, non à conſilio, ſed à caſu ab ipſo Lamech, cum venatui operam daret, intelligente eſſe feram quandam, cur dolens hoc homicidium refert, cum inuoluntarium fuerit, & ideo inculpabile? Nota ab aliquibus potuiſſe Lamech accuſari vindictæ in Cain: recte ergo cum dolore homicidium proponit F vxoribus, quia etiam vindicta apparens ſolum animum innocentem excruciat, vnde Gloſſa interlinearia ait: Gloſſ. inter. loquens in perſona Lamech, *Quaſi hoc facto me ipſum grauiter vulnerauí,* Quaſi diceret, forte credent hoc homicidium ex vindicta commiſiſſe, ideo interius vulneror.

*Noſtris calamitatibus alios ad compaſſionem commouemus.*

592 *Occidi virũ in vulnus meum, & adoleſcentulum in*

*liuorem meum*, Diximus ex plurium ſententia La- A
mech non duos occidiſſe, ſed vnicum, cur igitur
poſtquam dixit occidi virum, addidit & adoleſcen-
tulum, ſic enim mentiri videtur? Adoleſcens enim
diſtinguitur à viro: reſpondet Catena græca, *Ad*
Cath. Græc. *maiorem commiſerationem adiecit, & adoleſcentu-*
*lum*, quaſi diceret, alios ad compaſſionem noſtris
calamitatibus mouemus.

### *Maxima tunc temporis mulierum impudicitia.*

*Occidi virum, &c. dixit Lamech vxoribus ſuis,*
593 Quænam erant hæ vxores? An aliorum? Forte; ſed cur B
ita impudicæ, vt dethoro proprio in aliū tranſeant,
& derelicto proprio viro, alium requirant? Quia
maxima tunc temporis erat mulierum impudicitia:
ſic Procop. *Mulieres gaudebant mutare alium ex*
Procop. *alio, nec earum cupiditas amore coniugali, ſed mul-*
*titudine meritorum terminabatur, ſi quidem libidi-*
*ne omnes ſupra modum flagrabant.*

### *Nihil peius muliere impudica.*

*Occidi virum, dixit Lamech vxoribus*, Aliqui exi-
594 ſtimant has vxores propriis occiſis maritis, eas ſibi in
coniuges accepiſſe Lamech, ita vt ex earum conſenſu C
hæc homicidia patrata fuere: ita ne impia eſt mulier,
vt mortem proprij viri non doleat, ſed potius con-
ſentiat? Dummodo ſit impudica non ſolū cædi ma-
riti conſentiet, imo nihil ea deterius reperiri poteſt:
D.Chryſo. ita D. Chryſoſt. citat à Damaſ. lib. 1. Paral. cap. 7.
*Nullum malum mulieri improbæ conferendum eſt,*
*quidnam inter quadrupedia leone atrocius eſt? Ni-*
*hil, quidnam inter reptilia dracone crudelius? Nihil,*
*atqui improba muliere, & leo & draco inferiores*
Prou. 25. *ſunt, teſtis eſt mihi ſapientiſſimus Salomon dicens,*
*commorari leoni & draconi magis placebit, quam* D
*habitare cum muliere mala ac loquaci. Anne pro-*
*phetam hæc ironice dixiſſe exiſtimes? Ex ipſis rebus*
*accurate rem intellige, leones Danielem veriti ſunt,*
*& Iezabel iuſtum Naboth interemit, Cete Ionam*
*in ventre cuſtodiuit, ac Dalila Samſonem abraſum*
A *Philiſtais tradidit, dracones & aſpides, & ceraſtæ*
*Ioannem in deſerto perimuerunt; at Herodias ip-*
*ſum in prandio obtruncari iuſſit. Corui Eliam in*
*monte aluerunt, at Ieſabel eundem poſt pluuiæ be-*
*neficium ad cædem quæſiuit.*

### *Qui tempus pœnitentiæ alteri adimit, grauiter puniendus.*

*Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum* 595
*in liuorem meum*, Deinde ſubiungit ſupplicium quo
puniri deberet dicens, de Lamech dabitur vltio ſep-
tuageſies ſepties, cur propter vnicum homicidium
B tam graui ſupplicio te pronuntias afficiendum? No-
ta Deum ſigno impreſſo Cain impediſſe ne occide-
retur, vt pœnitentiam ſui delicti poſſet agere: recte
igitur Lamech ſe grauiter puniendum affirmat; quia
Caino tempus pœnitendi aliquod ademerat: ita D. D.Ambro.
Ambroſ. *Vt ad myſterium veniat non debuit inte-*
*rimere eum, qui vſque ad naturalem terminum mor-*
*tis ſuæ, agendæ habebat ſpatium pœnitentiæ.* Quaſi
diceret ante tempus illi conſtitutum ad agendam
pœnitentiam eum interfecit, ideo grauiter plecten-
dus erat.

### *Luxuria & ira indiſſolubilem ſocietatem ineunt.*

C *Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum* 596.
*in liuorem meum*, Ecce ira, homicidium enim ſine ea
rato perpetratur: ſed quid antea dictum eſt, dixit La-
mech vxoribus ſuis, duas habuit vxores, quod indicat
incontinentiam & luxuriam, quaſi vna ſatisfacere
ſuæ libidini non poſſet: Sed cur eodē momento quo
legimus incontinentiam Lamech, eodem legimus &
iram? quia à primo naſcentis orbis exordio indiſſo-
lubilem ſocietatem ineunt, quia qui luxuriæ incum-
bit, & ira ardeat neceſſe eſt, id notauit Tertull. de Tertull.
D monog. c. 4. cuius verba profero: *At vbi primum ſce-*
*lus homicidij in fratricidio dedicatum, iam dignum*
*ſecundo loco ſcelus non fuit quàm duæ nuptiæ.* &
Hier. l. 3. in Iouin. *primum Lamech ſanguinarius &*
*homicida vnam carnem in duas diuiſit vxores.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXIV.*

*Vulg.* Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech verò ſeptuageſies ſepties.

*Septuagint.* Quoniam ſepties vindicatum eſt de Cain, de Lamech vero ſeptuageſies ſepties.

*Calde.* Quoniam ſi in ſeptem generationes vindicta dabitur de Cain, nonne de Lamech in Septuaginta & ſeptem?

*Vulg. Antiq.* Quod ſeptuplum vidicabatur Caio, & Lamech ſeptuageſies.

*D. Ambr.* Quia ſepties vltio ſumpta eſt de Cain.

*Procop.* Si ſeptuplum vindicabitur Caio, recte Lamech ſeptuageſies?

*Tertull.* De Cain ſepties, de Lamech ſeptuageſies ſepties reputabitur vltio.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

SEptuag. & noſter vulgatus videtur eſſe diſcordes: nam noſter loquitur in futuro, dabitur vltio de Cain, Septuag. de præterito, vindicatum eſt, quod verum eſt; nam ſumpta erat vltio de Caio ſaltem temporalis, tamen cum mos Hebræorum ſit vti futuris pro præteritis, inde fit quod poſſumus dicere noſtrum vulgatum ſic intellexiſſe, quamuis ſequutus fuerit Hebræum dicentem נקם Nakam id eſt vindicabitur, ſenſum Caldæi aperiemus in expoſitione.

## EXPOSITIO VERSVS XXIV.

S*Eptuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech vero ſeptuageſies ſepties.* Difficilis locus intellectu, ſed omiſſis minus probabilibus ſententiis, breuiter ſenſū veriorem aperiam, qui talis eſt: Lamech pœni-

tens & dolens de ſcelere commiſſo, idque ſupra peccatum Cain exaggerans, maiorique dignũ ſupplicio indicans, ait, ſi Cain qui vnum occidit, ſeptuplum, id eſt multipliciter, grauiter, & plenè punitus eſt, ergo qui duos interfeci, quique pœnam Cain vidi, nec tamen ab eius peccato abſtinui, ſeptuageſies ſepties, id eſt longe grauiùs, & multipliciùs puniendus ſum: phraſis enim ſcripturæ ſatis frequens, quemadmodum ſepties ſignificat multũ, ita ſeptuageſies ſepties multo plus denotat, quod Chriſti Domini teſtimonium confirmat, cum dixit Petro interroganti quoties dimitteret, non dico tibi vſque ſepties, ſed ſeptuageſies ſepties; quòd autem hic ſit ſenſus, patet tum ex noſtra vulgata, quæ ait, vltio dabitur de Cain & Lamech, tum ex Hebræo dicente, vindicabitur de Cain & Lamech, quæ punitio reſpicit propriam perſonam tum Cain tum Lamech: Cald. ſolum indicat peccatum totius generis humani cuius typus fuit Lamech in ſeptuageſ. ſeptima generatione, ſcilicet per Chriſtum delendum eſſe.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Pœna non denotatur aliquando quantitas, ſecundum quantitatem commenationis.*

597 *SEptuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech vero ſeptuageſies ſepties.* Quid eſt Lamech quod ſeptuageſies ſepties punieris, cum pœnitentiam egeris homicidij quod commiſiſti? Cain autem ſeptuplum cum proprium fratrem occiderit, nec pœnitentiam egerit? nota quod non quantitas numeri vtriuſque, ſed natura attendenda eſt, & quidem tam ſeptenarius quam quod 77. impar eſt, ſed non omnium imparium numerorum eadem natura eſt; imparium enim alij ſunt ſimplices vel incompoſiti, alij ſunt compoſiti, alij ſunt medij, de compoſitis & incompoſitis tantum nunc agitur: incompoſitus numerus dicitur is cuius nulla pars præter vnitatem inuenitur, vt ſunt ternarius, quinarius, vndenarius, & cæteri tales, quorum præter vnitatem nullus menſor numerus inuenitur: compoſitus verò dicitur is, quem alius præter vnitatem numerus metitur, vt ſunt nouenarius, quindenarius, cum vnitate vicenarius: nam ter terni nouem quinquies terni, ſiue ter quinque quindecim, ſepties tres, ſiue ter ſeptem viginti vnus; in hoc ergó ſeptenarius & ſeptuageſimus ſeptimus differunt, quod ſeptenarius incompoſitus, ac per hoc inſolubilis, ſeptuageſimus verò ſeptimus compoſitus, ac per hoc magis ſolubilis habetur: nam ſeptenarium præter vnitatem nullus metitur numerus, ſeptuageſimi vero ſeptimi & ſeptenarius & vndenarius menſores ſunt, nam vndecies ſeptem vel ſepties vndecim ſeptuaginta ſeptem perficiunt; quo ſuppoſito reſpondet Rupertus libro 4. in Gene. cap. 8. *Cum dicit Deus, omnis qui occiderit Cain ſeptuplum punietur, inſolubilis pœna debet intelligi, & ſubaudiri pœna oportet, niſi præcedens pœnitentia ſolubile, id eſt, remiſſibile peccatum fecerit: cum vero dicit Lamech ſepties vltio dabitur de Cain, de Lamech vero ſeptuageſies ſepties, inſolubilis vindicta Cain, & ſolubilis vindicta Lamech debet intelligi, & recte quidem, quia Cain pœnitentiam egit, quia peccatum ſuum confitetur.* Rupert.

*Alios deterremus pœnis, ne aliquid mali in nos moliantur.*

598 *Septuplum vltio dabitur in Cain; de Lamech verò ſeptuageſies ſepties.* Hunc ſenſum his verbis apponit Thom. ſi Cain plus peccauit quàm ego, occidendo virum & adoleſcentulũ, igitur ſi ille punitur ſeptuplo qui occidit Cain, plus ergo puniatur qui occiderit Lamech: dubiũ eſt cur hoc vxoribus refert? Nota quod vxores ſuæ eum odio habebant: ne igitur poſſent occaſionem aliquam eum occidendi arripere tanquam reum mortis, eas deterret grauiſſimis pœnis quibus afficiendus eſſet qui eum occideret: ſic Thom. Angl. Tho. *ad timorem mulierum fuit facta adinuentio.*

A *Per quæ quis peccat, per hæc punietur.*

*Septuplum vltio dabitur de Cain, & de Lamech ſeptuageſies ſepties* Diximus hæc verba protuliſſe ad terrendas vxores ſuas ne eum interficerent, cur propriæ vxores interfeciſſent? nota Lamech iam ſenem male tractatum ab vxoribus, cur ab eis male tractatur: vt in iis quæ peccauerat puniatur: ſic Lyran. Lyran. *Lamech qui bigamiam introduxerat, in vxoribus ſuis punitur, quia per quæ quis peccat, per hæc & torquetur, & ideo iam ſenex factus à ſuis vxoribus male tractabatur, & volens reprimere eas à ma-* B *lis quæ ſibi faciebant, dixit eis, quoniam occidi virum, &c.* 599

*Peccatum confitens pœnas euadit debitas,*

600 *Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech autem ſeptuageſies ſepties.* Si attente legimus, nullas ei pœnas inflictas reperiemus, nonne occidit virum, homicidio autem pœna debetur? quomodo ergo punitum non inuenimus? nota confeſſum fuiſſe delictum dicendo, occidi virum in vulnus meum: meritò igitur haud punitur: nam confitens peccata, pœnas ſibi debitas euadit: ſic D. Theod. quæſt. 44. in D.Theod. C Gen. *Pœnam euaſit, propter peccati confeſſionem, & contra ſe ferens ſententiam, euitauit ſententiam diuinam.*

*Peccator videns alium punitum, & non emendatur, grauiſſimo ſupplicio dignus.*

601 *Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech vero ſeptuageſies ſepties,* Cur ô Lamech, Cain vltionem ſeptemplicem laturum exiſtimas? Te autem ſeptuageſies ſepties puniturum? Occidiſti enim non fratrem, ſicut ille, quod grauius crimen eſt. pœna autem ſecundum menſuram delicti imponitur, nota quod Lamech occidit Cain, ſciens grauiter eum punitum D propter fratricidium; ideo ſe tam grauiter puniendum cognouit, quia peruerſum exemplum ſequutus à cæde non ſe temperauerat, iudicans ſuũ delictum eſſe grauius: ſic Chryſoſt. hom. 20. D.Chryſ. *Nam licet ille cædem patrauit idque fratris, attamen nullo vnquam antea conſpectu qui hoc fecerat, neque alio viſo qui pœnam dederat huiuſmodi facinoris, & tantam iram fuerat expertus, quæ vtraque mihi pœnas augent, quia & ante oculos habens quod ab illo perpetratum, & pœnam vidi ſic immedicabilem, cautior factus non ſum, propterea licet ſeptuageſies ſepties magis quã ille* E *punirer, attamen neque ſic dignam luerem pœnam.*

*Fratricidium omnia continere delicta videtur.*

602 *Septuplum vltio dabitur de Cain,* Cur tot exiguntur puniriones ab vno homine, ita vt ſeptuplũ de eo punitio detur? Scio ſeptem peccata in Cain inueniri, & ideo reſponſio poteſt eſſe tot ei punitiones iuſte

correſpondere, ſed alium ſenſum præbeamus, per numerum ſeptenarium multiplex ſignificatur: dicamus ergo vni fratricidio poſſe multiplicem punitionem correſpondere, quia fratricidium plurima in ſe flagitia continet: ſic D. Amb. lib. de pœnitentia, *Errat qui putat vno teneri crimine parricidam* (intelligit fratricidam ſicut & alij patres) *cùm eius ſceleris teſtimonio conſtipata ſunt omnia facinora, audio enim dominum dixiſſe: diliges dominum Deum ex toto corde tuo, & ex tota virtute tua, & diliges proximum tuum tanquam teipſum, vnde in his duobus mandatis pendet tota lex & Prophetæ, cum ergo his duobus præceptis pendeat omne quod legis eſt, videamque Cain nec Deum dilexiſſe, cuius primam fabricam violauit, & germanum vehementer odiſſe, quem inſtinctu impietatis occidit, apparet adhuc illum minus ſoluiſſe vindictæ, in cuius facto cuncta inueniuntur crimina conuenire.* D. Ambr.

## *Impudicum adulterium excedere videtur fratricidium.*

603 *Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech verò ſeptuageſies ſepties,* Quid eſt quæſo quod legitur Lamech dixiſſe cum occideret Cain, ſeptuplũ de Cain vindicabitur, de Lamech autem ſeptuageſies ſepties, cur maiori vltione videtur vindicandum fratricidium Cain, quàm peccatum Lamech? Nota ex plurimorum authoritate, adulterium commiſiſſe: ergo rectè ſeptuageſies ſepties dixit Lamech vindicandũ eſſe ſuum peccatum, Cain autem ſepties quia adulterium enormius peccatum videtur eſſe quam fratricidium, & ideo maiori vltione dignum: ſic aſſerere videtur Albinus, *Quia homicidij peccatum ſeptima generatione diluuij vindicatum eſſe legitur, adulterij vero ſceleris quod primus omnium in duabus commiſit vxoribus, non niſi ſanguine Christi expiandum eſſe, qui ſeptuageſima & ſeptima generatione venit in mundum,* clariùs Nicolaus Papa in decretis 24. quæſt. 3. ſcribens Lotario regi, *an non diſtrictè vltione feriendus eſt, qui in duabus vxoribus adulterium Lamech, & flagitium imitatus eſſe dignoſcitur? quod dominus non niſi poſt 70. ſeptem generationes ſuo ſalutifero aduentu deleuit, cum Cain fratricidium ſeptima generatione aquis abolitum ſit cataclyſmi.* Nicol. Pap.

## *Alium occidens, ipſemet vulnus accepit.*

604 *Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech verò ſeptuageſies ſepties,* Cur hoc ſupplicio grauiſſimo punietur? Ipſemet reſpondet, quia occidi virum in vulnus meum, ſed cur non ais Lamech in vulnus eius? Ipſe enim eſt qui vulnus accepit, cùm tuam in illum vibraſti ſagittam, tu autem incolumis permanſiſti: optimè dixit in vulnus meum, quia qui alium occidit, ipſemet grauiter læditur, & vulnus accipit. ita Strabus, *Occidi virum in vulnus meum, quia pro illo vulnerabor, adoleſcentulum in liuorem meum, quia pro illo quoque damnabor.* Strabus.

## *Occidens pœnitentem, grauiſſimo puniendus ſupplicio.*

605 *Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech verò ſeptuageſies ſepties* Cald. habet quoniam ſi in ſeptem generationes vindicta dabitur de Cain, nonne de Lamech in ſeptuagies & ſeptem? Quid ais Caldæe? contrarium enim ſentire videris noſtræ lectioni vulgatæ, nota Caldæum conſideraſſe Lamech pœnitentem: ſenſus ergo illius erit, ſi Cain qui fuit im pœnitens, ſeptemplici punitione caſtigatur, ſine dubio qui me confitentem, & delicti pœnitentiam agentem interfecerit, longe maiori ſupplicio dignus erit; ita Lippom. *Nemo me impunè occides, ſoli Deo pœna ſeruata eſt: quod ſi quis me interfecerit is ſeptuageſies ſepties luet, id eſt multo pluribus plagis afficietur quàm Cain, & hoc quia me facinoris mei pœnituit, illum nunquam, ergo Dei miſericordiam implorans, ille abiecit.* Lippom.

## *Ipſemet peccator abſconditum non poteſt tenere peccatum.*

*Septies vltio dabitur de Cain, ſeptuageſies autem ſepties de Lamech.* Qua de cauſa? quia inquit, virum occidi in vulnus meum, ſi nullus eſt qui te accuſet, quomodo tu ipſemet delictum aperies? nonne illud celare & abſcondere potuiſti? minimè, quia talis naturæ eſt peccatum, vt ipſemet peccator abſconditum tenere non poſſit: ſic D. Chryſoſtom. hom. 20. *Nam ſimul at in peccatum declinauerat, & opere perfecerat malum conatum, ſtatim inſurrexit conſcientia clamans, & oſtendens peccatorum magnitudinem omnibus, ſeipſam pœnis obnoxiam fecit;* pulchrè omnibus ſeipſam pœnis obnoxiam fecit, inter quas & ipſius manifeſtatio tanquam locum principem obtinens; vnde & ſi cætera deſint, ipſemet tanquam ſuæ executor pœnæ, ſe pandet peccator, inclamans publicè quod ſecretò patrarat. 605 D. Chryſ.

## *Vindicta hominis quaſi infinita.*

*Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech autem ſeptuageſies ſepties.* Cur ſeptuageſies ſepties dicis à te pœnam ſoluendam, cum numerus pene quid infinitum dicat? quia exiſtimabat vindictam quam quis de eo debebat ſumere fore futuram infinitam, in infinitum enim homo ſuam exercet vindictam, veniam verò & indulgentiam paruo numero concludit, hoc Franciſcus Lucas notat in illa verba Petri interrogantis Chriſtum Dominum, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei, vſque ſepties? id eſt ſi frequenter offendat me, quoties dimittam? vſque ſepties? an Franc. Luc. *Videtur Petro numerus ſeptenarius abunde multus, imo æque maior eſſe ex carnis ſenſu, cui Chriſtus Dominus dixit, non tibi dico, vſque ſepties, ſed ſeptuageſies ſepties, quaſi diceret, ſcio vindictam hominis eſſe pene infinitam, ita vt difficulter offenſas remittat, ſed volo vt quot iniurias acceperit, tot dimittat.* 607 Franc. Luc.

## *Conſcientia præſaga maioris mali.*

*Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech autem ſeptuageſies ſepties:* Quaſi diceret, Cain occiſor Abelis ſepties, id eſt grauiter pœnas luet; at verò Lamech occiſor Caini ſeptuageſies ſepties, id eſt multo grauius punietur: Quid ais ô Lamech, occiſor Caini prædicitur à Deo ſepties tantum puniendus, omnis qui occiderit Cain ſeptuplum punietur; ſi igitur Cain occidiſti, ſepties tantum puniris, iuxta latam à Deo ſententiam, ergo quid times fore vt ſeptuageſies ſepties puniaris? minor pœna tibi decernitur, quid maiorem formidas? reſpondeo præſagam maioris mali conſcientiam, quàm reipſa patiatur, ſeptenis addictæ flagris adhuc vlterius ſeptuagenis perhorreſcit: vnde quæſo maiores pœnas formidat, quàm pati debeat? niſi quod poſt peccatum grauiſſime à conſcientia diſcruciamur, & ab hoc cruciatu interiori colligimus grauiſſimas exterius pœnas imminere; Sic D. Chryſ. conc. 4. de Lazaro, *Cum perpetratur peccatum, & priuſquam perpetretur, & poſtquam perpetratum eſt, acerbus nobis imminet accuſator, maxime vero poſtquam perfectum fuerit:* 608 D. Chryſ.

exiſſe tanquam deſperatum, quia qui negat delicta, A
D. Chryſo. ea accumulat: vnde D. Chryſoſtom. hom. 31. in Ep.
ad Hæb. ait, *Non obſecro, negemus noſtra peccata,*
417 *neque nos in confeſsione impudentia duros efficiat,*
*ſponte noſtra delicta confitendo puniamur, ne poſtea*
*pendamus non ſponte ſupplicia: audiuit Cain à do-*
*mino, vbi eſt frater tuus Abel? Et dixit neſcio, vi-*
*des quomodo peccatum ſuum amplius tegēdo opera-*
*tus eſt? At pater eius audiens, Adam vbi es? Nu-*
*ditatem ſuam fatetur, dicens audiui Domine vocem*
*tuam & timui, eo quod nudus eſſem: magnum bo-*
*num eſt, vt qui peccatum agnoſcens confiteatur, &*
*memoriam eorum perſeueranter teneat.*

## *Qui minus peccat, citius pœnitendi occaſio ei offertur.* B

418 *Egreſſus eſt à facie domini. &c.* Peccauit Adam, &
tamen expulſus à paradiſo, non fugit conſpectum
Dei, cur fugit Cain? Deinde quod maxime obſer-
uandum eſt, Deus primum parentem collocauit an-
te paradiſum, Cain autem nullum locum aſſignauit
determinatum, cur Adamus ante paradiſum conſti-
tutus, Cain autem nullibi ſtabilis? Auerte qui ante
oculos fœlicitatem, ex qua ceciderit, habet, facile
pœnitet: ideo longe remouetur Cain, Adam autem C
ante paradiſum collocatur, vt occaſionem pœniten-
di facile ſumat: qui enim minus peccat, citius occa-
Procop. ſio dolendi de peccatis offertur: ita Procopius: *Ada-*
*mus vt eiectus, nec ſua ſponte egreſſus eſt paradiſo,*
*nam adhuc ardebat deſiderio manendi in eo, hinc eū*
*Deus collocauit ex aduerſo paradiſi, quaſi ipſe regens*
*eius domicilium, his enim qui mediocriter peccarunt,*
*citò offertur occaſio accelerandi ad pœnitentiam, vt*
*abiecto peccato ſe ad virtutem recipiant, ſed quæ de*
*Adamo traduntur, non feruntur quoque & de*
*Caino: nec enim expulſus à conſpectu Dei, nec ali-*
*quò à Deo collocatus legitur, vt ibi fixas haberet ſe-* D
*des, ſiquidem toto pectore propendebat ad malum.*

## *Contrarium vitium virtuti eſt.*

519 *Egreſſus à facie Dei, habitauit profugus in terra ad*
*Orientalem plagam Eden*, Septuaginta habent, con-
tra Eden: inſpiciamus quæſo quid dicatur de Adam,
quando eiectus eſt à paradiſo? Collocauit, inquit
Moyſes, eum ante paradiſum, quomodo dicitur de
Cain quod contra Eden (quod interpretatur para-
diſus) habitauit, non autem ante? Aduerte paradi-
ſum virtutum referre, Cain autem vitium: recte er-
go dicitur, habitaſſe contra Eden, quia vt inquit, E
Procop. Procopius, *contrarium virtuti vitium eſt.*

## *Peccator plus pœnam timet, quam culpæ emendationem inquirat.*

517 *Egreſſus eſt à facie domini, habitauitque profugus*
*in terra, &c.* Cur ante conſpectum Dei non perma-
nes, vt ab eo indulgentiā peccati tui impetres? Qua-
re igitur fugit à facie illius; hæc enim fuga quid de-
notat niſi te velle vitare mortem, & ne ab aliquo oc-
cidaris? Nonne tibi ſatius eſſet culpę emendationem
ſollicitare? Sed ne hoc perſeruteris: peccator enim F
plus pœnam corporis timet, quam culpæ emenda-
Caietan. tionem requirat: ita Caietan. *Confer hoc factū Cain*
*(nempe fugam à conſpectu Dei) cum eius dictis ac ſol-*
*licitudine, & perpendes quod malum quidem culpa*
*ſua quātum ad magnitudinem penſauit, ſed ad ma-*
*lum pœnæ animum diuertit, ſollicitus ne occideretur*
*à reperiente ipſum; mota eſt enim eius mens magis à*
*timore pœnæ mortis, quàm ab admiſſa offenſa Dei,*
*& propterea qui eiectus à facie Dei, debuiſſet suppli-*
*care pro venia, manifeſtat ſe non reſipiſcere.*

## *Timor perpetuus comes peccatoris.*

*Egreſſus à facie Dei, habitauit profugus in terra,* 518
Cur profugus? nonne ſtabilem potuit eligere ſedem?
Aduerte qui vnicum habet domicilium, facile repe-
ritur: qui autem per varias regiones vagatur, difficil-
lime: ſed cur eam reperiri recuſat, quia continuo ti-
more agitatur ne ab aliquo inueniatur: ita Abulenſ. Abulenſ.
*Habitauit profugus in terra, id eſt, non potens diu*
*manere in eodem loco præ timore*; an agnoſcis timo-
rem eſſe continuum comitem peccatoris?

## *Hæretici à Deo alienantur.*

*Egreſſus Cain à facie Domini.* Hoc reſpiciens San- 519
ctus Iudas ait, væ illis qui in viam Cain abierunt,
neſcio quomodo hoc ſit verum, quod in viam Cain
abeant hæretici: Cain enim egreſſus à facie Domini
iter fecit verſus orientalem plagam, in qua non ita
frequens hæreticorum numerus, ac verſus occiden-
tem: Nota quod abire in viam alicuius, ſignificat
amplecti modum viuendi alicuius: ita Dauid in via
peccatorum non ſteti, hoc eſt mores ac ſceleratorum
hominum actiones non ſum imitatus: dicamus ergo
ideo recte hæreticos dici in viam Cain abire, quia ſi-
cut ille ſe à conſpectu Dei, ſic hæretici ſuis dogma-
tibus ſe à Deo omnino ſeparant; ita Dydim. *Præ-* Dydimus.
*ſentes hæretici ambulant in viam eius, & extra cul-*
*tum Dei, propter ignorantiam facti.*

## *Proprium peccatorum, voluptates inquirere.*

*Egreſſus Cain à facie Dei, habitauit profugus in ter-* 520
*ra ad orientalē plagam Eden.* Cur potius voluit ha-
bitare Eden, quam in alia, vel occidentali, vel meri-
dionali plaga? Nota quod Eden interpretatur deli-
ciæ, vel voluptates: forte autem à parentibus audie-
rat aliquid de deliciis, quas in oriente in paradiſo
habuerant, ideo potius ad Eden fuit quàm ad aliam
partem; quia proprium eſt peccatoris delicias & vo-
luptates ſibi conquirere: ſic Thom. Angl. *Punitur* Tho. Ang.
*amor inordinatus voluptatis, qui habitauit ad orien-*
*talem plagam Eden, Eden enim interpretatur deli-*
*tia, vel voluptates, vnde aſſumit terram voluptuoſā.*

## *Homo deſperatus Deo non credit.*

*Egreſſus eſt à facie Dei, & habitauit profugus in* 521.
*terra.* Certe Dei præſentiam euadere non potuit,
omnia enim vbique noſcit, agit & ſuſtinet, cur igitur
dicitur egreſſus à facie Dei? aduerte poſt deſpera-
tionem ſe à facie Dei ſeparaſſe: dicitur igitur forte à
conſpectu Dei egreſſus, quia vt iam deſperatus vbi-
que Deum præſentem non credebat: hoc innuere Lippom.
videtur Lippom. dicens, *Dei præſidio in conſcientia*
*nudatur, cui non credebat homo deſperatus.*

## *Aliorum correptionibus, cautiores ſimus.*

*Egreſſus à facie Dei, habitauit profugus in terra.* 522
Omni genere calamitatum oppreſſus infœlix, & om-
nibus inuiſus: ſed nonne ſufficiebat Cain ſcelus ag-
nouiſſe, ſententiamque condemnationis in eum la-
tam? ad quid igitur profugum infinitis obnoxium
miſeriis; à conſpectu Dei exiſſe teſtatur Moyſes? ſi-
ne dubio vt correptione eius agnita cautiores viua-

mus: vnde D. Chryſoſtomus ait, *Quocirca obſecro vt vel ſaltem nunc aliorum correptionibus nos ipſos emendemus, & vitam noſtram corrigamus, ad Domini obedientiam, illius obtemperantes legibus.*

*Perturbata conſcientia ſemper inſtabilis.*

523 *Egreſſus à facie Dei, habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Edem.* Caldæus legit in terra Nod, ſi quis propriè velit reddere dictionem Nod, eam interpretabitur ſalum, inquit Procopius, ſed quæſo quid immobilius, quid inſtabilius, quid inconſtantius ſalo? cur igitur dicitur Cain habitaſſe in terra quæ ſalum interpretatur? Aduerte ſtimulis conſcientiæ Cain ſemper agitatum fuiſſe; rectè igitur ſedem inquirit in terra quæ ſalum interpretatur, quia perturbata conſcientia nunquam quieta, ſed ſemper inſtabilis: ita Procop. *Meritò incolit ſalum, perturbatam gerens conſcientiam.* Procop.

A *Cœleſtis panis nihil carnalium, mundialiumque bonorum ſecum admittit.*

*Egreſſus Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra ad orientalem plagam in Eden.* Sept. legũt, habitauit in terra Naid contra Orientem, eſt Naid idem quod commotio, vt exprimantur ibi carnalia & temporalia bona, quæ in perpetua motione ſunt, & paſſim aguntur ſub tota fortunæ: ſed vide horum regionem, vbi ſit, nimirum contra Eden, vel orientem, contra regionem vitalis cibi, quo ſcies quam nequeant ſimul eſſe carnalia bona cum cœleſti & vitaliſſimo cibo; quippe ait D. Iſid. Hiſpal. in cap. 8. Gen. *Habitauit profugus in terra commotionis, id eſt, in perturbatione carnali contra iucunditatem Dei, hoc eſt, contra Eden, quod interpretatur epulatio, vbi eſt plantatus paradiſus*, vbi perturbatio & commotio bonorum temporalium impleuit hominem, crede hunc habitare contra Eden, & tenere regionem cœleſtibus epulis, vitalique fructui prorſus contrariam. 524

B D. Iſidor.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XVII.*

*Vlg.* Cognouit Cain vxorem, quæ concepit & peperit Enoch, & ædificauit ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine filij ſui Enoch.

*Stepnag.* Cognouit Cain vxorem, & concipiens peperit Enoch, & erat ædificans ciuitatem,

C & nominauit ciuitatem in nomine filij Henoch.

*Caldæus.* Et fuit ædificator ciuitatis, & vocauit nomen ciuitatis ſicut nomen filij ſui Henoch.

*Arias.* Fuit ædificans ciuitatem, & vocauit nomen ciuitatis ſicut nomen filij ſui Chanoch.

## EXPOSITIO VERSVS XVII.

*Cognouit Cain vxorem ſuam quæ peperit Enoch.* Sororem ſuam Calmam duxit vxorem; non enim prohibitum erat fratres matrimonio iungi ſororibus; imo licitum; Enoch autem de quo hîc eſt ſermo, eſt alius ab eo de quo cap. ſequenti.

*Et ædificauit ciuitatem.* Non ſtatim à natiuitate filij ſui Enoch; ad quid enim ciuitas pro tribus per-

D ſonis, quas perexigua domus capere poterat, ſed in ſenectute cum quingenteſimum forte vel ſexcenteſimum annum ageret; potuit autem per quingentos annos in tantum multiplicari Cain ſoboles, vt ea non tantum vni ciuitati, ſed etiam pluribus ſufficeret, vocauitque hanc ciuitatem nomine filij ſui ſibi chariſſimi Enochiam.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Parentes quos diligunt filios, alijs præferunt.*

525 *Cognouit Cain vxorem, quæ concepit & peperit Enoch.* D. Auguſtinus libro 15. de ciuitate Dei capite 8. tenet quod Enoch non fuit primogenitus Cain, ſi ergo non fuit primogenitus, quomodo eius generatio enunciatur prior? Nota quod Enoch fuit præ aliis dilectus, reſponde ergo generationem eius enunciari priorem, quia quos filios patres diligunt, aliis præferunt: vnde etiam Thom. Angl. *Prius narratur eius generatio, quia patri fuit prædilectus, vel propter ſequentes euentus, quia ab ipſo fuit magis populi denominatio, & ciuitatis, & terræ.* Thom. Angl.

*Patres magis de filijs, quàm de ſeipſis ſunt ſoliciti.*

526 *Cognouit Cain, &c. & ædificauit ciuitatem, vocauitque nomen eius nomine filij ſui Enoch.* Dubium eſſe poteſt cur potius eam non appellauit nomine proprio, quàm nomine filij, cum noſtram gloriam,

E & nominis immortalitatem anxiis quæramus quàm alienam? ideo nomen non proprium, ſed filij ſui impoſuit ciuitati, quia pater filiorum maiorem curam videtur habere, quam ſui ipſius; ſic Thom. *Ratio poteſt eſſe, quia parentes magis ſunt ſolliciti de filiis, quàm de ſeipſis: ideo ciuitatem à filio ſuo denominauit, & eam ſibi deputauit.* Thom. Angl.

*Coniugati filios habere ita æſtimant, vt omnia eis præferant.*

*Cognouit Cain vxorem, quæ concepit & peperit Enoch.* Impiè & ſcelerate, nonne ſatius eſſet tui delicti grauiſſimi pœnitentiam agere, quàm generationi operam dare? nonne ſalubrius tibi fuiſſet animam ſaluam facere, quam poſteritatem relinquere? quid enim prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? ne mireris, quia omnibus, etiam ſaluti præferebant veteres filiorum generationes; vnde Procop. *Veteribus* (inquit) *tam durum & graue erat ſine liberis excedere, quam nobis vita excedere æterna.* 527

F Procop. lib. eum.

*Terrenæ poſſeßionis cauſa homicidium.*

528 *Ædificauit ciuitatem, vocauitque eam nomine filij ſui Enoc.* Vnde huius terrenæ poſſeſſionis cauſa? vnde huius terrenæ ciuitatis ædificationis origo? Nota cùm Cain fratrem ſuum occidiſſet, & ob hoc omnibus odioſus, vaguſque & profugus eſſet, ciuitatem qua ſe tutaretur ædificauit; facilis ergo reſponſio, Rupert. originem terrenæ poſſeſſionis qualis; fuit ædificatio ciuitatis, fratricidium fuiſſe: ſic Ruper. lib. 4. cap. 10. *Notandum quod prima terrenarum ciuitatum cauſa homicidium fuit.*

*Terreni homines fundamentum in terra faciunt, nihil de cælo cogitantes, ſecus autem iuſti.*

529 *Ædificauit ciuitatē, vocauitque nomen eius ex nomine filij ſui Enoch,* Cur ciuitatē extruis, cum de Abraham legatur, quod in caſulis habitabat? Et ſi ciuitatem ædificas, qua de cauſa eam nomine Enoch, nuncupas, quod dedicationem ſignificat, dedicatio autem lætitiam deſignat, cum potius tuum deflere peccatum deberes, & in perpetua vitam degere mœſtitia? Impij nihil præter terrena ſapiunt, in illis gaudent, & lætantur, iuſti autem hæc omnia contemnunt, expectantes futuram aliam ciuitatem permaIſid. Hiſpal. in Gen. nentem: ſic D. Iſidor. *Figuratur progenies impiorum in ipſa mundi origine, fundamentum quærens in hac vita, ciuitatem extruxit, quam vocauit Enoch, quod interpretatur dedicatio, quia in primordiis dedicant, dum in hac vita quæ ante eſt, radicem cordis plantāt, vt hic ad votum floreāt, & à futura gloria areſcant, Abraham vero in caſulis habitabat, quia ſancti, hoſpites & peregrinos ſe eſſe cognoſcunt, expectantes ciuitatem habentem fundamentum cuius artifex Deus eſt.*

*Malam debemus vitare famam.*

530 *Ædificauit ciuitatem, vocauitque nomē eius ex nomine filij ſui Enoch.* Cur quæſo hanc ciuitatem non ſuo nomine; ſed filij ſui vocauit? Nota quod Cain propter fratricidium commiſſum ab omnibus infamis habebatur, nomine igitur proprio ciuitatem noluit vocare, vt maiorem ſui nominis infamiam Tho. Ang. posteris cognoſcendam vitaret: ſic Thom. Angl. *Quia ex maledictione Dei & infamia facti ſui ſcilicet homicidij erat mundo odioſus, ne ex infamia eius redderetur ciuitas odioſa, & in poſterum eius filij ex memoria facti eſſent opprobrioſi.*

*Plures famam temporalem ex ſuperbia ambiunt, humiles fugiunt.*

*Ædificauit ciuitatem ex nomine filij ſui Enoch,*
531 Quomodo non legimus ipſum omnium parentem, vrbem aliquam conſtruxiſſe? Quod laudabilius mihi videretur, & conuenientius: nam magis decet patrem ædificare quàm filium; aduerte primum parentem poſt peccatum commiſſum, & à paradiſi expulſione fuiſſe maxime húmilem, non igitur ædificat ciuitatem, ſicut Cain impius & ſuperbus, quia ſicut famam temporalem ex ſuperbia ambiunt mundani, ita humiles fugiunt: ſic D. Laurent. Iuſtinian. D. Lauren. libr. de humil. cap. 9. *Habent ſuperbi, & ſæculi amatores hoc proprium ſæcularium dignitatum principatum ambire, præeſſe cæteris, omnes præcellere, vulgari fama gaudere, opera quæ agunt* (ſi quæ ſunt

A commendatione digna) *præferre ad publicum, ore proprio ſe laudare, interdum mendaciter & conſcientia reclamante, in præſenti ſæculo abundare diuitiis, carnis illecebras concupiſcere, & ſi facultas adſit, etiam eaſdem opere conſummare: non autē ſic humiles & mundi iſtius contemptores, omnem quippe quantum valent, & corde deſpiciunt, & corpore atque conuerſatione declinant huius vitæ ſublimitatem, & gloriam, non conſiderantes honoris præminentiam, ſed in ipſo exteriori faſtigio aduertunt latens periculum.*

*Non ita conueniens eſt famam quærere,*
B *quam iuſtitiam colere.*

*Ædificauit ciuitatem*, Scilicet vt nomen ſuum eſſet celebre & ab omnibus gloria ſua cognita, quomodo Deus non ſtatuit ipſum Abelem ante mortem ſuam dignū aliquid immortalitate perficere? æquius enim eſt iuſtos gloriam poſſidere quàm impios: ideo non ita factum, quia longe ſatius eſt ipſam iuſtitiam colere, ſicut Abel, quam famam nominis inquirere, ſicut Cain, quod expreſſit D. Greg. Nazianz. in carmine. 532 Gre. Naz.

C *Famam, nec nomen, nec nimis quæras velim,*
*Probum eſſe præſtat, quam videri.*

Sed fortè clarius D. Laurentius Iuſtinia. lib. citato cap. 8. *Conſultius itaque eſt, ac eligibilius introrſus per humilitatem Dei ac propriæ conſcientiæ gaudere teſtimonio, quam exterius ad tempus per elationem humana opinione atque dignitate florere.* D. Lauren.

*Mulier exiguæ conſiderationis eſt.*

*Ædificauit ciuitatem*, ſed antea *cognouit vxorem ſuam*, quo nomine appellatur? miror quomodo
D Moyſes illud omiſerit? ne mireris, quia mulieres regulariter ſuorum exiguæ conſiderationis, vt earum nomina facile prætermittantur: ſic Diuus Chryſoſtomus homil. 20. *Nuſquam catalogum mulierum diligenter facit ſcriptura, cauens ne quid ſuperfluum proferat.* 533 D. Chryſo.

*Ambitio alia peccata excedere videtur.*

*Ædificauit ciuitatem*: Scilicet ex ambitione, & vt nomen celebre poſſideret: in hoc ab omnibus vituperatur, cum potius delictorum ſuorum pœnitentiam agere teneretur; ſed cùm non explicetur quàm
E graue fuerit illud peccatum, quid de eo dicemus? an aliis æquale vel excedens? certe longe grauius, alia enim in malitia ſuperare videtur: ita D. Ambr. in Pſalm. 118. *Quid hoc peccato poteſt eſſe deterius?* Quaſi diceret, nullum equidem. 534. D. Ambro.

*Ambitio laborem hominis deſtruit.*

*Ædificauit ciuitatem*, Maiori laude mihi videtur dignus, quam vituperio ædificans ciuitatem: opus enim laude dignum in aliorum vtilitatem, vt ab incommodis quis protegatur, aliquid efficere, quomodo ergo eius labor non extollitur, & ab omnibus
F non celebratur? nonne diximus ex ambitione id feciſſe? non eſt igitur mirum laborem quem impendit in ædificanda ciuitate, vituperari, & non laudari. quia ambitio hominis operam deſtruit: ita beatus Iſai. Abb. oratione 16. *Quemadmodum hedera vitem amplexa fructum illius deſtruit, ſic inanis gloria hominis labores euertit.* 535 Iſai. Abb.

### *Concordiam Deus vult ſeruari.*

536 *Cognouit Cain vxorem ſuam*, Certum eſt ſororem ſuam duxiſſe, hoc enim tunc temporis non damnabatur, cum nulla lex eſſet quæ iſtud prohiberet; quamuis hoc verum ſit, tamen vt illud vitaretur, cur Deus plures viros & mulieres non formauit ab initio, vt ſic varij varias ducerent vxores & non conſanguineas? reſpondet D. Theod. quæſt. 41 in Geneſ. *vt in concordiam coirent tanquam ex vna radice florentes, hanc igitur ob cauſam Deus ab initio permiſit fratrum commixtionem.* [D. Theod.]

### *Ad concordiam nos reuocat Deus.*

537 *Cognouit Cain vxorem ſuam*, Quæ ſimul etiam fuit ſoror, quod connubium permiſit Deus liberis Adami, vt arctiùs charitatis vinculo inter ſe vnirentur: ſed ſi charitas & concordia in connubiis fratrum & ſororum vigebat, cur non permiſit deinde Deus vt huiuſmodi connubia fierent; ſic enim in familiis & generationibus firmiùs amoris vinculum foret? aduerte cum genus humanum maxime multiplicatum eſſet, etiam diſcordiæ in eo multiplicari cœperunt: recte igitur non amplius inter fratrem & ſororem, ſed ſolum inter cognatione diſtantes, connubia permiſit, vt ſociali vinculo eos ad concordiam reuocaret: ita Procop. *cum humanum genus iam eſſet auctum & incredibilia ſumpſiſſet incrementa, huiuſmodi connubia interdixit (nempe fratris cum ſorore) volens eos qui quoad genus inter ſeſe diſtarent, iterum per connubia ad ciuitatem & concordiam pertrahere.* [Procop.]

### *Occaſio peccandi adimenda.*

538 *Cognouit Cain vxorem ſuam, quæ concepit & peperit*, Certum eſt ſuam propriam ſororem vxorem duxiſſe, cur ſcriptura hoc reticet? nota quod tunc permiſſa eſt huiuſmodi coniunctio, deinde lex hoc prohibuit, tanquam quid contra inſtinctum naturæ: prudenter ergo non dixit ſacra ſcriptura Cain agnouiſſe ſuam ſororem, vt non daretur occaſio aliquando legem latam poſtea tranſgrediendi: ſic obſeruat Thom. *ideo voluit hoc ſcriptura tacere, ne eſſet incentiuum ad agendum contra illud præceptum.* [D. Thom.]

### *Ex auaritia prima ciuitatis ædificatio.*

539 *Ædificauit ciuitatem*, Cur eam ædificat, cum futuram & cœleſtem ſolum deberemus inquirere? auaritia & cupiditate compulſus hanc ciuitatem ædificat: ſic Ioſeph lib. 10. ant. Iud. cap. 2. dicit enim, *rapina & violentia opes congregans, ſuos ad latrocinia inuitabat, non timens illos quos lædebat, in ciuitate ſua obſcœnitatem collegit.* [Ioſeph.]

### *Auarus in ſuperbiam terminatur.*

540 *Ædificauit ciuitatem:* Nonne ſatis erat operam agriculturæ dare? cur ſuperbum opus aggrederis, nempe ciuitatis ædificationem? aduerte vt diximus Cain auaritiæ deditum maxime fuiſſe: non inquiras ergo cur ſuperbum opus aggreſſus, quia auaritia in ſuperbiam terminatur; ita annuit Caietan. cum ait *Cain deſiſtentus ab agricultura vertit ſe ad ædificandam ciuitatem*, quaſi diceret ipſe auarus Cain non habet limitem ipſam auaritiam, non enim ſe continere poteſt quin ſuperbus appareat in ædificanda ciuitate. [Caietan.]

### *Auarus inſatiabilis.*

*Ædificauit ciuitatem*, Vt ſecundum Ioſephum opibus acquirendis vacaret & rapinis ſtuderet, nonne ſufficientes erant tibi opes, vt vitam à Deo conceſſam conſeruares? cur poſſeſſiones nouas inquiris, nempe ciuitatem? & ſi in ea terminaretur appetitus tuus, ſilerem equidem, ſed cur eam ædificas vt in ea ex rapinis diuitias maiores conquiras & accumules: ſuperflua eſt hæc interrogatio, qui cùm eſſet auarus, ſemper eſt inſatiabilis: ita D. Baſilius homil. in diteſcentes, *Mare terminos habet, nox item leges antiquas non egreditur, ſolus auarus nullum circumſcribit tempus, non terminum noſcit, verum ſucceſſioni non cedit, ſed vim naturamque ignis imitando omnia comprehendit, omnia paſcit, & velnti flumina ex paruis initiis exeuntia, deinde paulatim incrementum intolerabile in proceſſu accipientia, impetu demum violento quidquid obiicitur, ſecum trahunt: ſic & hi qui in magnam proueh untur poteſtatem ex eo quod iam aliquos oppreſſerint, ad maiora continuo facinora maioreſque iniurias progrediuntur, ac reliquos priùs præterierant, per oppreſſos antea lædunt.* 541 [D. Baſil.]

### *Impius omnia ſibi imputat, & nihil Deo.*

*Ædificauit ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine filij ſui Enoch:* Cur eam non aliquo nomine Dei nominauit? cur non eſt imitatus parentem ſuam, quæ cum eum peperiſſet, ait, poſſedi hominem per Deum, agnoſcens Deum fuiſſe authorem tanti beneficij? quid ſignificat *Enoch?* Phil. Hebr. lib. de confuſ. ling. ait quod Enoch interpretatur gratia tua, reſponde ergo ciuitatem nomine Enoch vocaſſe, quaſi ſibi & non gratiæ Dei tribueret, quod hanc ciuitatem conderet: ſic obſeruat citatus author, *Cain poſt natum ſibi filium Enoch, inducitur ciuitatem condere, & quodammodo creaturas mortales ædificare ad ſubuerſionem rerum diuiniorem apparatum ſortitarum: nam Enoch interpretatur gratia tua, at impius quiſque opinatur quod cogitat & intelligit eſſe intellectus ſui gratiam, quod videt oculorum, quod audit aurium, quod olfacit narium, itidemque cætera officia fert accepta ſuis ſenſibus, ſicut & ſermonem vocis inſtrumentis, Deum autem cauſam eſſe negat, aut contendit non eſſe primarium.* 542 [Phil. Heb.]

### *Impij citò pullulant.*

*Et ædificauit ciuitatem*, Quis eſt iſte Cain? nonne eſt homicida? quomodo ergo tantâ proſperitate gaudet, ita vt non ſolum filios habeat, ſed & ciuitatem condat, iuſti autem extincti videantur, cum ſolum Adam poſt centum & 30. annos genuerit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam Seth iuſtum? quænam eſt hæc mora in iuſtis, cum tanta velocitas in impijs proſperitate? quia in hac vita impij citò proſperi, iuſti autem æternam expectant hæreditatem nihil de præſenti curantes: ſic Rupert. lib. 2. de victoria Verbi Dei cap. 21. *Velociter pullulabat ſemen ſerpentis, quod erat Cain, videlicet ſecundum imitationem patris eius, velociter inquam pullulabat ſemen illud, iamque regnare properabat, condens ciuitates & oppida, porrò ſemen mulieris ſeu ſemen Dei tardius veniebat, imo à radice periſſe videbatur; ſed recte ſapiens hereditas ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſimis benedictione carebit: hoc certis claret experimentis, quia videlicet generatio Cain, cum feſtinatione venit & cum feſtinatione* 543 [Rupert.]

*ciuitates condidit: generatio autem Abel ſiue Seth* A *ſemen Dei quod poſuit Deus pro Abel, & tardius venit, & ciuitatem hîc manentem non habuit, ſed futuram inquiſiuit.*

### *Conſcientia iudex & vltrix.*

544 *Ædificauit ciuitatem?* Sed quorſum eam ædificat an vt tutior ſibi viueret? vitam enim ioſœlix trahebat plenam timoribus? ſed tutuſne erat murorum aggeribus munitus? mioime, quia domeſticum perurgentis, & vltricis conſcientiæ ſatellitium nequit effugere: ſic D. Ambroſ. Epiſt. 44. ad Conſtantium, *Abundat ſibi locuples teſtis conſcientia, fugiat quis* B *etiam mala opprobria, etiam ſi credat non poſſe conuinci: nam etſi clauſus parietibus ſit, & opertus tenebris ſine teſte, ſiue conſcio, habet tamen facti arbitrum vnuſquiſque animum ſuum ſeuerum iudicẽ ſui, vltorem ſceleris, & vindicem criminis:* concludit deinde *nemo ſolus, vel cum altero aliquid turpe aut improbum faxit, & ſi quis ſolus eſt, ſeipſum præ cæteris erubeſcat, quem maxime debeat videri.*

D.Ambro.

### *Secundùm tempora leges ſeruandæ.*

545 *Cognouit Cain vxorem ſuam,* Lippomanus exiſtimat fuiſſe hanc vxorem aliquam ex ſuis cognatis, nõ autem ſororem: tamen communis opinio eſt ſororem fuiſſe: ſi licitum erat tunc coniugium fratris C cum ſorore, quomodo lex alia nunc ſtatuta eſt, & obſeruatur, vt nullus intra quartum gradum cognationis connubio ſibi coniugat vxorem? Aduerte in exordio mundi perpaucos fuiſſe homines, nunc autem nimis multiplicatum genus humanum: nunc legem perſcriptam obſeruamus, aliam autem tunc temporis, quia leges ſecundum tempora debent obſeruari: ita Caietan. *Cognouit Cain vxorem ſuam, procul dubio ſororem, tunc enim neceſſitate vrgente licitum, imo neceſſarium erat coniugium inter fratrem, & ſororẽ.* D

Caietan.

### *Ex parentibus peccatoribus, pluries filij ſimiles naſcuntur.*

*Cognouit Cain vxorem ſuam, quæ concepit & peperit Enoch,* Cur poſt peccatum Caini, refertur genuiſſe, & liberos ſuſcepiſſe, non autem ante peccatum? Forte vt intelligamus quod ſi filij peccatores ſunt, ideo quia ex parentibus peccatoribus naſcuntur: ita Hugo à Sancto Victore, *Nota quod poſt peccatum, dicuntur viri cognoſcere vxores ſuas, & illæ parere, vt indicetur quod de parentibus peccatoribus, & filij naſcebantur peccatores.* 547

Hugo à S. Vict.

### *Ciuitatem ſcelere fabricatam non ingreditur Deus.*

*Ædificauit ciuitatem.* Deus Oſee cap. 11. verſ. 9. ait, quoniam Deus ego ſum, & non homo, & non ingrediar ciuitatem, cur ciuitatem non ingredieris, cùm ad domos etiam particulares venire ſoleas? cur igitur ciuitatem, quæ longè nobilior eſt, deſpicis? Non ignoras primam hanc ciuitatem, quam ædificauit Cain, ſcelere, & ſanguine fuiſſe fabricatam: rectè igitur ait Deus non ſuam ingreſſurum ciuitatem, ſcilicet quæ fuerit ſanguine & crimine contaminata: ita Diuus Hieronymus, *Poſſumus dicere quia primus Cain parricida extruxit ciuitatem in nomine filij ſui Enoch, in huiuſcemodi vrbem dominus non ingreditur, quæ ex ſcelere, & ſanguine & parricidio fabricata eſt.* 548

Oſee.

D. Hieron. in c. 11. Oſ.

### *In præſenti vita ſpem ſuam collocant impij.*

*Cognouit Cain vxorem ſuam, quæ concepit & peperit Enoch,* Enoch interpretatur dedicatio, cur in generatione iniuſtorum primus vocatur Enoch, qui dedicatio interpretatur? Reſpondet Strab. *Quia reprobi in præſenti vita ſpei ſuæ radicem figunt, & ab amore immarceſſibilis hæreditatis areſcunt.* 549

Strab. in Gl.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XVIII.*

*Vlg.* Porro Enoch genuit Irad, & Irad genuit Maniael, & Maniael genuit Mathuaſael, & Mathuaſael genuit Lamech.

*Septuaginta.* Natus eſt autem Enoch Gaidad: & Gaidad genuit Maleleel, & Maleleel genuit Mathuſalac, & Mathuſalac genuit Lamech

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

NE exiſtimes Gaidad alium eſſe ab Irad, quem noſter vulgatus habet, ſed idem eſt Irad ac Gaidad.

## EXPOSITIO VERSVS XVIII.

P*orro Enoch genuit Irad.* Generatio horum ſic ponitur, non quod inde certa myſteria, vel facta aliqua excerpantur, ſed vt ſequentium generatio texatur.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Impiorum Deus non vult memoriam permanere.*

546. P*orro Enoch genuit Irad, & Irad genuit Maniael, & Maniael genuit Mathuſael.* Quis non mirabitur tam raptim Moyſem perſtringere Caini poſteritatem, vnam tantum lineam ex qua Lamech fuit commemorantem? ideo tam ſuccinctè & breuiter tranſcurrit Caini poſteritatem; quia impiorum Deus non vult memoriam permanere: ſic D. Cyrillus Alexandrinus libr. 2. in Gen. qui hanc genealogiam ediſſerens, ſic philoſophatur: *Ex his facile quis-*

D. Cyrill.

*le quiſque intelligere poteſt nullo pacto Deum vitam peccatorum cognoſcere, audient namque cum Chriſti tribunali aſſiſtent, Amen dico vobis neſcio vos, quippe & ſi nihil ſit, quod mentem diuinam eff ugere poſſit, tamen peccatores eum ignorare aſſerimus, ob nimiam quam aduerſus illos irracundiam habet, quamobrem & tempus vitæ eorum qui ex Cain procreati ſunt, ſilentio traditum eſt, nihil enim memoria dignum egerunt, quapropter merito Dei labuntur memoria.*

A *Quod non conducit ad aliquod myſterium, tacetur in ſacra Scriptura.*

*Porro Enoch genuit Irad, Irad genuit, &c.* Quomodo cum tam longæuam vitam duxerint, nihil de eis commemoratur? quia nihil eorum quæ fecere ad aliquod myſterium pertinebat, & ideo eorum facta ſilentur: ita D. Hieron. *Nihil de omnibus his certa myſteria ſcribuntur*, quaſi diceret, iure merito ſub ſilentio prætérit Moyſes eorum facta, quia nullius ſunt vtilitatis. 550

Hieron. in q. in Gen.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XIX.*

*Vlg.* Qui accepit duas vxores nomen vni Ada, & nomen alteri Sella.

*Pagninus.* Et accepit ſibi Lamech duas vxores; nomen vnius Hedab, & nomen ſecundæ Sillah.

## EXPOSITIO VERSVS XIX.

Q*Vi accepit duas vxores*, Cum ſecundum primam naturæ inſtitutionem vni ſociaretur vir vxori, Bigamiam incipiens Lamech, duas accepit: legem enim Monogamiæ latam Geneſeos 2. cap. verſ. 24. violauit: ſi autem poſt diluuium pluribus iugebantur matrimonio, diſpenſauit Deus, quia vita hominum tunc erat breuior, & lente nimis fiebat generis humani propagatio.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Duabus ſimul fæminis coniunctus, omni dignus ſupplicio.*

551 A*Ccepit duas vxores.* Quid narrat Moyſes? rem nouam & inuſitatam, & non ſolum inuſitatam, ſed etiam peſſimam: ſed ſi tam nefandum ſcelus fuit ſimul duabus fœminis iungi quomodo ſcriptura non memorat punitum, ſicut inobedientiam primi hominis, & fratricidium Cain? audi reſpondentem Tertullianum, *Primum ſcelus homicidium in fratricidio dedicatum, tam dignum, ſecundo loco ſcelus non fuit quam duæ nuptiæ* (intellige ſimul, nam mortua coniuge licitum eſt aliam ducere) *aliæ diluuium iniquitates prouocauerunt ſemel defenſæ, quales fuerunt non tamen ſeptuageſies ſeptios, quod duo matrimonia meruerunt*, quaſi diceret, aliæ iniquitates dumtaxat diluuio vindicatæ, vno tantum ſupplicio punitæ à Deo ſunt: at pluralitas illa coniugum in Lamech ſeptenis eſt vindicata ſuppliciis.

Tertull. l. de monog. c. 4.

*Bigamus adulterium committit.*

552 *Lamech accepit duas vxores*, Maxime vituperaB tur Lamech, quia vnionem matrimonij diuiſit: ſed nunc in hoc ſolum vituperio dignus eſt? Minime; nam etiam grauiſſimum in hoc adulterium committit, ita Gloſſa interlinealis, *Primus Lamech contra naturam, & contra morem adulterium commiſit.*

Gloſſa.

*Per peccatum omnes vires hominis corrupta.*

*Lamech accepit duas vxores*: Quæſo conſidera tres homines peccatores, Adam, Cain, & Lamech: & ſi omnes ſimul comprehendamus, nonne damna peccati reperiemus? Et maxima quidem, videbimus enim omnes vires hominis per illud eſſe corruptas: ſed quomodo hanc corruptionem vitium poterimus aſſignare? Accipe Ferum, *In Adam videmus vim rationalem quaſi corruptam fuiſſe, qui mulierem Deo prætulit: in Cain videmus vim iraſcibilem corruptam, qui iræ plus æquo indulſit; in Lamech autem videmus vim concupiſcibilem fuiſſe corruptam, qui non contentus vna vxore, duas accepit.* 553

Ferus.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XX.*

*Vulg.* Genuitque Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, atque paſtorum.

*Septuagint.* Et Ada peperit Iebel, ipſe fuit magiſter habitantium in tabernaculis, & poſſidentium pecora.

*Pagninus.* Ipſe fuit pater habitantis tentorium, & pecudis.

*Arias.* Fuit pater ſedentia tentorium, & poſſeſſionis.

*Caietan.* Pater fuit ſedentis tentorij, & iumenti.

*Lippom.* Pater habitantis tentorium & peculij.

## CONCORDIA VERSIONVM.

CVm Hebræi nominent patrem, non ſolum qui genuit filios, ſed alicuius rei authorem, & magiſtrum, ideo Caldæ. loco patris habet magiſter: Michne נפה ſignificat emptionem, poſſeſſionem vel acquiſitionem, tam rerum, quàm immobilium, vnde & iumentum quoque ſignificare poteſt mobilium vt vertit Caietan.

## EXPOSITIO VERSVS XX.

GEnnitque Ada Iabel: Quamuis referat Ioſephus Lamech ex duabus vxoribus ſuis ſuſcepiſſe Septuaginta ſeptem filios, tamen paucos numerat ſacer textus, quorum primus fuit Iabel.

*Qui fuit pater habitantium in tentoriis,* Id eſt fuit quaſi magiſter paſtorum, & eorum qui in tentoriis habitabant, inuenit namque tentoria ſeu portatiles domos paſtorum, quibus vtebantur tum ad repellendam cœli inclementiam, cùm ad alia paſcua tranſirent: dicitur autem magiſter paſtorum non quod prior fuerit omnium paſtor, nam de Abel dicitur cap. præcedenti, fuit autem paſtor ouium, ſed quod pecorum greges ordinauit, & quod characteribus diſtinxit eos ab inuicem.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Ex coniugio duarum ſimul vxorum naſcuntur filij, peccatorum occaſiones.* A *Filij huius ſæculi terrena inquirunt, de ſpiritualibus non ſolliciti.*

554 *Gennit Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, &c.* Ad quid nobis impiorum generatio refertur? nõne ſatius eſſet hanc ſilentio præterire, quam ante oculos proponere? ideo eorum nomina, & artes eorum referuntur, vt ex malo coniugio nihil fœlix fauſtumque naſci cognoſceremus, ſed ſolum filios in ſuis nominibus ſignificantes peccatorũ occaſiones: vnde D. Hier. *De Bigamia naſcitur Iabel habitans in tentoriis: quæ mutabilia inſtabilitatem eorum figurant, qui circumferuntur omni vento doctrinæ. Naſcitur & Iubal, qui inuentor muſicæ, de qua dicitur, aures per canora muſica tentat; quod pertinet ad voluptatem aurium: naſcitur Tubalcain, qui per opera artis concupiſcentiam oculorum imitauit, & arte ferraria crudelitatem bellorum excitauit, per cuius ſororem quæ Noema, id eſt voluptas vocatur, carnis concupiſcentia ſignatur.*

Hier. in qq hebræ.

*Genuit Ada Iſabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, &c.* Id eſt qui artem faciendi tentoria inuenit: ſimiliter de fratribus eius dicitur, quod varias artes inuenere, ſed nullo modo quod Deum coluerint, nec quod virtuti operam dederint; quomodo ſolum refertur à Moyſe varias artes inueniſſe? nonne erant peccatores? non eſt igitur mirum ſolum hoc de illis commemoraſſe, quia filij huius ſæculi non ſolum terrena inquirunt, de ſpiritualibus non ſolliciti: ita Ferus: B *Quamquam hæ artes, in ſe malæ non ſint, imo ad præſentem vitam plurimùm accommodata, nihil tamen faciunt ad futuram vitam: tota igitur induſtria impiorum eſt in externis rebus, in ſpiritualibus autem nihil ſunt.* 555

Ferus.

## VARIETAS VERSIONVM VERS. XXI.

*Vlg.* Et nomen fratris eius Iubal, ipſe pater fuit canentium cithara & organo.

*Septuagint.* Et nomen fratris eius Iubal, hic fuit qui monſtrauit pſalterium, & cytharam & organum.

*Caldæus.* Ipſe fuit magiſter canentium in cythara & organo.

*Arias.* Fuit pater omnis apprehendentis cytharam & organum.

*Pagninus.* Fuit pater omnis tenentis cytharam & organum.

*Caietan.* Fuit pater omnis attrectantis in cytharam & organum.

*D. Ambroſius.* Ipſe fuit qui oſtendit pſalterium & cytharam.

*D. Chryſoſt.* Qui demonſtrauit pſalterium & cytharam.

*Lippoman.* Ipſe pater fuit omnis tympanizantis cythara & organo.

## CONCORDIA VERSIONVM.

VErbum תפף Thapheph, quod tympaniſare id eſt tympano concrepare ſignificat, pro quolibet ſonitu largè poſtmodum ſumitur: & quamuis Septuaginta varient, eadem tamen ſignificant; legunt enim pſalterium, ſed nos organum, quia hoc commune eſt ad omnia inſtrumenta harmonica: vide Pagninum in ſuo theſauro: tum quod incertæ ſit ſignificationis; nam & ſuſpirare etiam ſignificat.

## EXPOSITIO VERSVS XXI.

E*T nomen fratris eius Iubal:* alterum peperit Ada viro ſuo filium, *qui fuit pater canentium cythará & organo*, hoc eſt magiſter ludentium his inſtrumentis muſicis, non autem magiſter ſolum ex eo quod illa docuerit, ſed quod & eorum vſum inuenerit; quæ autem fuerint hæc inſtrumenta determinatè ignoratur; organum enim ſumitur communiter pro pluribus inſtrumentis, cythara etiam ſimiliter, exiſtimo tamen organum poſſe ſumi pro quodam inſtrumento quod per flatum à paſtoribus pulſatur, ad ſubleuandum laborem paſtoralem.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Voluptatum incentiua in peccatoribus.* A

556 I*Vbal fuit pater canentium cythara atque organo*, inuentor ergo fuit muſicæ Iubal, qua nihil efficacius ad ſubruendam virtutem, vigorem animorum onerandum, ſi venerea ſit: nam placido illo ac dulci concentu blanda vitia mentibus illabuntur: & ait D. Cyprian. Epiſto. 2. *illa modulatio monet ſenſus, mulcet affectus, expugnat boni pectoris conſcientiam fortiorem, nec deeſt probri blandientis authoritas vt auditu molliore pernicies hominibus obrepat*, ſed in qua familia inuenta eſt muſica? in familia reprobi Cain, vt ſcias voluptatum incentiua à peccatoribus inuenta & reperta.

D. Cypr.

*Muſica quoddam genus animarum corruptiuum.*

*Iubal fuit pater canentium cythara & organo*, Hunc inuentorem muſicæ exiſtimamus: ſed inquiro an quælibet muſica vituperanda eſt, cum à pluribus condemnetur: quia populus muſicis & harmoniis plenus, ſed famelicus & ieiunus quoad cæleſtem doctrinam è templo diſcedit, reſpondeo illam damnandam eſſe quæ libidinis aculeos mouere ſolet; de qua D. Baſil. mag. homil. 24. de legendis libris Gentilium ait, *Oportet nec oculos ſpectaculis, nec vanis præſtigiatorum oſtentationibus tradere, nec per aures animarum corruptricem harmoniam vel melodiam haurire, hoc enim muſicæ genus ſeruitutis & ignobilitatis fructus parere, præterea libidinum ſtimulos acuere ſolet.* 557

D. Baſil.

## VARIETAS VERSIONVM VERS. XXII.

*Vlg.* Sella quoque genuit Tubalcain qui fuit malleator, & Faber in cuncta opera æris & ferri, ſoror vero Tubalcain Noema.

*Septuagint.* Sella autem & ipſa peperit Thobel, & fuit malleator faber æris, & ferri, ſoror autem Thobel Noema.

*Caldæus.* Sella etiam ipſa peperit Tubalcain, qui fuit magiſter eorum omnium ſcientium opus æris & ferri.

*Paguinus.* Sella ipſa peperit Tubalcain malleatorem acuentem omne opificium æreum & ferreum.

*Arias.* Peperit Tubalcain acuentem omne opificium æris & ferri.

*Caietan.* Peperit Tubalcain expolientem omne opificium æris & ferri.

*D. Ambroſius*, Et fuit ærarius malleator æris, & ferri.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

LOtes לטש acuentem ſignificat, ſiue polientem: & cum id ſit proprium fabri, hinc eſt quod alij malleatorem ſiue fabrum verterunt, illud autem verbum lotes methaphoricè deſignat erudientem, inde fit quod Caldæus legit magiſter ſcientium opus æris & ferri.

## EXPOSITIO VERSVS XXII.

S*Ella quoque genuit Tubalcain*, Altera vxor Lamech Tubalcain ſuſcepit, *qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri*, id eſt inuentor artis fabrilis, quam alios docuit, adinuenit etiam arma ferri inuaſiua, & fortitudine cunctos excellens res bellicas decenter exercuit: aliqua quoque ad ſculpturam ſpectantia adinuenit, in omnibus metallis operari docuit; mitto quæ ex eo refert hiſtoria ſcholaſtica, quod fabricante ex ære & ferro & ſculpturas metallis faciente, præfatus eius frater Iubal delectatus ſono malleorum, conſiderauit, & excogitauit ex ponderibus malleorum proportiones & conſonantias muſicæ.

*Soror vero Tubalcain Noema*, Quæ dicitur inueniſſe artem variæ texturæ, & lanificium ad conficiendas veſtes ex lana, cùm antea induerentur animalium pellibus, ſicut à Deo primi parentes fuerant veſtiti.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Hæc terrena ciuitas carnalis ſemper erit.*

558 S*Oror vero Tubalcain Noema*, Poſteritatem Seth referens illam finit in viris, dicens Noe vero genuit Sem, Cham & Iaphet: cur ergo potius poſteritas Seth viris terminatur, quam fœminis, cum generatio Cain fœminis finiatur? nota ex Diuo Auguſt. lib. 15. de Dei Ciuitate cap. 17. quod illi duo fratres Cain & Seth, terreſtrem & cœleſtem ciuitatem repræſentabant, quarum illa fœminis, hoc eſt carne ſepelitur, hæc autem viris hoc eſt Spiritu conſummatur: quo ſuppoſito, dicamus ideo poſteritatem Seth viris terminari, Cain autem generationem fœminis, quia iſta carnem vſque in finem redolebat, B hæc autem ſpiritum: ita D. Auguſt. 15. cap. 17. de Dei ciuitate. *Nec incaſſum notandum arbitror, quod in generationibus, qui propagantur ex illo qui eſt appellatus Seth, cum genuiſſe filios filiaſque dicatur. nulla ibi genita nominatim fœmina expreſſa eſt, in his autem qui propagantur ex Cain, in ipſo fine quouſque protenduntur, nouiſſima fœmina genita nominatur, vbi eleganter ſignificatum eſt, terrenam ciuitatem vſque in ſui finem carnales habituram generationes.*

*Mulier veſtium curioſarum inuentrix.* C

*Soror Tubalcain Noema*, Cur mentio fit mulieris,
559 cùm in generationibus regulariter non nominetur? opinio eſt multarum hanc Noëmam lanificium adinueniſſe ex quo veſtes curioſæ texuntur: hæc ideo igitur nominata vt ſciamus mulierem fuiſſe primam veſtium curioſarum inuentricem: ſic Gloſſa, *Noema reperit lanificium ad curioſitatem veſtium, cùm priùs homines animalium pellibus vterentur.*

*Veſtimenta precioſa ſuperbiæ indicium.*

*Soror vero Tubalcain Noema*, De qua memoriæ D
550 proditum, lanificium ad veſtimenta conficienda adinueniſſe, & vt formetur conceptus, veſtimenta ex lana ita precioſa erant reſpectu eorum quæ fiebant ex pellibus animalium, quibus antea ſolebant veſtiri, ſicut ſerica reſpectu laneorum: cur igitur hæc mulier primis non contenta veſtibus, laneas adinuenit quibus veſtiretur? aduerte ſexum fœmineum ſuperbum eſſe: igitur his fortaſſe veſtimẽtis vti voluit, in argumentum ſuæ ſuperbiæ: vnde D. Laurentius
D. Lauren. Iuſtinianus lib. de humilitate cap. 14. ait, *claret procul dubio quod quemadmodum indumenta pretioſa & vana ſuperbiam, ita & vilia atque abiecta humilitatem pariunt*, & paulo ante *ſuperfluitas præſcindatur tollaturque ambitio & inanis iactantiæ gloria.* E

*Veſtibus induendum ad neceſſitatem.*

*Soror vero Tubalcain Noema*, Si ſpiritum Domini
561 agnouiſſes, equidem non dediſſes operam in laneis conficiendis veſtibus: commendatur enim Ioannes, qui de pilis camelorum tegumento vtebatur, ſi ergo celebratur qui pellibus animalium veſtiebatur, in hoc quod alias veſtes adinueniſti non laudanda; ſed F cur non celebrabitur in artis textoriæ adinuentione? quia quidquid ſuperfluum eſt, ſicut tunc temporis erant huiuſmodi veſtes laneæ, non approbandum:
D. Baſil. vnde D. Baſilius homil. 24. de legendis libris Gentilium, ait, *Quid enim apud eũ qui ſapit differre poteſt,*

A *tenuem ſumptuoſamque veſtem induere, an vilem ferre? modo ſatis hæc ad frigus caloremque arcendum fuerit; & ad hunc modum etiam in reliquis, quidquid neceſſitatis caſum excedit vitandũ, neque corpori plus ornatus dandum eſt, quàm quantum animæ proſit, nam viro generoſo & vere hac digno appellatione, non minus fuerit probrum laſciue ornari, aut corporis curam ſuperuacuam gerere, quàm alia aliqua nota ſeu effectu prauo per ignauiam affici.*

*Veſtimenti precioſi diabolus inuentor.*

*Soror vero Tubalcain Noema*, Quam diximus 562
B inuentricem veſtium ex lana, ſed ſi ita eſt quomodo in titulo conceptus aſſerimus, veſtimenti pretioſi diabolum eſſe inuentorem? vtrumque certe verum; inuentrix quidem fuit Noema, ſed fortaſſis ope dæmonis; nam D. Cyprian. de diſciplina & habitu virginum, qui poſtquam de veſtibus pretioſis ſermonem inſtituit, ait: *hæc omnia peccatores & apoſtatæ Angeli ſuis artibus prodiderunt, quando ad terrena contagia deuoluti à cœleſti vigore receſſerunt.* D. Cypr.

*Precioſa veſte ornatus patet fraudi dæmonis.*

C *Soror vero Tubalcain Noema*, Diximus dæmonis ope & auxilio Noemam adinueniſſe laneas veſtes, quæ tunc temporis pretioſæ erant, quæ illius intentio; vt certe fraudibus ſuis exponeremur: quod annotat D. Damianus opuſculo 29. cap. 2. *Dum qui veſtibus fulget, iniquorum ſpirituum deceptionibus patet, diuinæ præterea indignationis aduerſum ſe ſententiam prouocat.* 563 D. Dam.

*Precioſæ veſtis appetitus infirmitas maxima.*

*Soror vero Tubalcain Noema*, Poſſumuſne dicere 564
D hanc Noemam aliqua animi infirmitate deceptam in hac veſtium inuentione? ita quidem exiſtimo, qui enim eis vtuntur, ſi pretioſæ ſint, maxima animi ægritudine laborant, quod aſſerit D. Damianus opuſculo citato cap. 3. *Tu dilectiſſime iam iam velut purulentam morbi lethalis illuuiem euome, & pretioſarum veſtium appetitum à ſtomacho languidæ mentis depelle, non leuis quippe languor eſt animæ.* D. Dam.

*Cura veſtis exterioris, indicium nullius ſollicitudinis animæ.*

*Soror vero Tubalcain Noema*, Quomodo de ea 565
E non dicitur, quod fuerit virtutibus aliquibus dedita, ſed ſolum quod inuentrix lanificij ad conficiendas veſtes: quia certè veſtibus occupata exterioribus, nullomodo animæ ſollicita eſt, ita citatus Damianus, *gratiam ſancti Spiritus excedit, qui ſe per exterioris cultus deſiderium ſpargit, cuius vtique ſi ſentiret in mente dulcedinem, nequaquam corporei cultus ſuperuacuam concupiſceret vanitatem*, quaſi diceret, cultus ille externus contrarius animæ ornamento, nempe donis Spiritus ſancti & virtutibus. D. Dam.

F *Filij huius ſæculi ſunt prudentiores filiis lucis.*

*Tubalcain qui fuit malleator & ſoror eius Noema, &c.* Miror hos quatuor poſteros Cain, varias artes ad victum adinueniſſe, vt Iabel artem faciendi ten- 566

toria, Iubal muſicam, vt leniter triſtia, Tubalca in arma, Noemam veſtium vſum; poſteros autem Seth viri iuſti, vel Enoch cum Deo ambulantia nihil tale reperiſſe: an minoris erant ingenij? forte equidem; nam vt inquit Lyppoman. *Videmus interim filios huius ſæculi prudentiores in generationibus ſuis quàm filios regni; nihil enim de filiis Seth de quibus poſtea loquitur, ſimile ſcribitur.* Lippom.

*Peccator in dies fit obſtinatior & deterior.*

*Tubalcain qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri.* De hoc dicitur quod adinuenit pondera & menſuras; ſed quæſo à quonam huiuſmodi menſuræ fuerunt primò corruptæ, & pondus

A iuſtum diminutum? fortè à Cain, quia cum de die in diem peior & ſceleratior fieret, nullum ſcelus obmiſit, quin eo fœdaretur. Ita ſentit Ioſeph. primò antiquitatum c. 3. vbi poſtquam dixit, quid ex Dei correptione vitam in melius non mutauerit, ſed peior etiam ſit factus, omnibus voluptatibus, vel cum aliorum iniuria indulgens, & facultates domeſticas per vim & rapinas accumulans, auctis vndecunque latrociniorum & nequitiæ ſociis magiſter illis eſt effectus, ad facinoroſam vitam: ſubiungit ad hæc, *ſimplicem hactenus viuendi rationē excogitatis menſuris & ponderibus immutauit, priſtinamque ſinceritatem & generoſitatem talium artium in verſutiam deprauauit.* Ioſephus.

B

## VARIETAS VERSIONVM VERS. XXIII.

*Vlg.* Dixitque Lamech vxoribus ſuis Adæ & Sillæ, auſcultate vocem meam vxores Lamech, auſcultate ſermonem meum, quoniam occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meum.

*Septuagint.* Dixit autem Lamech vxoribus ſuis Ada & Silla, audite vocem meam vxores Lamech, auribus percipite verba mea, quoniam occidi virum in vulnus mihi, adoleſcentulum in liuorem mihi.

*Cald.* Quoniam non occidi virum vt propter eum ego portem peccatum meum; neque adoleſcentulum diſperdidi, vt propter eum conſumatur ſemen meum

*Arias.* Audite vocem meam, auſcultate eloquium meum, quod virum occidi in vulnus meum, & puerum in liuorem meum.

*Pagnin.* Si virum occidero in vulnere meo, & puerum in liuore meo,

*Caietan.* Quia virum occidi ad vulnus meum, & puerum ad liuorem meum.

*Vatabl.* Quod virum occidero in vulnere meo, & puerum in liuore meo.

*D. Chryſoſt.* Auribus percipite ſermones meos, quia virum occidi, & vulnus meum, & adoleſcentulum in cicatricem mihi.

### CONCORDIA VERSIONVM.

SEptuaginta omnino conueniunt cum noſtro vulgato, neſcio autem quomodo Caldæus hac paraphraſi vtitur: eſt enim valde diuerſa noſtræ lectioni, & fere contraria: exiſtimo ſequutum Hebræos, qui verba Lamech exiſtimant legenda per negationem, ita vt reddant ſenſum negatiuum, in hunc modum, non ego occidi virum & hunc adoleſcentulum ſicut Cain, qui fratrem ſuum Abel iuuenili florentem ætate in vulnere & liuore, id eſt, partim ferro, partim fuſtibus interfecit.

### EXPOSITIO VERSVS XXIII.

DIxit Lamech vxoribus ſuis auſcultate, &c.* Quaſi diceret auribus corporis & cordis diligenter verba mea attendite, quæ maximi ponderis ſunt.

*Quoniam occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meum*, Non eſt parua difficultas quiſnam ille fuerit occiſus à Lamech; tenendum eſt enim aliquem ab eo eſſe interemptum: nam opinio aliquorum Hebræorum tenentium hæc verba per interrogationem legenda, non eſt recepta, ita vt ſit ſenſus negatiuus.

Tene igitur duos à Lamech eſſe occiſos, vnum adoleſcentulum, alterum virum, qui fuit Cain, hunc vulnere, alterum liuore, vtrumque autem ſic ab eo fuiſſe occiſum narrant plures grauiſſimi authores: ibat (inquiunt) Lamech venatum in ſyluam, in quam Cain ſeceſſerat, vel venandi vel delectationis cauſa, armiger Lamech cæcutientis audiens ſtrepitum & fuliorum motum excitatum à Cain indicauit Lamech ibi feram latere, tunc Lamech emittit ſagittam, vulnerat Cain abſconditum, exiſtimans ſe feram occidiſſe, quod animaduertens Lamech irâ excandeſcens in ſuum armigerum malum indicem, eum interemit fuſte vel alio modo: alloquitur igitur Lamech vxores ſuas, geminæ cædis à ſe factæ per quam pœnitens, ſceluſque ſuum illis confeſſus, occidi inquit virum, id eſt, Cain in vulnus meum, id eſt vulnere meo, ſeu vulnere à me illi inflicto, & adoleſcentulum in liuore meo, quia vehementer eum percutiens, totum eius corpus liuidum fecerat; liuor enim eſt nomen effectus, qui fit ex percuſſione ſine vulnere: fit enim concurſus ſanguinis ſub cute; & redditur pars percuſſa liuida.

### CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Aduentu Chriſti Domini ſoluitur peccatum.*

568 O*Ccidi virum in vulnus meū & adoleſcentulum in liuorem meum*, Hunc virum occiſum à Lamech, opinio communior eſt fuiſſe Cain: in ſeptima autem generatione hic Cain interfectus eſt, quid ſignificat in ſeptima generatione, peccatum Caini ſolutum, Lamech autem in Septuageſima ſeptima,

D.Hieron. audi D. Hieronym. ad Damaſc. *Aiunt ab Adam* A
*vſque ad Chriſtum generationes eſſe 77. ſecundũ Lu-
cam, ſicut ergo ſeptima generatione peccatũ Caini ſo-
lutum eſt, non enim iudicabit Deus bis in idipſum, &
qui ſemel recepit in vita ſua, nõ eoſdem cruciatus pa-
tietur in morte, quos paſſus eſt in vita ſua, ita & La-
mech, id eſt totius mundi peccatum Chriſti ſoluetur
aduentu.*

### *Pœna alicui inflicta, maximè vtilis.*

569 *Occidi virum in vulnus meũ*, Quomodo Lamech,
tuum delictum non taces? cur non occultas? imò
nullo accuſante aperis? nota ideo tam grauiter pu-
nitum Cain, non ſolum quia commiſit fratricidiũ, B
ſed quia tam impudenter negauit: aſſeramus ergo
pœnam Cain inflictam maxime fuiſſe vtilem ipſi
Lamech: nam quam grauiter punitus fuiſſet Cain
D.Chryſo. conſiderans ilico ſuum delictum aperit: ſic D.Chry-
ſoſtom. homil. 20. *Conſidera quantum illi profuerit
pœna Cain irrogata: non ſolum enim non expectat
vt ab alio arguatur, quod in idem & grauius pec-
catũ ceciderit, ſed nullo vel increpanto, vel accuſante
ipſo ſe manifeſtum facit*, deinde ſubiungit, *vidiſti
prouidentiam Domini, quomodo pœna illius occaſio
ſunt miſericordia, & quod miſericordia ſua non ſolum
ad illum pertingat, qui pœna plectitur, ſed & mul-
tis aliis vtile efficit, inde remedium, modo velint* C
*inde aliquod fructum accipere.*

### *Confitendum peccatum, vt miſericordiam obtineamus.*

570. *Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum
in liuorem meum*, Cur non expectas ô Lamech quod
arguaris à Deo, ſicut Adam & Cain? nullus te incre-
pat, nullus te accuſat, cur ergo coram aliis peccatum
tuum confiteris? ideo ſuum crimen fatetur, quia hoc
D. Chryſ. modo facile miſericordiam obtinemus; ſic Chryſo-
ſtom. hom. 20. *Confitetur quæ facta ſunt, quaſi il-
lud quod à propheta dictum eſt impleuit, iuſtus ſui* D
*ipſius accuſator eſt in principio ſermonis, plurimum
enim ad emendãda peccata valet confeſſio, ſicut gra-
uius eſt vtique peccatis ipſis ipſa peccata inficiari.*

### *Ad confitendum delicta noſtra inuitamur.*

571 *Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum
in liuorem meum*, Cui hoc peccatum confitetur? mu-
lieribus ſuis, dicens vxores Lamech auſcultate ſer-
monem meum, an aperuiſſe delictum vxoribus ſuis
Lamech myſterium nobis vtile declarat; vtique ma- E
ximum, nempe nos inuitari ad delicta noſtra Deo
aperienda quem latere non poſſunt, eum Lamech
D. Chryſ. ſua detegit quibus incognita fuiſſent, ſi voluiſſet: ſic
D. Chryſoſtom. hom. 20. *Si Lamech ſuis mulieribus
ſuas cades detegere, & confiteri non refugit, quali e-
rimus venia digni, ſi ei qui omnia noſtra accurate no-
uit delicta confiteri peccata nolumus?* Sed quæſo, cur
Deus noſtra ſibi peccata confiteri deſiderat? Nonne
omnia nouit, qui omnia ſcit, antequam fiant? Idem
doctor ſatisfacit huic difficultati dicẽs, *vult per pec-* F
*catorum noſtrorum confeſſionem habere ſenſum, &
gratitudinem erga ſe oſtendere, nunc enim opes ali-
qua abiiciſunt effundenda, nunc via prolixa obeunda,
nunc aliquid graue, & moleſtum à nobis requirit,
contritionem vult corporis, compunctionem mentis,
& non ſolum largitur vulnerum curam, & peccatis
mundos oſtendit, ſed & eum qui antea innumeris
peccatorum ſarcinis grauabatur, iuſtum efficit.*

### *Confeſſio impios Deo reconciliat.*

*Occidi virum in vulnus meum*, Ex hac confeſſione 572
tam grauis, & enormis delicti nempe homicidij in-
dulgentiam & veniam conſequutus eſt; ſed quomo-
do impius homicida admittitur à Deo, vt ab illo mi-
ſericordiam conſequatur? Quia tantæ virtutis eſt
confeſſio, vt ſceleratiſſimos quoſlibet Deo recon-
ciliet: ita D. Laurent. Iuſtinia. de inſtitut. & regimi- D.Lauren.
ne Prælatorum cap. 21. *Delictorum ter beata confeſ-
ſio quæ placat Deum, cœlum pandit, reconciliat im-
pios, tergit ſcelera, conſcientiam mundat, fugat vitia,
tribuit veniam, auget gratiam, ſpondet gloriam:
quam dulcis, quam amabilis, quam fœcunda eſt, ſi
tamen ſit humilis, ſuique ſit conſcia criminis.*

### *Confeſſio ſit aſſidua, quanto delictum eſt grauius.*

*Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum* 573
*in liuorem meum*. Plures tenent vnum & eũdem ab
eo fuiſſe occiſum, cur igitur delictum ſuum confi-
tens idem bis repetit, ita vt iterata confeſſio videa-
tur? Scimus delictum illius fuiſſe grauiſſimum: te-
cte igitur quaſi reiterat eiuſdem delicti confeſſionẽ,
quia quo grauius eſt delictum, eo magis aſſidua de- D.Lauren.
bet eſſe confeſſio: ita D. Laurent. Iuſtin. lib. de Caſto
connubio cap. 14. *Quanto grauius eſt delictum, &
crebrior recidiuatio, tanto amplius aſſidua ſit con-
feſſio.*

### *Timor quomodo eſt peruerſus.*

*Occidi virum in vulnus meum*, Nonne tuum dete- 574
gere crimen reformidas, cùm nullus tibi fuerit me-
tus in homicidio perpetrando? Cur tunc non timui-
ſti? Saltem in declaratione criminis time, cum om-
nibus ſit inditum turpitudinem ſcelerum celare?
Non timeat Lamech crimen fateri; timere autem
debuerat homicidium admittere, quia ille pius eſt
timor, cum timemus quæ timenda ſunt, nec formi-
damus quæ ſunt laude digna, cum è contra, inquit,
Hilarius in Pſalm. 54. *Impius timor eſt cum quæ non* D. Hilar.
*timenda ſunt timentur, & quæ timenda ſunt, non ti-
mentur.*

### *Confeſſio ſine excuſatione facienda.*

*Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum* 575
*in liuorem meum*, Si tuum fateris, cur ſaltem illud
non minuis dicens illum occidi, ſed alterius culpa,
qui meam direxit ſagittam in illum, qua confoſſus
periit? Sic enim vxores tuæ te excuſatum haberent,
optime abſolute peccatum confeſſus eſt, nulla ex-
cuſatione adhibita, quia confeſſio pura eſſe debet
nulla excuſationis vmbra appoſita, nec cum alio-
rum accuſatione: Ita D. Damian. ſer. 58. *A veſtibu-* D. Dam.
*lo huius ſacratiſſimæ virtutis omnes illos excludimus
quos ſui excuſatio ducit, quæ non eſt confeſſio, ſed
defenſio, ſed offenſio.*

### *In confeſſione omnia ſunt declaranda peccata.*

*Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum* 575
*in liuorem meũ*, Admitto duos à Lamech eſſe inter-
fectos, & inquiro cur vtrumque aperuit homicidiũ?
Nonne potuit vnum aperire, & aliud tegere, ne ita
vxoribus ſuis abominabilis videretur, qui duobus
mortem violentam intulerat: dico recte vtrumque
fateri delictum, vt enim ſit confeſſio valida, debet
eſſe integra: ita citatus Damianus, *Confeſſio pure* D. Dam.
*facienda eſt, quia nõ eſt pars peccatorum dicenda, &*

*altera retinenda, neque leuia confitenda, & grauia diſitenda.*

### *Nulla grauior in Confeſsione malitia, quàm à peccato commiſſo ſe excuſare.*

577 *Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meũ,* Diximus in ſuperiori conceptu, non ſe excuſaſſe in hac confeſſione, quod quaſi ſine culpa virum occiderat nempe Cain; ſed cur ſaltem vt alterutrũ diminuatur homicidium, non ait adoleſcentulum occidi, ſed nimia correptus iracundia, & quaſi præ furore à mente alienus? ideo non ſe excuſat in delicti confeſſione, quia nulla peior malitia, quàm in confitendo ſubterfugium criminis quærere: ita citatus Damianus: *Nec alter accuſandus, & ipſe excuſandus, ſed cum iuſto dicendum, non declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis; hæc enim ſunt verba malitiæ & grauis malitia, qua grauior, & peior eſſe vix poſsit.* (D. Damia.)

### *In confeſsione timor humanus expellendus.*

578 *Occidi virum in vulnus meum, &c.* Pudeat te tuũ detegere crimen; nihil enim nos infamiores efficit quam delictum perpetratum, & omnibus notum: iure merito ante vxores delictum non formidat aperire, quia à confeſſione timor humanus expellendus eſt: ita citatus D. Damianus. *Audiamus quæ ſunt, quæ impediant confeſsionem, quantum colligere poſſum, quatuor præcipua occurrunt, pudor, timor, &c. Et loquens de timore ait, nihil fortius ad expugnandum gratiam Dei quàm timor humanus, quia dum erubeſcimus confiteri quæ commiſimus, Deum minus quàm homines reueremur, hæc eſt confuſio adducens peccatum; apponamus ergo ei conſiderationem rationũ, reuerentiam intuentis Dei, comparationem maioris confuſionis: vt enim confiteamur ratio mouet, Deus cogit qui videt, & ſi confundimur hic dicere, qui erit in illa magna confuſione vbi omnia omnibus patebunt?* (D. Damia.)

### *Senex ætate, aliquando adoleſcens moribus.*

579 *Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meum.* Plures Hebræi (quibus D. Hiero. Epiſt. 125. non repugnat) virum & adoleſcentulum non fuiſſe diuerſos, ſed vnum & eundem Cain tenent: ita etiam Theod. & Rupert. dubium ergo nũc eſt quomodo potuit dici Cain adoleſcentulus, cum eſſet quintus auus Lamech, ſeu auus proaui Lamech: Reſpondeo virum annis dictum, motibus tamen adoleſcentulum: ita Rupert. lib. 4. in Geneſ. cap. 9. *Sciendum virum ipſum Cain, adoleſcentulum autem ductorem eius fruſtra à quibuſdam intelligi, cum meus idemque Cain vir pariter, & adoleſcentulus rectè poſsit accipi, vir ſcilicet per ætatem, adoleſcentulus per eius ſtultitiam.* (D. Hieron. — Rupert.)

### *Senes aliis præſumptiores.*

580 *Occidi virum in vulnus meum,* Sed antea dixit grauiter, audite vocem meam vxores Lamech, auſcultate ſermonem meum: cur cum tanta grauitate excitas vxores tuas ad audiendum & ad ſermones tuos cum tanto reſpectu admittendos? Ideo ſic loquitur, quia cum eſſet ſenex, de ſe multum præſumebat, volens ab aliis reuerenter audiri: ita notat Thom. Angl. *Sic loquitur grandæui, quando volunt attendi & reuerenter audiri, ſunt nempe communiter in ſenſu præſumptuoſi, & ſe reputant propter experientiam longam temporis, & alios contemnunt propter inexperientiam.* (Thom. Angl.)

### *Conſcientia in nos inſurgit.*

581 *Quoniam occidi virum in vulnus meum,* Quis te ad ſimilem confeſſionem adigit, cùm nullus accuſet, nec Deus interroget, quare homicidium admiſeris? Conſcientia impulit quæ in nos inſurgit, impellitque ad delictorum confeſſionem: ſic D. Chryſ. hom. 20. *Quis ad talem confeſsionem adegit? Nullus alius quam conſcientia, & incorruptus ille iudex, nam ſimul ac in peccatum decliuauerat, & opere perfecerat malum conatũ, ſtatim inſurrexit conſcientia inclamanſque & oſtendens peccatorum magnitudinẽ, & qualis ſeipſum fœdus obnoxium reddidiſſet, benignus Deus eiuſmodi nobis accuſatorem aſsiſtere voluit, vt nunquam ſoli relinquamur, ſed ille indeſinenter congrediens, clamet & pœnàm exigat delictorum.* (D. Chryſo.)

### *Mala conſcientia omnes timet.*

582 *Occidi virum in vulnus meum,* Tuum ignorant facinus vxores; cur ergo eis aperis? Quia mala conſcientia omnes non ſolùm ſui ſceleris conſcios formidat; ſed etiam ignorantes timet: ſic D. Chryſoſt. hom. 20. *Qui aliquod delictum admiſit, etiamſi omnes latere queat, nunquam tamen ſic in tranquillitate viuit, quia habens acrem illum accuſatorem ſuſpiciones timeat, vmbras tremiſcat & eos qui conſcij ſunt, & qui non ſunt, perpetuaque in animo eius tẽpeſtas eſt, & reciprocantes ac contrarij fluctus, inſuper nec ſomnus ei ſuauis, ſed terrore, & formidine plenus; neque cibus voluptatem præbet, neque amicorum colloquio talem refocillare, vel liberare ab vrgente anxietate poſſent, ſed quaſi carnificem circumgeſtaret ſe, & flagellantem, continuò ita poſt abſurdum facinus obambulat, nullo conſcio ſuſtinens intolerabiles pœnas, iudex ſui ipſius factus & accuſator.* (D. Chryſo.)

### *Quem torquet conſcientia ſua, ſibi ipſi pœna eſt.*

583 *Occidi virum in vulnus meum,* Solent iudices extorquere confeſſionem per ſupplicium aliquod; ſi nullo conſtringeris, ô Lamech, quomodo tuum aperis delictum? nonne diximus malæ conſcientiæ ſtimulo agitatum? facile igitur confitetur, quia ipſamet mala conſcientia ſupplicium eſt extorquens ipſius delicti veritatem: ita D. Aug. in Pſal. 36. *Quiſquis malus eſt, malus ſecum eſt, torqueatur neceſſe eſt ſibi ſuo ipſo tormento, ipſe eſt enim pœna ſua, quem torquet conſcientia ſua.* (D. Aug.)

### *Mala conſcientia agitatus, à ſe ipſo fugere non poteſt.*

584 *Occidi virum in vulnus meum.* Si times propter homicidium commiſſum puniri, cur in longinquas regiones non ſecedis, nullibi cognitus, neminem formidans? nihil conſolationi ſuæ & quieti ſufficit in exteras nationes proficiſci & fugere, quia ab omnibus fugiens ſemper inſequentem conſcientiam habebit: ſic D. Aug. citatus, vbi poſtquam dixit in conſcientia nullum ſolatium eſſe pro peccatoribus ſubdit, *Fugit ab inimico, quo potuerit, à ſe quò fugiet?* quaſi diceret, nuſquam tutus erit, quia ſibi ſemper conſcientia præſens eſt vltrix delictorum. (D. Aug.)

*Mala conſcientiæ mira tribulatio.*

585 *Occidi virum in vulnus meum.* Conſuluimus Lamech in remotam terram fugere, vt vitaret pœnas crimini ſuo debitas, ſed diximus nullibi tutum, quia quamuis ab aliis fugit, tutus eſſe non poteſt, ad ſe ipſum ergo fugiat, & ibi ſolatium quærat? malæ conſcientiæ perturbatio ita inquieta eſt, vt nec alibi, nec in ſe vllo modo quieſcere poſſit, nec ſolatium adinuenire: ita D. Auguſt. Pſal. 45. *Si ibi requies non eſt propter abundantiam iniquitatis, quoniam & ibi Deus non eſt, quid facturus eſt homo? quò confugiet, cum cœperit pati tribulationes? fugiet ab agro ad ciuitatem, à publico ad domum, à domo ad cubiculum, & ſequitur tribulatio, à cubiculo iam quò fugiat non habet, niſi interius ad cubile ſuum: porro ſi ibi tumultus eſt, ſi fumus iniquitatis, ſi flamma ſceleris, non illuc poteſt confugere: pellitur enim inde, & cum inde pellitur, à ſeipſo pellitur, & ecce hoſtem ſuum inuenit, quo confugerat ſeipſum, quo fugiturus eſt? quocunque fugerit ſe talem trahit poſt ſe, & quocunque talem traxerit ſe, cruciat ſe, ſed à ſeipſo ſunt tribulationes, quæ inueniunt hominem, tantò ſunt acerbiores, quantò ſunt interiores.* D. Auguſt.

*Ex impudicitia quodlibet poteſt ſequi peccatum.*

586 *Occidi virum in vulnus meum.* Quomodo hominem interemiſti, cum ſcires propter homicidium grauiter fuiſſe punitum, & à Deo maledictum Cain? inſpiciamus quid de Lamech dicatur, accepit duas vxores, Thom. Angl. ait, peccauit contra bonos mores, quia contra temperantiam & moderationem, ex incontinentia enim immoderata plures vxores habuit: reſpondeo non igitur mirum fuiſſe homicidã, quia incontinentia & impudicitia eſt via ad quodlibet aliud ſcelus committendum, vnde optime ſacer textus, poſtquam deſponſationem duarum mulierum factam ex carnis libidine appoſuit, homicidium ab eo factum ſubiungit: hoc aliquo modo declarare videtur Tom. citatus, dicens, *Homo fuit carnalis & delitioſus, ideo ad fouendum delitias ſuas, & diuitias, per quas ſuam voluptatem ſeruabat, aliquos potuit occidere.* Tho. Ang.

*Impudicitia peccatorum funiculus.*

587 *Occidi virum in vulnus meum.* Diximus in præcedenti conceptu ex incontinentia homicidia perpetraſſe, ſed anne ſolum illud peccatum luxuriam comitatur? audi quid dicat Iſai. cap. 5. væ qui attrahitis peccatum quaſi funiculo longo; an quæſo poteſt illud intelligi de incontinentiæ dedito? ita ſane: nam impudicitia peccatorũ funiculus eſt: ita D. Baſilius Mag. in idem caput, *Sit vnus aliquis propenſus & alacer ad peccatum explendæ ſuæ lubricitatis, obſerua quæſo per quos quantave aſciſcit ſibi & attrahit peccatum luxuriæ, primum quidem ſuum ipſius corpus ad eundem modum ſimulat & componit, & crines quidem hoc modo ei circumtondentur, taliter vero veſte amicitur, & hac quidem non qualicunque, ſed quæ ſtudio quæſita ſit, & faciat ad elegantiã, ad zonam vſque demiſſa, vſque ad ſoleas, per hæc oſtentat ambitioſam & ſuperfluam curam ac ſtudium ſuæ honeſtatis: deinde ſuppeditat pecunias, vt vel carũ pretio redimat fruitionem pulchritudinis iſtius ſcorti; ad hæc preſtius cogitat quas ſibi pronubas conciliet, vetulas lenas, verba adornat quæ faciant ad corruptelam, ex compoſito ſibi ſtruens ac parans, occaſio-* D. Baſil.

A *nes amatorij congreſſus, compotationes, & conuiuia, prolixas confabulationes, per tot tantoſque conatus quanticumque intermedij occurrũt, ſibi accerſit tandem flagitium proſtituta pudicitiæ, hic eſt qui attrahit peccatum quaſi funiculo longo.*

*Mulieres promptiores ad loquendum quam ad audiendum.*

*Audite vxores Lamech vocem meam*, Quare prouocat vxores ſuas ad audiendum? Nonne ſufficiebat eum loqui vt audirent? Meritò prouocat ad audiendum, B quia cum ad loquendum facillimæ, impatientes ſunt ad auditũ: hoc obſeruat Thom. Angl. *Prouocat vxores ad audiendum, quia communiter, mulieres ſunt ad loquendum promptæ, & ad audiendũ ſunt graues propter animi maiorem leuitatem.* 588 Tho. Ang

*Mulier animal tenerrimum.*

*Audite vxores Lamech vocem meam, auſcultate ſermones meos*, Cur potius muliebri ſexui detegit homicidium, quam aliquibus amicis vel parentibus? mulier enim non eſt ita capax ſecreti, ac vir quilibet: C nota doloribus potius compati, ſiue calamitatibus aliorum quàm viros: ideo ergo potius crimen ſuum aperuit vxoribus, quia muliebris ſexus maiori teneritudine, & compaſſione fertur erga afflictos: ita fere de eo loquitur D. Baſil. hom. 21. in aliquibus ſcripturæ locis, *creata eſt mulier tenerum quidem animal, cui conditor teneriorem naturam addit*, deinde ait, *mulieris natura dulcior eſt & humanior creata.* 589 D. Baſil.

*Peccatum conſummatum nobis fœdiſſimum apparet.*

D *Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meum*, Quomodo tam cito profert peccatum ſuum? Cur non diſſimulat vſquequo aliquis eũ accuſet & delictum ſuum aperiat? Peccatum conſummatum tam fœdum, & abominabile apparet, vt impoſſibile videatur illud dictum celare, & detinere: ſic fere D. Chryſoſt. hom. 20. *Ita ſe habet peccatum priuſquam fiat, & ad opus perueniat, obtenebrat & decipit mentem; poſtquam autem conſummatum fuerit, manifeſte ſuam nobis abſurditatem proferat, & oſtendat, vnde breuis illa & abſurda* E *voluptas, continuum menti dolorem infert, atque illum qui ſuccubuerit confuſione perfundit.* 590 D. Chry

*Vindicta etiam apparens animum cruciat.*

*Occidi virum in vulnus meum*, Si ſequenda eſt ſententia eorum, qui aſſerunt hunc virum eſſe Caio occiſum, non à conſilio, ſed à caſu ab ipſo Lamech, cum venatui operam daret, intelligeore eſſe feram quandam, cur dolens hoc homicidium refert, cum inuoluntarium fuerit, & ideo inculpabile? Nota ab aliquibus potuiſſe Lamech accuſari vindictæ in Cain: recte ergo cum dolore homicidium proponit F vxoribus, quia etiam vindicta apparens ſolum animum innocentem excruciat, vnde Gloſſa interlinearis ait: loquens in perſona Lamech, *Quaſi hoc facto me ipſum grauiter vulneraui*, Quaſi diceret, forte credens hoc homicidium ex vindicta commiſiſſe, ideo interius vulneror. 591 Gloſſ. inter.

*Noſtris calamitatibus alios ad compaſſionem commouemus.*

*Occidi virũ in vulnus meum, & adoleſcentulum in* 592

*linorem meum*, Diximus ex plurium ſententia Lamech non duos occidiſſe, ſed vnicum, cur igitur poſtquam dixit occidi virum, addidit & adoleſcentulum, ſic enim mentiri videtur? Adoleſcens enim diſtinguitur à viro: reſpondet Catena græca, *Ad maiorem commiſerationem adiecit, & adoleſcentulum*, quaſi diceret, alios ad compaſſionem noſtris calamitatibus mouemus. (Cath. Græc.)

### *Maxima tunc temporis mulierum impudicitia.*

*Occidi virum, &c. dixit Lamech vxoribus ſuis,*
593 Quænam erant hæ vxores? An aliorum? Forte; ſed cur ita impudicæ, vt de thoro proprio in aliũ tranſeant, & derelicto proprio viro, alium requirant? Quia maxima tunc temporis erat mulierum impudicitia: ſic Procop. *Mulieres gaudebant mutare alium ex alio, nec earum cupiditas amore coniugali, ſed multitudine meritorum terminabatur, ſi quidem libidine omnes ſupra modum flagrabant.* (Procop.)

### *Nihil peius muliere impudica.*

*Occidi virum, dixit Lamech vxoribus*, Aliqui exi-
594 ſtimant has vxores propriis occiſis maritis, eas ſibi in coniuges accepiſſe Lamech, ita vt ex earum conſenſu hæc homicidia patrata fuere: ita one impia eſt mulier, vt mortem proprij viri non doleat, ſed potius conſentiat? Dummodo ſit impudica non ſolũ cædi mariti conſentiet, immo nihil ea deterius reperiri poteſt: ita D. Chryſoſt. citat à Damaſ. lib. 1. Paral. cap. 7. (D. Chryſo.) *Nullum malum mulieri improbæ conferendum eſt, quidnam inter quadrupedia leone atrocius eſt? Nihil, quidnam inter reptilia dracone crudelius? Nihil, atqui improba muliere, & leo & draco inferiores ſunt, teſtis eſt mihi ſapientiſſimus Salomon dicens,* (Prou. 25.) *commorari leoni & draconi magis placebit, quam habitare cum muliere mala ac loquaci. Anne prophetam hæc ironice dixiſſe exiſtimes? Ex ipſis rebus accurate rem intellige, leones Danielem veriti ſunt, & Iezabel iuſtum Naboth interemit, Cete Ionam in ventre cuſtodiuit, ac Dalila Samſonem abraſum Philiſtæis tradidit, dracones & aſpides, & ceraſtæ Ioannem in deſerto pertimuerunt; at Herodias ipſum in prandio obtruncari iuſsit. Corui Eliam in monte aluerunt, at Ieſabel eundem poſt pluuiæ beneficium ad cædem quæſiuit.*

### *Qui tempus pœnitentiæ alteri adimit, grauiter puniendus.*

*Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum* 595
*in liuorem meum*, Deinde ſubiungit ſupplicium quo puniri deberet dicens, de Lamech dabitur vltio ſeptuageſies ſepties, cur propter vnicum homicidium tam graui ſupplicio te pronuntias afficiendum? Nota Deum ſigno impreſſo Cain impediſſe ne occideretur, vt pœnitentiam ſui delicti poſſet agere: recte igitur Lamech ſe grauiter puniendum affirmat; quia Caino tempus pœnitendi aliquod ademerat: ita D. Ambroſ. (D. Ambro.) *Vt ad myſterium venias non debuit interimere eum, qui vſque ad naturalem terminum mortis ſuæ, agendæ habebat ſpatium pœnitentiæ.* Quaſi diceret ante tempus illi conſtitutum ad agendam pœnitentiam eum interfecit, ideo grauiter plectendus erat.

### *Luxuria & ira indiſſolubilem ſocietatem ineunt.*

*Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum* 596.
*in liuorem meum.* Ecce ira, homicidium enim ſine ea raro perpetratur: ſed quid antea dictum eſt, dixit Lamech vxoribus ſuis, duas habuit vxores, quod indicat incontinentiam & luxuriam, quaſi vna ſatisfacere ſuæ libidini non poſſet: Sed cur eodẽ momento quo legimus incontinentiam Lamech, eodem legimus & iram? quia à primo naſcentis orbis exordio indiſſolubilem ſocietatem ineunt, quia qui luxuriæ incumbit, & ira ardeat neceſſe eſt, id notauit Tertull. de monog. c. 4. (Tertull.) cuius verba profero: *At vbi primum ſcelus homicidiis in fratricidio dedicatum, iam dignum ſecundo loco ſcelus non fuit quàm duæ nuptiæ.* & Hier. l. 3. in Iouin. *primum Lamech ſanguinarius & homicida vnam carnem in duas diuiſit vxores.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXIV.*

*Vulg.* Septuplum vltio dabitur de Cain; de Lamech verò ſeptuageſies ſepties.

*Septuagint.* Quoniam ſepties vindicatum eſt de Cain, de Lamech vero ſeptuageſies ſepties.

*Caldæ.* Quoniam ſi in ſeptem generationes vindicta dabitur de Cain, nonne de Lamech in Septuaginta & ſeptem?

*Vulg. Antiq.* Quod ſeptuplum vindicabatur Cain, & Lamech ſeptuageſies.

*D. Ambr.* Quia ſepties vltio ſumpta eſt de Cain.

*Procop.* Si ſeptuplum vindicabitur Cain, recte Lamech ſeptuageſies?

*Tertull.* De Cain ſepties, de Lamech ſeptuageſies ſepties reputabitur vltio.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

SEptuag. & noſter vulgatus videtur eſſe diſcordes: nam noſter loquitur in futuro, dabitur vltio de Cain, Septuag. de præterito, vindicatum eſt, quod verum eſt; nam ſumpta erat vltio de Cain ſaltem temporalis, tamen cum mos Hebræorum ſit vti futuris pro præteritis, inde fit quod poſſumus dicere noſtrum vulgatum ſic intellexiſſe, quamuis ſequutus fuerit Hebræum dicentem נקם Nakam id eſt vindicabitur, ſenſum Caldæi aperiemus in expoſitione.

## EXPOSITIO VERSVS XXIV.

SEptuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech vero ſeptuageſies ſepties. Difficilis locus intellectu, ſed omiſſis minus probabilibus ſententiis, breuiter ſensũ veriorem aperiam, qui talis eſt: Lamech pœni-

tens & dolens de ſcelere commiſſo, idque ſupra peccatum Cain exaggetans, maiorique dignũ ſupplicio indicans, ait, ſi Cain qui vnum occidit, ſeptuplum, id eſt multipliciter, grauiter, & plenè punitus eſt, ergo qui duos interfeci, quique pœnam Cain vidi, nec tamen ab eius peccato abſtinui, ſeptuageſies ſepties, id eſt longe grauiùs, & multipliciùs puniendus ſum: phraſis enim ſcripturæ ſatis frequens, quemadmodum ſepties ſignificat multũ, ita ſeptuageſies ſepties multo plus denotat, quod Chriſti Domini teſtimonium confirmat, cum dixit Petro interroganti quoties dimitteret, non dico tibi vſque ſepties, ſed ſeptuageſies ſepties; quòd autem hic ſit ſenſus, patet tum ex noſtra vulgata, quæ ait, vltio dabitur de Cain & Lamech, tum ex Hebræo dicente, vindicabitur de Cain & Lamech, quæ punitio reſpicit propriam perſonam tum Cain tum Lamech; Cald. ſolum indicat peccatum totius generis humani cuius typus fuit Lamech in ſeptuageſ. ſeptima generatione, ſcilicet per Chriſtum delendum eſſe.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

A *Pœna non denotatur aliquando quantitas, ſecundum quantitatem comminationis.*

597 S*Eptuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech vero ſeptuageſies ſepties.* Quid eſt Lamech quod ſeptuageſies ſepties punieris, cum pœnitentiam egeris homicidij quod commiſiſti? Cain autem ſeptuplum cum proprium fratrem occiderit, nec pœnitentiam egerit? nota quod non quantitas numeri vtriuſque, ſed natura attendenda eſt, & quidem tam ſeptenarius quam quod 77. impar eſt, ſed non omnium imparium numerorum eadem natura eſt; imparium B enim alij ſunt ſimplices vel incompoſiti, alij ſunt compoſiti, alij ſunt medij, de compoſitis & incompoſitis tantum nunc agitur: incompoſitus numerus dicitur is cuius nulla pars præter vnitatem inuenitur, vt ſunt ternarius, quinarius, vndenarius, & cæteri tales, quorum præter vnitatem nullus menſor numerus inuenitur; compoſitus verò dicitur is, quem alius præter vnitatem numerus metitur, vt ſunt nouenarius, quindenarius, cum vnitate vicenarius; nam ter terni nouem quinquies terni, ſiue ter quinque quindecim, ſepties tres, ſiue ter ſeptem viginti vnus; in hoc ergò ſeptenarius & ſeptuageſimus ſeptimus differunt, quod ſeptenarius incompoſitus, C ac per hoc inſolubilis, ſeptuageſimus verò ſeptimus compoſitus, ac per hoc magis ſolubilis habetur: nam ſeptenarium præter vnitatem nullus metitur numerus, ſeptuageſimi vero ſeptimi & ſeptenarius & vndenarius menſores ſunt, nam vndecies ſeptem vel ſepties vndecim ſeptuaginta ſeptem perficiunt; quo ſuppoſito reſpondet Rupertus libro 4. in Gene. cap. 8. *Cum dicit Deus, omnis qui occiderit Cain ſeptuplum punietur, inſolubilis pœna debet intelligi, & ſubaudiri pœna oportet, niſi præcedens pœnitentia ſolubile, id eſt, remiſſibile peccatum fecerit: cum vero dicit Lamech ſepties vltio dabitur de Cain, de* D *Lamech vero ſeptuageſies ſepties, inſolubilis vindicta Cain, & ſolubilis vindicta Lamech debet intelligi, & rectè quidem, quia Cain pœnitentiam egit, quia peccatum ſuum confitetur.* — Rupert.

*Alios deterremus pœnis, ne aliquid mali in nos moliantur.*

598 *Septuplum vltio dabitur in Cain, de Lamech verò ſeptuageſies ſepties.* Hunc ſenſum his verbis apponit Thom. ſi Cain plus peccauit quàm ego, occidendo virum & adoleſcentulũ, igitur ſi ille punitur ſeptuplo qui occidit Cain, plus ergo puniatur qui occiderit Lamech: dubiũ eſt cur hoc vxoribus refert? Nota quod vxores ſuæ eum odio habebant: ne igitur poſſent occaſionem aliquam eum occidendi arripere tanquam reum mortis, eas deterret grauiſſimis pœnis quibus afficiendus eſſet qui eum occideret: ſic Tho. *ad timorem mulierum fuit facta adinuentio.* — Thom. Angl.

A *Per quæ quis peccat, per hæc punietur.*

*Septuplum vltio dabitur de Cain, & de Lamech ſeptuageſies ſepties* Diximus hæc verba protuliſſe ad terrendas vxores ſuas ne eum interficerent, cur propriæ vxores interfeciſſent? nota Lamech iam ſenem male tractatum ab vxoribus, cur ab eis male tractatur; vt in iis quæ peccauerat puniatur: ſic Lyran. *Lamech qui bigamiam introduxerat, in vxoribus ſuis punitur, quia per quæ quis peccat, per hæc & torquetur, & ideo iam ſenex factus à ſuis vxoribus male tractabatur, & volens reprimere eas à ma-* B *lis quæ ſibi faciebant, dixit eis, quoniam occidi virum, &c.* 599 — Lyran.

*Peccatum confitens pœnas euadit debitas,*

*Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech autem ſeptuageſies ſepties.* Si attente legimus, nullas ei pœnas inflictas reperiemus, nonne occidit virum, homicidio autem pœna debetur? quomodo ergo punitum non inuenimus? nota confeſſum fuiſſe delictum dicendo, occidi virum in vulnus meum: meritò igitur haud punitur: nam confitens peccata, pœnas ſibi debitas euadit: ſic D. Theod. quæſt. 44. in C Gen. *Pœnam euaſit, propter peccati confeſſionem, & contra ſe ferens ſententiam, euitauit ſententiam diuinam.* 600 — D.Theod.

*Peccator videns alium punitum, & non emendatur, grauiſſimo ſupplicio dignus.*

*Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech vero ſeptuageſies ſepties,* Cur ô Lamech, Cain vltionem ſeptemplicem laturum exiſtimas? Te autem ſeptuageſies ſepties puniturum? Occidiſti enim non fratrem, ſicut ille, quod grauius crimen eſt. pœna autem ſecundum menſuram delicti imponitur, nota quod Lamech occidit Cain, ſciens grauiter eum punitum D propter fratricidium; ideo ſe tam grauiter puniendum cognouit, quia peruerſum exemplum ſequutus à cæde non ſe temperauerat, iudicans ſuũ delictum eſſe grauius: ſic Chryſoſt. hom. 20. *Nam licet ille cædem patrauit idque fratris, attamen nullo vnquam antea conſpectu qui hoc fecerat, neque alio viſo qui pœnam dederat huiuſmodi facinoris, & tantam iram fuerat expertus, quæ vtraque mihi pœnas augent, quia & ante oculos habens quod ab illo perpetratum, & pœnam vides ſi timme dicabilem, cautior factus non ſum, propterea licet ſeptuageſies ſepties magis quã ille* E *punirer, attamen neque ſic dignam luerem pœnam.* 601 — D.Chryſ.

*Fratricidium omnia continere delicta videtur.*

*Septuplum vltio dabitur de Cain,* Cur tot exiguntur puniriones ab vno homine, ita vt ſeptuplũ de eo punitio detur? Scio ſeptem peccata in Cain inueniri, & ideo reſponſio poteſt eſſe tot ei punitiones iuſte 602

correſpondere, ſed alium ſenſum præbeamus, per A
numerum ſeptenarium multiplex ſignificatur: dica-
mus ergo vni fratricidio poſſe multiplicem puni-
tionem correſpondere, quia fratricidium plurima
D.Ambr. in ſe flagitia continet: ſic D. Amb. lib. de pœniten-
tia, *Errat qui putat vno teneri crimine parricidam*
( intelligit fratricidam ſicut & alij patres ) *cùm eius*
*ſceleris teſtimonio conſtipata ſunt omnia facinora,*
*audio enim dominum dixiſſe: diliges dominum*
*Deum ex toto corde tuo, & ex tota virtute tua, &*
*diliges proximum tuum tanquam teipſum, vnde in*
*his duobus mandatis pendet tota lex & Prophetæ,* B
*cum ergo his duobus præceptis pendeat omne quod*
*legis eſt. videamque Cain nec Deum dilexiſſe, cuius*
*primam fabricam violauit, & germanum vehemen-*
*ter odiſſe, quem inſtinctu impietatis occidit, apparet*
*adhuc illum minus ſoluiſſe vindictæ, in cuius facto*
*cuncta inueniuntur crimina conuenire.*

### *Impudicum adulterium excedere videtur fratricidium.*

603 *Septuplum vltio dabitur de Cain; de Lamech verò*
*ſeptuageſies ſepties,* Quid eſt quæſo quod legitur La-
mech dixiſſe cum occideret Cain, ſeptuplũ de Cain C
vindicabitur, de Lamech autem ſeptuageſies ſepties,
cur maiori vltione videtur vindicandum fratrici-
dium Cain, quàm peccatum Lamech? Nõ ex plu-
rimorum authoritate, adulterium commiſiſſe: ergo
rectè ſeptuageſies ſepties dixit Lamech vindicandũ
eſſe ſuum peccatum, Cain autem ſepties quia adul-
terium enormius peccatum videtur eſſe quam fra-
tricidium, & ideo maiori vltione dignum: ſic aſſere-
re videtur Albinus, *Quia homicidij peccatum ſepti-*
*ma generatione diluuij vindicatum eſſe legitur, adul-*
*terij vero ſceleris quod primus omnium in duabus*
*commiſit vxoribus, non niſi ſanguine Christi expian-*
*dum eſſe, qui ſeptuageſima & ſeptima generatione* D
Nicol. Pap. *venit in mundum,* clariùs Nicolaus Papa in decre-
tis a 4. quæſt 3. ſcribens Lotario regi, *an non diſtrictâ*
*vltione feriendus eſt, qui in duabus vxoribus adul-*
*terium Lamech, & flagitium imitatus eſſe dignoſci-*
*tur? quod dominus non niſi poſt 70. ſeptem generatio-*
*nes ſuo ſalutifero aduentu deleuit, cum Cain fratri-*
*cidium ſeptima generatione aquis abolitum ſit cata-*
*clyſmi.*

### *Alium occidens, ipſemet vulnus accepit.*

604 *Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech verò*
*ſeptuageſies ſepties,* Cur hoc ſupplicio grauiſſimo E
punieris? Ipſemet reſpondet, quia occidi virum in
vulnus meum, ſed cur nunc ais Lamech in vulnus
eius? Ipſe enim eſt qui vulnus accepit, cùm tuam in
illum vibraſti ſagittam, tu autem incolumis per-
manſiſti: optime dixit in vulnus meum, quia qui
alium occidit, ipſemet grauiter læditur, & vulnus ac-
cipit. ita Strabus, *Occidi virum in vulnus meum, quia*
Strabus. *pro illo vulnerabor, adoleſcentulum in liuorem*
*meum, quia pro illo quoque damnabor.*

### *Occidens pœnitentem, grauiſſimo puniendus ſupplicio.*

605 *Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech verò* F
*ſeptuageſies ſepties* Cald. habet quoniam ſi in ſeptem
generationes vindicta dabitur de Cain, nonne de
Lamech in ſeptuagies & ſeptem? Quid ais Caldæe?
contrarium enim ſentire videris noſtræ lectioni vul-
gatæ, nota Caldæum conſideraſſe Lamech pœniten-
tem: ſenſus ergo illius erit, ſi Cain qui fuit impœni-
tens, ſeptemplici punitione caſtigatur, ſine dubio qui

A me confitentem, & delicti pœnitentiam agentem
interfecerit, longe maiori ſupplicio dignus erit; ita
Lippom. *Nemo me impunè occidet, ſoli Deo pœna* Lippom.
*ſeruata eſt: quod ſi quis me interfecerit is ſeptuage-*
*ſies ſepties luet, id eſt multo pluribus plagis afficietur*
*quàm Cain, & hoc quia me facinoris mei pœnituit,*
*illum nunquam, ergo Dei miſericordiam implorauit,*
*ille abiecit.*

### *Ipſemet peccator abſconditum non poteſt tenere peccatum.*

B *Septies vltio dabitur de Cain, ſeptuageſies autem* 606
*ſepties de Lamech.* Qua de cauſa? quia inquit, virum
occidi in vulnus meum, ſi nullus eſt qui te accuſet,
quomodo tu ipſemet delictum aperies? nonne illud
celare & abſcondere potuiſti? minime, quia talis na-
turæ eſt peccatum, vt ipſemet peccator abſcondi-
tum tenere non poſſit: ſic D. Chryſoſtom. hom. 20. D.Chryoſ.
*Nam ſimul ac in peccatum declinauerat, & opere*
*perfecerat malum conatum, ſtatim inſurrexit conſ-*
*cientia clamans, & oſtendens peccatorum magnitu-*
*dinem omnibus, ſeipſam pœnis obnoxiam fecit;* pul-
chrè omnibus ſeipſam pœnis obnoxiam fecit, inter
C quas & ipſius manifeſtatio tanquam locum princi-
pem obtinens; vnde & ſi cæteri deſint, ipſemet tan-
quam ſuæ executor pœnæ, ſe pandet peccator, in-
clamans publicè quod ſecretò patrarat.

### *Vindicta hominis quaſi infinita.*

*Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech au-* 607
*tem ſeptuageſies ſepties.* Cur ſeptuageſies ſepties dicis
à te pœnam ſoluendam, cum numerus pene quid
infinitum dicat? quia exiſtimabat vindictam quam
quis de eo debebat ſumere fore futuram infinitam,
in infinitum enim homo ſuam exercet vindictam,
veniam verò & indulgentiam paruo numero con-
D cludit, hoc Franciſcus Lucas notat in illa verba Pe-
tri interrogantis Chriſtum Dominum, quoties pec-
cabit in me frater meus, & dimittam ei, vſque ſep-
ties? id eſt ſi frequenter offendat me, quoties dimit-
tam? vſque ſepties? ait Franc. Luc. *Videtur Petro nu-* Franc.
*merus ſeptenarius abunde multus, imo atque maior* Luc.
*eſſe ex carnis ſenſu, cui Chriſtus Dominus dixit, non*
*tibi dico, vſque ſepties, ſed ſeptuageſies ſepties, quaſi*
*diceret, ſcio vindictam hominis eſſe pene infinitam,*
*ita vt difficulter offenſas remittat, ſed volo vt quot*
*iniurias acceperit, tot dimittat.*

### *Conſcientia præſaga maioris mali.*

E *Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech au-* 608
*tem ſeptuageſies ſepties:* Quaſi diceret, Cain occiſor
Abelis ſepties, id eſt grauiter pœnas luet; at verò La-
mech occiſor Caini ſeptuageſies ſepties, id eſt multo
grauius punietur: Quid ais ô Lamech, occiſor Caini
prædicitur à Deo ſepties tantum puniendus, omnis
qui occiderit Cain ſeptuplum punietur; ſi igitur
Cain occidiſti, ſepties tantum puniris, iuxta latam à
Deo ſententiam, ergo quid times fore vt ſeptuageſies
ſepties puniaris? minor pœna tibi decernitur, quid
maiorem formidas? reſpondeo præſagam maioris
mali conſcientiam, quàm reipſa patiatur, ſeptenis
F addicta flagris adhuc vlterius ſeptuagena perhor-
reſcit: vnde quæſo maiores pœnas formidat, quàm
pati debeat? niſi quod poſt peccatum grauiſſime à
conſcientia diſcruciamur, & ab hoc cruciatu inte-
riori colligimus grauiſſimas exterius pœnas immi-
nere: Sic D. Chryſ. conc. 4. de Lazaro, *Cum perpetra-* D. Chryſ.
*tur peccatum, & priuſquam perpetretur, & poſt-*
*quam perpetratum eſt, acerbus nobis imminet accu-*
*ſator, maxime vero poſtquam perpetratum fuerit:*

*nam in perpetrando ſcelere, quoniam voluptate ſumus ebrij non periude ſentimus, cæterum ſimul atque commiſſum eſt, cæperitque finem, tum demum extincta voluptate amarus pœnitentia ſtimulus ſuccedit, contra quam accedere ſolet mulieribus parturientibus: nam illis ante partum labor eſt ingens, grauiſque nixus diſſecantes eas dolores, poſt partum* A *verò relaxatio, dolore ſimul cum infante egrediente, verum hîc non item; ſed dum parturimus concipimuſque corruptos effectus, delectamur gaudemuſque, cæterum dum fuerimus enixi malum illum puerum peccatum, tum concepta fœditate partus diſcruciamur grauius quam mulieres parturientes*, adde, & maiora nobis euentura exiſtimamus.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXV.*

*Vlg.* Cognouit quoque adhuc Adam vxorem ſuam, & peperit filium, vocauitque nomen eius Seth, dicens poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain.

*Septuaginta.* Cognouit autem Adam Euam vxorem ſuam, & concipiens peperit filium, & cognominauit nomen eius Seth, dicens ſuſcitauit enim mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain.

*Calda.* Quoniam poſuit mihi Deus filium alium pro Abel, quia interfecit eum Cain.

*D. Chryſoſt.* Excitauit mihi aliud ſemen.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

VErbum שית Sut propriè in Hebræo ſignificat ſolum ponere, diſponere, præponere, vel imponere neſcio qua de cauſa ergo vertunt Septuaginta excitauit, niſi metaphoricè loquendo, deſumpta figura ab eo qui dormiens excitatur.

## EXPOSITIO VERSVS XXV.

C*Ognouit Adam adhuc vxorem ſuam, &c.* Non eſt certum quo tempore poſt interfectionem Abel habuerit alterum filium Seth: nam aſſerere quod defuncto Abel, Deo vouerit non accedere ad vxorem, & quod Deus in eo diſpenſarit poſt aliquot annos, probabile non videtur, quia opus erat vtio exordio mundi genus humanum multiplicaretur, & propaganetur, accepit igitur Adam in locum Abel Seth, quem pariens ait Eua. *Poſuit mihi Deus ſemen illud pro alio*, id eſt, alium filium, nempe iſtum Seth contulit mihi Deus ſuccedentem in locum Abel, Seth interpretatur poſitio, ſiue reſurrectio.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Ex conſideratione mortis continentia inter coniuges.*

609 C*Ognouit Adam vxorem ſuam, & peperit filium.* Neſcio quomodo facet textus non referat, quo tempore peperit filium ſuum Seth, an immediate poſt occiſionem filij ſui Abel, vel longo tempore poſt eius mortem? Magiſter hiſtoriæ ſacræ, Strab. & Lyra aſſerunt Adam & Euam voto ſe obſtrinxiſſe, & iuramento, non amplius commercio coniugali vſuros, multoſque ſui annos in luctu & continentia permanſiſſe, donec Angelus adfuerit mandata Dei exponens, vti deinceps poſito luctu, & diuinitus diſpenſato voto, liberis darent operam: ſed qua de cauſa abſtinuerant ſe à generatione liberorũ, cum Dei mandatũ accepiſſent, creſcite & multiplicamini, & replete terram? ideo continentiam vouent propter interitũ Abelis à Caino occiſi: ſic ſupra dicti F authores, quorũ vnus Lyranus ait, *Adam interfecto Abel, propoſuit continere de cætero*, quaſi ex conſideratione mortis continentia inter eos nata fuiſſet.

### *Iuſtorum reſurrectio præfiguratur.*

610 *Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel.* Quid ſignificat Seth? interpretatur reſurrectio, cur reſurrectio? reſpondet Rupert. quia quæ in Abel occubuerat, in iſto generatio iuſtorum quodam modo reſurrexit, vel poſita eſt: ſed ſecundum Septuaginta hoc magis expendo, dicunt ſuſcitauit mihi ſemen aliud pro Abel, cur non aiunt dedit mihi Deus aliud ſemen, ſed ſuſcitauit, vel excitauit? nam ſuſcitare ſupponit aliquem dormientem, vel mortuum, quod non poterat intelligi de Seth: ſatisfacit ad rem D.
E Chryſoſtomus hom. 21. in Geneſ. *Vide quomodo* D.Chryſo.
*obſcure nobis hoc verbo reſurrectionis exordia hic oſtendat, nam dicebat quaſi diceret aliquis pro eo qui cecidit, excitauit mihi hunc, ille inquit in terram dextra fratris percuſſus cecidit, & mortis periculum fecit, ſed Dei virtus pro lapſo hunc mihi ſuſcitauit, ſed quia nondum erat tempus reſurrectionis, non lapſum ſuſcitauit, ſed alium pro alio.*

### *Fratricidium tale eſt ſcelus, vt progenitores omnino confundat.*

*Poſuit mihi ſemen aliud pro Abel quem occidit* 611
*Cain.* Notum erat omnibus Cain illũ occidiſſe, cur igitur illud proponit tanquam ignotum? non ſuperflue illud memorat; ſed præ nimia animi confuſione, quaſi diceret, incredibile videtur fratrem ſui fratris homicidam eſſe, attamen ita contigit, Cain enim interemit Abelem: ſic Chryſoſtom. dicit, *Pro Abel quem occidit Cain, dolentis animi verba ſunt, & confuſæ mentis ob facinoris memoriam.*

### *Filius impius à patre non agnoſcitur.*

*Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel quẽ occidit* 612
*Cain.* Cur non ait, quem occidit filius meus Cain? vel

vel cur addidit, poſuit mihi Deus aliud ſemen? nonne Cain ſemen, id eſt filius adeiat, vt eſſet generationis futuræ principium; ideo Eua vel Adam non dixit, quem occidit filius Cain, ſed protulit, poſuit mihi Deus aliud ſemen, quia cum Cain eſſet impios, à parentibus non agnoſcitur vt filius: ita ſubtiliter Abulenſ. *Dicitur eſſe poſitus pro Abel, quia Adam videns Cain peſſimum, & à Deo reprobatum, non reputabat eum filium.* Abulenſ.

*Filio iuſto carens pater, etiam alium habens, nullum ſe habere exiſtimat.*

613 *Poſuit mihi Dominus aliud ſemen pro Abel* Nonne tibi alius relictus eſt filius Cain? cur ergo hac phraſi vteris, qua ſignificas in familia tua nullum vſque nunc temporis fuiſſe ſemen, id eſt aliquem filium, principium poſteritatis futuræ? facilis eſt ſolutio dicens, filio iuſto cum caret pater, etiamſi alium habeat impium nullum ſe habere exiſtimat: ita citatus Abulenſis. *Cum vidit ſe carere Abel iuſto, indicauit ſe orbatum liberis, deinde poſtquam habuit Seth, accepit illum in loco Abel mortui.* Abulenſ.

*Pater filium in quantum peccatorem odio habet.*

614 *Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel quem occidit Cain* Cur addit mater quem occidit Cain? vt infamet ſcelus fratricidę filij ſui, hac maxima afficiens pœna, vt factum illius perpetuę commendaretur memoriæ: ſed nonne innatum eſt mulieribus filios ſuos diligere? cur ergo vult memoriam filij ſui infamem eſſe, quod eſt ſignum odij erga illum concepti? filium ſuum in quantum peccatorem odio proſequitur, quod non eſt prohibitum: vnde D. Chryſoſt. *Adeo propter peccatum à parentibus natura ad amandos filios propenſa, abominabilis fuit Cain.*

*Deus æquiſſimus in iuſtitia diſtributiua, clementiſſimus in punitiua.*

615 *Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel quem occidit Cain.* Iuxta Hebræum habetur, poſuit mihi Elohim, id eſt iudex: aduerte per totum hoc caput nominatum fuiſſe Deum ſub nomine tetragrammaton, niſi hoc in loco, vbi nominatur nomine Elohim, hoc eſt Iudicis: quod quidem mirum videtur; cur enim in punitione Cain non nominatur Deus iudex, cum nominandus videretur? cum tunc fuerit maximè iudex, hic autem iudex appelletur cùm illius officio non fungatur? ideo nomen iudicis non accepit Deus in punitione Cain; accepit autem illud cum conceſſit Euę aliud ſemen pro Abel, vt ſignificaret ſe in iuſtitię diſtributiuæ exercitio ęquiſſimum eſſe iudicem, in actu autem iuſtitię punitiuę clementiſſimum: ita ſubtiliter Caietan. qui poſtquam idem dubium propoſuit, reſpondet: *Ceſſat autem admiratio ſi penſauerimus, quod in punitione Cain tam parum tributum eſt iuſtitiæ, vt merito tacitum fuerit iudicis nomen, hoc autem in loco diſtributiua iuſtitia actus ſubrogantis parentibus Seth pro Abel commendatur, vt hinc perpendatur promptiſſimum eſſe Deum ad exercitium iuſtitiæ, rependendo bonum; clementiſſimum autem inferendo malum pœna.* Card. Caietan.

*A principio benè inſtituendi ſunt filij.*

616 *Poſuit mihi Deus, &c. vocauit nomen eius Seth:* Cur hoc nomine vocauit filium ſuum Seth, qui interpretatur poſitio ſeu reſurrectio, nempe pro Abel qui fuit iuſtus? ideo hoc nomen illi imponit vt recordaretur fratris ſui innocentis, & ſic virtutem eius imitaretur: ita D. Chryſoſt ho. 20. *Non ſolum hic parentum monſtratur pietas, ſed magna erga pueros diligentia & quomodo à principio erudiebant pueros, admonentes appellationibus quas illis impoſuerant, vt virtutem exercerent.*

*Patientia maximi eſt meriti.*

617 *Poſuit mihi Deus aliud ſemen pro Abel:* Illud autem aliud ſemen fuit Seth, qui reſurrectio ſeu poſitio interpretatur, quia vt inquit Rupertus quæ in Abele occubuerat virtutum generatio, in iſto quodammodo reſurrexit; ſed vndenam Eua peccatrix tam inſigne beneficium potuit conſequi, vt obtineret filium in virtute Abeli ſimilé? nota Euam patienter tuliſſe mortem filij Abel? aſſeramus igitur ideo tam inſigne beneficium accepiſſe, quia patientiæ illius hoc præmium debebatur: ſic D. Chryſoſt. *Generoſè ferens quod ſiebat, conſolationem ſtatim meretur & præmium.* D. Chryſoſt.

*Remedium ad patientiam, recordatio peccatorum.*

618 *Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel.* Diximus hunc filium merito patientię obtinuiſſe; ſed quomodo mater filij violenter interempti mortem patienter tolerare poteſt? ſi enim mortem amici etiam in lectulo ſuo defuncti, impatienter ſuſtinemus, quomodo dilecti filij ſui caſum toleranter mater ſuſtinere potuit? nota ante oculos inobedientiam ſuam habuiſſe: non miror igitur tam patienti animo ſe habuiſſe, quia remedium ad conſequendam patientiam eſt peccatorum recordatio: ſic D Greg. lib. 13. moral. cap. 9. *Tunc illata conuitia (& aduerſos caſus) bene toleramus, cum in ſecreto mentis ad mala perpetrata recurrimus: leue quippe videbitur quod iniuria percutimur, dum in actione noſtra conſpicimus, quia peius eſt quod meremur, ſicque fit vt contumelius gratia magis quam ira debeatur quarum interuentu Deo iudice pœna grauior declinari poſſe confiditur.* D. Greg.

*Deus triſtes conſolatur.*

619 *Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel.* Cur Deus poſt tot mœſtitias toleratas ab Adam, vidit enim ſua culpa mortem introductam, imo violentam mortem, & à filio perpetratam, & in fratrem eodem patre & matre natum, & qui nulli nocuerat, cur inquam poſt tot triſtitias filium habere Adam Deus voluit? vt eum à triſtitia leuaret, conſolaretur que nimis afflictum: ſic D Chryſ. ho. 21. *Volens benignus Deus patri pro triſtitia afferri conſolationem, alium ei dedit filium Seth, videlicet quo vt ipſum ſatis ſolatus, ab ipſo poſtea generationis initium ducit.* D. Chryſ.

*Grato plura conceduntur.*

620 *Poſuit mihi aliud ſemen pro Abel.* Quomodo mulieri peccatrici nempe Euæ tam ſingulare beneficium contulit, ſcilicet filium ita virtutibus deditum? nota maximè gratam fuiſſe, cùm primum filium ſuſcepit: merito igitur tertium concipit & peperit, quia grato ſemper noua beneficia conceduntur: ita D. Thom. 2. 2. quæſt. 122. articulo 5. ad 4 *Qui gratus eſt beneficio, meretur ſecundum quandam congruentiam vt ſibi beneficium conſeruetur,* adde & aliud cōferatur, D Thom.

*quia talis eſt dominus noſter (inquit Chryſoſt. hoc in capite) quando in primis gratitudinem declaramus & benefactorem, largius ſua dona conferat.* A

### *In beneficiis largiendis ita Deus liberalis eſt, vt ex iuſtitia videatur ea conferre.*

621 *Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel.* Quem Cain occidit, nota quod nomini Dei in Hebræo reſpondet nomen *iudex*, nonne diximus, quod in toto hoc capite, vbi de ſupplicio allato Caio, ob necem innocentis fratris patratam iniuſtiſſime, nuſquam nominari Deum ſub iudicis nomine, cùm tamen iudicium & munus iudicis exerceret? cur ergo nunc cum bona largitur, iudex dicitur, cumque concedit alterum filium locu illius quem frater abſtulerat? B ideo hoc nomen iudicis in beneficiis largiendis habere videtur qui ita liberalis eſt, vt ex iuſtitia videatur nobis bona conferre; ſic Caiet. *Hic in loco diſtributiua Iuſtitia actus ſubrogantis parentibus Seth, pro Abele commendatur.*

Caietan.

### *Gratiarum actio reddenda eſt pro beneficio naturali.*

622 *Poſuit mihi aliud ſemen pro Abel:* Nonne generatiue eſt naturalis conceptio & partus? cur igitur non viro tuo hunc filium defers: rectè pro filio acceptu grata exiſtit, quia pro beneficio naturali reddendæ ſunt gratiarum actiones: ſic D. Paulinus epiſt. 21. ad Amandum. *Omnis noſtra ratio in præceptis & laudibus altiſſimi occupata eſſe decet. illi omne quod loquimur, omne quod viuimus, cum perpetua gratiarum actione rependis cuius opere ac munere loquimur & viuimus, ipſe enim fecit nos & non ipſi nos.*

### *Afflictio Dei memores nos reddit.*

*Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel quem occidit Cain.* Quomodo Dei memores cuius immemor fuiſti, cum illius tranſgreſſa es præceptum? nota eam nominare filium ſuum mortuum Abel qui maximus ei luctus pepetit: non mirum ergo quod Dei memor fuerit, quia afflictio Deum ad memoriam reducit: ſic Euch in Cat Lippom. qui de Adam loquens ait, *Nunne poterat facile ex filij calamitate ad Saluatorem mundi euolare? potuit quidem & Adam dominum admonitus dicere, ſuſcitauit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain, quia talis futurus erat qui impleret illius ſanctitatem.* Eucher.

### *Deus quamuis promiſſa differat, tamen adimplet.*

*Poſuit mihi Deus aliud ſemen pro Abel,* Præſuppono centum triginta annorum ætate Adam, cùm ei natus eſt Seth, nunc inquiro nonne promiſiſti ſemen mulieris caput ſerpentis contriturum, ſi defunctus eſt Abel, quodnam ſemen illud conteret? non Cain equidem, qui potiùs à ſerpente contritus eſt, certè de tuis promiſſis iure merito primi parentes dubitabunt, cum per tot tempus illa differas adimplenda: ſic enim ſolum poſt plurimos annos à morte Abel ſemen aliud ſuſcipiunt pro eo: ſemper fides Dei promiſſis adhibenda, quia licet ea differat, ſemper tamen ea adimplet: ita Ferus: *Vide quomodo fidem Adæ probauit, promiſerat ei bonum ſemen ex muliere, quod etiam caput ſerpentis contriturum eſſet. interim tamen permittit Abelem iuſtum accidi, impios ſolos in terra regnare, idque non bono tempore ſed centum triginta annis (tot enim annorum erat Adam cum natus eſt Seth) quis hic non putaſſet promiſſionem Dei irritam eſſe? hic autem vides quod Deus etſi promiſſiones ſuas ad tempus differat, non tamen fallit.* 624 C Ferus.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXVII.*

*Vlg.* Sed & Seth natus eſt filius, quem vocauit Enos, ille cœpit inuocare, nomen Domini.

*Septuag.* Et Seth factus eſt filius, & vocauit nomen eius Enos, hic ſperauit inuocare nomen Domini Dei.

*Cald.* &c. Tunc inceperunt filij hominum orare, in nomine Domini.

*Pagnin.* Tunc cœptum eſt inuocari nomen Domini.

*Caieta.* Tunc cœptum eſt inuocare in nomine Iehoua.

*Bibl. Antiq.* Tunc inceptum eſt inuocari nomen Iehouæ. D

*Alia lectio Caldaica.* Tunc in diebus eius Inceperunt filij hominum vt orarent in nomine domini.

*Euſeb. Emiſſ.* Hic ſperauit appellari nomine Domini Dei.

*Suidas, Cyrill. Theod.* Iſte cœpit vocari nomine Domini.

*Rabini* Tunc profanata eſt inuocatio nominis Domini.

*Lippom.* Tunc inceptum eſt vt inuocaretur in nomine Domini.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

QVamuis dubitent plurimi, cur Septuaginta legere hîc, ſperauit, vbi habemus iſte cœpit, tamen ſi attentè inſpiciatur, חלל Chalal, non tantùm incipere, ſed & ſperare ſignificat, à radice יחל Iehel quæ ſperare, enixè ſpectare, & ſuſtinere denotat. Si tum in verſione Caldaica, tum apud Rabinos ponitur profanatio, ſiue non orare, hæc diuerſitas originem habet ex verbo citato הוחל Huchal, quod præter ſignificationem verbi ſperare, alia ſignificat nempe polluere, occidere, & incipere; tamen ſenſus authoris non deſignat profanationem nominis domini, ſed potiùs quod tunc inceptum eſt inuocari nomen Dei. Si aliqui habent inuocare, alij inuocari, ideo eſt quia alij perſonam, alij tempus quo inuocatum eſt nomen Dei reſpexerunt: Si autem alij legunt iſte cœpit vocari nomine domini perperam eſt, tamen ſenſus eorum admittendus, quia forte Enos ob inſignem pietatem vocatus eſt diuinus, vel filius Dei.

## EXPOSITIO VERSVS XXVI.

S*Ed & Seth natus eſt filius quem vocauit Enos*, Quod nomeo interpretatur vir ſiue homo, & optime, quia virtuti coleodæ maximè ſtuduit, quod proprium eſt hominis.

*Iſte cœpit inuocare nomen domini.* Neſcio quomodo verum ſit quod ipſe Enos cœperit iuuocare nomen domini, vel tempore illius iocœptum ſit inuocari nomeu domiui: nam Seth patet Enos traditur fuiſſe vir inſignis pietate ac religione, imo ante eum Abel obtulit Deo ſacrificium, edoctns à patre ſno, primus igitur fuit Adam, qui nomen Dei cœpit inuocare: Euos dicitur primus inuocator Dei, tum quia primus fuerit qui cœperit inuocàra Deum ſub nomine illo Iehoua, expreſſe enim habetor iu Hebræo, uec obſtat cap. 6. Exodi, vbi inſinuamr quod nulli ante Moyſem indicatum eſt nomen Iehoua, nam ſolum ſignificat quoad claram & pleuam ſignificationem primo fuiſſe reuelatum Moyſi, non autem quoad vocem & litteras & aliqualem ſignificatiouem; dicitur etiam inuocaſſe primus nomen

A Domiui, quia præ aliis genitoribus eius fuit pius, & religioſus erga Deum, non modo in cultu pietatis & religionis, ſed eam diuulgans & prędicans; veriſimile eſt etiam quod primus dicitur inuocaſſe, quia cœpit congregare populum, vt ſimul Deum coleret, quaſi ex tunc Eccleſia fidelium inchoata fuerit communis.

Aduerte non eſſe audiendos, qui hanc primam Dei inuocationem tribuunt patri illius Seth; non autam Enos, nã littera expreſſe loquitur de filio eius Seth, qui non ſolum incœpit, ſed ſperauit inuocare nomẽ domini, hoc eſt ſperauit per inuocationem, id eſt per

B religioſũ cultũ Dei ſe malis omnibus liberaturũ iri.

Ne vidcamur ſubterfugere difficultatem eorum, qui dicunt prophanatum fuiſſe nomen Dei tempore Enos: dico hoc fortaſſe veriſimile, nou tamen ab Enos ſed à filiis Cain, quia primus inuocauit nomen domini, nam præ aliis progenitoribus ſuis, fuit pius & religioſus erga Daum, nou modò in cultu pietatis ſed & religionis.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Qui in Deo ſpem habet, ille vere vir dicendus eſt.*

625 S*Eth natus eſt filius quem vocauit Enos, iſte cœpit inuocare.* Septuag. ſperauit inuocara nomen Domini, ſcimus Euos ſignificara virum, teſtat diſcutiendum, cur uomen communa viris omnibus, vni tanquam proprium accommodat? videamus quid dicatur de Enos, primus cœpit inuocare, ſau ſperauit inuocare nomeu Domini: meritò igitur nomen viri accepit, qoia hoc nomine ſolum dignus eſt qui in Deo ſperat: ita Philo Hebr. lib. da promiſ. & pœnis, *Hunc Caldæi nominant Enos, quod interpretatur homo. eam communem generis appellationem victor accipit eximium premium, quaſi nemo prorſus hoc nomine dignus ſit, niſi qui in Dea ſperat.* Phil. Hebr.

*Sperans in Deo, Deus poteſt dici.*

626 *Seth natus eſt ei filius, quem vacauit Enos, iſte cœpit inuocare nomen Domini.* Hieronym. ait alia littara habet, hic ſperauit inuocare nomen Domiui, ſad Euſebius Emiſſen. aliam litteram apponit, iu Hebræo inquit, habetur hic ſperauit inuocati uomine Domini; ſi ſperat iuuocare nomen Domini, quomodo ſperat iuuocari nomioe Domiui? Deus ergo nominatur & Dominus? ita eſt, quia qui ſperat in Deo, poteſt dici Deus: ſic Euſeb. citatus. *Sperauit inuocari nomine Domini, hoc eſt, Deus dici, & filius Dei.* Euſeb. tis.

*Homo non in ſeipſo, ſed in Deo ſpem ponere debet.*

627 *Iſte cœpit inuocare nomen Domini.* Diximus Sept. legera, hic ſperauit inuocare nomen Domini, Enos homo iotarpretatur; cur poſt hoc noman Enos immediatè appoſitum eſt, qood ſperauit inuocara nomen Domini; vt ſciamus hominem non in ſeipſo, ſed in Dao ſpem collocare debere: ſic D. Auguſt. 15.

D. Aug. de ciuit. Dei. c. 18. *Vocauit nomen eius Enos, id eſt homo, & addit, hic ſperauit inuocare, vt oſtendat quod non in ſeipſo ſpem ponere debeat homo, maled. Eius homo qui*

C *ſpem ſuam ponit in homine, ac per hac nec in ſe, vt ſit ciuis alterius ciuitatis, ſed in illa immortali ciuitate beatitudinis ſempiterna.*

*Optimus inuocationis modus eſt; in Deo ſperare.*

*Iſte cœpit inuocare nomen Domini.* Vertunt Sept. iſte ſperauit inuocare nomen Domini: Huchal eoim non tantum incipere, ſed & ſperare ſignificat à radice Iachel, cur appoſuit ſperare ante inuocationem? quia ſpes eſt cauſa inuocationis, imo uulla eſt effi- 628

D cacior, nec apud Deum reperitur inoocatio quàm ſpes iu eo ſtabilita: vnde optimè D. Hier. in cap. 3. Epiſt. ad Galat. *Enos* (inquit) *ob principalem in Deum ſpem, & inter cæteros eminentem, ſcribitur inuocare Dominum Deum, &c.* D. Hier.

*Qui non ſperat, irrationalis eſt.*

*Iſte cœpit inuocare nomen Domini.* Septuag. hic ſperauit iouocare nomen Domini, cur dicitur Enos homo à Caldæis? neſcio niſi quia ſperauit, ſolus er- 629

E go verè homo erit qui res bonas expectat, & bona ſpe ſuſtinet: qui autem ſpe carebit, non bomo dicetur ſed bellua: ſic Phil. Iud. lib. de Abraham: *Unde manifeſtum eſt quod ſpe carentem non hominem exiſtimat, ſed beſtiam humana forma preditam, cui deſit ſpes, proprium ornamentum humana natura.* Phil. Iud.

*Sine ſpe alias virtutes non habes.*

*Ipſe cœpit inuocare nomen Domin.* Hunc Enos eſſe ſymbolum bene ſperantis dicimus, de quo cùm 639

F ſermonem habuiſſet Phil Iud. l. de Abra. ait: hactanus de ſpe dixiſſe ſufficiat, quam in foribus, ſeu ianitricem natura collocauit, intus vero cęteras virtutes: ſed cur quęſo hanc virtutem ianitricem aliarum virtutum, alias autem virtutes intus conſtituit? reſpondet idem author: *Quia virtutes regias adire licet nemini, qui non prius hanc virtutem demeruit.* Author.

de Enos dicitur, quod cœpit inuocare nomen Domini? Forte quia primus imagines adinuenit, quibus Lypom. deuotio excitaretur: ita teſtatur Lippoman. *Primus innocare cepit nomen Domini Enos, quia ſecundum aliquos primus inuenit imagines quaſdam per quas orationum deuotio excitaretur.*

*Veræ leges ſunt iuſtorum vita.*

640 *Iſte cepit inuocare nomen Domini.* Neſcio qua de cauſa tot nobis viros iuſtos recenſet ſacra ſcriptura, quales fuerunt Abel, Seth, Enos? Quid enim nobis refert vtrum fuerint iuſti vel ne? Sibi vtiliſſimum quidem, nobis autem ad quid? Nota nos eſſe legibus gubernandos: ideo ſacra pagina in medium adducit viros virtute præſtantes, vt nobis ſint tanquam leges rationales quibus gubernemur: ſic Philip. lib. Phil. de Abraham. *Nunc quoniam ordo poſtulat vt leges ſcrutemur generaliores, & quaſi exemplares primum diſquiremus, hæ ſunt viri qui recte ac ſine culpa vixerunt quorum virtutes publicatæ ſunt, in ſacrarum litterarum tabulis, non tantum ad laudem illorum, verum etiam ad lectores ad æmulationem prouocandos: fuerunt enim illi animata leges rationales.*

*Magna facilitate leges debent obſeruari.*

641 *Ipſe cepit inuocare nomen Domini.* Diximus præcedenti conceptu hunc Enos inuocantem nomen Domini, nec non alios viros iuſtos in ſacra pagina contentos, leges eſſe rationales, quibus debemus gubernari ad vitam honeſtam tranſigendam, ſed quid poſſumus inferre ex eo quod id homines iuſtitia præditi, ante ipſas leges ſcriptas fuerint nobis il. cit. leges? reſpondet optime Phil. citat. *Hinc liquet non eſſe opus magno labore ad exigendam vitam iuxta legũ regulam, quando illi priſci ante leges ſigillatim proditas, non ſcripto iure vſi, pari fœlicitate atque facilitate vixerunt, vt merito quis dicere poſſit, leges ſcriptas nihil aliud eſſe quàm vitarum patrum commentarios, in quibus eorum dicta factaque narrantur.*

*Sors iuſtorum, afflictio.*

642 *Seth natus eſt filius quem vocauit Enos.* Seth, id eſt poſitio ſeu fundamentum, Enos à radice onus ſignificat doloram vel afflictionem, & optime; quaſi eſſet ſenſus, Enos primus in Seth, hoc eſt in fundamento iuſtorum ærumnoſus & afflictus appellatur, quia hoc erat futura ſors iuſtorum in hac vita, om- D. Paul. nes enim, inquit D. Paulus 2. ad Tim. 3. qui volunt pie viuere in Chriſto perſecutionem patiuntur, vnde 2. Tim. 3. D. Hier. *Timendum igitur nobis eſt ne non pie viuamus qui nihil patimur propter Deum.*

*Ille verus vir qui Deum colit.*

643 *Cepit inuocare nomen Domini.* Nempe Enos, cur huic propriè tribuitur nomen quod ſignificat virum, cum ſit omnibus hominibus commune? nullus ergo ſit illi honos, cùm ſpecialiter Enos vocant virum: ideo vocatus fuit vir ſpecialiter, quia præ om- Euſebius. nibus aliis Deum coluit: ita Euſeb. lib. 7. de præpar. Euang. cap. 3. *Apud Hebræos Enos verus homo interpretatur, neminem enim putant verum eſſe hominem præter eum, qui verum Deum & agnoſcit & pie colit, alios vero nihil à pecoribus differre arbitrantur, quia veluti beſtiæ ad terram proni, ventri & veneri obediunt, quorum alios lupos, alios canes, alios porcos, alios ſerpentes, varia quadam vitiorum ſimilitudine ſcripta Iudæorum appellare conſueuit.*

*Nomen non patris, ſed alicuius iuſti, vel virtutis imponendum eſt filiis, vt eam ſequantur.*

*Seth natus eſt filius quem vocauit Enos.* Enos nomẽ interpretantur aliqui quaſi ſit idem quod inuocator Domini, miror quomodo nomina ſua filiis non imponunt, ſed myſterioſa? nam nunc videmus filios nominibus nuncupari vel patris vel aui, nomina filiis imponenda quæ virtutem aliquam ſignificant, vt illius memores eam amplectantur: ſic D. Chryſ. hom. 20. *Non ſicut nunc fortuito, & abſque cauſa nomina ſiunt, dicunt enim iuxta nomen aui vel abaui nominatur puer, at priſci non ita, ſed omnem operam adhibebant vt talibus natis imponerentur nomina, quibus & illos ad virtutem adducerent, & alios omnes, qui ſequẽtibus ſeculis futuri ſunt, nullam non ſapientiam docerent: igitur nec vulgaria nomina pueris indamus, neque auorum, ſed ſanctorum virorum nomina tribuamus.* 644 D. Chry.

*Nomen indicare debet quiſnam aut qualis ſis.*

*Seth natus eſt filius quem vocauit Enos.* Iam vnam expoſitionem illius nominis adhibuimus, ſed aliam adhuc non grauabor adducere, primo perſcrutando quid de Enos dicitur, inquit textus cœpit inuocare nomen Domini, ſed cur tale ei imponitur nomen? Quia cum nomen aliquando indicet, qualis ſit vnuſquiſque, & ideo nomen ei impoſitum eſt ſecundum ſuum qualitatem, quia ſignificat inuocatorem Dei ſecundum D. Chryſoſt. hom. 21. in Gen. *Vidiſti appellationem diademate clariorem, purpura meliorem, quid fuerit illo beatius, qui inuocatione Dei ornatur, idque pro nomine poſſidet.* 645 D. Chry.

*Virtuti dedito nomen Dei tribuitur.*

*Capit inuocare nomen Dei.* Anaſt. Nicen. in quæſt. ſuper ſcript. quæſt. 25 ait, hoc eſt dici Deus, ſed cur nomen diuino numini conueniens, puræ creaturæ accommodatur? Nota Enos virtuti deditum fuiſſe, ergo non eſt mirum à viris probis hoc nomẽ Dei illi inditum fuiſſe, quia virtutem colentes hoc nomen merentur: ſic citatus Author, *Quoniam omni virtute ornatum, ipſum Deum nominabant quidem vtique ex probis ſummo honore eum coronare ſtatuentes, admirantes enim iuſtitiæ quæ ei inerat magnitudinem, Deum protinus eum nominabant viri, virtuti exiſtimantes maxime conuenire cognomen.* 646 Anaſ. Nicen.

*Religioſus quaſi Deus.*

*Cepit inuocare nomen Domini.* Dicitur Enos primus inuocaſſe nomen Domini, quia ſuper omnes pius & religioſus erga Deum extitit, vnde admitti poteſt quod Cyrillus & alij ſcribunt, Enos fuiſſe appellatum Deum, non quod nomen ſacroſanctum Iehoua illi fuerit attributum, ſed fortaſſe nomen Elohim huic mortalium primo fuiſſe communicatum; nec immeritò, nam cum primus veluti religioſam vitam & Deo ſacram egerit, nomen illud diuinum ſortitus eſt: & enim vt obſeruat D. Ephre. Paræneſ. 1. ad Relig. *Admirandum ſpectaculum in cœlis eſt, monachus ſuper terram Angelicam vitam agens.* 647 D. Ephr.

*Populus Chriſtianus ille eſt, qui vere ſperat in Deo.*

*Cepit inuocare nomen Domini.* Sept. ſperauit: cur non dicitur, hic ſperauit in Domino, aut hic inuo- 648

cauit nomen Domini? modus enim hic loquendi facilior eſſet & intelligibilior; nota quod hic etiam eſt prophetia de populo qui vere ſperare deberet in nomine Domini: uptime igitur enuntiauit Moyſes hic ſperauit inuocare, non autem hic inuocauit, vt declararet futurum populum aliquando, qui in Deo ſperaret, ipſumque innocaret: ita D Aug. lib. 15. de ciuitate Dei cap. 18. *Nec dictum eſt hic ſperauit in Domino, ſed hic ſperauit inuocare nomen Domini, quid ſibi hoc vult ſperauit inuocare? niſi quia prophetia eſt exorturum populum, qui ſecundum electionem gratiæ inuocaret nomen Domini Dei, hoc eſt quod per alium Prophetam dictum Apoſtolus de hoc populo intelligit ad Dei gratiam pertinere, & erit omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit.* (A, B; margin: D. Aug.)

*Præſtans virtute filius, maximam parentibus gloriam accumulat.*

649 *Capit inuocare nomen Domini.* Pro his vltimis verbis diaimus ex Hebræo legi, hic ſperauit vocari nomine Domini, cur Enos potius ſperarit vocari hoc nomine, vel dici Deus quam Abel iuſtus? an forſan ſanctior Abele? minime, exiſtimo enim Abelem eo ſanctiorem fuiſſe. vt qui nomine iuſti Abel inſignitus ſit ab ipſo filio Dei, cur ergo potius quam Abel ſperauit vocari numine Dei, vel Deus dici? ſane Enos præterquam quod ipſe ſanctiſſimus fuit, filios etiam genuit virtute conſpicuos, tot facinoribus religionis claros, vt dum ipſi haberêtur filij Dei, patrem ſuum Deum ſecerint acclamari, quippe quando Enos tot diuinorum filiorum pater effectus eſt, quaſi ipſa natura videtur eſſe diuinus: ita fere Procop. *Sperauit appellari nomine Domini Dei, id eſt, dici diuinus,* dat rationem, *omnes ſiquidem qui ex Seth generis originem ducebant fuerunt iuſti, proinde ſcriptura in ſequentibus ſic loquitur, & viderunt filij Dei, &c.* quaſi diceret, illius filij fuerint iuſti, & ideo pater eorum accepit appellationem Dei. (C; margin: Procop.)

*Qui verbum Dei annuntiat, illius nomen dicitur inuocare.*

650 *Cœpit inuocare nomen Domini.*. Pluries à nobis diſcuſſum fuit cur dicatur Enos prior inuocaſſe nomen Dei? cum ſine dubio ante eum præceſſerint viri religioſi Deum colentes, cumque inuocantes, ſorte primus dicitur innocaſſe nomen Domioi, quia verbum illius prius aliis annuntiauit: ita Ferus, *Capit* (D; margin: Ferus.)

A *Eccleſia congregari, verbum Dei prædicari, cæperunt altaria conſtrui, atque adeo Deus coli, omnia hæc inuocatione nominis Domini,* quaſi diceret, verbum Dei prædicauit, & ideo inuocare nomen Dei dicitur.

*Hypocrita quamuis inuocet Deum, non dicitur inuocare.*

*Capit inuocare nomen Domini* Certum eſt Cain inuocaſſe Deum cum ſacrificium obtulit, cur igitur Enos primus dicitur inuocaſſe non autem Cain, qui legitur prior ſacrificium obtuliſſe? non ignoras ficto B animo munus ſuum Deum præſentaſſe, cũ igitur dicitur primus inuocaſſe, quamuis legatur prior ſacrificium obtuliſſe, & eo inuocaſſe nomen Dei, quia hypocrita quamuis inuocet non cenſendus eſt inuocare: ita Ferus, *Dicitur quod hic capit inuocare, quod Deum perfecte coluit, non hypocritice ſicut Cain,* quaſi diceret, primos inuocator deberet dici Cain, ſed quia ficto animo inuocauit, ideo hac laude omnium indignus cenſendus eſt. 651 (margin: Ferus.)

*Iuſtus in ſuo nomine afflictionem dicit.*

C *Capit inuocare nomen Domini.* Diaimus Enos interpretari hominem, ſed an abſolute ſolum hominem deootat? minime ſed hominem afflictum & miſerum: quomodo primus qui nomen Dei inuocare dicitur, qui cum Deo ambulauit, qui in paradiſum tranſlatus eſt, importat in ſuo nomine afflictionem & miſeriam? quia à quolibet iuſto ſicut erat Enos, ita inſeparabilis afflictio, vt ab eo non differat, ſed in ſuo nomine ipſum ſignificante includatur. 652

D *Qui primus in aliqua virtute eſt, tanquam Deus habetur.*

*Capit inuocare nomen Domini.* Alij legunt, iſte cœpit vocari nomine Domini, hoc eſt, iuxta D. Cyrilli expoſitionem lib. 1. glaphyrorum, cœpit dici & vocari Deus. & cur homo in tantam laudem deuenit quod haberetur Deus? id notatur in lectione qua dicitur cœpiſſe inuocare nomen Domini, qui enim primus in aliqua ſpeciali virtute eſt, tanquam Deus habendus eſt, quò ſpectabat D. Cæſ. Nazian. frater dial. 1. inquiens, *Deificari capit Enos illis temporibus quia capit primus inuocare*: en quomodo qui primus in aliqua virtute eſt, tanquam Deus habetur. 653 (margin: Cæſar. Nazian.)

# SYNOPSIS CAPITIS QVINTI.

RECENSETVR GENEALOGIA ADÆ PER SETH vſque ad Noë, nec non eorum mors vſque ad eundem Noëmum.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. I.*

VUlg. Hic eſt liber generationis Adam, in die qua creauit hominem, ad ſimilitudinem Dei fecit illum; *ſic Cald. Pagninus.*

*Septuagint.* Hic eſt liber generationis hominum qua die fecit Deus Adam, ad imaginem Dei fecit illum.

*Arias.* Iſte liber generationum Adam, in die creare Deum hominem, in ſimilitudine Dei fecit illum.

*Caietan.* Hic eſt liber, &c. in die qua creare Elohim indicem hominem.

*Vatabl.* Iſta eſt enumeratio liberorum Adæ.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

CVm nomen Adam ſignificet hominem, hinc eſt quod Septuag. homines legunt, vbi habemus Adam, in aliis nulla eſt diſcordia, nam Vatab. paraphraſtæ more loquitur.

## EXPOSITIO VERSVS I.

H*Ic eſt liber generationis Adam.* Id eſt hic eſt enumeratio generationum ab Adam vſque ad Noëmum.

*In die qua creauit hominem*, Dies hic non ſumitur pro die naturali vel artificiali, vt aliqui, falſò aſſeruere, dicentes eodem die quo creatus fuit, genuiſſe ſed dies ſupponit pro diebus, alia enim fuit dies illius creationis, & altera generationis, poſtquã enim eiectus eſt à Paradiſo dedit operam filiis, nec tibi moleſtum ſit diem intelligere pro diebus, vel pro tempore, Iſai. 4. in illa die erit germen Domini, in magnificẽtia & gloria, & Ioëlis 3. & alibi, *Ad ſimilitudinem Dei fecit illum*, reuoca in memoriam ad intelligentiam horum verborum quæ dicta ſunt in fine capitis primi, quamuis ſimilitudo hic ſumatur cõmuni nomine, vt etiam imaginem cõprehendit.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Deus optimus medicus.*

H*Ic eſt liber generationis Adam.* Siue hominum, deinde hunc librum aperiens, in eo ſcribit Adam, Seth, & non autem Cain, & ſuam poſteritatem: qua da cauſa hoc ita factum? Nota medicum aliquod venenum ſerpere videntem per membra, illa præſcindere, ne alia inficiantur, nonne impietas & malitia venenum quoddam animæ eſt? ideo tanquam bonus medicus, Deus noluit impiorum hominum Cain, & eius poſterorum vlterius generationes enarrari, ſed tanquam venenum in omnes

Chr. ſerpens ſiſtare & quaſi præſcindere: ſic D. Chryſ. hom. 21. *Quia paulatim vidit increſcere malitiam illorum, quaſi malum humorem per totum corpus diffluentem ſiſtit malitiæ impetum, & generationes illas quæ in Cain vſque Lamech ne memoria quidem dignatur, ſed quaſi principium quoddam aliud faciens ait ipſe, iſte eſt liber generationis hominum.*

### *Sperans in Deo dignus immortali nomine.*

*Hic eſt liber generationis Adam*, Vel vt habent Septuaginta, *hic eſt liber generationis hominum*, nonne iam plures homines præceſſerant enumerati in præcedenti capite? Quare ergo nunc ait hic eſt liber generationis hominum? Nota quod immediatè antea dixerat de Enos quod hic ſperauit inuocare nomen Domini: rectè igitur non poſuit hic eſt liber generationis hominum, quaſi ab eo homines inciperent

dici, quia in Deo ſperauerat, & bene dicitur liber, A quaſi futurum nomen ſuum eſſet immortale, quia verus ſperans: Phil. Heb. lib. de Abraham. *Quamobrem cùm vellet egregie laudare hunc bene ſperantem, poſtquā dixit hic ſperans in patrem, & in factorem omnium, ſubiecit hic eſt liber generationis hominum, quamuis iam & patres, & aui quidem erant, nec minus rectè librum generationis veri hominis dixit, quandoquidem hic bene ſperans celebratione memoriaque dignus eſt, non in cartulis corrumpendis, ſed in immortali natura, penes quam ſunt commentarij virtutum omnium.*

*Phil. Hebr.*

### *Qui rectè ſperat verus homo dicendus eſt.*

B

3 *Hic eſt liber generationis Adam.* Sept. *hic eſt liber generationis hominum.* Cur poſtquam de homine ſperante in Deo egit immediate ſubiecit generationem hominum? an reliqui qui Enos præceſſerunt, non fuerunt homines? meritò quaſi videtur incipere generationem hominum texere, cum de Enos, qui cœpit ſecundum lectionem Sept. ſperauit inuocare nomen Domini: quia qui rectè ſperat verus homo dicendus eſt, & aliorum hominum principium. Sic Phil. in lib. quòd deter. potior. inſid. *Recto homini quid magis poteſt eſſe proprium, quam ſpes & expectatio bonorum accipiendorum à ſolo Deo? quod genus, ſi vera fateri volumus proprie hominum eſt, tanquam hi qui non ſperant in Deum, extra naturam rationalem eſſe cenſeantur. ideo cùm dixiſſet de Enos, cœpit inuocare nomen Dei, diſertè infert, hic eſt liber generationis hominum.*

*Philo.*

### *Homo honoratur à Deo habens omnium principatum.*

4 *Hic eſt liber generationis Adam in die qua creauit Dominus hominem ad ſimilitudinem Dei fecit eum,* D Septuagint. ad imaginem Dei fecit illum, ad quid quæſo hæc repetitio? nonne ex præcedēti primo capite notum erat nobis, hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam eum formaſſe? Iterum repetit, vt magis inſinuet quanto honore hominem proſequutus fuerit, cum eum omnium Dominum conſtitueret: ſic D. Chryſoſt. hom. 21. *Vide quomodo iterum narratione ab initio repetita, diuina ſcriptura nobis commemorat, quantum honorem à conditore ſortitus ſit homo, die quo, inquit, fecit Adam ſecundum imaginem Dei fecit illum, hoc eſt principem illum conſtituit omnium viſibilium: nam ſicut omnium Deus principatum habet ſuper omnia tam viſibilia quam inuiſibilia, qui omnium conditor & opifex eſt, ſic, & cum formauit rationale hoc animal, voluit omnium viſibilium præfectura inſignitum eſſe.*

*D. Chr.*

E

### *Homo & Deus ſe mutuo demonſtrant.*

5 *Hic eſt liber generationis Adam, in die quo creauit Dominus hominem ad ſimilitudinem Dei fecit illum,* Similitudo regis ad viuum depicta regem quem non vidimus repræſentat, & è contra per ipſum regem F ſua imago ſiue ſimilitudo nonne cognoſcitur? Quomodo igitur homo tanquam Dei imago creatur & Deus illius prototypos eſt? Vt hominem Deus vt homo Deum mutuo demonſtret: ſic D. Maximus cent. 5. œconomicorum cap. 74. *Ferūt Deum & hominem ſe mutuo demonſtrare, tantum que humanitate dictum Deum homini ſe ſimilem exhibere, quantum homo charitate pollens Deo diuinum præſtitit: & tantum animo ad id quod cognitu dictum eſt à Deo rapi, quantum homo Deum natura inuiſibilem per virtutes patefecerit.*

*D. Max.*

A

### *Ingratitudo & impietas nos incognitos Deo reddit.*

6 *Hic eſt liber generationis Adam,* Siue vt habent Septuaginta, hic eſt liber generationis hominum, deinde in illo libro generationis hominum non videmus Moyſem mentionem Cain & eius poſteritatis feciſſe, ſed incipere poſt Adam & Euam, à Seth: nonne Cain & eius poſteri fuerunt homines? Si ergo librum generationis hominum exprimis, in eo eos apponas, aliàs diminutus eris, debereſque apponere hic eſt liber generationis aliquorum hominum: nonne Cain ſciens pœnas irrogatas primo parenti, propter ingratitudinem, etiam ingratiſſimus poſtea fuit? Meritò ergo eum à libro generationis hominum excluſit, quia ingrati indigni ſunt omni recordatione: ſic D. Chryſoſt. hom. 21. *Quia vidit eos qui inciderant, magnam præ ſe ferre ingratitudinem, nec meliores fieri ex his quæ primo parenti facta, ſed in idem malitiæ profundum præcipitari,* & Procopius de impio loquens ait, *Non ſcire expetit Deus vitam impiorum quibus in extremo die dicitur neſcio vos.*

*D. Chry.*

C

### *Proceſſus obtinendæ gloriæ ex interpretatione nominum generationis iuſtorum.*

7 Hic eſt *liber generationis Adam, &c.* In hac generatione tanquam primum principium omnium ponitur, Adam, Seth, deinde tertio loco Enos, &c. videamus interpretationem horum nominum, Adam interpretatur homo vel rubra terra, Seth poſitio vel reſurrectio, Enos homo, Cainan lamentatio, Malaſehel laudās Deum, Iared roboratus. Enoch dedicatio, Mathuſalem mortis euaſio, Lamech humiliatus, Noë requies, hæc ſeries nominum aliquidne D myſterioſum ſignificat? Audi Strabum, *Procedēs homo de terra reſurgens à peccatis, erit homo inuocans Deum, & deflens peccata priſtina, ſicque laudans Deum roborà in ſpiritu Dei dedicatus in vitam æternam, atque victor mortis, Deo ſubiectus requiem poſſidet ſempiternam, quam ſignificat Noe, qui requies interpretatur. & decimo loco numeratur.*

*Strab.*

### *Impletionem præceptorum ſignificat numerus generationis iuſtorum.*

8 E *Hic eſt liber generationis Adam*: Nota in hac generatione vſque ad Noë decem eſſe generationes; cur quæſo hic numerus eſt denarius in generationibus iuſtorum, cum in generationibus Cain vndenarius ponatur? Nonne numerus præceptorum denario continetur? Reſpondet ergo Strab. *Procedit hæc generatio per denarium vſque ad Noe, in quo præceptorum ſignatur impletio, ſicut per vndenarium in generatione Cain tranſgreſſio.*

*Strab.*

### *De impiorum proſperitate non moueamur.*

9 F *Hic eſt liber generationis Adam, &c.* Diximus in præcedenti conceptu nullam mentionem fieri impiorum; ſed nonne eorum proſperitas erat maxima, ita vt Cain ſolus ædificaret ciuitatem? Quomodo igitur eorum extincta eſt memoria? Quomodo terminata proſperitas, & finita opulētia? Certe vt impios in proſperitate cum viderimos, de ea non commoueamur, cum cito finitur: ita D. Anaſt. Nicen. potius D. Chryſ. ab eo citat. ad Stagyrium. *Si videas aliquos verſantes in iis quæ ad huius ſeculi vitam pertinent, & degentes in otio, ne mireris: hoc enim dixit Chriſtus flebitis & lugebitis vos, mūdus autem gaudebit,*

*D. Chryſ.*

*porro autem in prioribus quoque generationibus Babylonij qui ne Deum quidem nouerant, diuitiis abundabant, potenteſque erant, & in honore: Iudæi autem erant in captiuitate, ſeruitute, & extremis anguſtiis. Lazarus quidē, qui cælis erat dignus, iacebat ſcatens vlceribus, quæ lingebant linguæ canum, cum famo perpetuò depugnans, diues autem erat in honore & ſanitate, & otio & diuitiis, ſed tamen ille neque à fame, ab vlceribus quidquam eſt læſus neque hic à rebus ſecundis quidquam lucri fecit, &c.*

### *Impiorum proſperitas arundo eſt.*

20 *Hic eſt liber generationis Adam.* In quo nullus impiorum ea poſteritate Cain reperitur, nonne eorum B vnus nempe ipſe Cain tanquam rex & monarcha? cur igitur non exprimitur; cur non memoratur, cum viros inſignes non liceat obliuioni tradere? ideo à memoria hominum deletur: nam eorum imperium citò perit, quia inſtabile & inconſtans: ſic Greg. Hoſtienſ. lib. 5. de ſacramento Dominicæ paſſionis, qui loquens de arundine poſita in manu regis regum Domini noſtri Ieſu Chriſti, quaſi admiratione plenus ait: *Vnde & arundinem in dextera eius po-nunt? poteſtas enim & regnum impiorum arundo eſt vento agitata, regnum autem Chriſti virga ferrea*: præcedentia verba expende, *regnum impiorum arundo eſt*, quaſi diceret non mirum quòd citò eorum impe- C rium decidat, fragilitati enim arundinis comparatum eſt.

Greg. Hoſt.

### *Impiorum nomen infame eſt.*

21 *Hic eſt liber generationis Adam.* Siue hominum, diximus ideo in hoc cathalogo poſteros Caini impios non deſcribi, quia Deus vult ſceleratorum hominum memoriam aboleri: ſed ſi ita res ſe habeat quomodo in præcedenti capite eorum nomina memoriæ ſunt tradita, maximè verò iſtius ſcelerati fratricidæ? D Ideo ante oculos poſitum eſt eorum nomen & impietas memoriæ tradita, non vt eam imitemur, ſed vt omnibus infamis habeatur, cum eorum memoria: ſic D. Chryſoſt. *Eatenus memoriam aſſequuti ſunt vt infametur eorum malitia, & poſterioribus ſæculis emendationis ſit occaſio.*

D. Chryſ.

### *Impiorum ſocietas non ſemper præiudicat bonis.*

22 *Hic eſt liber generationis Adam.* Id eſt ſanctæ generationis nempe Seth & Enos &c. Sed inquirerem libenter quomodo Seth & Enos viri ſanctitate clari, E cum impiis & ſceleratis communicantes, nempe Cain & poſteris eius ſimiles eis effecti non fuere? & cur eorum ſocietatem non dereliquere, eorumque conſortia non vitauere, ne eorum animus peruerteretur? id forte factum fuit, vt agnoſceremus impiorum ſocietatem non ſemper iuſtis præiudicare, nec eam omnino derelinquendam: ſic Baſil. mag. ca. 22. conſtitut. monach. *Si aliquis dicat in fratribus eſſe aliquos vitioſos (neque enim vniuerſos, opinor, culpabit, neque enim propterea vt vitioſi eſſent, ſocietatem illi coierunt, vt vnanimiter cuncti improbi eſſent) ſed ſi quis improbos quoſdam reperiri inter fratres dicat, eiuſmodique* F *qui & temere officia cuncta peruertant, & honeſtatem negligant, & conuenientem ordinis illi contemptim imminuant diſciplinam, ac propterea huiuſcemodi hominum ſocietatem relinqui oportere, nequaquam is idoneam recedendi cauſam commentus eſt, ſiquidem neque Petrus, neque Andreas, Ioanneſve, propter Iudæ improbitatem, ſe à reliquorum Apoſtolorum choro ſubmouerunt, neque alius de Apoſtolorum numero quiſpiam hanc ad receden-*

D. Baſ.

A *dum anſam arripuit, neque quominus Chriſtus obtemperans eſſet, vlla in re illius vitiis retardatus eſt, ſed contra potiùs relicta illius peruerſitate, Dominicæ diſciplinæ ſeruientes, ac morigeri pietatem virtutemque magno ipſi ſtudio ſectabantur, ex quo intelligitur qui aliorum improbitate cogi ſe dicat vt à ſpirituali ſe ſegreget ſocietate, eum nonnunquam idoneam lenitatis ſuæ cauſam inueniſſe.*

### *Deus triſtes conſolatur.*

*Hic eſt liber generationis Adam.* Ne malitia quaſi 23 malus humor per totum corpus difflueret, ſiſtit illius impetum, generationeſque Cain vſque in Lamech, B ne memoria quidem dignans, quaſi principium quoddam nouum genealogiæ, ait: hic eſt liber generationis Adam; cur denuo generationem Adam repetit, cum antea dixerit ipſum genuiſſe tres filios Cain, Abel & Seth? aduerte maximo dolore affectos Adam & Euam, propter ſibi ablatum morte violenta Abelem; repetit igitur denuo eorum generationem vt eos aliqua conſolatione dignetur: ſic Diuus Chryſ. *Quaſi principium quoddam faciens, & luctum Adæ & Euæ demulcere volens, in quem illos iniecerat fratricida armata contra Abel dextra, ſic narrationem exorditur, hic eſt liber generationis, &c.* D. Chryſ.

C

### *Deus non ſolum creator, ſed etiam iudex.*

*Hic eſt liber, &c. in die qua creauit Deus hominem*, 24 In Hebræo non eſt Iehoua ſed Elohim, id eſt iudex, cur in die creationis hominis ſibi nomen iudicis aſſumit? nonne appellatio Iehoua conuenientior erat? aſſumit nomen iudicis in ipſa hominis creatione, vt denotet non ſolum ſe eſſe creatorem, ſed iudicem ſignificaret: ſic Caiet. *Quare Moſes appellauerit Deum iudicem in promptu cauſa eſt, vt vnus atque idem Deus credatur creator mundi & iudex vniuerſorum.* Caietan.

D

### *Curioſa ſcientia adimitur.*

*Hic eſt liber, &c. in die qua creauit Deus hominem.* 25 Si primo in capite loquens Moyſes de ipſo homine ait: faciamus hominem, deinde in 2. formauit Deus hominem, ſi creauit, quod eſt aliquid ex nihilo producere, quomodo formauit vel fecit quod præſuppoſitam materiam dicit? ad quid igitur his verbis indifferenter vtitur? vt omnis occaſio ſcientiæ nimis curioſæ in inueſtiganda hominis formatione auferatur, & adimatur: ita Lippom. *Promiſcuè vſus* Lippom. E *eſt Moyſes verbo faciendi, creandi, formandi, & fingendi, quo nimiam eludat curioſorum hominum intempeſtiuam diligentiam.*

### *Noſtræ humilitatis admonemur.*

*Hic eſt liber generationis Adam.* Sept hominum, 26 cur voluit Deus omnes homines appellari Adam? nomen eſt enim commune: nota Adam interpretari terrenum, cur Deus hominem ad ſuam imaginem creatum voluit in ſuo nomine dici terrenum, non autem cœleſtem, cùm terra nihil ſit vilius & abie- F ctius? non ſine myſterio id factum eſt, ſed vt homines qui nimis ſuperbiunt, ſuæ humilitatis & vilitatis admonerentur: ita cit. Lippom. *Non abs re factum* Lippom. *eſt ſcilicet vt homo dicatur Adam, id eſt terrenus, nempe vt videlicet ad nominis commonitionem, modeſtiam ſectarentur, terrenos, fragiles & mortales ſe cognoſcendo, vtique ſi à terra deſumptos.*

*Ab infidelitate reuocamur.*

A

17 *Hic eſt liber generationis Adam*. Siue genetationum hominum liber, nonne in principio Geneſ. dicitur qood homo formatus eſt: faciamus, inquit, Deus hominem, deinde 10 ſequentibus diait quod Adam genuit Cain, Abel, Seth, &c. cur ergo denuo librum generationis Adam proponis? non ignotas plures eaiſtimaſſe hominem in infinitum ab aliis hominibus procedere, rectè ergo iterum repetit librum generationis Adam, in die qua creauit Deus hominem, vt à prædicto errore reuocaret, & à ſolo Deo pro-

Caietan. B ductum ſignificaret: ſic Caiet. *Auertit Moyſes omnes ab inquirendo generationem hominis (vel ſi aliquãdo inceperit, vel ſi fuerit æterna) proponendo quod hic eſt liber, ad quem recurrendum eſt pro veritate, quoniam hic eſt liber generationum hominis, non ab aliis hominibus infinitum præcedentibus, non à corporibus cœleſtibus, & elementis, ſed à Deo in die creationis hominis.*

*Gratitudinis erga Deum admonemur.*

18 *Hic eſt liber generationis Adam in die qua creauit Deus hominem*. Superflua mihi videtur hæc hominis creationis deſcriptio, cùm primo capite ſatis exa-

C ctè retulerit, cum ait creauit Deus hominem, ad imaginem Dei creauit illum: ideo iterum hanc proponit, vt in memoriam reuocemus Dei erga hominem collata beneficia, ſicque gratitudinis continuo ſpecimen præbeamus: ita Lippom. *Hominum à Deo*

Lypom. *creatio iterum commendatur, & velut inculcatur, vt ſciat cui ſubſiſtentiam ſuam, & viuere acceptum referre debeat homo.*

*Inter Ieſum Chriſtum & hominem, maxima affinitas.*

D

19 *Hic eſt liber, &c in die qua creauit Dominus hominem ad ſimilitudinem Dei fecit illum*. Septua. ad imaginem Dei fecit illum, quid eſt ad imaginem Dei factum eſſe hominem? nam ipſe Ieſus Chriſtus vera Dei imago eſt, ſi ergo ille Dei imago eſt; nos autem ad imaginem Dei, imo & illius nonne maxime coniuncti ſumus? dubitari non poteſt, maxima enim inter Ieſum Chriſtum & nos affinitas reperitur: ſic D. Bernar. in medit. cap. 1. *Tanta cognatio eſt inter nos & Dei filium, quòd ipſe imago Dei eſt, & nos ad imaginem eius facti ſumus, quam cognationem etiam ipſa ſimilitudo teſtatur, quoniam non ſolum ad imaginem, ſed ad*

E *ſimilitudinem eius facti ſumus.*

*Occaſio erroris adimitur.*

20 *Hic eſt liber, &c. in die qua creauit Deus hominem, ad ſimilitudinem Dei fecit illum*. Sept. ad imaginem ſuperfluitas certè vitanda eſt in ſacra pagina, cùm igitur dictum iam fuerit, hominem ad imaginem & ſimilitudinem Dei eſſe creatum, ſuperuacaneum eſt nunc idem repetere, aduerte plures in errore fuiſſe, quod quando Deus diait, faciamus hominem ad imaginem noſtram, loqoutum fuiſſe Angelis:

F non ſuperfluè igitur iterum ſubiunxit, in die qua creauit Deus hominem, ad ſimilitudinem Dei fecit illum, vt ab errore reuocaret: ſic Caiet. *Repetit ad*

Caietan *imaginem Dei creauit illum, ad tollendum ſenſum eorum, qui intellexiſſent quod ad imaginem Angelorum creatus fuiſſet homo.*

*Per peccatum imaginem ſupernaturalem Dei amiſimus.*

*Hic eſt liber generationis Adam, in die qua creauit Deus hominem, ad ſimilitudinem Dei fecit illum*. Cur ô Moyſes, ita diminutus procedis? nonne in principio diaiſti eum ad imaginem Dei fuiſſe creatum? cur ergo nunc ſolum dicis ad ſimilitudinem illius formatum eſſe? aduerte duplicem eſſe in homine imaginem, vnam naturalem, de qua in primo capite ſufficienter, aliam ſupernaturalem, quæ ſita eſt in gratia & iuſtificatione hominis, qua ipſe diuinæ fit conſors naturæ: aduerte iterum quod ſimilitudinẽ Dei habere eſt accipere poteſtatẽ vt in virtutibus Dei ſimiles ſimus: reſponde ergo iure merito Moyſem hîc non appoſuiſſe ad imaginem Dei, quia homo per peccatum eam quæ ſupernaturalis eſt, amiſerat, ſolumque retinuerat ſimilitudinem, id eſt poteſtatem qua ſi vellet Deo in virtutibus fieret ſimilis: ſic Rupert. *Cum hoc iſte ſcriberet, homo per peccatum Dei ſimilitudinem (ſed tu lege imaginem) amiſerat.* 21 Rup. l. 1. in Gen.

*Per peccatum omnibus redditur homo abominabilis.*

*Hic eſt liber generationis Adam*. Vel hominum, pluries repetitum eſt hîc non tamen generationem Cain cum, ô Moyſes, primogenitus hominũ fuerit Cain, cur ſilentio eum præteris? Aduerte maximum fuiſſe tunc temporis omnium peccatorem, meritò igitur eum à memoria hominum delet, quia per peccatum omnibus abominabilis eſt: ita Ferus: *Iterum videmus quantum malum ſit peccatum, quod hominem non dum gratia Dei priuat, ſed omnibus etiam hominibus abominabilem facit.* 22 Ferus.

*Homo natus contemplationi.*

*Hic eſt liber generationis Adam in die qua creauit Deus hominem*, difficultas non eſt exigua, cum dicat eundem diem eſſe generationis, & creationis hominis, non enim in die quo creatus fuit generationi vacauit, ſed potiùs poſt expulſionem à Paradiſo, literaliter ſoluta iam difficultas eſt, in ea poſitione litteræ, ſed myſticè cur dicitur homo eſſe formatus in die? Reſpondet Gloſſ. interl. cum ordin. *In die creatus eſſe dicitur homo, quia in claritate diuina contemplationis conſtitutus.* Quaſi diceret ideo in die creatus dicitur, id eſt in diuina contemplatione, vt ei ſignificaretur, quod fuerit natus vt diuinæ conſiderationi ac orationi ſemper vacaret. 23 Gloſſa.

*Filij patrem referunt.*

*Hic eſt liber generationis Adam*. Cur non diait hic eſt liber generationum, non autem generationis in ſingulari? cùm iam in præcedẽti capite dicitur qood Seth genuit Enos, in ſubſequentibus verò plures hominum referentur generationes? diait hic eſt liber generationis, quia omnes filij qui ad vnum patrem ſpectant, quaſi vnum integrum componunt librum, ſinguli autem quaſi ſingula eiuſdem libri continent capitula: & ſicut plura capitula librum integrum componunt, quæ ad eandem rem pertinent, ita omnes filij eundem referunt patrem: mens eſt Philo. de Abra. *hic eſt liber generationis hominum* (inquit) *quamuis iam patres & aui quidam, ſed illos mixti generationis authores cenſebant, hunc autem puri, quod rationale verè dicitur.* 24 Philo.

## VARIETAS VERSIONVM VERS. II.

*Vlg.* Maſculum & fœminam creauit eos, & benedixit eis, & vocauit nomen eorum Adam, in die quâ creati ſunt.

*Septuag.* Maſculum & fœminam fecit eos, & bene- A dixit eos, & vocauit nomen eius Adam, qua die fecit eos.

*Arias.* Vocauit nomen eorum Adam, in die creari eos.

## EXPOSITIO VERSVS II.

M*Aſculum & fœminam creauit eos.* Non quod ſimul vnum hominem maſculum & fœminam creauerit, ſicut Iudæi falſo imaginantur, ſed quod in illo tempore creationis Adam condiderit, & ex eius coſta formauerit Euam. *Et vocauit nomen eorum Adam.* Adam in Hebr. eſt nomen commune ſignificans ſicut apud nos hoc nomen homo, denotans virum & mulierem, vnde fit vt vtrumque hoc nomine Adam vocarit, nempe virum & mulierem.

*In die quo creati ſunt.* Id eſt formari, ambo enim ſecundum corpus ex præiacente materia ſunt conſtituti, Adam ex limo, Eua ex viri coſta.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Coniuges debent eſſe vnanimes.*

25 M*Aſculum & fœminam creauit eos, vocauit nomen eorum Adam.* Nonne vxor Adam habet nomen ſuum Eua? cur ergo voluit mariti ſui nomine appellari? vt ſicut in nomine erant vniformes, ſic in voluntate non eſſent diſſimiles: ita ferè D. Aug. 15. de ciuit. Dei c. 17. cùm ait: *Non ambigitur appellatam fuiſſe Euam proprio nomine, vt tamen Adam, quod interpretatur homo, nomen eſſet amborum*, adde & affectus eſſet vnus in vtroque, *vterque ſic dictus eſt.*

*Vir mulierem non contemnat.*

26 *Maſculum & fœminam creauit eos, & benedixit illis.* Cur vtrique benedixit? nonne ſufficiebat ſoli homini tanquam capiti benedictionem dediſſe? ideo mulierem etiam benedictione ſua dignatur, vt à viro non contemnatur tanquam non benedicta: ita Lippom. in 1. cap. Gen. *Vtrique ſexui benedictio debebatur, vt vir non ſperneret fœminam, quæ tam ad eſſe quam ad propagare neceſſaria ſorte.*

Lippom.

*Monemur humilitatis noſtræ, vt facilius miſericordiam peccatorum conſequamur.*

27 *Vocauit nomen eorum Adam.* Dicimus hoc nomine abiecto voluiſſe eos nuncupari, vt humilitatem amplexarentur; ſed cur ita humiles exoptat Deus? nota primos parentes peccato inobedientiæ fœdatos: merito igitur ab eis requirit humilitatem, vt ea mediante miſericordiam peccatorum ſuorum conſequerentur; humilitas enim, inquit D. Laur. Iuſtin. E lib. de humilit. cap. 2. *eſt ad ſalutem hominis prorſus necessaria, ſine qua delictorum contritio eſſe non valet, quæ eſt indulgentiæ mater, peccatorum conſumptio, delinquentium ſpes, ſpiritualis reſurrectionis ianua, medicina cœleſtis, animarum lauacrum, deſperationis interitus, deſperatorum portus, vitæ fons, Dei & hominum mediatrix. nempe qui ignorat ſe, neſcit compungi, ſe humiliare dedignatur.*

*Humilitas virtutum fundamentum.*

28 *Vocauit nomen eorum Adam.* Hanc appellationem ſortiri voluit Deus vt humiliarentur, ſed cur B ab exordio & initio creationis ſuæ, vt humiles ſint, admonet? quia nulla virtus ſine humilitate ſubſiſtere poteſt, cùm omnium ſit fundamentum: ita conſtatua Laur. *Hæc quippe humilitas cum ſit vniuerſarum radix ac magiſtra virtutum, à cunctis Dominum metuentibus eſt amplectenda, ac pro totius laudabilis conuerſationis eſt fundamento locanda. non verbo tenus, neque ex ſimulatione extrinſecùs in corde.*

*Humilis timet caſum & ruinam.*

C 29 *Vocauit nomen eorum Adam.* Quamuis aliquæ à nobis aſſignatæ fuerint rationes, cur humiles voluerit Deus primos parentes ab initio, & exordio, tamen hoc iterum diſcutio; hoc non conuenientes factum mihi videtur, nam cum homo ex natura ſua ſit generoſiſſimus, non deberet reprimi ſuæ vilitatis cognitione; ſed aduerte quæſo Deum præuidiſſe eos caſuros: rectè igitur ab eis humilitatem exigit, vt eam amplectentes, lapſum & ruinam ſuam timeant, quod proprium eſt humilium: ſic citat. Laurent. D *Timens caſum, præuaricationem metuunt, exigua quantum valent delicta deuitant, indiſciplinatorum hominum conſortia fugiunt, ſuperborum colloquia deuitant atque amatorum ſæculi deſideria vana eſſe non dubitant, vnde ſic incunctis ſe cautè cuſtodiunt.*

D. Laur.

*In humilitate mandatorum omnium ſumma & caput conſiſtit.*

30 *Vocauit nomen eorum Adam:* Cur in hoc nomine terreno humilitatem Deus ab eis requirit, non autem E potius fidem, & alias virtutes? Aduerte quod Deus vnicum ſolum præceptum de non comedendo fructu ligni ſcientiæ boni, & mali daturus erat: dicamus ergo quia ſolum vnius præcepti obſeruantiam ab eis exigere debebat, ideo vult eſſe humiles, vt mediante humilitatis amplexu quęlibet alia pręcepta, quæ poſſent à Deo iuberi, tanquam ſi ea exequerentur, obſeruarent: eſt enim humilitas mandatorum omnium caput & ſumma; ſic D. Hilarius in F Pſalm. 120. qui exponens hęc verba vide humilitatem meam, &c. *Quamquam omnia quæ vel diuinæ voluntati placita, vel humanæ ſpei propoſita ſunt, agat aut teſtetur aut ſperet: meminit tamen in quo obſeruantiæ genere mandatorum omnium caput, & ſumma conſiſtat,*

D. Hil.

*ſcitque quod à Domino ſuo etiam ipſis quibus commit-tendæ claues cœli erant Apoſtolis quærerentur, namque cum inter ſe opinionibus ac ſtudiis diſſiderent, ſibique ſingulis principatum humana contentione praſumerent, dum præſtaturem ſe cæteris vnuſquiſque eſſe aut optat aut poſcit,*

A *Dum nis meritis huius ac nominis præmium vn le petendum eſſet oſtendens ait: qui vult eſſe ex vobis ma or, fiat omnium minimus; omnis enim qu ſe humiliauer t exaltabitur, & qui ſe exaltauerit, humiliabitur, in hu militate ſcilicet docuit omnia fidei nomina & præmia contineri.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. III.*

V*lg.* Vixit antem Adam centum triginta annis, & genuit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, vocauitque nomen eius Seth.

*Septuagint.* Vixit Adam triginta, & ducentos annos, & genuit ad imaginem ſuam, &c.

*Caldæus.* Vixit Adam centum, & triginta annis, & genuit ad ſimilitudinem ſuam ſecundum imaginem ſuam.

*Arias.* Et vixit Adam triginta, & centum annos, & genuit in ſimilitudine ſua in imaginem ſuam.

B *Procop.* Et vixit Adam triginta & centum annis, genuitque in ſimilitudine ſua, iuxta imaginem ſuam.

*Bibl. Antiq.* Genuit ad ſimilitudinem ſuam, ſicut imaginem ſuam.

*D. Ambroſ.* Vixit autem Adam, & genuit ad figuram & ad imaginem ſuam filium, & nominauit nomen eius Seth.

D. *Chryſoſt.* Et genuit ſecundum ſpeciem ſuam, &c.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

MAxima eſt diuerſitas in lectione noſtra & ſeptuaginta interpretum, cùm noſtra aſſerat tantum centum triginta annos habuiſſe Adamum cum genit Seth, Septuaginta autem ducentos & triginta: quid igitur faciendum eſt? Dico quod vbicumque Græci codices ab Hebræis diſcrepant, vt nulla ratione concordari poſſint, potius his quàm illis adhibenda eſt fides; hic autem error non ab ipſis Septuaginta interpretibus profectus eſt, ſed ab eo qui primus tranſlationem Septuaginta interpretum qui erat in Bibliotheca Ptolomæi deſcripſit: ex quo libro cùm alij codices deſcripti fuerint, mirum non eſt hoc vitium ad omnes codices ex vno quaſi fonte emanaſſe: ratio autem quam aliqui adhibent, vt vnanimes efficiant Septuag. interpretes cum Hebræis, nempe quod licet habuerit ducentos, & triginta annos, cum genuit Seth, tamen ab Hebræis adimuntur ex eius vita centum, quos conſumpſit in lugendo Abel; ratio autem hæc nulla, quia nullo modo credendum Adam abſtinuiſſe à generatione, cùm præceptum & paucitas generis humani vrgeret.

Sciendum tamen eſt quod numerus ab eis additus, ante natiuitates filiorum in hac tota ſerie generationum, poſt natiuitates ſubtrahitur, vt anni patrum integri, & æqualiter inueniantur præter quàm in Lamech.

## EXPOSITIO VERSVS III.

V*Ixit Adam centum triginta annis*, Adam hîc ſumitur pro nomine proprio primi hominis, qui annos centum triginta ſolares natus iterum dans operam liberis.

*Genuit ad imaginem, & ſimilitudinem Seth:* Forte hic Seth ſimilior fuit in facie Adam quam Abel & Cain, & ideo cum illos genuit, nou dicitur quod ad ſimilitudinem, & imaginem ſuam illos ſuſceperit ſed ſolum hoc aſſeritur de Seth.

Diximus in concordia verſionum diuerſitatem eſſe inter codices Hebræos & Septuaginta circa numerum annorum, & ideo non amplius immoror, cur ita factum ſit & vnde hoc emanarit,

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*Tantæ dignitatis eſt Chriſti generatio, vt ea quæ ipſum non ſpectat, omittatur in ſcriptura.*

31 V*Ixit Adam centum triginta annis, & genuit Seth,* Cum vacauerit Adam propagationi filiorum poſt mortem Abel (nam loquor ſecundùm opinantes non interrupiſſe actum generationis) cur generationes illæ non tecitantur cùm aliæ à Seth referantur? Scio aliquos reſpondere quod cùm generationes ponantur ad æſtimandam mundi ætatem & decurſum, per generationes autem aliorum à Seth nihil profeciſſet decurſus, quia tota aliorum poſteritas & Cain & aliorum fuit per diluuium deleta, & ſolum ſtetit generatio Seth in Noë & ſua poſteritate; hoc tamen omiſſo, nota quod generationes aliæ ad Chriſti natiuitatem non pertinebant, reſpondeo

E ergo tantæ dignitatis generationem eſſe Domini, vt quæ illum non ſpectant, omittantur: ſic Th. *Generationes non recitantur quæ non pertinebant ad Chriſtum.* Th. Ang.

*Filius diſſimilis in moribus patri, non dicitur generari ſecundum eius imaginem.*

*Vixit Adam centum triginta annis, & genuit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam.* Cum fuit ei primogenitus natus nempe Cain, quomodo non eſt dictum quod eum ad ſuam imaginem & ſimilitudinem genuit, eum autem ei natus eſt Seth, hoc dicitur? nota diſſimilem in moribus fuiſſe Cain patri ſuo Adam, merito prætermittitur cùm genuerit Adam Cainum, ſcilicet non eum genuiſſe ad imaginem & ſimilitudinem, quia filius diſſimilis patri in morum bonitate, non dicitur ad imaginem illius productus 32

ſic

D.Chryſo.
ſic Chryſoſt. hom. 21. *Cum de priore filio Cain loqueretur, nihil tale ſignificauit, nimirum iam antea indicans illius in malum procliuitatem, & merito, non enim ſeruat paterna lineamenta & mores, ſed protinus ad malitiam confugit.*

### *Filius ſimilis patri in morum bonitate, habet imaginem patris ſui.*

33 *Genuit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, vocauitque nomen eius Seth.* Cur cum Seth genitus fuit ab Adam, dicitur quod eum genuerit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam? nonne pater ad ſuam ſimilitudinem generat filios? hoc ergo mihi videtur ſuperfluum: nota duplex eſſe lineamentum corporis & animæ, omnes filij ſimiles fere ſunt in lineamentis corporeis patribus ſuis, non autem in lineamentis animæ, nempe in moribus: non igitur ſuperflue dictum Adam genuiſſe Seth ſecundum imaginem & ſimilitudinem ſuam, quia ſibi ſimilis fuit, non ſolum in lineamentis corporis, quod eſt commune filiis omnibus, ſed in animæ virtutibus & moribus: ſic

D.Chryſ.
D. Chryſ. hom. 21. *Seth ſecundum ſpeciem, & ſecundum imaginem ſuam, hoc eſt eorũ morum quibus ille qui genuerat, & qui ſeruat paternos characteres, operibuſque paternos mores exprimat, qui reparare poſſet ſua virtute prioris peccatum, neque enim de corporalibus lineamentis, & characteribus ſcriptura nobis diſſerens hoc dicit, ſed de ſtatu animæ.*

### *Filius timens Deum, patri ſuo ſimilis dicitur.*

*Genuit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam Seth.*
34 Non eſt dubium Cain habuiſſe imaginem patris, quomodo ergo non dicitur ad ſimilitudinem eius genitus? nota Adam poſt peccatum ſuum maximo cum timore Deum coluiſſe, quem imitatus eſt filius ſuus Seth, non autem Cain: recte igitur dicitur genitus ad ſimilitudinem patris ſui, quia filius timens Deum ſicut pater, maxime eſt ei ſimilis: ita Lippo.

Lippom.
*Genuit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, id eſt in cognitione & timore Dei perfectum, ſicut eum pater Adam docuerat, volens à filio Cain eiuſque poſteritate eſſe diſtinctum.*

### *In peccato originali generamur.*

35 *Adam genuit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, vocauitque nomen eius Seth.* Superfluum hoc mihi videtur, certum eſt enim omnes patres ad imaginem & ſimilitudinem ſuam producere filios ſaltem proportionaliter; non autem totaliter, nempe vniformem in omnibus lineamentis, & aliis diſpoſitionibus corporis: cũ igitur ſufficeret dicere Adam genuit filium ſuum, cur addidit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam? aduerte licet iam forte pœnitentiam egiſſet Adam, tamen incentiuis peccati non carebat, fortaſſe igitur dicitur Seth ad ſimilitudinem patris genitus, quia macula originalis peccati fœdatus erat, ſicut pater aliquando actuali fuerat: ita

Abulenſ.
Abulenſ. *Talem genuit qualis erat, Adam enim iam mortalitati ſubditus erat, & aliis incentiuis peccandi, ſic mortalem filium cum reliquiis peccati originalis, & ipſo originali genuit.*

### *Peccatum à Deo ſeparat.*

36 *Genuit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam.* Diximus non ad ſimilitudinem Dei, quia per peccatum eam amiſerat, qui ergo ſimilitudinem Dei amittit, ſine dubio à Deo ſeparatur, itane Deo peccatum contrariatur, vt creaturam vnice dilectam ab eo diuidat? ita ſane, nihil enim à Deo ita nos ſeparare poteſt quàm ipſum peccatum: ſic D. Laur. Iuſtinian. de perfect. grad. cap. 2. *Nihil ſic humanæ aduerſatur ſaluti, à Deo ſeparat, & dirimit à ſocietate ſanctorum.*

Laur. Iuſt.

### *Homicidium ita graue peccatum, vt indignum ſit nominari.*

*Et genuit ad imaginem ſuam.* Deinde genealogiam Seth enumerat, cur omittit Caini generationem, cum tot habuerit filios? dices in præced. cap. mentionem eorum factam fuiſſe, & ideo eam non repetendam: dicam etiam Adam & Seth, & tamen adhuc in hoc capite repetere, ſed Cain omittere; nota interfectorem fuiſſe Cain, meritò eius memoria non habetur in generationibus hominum, quia interfectores ſunt indigni nominari: ita D. Chryſoſt. hom. 21. *Ex Seth genealogiam orditur, vt ex hoc diſcas quantam Deus humani generis rationem habeat, & quomodo illos auerſetur quibus ſanguinaria mens eſt; nam illorum memoriam quaſi nunquam vixiſſent, ita ſilentio præterit.* 37

D.Chryſ.

### *Iuſti natiuitas celebratur.*

*Genuit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, vocauitque nomen eius Seth.* Cur genituram eius tantis verborum notis ſcriptura inſignit, addendo etiam genuit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ſcilicet homo rationalis rationalem, mortalis mortalem? cum hoc idem de cæteris quoſcunque genuit, filiis & filiabus recte dici poſſit, cur etiam annum annotauit centeſimum trigeſimum? Nota Seth iuſtum & optimum poſt Abel, ideo tot verbis Seth ortum celebrat, quia natiuitas iuſti omni quo poteſt honore decoranda eſt: hoc quodammodo videtur aſſerere Rupert. lib. 4. in Gen. cap. 11. *In hac ſerie non ſecundum primogenitos, ſed ſecundum iuſtos natiuitatum tempora vel anni ſupputantur, quia manifeſte ex oppoſitione huius anni centeſimi trigeſimi colligitur, iam enim antea genuerat primogenitum Cain, & non dictum eſt quoto anno.* 38

Rupert.

### *Lachrimæ effuſæ pro amiſſione rei temporalis, impediunt ne dicamur vixiſſe.*

*Vixit Adam centum triginta annis, & genuit Seth.* Sept. habent, vixit Adam ducentos & triginta annos & genuit Seth, cur noſtra vulgata centũ annos adimit Adamo, antequam gignat Seth? nam Septua. ducentos aſſignant & triginta, Ioſephus & Methodius. Nota tenere Method. centum annos Adam luxiſſe mortem filij ſui Abel: dicendum eſt ergo ſecundum hanc opinionem ideo omiſſos centũ annos in vita Adam antequam genit Seth, quia anni non ſunt computandi cũ eos conſumimus in lachrymis pro rebus temporalibus: ſic ex teſtimonio Dionyſ. Cart. ait enim ſecundum quoſdam, *Moyſes omiſit centum annos quibus Adam & Eua luxerunt Abel.* 39

Dio. Cart.

### *Non flendum pro morte iuſtorum.*

*Vixit Adam centum triginta annis.* Diximus in præced. conceptu ex opinione aliquorum ideo non numerari centum annos vitę Adam, quia illos in deflendo mortem Abelis tranſegerat: ſed nonne mors illius digna lachrymis erat, & perpetuo fletu, cùm eſſet patri ſuo chariſſimus? Nota fuiſſe iuſtum & innocentem: vituperantur ergo lachrymæ patris pro illius morte, quia iuſtus defunctus, non eſt deflen- 40

D.Ambro. dus, ita D. Ambroſ. ora. de obitu Valent. qui explicans cur in morte filiorum Ammonis & Abſalonis impiorũ fleuerat Dauid, non autem in morte innocentis filij ſui quem ex Betſabee ſuſceperat, inquit: *Inceſtum Ammon filium fleuit occiſum, parricidam Abſalon doluit interemptum, innocentem filium non putauit eſſe lugendum, quia illos ſibi periiſſe in ſcelere, hunc pro innocentia credidit eſſe victurum.*

### *Lachrymæ admittuntur cum pro peccatis effunduntur.*

41 *Vixit Adam centum & triginta annis*, Centum ex eius vita diximus fuiſſe demptos, quia per mortem filij Abelis eos in lachrymis conſumpſerat: immeritò hoc factum mihi videtur, cùm lachrymis potius debeatur vita diuturna, imo & æterna, beati enim qui lugent quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum: cur ergo lachrymæ Adami ita indignæ cenſentur, vt non ſolum illius vitam non augeant ſed etiam diminuant? Meritò quidem, quia ſolum flendum eſt vtiliter pro peccato: ita Petr. Celenſ. lib. de Pet.Cel. panibus cap. 11. *Flendum eſt ſolummodo aut pro peccato commiſſo, aut pro amiſſo Paradiſo, hæ autem lachrimæ ſunt Dei.*

### *Maxima debet eſſe concordia inter virum & mulierem.*

42 *Vixit Adam, &c. & vocauit nomen eius Seth*, Cur idem nomen impoſuit Adam filio ſuo quod Eua? A Nam illa eum patiens ait, cognominauit nomen eius Seth, dicens ſuſcitauit mihi Deus ſemen aliud pro Abel: cur approbat Adam quod Eua dixerat? Quia inter virum, & mulierem non ſolum in rebus, ſed etiam in verbis debet eſſe maxima concordia: *Docet locus iſte*, inquit Oleaſt. *Quanta concordia inter virum & vxorem eſſe debeat, nam nomen quod vxor impoſuerat confirmauit, ſic cum cognati Ioann. Baptiſtæ eum Zachariam vocare propter patrem voluiſſent, ait mater eius nequaquam, ſed vocabitur Ioannes, ſic ſcripſit dicens Ioannes eſt nomen eius, vt oſtenderet quanta concordia ipſe & vxor eius præditi eſſent, vt vxoris ſanctæ ſententiam vir iuſtus* B *comprobaret.* Oleaſt. Luc. 1.

### *Sufficiens exemplum pietatis habemus, ſi illud imitari velimus.*

*Vixit Adam centum triginta, &c.* Tempus vitæ ſolum decem hominum refert in hoc libro generationis, cùm tamen ſine dubio longe plures fuiſſent; aliàs quid opus fuiſſet generali diluuio, vt tam pauci homines delerentur? Cur ergo eos non memorat? Quia in illis decem probæ vitæ hominibus ſufficiens pietatis exemplum erat vt illud imitaremur: ſic Ferus: *Quod autem nullam aliorum mentionem* C *facit, ideo fit quia non erat poſſibile omnes mores & conditiones recenſere, imo nec neceſſarium, ſatis enim exemplorum habemus in paucis his, quos nominatim perſtringit, ſi pietas nobis cordi eſt.* 43 Ferus.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. IV.*

*Vlg.* Et facti ſunt dies Adam, poſtquam genuit Seth octingenti anni, genuitque filios & filias.

*Septuag.* Facti ſunt autem dies Adam quos vixit poſtquam genuit Seth, ſeptingenti anni, & genuit filios & filias.

*Arias*, Et fuerunt dies Adam poſt gignere ipſum Seth, octingenti, &c.

*D. Ambroſ.* Facti ſunt autem dies Adam quos vixit, poſtquam genuit ipſe Seth, anni ſeptingenti.

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

CEntum anni quos ante natiuitatem Seth ætati Adam appoſuerant, hîc detrahunt Septuag. interpretes ſed noſtræ ſtandum eſt verſioni & Hebraicæ veritati, nec non Caldaicæ; non enim æſtimandum eſt omnes Hebræos in numero annorum conueniſſe, ita vt nullo modo diſcrepent, quod aliter factum in eis qui Septuag. ſequuntur.

## EXPOSITIO VERSVS IV.

E*T facti ſunt dies Adam octingenti anni*, Qui quidem fuerunt duodecim menſium, vt ſunt noſtri, non autem vnius menſis, quem Ægyptij annum dicebant, aliàs qui hîc 75. annorum generaſſe dicuntur, ſeptuageſimo quinto menſe genuiſſent, ac conſequenter generaſſent ſeptimo ætatis ſuæ anno.

*Genuit filios & filias*, Quorum nomina non exprimuntur, quoniam Moſes breuitati ſtudens ad tempora Abrahæ & Iudæorum feſtinabat, ideo nomina eorum exprimit, ex quibus Patriarchæ & Prophetæ ac populus Iudæorum originem duxerat.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Quæ non ſunt neceſſaria, ſacer textus prætermittit.*

44 F*Actique ſunt dies Adam, &c. genuitque filios & filias*, Cùm tantæ commendationis eſſet Adam cur in maiorem ſui nominis claritatem nomina filiorum eius non retulit, & quid geſſerint? nota eos nihil cõducere nec ad generationem Noemi, nec ad Chriſti, qui ſcopus eſt ſacræ ſcripturæ, natiuitatem agnoſcendam: recte igitur non referuntur eorum nomina, quia quæ non ſunt neceſſaria in ſacro textu non apponuntur: ſic Lipp. *Genuit filios & filias* Lippom.

*poſt ipſum Seth, quorum non exprimuntur nomina, quia eius genealogiam non intendebat deducere ſanctus Moyſes,* adde tanquam non neceſſariam.

A *Vmbra erat & pertranſiit, fumus fuit & reſolutus eſt, bulla aquarum fuerunt, & diſruptæ ſunt, araneæ tela & diſciſſæ ſunt.*

*Vita ita breuis, vt de præterito illius ſit ſermo.*

45 *Et facti ſunt dies Adam, &c.* vel vt eſt in Hebræo, *& fuerunt dies Adam,* cur non loquitur Moyſes de præſenti dicens, tot dierum degebat vitam, &c. non autem de præterito fuerunt dies? quia vita ita cito tranſit vt vix ea enuntiari poſſit, niſi ſolum de præterito: vnde optime D. Chryſ. Ep. 7. ad Eutropium: D. Chryſo.

*Vitæ noſtræ plures anni, dies cenſetur.*

*Et facti ſunt dies Adam poſtquam genuit Seth, octingenti anni,* Si fuere octingenti anni, quomodo eos dies vocat, cum annus pluſquam trecentos contineat? facilis eſt ſolutio dicens adeo breuem eſſe vitam noſtram, vt etiam anni illius pro diebus cenſeantur. 46

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. V.*

*Vlg.* Factum eſt tempus quod vixit Adam, anni nongenti triginta, & mortuus eſt.

*Sept.* Et fuerunt dies Adam quos vixit triginta & nongenti anni.

*Calde.* Et fuerunt omnes dies Adam, quibus vixit, &c.

*Vatab.* Nouies centum anni & triginta anni.

*Arias*, Nongenti anni & triginta anni.

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

NOſter vulgatus omiſit bis apponere annos, qui tamen in Hebræo leguntur, vt patet in verſione Montani, ſed ideo eam dictionem bis omiſit, ne lectori non aſſueto Hebraiſmis tædium pareret.

## EXPOSITIO VERSVS V.

ET *factum eſt omne tempus quod vixit Adam nongenti triginta, & mortuus eſt:* Cur optima fuerit conſtitutio corporis Adam: fortis enim erat ad reſiſtendum contrariis, nec non continens in victu & potu, hinc eſt quod longam vitam duxerit, perueneritque ad nongenteſimum & trigeſimum ætatis ſuæ annum.

*Et mortuus eſt*, Eodem die quo peccauit nempe die veneris, vnde poteſt verificari comminatio Dei, in quacunque die comederis, morte morieris: vbinam autem ſepultus fuerit, communior opinio tenet in monte Caluariæ, in quo Chriſtus Dominus noſter crucifixus eſt, vt qui primus peccati fuerat author, primus etiam medicinæ ſalutaris, hoc eſt ſanguinis Chriſti efficaciam experiretur.

Cùm autem ſacra ſcriptura mentionem mortis Euæ non faciat, hinc eſt quod incertum ſit ad qualem ætatem peruenerit, quamuis non deſit, qui aſſerat mortuam eſſe anno vitæ 940. & ſic decem annos vixiſſe poſt defunctum virum.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

*De morte non eſt dubitandum.*

47 ET *factum eſt omne tempus quod vixit Adam anni nongenti triginta & mortuus eſt*, Et ſic de aliis qui ante diluuium floruerunt eorum vita & mors annuntiatur dempto, Enoch, ſed eorum qui poſt diluuium vixerunt, mors tacetur; nam de Sem Gen. 11. dicitur, vixit Sem poſtquam genuit Arphaxad quingentis annis, nec tamen additur & mortuus eſt, deinde vixit Arphaxad poſtquam genuit Sale trecentis tribus annis, nec de morte quidquam dicitur: difficultas ergo eſt cur primorum heroum, qui ante diluuium floruerunt, vitam ac mortem enarrauit; at verò eorum qui poſt diluuium vixerunt ſcribit quidem Moyſes vitas, mortes autem non memorat: an quæſo ex parentibus mortuis filij naſcuntur immortales? nota quod ante diluuium nō erat mortis imperium, tam certa experientia confirmatum vt non poſſet de aliquo dubitari an mortuus fuerit, præſertim quia de Enoch ſcriptum fuerat, non apparuit quia tulit eū Deus, ſeu vt eſt in Hebræo, quia non mori fecit eum Deus: ideo igitur ante diluuium mortem omnium memorat Moyſes, vt eam eſſe E certiſſimam omnibus non dubitaremus, at vero poſt diluuium mortis eorum non fecit mentionem, quia vt inquit Beda: *Poſt diluuium nemo erat naſcentium de quo dici poſſet, tulit eum Deus, ſeu non mori fecit eum Dominus*, omnes palam, in omnium oculis paſſim extinguebantur, vnde non erat opus eorum mortes ſcriptis commendare: ſatis erat dicere eos natos fuiſſe, vt ſtatim certiſſimum haberent eoſdem & obiiſſe. Beda.

*Deus verax in dictis.*

*Et factum eſt omne tempus Adam, &c. & mortuus eſt*, Cur hoc addidit? cùm ſciremus mortem non 48
F potuiſſe euadere, cùm ei dictū fuiſſet: in quacumque hora comederis, morte morieris? ideo mortem eius ante oculos omnium proponit, vt Deum veraciſſimum, qui mortem ei minatus fuerat, ſi præceptum ſuum tranſgreſſus fuiſſet, agnoſceremus: ita Ferus: *In fine additur & mortuus eſt; vt videamus Deum veracem, qui dixit in quacumque die comederis, morieris, ſecundo vt videamus Diabolum in promiſſis ſuis mendacem, dixerat enim nequaquam moriemini.* Ferus.

## VARIETAS VERSIONVM VERS. VI.

*Vlg.* Vixit quoque Setb ceotum quinque annis, & genuit Enos.
*Septuagint.* Vixit autem Setb quinquc & ducentos annos, & genuit Enos.
*Pagninus.* Et vixit Seth quinque annos, & centum annos, & genuit Enos.

## CONCORDIA VERSIONVM.

CIrca annorum diuerſitatem apud Septuaginta, & noſtrum vulgatum repertam, recurre ad ea quæ diximus in concordia verſus tertij, & noſtræ lectiooi quæ ex Hebræo verſa eſt, adhære, quia veriſſima aonorum ſupputatio, ſacris litteris conſentanea, eſt quæ apud nos & Hebræos extat.

## EXPOSITIO VERSVS VI.

VIxit Seth centum quinque annos, &c. Si quæ à Seth geſta ſunt ſcire deſideres, conſule Ioſephum t. 1. antiquitatis c. 2. & Suid. verbo Seth, quæ cum in ſacro textu ſcripta non ſint, noo immotabor.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

A *Secundum merita aliquorum nomina referuntur.*

VIxit Seth centum quinque annos, &c. Io hac
49 ſerie generationum quæ ſubtexuntur, non primogeniti ſemper apponuntur, Seth enim ius primogeniturę ſecundum naturam ei non debebatur, cur igitur primogeniti à Moyſe omittuotur & oatu miootes teferuntur? in hac generatione non natura, ſed merita atteuduntur, & ideo maiores natu ſilentur, minoribus ptopoſitis; ita Rupertus: *Non ſecundum*
Ruper. l. 4. in Gen. *primogenitos, ſed ſecundum merita, generationes ſingulorum hoc modo ſancta contexuit ſcriptura.*

B *A quæſtionibus non neceſſariis arcemur.*

*Vixit Seth centum quinque annos,* Diximus non
50 ſecundum natutam, ſed ſecundum metita hanc generationem à Moyſe proponi, & concedo ita eſſe, cur ſaltem eorum qui fuere primogeniti poſt natu minores non teferuntur, vt corũ vita & nomina innoteſceteni? nota alios à relatis in hac genetatione, intentũ Moyſis non concernere: recte igitut eorum nulla mentio fit à Moyſe, vt à variis quæſtionibus nonneceſſariis eximat: ita D. Auguſt. 15. de Dei ciui-
D. Aug. tate c. 15. *Intelligi poteſt veteres homines ante diluuium non primogenitos, ſed eos fuiſſe commemoratos,* C *per quos ſuccedentium ordo generationum ad Noe Patriarcham duceretur, ne ſacra pubertatis illorum obſcurta & non neceſſaria quæſtio nos fatiget.*

*Veteres caſtitatis maxime amatores.*

*Vixit Seth centum 5. annos & genuit Enos,* Quo-
51 modo ante centum annos non dicitur dediſſe operam liberis, cum paucitas generis humani requireret, vt generationi vacatet? dices forte Enos non fuiſſe eius primogenitum, ſed etiam reſpoodere potes veteres ita caſtitatis amatores, vt tardiſſime illius
Feras. obſeruandæ gratia, matrimooio iungerentur: ita Fer. D *Obſeruandum quod nullus horum patrum ante ſexageſimum annum generaſſe legitur, imo pauci ante centeſimum, quod & indicium eſt caſtitatis & temperantiæ, & quod libertate coniugali non vſi ſunt niſi ad prolem procreandam, ſicque patres illi, etſi vxores & liberos habuerint, tamen caſtitatis exemplo plus nobis profuerunt.*

A *Qui bene ſperat laudabilis, & è contra vituperabilis.*

*Vixit Seth centum quinque annos, & genuit Enos.* 52
Hic fuit quartus, ſi initium numerandi ab illo primo terrigena faciamus: ſed quod myſterium innuitur, quod qui ſperauit in Domino nempe Enos, fuerit quartus? ait Phil. Iud. lib. 1. de Abraham, quaterna- Philo. Iud.
rius numerus honoratus apud Moyſem illũ ſapientiſſimum, qui extollens quattum numerum, ait eum eſſe ſanctum & laudabilem; facilis eſt ergo reſponſio, oon ſine myſterio fuiſſe quartum Enos hominem in Deo ſperaniem, quia omnis io Deo ſperans encomiis maximis dignus eſt: ſic cit. auth. *Sanctus &* B *laudabilis eſt qui ſperat bene, ſicut è conuerſo prophanus & vituperabilis qui non ſperat, timore ſemper vtens malo conſiliario.*

*Filius virtutis amator à patre relictus ſuperſtes, glorioſiſſimus eſt ei tumulus.*

*Vixit Seth poſtquam genuit Enos.* O Vates egre- 53
gie, nonne immediate aotea ante omnium oculos protoparentis murtem poſuiſti, dicens: factum eſt omne tempus quod vixit Adam, anni nongenti triginta & mortuus eſt? nonne ergo funus eius celebertimum proſequi tenebaris? oam communis om- C nium genitor, primus mundi imperator funere maximo hooeſtari debebat, vel ſi vſus funerum cum taota majeſtate nondum aduenerat, cur ſaltem tumulum honotificentiſſimum illius non memoras? ſepulchrum tanto principe dignum non recenſes? ſed propoſito illius obitu, vitam filij eius proſeqoerıa dicens, vixit Seth? prudentiſſime quidem, ſi Seth hominem pietate & religione præſtantem conſideremus, quia nullus pretioſior parenti tumulus tribui poteſt, quàm filius ſuperſtes virtutum amantiſſimus: ita intellexit Conſtantius moriens, ſic Conſtantinum filium alloquens, teſte libro qui dicitur politia ſanctorum Pattum, apud Biblio. Lib. dict. pol. ſanct.
D Photij: *Nunc mors mihi vita iucundior, cum tuum, fili mi, imperium maximi inſtar ſepulchri ſit futurum, quod enim relinquam in terra imperatorem, qui Chriſtianorum lachrymas valeat detergere, & ſiſtere iniquas cædes, quas Maximinus contra Chriſtianos machinari non deſinit, iam felicem mihi dat quie-*

*rem*, preme priora verba quibus Conſtantius declarat ſepulchrum præſtantiſſimum ſe habere filium Conſtantinum piiſſimum Imperatorem relictum ſuperſtitem.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. VII.*

*Vlg.* Vixit Seth poſtquam genuit Enos octingentis ſeptem anois, genuitque filios & filias, *ſic Procop. & Calde.*

*Septuaginta*, Et vixir Seth poſtquam ipſe genuit Enos ſeptem annos & ſeptingentos, *ſic D. Ambroſius.*

*Arias*, Et vixit Seth poſtquam genuit Enos, ſeptem aonos, & octingentos *ſic Pagnin.*

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. VIII.*

*Vlg.* Et facti ſunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, & mortuus eſt.

*Sept.* Et facti ſunt omnes dies Seth, duodecim & nongenti anni.

*Pagnin.* Et fuerunt omnes dies Seth, duodecim anni & nongenti aoni.

## EXPOSITIO VERSVS VIII.

E*T facti ſunt dies illius nongentorum duorum annorum.* Forte inquires quænam cauſa fuerit tam longæuæ vitæ, non ſolum Seth, ſed aliorum qui ante diluuium vixerunt? variæ aſſignantur ratiooes, ſed præcipuas exiſtimo tum illorum ſobrietatem in victu & potu, qui ſimplex & naturalis erat; varietas enim & mixtura ciborum vitam hominis debilitaot maxime ac minuunt: tum etiam ob alimentorum præſtantiam ex nimia terræ feracitate, quæ poſt diluuium deterior facta eſt.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *In generationibus iuſtorum nihil fœmineum.*

54 V*Ixit Seth poſtquam genuit Enos octingentis ſeptem annis, & genuit filios & filias.* Nonne in generatione Cain nominatur, ſpeciatim aliqua mulier nempe Noëma? ergo cur in generatione Seth non nominatur aliqua, cum dignior eſſet memoriâ, tanquam genita à parente iuſto? nota fœminam deſignare aliquid infirmi: bene ergo in generatione Seth nulla nominatur, ſpeciatim mulier, quia inquit Strabus, *Iuſtorum eſt omnia viriliter agere,*
Strabus, *nihil fœmineum, nihil fragile vſurpare*, ita etiam D. Iſidorus Hiſpa.

### *Vita cum vtilis eſt, longiorem Deus tribuit.*

*Facti ſunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum.* Neſcio qua de cauſa ita prolixam concedat Deus vitam antiquis illis hominibus: nam nũc vitam vltra octuageſimum annum protrahere, labor & dolor, inquit Pſalmiſta. Nota quòd illi veteres plurium artium & ſcientiarum fuerunt inueotores, quas paruo tempore non poterant adinuenire: dicamus ergo aliquandu Deum vitam longiorem tribuere, cùm vtilitati hominum agnoſcit profuturam: ſic Dion. Carth. *Propter glorioſas vtilitates quas iugiter ſcrutabantur, id eſt Geometriam, & Aſtrologiam, Deus eis vitæ ſpatia amplius prolongauit, quæ nunquam ediſcere potuiſſent, niſi ſexcentis viuerent annis.* 55

Dion. Carth.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. IX.*

V*Vlg.* Vixit vero Enos nonaginta aoois, & genuit Cainam, *ſic Calde.*

*Septuagint.* Et vixit Enos annos centum nonaginta, & genuit Cainan.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

CVm Septuag. lectio ſemper contineat ſolitam mendoſitatem, quoad maiorem annorum numerum, ante natiuitatem filiorum certe non caſum redolet, ſed induſtriam, ideo breuiter aliam rationem ponam, à ſuperiori nimirum, quod qui primus deſcripſit verſionem Septuagint. exiſtimabat hos numeroſiſſimos annos quos ſacra ſcriptura memorat homines tunc vixiſſe, non eſſe ſolates, id eſt duodecim meoſium, ſed ſolum lunares, id eſt vnius menſis, ideo credens in centum annis lunaribus, ætatem gignendis filiis non fuiſſe habilem, alios centum multiplicauit, vt fides ei daretur, & ſic voluit credibiles reddere idoneatum generandæ prolis conueoientias ætatum, vt tamen numero non fraudaret vniuerſas ætates viuentium ſingulorum.

## EXPOSITIO VERSVS IX.

V*Ixit Enos nonaginta annis.* Sept. legunt centum nnnaginta, ſed de eorum diſcordia à codicibus Hebræis diximus.

*Et mortuus eſt.* Inquites, cur non ſolum in hac generatione Enns, ſed in antecedentibus & ſubſequentibus, dempto Ennch, hæc clauſula additur, & mortuus eſt? exiſtimn nppoſitam fuiſſe, vt maniſeſtè appareret Deum eſſe veraciſſimnm, qui dixerat, ſi comederitis, morte morìemini, dæmonem autem mendacem & falſiſſimum, qui impudenter aſſeruerat nequaquam mnriemini: cur autem Enoch ſicut alij, non deceſſit è vita, inferiùs aperiemus.

## VARIETAS VERSIONVM VERS. X.

V*Vlg.* Poſt cuius ntrum vixit nctingentis quindecim annis, & genuit filios & filias.

*Septuag.* Et vixit Enos poſtquam genuit Chainam, octingentis & quindecim annis.

*Arias*, Et vixit Enns poſtquam genuit ipſe Chenam quindecim annos & octoginta annos, *ſic Paguin.*

## VARIETAS VERSIONVM VERS. XI.

V*Vlg.* Facti ſunt nmnes dies Enos, nongenti quinque anni, & mnrtuus eſt, *ſic Septuag.*

*Arias*, Et fuerunt nmnes dies Enos quinque anni & nnngenti anni.

## VARIETAS VERSIONVM VERS. XII.

V*Vlg.* Vixit quoque Cainan Septuaginta annis, & genuit Malaleel.

*Septuagint.* Et vixit Cainan, Septuaginta centum annos & genuit Malaleel, *ſic D. Ambroſ.*

## VARIETAS VERSIONVM VERS. XIII.

V*Vlg.* Et vixit Cainan poſtquam genuit Malaleel octingentis quadraginta annis, genuitque filins & filias.

*Septuaginta*, Et vixit Cainan poſtquam genuit Malaleel, quadraginta & ſeptingentos annns.

## VARIETAS LECTIONVM VERS. XIV.

V*Vlg.* Facti ſunt nmnes dies Cainan, nnngenti decem anni, & mnrtuus eſt, *ſic Sept.*

*Arias*, Et fuerunt omnes dies Chenan decem anni & nongenti anni.

## VARIETAS LECTIONVM VERS. XV.

V*Vlg.* Vixit autem Malaleel ſexaginta quinque annis, & genuit Iared.

*Sept.* Et vixit Malaleel quinque & ſexaginta & centum annos.

## VARIETAS LECTIONVM VERS. XVI.

V*Vlg.* Vixit Malaleel poſtquam genuit Iared, nctingentis triginta annis, & genuit filins & filias.

*Sept.* Et vixit Malaleel poſtquam gennit Iared, annns triginta & ſeptingentns.

## VARIETAS LECTIONVM VERS. XVII.

V*Vlg.* & facti ſunt nmnes dies Malaleel octingenti nnnaginta quinq; anni, & mortuus eſt.

*Sept.* Et facti ſunt omnes dies Malaleel anni quinque, & nonaginta & octingenti.

## VARIETAS VERSIONVM VERS. XVIII.

V*Vlg.* Vixitque Iared cunctum ſexaginta duobus annis & genuit Henoch.

*Sept.* Et vixit Iared, duos & ſexaginta annos & centum, & genuit Henoch.

*Pagninus*, Et vixit Iared, duns & ſexaginta annos & centum annos.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

MIraberis quomodo ita ſunt concordes Septuag. interpretes cum Hebræo & Cald. in annorum numero Iared, cum genuit Enoch, cum antea ita fuerunt diſcordes: ſed deſioe mirati, quia cum ille qui eos deſcripſerit, centum ſexaginta duos annos lunares (vt ipſe tenebat eos eſſe qui in ſacro textu enumerantur) ſufficientes fuiſſe ad generationem exiſtimari, hinc eſt quod non iudicauerit eis alios addendos eſſe, vnde etiam poſt natum Enoch nihil detraxit.

## EXPOSITIO VERSVS XVIII.

V*Ixit Iared & genuit Enoch*, Non confundas Enos cum generoſiſſimo viro Enoch, qui in Hebræo dicitur Chanoch, Enos filius fuit Seth, Enoch autem Iared.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XIX.*

V*Vlg.* Et vixit Iared poſtquam genuit Enoch, octingentis annis, & genuit filios & filias.

*Pagni.*, Et vixit Iared poſtquam genuit Chanoch octingentos annos.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XX.*

V*Vlg.* Et facti ſunt omnes dies Iared, nongenti ſexaginta duo anni, & mortuus eſt.

*Arias.* Et fuerunt omnes dies Iared duo & ſexaginta anni, & nongenti anni.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXI.*

V*Vulg.* Porro Enoch vixit ſexaginta quinque annis, & genuit Mathuſalem.

*Sept.* Et vixit Enoch quinque & ſexaginta & centum annos, & genuit Mathuſalem.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXII.*

V*Vlg.* Ambulauit Enoch cum Deo, & vixit poſtquam genuit Mathuſalem trecentis annis, & genuit filios & filias.

*Septuag.* Enoch autem placuit Deo, poſtquam genuit Mathuſalem, &c. ducentos annos, &c.

*Caietan.* Et ambulauit Chanoch cum Iehoua.

*Calda.* Et ambulauit Enoch cum Dei timore, &c.

*Targum. Hieroſo.* Seruiuit Enoch in veritate coram Domino.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

A*Mbulare cum Deo*, Hebraiſmus eſt qui ſignificat conformiter ad voluntatem Dei viuere, & ideo varia lectio tum Septuaginta, tum aliorum inde orta eſt, quæ tamen conueniunt in probo Enoch viuendi modo.

## EXPOSITIO VERSVS XXII.

E*T ambulauit Enoch cum Deo*, Eſt phraſis Hebraica, qua eum religioſe vixiſſe & conformiter ad Dei voluntatem ſignificat, an autem hoc intelligi debeat ſolùm poſtquam Mathuſalem genuit, probabilius videtur ab ineunte ætate vſque ad illius terminum hoc intelligendum eſſe, cum bis cum Deo ambulaſſe dicat ſacer textus, ſic vt primum reſpiciat anteriorem vitam, vſque ad generationem Mathuſalem, incluſiuè, ſecundum verò quoad eius tranſlationem.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Coniugium non impedit quin perſeueremus in virtute.*

56 E*Noch vixit 65. annis & genuit Methuſalem*, Sep. Habent centum amplius & ilico ſubiungit Moyſes, *& ambulauit Enoch cum Deo*, ſiue vt habet Sep. placuit Enoch Deo, cur quæſo poſtquam per tot annos dixit genuiſſe, ſubiungit placuiſſe Deo? ad declarandum coniugium minime impedire, quin multo tempore in virtutum amore perſeuerentur: ſic D. Chryſ. hom. 21. *Neque paruo tempore in virtutum meditatione perſeuerauit, ſed vixit inquit annis ducentis, intellige ſecundum ſeptuaginta.* D.Chryſo.

### *Iuſtorum eſt maxima Deo cura.*

*Enoch vixit 65. annis*, Quid refert quæſo annos Enoch & aliorum agnoſcere: cum liberis & genera- 57

tioni operam dederint? ſufficiebat enim dixiſſe ad A vniuerſitatem hiſtoriæ Enoch genuit Mathuſalem, &c. ideo anni Enoch & aliorum huius genealogiæ recenſentur à Moyſe nõ ſuperflue, ſed vt indicet iuſtos maxime Deo curæ fuiſſe, ita Procop. *Ecce quanta diligentia notatum ſit tempus, quod præceſſit generationem liberorum, & quod deinde inſequutum eſt, quia tanta cura fouet iuſtos, vt etiam horum capillos in numerato teneat; nam oculi Dei ſunt ſuper iuſtos.* Procop.

### *Impij quaſi à Deo non curantur.*

58 *Vixit Enoch 65. annis, &c.* videmus in hac generatione Seth tam ante generationem filiorum ſuorum, quàm poſt eam annos computari, cum autem B in præcedenti capite Moyſes inſtituerit ſermonem de generatione Cain, annos quibus filij eius genuerint non recenſet, cur in iſta tempus vitæ eorum & anni non memorantur? vt ſignificet quod impij, quales erant in generatione Cain à Deo ſpecialiter non curantur: ita citatus Procop. *Caini ſoboles nominatur interdum, nec tamen tempus illorum vitæ traditur, haud enim ſcire expetit Deus vitam impiorum quibus in extremo die dicetur, amen, amen non noui vos.* Procop.

### *Perſeuerandum vſque in finem.*

59 *Vixit Enoch, &c. & ambulauit Enoch cum Deo,* Deinde iterum num. 24. dicitur *ambulauitque cum Deo*: cur bis idem repetitur? nonne ſufficiebat cum ſemel dictum eſt, Enoch cum Deo ambulaſſe, non ergo erat neceſſarium idem iterum repetiiſſe? aduerte quod cum 1. dicitur de Enoch, quod cum Deo ambulauit, hoc erat in initio vitæ: cum 2º quando refertur eius in cœlum raptus: non ſine ratione idem bis repetitum, ad declarandam nobis & docendam eius perſeuerantiam: ita Caietanus. *Ad explicandum quod ab ineunte ætate profecit in via Dei, &* Caietan. A *perſeuerauit proficiendo in ea ſemper.*

### *Perſeuerantia donum non omnibus commune.*

*Ambulauit Enoch cum Deo,* Non ſolum ſemel, vt diximus; ſed iterum repetit Moyſes cum Deo ambulaſſe, vt ſignificaret perſeuerantiam illius, ſed qua de cauſa hanc clauſulam in aliis non addidit, quia forte non omnes perſeuerauere, cum perſeuerantiæ donum paucis tribuatur, quod ſanctus Marcus eremita de lege ſpirituali num. 210. obſeruat dicens: *Operationem perſeuerantiæ conſiſtentem apprehendunt & amplectuntur vix è ſenibus, qui religioſi* B *habentur, & multa ornati operientia.* 60 D. Marc.

### *Non laudandus quiſquam niſi perſeuerans.*

*Ambulauit Enoch cum Deo,* Et vt perſeuerantiam eius laudaret diximus iterum addidiſſe & ambulauit cũ Deo? cur gemina laude extollitur Enoch, & præcipue cum rapiendus eſt in Paradiſum terreſtrem? ideo tunc laudatur, quia maxime quis laudandus, cum perſeuerat, accipe D. Ambroſ. ſerm. de confeſſ. Pontifice, *Lauda nauigantis fœlicitatem, ſed cum peruenerit ad portum: lauda ducis virtutem,* C *ſed tum perductus eſt ad triumphum.* 61 D. Ambro.

### *Virtus laudata creſcit.*

*Ambulauit Enoch cum Deo,* Cur hominis virtutem extollis, cum nondum mortem eius aperueris, & ſapiẽs aſſerat: lauda poſt mortem? ideo virtus extollitur, quia laudata creſcit: ita Gloſſa moral. in cap. 22. Ioſuæ, *Licet opera virtutis in principio non ſunt commendanda, propter dubium de perſeuerantia; quando tamen perſeuerantia manifeſtatur, vt in præſenti, debent commendari, quia virtus laudata creſcit.* 62 Gloſſa.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXIII.*

V*Vlg.* Et facti ſunt omnes dies Enoch trecenti ſexaginta quinque anni.

*Caldæus.* Et fuerunt omnes dies, Chanoch quinque, & ſexaginta anni & trecenti anni, *ſic Pagnin.*

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Semper Deo ſeruire debemus.*

63 F*Acti ſunt dies Enoch trecenti ſexaginta quinque anni,* Deinde additur: ambulauit cum Deo, cur trecentos annos & 65. memorat viſiſſe Enoch cum Deo? vt exemplo illius doceamur Deo ſemper obſequium præſtare: vnde D. Ephrem, tom. 2. paræn. 48. *Enoch trecentis annis placuit Deo, & nos in breui hoc vitæ tempore negligentes ſumus:* difficile quidem dices perſeuerare vſque in finem, optime: ſed Deo duce nihil non facile: ecce enim adiungit Chryſoſtom. Enoch eiuſdem naturæ cuius nos ſumus, & neque lex tradita erat, neque ſcripturæ docebant, neque aliud quiddam ad honeſtatis ſapientiæque ſtudium impellebat, domi ipſi natum eſt, & ex voluntate profectum quod Deo placuit, vt vſque hodie ſibi ſufficiat, ne vſque nunc mortis guſtum experiatur. D. Ephr.

### *Ex ſobrietate diuturna vita.*

*Facti ſunt omnes dies Enoch trecenti ſexaginta quinque anni,* Quomodo tam diuturna in illis primæ ætatis hominibus vita potuerit eſſe, cùm adeò breuem experiamur? an à bonitate complexionis ex parte principij intrinſeci, qua tunc temporis vigebant homines? ſed non mihi diſplicet, nec noſtro inſtituto, ratio ſobrietatis illorum: continentia enim in victu & potu vitam diuturnius conſeruat, ſic noſter Lyranus qui aſſignans rationes cur homines illius temporis ita diu viuerent, ait; *Secunda eſt ex modo viuendi, quia temperate viuebant:* vnde optime D. Baſil. hom. 1. de ieiunio ait, *Nauim oneris magnitudine grauatam, quamuis exiguus fluctus adoriens, demergit, contra quæ modicum ſarcinæ temperata eſt, facile ſuffert vndarum impetum, eo quod nulla res impediat, eam, quominus fluctum* 64 Lyran. D. Baſil.

*in altum ſurgentem ſuperet eundem ad modum & hominum corpora aſſidua expletione degrauata facile à morbis demerguntur*, quaſi diceret cauſa interitus eorum nimia corporum expletio, ſicut & vitæ parcitas.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXIV.*

V*lg.* Ambulauitque cum Deo, & noo appatuit, quia tulit eum Deus.

*Septuagint.* Et placuit Eooch Deo, & noo inueniebatur, quia traoſtulit eum Deus.

*Caldæus*, Et ambulauit Eooch in timore Dei, & non compatuit, oec etiam occidit eum Deus.

*Arias Montanus*, Et ambulauit Cheooch cum Deo, & oon ipſe, quia tulit eum Deus.

## *CONCORDIA VERSIONVM.*

IN Hebræo non legitur, & non apparuis, ſed intelligendum, & ideo noſter vulgatus expreſſit, Caldæus habet nec eum occidit Deus, vt nullus eſſet dubitandi locus adhuc io viuorum numero eſſe.

## EXPOSITIO VERSVS XXIV.

A*Mbulauitque cum Deo*, Id eſt pie & ſancte degebat, virtutis viam ſemper obſeruans, oec ab eius tramite deficiens.

*Et non apparuit*, Id eſt ab hominum ſocietate & præſentia repente ſublatus eſt: *quia tulit eum Deus*, exiſtimant Hebræi per mortem hoc factum fuiſſe, dicentes licet iuſtum, pronum tamen fuiſſe ad malum, & ideo ne malitia motaret intellectum eius, Deum è medio tuliſſe; tamen communis ſanctorum patrum authoritas eſt è viuis diſceſſiſſe; ſi enim mortuus fuiſſet, cui ſacra ſcriptura de eo ſicut de aliis non appoſuit hanc clauſulam, & mortous eſt? & D. Paulus ad Hebræos II. Eooch tranſlatus eſt oe videret mortem.

Sed dubitabis vbinam ſit? quamuis aliqui aſſerant raptum eſſe in cœlum, tamen tranſlatus fuit in Paradiſum terreſtrem, & nunc in eo permanet vſque ad nouiſſima tempora in quibus prædicaturus pœnitentiam ab Antichriſto ſeductis adueoiet, ſecundum illud Eccleſiaſt. 44. Enoch placuit Deo & tranſlatus eſt in Paradiſum, vt Deus gentibus pœnitentiam annuotiet; quid autem ouoc agat in Paradiſo, exiſtimo in altiſſima Dei contemplatione eſſe, quis autem ſit illius cibus, cur negabimus ex ligno vitæ, ſuam vitam conſeruare incolumem, oec morbo nec ſenectute deficientem?

Si autem inquitas, c· r Deus Enoch ſic tranſtulerit ooluerit que tunc è viuis diſcedere? exiſtimo præcipuam rationem fuiſſe, vt fidem faceret immortalitatis promiſſæ Adamo, qualis enim per tot aoootum curricula vſque ad extremom mundi tempus victurus eſt Enoch incolumis; talis Adam ſi Dei mandatis obtemperaſſet, omni tempore quo in terris vixiſſet, & vſque ad ſuam tranſlationem in vitam beatam, permanſiſſet.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Virtus ſuo præmio non fruſtratur.*

65 A*Mbulauit Enoch & non apparuit, quia tulit eum Dominus*, Viuentem tranſtuliſſe communis opinio tenet, io Paradiſum: cur transferret in hanc deliciarum ſedem? nota hunc locum quoad ſtudioſè vixit Adam, illi deſtinatum fuiſſe; ideo hic locus Enoch ſtatuitur vt virtuti præmium largiretur, ſic

D.Chryſo. D. Chryſoſt. hom. 21. *Vidiſti bonitatem Domini, quomodo inuentum virum qui virtutem operatus eſt, non fraudauit dignitate, quam primogena homini ante mandati tranſgreſſionem largitus erat, docens nos quod & illum niſi dæmonis deceptionem pluris feciſſet, quam traditum mandatum, eodem vel maiori honore dignatus fuiſſet.*

### *Virtuti deditos honorat Deus maximis conſolationibus.*

66 *Ambulauit cum Deo & non apparuit, quia tulit eum Dominus*, Cur quæſo eum tranſtulit? nota quod cum Abel iuſtitiæ fructus immaturus adhuc radicitùs abſciſſus eſſet, ſine dubio triſtitia virtutis amatores maxima affici potuiſſent, noo viderent virtutem remuneratam: Enoch ergo hoc honore digna-

A tur, & virtutum cultores maxime conſolaretur: ſic Diuus Theod. quæſt. 45. in Geneſ. *Ego puto Deum omnium hoc feciſſe ad conſolandos virtutis athletas, cum enim Abel abſciſſus eſſet, nullaque reſurrectionis ſpes tunc homines cõſolaretur, tranſtulit omnium Deus ipſum Enoch, ſibi gratiſſimum, eumque ſemouit à mortalium vita, vt quicumque pie viuere ſtatuerit, animaduertat quanto in honore habendus ſit, quum Deus omnium qui iuſtus eſt, & iuſte gubernat vniuerſa, Enoch honore proſequutus ſit.* D.Theod.

### *Si non peccatum fuiſſet, nec mors.*

B *Ambulauit Enoch cum Deo, & non apparuit quia tulit eum Dominus*, Propter excellentiam ſuæ virtutis aſſumptus fuit à Deo & poſitus in Paradiſo terreſtri, vbi & Helias poſitus, & inde exituri ad prædicandum contra perfidiam Antichriſti; ſed qua de cauſa vult eum tanto tempore degere? nonne mortuum potuit ſuſcitare in fine mundi, ad prædicandum contra perfidiam Antichriſti? optima eſt reſponſio Alcuini dicentis, *Enoch tanto tempore abſoluitur à morte, in quo oſtenditur quia homo ſemper viueret, ſi non peccaſſet.* 67

Alcuinus.

*Mortis conſideratio remedium contra peccatum.*

68 *Ambulauit Enoch, &c. & non apparuit quia tulit enim Dominus,* Si tanto amore eum Deus proſequebatur, cur cum tanto tempore eum incolumem ſeruans poſtea ſine diſſolutione ad vitam immortalem non transfert? ideo non immortalem vitam conceſſit, ne alij cum nunquam mortuum ſcientes, priuilegium etiam expectarent, & ſic mortis metu ſublato in peccata laberentur: ſic D. Chryſoſt. homil. 21. *Vides ſapientiam Domini, non immortalitatem largitus eſt, vt peccandi metum eneruaret, ſed morti in humanum genus ius reliquit.* D.Chryſ.

*Mors differtur, non auſertur.*

69 *Ambulauit Enoch, & non apparuit quia tulit eum Dominus,* Mortem eius non legimus, an non ſubibit legem mortis ſtatutam à Deo? certe aliquis magus Menander Samaritanus dicet, mortem eum non reſpicere ſicut nec ſuos: ſed hæreticum eſt illud dogma, mors autem Enoch differtur non auſertur: ſic Tertul. lib. de anima cap. 50. *Translatus eſt Enoch & Elias, nec mors eorum reperta eſt, dilata ſcilicet, cæterum morituri reſeruamur, vt Antichriſtum ſanguine ſuo extinguant.* Tertull.

*Deus ſuos ad dignitatem & honores non vult erigi.*

70 *Ambulauitque cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus.* Quid ſignificat iſtud, *non apparuit?* exprimunt Sept. reponentes & placuit Deo Enoch, & non inueniebatur, quia tranſtulit eum Dominus, expende id, *& non inueniebatur*, ex vi verbi inuenio, indicat rem prius quæſitam, ergo dum Enoch non inueniebatur, ab alijs procul dubio quærebatur, & ad quid rogo, quærebatur? ſane ab vniuerſo hominum cœtu, eum ſibi in Regem & ſummum Imperatorem ob vitæ probitatem, & eximia merita ſibi deligente, vti his verbis affirmat Genebr. lib. 1. Chronol. *Non apparuit vtique tanquam requiſitus ad ſupremum officium*; iam vero cur homo egregiæ ſanctitatis tranſlatus eſt à Deo, ne princeps crearetur, & ad regiam eueheretur dignitatem? reſpondet Paulus ad Hebr. 11. ante tranſlationem habuit teſtimonium placuiſſe Deo, ac ſi diceret, tranſtulit eum, & ab hominum manibus purpuram illi iniicientium extorſit, quia illi vnice charus erat: ita ibi Chryſoſt. aiens, *Quomodo fide translatus fuit Enoch? quoniam translationis cauſa fuit quod Deo placuerit*: en quomodo Deus eos quos diligit, aliquando non ſinit ad dignitates & titulos honoris euehi. Genebr. D.Chryſo. in dicta Ep. ad Heb. 11

*Dignitates & honores ſæpiſſime periculoſi, & nocui.*

71 *Ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus.* Diximus in præced. conceptu non apparuiſſe, vel non inuentum, licet ad regiam dignitatem quæreretur, quia Deus eum tranſtulit in paradiſum terreſtrem, vel alium locum amœnum, ne hunc honorem ſuſciperet: ſed qua ratione optimus Deus, atque integerrimus iudex hominem ſibi vnice dilectum, & regios honores propter virtutem omnino merentem, non ſolum beneuolentia, ſed iuris etiam & iuſtitiæ ratione ductus, regni ſplendore priuauit? vis noſſe? audi Salomonem pleniſſime huic interrogationi ſatisfacientem Sapient. 4. vbi

A cum de Enoch (vt explicant Ambroſ. oratio. de obitu Satyri, Bernard. ſerm. 3. de aſcen.) dixiſſet, *Placens Deo factus eſt dilectus, & viuens inter peccatores translatus eſt*, rationem ſubiicit, *raptus eſt ne mutaret malitia intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius: faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum ſine malitia*, audis cauſam? ne videlicet qui in priuata vita integer & rectus ambulauit cum Deo, princeps factus corrumperetur, & à Dei obſequio diſcederet. D. Ambro. D. Bern. Sap. 4.

B *Non ſolum cœlibes, ſed etiam coniugati vitam æternam conſequentur.*

*Ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus.* Non ſolum Enoch tranſlatus fuit, ſed etiam Elias: cur ex diuerſis ſtatibus nempe coniugatorum & cœlibum transferuntur, non autem vterque vel ex coniugatis, vel cœlibus? vt denoteur quod non ſolum cœlibes, ſed etiam coniugati vitam æternam conſequentur. *Audi* (inquit Oleaſt.) *ad quem perfectionis gradum aſcendere poſſit homo coniugatus, vt Dominus eum è medio tollat, & apud* C *ſe condat: duos in veteri teſtamento homines ſic ſublatos legimus, quorum prior eſt ſcilicet iſte Enoch coniugatus fuit, alter vero ſcilicet Elias cœlibem duxiſſe vitam creditur, vt in duobus nobis adumbraret coniugatos & cœlibes ſaluandos à Domino eſſe; ſi ergo vt Paulus ait, ſis coniugatus, non ſit tibi cura, neque putes te in eo ſtatu non poſſe ſaluari, ambula cum Deo, fac quod vult ipſe, ſequere eum, & ſaluus eris.* 72 Oleaſt.

*Contemplationem præcedant bona opera,*

*Ambulauit cum Deo, & non apparuit.* Per illam non apparitionem, cõtemplationem inteſiſſimam aliqui intelligunt, qua extra ſe raptus fuit: ſed ad D quid prius appoſuit, ambulauit cum Deo, quam non apparuit? quia operum bonorum ſedula exercitatio contemplationem præcedat neceſſe eſt, quin etiam illam præ omnibus concupiſcit D. Bern. ſerm. 46. in Cant. dicens: *Vtinam mihi detur pax, bonitas, gaudium in ſpiritu ſancto, miſereri in hilaritate, tribuere in ſimplicitate, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, & his contentus ero, cætera ſanctis Apoſtolis, viriſque Apoſtolicis relinquo.* 73 D.Bern.

*Virtus rara.*

E *Ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus,* Sept. habent, non inueniebatur Cald. & non comparuit, nonne ſufficiebat dixiſſe: tulit eum Dominus? certum eſt enim ſi eum tulit, quod non inueniebatur nec comparebat: Phil. Hebr. per hominem tranſlatum intelligit hominem virtuti deditum: reſpondet ergo bene dictum non inueniri, non comparere: *Quia* (inquit) *qui ad potiorem ordinem, non facile inuenitur, quia vitium ſuapte natura late patet, ideo vulgo notiſſimum, virtus autem rara eſt, vt vix paucis contingat.* 74 Phil.Hebr.

*Vera diuitiæ, virtutis poſſeſſio.*

F *Ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tranſtulit eum Deus.* Tranſtulit ſcilicet in melius, nempe in eruditionem ex ignorantia, in prudentiam ex imprudentia, in fortitudinem ex timiditate, &c. ſed inquiro, ſi hæc mutatio fuit in melius, cum opes exiſtimentur optimæ, cur nõ adduntur diuitiæ, principatus, &c. reſpondet Philo Iud. *Huic mutationi non opes, non regnum, non imperiũ conferendum eſt, nam* 75 Phil. lib de Abraham.

*ſi verum fateri volumus, diuitiæ non illæ cæcæ, ſed acute cernentes ſunt virtutum poſſeſſio, quæ cùm ſit vera & legitima, longe præſentior cenſenda eſt quam iſti adulterini, & falſe nominati principatus.*

*Virtus vitio contraria: nam hoc ab omnibus cognoſci, illa autem celari exoptat.*

76 *Ambulauit cum Deo, &c. non eſt inuentus, quia tulit eum Dominus.* Cum Enoch virtuti deditus fuerit, cur de eo dictum, non apparuit, cum id quod ſtudioſum habet ſe reſpectu fulgentiſſimæ lucis? quia virtuti ſtudentes vel ſunt rari, vel abhorrent omnibus apparere: quod optime confirmat Philo lib. de Abrah. *Vir improbus per fora, theatra, tribunalia, curias, conciones, omneſque cœtus, atque ſodalitates hominum curſitat, è diuerſo probus quietæ vitæ amator, ſeceſſum & ſolitudinem diligit, latere ignotus cupiens, non ſocietatis humanæ odio (eſt nempe enim primis amans hominum) ſed quia fugitat vitia, quibus vulgus delectatur: quapropter incluſus domi ſe plerumque continet, vix vnquam limen tranſcendens, quamobrem dictum eſt quod tranſlatus non inueniebatur, videlicet veſtigatu & inuentu haud facilis.* Phil. Heb.

*Qui in Deo ſperat, non videtur degere in terris.*

77 *Ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus.* Diximus hunc Enoch hominem dici, hominem autem ſperantem in Deum: dubium poteſt formari, cur de hoc homine ſperante in Deum dicitur, quod non apparuit, quod fuit tranſlatus? quia qui in Deo ſpem ſuam collocat, non videtur degere in terris: ſic D. Ambroſ. lib. 1. de Iſaac & anima cap. 1. *Non videtur homo niſi is qui in Deum ſperat, qui autem ſperat in Deum, placet Deo, mutatur in melius, nec videtur degere in terris, ſed quaſi tranſlatus adhærere Deo, ideo de Enoch dicitur, quod non eſt inuentus, quia tranſtulit eum Deus.* D. Ambr.

*Ad confirmandam fidem, mirabilia à Deo perpetrantur.*

78 *Ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus.* Nempe in paradiſum terreſtrem, ſic Eccl. 44. Enoch placuit Deo, & tranſlatus eſt in paradiſum, & ad Hebr. 11. dicitur Enoch fide tranſlatus eſt, ne videret mortem, & non inueniebatur, quia tranſtulit eum Deus: ſed qua de cauſa, quæſo, eum ſic tranſtulit præter ordinem rerum? ſcio quod iudicia Dei non ſunt temere aut præſumptuoſe diſcutienda, ſed potius veneranda & metuenda, tamen cum omni humilitate aliqua ratio aſſignanda noſtro inſtituto accommodata: nota reſeruaſſe eum in vltimum diem, cum fides maxime periclitabitur, dicemus ergo ideo hoc mirabile operatum, nempe viuum Enoch in paradiſum tranſtuliſſe, confirmandæ fidei gratia in vltimis temporibus: ſic Thomas, qui loquens etiam de Elia, ait, *Secundum teſtimonium Chriſti, & Malachiæ Prophetæ, Elias fuit reſeruatus vt in fine ſæculi filios Iſrael conuerteret, item ad confirmandam fidem, & grandem æſtimationem magnalium illius temporis vltimi.* ad Heb. 11. Thom. Angl.

*Si credimus Deum, credamus & remunerationem.*

79 *Ambulauit cum Deo.* Quomodo voluit cum Deo ambulare, cum ea quæ facta fuerant in Abelem poterant eum auertere à Dei cultu, cum poſſet dicere præſciuit Deus quod eſſet periturus, & tamen non impediuit, ipſum mortuum non eſt vltus, quis ergo eſt vſus laborum & periculorum? Abel cum honorauit, & ei opem non tulit: ei enim qui exceſſit quid profuit ſupplicium quo damnatus fuit frater? ponamus eum graues dediſſe pœnas, quid ad eum qui eſt de medio ſublatus? cur ergo cum Deo ambulat Enoch, tantam fidem habens, vt dicat de eo Apoſtolus ad Hebr. 11. fide Enoch tranſlatus eſt ne videret mortem? quia cum Deum crediderit, quamuis iam quæ à nobis obiecta ſunt, diuertere potuiſſent, neceſſe fuit etiam credere remuneratorem, & ideo libentiſſime eum coluit: ſic D. Chryſoſt. homil. 22. ad Hebr. *Nihil tale dixit, nec cogitauit, nempe quis eſt vſus laborum? ſed his omnibus prætermiſſis cognouit quod ſi eſt Deus, plane eſt etiam remunerator.* D. Chryſ.

*Fide Deo placemus.*

*Ambulauit cum Deo.* Siue vt habent Sept. placuit Enoch Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus, de hac tranſlatione loquens D. Paulus citatus, ait, fide Enoch tranſlatus: ſed quomodo fuit fide tranſlatus? quoniam tranſlationis cauſa fuit quod Deo placuit; quòd autem Deo placuerit cauſa fuit fides; nam ſi neſciuiſſet quod accepturus eſſet remunerationem, quomodo Deo placuiſſet? ſine fide autem impoſſibile eſt placere Deo, quomodo autem fit vt Deo placeat? reſpondet D. Chryſoſt. citatus: *Credere oportet ad Deum accedentem, quod eſt, non quid eſt, ſed quod eſt; opus enim Abel fide, & non rationibus quod ſit, fieri non poteſt quod comprehendatur ratione, ſi quid ſit, & quod remunerator, fide opus habet, & non rationibus,* quaſi diceret, Deo ex fide placemus, quæ rationibus non debet fulciri. 80 D. Chryſ.

*Fides oppugnata magis elucet.*

*Ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus.* De quo loquens D. Paulus, ait, Enoch fide tranſlatus eſt, quomodo, inter tot impios eius fides perſeuerare potuit? non eſt dubium virum cum Deo ambulantem plures perſecutiones toleraſſe à ſceleratis huius temporis hominibus, quomodo igitur fides eius non defecit? quia fides oppugnata magis elucet, & perſecutione incrementa maiora ſumit: ita D. Amb. ſer. 1. *Sicut granum ſinapis prima fronte, ſpecie ſui eſt paruum, vile, deſpectum, non ſaporem præſtans, non odorem circumferens, non indicans ſuauitatem: at vbi teri cæperit, ſtatim odorem ſuum acrimoniæ exhibet, cibum flammei ſaporis exhalat, & tanto feruoris calore ſuccenditur, vt mirum ſit in tam friuolis granis tantum ignem fuiſſe concluſum: ita & fides prima fronte videtur eſſe parua, vilis, tenuis, non oſtendens potentiam ſuam; at vbi diuerſis tentationibus teri cæperit, ſtatim vigorem ſuum prodit, acrimoniam indicat, calorem dominicæ credulitatis aſpirat, & tanto diuini ignis ardore iactatur, vt & ipſa ferueat, & participantem ſibi ardere compellat.* 81 D. Ambr.

*Fides in omnibus reperitur neceſſaria.*

*Ambulauit cum Deo, & non apparuit.* Cuius rationem reddens Paulus ait, fide Enoch tranſlatus eſt, ne videret mortem, &c. itane fides eſt neceſſaria, vt quis non videat mortem? vt transferatur à Deo? vt ante tranſlationem ei placeat? ita neceſſaria eſt in his quæ diximus, vt etiam in aliis omnibus ſine fide nihil poſſit perfici: ita D. Cyril. Hieroſol. Cathec. 5. *Nec apud nos tantū qui fideles appellantur, magnum* 82 D. Cyrill.

*quid fides eſt, verum etiam omnia quacunque in mundo geruntur, & qua ab his qui ſunt extra Eccleſiam peraguntur in fide conſiſtunt, fide ſunt leges nuptiales, qua diuerſos in idem copulant, & homo alienus per eam qua eſt in contractibus ſponſalitiis fidem, corporum & pecuniarum particeps efficitur: fide etiam conſiſtit agricultura, niſi enim crederet vſumfructum ſe percepturum, non ſuſtineret eos labores: fideles & hi qui nauigant in mari, exiguo enim ligno credentes, inſtabilem fluctuum agitationem leniſſimi elementi pro terra commutant, & incerta ſpei ſeſe exponunt, & omni anchora tutiorem circumferunt fidem: per fidem itaque pleraque omnia conſiſtunt humana negotia, idque non tantum apud nos ſic creditur, verumetiam apud eos qui ſunt extra, quamuis enim non recipiant ſcripturas, ſed ſuas quaſdam proferant ordinationes, fide etiam illa recipiunt.*

*Fides praponenda operibus miſericordia ſine fide.*

83 *Ambulauit cum Deo, & non apparuit,* Nam fide inquit D. Paulus tranſlatus eſt, ne videret mortem, cur non ait Paulus: miſericordia tranſlatus eſt ne videret mortem? nonne miſericordia omnes virtutes ſuperat, cum promittatur regnum cœlorũ, imo de facto detur his qui operibus miſericordiæ vacauerunt? dico tamen fidem antecedere miſericordiam illius qui fide caret, & ideo magis eſt laudanda fides vt ſic, quàm miſericordiæ opus, ſic ſanctus Paulinus (D.Paulin.) Epiſt. 4. ad Seuerum, vbi loquens de Iuda præferente opus miſericordiæ ipſi fidei, & de reprehenſione ei à Chriſto Domino facta, ait: *Fœminam pie prodigam Dominus bonum in ſe opus teſtatur operatam, docens egentium curam eſſe poſthabendam, ſed ſibi tantum, vt in eo oſtenderet, vt corde peruerſo fides miſericordiam, nempe Iudas pratuliſſet cum fomes operum fides ſit,* & D. Ambr. lib. 6. in Luc cap. 7. (D. Ambr.) *miſericordia fidem pratulit, nempe Chriſtus Dominus qua tunc habet meritum ſi fide pracedente conferatur.*

*Fide tantum poſſumus quantum credimus.*

84 *Ambulauit cum Deo, & non apparuit,* Quia vt diximus ex Paulo, fide Enoch tranſlatus eſt ne videret mortem: tranſlationis huius rationem ſcio eſſe, quia placuit Deo: ſed nonne poſſumus dicere fuiſſe tranſlatum ex fide quia etiam credidit ſe poſſe transferri? non renuo quia tantum poſſumus conſequi (D. Cypr.) quantum credimus: ſic D. Cypr. lib. 3. ad Quirinum (Matth. 14.) cap. 1. *Fidem in totũ prodeſſe habemus ex Matt. 14. ſi habueritis fidem quaſi granũ ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc illo, & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis: item iuxta Marcum,* (Marc. 11.) *omnia quacunque oratis & petitis credite quia accipietis & erunt vobis, item illic omnia poſſibilia credenti apud* (Abac. 2.) *Abacuc, iuſtus autem ex fide mea viuit, ita in Daniele* (Dan. 3.) *Ananias, Azarias, Miſael credentes Deo liberati ſunt de flamma ignis.*

*Iuſtus ſecurus ab aduerſariis.*

85 *Ambulauit cum Deo & non inuentus, quia tulit eum Dominus,* 70. habent quia tranſtulit eũ Dominus, quid eſt nõ inueniri quia cum tranſtulit Dominus? nonne Enoch iuſtus? optime dicitur non inuentus, quia iuſtus à Deo tranſlatus nihil habet timendũ ab hoſtibus, quia ab eis minime inuenietur: ſic D. (D.Hieron.) Hier. Epiſt. ad Galat. cap. 1. *Verbum tranſlationis in Geneſi 1. legimus vbi Enoch tranſtulit Deus, & non inueniebatur, & poſtea 3. Reg. cap. 21. quãdo Achab à cultu Dei ad idolorum venerationem tranſtulit vxor ſua Ieſabel, ſed cum vtraque ſit tranſlatio, illa Dei eſt, hac diaboli, qui transfertur à Deo, non inuenitur ab inimicis ſuis, nec ei poteſt inſidiator obrepere; hoc quippe ſignificare exiſtimo, & non inueniebatur; qui verò tranſfertur à diabolo, in hoc transfertur quod videtur eſſe, ſed non eſt.*

*Iuſtus Dei imitator debet eſſe.*

86 *Ambulauit cum Deo & non eſt inuentus quia tulit eum Dominus,* Cur vſus eſt hac phraſi, ambulauit cum Deo? nam Deus non ambulat, non ergo poteſt cum eo ambulare? nota; qui cum alio ambulat cũ videtur imitari: recte igitur dicitur de Enoch cũ Deo ambulauit, quia qui iuſtus eſt Deũ, imitatur; ſic fere D. Hier. in cap. 6. Micheæ ſuper illa verba ſollicitũ (D.Hieron.) ambulare cum Deo ſuo, ait, *Ambulare cũ Deo non eſt pramiũ ſed praceptum, pracipitur nobis vt praparati ſimus ambulare cum Domino Deo noſtro, nulla hora dormire, nullo tempore ſecuri eſſe debemus, ſed ſemper expectare patremfamilias venientem & diem formidare iudicij, & in nocte huius ſaculi dicere, ego dormio & cor meũ vigilat: quinta additio habet, agere ſolicite & hanc habere curam, vt ambules cum Deo tuo: qui enim dicit ſe in Deo credere, ſic debet ambulare quomodo & ille ambulauit, & Paulus 1. Corinth. 4. imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti,* Collige ergo quod ambulare cum Deo idem eſt atque Deum imitari. (1. Cor. 4.)

*Iuſtus inter impios magis lucet.*

87 *Ambulauit cum Deo, & non eſt inuentus,* Cum tot impij tunc temporis vigerent, quomodo tantam virtutem adeptus eſt, vt mereretur transferri in Paradiſum terreſtrem, & à morte liberari? quomodo ſceleratorum hominum ſocietas pietatem eius non obſcurauit? ſine dubio quia iuſtus inter malos magis lucet, & aliquando maiora præmia conſequitur, vide D. Ambr. lib. de Arca & Noë ait, *Hominem iuſtum non obumbrat aliorum offenſio.* (D. Ambro.)

*Iuſtus ſemper proficit in melius.*

88 *Ambulauit cum Deo,* Nonne antea iam dictum fuerat cũ Deo ambulaſſe? cur igitur idem repetit, id enim ſuperfluum videtur? imo cum ratione dictum eſt iterum cum Deo ambulaſſe Enoch, & tranſlatum eſſe, vt ſignificaretur quod iuſtus ſemper proficit in melius: ita D. Baſil. Magnus in cap. 5. Iſaiæ, (D. Baſil.) *Iuſtus tanquam lignum plantatum ſecus decurſus aquarum, aſſiduo defluxu vita irrigatur,* adde quo maius in virtutibus incrementum ſuſcipit.

*Summam perfectionem attigit, qui & Deo familiaris eſt, & hominibus ſalutaris.*

89 *Ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus.* Ad eam familiaritatem peruenit cum Deo, vt ab eo raperetur, & in iſto raptu vſque nũc viuus perſeueret: quid perfectius? an aliquid ſublimius vel dici vel poteſt excogitari? ita ſane, nempe qui & Deo familiaris eſt, & hominibus ſalutaris: ita familiariſſimis præfertur vnus S. Baſilius à Diuo Nazianzeno, (Nazianz.) quod præterea quæ ad diuinam pertinent familiaritatem, pro hominum ſalute deſudabat in arena: ſic autem ait orat. 20. *Enoch tranſlatus eſt, exigua pietatis pramium (fides enim adhuc in vmbris erat) hac tranſlatione conſecutus, vitaque ſequentis periculum effugit: huius autem vita omnis, nihil aliud eſt quàm tranſlatio, quippe qui perfecte in vita probatus, & exploratus fuerit.*

*Iuſto*

### *Iuſto quædam communicantur quæ aliis non conceduntur.*

90 *Ambulauit cum Deo, & non eſt inuentus quia tulit eum Dominus.* Cur inter tot Patriarchas, ante diluuium ſolus iuſtus non fuerit Enoch, Seth enim in iuſtitia claruit & alij aliqui, quomodo ſolus hanc mercedem cōſequitur, vt morte non interueniente in Paradiſum deliciis aſſl ienrem transferatur? quia iuſto alicui quædam communicantur, quæ aliis denegantur: Laur. Iuſt. ita D. Laurent. Iuſtini. lib. de inſtit. & regim. prælatorum cap. 11. qui loquens de anima quæ ſpiritu operante ad Deum contemplandum admittitur, vbi quibuſdam omnipotentiæ, ſapientiæ, bonitatis, æternitatis, maieſtatis & gloriæ illius irradiatur ſplendoribus, ſubdit: *In his itaque mens ſupra eleuata, & plusquam dici poſſit intellecta in nuptialem cæleſtis ſponſi introducitur thalamum, ibique qualia quantaue ab ipſo ſponſo percipiat, nouit ipſa, quæ experitur, informatur vtique tunc de quibuſdam pro ſe, in ſe, de nonnullis verò eruditur pro aliis, quædam etenim communicantur illi, cæteris minime communicanda, ſicut Apoſtolus de ſe* 2. Cor. 12. *inquit audiſſe verba quæ non licebat homini loqui, Propheta quoque quum multa vaticinando dixiſſet, nonnulla in ſemetipſo ſilentio tegens ait, ſecretum meum mihi, nequaquam prorſus dubitandum eſt plura occulta myſteria, quædamque ſecreta cæleſtia ſanctis viris propalari per ſpiritum, quæ profectò illis manifeſtari non licet, quoniam vel ad inſtructionem ſolummodò ipſorum, vel in ſignum teſtimoniumque ſingularis innoteſcunt dilectionis.*

### *Iuſti ſecundum merita compenſantur.*

91 *Ambulauit cum Deo, & non inuentus eſt, quia tulit eum Dominus.* Maximum quidem præmium in Paradiſum transferri, ſed quomodo non legimus & cur memoriæ non prodidit Moyſes illum fuiſſe prædiuitem, ciuitates ædificaſſe, cùm hoc impio Cain conceſſum fuerit? aduerte quod ait Moyſes quod ambulauit cum Deo, id eſt merita virtutibus ſtabilita habuit; rectè igitur de eo non dicitur quod ciuitates conſtruxerit, quod diuitiis abundauerit, ſed quod tranſlatus fuerit in Paradiſum, quia ſecundum merita iuſtorum, non quodlibet præmium eis, ſed omne temporale excedens tribuitur: ita D. Laurent. Laur. Iuſt. Iuſtinianus de caſto connubio verbi & animæ, c. 4. *Peccatoribus quidem & huius ſeculi incolis temporalium reddit pro labore mercedem quam appetunt, quam quærunt, & tamquam alieni à Deo, & à ſanctorum hæreditate extranei; iuſtis autem atque vere peregrinantibus aliter merita compenſantur, ipſis nempe temporalis ſubripitur ſucceſſus, terrenis ſpoliatur opibus, interdum etiam diuturnis aſperiſque atteruntur flagellis, vt tantò maiora percipiant in cælis, quantò grauiora in terra receperint, quibus enim æterna donantur, meritò tranſitoria negantur.*

### *Vitæ alterius quàm præſentis, voluit Deus nos ſpem habere.*

92 *Ambulauit cum Deo & non eſt inuentus quia tulit eum Dominus.* Nonne ſententiam mortis in primum hominem tuleras? cur ergo eam differs exequi in filium ſuum Enoch? ideo eam differt, & quaſi immortalem cōſtituit, vt alterius vitæ quàm præſentis ſpem inducat: D. Thom. ſic D. Thom. in Ep. ad Heb cap 11. *Ideo data ſententia mortis voluit Dominus ducere hominem in ſpem vitæ, quod fecit in primo quidem ſtatu naturæ, euadendi neceſſitatem mortis ſpem dedit in Enoch, in lege, in Helia, in tempore gratiæ, in Chriſto, alij tamen morientur, Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur.*

### *Iuſtus in rebus ſecularibus non inuenitur.*

93 *Ambulauit cum Deo, & non apparuit quia tulit eum Dominus.* Orig. ho. 27. in Num. transfert & non Orig. inueniebatur, quia tranſtulerat eum Deus, exponens hoc de iuſto, quomodo non inuenietur cum in hoc ſæculo adhuc degat? reſpondet Orig. citat. *Etſi videatur eſſe adhuc in ſæculo, qui huiuſmodi eſt, in carne habitare, tamen non inuenietur, in quo non inuenitur, in nullo actu ſæculari, in nulla re carnali, nullo colloquio vanitatis inuenitur.*

### *Nihil curioſe inquirendum, ſed deuote.*

94 *Ambulauit cum Deo & non apparuit quia tulit eum Dominus.* Cur non patefecit Moyſes quem in locum tranſtulerit Deus? nam cum illud ignoremus, dubij forte de illius veritate erimus, tibi deuote credendum quod à Moyſe refertur, & nihil amplius curioſè inueſtigandum: ita D. Chryſoſt. hom. 22. D. Chryſ. *Si quis curioſius rogare velit & dicere, & quò ipſum tranſtulit, & num vſque ad præſens vixerit? diſcat non conuenire humanis mentibus curioſius ea quæ à Deo fiunt explorare, ſed credere his quæ dicuntur.*

### *Deus ex ſe mortem noluit.*

95 *Ambulauit cum Deo, & non apparuit quia tulit eum Dominus.* Cur de eo non dicitur, quod fuerit mortuus ſicut de aliis ſubiungitur? dices quia viuentem tranſtulit eum Dominus, ſed cur ſecundum leges naturæ non moritur, ſed viuus reſeruatur vſque in finem ſæculi? nota Enoch maximè iuſtum, mortem autem ex peccato; rectè igitur alij moriuntur, non autem ipſe Enoch qui in virtute perſeuerauit, vt agnoſcamus Deum per ſe auctorem non fuiſſe mortis, cùm ab ea iuſtus præſeruetur, ſed à peccato originem duxiſſe: ita citatus D. Chryſoſt. D. Chryſo. *Quia inuenit aliquem qui potuit peccatum renouare, monſtrando reipſa quia non volens mortem humano generi inuehere, propter mandati tranſgreſſionem, eum qui mandatum acceperat, condemnauerit, nunc viuentem illum transfert.*

### *Fælicitas quam potuimus habere, acerbiorem reddit calamitatem.*

96 *Ambulauit cum Deo & non apparuit, quia tulit eum Dominus.* Quem in locum tranſtulit Siracides, Eccl. 44. Eccl. 44. placuit Deo, & tranſlatus eſt in Paradiſum, cur quæſo vnus in tanta morientium multitudine tanquam immortalis conſeruatur? ideo voluit hominibus proponere hoc exemplar fœlicitatis, vt dum recordarentur ſe tales futuros, ſi non peccaſſent in primo parente, maiori dolore angerentur: ita Diuus Auguſt. lib. 1. cap. 3. mirab. ſacræ ſcript. Auctor. de Mira. ſacræ ſcri. l. 1. c. 3. *Enoch ſine morte per totum pœne ſæculi tempus remotus ab hominum conuerſatione cuſtodiuit, vt in eo qualiter homines ſi non peccarent, generata prole commutarentur in vitam ſpiritualem ſine morte, oſtenderetur:* Quaſi diceret, vt ſic amiſſæ immortalitatis recordatio præſentem mortis pœnam multò amariorem efficeret.

### *Ex præſentia Dei quaſi immortalitas.*

97 *Ambulauit cum Deo & nō apparuit, quia tulit eum Dominus.* Ambulare cum Deo eſt in eius præſentia

Iſa. 38. viuere, vnde Ezechias apud Eſai. 38. ſein Dei præſentia vixiſſe teſtatur diceos, memento quæſo quomodo ambulauerim coram te, quid eſt ooo apparuit? Caldæ. transfert, non mori fecit eum Deus, ſenſus ergo erit quia in præſentia Dei vixit, non ſolum vitæ diuturnitatem, ſed ipſam quodammodo immortalitatem aſſequutus eſt.

*Pœnitentia ita delet peccatum, vt nihil remaneat.*

98 *Non apparuit quia tulit eum Dominus*, Philo Heb. lib. de Abraham tenet tranſlationem huius Enoch ſymbolum eſſe pœnitentiæ, quia hæc tranſlatio conuerſionem & mutationem ſignificat, fit autem in melius quod proprium eſt pœnitentiæ, ſed cur de Enoch qui pœnitentem deſignat, dicitur noo apparuit vel non eſt inuentus? quia peccata per pœnitentiam ita delentur, vt omoino non inueniantur: ſic citatus author, *rectè dicitur de translato non eſt inuentus, eo quod prior vita culpabilis euanuerat, vt non inueniretur amplius ac ſi non fuiſſet antea.*

*Poſt pœnitentiam requies.*

99 *Ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tranſtulit eum Dominus.* Deinde ſermonem inſtituit de Enoch, & vocauit nomen eius Noë, reperiturne aliquod myſterium in his duobus nominibus quorum vnum præcedit oempe Enoch, alterum ſubſequitur nempe Noë? nota per Enoch pœoitentiam ſigoificari, per Noë requiem; bene ad Enoch ſubſequitur Noë, quia poſt pœnitentiam requies inueoitur: ſic

Phil. Heb. Philo Heb. lib. de Abr. *Meminiſſe debemus pœnitentiam per Enoch ſignificatam, ſecundo poſt iniquitatem gradu conſiſtere, ſicut poſt ſanitatem corporis reualeſcentiam, ergo perpetua perfectio ſtat proxima diuinæ potentiæ, cæterum proceſſu temporis ad meliora tranſitus eſt, propria dos animæ bene natæ, quæ contemptu puerilibus ſtudiis, per ſolidiora & magis vtilia contendit ad tranquillam conſtitutionem, diſcurrentem per cogitationes honeſtiſſimas, ideo merito poſt pœnitentiam ſubſequitur Deo charus virtutis amator, Hebraice Noe, Latine quies.*

*Quidquid à Deo agitur vtiliſſimum eſt.*

100 Phil. Heb. *Ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus.* Phil. lib. de Abr. loquens de hac tranſlatione, ait: hæc tranſlatio verſionem & mutatiooem ſignificat: fit autem io melius, ſed cur io melius, cum aliquando de bono io malum progredimur, de virtute in vitium mutamur? oon ergo fit in melius mutatio: nonoe hæc à Deo facta eſt? aſſeramus ergò optime dictum in melius factam hanc mutationem, quia quidquid Deus agit & optimum & vtile eſt: ſic cit. auth. *Fit in melius quandoquidem fit per Dei prouidentiam, quidquid enim Deo fauente agitur, omnino bonum eſt ac vtile, ſicut inutile quidquid citra opem numinis.*

*Gloria tranſacto ſæculo iuſtis confertur.*

101 *Ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus.* Quid ſignificat Enoch qui ſeptimus eſt in hac generatione, tranſlatum fuiſſe? noo enim ſine myſterio potius ſeptimus quàm ſextus vel octauus transfertur: nota per paradiſum terreſtrem gloriam ſignificari, & ſex eſſe huius mundi ætates, Enoch autem denotare iuſtos: rectè igitur ſeptimus traosfertur & non octauus in paradiſum terreſtrem, ad denotandum quod tranſactis ſex mundi ætatibus, quaſi in ſeptima omnibus iuſti gloriam poſſidebunt: ita Iſid. Hiſp. *Iſte Enoch qui ponitur ſeptimus, & translatus eſt quia Deo placuit, ſeptimam requiem ſignificat, ad quam poſt hanc vitam qui Deo perſeueranter adhæret, & qui tanquam ſexta die, id eſt ſexta ætate ſæculi per aduentum Chriſti formatur, ſine dilatione transfertur, tranſactis autem ſex ætatibus ſæculis facto iudicio, & renouato ſæculo transferuntur ſancti in vitam perpetuæ immortalitatis.* Iſid. Hiſp.

*Beneficia ſingularia indignis non conferuntur.*

*Ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus.* Sed quomodo tranſtulit? an in curru igneo ſicut Heliam, vel alio modo, ſcripturæ non indicat; ſed ſicut patefecit Eliſæum vidiſſe Heliam io curru igneo traoſlatum fuiſſe, quomodo idem de Enoch non teſtatur? Nota tempore illius iuſti impios fuiſſe: nullus igitur Enoch transferri vidit, quia ſua Deus indignis beneficia non confert: ita Abul. *Enoch translatus fuit in paradiſum, & forte ſicut Helias in curru igneo: ſed non viſus eſt transferri, quia forte nullus erat tunc dignus videre eum, ſicut vidit Eliſæus Heliam, quia ſanctus vir erat.* 102 Abulenſ.

*Deus teſtes ſuæ prouidentiæ erga iuſtos præbet.*

*Ambulauit cum Deo, & non apparuit quia tulit eum Deus*, communis opioio eſt ſeruari in paradiſo terreſtri, vel in aliquo loco delitioſiſſimo, vt tempore Antichriſti appareat cum Elia: ſed cur tunc temporis vult Deus comparare? nota tunc iuſtos maximis perſecutionibus affligendos, quibus forte ſuccumberent, niſi ab Enoch adiuuarentur: rectè igitur ſeruatur Enoch cum Helia à Deo vt ſuæ apud iuſtos prouidentiæ teſtimonium exhibeat; ita Caietanus qui de hac tranſlatione loquens & eius apparitione, tempore Aotechriſti, ait, *tanquam Deus diſtribuere incœperit teſtes ſuæ curæ erga genus humanum (ſed præcipue erga iuſtos) producendos tempore Antichriſti proſequuturus diſtributionem tollendo Eliam.* 103 Caietan.

*Deo non timore pœnæ, ſed amore ſeruiamus.*

*Ambulauit Enoch cum Deo & non apparuit, quia tulit eum Deus*, Aduertendũ eſt maxime quod vbi habemus ambulauit cum Deo, in Hebræo eſt cum Iehoua; vbi autem habemus tulit eum Deus, non eſt Iehoua ſed Elohim: cur quæſo potius Moyſes appoſuit Iehoua, cùm ait cùm Deo ambulaſſe, quam cum refert eum tuliſſe Deum, vel è contra? pluries diximus Elohim ſignificare iudicem qui potius timetur quam amatur: rectè igitur noo appoſuit Heloim ſed Iehoua, cum ait cum Deo ambulaſſe, vt ſignificaret, noo ex timore pœnæ, ſed ex amore Deo ioſeruiſſe, ſic ſubtiliter Caietaous, *ſancta vita Enoch non cum Helohim, ſed cum Iehoua ſcribitur, vt manifeſtetur quod non timore pœnæ ſed amore amicitiæ erga ſummum Deum rectè vixit.* 104 Caietan.

## VARIETAS LECTIONVM VERS. XXV.

V*Vlg.* Vixit quoque Mathuſala centum octoginta ſeptem annis & genuit Lamech.

*Septuagint.* Et vixit Mathuſala ſeptem annos, & ſexaginta & centum.

*Pagninus.* Et vixit Mathuſalath ſeptem & octoginta annos & centum annos.

## VARIETAS LECTIONVM VERS. XXVI.

V*Vlg.* Et vixit Mathuſala, poſtquam genuit Lamech ſeptingentis octoginta duobus annis, & genuit filios & filias.

*Septuaginta.* Et vixit Mathuſala poſtquam genuit Lamech duos & octingentos annos.

## VARIETAS VERSIONVM VERS. XXVII.

*Vlg.* Et facti ſunt omnes dies Mathuſalæ nongenti ſexaginta nouem anni, & mortuus eſt.

*Septuagint.* Et facti ſunt omnes dies Mathuſala quos vixit nouem & ſexaginta & nongenti anni.

## EXPOSITIO VERSVS XXVII.

E*T facti ſunt omnes dies Mathuſala, nongenti 69. anni,* Hic fuit omnium mortalium longæuiſſimus, tamen 1000. annum non attigit, quod non vacat myſterio, vt in conceptu videbimus.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Longiſſima hominum vita, quaſi punctum reſpectu æternitatis.*

105 F*Acti ſunt omnes dies Mathuſala nongenti 69. anni.* Miraberis quomodo nullus milleſimum vitæ attigit annum, ſed qui longiorem vitam duxit ſicut Mathuſala, annum 669. non exceſſit, nota
Pſal. 29. quod ait Pſal: mille anni ante te ſicut dies heſterna quæ præteriit; ideo igitur nullus 1000. annum attigit, vt agnoſceremus longiſſimam hominum vitam non ſolùm non eſſe ſicut heſternam diem quæ iam præteriit, imo nihil ſere reſpectu æternitatis: ſic
Ferus. Ferus, *Obſeruandum ſeptimo, quod quantocumque tempore patres illi vixerunt, nullus tamen eorum milleſimum annum attigit, vt videamus etiam longiſſimam vitam in hoc mundo ne punctum quidem eſſe ad æternitatem; nam mille anni coram Deo ſunt quaſi dies heſterna quæ præteriit,*

### *Deus longiorem vitam confert aliquando propter virtutem.*

*Et facti ſunt omnes dies Mathuſalæ nongenti ſexaginta nouem anni.* Et de aliis ſimiliter quod per 106
plura ſæcula vixerunt, dicitur, quomodo cum ſit nunc adeo breuis vita, tunc tam diuturnam protrahebant? Nota plures ex eis maximè religioſos, ac virtutis cultores fuiſſe. Cur non dicemus igitur longitudinem vitæ Deum virtuti tribuiſſe? ſic Ioſephus libr. 1. Antiquitat. quem ſequitur Caietan. Caietan.
*Nemo* (inquit) *ex conſideratione & comparatione breuitatis vitæ humanæ quæ nunc eſt, putet falſa eſſe quæ de diuturnitate vitæ antiquorum dicuntur, illi enim cùm eſſent religioſi, & Deo ipſo formati, eiuſque pabula opportuniora ad manus ad tempus parata exiſterent, tantorum annorum circulos vitæ viuebant.*

## VARIETAS VERSIONVM VERS. XXVIII.

V*Vlg.* Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis & genuit filium.

*Septuagint.* Et vixit Lamech octo, & octuaginta & centum annos.

## VARIETAS VERSIONVM VERS. XXIX.

V*Vlg.* Vocauitque nomen eius Noe, dicens iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum, in terra cui maledixit Dominus.

*Sept.* Et vocauit nomen eius Noe dicens, iſte requieſcere nos faciet ab operibus noſtris, & triſtitiis manuum noſtrarum, & è terra quam maledixit Dominus Deus.

*Arias*, Et vocauit nomen eius Noah, dicendo iſte conſolabitur nos ab opere noſtro, & à dolore manuum noſtrarum, de terra cui maledixit ei Dominus, teſte Lyrano, apud aliquos legitur iſte quietabit nos.

*Vatab.* Requieſcere nos faciet ab opere & à moleſtia manuum noſtrarum, D. Chryſoſtom. à moleſtiis.

### *CONCORDIA VERSIONVM.*

SEptuaginta hoc in loco duorum verborum ſimilitudine ducti, interpretati ſunt requieſcere; Hebraicè ſiquidem Nuah נוח ſignificat ſedere & requieſcere facere, ſed Neam cum mem cuiuſmodi hic ſcribitur נחם conſolari tantum, etſi noſter interpres in verbo non conueniat, tamen ſenſus idem eſt; nam requieſcere ab opere & dolore, & conſolationem accipere, ab eis idem denotant, nomen autem Iſbon diximus non ſolùm laborem, ſed & dolorem, & moleſtiam ſignificare.

## EXPOSITIO VERSVS XXIX.

VOcauit nomen eius Noe, Vel vt eſt in Hebræo Noah, quaſi gratia prophetali ſplendens, pater eius Lamech dixiſſe videtur, iſte conſolabitur nos ab operibus manuum noſtrarum, ſcilicet quia præſciuit inuenturum faciliorem artem colendi, & diuerſa inſtrumenta agriculturæ propria, quibus labor temperaretur & leniretur, vel hoc prædixit quia futurus erat generis humani tranſacto diluuio reparator, propter quem terræ maledictæ Deus benediceret.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Chriſtus Dominus vere requiem dedit humano generi.*

*ISte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum in terra, cui maledexit Dominus.* Al:j, hic enim requiem dabit nobis ab operibus & à triſtitiis manuum noſtrarum, & à terra quam maledixit Dominus Deus: difficultas eſt, cur hoc vere conuenit; nam ille Noe non videtur dediſſe requiem Lamech, vel populo qui tunc habebatur in terris, vel quomodo à triſtitiis & labore ceſſatum eſt temporibus Noe, vel quomodo ablatum eſt maledictum terræ, quod dederat Dominus; ibi potius iracundia diuina magis oſtenditur, & refertur dicere Deus, pœnitet me hominem feciſſe, & ſuper omnia ſummæ offenſæ indicium interitus hominũ datur; ea tamen quæ dixit Lamech vera ſunt cùm fuerit propheta, vera ſunt de Noe minus principaliter, in quantum (vt ait Hugo) generis humani diluuio pœne abſumpti reparator; hæc enim magna Lamechi conſolatio fuit & quies, de Christo autem Domino magis præcipue: ita Origen. homil. 2. in Gen. *ſi reſpicias ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum de quo dicitur ecce Agnus Dei, & iterum factus pro nobis maledictum, vt nos de maledicto legis redimeret, & iterum venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos, & inuenietis requiem animabus veſtris, inuenies hunc eſſe qui vere requiem dedit hominibus & liberauit terram de maledicto quo maledixit ei Dominus Deus.*

107 [margin: Origen. Ioan 1. Gal. 3.]

### *In Chriſto eſt noſtra ſalus, & remiſſio peccatorum.*

108 *Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum,* Si inſpicimus tot calamitates tempore Noe fuiſſe, quomodo verum eſt ipſum conſolari à laboribus & operibus manuum, cum tot fuerint tunc labores? nota vt ait Rupert. quod Noe mediatorem Dei & hominum tam opere quàm nomine ipſe ſignificauit, nomine videlicet quia ipſum quod eſt Noe interpretatur requies, ſed opere quomodo ipſum ſignificauit? reſpondet, *Quæ eſt requies vel conſolatio quâ conſolatur nos iſte verus filius Noe, ſcilicet filius Dei, niſi peccatorum remiſſio? vnus erat Noe, & in illo vno ſaluatum eſt ſemen ad recuperationes orbis terrarum, quia videlicet vnus eſt Chriſtus in quo eſt noſtra ſalus, & non in alio, nec enim aliud nomen ſub cælo datum eſt hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri.*

[margin: Ruper. hic.]

### A *Virtuti deditus alios in ſuis laboribus conſolabitur.*

*Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum.* Quomodo potuit eſſe conſolator Noe his temporibus tam calamitoſis? nonne virtuti deditiſſimus fuit rectè annunciatur futurus conſolator, quia nihil magis in laboribus conſtitutos conſolatur quã virtutibus dediti. Sic exponit Dion. Cart. *Quemadmodum* (inquit) *in actis Apoſtolorum leguntur glorioſi ſancti Apoſtoli Ioſeph Cyprium appellaſſe Barnabam, id eſt, filium conſolationis, quia de eius conuerſione ſanctitate, & fructuoſitate primitiua Eccleſia magnam conſolationem accepit. Sic Lamech Deo reuelante cognoſcens, quam virtuoſe, fructuoſe, ac dulciter filius ſuus Noe eſſet inter homines conuerſaturus, prædixit: iſte conſolabitur nos ab operibus, hoc eſt ſuis virtutibus dabit nobis releuamen atque ſolatium inter labores & opera.* 109

[margin: Dio. Cart. Act. Apo. 4.] B

### *Filius iuſtus parentibus magnum eſt ſolatium.*

*Iſte conſolabitur nos ab operibus, &c.* Cur hæc verba Prophetica de filio ſuo Noe profert Lamech? 110 C in quo enim potuit conſolari, cum tot tunc calamitates euenerint? nonne omnes tunc erant peruerſi, omnis quippe caro corruperat viam ſuam, ſolus autem Noe dictus eſt iuſtus? recte Lamech prophetat de filio ſuo, iſte nos conſolabitur, quia maxima parentum conſolatio eſt inter plures filios impios, vnum iuſtum poſſidere: ſic Thom. *quia ipſe bonus & iuſtus ſolatium erat inter malos ſuis parentibus.* [margin: Tho. A.]

### *Iuſti in hac vita ærumnoſa degere dolent.*

*Iſte conſolabitur no ab operibus & laboribus manuum noſtrarum,* Noe Hebraice eſt Noah, quod no- 111 D men à duplici radice poteſt ſuboriri, vel à Nachan, vel à nuah quod eſt quieſcere, & quidem Nachan eſt conſolationem accipere, & pœnitere, vt eſt Reg. 15. dominam pœnitebat, Hebraice Nichan: vnde vertunt aliqui iuſtum pœnitebit noſtri; quæ verſio licet non ſit ad rem, tamen formando cõceptui deſeruiet, quid eſt Noe pœnitere? nota ipſum miſeris temporibus natum. Afferamus ergo recte dictum fuiſſe ipſum pœnitere, quia cum eſſet iuſtus, poterat lamentari, ſe tam miſeram vitam habere laboribus refertam, plenamquo miſeriis & calamitatibus; vn- [margin: 1. Reg. 15.]

D. Ambro. de D. Ambr. lib. de bono mort. c. 2. *Sancti ac ſapientes viri longæuitatem peregrinationibus huius ingemiſcebant, & diem generationis ſuæ execrabantur; ſicut ille, qui ait pereat dies in qua natus ſum Iob 3. quid enim eſt quo hæc vita delectetur plena ærumnarum & ſollicitudinum, in qua innumeræ calumniæ & multæ moleſtia, multæ lachrimæ eorum, qui afflictantur moleſtiis, & non eſt qui eos conſoletur.*

*Vult Deus futura enuntiari vt mala vitentur.*

112 *Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum.* Prædicit futuram calamitatem temporibus Noe, cur Deus voluit ante tot annos, hoc annuntiari prophetice? vt mala vitentur, & ſimus inexcuſabiles: ita D. Chryſoſt. hom. 21. *Vide longanimitatem Domini facientis, vt ante tempus vaticinium præcederet, & ſuam oſtenderet miſericordiam & omni priuaret deffenſione eos, qui pœnæ futuri erant obnoxij.* (D. Chryſ.)

*Aliquando per indignos multa prædicuntur.*

113 *Iſte conſolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum noſtrarũ.* Quomodo tantum vaticinium prædixit? non enim dicit ſcriptura quod multa virtute claruerit, hoc non vitium, quia per indignos mirabilia prædicuntur: ſic D. Chryſ. ho. 21. *Dominus noſter ſapiens & omnipotens, & per indignos ſæpe concedit prædici magnas mirabileſque res, id quod non in veteri teſtamento ſolum, ſed & in nouo videre quis poterat,* confirmat de Caïpha & Balaam & ſtatim ſubiungit, *non igitur mireris ſi ſtatim tunc Lamech ita appellarit puerum, ſed Deo totum tribue, qui ſolerti ſua ſapientia cuncta diſpoſuit.* (D. Chyſ.)

*Docens iuſtitiam, docet & requiem.*

114 *Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum.* Hoc referendum eſt ad ea quæ futura erant: ſi hoc ita eſt, cum diluuium ſub eo ſactum ſit, non requies hominibus, ſed interitus videtur illatus, nec remiſſio malorum, ſed cumulus miſeriarum, quomodo ait, quod Noe eos erat conſolaturus? nota quod Noe iuſtitiam amplecti & colere homines docere ſatagebat; recte igitur dictum quod requiem daturus ſuis temporibus, quia qui colere iuſtitiam docet, docet & requiem: ſic D. Ambr. lib. de arca & Noe c. 10. qui poſtquam de iuſtitia loquutus eſt, ait, *hæc nos requieſcere facit ab operibus iniquitatis, hæc reuocat à triſtitia.* (D. Ambr.)

*Qui alios ſubleuat in labore, maxime eos conſolatur.*

115 *Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum.* Cur Lamech filius tuus Noe vos conſolabitur? nota ſecundum Hebræos quod ante tempus Noe, homines maxime laborabant in agricultura, quia propriis manibus tantum colebant eam, ipſe autem, inquit Lyra, adinuenit artem arandi, in qua plus laborant animalia quam homines; optime dixit Lamech, filium ſuum conſolaturum homines, quia qui alium in labore ſubleuat, maxime conſolatur: vnde Lyran. *quia magna conſolatio fuit hominibus, cum per artem arandi labor eorum fuit poſitus ſuper animalia.* (Lyran.)

*Labor eſt requies.*

115 *Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum.* Sep'ua. hic requieſcere nos faciet. Lippomanus exiſtimat tempore Noe requiem inuentam, quia ipſe aratrum & alia agriculturæ inſtrumenta adinuenit, ſed nonne aratrum eſt ſymbolum agriculturæ? quomodo igitur requieſcere faciet Noe, eo mediante? quia ſine dubio in ipſo labore requies adinuenitur. (Lippom.)

*Mors eſt requies.*

117 *Iſte conſolabitur nos ab operibus, &c.* Quis ille? Noe, &c. Qui requiem ſignificat: hoc nomen non mihi videtur recte impoſitum, quia temporibus illius nulla quies inuenta, imo afflictio inquietiſſima, nempe ſubmerſio pœne totius generis humani: quomodo ergo dixit Noe futuram eſſe requiem, vel tempore illius eam homines adinuenturos? recte futuram requiem præuidit Lamech temporibus Noe, quia omnes morte perierunt, & in ea quietem inuenerunt: ſic D. Chryſoſt. hom. 21. in Geneſ. *Quietem vocat generalem illius interitum poſt multos annos futurum, ſicut & Iob dixit mors viro quies.* Et Proc. *etiam mors, ſi quis prædicta latius rimari velit, dici poteſt fuiſſe requies.* (D. Chryſ.)

*Obediens requies ipſius Dei.*

118 *Iſte conſolabitur nos ab operibus, &c.* Ipſe requieſcere nos faciet, ſecundum Sept. vnde fit quod Phil. Abb. tenet quod Noe dicatur requies, ſed cuius? ipſius Dei, ſed ad hoc vt in nobis Deus requieſcat ſingularem virtutem adinuenire neceſſe eſt, quid de Noe dicitur? fecit Noe omnia quæ præcepit ei Deus, ergo fuit obedientiſſimus: ideo iure merito requies Dei nuncupatur, quia Dei verum habitaculum eſt obediens: ſic Phil. de obed. cler. cap. 6. *Qui ad faciendum prohibita, non cum cæteris peccatoribus exardeſcit, ſed ab æſtu malitiæ ſub vmbra obedientiæ requieſcit, Noe iuſtus dignus eſt appellari, qui cum domo ſua ſolus diluuio meruit liberari: denique Noe requies interpretatur, ſuper iſtum quippe quietetanter dominus requieuit.* (D. Philip.)

*Ceſſatio ab impietate conſolatio.*

119 *Iſte conſolabitur nos ab operibus noſtris.* Quomodo prædicis, ô Lamech, tempore filij tui futuram conſolationem, cùm tanta impietas in hominibus tunc regnatura eſt? cùm autem regnat iniquitas quomodo iuſtus conſolari poteſt? imo maximo mœrore afficitur: nota per diluuium quaſi extinctam impietatem fuiſſe, recte igitur de filio ſuo Noe dixit Lamech, conſolabitur nos, quia ceſſatio ab impietate, iuſtorum vera conſolatio eſt: ita Ferus, *Poteſt ſic accipi quod Lamech reſpexerit ad malitiam hominum ſui temporis, quæ iam ad ſummum peruenerat, vt infra patebit, ideo non dubitabat inſignem aliquam rerum mutationem imminere: vnde dicit, iſte conſolabitur nos, &c quaſi dicat, quia in tantum aucta eſt malitia, fieri non poteſt vt Deus diutius diſſimulet: in diebus igitur huius filij mei reformabitur terra, ceſſabitque tanta impietas.* (Ferus)

*In baptiſmate requies noſtra.*

120 *Ipſe conſolabitur nos, &c.* Prædixit Lamech de filio ſuo Noe, quam conſolationem potuit adhibere cùm vniuerſus orbis obrueretur aquis? nota Noe ſignificaſſe Chriſtum Dominum Deum & hominum mediatorem, diluuium nonne baptiſma repræſentare poteſt? ſicut enim diluuij aquis peccatores ſubmerſi, ſic in baptiſmate peccata delentur; prædixit Lamech temporibus Noe conſolationem futuram, ſi-

ue requiem, quia Chriſtus Dominus tempore ſuo inſtituere debebat baptiſma, quo peccata noſtra ſubmergerentur, & nos requieſceremus: ſic Ruper. lib. 4. in Gen. cap. 17. *Quæ eſt requies vel conſolatio qua conſolatur nos iſte verus Noe, ſcilicet Dei filius, niſi peccatorum remiſſio, quàm in baptiſmo ſuo nobis tribuit, ſecundum ſimilitudinem illius, qui per fidem ſuam in illo diluuio paucas animas ſecum reſeruauit: illud namque diluuij baptiſmatis figuram fuiſſe Petrus quoque Apoſtolus teſtatur. 1. Petr. 3. Hi qui in diluuio perierunt, peccata noſtra quæ in baptiſmate delentur, præſignauerunt, & hoc modo myſtice prophetia impletur dicens, iſte conſolabitur nos, vel requieſcere nos faciet ab operibus noſtris.* — Rupert.

### *Conſcientiam à peccatis exuens, verum requiem præbet.*

121 *Iſte conſolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum noſtrarum.* Seu vt transferunt Sept. iſte requieſcere faciet ab operibus noſtris; at quæ fuit iſta requies, & non potius pernicies, cum ſub Noe vniuerſum genus effuſo diluuio interierit? fuit requies non corporum ſed conſcientiarum: nam etſi illata per diluuiũ pœna defatigauit corpora, tamen ablata per idem diluuium culpa exonerauit, & quietas reddidit conſciẽtias: vnde D. Ambr. lib. de Arca & Noe cap. 1. de hac requie loquitur, *Si ad ea quæ facta sũt referendum putes, cùm diluuium ſub Noe factũ ſit, non requies hominibus, ſed interitus videatur illatus, nec remiſſio malorum, ſed cumulus miſeriarum: verum ſi iuſti viri mentem conſideres, aduertes iuſtitiam ſolum eſſe, quæ nos requieſcere facit ab operibus iniquitatis, quia dum ea quæ iuſta ſunt, gerimus, nihil timemus putæ ex conſcientiæ ſecuritate.* Quare qui veram requiem mundo intulit, conſcientias à peccato expiando, licet extrema pernicie mundum — D. Ambr.

A labefecerit, corpora diluuij fluctibus obruendo, non immeritò debuit Noe, id eſt requies nuncupari, ſola enim vera requies illa eſt, qua bonam habentes conſcientiam, perfruuntur.

### *Quod peccatum eliminat, quies eſt.*

*Iſte conſolabitur nos ab operibus.* Vel vt Sept. habent, iſte nos requieſcere faciet qui annuntiauit diluuium ſub Noe vniuerſa caſtigabitur caro, orbis terrarũ pœnas dabit: vnde quies? cur nõ potius ruina dicitur? cur non potius flagellum mundi? reſponde hoc flagellum per quod peccatum diluitur, rectè dici quietem: ſic D. Chryſo. hom. de nomine Abrahæ 122 — D. Chryſo.

B fatur: *Quare non dixit: hic occidet nos, hic faciet diluuium fieri, ſed dixit hic faciet nos requieſcere? creatura omnis reſoluitur, abyſſi erumpunt, in luto quaſi communi ſepulchro promiſcua hominum & equorum corpora occultabuntur, & tantam calamitatem quietem vocas? profectò bene dicit; nam homines in magna malitia viuebant, at diluuium quia malitiam reſecuit, ideo liberati à malitia quieſcere dicuntur.*

### *Ex punitione & diſciplina requies.*

*Iſte conſolabitur nos.* Quis iſte? Noe, caretne myſterio, quod Lamech filium ſuſceperit Noe nominatum? aduerte quod Lamech interpretatur percutiẽs, 123

C ſicut Noe requies: dicamus ergo bene & meritò Lamech genuiſſe Noe, quia ex diſciplina & punitione ſumma naſcitur in mentibus noſtris requies: ſic Hugo de Foil. cit. à Tel. *Lamech genuit Noe, id eſt diſciplina requiem; interpretatur enim Lamech percutiens, quod eſt proprium diſciplinæ, Noe verò requies interpretatur qui tunc naſcitur, quando mens ab exterioribus per diſciplinam reprimitur.* — Hugo. Foil.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXX.*

*Vlg.* Vixitque Lamech poſtquam genuit Noë, quingentis nonaginta quinque annis, & genuit filios & filias.

*Septuaginta.* Et vixit Lamech poſtquam genuit Noë, quingentos & ſexaginta & quinque annos.

## EXPOSITIO VERSVS XXX.

V*ixitque Lamech, & genuit filios, & filias*, Quorum nomina non exprimuntur, quia per eos ordo generationis ad Abraham non deducitur.

## *VARIETAS VERSIONVM VERS. XXXI.*

*Vlg.* Et facti ſunt omnes dies Lamech, ſeptingenti ſeptuaginta ſeptem anni, & mortuus eſt, Noe verò cùm quingentorum eſſet annorum genuit, Sem, Cham & Iaphet.

*Sept.* Et facti ſunt omnes dies Lamech ſeptingenti, & quinquaginta tres anni, &c.

*Cald.* Et fuerunt omnes dies, &c. Et fuit Noë filius quingentorum annorum: *ſic Arias.*

*Pagnin.* Et erat Noah quinquagenarius.

## EXPOSITIO VERSVS XXXI.

N*oë verò cùm quingentorum eſſet annorum genuit, &c.* Quamuis Hebræi, imo & D. Chryſ. aſſerant Noë abſtinuiſſe tanto tempore à generatione, quia cùm ſaluandus eſſet cum prole, nulla eos arca capere potuiſſet, tamen probabilius cenſetur, tam de Noë quam de aliis quos ſacer textus refert genuiſſe poſt multos annos, alios filios ſuſcepiſſe, ſed quia vel iam defuncti eſſent, vel quia per eos ordo generationis intentæ non habebatur, hinc eſt quod omiſſi fuere.

*Genuit Sem, Cham & Japhet,* Quamois Sem primus nominetur, non fuit tamen fratrum ſuorum primogenitus, ſed prior refertur propter reuerentiam Patriarchatum, & maximè Chriſti Domiui, qui ab ipſo deſcenderunt, hîc non grauabor tam ſecuodùm noſtros codices, quàm Septuagint. Chronologiam anoorum ab Adam ad Noe, & diluuium apponere.

## *CHRONOLOGIA SECVNDVM NOSTROS CODICES.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ADam genuit, cum eſſet annorum | 130 | Iared | 162 |
| Seth | 105 | Enoch | 65 |
| Enos | 90 | Mathuſalem | 187 |
| Cainan | 78 | Lamech | 182 |
| Malaleel | 65 | Noë | 500 |

Anno centeſimo poſt generationem Sem, qoi fuit 600. vitæ Noë factum eſt diluuium, ex quo colligitur Chronologia mundi oempe à creatiooe mundi & Adæ vſque ad diluuium fluxiſſe aonos 1656.

### *Secundum autem Septuaginta hæc eſt Chronologia.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ADam genuit Seth cum eſſet annorum | 230 | Iared | 162 |
| Seth | 205 | Enoch | 165 |
| Enos | 190 | Mathoſalem | 167 |
| Cainao | 170 | Lamech | 188 |
| Malaleel | 165 | Noe cum fuit diluninm, erat | 600 |

Summa 2242. codices igitur Septuaginta ioterpretum ab Adamo vſque ad diluuium habent plures annos, quàm ſunt in Hebræis, quingentos octogiota ſex, ooſtra autem Chronologia huic omnino præferenda.

Aduertendum eſt ſolum Moyſem integros annos exprimere, tum in generatione, tam in morte eorum, non autem dimidium, vel aliquot menſes & dies, quia ooo curat in his computationibus adeo exiguum numerum, nec breuiſſimum tempus conſumere.

## CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

### *Caſtus etiamſi prouectiſſima ætatis, dicitur puer propter puritatem.*

A

124 NOe cum quingentorum eſſet annorum, genuit Sem, Cham, & Iaphet. Caietan ex Hebr. legit, & fuit Noe filius quingentorum annorum, ità etiam habet paraphr. Cald. cur hominem prouectiſſimæ ætatis filium adhuc vocat, ſiue puerum? nam videtur eſſe ſenſus paraphraſtis Caldæi; nota ex plurium opinione, vſque ad hanc ætatem manſiſſe in caſtitate: rectè igitur dicitur filius, quia caſtus quamuis prouectiſſimę ſit ætatis, appellari poteſt puer, ſiue filius; hoc innuit Caietanus *Non forte ſine myſterio de ſolo Noe dicit Moyſes quod fuit filius tot annorum, & intelligo quod hoc dixerit ad ſignificandam abſtinentiam Noe à generando, quod ante quingenteſimum annum ſuæ vitæ non genuit.* Caietan.

### *Caſtus reparator generis humani.*

115 *Noe cum eſſet quingentorum annorum, genuit Sem, &c.* D. Chryſoſt. hom. 24. miratur tam admirabilem hominis caſtitatem, ait enim, quantæ virtutis eſt in tantam temporis longitudinem concupiſcentiæ rabiem frænare, quando malitia ſuper omne genus humanum ſe extenderat, & non ſolum ab illicito concubitu, ſed & à legitimo ſe cohibere: ſed cur cum adhuc vigeret præceptum Dei, creſcite & multiplicamini, ſic ſe abſtinuit à conjugio? nota poſſe dici Noe hominum reparatorem: ideo voluit Deus caſtitate eum fulgere, vt hominum reparator eſſet: ſic idem D. Chryſoſt. *Mihi videtur* (inquit) *diuina diſpenſatione factum, quod iuſtus iuſte à coitu abſtinet, vt fundamentum & radix eſſet generis humani.* D.Chryſo.

### *Bona terreſtria non ex ſe bona ſunt, ſed ad virtutem conducunt.*

*Noe genuit Sem, Cham, & Iaphet.* Iaphet, inquit D. Amb. interpretatur latitudo, cur ita dicitur? nota ſecundùm hunc Doctorem Iaphet dicere bonum indifferens (quale eſt terrenum) nempe diuitias, valetudinem bonam, &c. reſpondeo ergo rectè Iaphet dici valetitudinem, quia bonũ indifferens de ſe non eſt virtus, ſed virtutem extendit: ſic cit. Doct. li. de Arca & Noe c. 2. *Indifferentia non habent robur validæ virtutis, ſed eius augent & diffundunt gratiam, vnde Iaphet dictus eſt, quod latitudo ſignificatur latine.* 126 cit.Doct.

B

### *Bonitas impedit malitiam ne longiùs ſerpat.*

*Noe genuit Sem, Cham, & Iaphet.* Hæc tria nomina ſignificant bonum & malum, ita vt Cham qui eſt io medio, repræſentet malum (intellige vbi generantur, hunc ordinem obſeruari, vbi autem generant, primo ponitur Iaphet, tertio Cham) difficultas ergo eſt cum Cham in medio ponatur, vt malum quod repræſentat, includatur tanquam in carcere, ne longius ſerpat, quomodo ergo quaſi ſolum maneat nam in tertio loco ponitur tanquam in libertate ſit iam conſtitutum: nota quod in acie bene instructa, ſi ſuccedat quod hoſtis inuadat debiliorem partem, validior eius loco ſuccedit, vt eum comprimere & debellare valeat: Iaphet enim ſignificat boonum indifferens, nempe diuitias, &c. debilis eſt, Sem validior, cum bonũ ſua natura dicat, ideo cum Cham vltimo loco ponitur, Iaphet in primo, Sem in ſecundo collocatur, quia dum noſter hoſtis, malum non potuit teneri à Iaphet bono indifferenti, neceſſe eſt vt locum mutet, & validior ei ſuccedat, nempe Sem, ad vincendum & debellandum malum, ne longius 127

C

*diuag tur: ſic D. Ambr. libr. de Arca & Noe,* D. Ambr. *Cum malum efferbuerit, ne poſſit latiùs ſerpere, & finitima contaminare, tunc iuxta ſuccedit prouidentia, ne illud indifferens quod ſecundum bonum dicunt, velut loco cedat, cum iam feruenti malo poſſit reſiſtere: itaque ne latius fundat virus noxium, & plurimos inficiat generando corruptiones, illud primum bonum quod natura bonum eſt, dum locum mutat, ordinem mutat, vt quaſi laboranti cornui opem ferat, & eam partem aciei ſuſcipiat qua plus laborat, virtus enim bellatoris difficilioribus locis eſt neceſſaria.*

*Non ſemper filius ſimilis eſt patri.*

128 *Noe genuit Cham, Sem, Iaphet.* Cham nonne impudentiſſimus fuit, ita vt ne ipſa qoidem patris reuerentia, ac præſentia reddete potuerit verecuudum? Noe autem pater eius ita iuſtus, vt primus hoc nomen in veteri teſtamento conſequutus fuerit? ergo quomodo filium tam impudentem habuit? quia ex optimis parentibus filij peſſimi aliquando D.Chryſ. oriuntur: quod inſinuare videtur D. Chryſoſt. ho. 9. in Matth. *Quid Noe filius de patris virtute lucratus eſt?* ac ſi diceret, nihil, ſed patri diſſimilis omnino euaſit.

*Mira eſt hominis ingratitudo.*

129 *Noe cum quingentorum eſſet annorum, genuit Sem, &c.* Cur Moyſes quingentos eum annos habete memorat? ait D. Chryſoſt. ecce quingentis anois vixerat ille iuſtus, clamans & teſtificans ſuo nomine futurum per vniuerſum orbem diluuium ob nimias hominum malitias; quomodo ſi tantum ſupplicium annuntiatum eſt eis, nec ſic ab iniquitate ſua deſiſtunt? quia homines ita ingrati beneficiis Dei, cum ad pœnitentiam vocantur, vt ea nihili faciant: ſic D.Chryſo. obſeruat D. Chryſoſt. hom. 21. *Obſtupeſcenda eſt ineffabilis longanimitas Dei, & prodigioſa hominum qui tunc erant, ingratitudo, cum & malitia ſua abſtinere noluerint.*

*Impietas impeditur ne noceat.*

130 *Noe genuit Sem, Cham, & Iaphet.* Hæc nomina vt diximus ſignificant bonum, & malum, & indifferens, malum autem Cham qui eſt in medio repræſentat, cur malum in medio ponitur, cum hic locus Cham malum repræſentat virtutem ſpectet, dicitur enim in medio conſiſtit virtus? in medio bonitatis & indifferentiæ malum,

A ſiue impietas conſtituta eſt, vt quaſi incluſa carcere, minime nocere valeat: ſic Diuus Ambroſius libro D. Ambr. de Arca & Noe, capite ſecundo, *Vt ea malum illud includant, ne poſſit nocere, & quaſi clauſum ſtrangulent, vt tanquam in medio incluſus hoſtis, geminatus quocunque ſe contulerit, opprimatur viribus.*

*Iuſtorum vita maxime nobis vtilis.*

*Noë cum quingentorum eſſet annorum.* Neſcio cur 131 Moyſes vt malitiam hominum deinde nobis proponat, antea tot annos habuiſſe refert Noë, quid enim refert ſi maior ætate fuerit? optime Diuus Chryſo- D.Chry. ſtomus homilia vigeſima ſecunda: *Ad vtilitatem no-* B *ſtram diuina ſcriptura numerum annorum iuſti aſſignauit, vt diſcamus quanto tempore vixerit, admonens illos, & quomodo illi quidem viam malitiæ ſectati, in ea conſumpti ſunt, iuſtus autem ſecus quam alij, ambulans tanta virtute præcelluit, vt ſibi Dei gratiam conciliaret.*

*Iuſtum non vult Deus triſtitiâ afficere.*

*Noë vero cùm quingentorum eſſet annorum ge-* 132 *nuit Sem, & Cham, & Iaphet.* Cur quæſo tantum diſtulit operam dare generationi, cum alij præcedentes ante centeſimum annum generauerint? nota quod refert Lyran. ex Hebræis, qui talem rationem C aſſignant, quia ſi ante generaſſet, plures ex eo & filiis eius multiplicati fuiſſent, & inter eos multi mali, qui indigni ſalute in diluuio periiſſent: quid refert vtrum ſaluentur? pereant cum aliis improbis. Deus noluit eos naſci, ne nati propter eorum malitiam diluuio abſorberentur, ſicque ex eorum morte maxime triſtaretur & angeretur iuſti Noë animus.

*Coniugium non impedit quin perſeueremus in virtute.*

D *Noë cum quingentorum eſſet annorum genuit* 133 *Sem, Cham, & Iaphet.* Ad quid ætatem illius numerat Moyſes, vt deinde teſtetur habuiſſe filios, nonne iuſtus & timens Deum erat Noë? filios genuiſſe enumerat, & in tanta ætate, vt ſciremus nec filios, nec coniugium virtutem impedire: ſic D. Chryſoſtom. homil. 21. *Vide alium iuſtum cum vxo-* D. Chryſ. *re & filiis, qui bene operando placuit Deo, & contra quem omnes agebant, virtutis viam elegit, & neque nuptiis, neque filiorum educatione prohibitus eſt.*

FINIS PRIMÆ PARTIS.

ɸ 5636 135

Google